123

18/120

Cy 134

INDICIS
RERVM OMNIVM
PRÆCIPVARVM,
QVAE IN COMMENTARIIS,
ac operibus omnibus
ALPHONSI TOSTATI
EPISCOPI ABVLENSIS
Continentur,

Auctore Francisco Fontano Sacræ Theologiæ Magistro,

PER REVEREND. D. RAINERIVM BOVOSIVM
Canon. Regul. Congreg. S. Saluatoris restituti, & aucti

PARS PRIMA.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum Hispaniarum, & Indiarum Regem.



BIBLIOTECA PROVINCIAL DE BURGOS

VENETIIS, MDXCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

P. Ma. fr. Manuel Angles

INDICIS
RERVM OMNIVM
PRAECIPVARVM.
QVAE IN COMMENTARIIS.
ac operibus omnibus
ALPHONSI TOSTATI
REPISCOPI ABVLENSIS
Continentur,

Auctore Francisco Fontano Sacrae Theologiae Magistro,

PER REVEREND. D. RAINERIVM BOVOSIVM
Canon. Regul. Congreg. S. Salvatoris restituti, & auct.

PARS PRIMA.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Invictissimum
Hispaniarum, & Indiarum Regem.



VENETIIS. MDXCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

RAINERIVS BOVOSIVS
LECTORI.

NE tibi mirum ſit, Lector ſtudioſiſsime, ſi huius Indicis ordo dictionum alphabeticus aliquantum perturbatus, ac præpoſterus quandoque videatur. Etenim Auctori forſitan libuit eas dictiones, quarum primæ literæ diphthongi ſunt, diſponere, non quidem ratione literæ, quæ prior eſt in diphthongo, vt par erat, ſed ratione eius, quæ in eo magis reſonat, præcipueque profertur. Aegyptus, quæ per Ae diphthongum ſcribitur, tibi ſit exemplo. Ea nanque non in litera A, ſed in E collocata eſt, quòd per E, non per A proferatur. Inuenies præterea nonnulla vocabula, quæ idem Auctor vti corruptè iuxta antiquam cacographiam ſcribebantur, ita quoque in præſenti opere interdum perperam ſcribi, ac collocari voluit: veluti Eſaias pro Iſaias, Hieruſalem pro Ieruſalem, Hieremias pro Ieremias, Eua pro Heua, Ordeum pro Hordeum, & id genus alia. Quæ ſi à nobis ad propria loca tranſlata non ſunt, nec emendata, ne Auctor ipſe mutaretur; cum tibi nihil hoc referat, non debet etiam eſſe moleſtum, modo ſit opus quoad rem ipſam, quod præcipuè ſpectare debes, perfectum, copioſum, atque locis auctum pluſquam ſexcentis. Vale.



RAINERIVS BOVOSIVS
DECTORI.

NE tibi mirum sit, Lector studiosissime, si huius Indicis ordo dictionum alphabeticus aliquantum perturbatus, ac præposterus quandoque videatur. Etenim Auctori forsitan libuit eas dictiones, quarum primæ literæ diphthongi sunt, disponere, non quidem ratione literæ, quæ prior est in diphthongo, vt par erat; sed ratione eius, quæ in eo magis resonat, præcipueque profertur. Aegyptus, quæ per Ae diphthongum scribitur, ubi sit exemplo. Ea namque non in litera A, sed in E collocata est, quod per E, non per A proferatur. Inuenies præterea nonnulla vocabula, quæ idem Auctor vti corrupte iuxta antiquam cacographiam scribebantur, ita quoque in præsenti opere interdum perperam scribi, ac collocari voluit; veluti Esaias pro Isaias, Hierusalem pro Ierusalem, Hieremias pro Ieremias, Eua pro Heua, Ordeum pro Hordeum, & id genus alia. Quæ si a nobis ad propria loca translata non sunt, nec emendata, ne Auctor ipse mutaretur; cum tibi nihil hoc referat, non debet etiam esse molestum, modo sit opus quoad rem ipsam, quod præcipue spectare debes, perfectum, copiosum, atque locis auctum plusquam excentis. Vale.

INDEX RERVM OMNIVM PRAECIPVARVM, QVAE IN COMMENTARIIS, AC OPERIBVS OMNIBVS ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS Continentur,

AVCTORE FRANCISCO FONTANO
SACRAE THEOLOGIAE MAGISTRO.

PER R. D. RAINERIVM BOVOSIVM
Canonicum Regularem reſtitutus, & auctus.

Aaron.



Aaron frater Moyſi, fuit maior, quàm Moyſes tribus annis. Nam, cum educti ſunt filij Iſrael de Aegypto, erat Moyſes annorum 80. & Aaron annorum 83. vt habetur Exodi 7. erat enim primogenitus. Et hęc fuit vna de cauſis, ꝙ ſummum ſacerdotium fuit illi datum, & non Moyſi. Leuit. fol.152.col.4.K

Aaron, in ſacris literis, aliquando ſumitur pro perſona, & nonnunquàm pro dignitate, ſeu ordine Pontificali. Num. tom.1. fol.257.col.3.K

Cum in ſacris literis fit mentio de Aaron, frequenter capitur pro ipſomet, vel pro filijs eius. Num.tom.1. fol.87.col.4.H

Aaron fuit os Moyſi, vt dicitur Exodi 7. Quia non loquebatur Aaron ex ſe, ſed ex Moyſe, ſicut os non loquitur ex ſe, ſed eſt organum loquendi, ſuper Exodi tom.1. 25.col.1.A

Quomodo verum ſit, Aaron inueniſſe Moyſem in monte Sinai, Cum iuſſu Dei deſcenderet Aaron obuiam Moyſi. Exodi tom.1. 29.col.1.E

Quod Aaron fuerit Propheta, conſtat ex multis locis ſacræ ſcripturæ, vt patet Exodi 4. & 1. Regum 2. ſuper Exodi tom.1. 40.c.1.E

Aaron erat Princeps tribus Leui, quia deſcendebat per lineam primogenitorum tribus Leui. Et ipſe fuit primogenitus patri ſuo Amram. Exodi tom.2. fol.7.col.2.A

Aaron iure cõueniebat ſummum ſacerdotium, poſtquàm ſaccrdotium collatũ eſt tribui Leui, eo quòd eſſet princeps illius tribus. Exodi tom.2. 7.c.2.A

Aaron fuit maior Moyſe in his, quæ ad Dei cultum pertinebant, ſed è contra maior erat Moyſes, quo ad populi regimen, & gubernationem. Num.to.1. 14.col.2.B

In vocatione Aaron, & applicatione fuerunt duo, ſcilicet, miniſterium, vel labor, & gradus excellentiæ in miniſtetio ſibi commiſſo. Quo ad primum obligatus fuit Aaron Deo ſine aliqua vocatione, ſicut cæteri Leuitæ, ex duobus. primo, quia de primogenitis erat, ſecundo quia ex Leuitis. Quo ad ſecundum ſcilicet quantum ad gradum honoris vocatus fuit a Deo in ſummum ſacerdotium. Num.tom.1. 22.col.4.F

Aaron non peccauit, ſicut populus in peccato vituli, ſed, timore mortis ductus, dedit occaſionem populo adimplendi iniquitatem ſuam, ipſo Aaron nihil cooperante, aut ſciente. Nam iam ipſe populus ma-

Index in omnia Opera

lum,quod postea patrauit,inchoanerat. Exodi tomo 2. fol.133.col.1.A

Aaron non peccauit peccato idolatriæ directè, sed in aliquo, quod aliquo modo indirectè pertinet ad idolatriam. Nam potius debuisset omnia mala pati, quàm malo consentire: fecit enim vitulum timore mortis.Exodi tom.2. 135.col.3.K

Aaron quare potius fecerit vitulum conflatilem in similitudinem Apis Dei Aegyptiorum, cum populus petierit sibi fieri Deos, quàm aliquid aliud. Exodi tom.2. 116.c.2.C

Aaron timore lapidationis consensit petitioni Iudęorum de cõflando vitulo, & si inuitus. Exodi tom.2. 117.col.1.B

Aaron confessus est Moysi se fabricasse vitulum in forma fusoria, sed coactus, coactione saltem conditionali,& si id textus dicat obscurè. Exodi 32.super Exodi tom.2. 134.c.2.C

Aaron bibit ex aqua vituli combusti, & non fuit aliquod signum sceleris in eo apparens, sicut in cæteris peccantibus Exodi tom.2. 132.c.3.k

Illum Aaron, qui fecit vitulum, non fuisse fratrem Moysi,sed quendam alium, dicũt Hebræi quidam, sed illos falsum dicere probatur. Exodi tom.2.114. col.3.H

Aaron,& filii eius, comedentes in consecratione sua de carnibus hostiarum pacificarum, non sunt functi officio sacerdotali, sed iure laicorum. Leuitici. 66.col.4.K

Aaron, & filij eius cœperunt ministrare die sequenti immediatè post illorum consecrationem, scilicet die octaua, quam Rabbi Salomon dicit fuisse primam diem primi mensis anni secundi ab exitu de Aegypto,sed improbatur hoc. Leuit.71. col.2.D. & dicendum,quòd fuerit octaua dies primi mensis anni secundi,ibidem. 71.c.2.E

Aaron fuit immolans,& offerens in primo sacrificio, quod obtulit pro peccato suo, & aliorum sacerdotum filiorum eius, sed postea nunquàm idem fuit offerens,& immolans.Leuit. 75.c.3.F.G.Sed quare Aaron prius obtulerit sacrificium pro se,quàm pro populo.vide ibid.col.4.H.I.

Aaron,qua benedictione vsus fuerit, quando benedixit populum prima die, qua obtulit sacrificium Domino,& expletis omnibus sacrificijs,&c. Leuit.78. col.1.A

Viuente Aaron, consecratus est filius eius Eleazarus in summum sacerdotem, quo consecrato, confestim mortuus est Aaron.Exo.tom.2. 84.c.3.I.K

Aaron non fuit punitus lepra, sicut Maria soror eius propter peccatum detractionis contra Moysen,sed alio modo.Num.tom.1. 172.c.4.I.& seq.

Omnes de semine Aaron erant sacerdotes necessariò in Veteri Testamento, nisi essent maculati. Iosue tom.2. 148.c.3.I

Aaron,& Moyses non æqualiter peccauerũt ad aquas contradictionis, nec æqualiter sunt puniti, sed maiori pœna punitus est Aaron.Iosue tom.1.16.c.1.C

Aaron mortuus fuit in principio mensis quinti anni 40.ab exitu de Aegypto in monte Hor, apud terram Edom,cum esset iam annorum centum vigin ti trium.Num.tom.2. 5.c.1.E

De morte Aaron,quid dicat Rabbi Salomon. Num. tom.2. 12.c.1.D

Aaron mortuus fuit priusquàm Moyses mensibus sex anno. 40. ab exitu de Aegypto mense quinto, prima die mensis, Moyses verò in principio mensis vndecimi eiusdem anni, & Maria soror eorum mortua est priusq̃ Aarõ mẽsibus 4. in Cadesbarne, & hæc diuersitas moriendi in istis fuit secundum diuersitatem peccatorum ipsorum.Deut. 11.c.4.G

Aaron, & Moyses puniti sunt in duobus,primò quòd missi sunt cito ad sinũ Abrahæ,secundo qa delectabile, quod viuentes prægustare potuerunt,non gustauerunt, scilicet intrare in terram promissionis post Iordanem.Deuter. 18.c.1.B

Abacuch Propheta prophetauit tempore, quo Naum,& Michęas. Genes. 24.c.1.B.4.Reg.156.c.1.A

Abacuch interpretatur amplexans,& dicitur luctator fortis,quia nullus Prophetarum est, qui cõtra Deũ dure loquatur conquerendo,quare in præsenti vita mali prosperentur,& conculcent bonos.Genes. 24 col.1.B

Abacuch tenebatur ab Angelo, non solum per capillum, cum ipsum portaret a Iudæa in Babylonem, sed etiam tenebatur ab Angelica virtute. Iosue tomo 1.115.c.2.C.Matr.tom.1.233.c.1.C

Aliqua dicta Abacuch Prophetæ exponuntur. Gen. 24.c.1.C

Abacuch rem vnicam prophetauit,scilicet,destructionem Babylonis.4.Reg. 216.c.2.D

Abarim Mons quidam est multa habens nomina. Nam aliquando vocatur Abarim, aliquando Phasga, & aliquando Transitus Nebo.Num.tom.2. 45.c.2.K.& 95.c.1.C

De quo vide in dictione, Mons.

Abarim Mons longus est, cuius quædam pars alta dicitur Mons Nebo, in quem ascendit Moyses, vt videret terram Chanaan.Deut. 177.c.1.C

Abbas. Abbatis Moysi dictum refertur, vt habetur in Collationibus patrũ.dicentis quòd ieiunia, vigiliæ, meditatio scripturarum, nuditas,atque priuatio omnium facultatum non perfectio,sed perfectionis instrumenta sunt.Matth.tomo 5. 135.c.1.E

Abbas Ioachim in multis aberrauit. Matth. tom. 6. 85.col.2.A

Abbatissa Quædam præsumpsit audire confessiones monialium,& illas absoluere a peccatis,contra quam est tex.extra de pęnitent.& remiss.cap.noua quædam.vbi fit argumentum de Domina nostra, cui Christus non concessit claues ligandi,&c.sed Petro.Genes. 144.col.4.k Num.tom.1.68.c.1.A. Et Matth.tom.4.183.c.1.E

Abdias Interpretatur seruus Domini. Genes. 23.col.2 B

Abdiam Prophetam pauisse centum Propheras in speluncis tempore Achab Regis,& Iezabel,dicunt Hebræi.Genes. 23.c.2.B

Abdiæ, qui fuit vnus ex duodecim Prophetis minoribus sepulchrum cum Mausoleo Elisęi, & Ioannis Baptistæ in Sebaste ciuitate, quæ olim Samaria dicebatur,venerationi habetur.Genes. 23.c.2.B

Eiusdem Abdiæ Prophetæ aliqua verba exponuntur, cuius tota prophetia destructionem significat Idumææ.Genes.23.c.2.C.& 4.Reg. 216.c.2.C

De Abdia Propheta, & quo tempore prophetauerit. 4.Regum 155 c.2.E

Abel Habuit sororem vterinam nomine Delboram. Genes. 28.c.2.C

Abel & eius soror Delbora nati sunt anno trigesimo vitæ Adæ.Genes. 25.c.2.E

Abel Hebraicè dicitur Heuel, quod interpretatur luctus, vel vanitas, vel nihil, & quodlibet istorum declaratur.Genes. 25.c.3.I

Abel, & Cain fuisse genitos in Paradiso dicunt Hebræi,sed oppositum est verum.Genes. 25.c.3.I

Abel laudatur potius propter eius integram deuotionem,q̃ propter munus in oblatione.Gen.121.c.2.B

Abel offerebat Deo, quod optimum erat in gregibus suis, & ideo Deus respexit ad Abel propter seipsum, & ad munera eius propter Abel, qui recta intentione offerebat. Genes. 121.c.2.D. Et Deuteron. 68.c.4.I
Abel fuisse iustum probatur testimonio Christi. Genes. 4. Mat. tom. 6. 247.c.2.B
Abel offerebat de primogenitis duplici de causa. Genes. 26.c.2.C.& 121.c.2.B.c.3.F
Quod ad munera Abel respexerit Deus,& non ad munera Cain, signum erat inflãmatio sacrificij Abel, & non Cain,&c. Genes. 26.c.3.G
Abel vixit centum annos ad minus, etiam secundum literam nostram, quia septuaginta interpretes dicunt, Adam fuisse ducentorum triginta annorum, quando genuit Seth. Genes. 25.c.4.H
Abel luxerunt parentes eius centum annis, vt dicunt quidam,& hoc in quadam valle apud Hebron, quæ dicitur vallis lachrymarum, sed hoc non videtur verisimile. Genes. 25.c.4.I
Abel occisus fuit a Cain lapidibus. Genes. 27.c.2.A
Abel mortuus est, priusquàm gigneret, nõdum enim peruenerat ad ætatem, in qua gigneret secundum consuetudinem illius temporis. 1. Paralip. 27.c.4.G
Abel fuit martyr, immo & primus martyrum, vt innuitur Mat. 23. & Lucæ 11. & sic eum vocat Ecclesia. Genes. 413.c.4.D. Et Mat. tom. 7. 260.c.3.K
Abel fuit primus, qui descendit in Limbum Patrum statim vt mortuus est propter eius martyriũ. Matt. tom. 7. 260.c.3.I. Paradox. 107.c.3.F
Abel fuit prior in ciuitate Dei, sicut & Cain fuit caput ciuitatis Diaboli. Genes. 25.c.4.F

Abelmain. Abel, & Abelmain ciuitas, de qua 2. Paralip. 16. eadem ciuitas est. 2. Paralip. 213.c.2.C

Aben Ezra. Rabbi Aben Ezra inter cæteros Iudæos rationabilius, & acutius sentire videtur. Exo. tom. 2. 12.c.3.k
Aben Ezra irremediabiliter aberrauit volens assignare causam literalem, & radicalem tabernaculi, & eorum, quæ intra continebantur, &c. vt probatur Exo. tom. 2. 19.c.1.B.& C. Et postea assignatur vera causa constructionis tabernaculi ab authore. 20.c.2.B.& 21.c.3.H
Aben Ezra aberrauit circa Dei religionem, & contra naturam. Exo. tom. 2. 19.c.1.D
Aben Ezra videtur aliquid intellexisse de astrologicis,& necromanticis. Exo. tom. 2. 117.c.4.F
Fallitur Aben Ezra in assignatione causæ, quòd templum potius fuerit ædificatum in Ierusalem, quàm alibi, vt probatur 2. Paralip. 39.c.4.G
Aben Ezra Doctor Hebræus dicit, quòd die sabbathi licebat Iudæis succendere ignem ad calefaciẽdum membra, licet nõ ad parandos cibos, propter quod Iudæi dicunt ipsum fuisse hæreticum. De Sanctiss. Trinit. 4.c.2.D
Aben Ezra in sua expositione super Genes. irridet Christianos credentes se probare Trinitatem personarum ex quibusdam auctoritatibus, ex quibus secundum rei veritatem nihil probant, sed procedunt ex ignorantia sermonis Hebraici. De Trinitate. 8.c.3.F

Abias. Filius Roboam in quodam bello contra Ieroboam interfecit quingenta millia Israelitarum, vt habetur 2. Paralipomen. 13. 3. Regum. 137.c.3.I
Abias filius Roboam regnauit tribus annis integris, & mortuus est in fine anni vigesimi Ieroboam, & sic concordatur, quòd Asa filius eiusdem Abiæ, regnauerit anno 20. Ieroboam. 3. Regum. 138.c.3.F
Abias non erat primogenitus Roboam. 2. Paralipomenon. 158.c.3.F
Sed eius primogenitus fuit Iehus filius Abigail vxoris Roboam. ibid. c.3.k
Abias Rex Iuda iustè pugnauit contra Ieroboam, vt probatur 2. Paralip. 173.c.1.B
Abias dixit verba quædam ad Ieroboam, & exercitũ eius, quæ referuntur. 2. Paralip. 13. Proprio ore,& non in scriptis. 2. Paralip. 173.c.3.I. Et intentio Abiæ in verbis suis erat reducere Israelitas ad vnitatem regni domus Dauid bello, vel pace. ibid. 173.c.4.H. Sed an illa verba fuerint persuasoria, vel non, vide ibidem.
In bello, quod fecit Abias cõtra Ieroboam, Deus perterruit Israelitas, quod multis modis potuit contingere. 2. Paralip. 183.c.1.C
Abias, accipiens multas ciuitates regni Ieroboam in bello, non peccauit. 2. Paralip. 184.c.2.A
Cum dicitur, quòd Abias post victoriam contra Ieroboam, acceperit tredecim vxores, intelligitur præter illas, quas habuerat priusquàm esset Rex,& postea. 2. Paralip. 185.c.3.H
Abias quomodo ædificauerit altare holocaustorum Domino. 2. Paralip. 201.c.3.k

Abiathar. Summus sacerdos ministrauit coram arca Domini tẽpore Dauid, & Sadoc summus etiam sacerdos ministrabat tunc in tabernaculo, quod erat in Gabaon. 1. Paralipom. 189.c.3.I
De Abiathar filio Achimelech. 1. Paral. 319.c.2.B

Abigail. Vxorem Dauid, quæ prius fuit vxor Nabal, fuisse prophetissam, dicunt Hebræi. 1. Reg. tom. 2. 138.c.4.F

Abigere. Propriè pertinet ad pecora, quando scilicet aliquis disturbat pecora, & facit ea dispergi, ita vt possit de illis aliquid furari, & istam dispersionem iura vocant crimen abigeatus, & transfertur in sacra scriptura interdum ad aues, vt Genes. 15. etiam Exo. 8. Transfertur etiam ad ranas,& interdum ad homines. Exo. tom. 1. 51.c.2.C. 1. Reg. tom. 2. 110.c.2.A
Abigere generaliter accipitur pro expellere, vel remouere. 1. Reg. tom. 2. ibid. B

Abigeatus. Crimen, quod committitur, quando quis dispergit pecora, vt furetur aliqua ex eis, grauius punitur, quàm si furaretur aurum, vel argentum tanti valoris: nam, qui aurum,& argentum furatur, punitur pœna dupli, & qui furatur pecora mulctatur pœna quadrupli, vel quintupli. Et ista diuersitas pœnarum prouenit, vt tollatur pronitas ad peccandum. Exodi tom. 1. 229.c.2.B
De Abigeatus crimine habetur. ff. de crimine abigeatus. ibid. C

Abimelech. Cum sustulit Saram vxorem Abrahæ, incidit immediatè in magnam infirmitatem. Genes. 273.c.4.I
Abimelech, de quo Genes. 2. quomodo Deum audierit in somnis loquentem,& quomodo ipse in somnis responderit Deo. Genes. 274.c.1.E
Abimelech filius Gedeonis illegitimus, regnauit super omnes Israelitas, vt probatur Iudi. 82.c.4.H
Abimelech filius Gedeonis cum fauore,& auxilio Sichimitarum, & vrbis Mello iugulauit 69. fratres suos. Iudic. 88.c.2.B
Abimelech filius Gedeonis iustè pugnauit contra Sichimitas, quia commiserunt crimen læsæ maiestatis contra ipsum. Iudi. 93.c.2.A
Abimelech filius Gedeonis peccauit grauiter iubendo armigero suo, quòd eũ occideret. Iudi. 95.c.4.H

Abiſai. Frater Ioab erat ſeditioſus valde, & concordabat ipſi Ioab.2.Regum. 124. col.3.F

Abyſsus. De quo Geneſ. 1. iuxta quandam poſitionem, dicitur congregatio omnium elementorum,quæ licet in ſuis ſpeciebus perfecta eſſent ſubſtantialiter, carebant tamen diſpoſitione accidentali extrinſecus perficiente. Geneſ. 2.c.4.G

Abyſſus ſecundum veriorem poſitionem dicitur tota materiæ indiſtinctæ, ſeu in formis congeries, ſicut vocatur abyſſus aquarum profunditas, vel magnus terræ hiatus, quia imperſcrutabiles ſunt, ſic materia illa,quæ valde magna erat, occupans a centro terræ in rotundum vſque ad concauum cœli empyrei,abyſſus dicebatur, & referuntur carmina quædam Naſonis 1.Metamorphoſeos. Geneſ. 4. col.2.D

Terra quare dicatur abyſſus. Geneſ.49. vide Geneſ. 410.c.3.k

Abyſſus,de quo Geneſ.7. dicitur locus abſconditus in viſceribus terræ, in quo latent aquæ, & de quo manant fontes,& lacus.Geneſ. 41.c.4.I

Abyſſus propriè ſignificat obſcuritatem, & reperitur in terra,& in aqua.Geneſ. 410.c.3.K

Abiſue. Filius Phinees fuit quartus in ordine ſummorum ſacerdotum, de quo nihil dignum memoria ſcriptum eſt,& fuit tempore Othonielis primi iudicis Iſrael, & tempore Aod ſecundi iudicis Iſrael.1.Paralip. 94.c.1.A

Abiud. Filius Zorobabel, de quo Matt.1. non habetur ſub hoc nomine inter filios Zorobabel,qui ponuntur 1.Paralip.3.ſed ab aliquibus putatur,quòd ſit Ananias filius Zorobabel, cuius poſteritas refertur.1.Paralip. 58.c.3.E

Ablactatio. In ablactatione filiorum fiebat magnum feſtũ apud Iudæos. Geneſ. 277.c.3.F

Abnegare. Propriè eſt quando quis negat ſe aliquid alicui debere, & cæt. Mat.tom.4. 193.c.4.G

Filius non poteſt abnegare patrèm,bene tamen è contra.Mat.tom.4. 193.c.4.G

Abominabile. Inter abominabile, & execrabile hoc intereſt, quòd deteſtationem notant, ſed abominabile ſolum ſignificat quendam motum interiorem viſceribus, ſecundum quem deteſtamur aliquem cibũ, &c. Execrabile tamen dicitur id,quod non ſolum abominamur, & deteſtamur, ſed etiam maledicimus illud,& fugimus.Leuit. 97.c.4.K

Aborigenes. Dicuntur populi neſcientes ſuam originem, vt ſunt Itali quidam,& deſcendentes a Sabathaca,& Regma filijs Chus filij Cham.Geneſ. 51.c.3.I

Primi incolæ Italiæ fuerunt aborigenes, ideſt, abſque nota origene.Defenſ. 49.c.2.B

Aborſus. De facientibus aborſum diſtinguũt iura canonica per eſſe animatum, vel inanimatum, vt habetur extra de homicidio, cap. ſicut ex literarum. & trigeſimaſecunda quæſtione ſecunda,cap.quia vero. & cap.Moyſes,& eadem diſtinctio ponitur. ff. de pœnis, in l. ſi aliquid. paragr.abortionis.Exo.tom.1. 220.c.1.B

Procurantes aborſum, ſi manifeſtum ſit fœtum eſſe animatum, tales ſunt homicidæ, & etiam ſecundum legem humanam occidens puerperium tenetur ſicut homicidæ, per l. Aquil. quamuis non nominet illud homicidium, ſed ruptum. & occidens tenetur de rupto, & non de occiſo. Et tamen quantum ad nos non eſt differentia, quia illud vocamus homicidium.Et per leges eccleſiaſticas imponitur pœnitentia, ſicut pro homicidio. Si autem non erat animatus,non eſt homicidium, vt habetur 56.diſtinctio.cap.naſci.habetur tamen quantum ad pœnitentiam pro homicida, vt dicitur 25. diſtinct. cap. criminis. Si autem dubium eſſet, an eſſet animatus,vel non, ſi probabiliter creditur ſuiſſe animatum, abſtinere debet tanquàm irregularis in adminiſtratione ſacri ordinis, nec debet aſcendere ad ſuperiores ordines, quandiu manſerit in illa credulitate. Similiter diſtinguendum eſt,ſi mulier procuret aborſum per venenum: nam ſi erat formatus fœrus, occidi debet ſecundum leges humanas.ff.de pœnis.l.ſi quis aliqua. Si vero erat dubium, debet mitti in exilium, ff. ad leg. Cornel. de ſicarijs. l.ſi mulier, &c. & vide præterea de his, qui tribuunt venena, ne conceptus fieri poſſit, & cæt. Matt.tom.2. 99.c.2.A

Abortiri. Qui abortiri cogunt mulieres, cum fœtus non eſt formatus, licet non teneantur lege Moſayca, neque canonica, tenentur tamen lege Cornelia, de ſicarijs, l. ſi mulierem, & ff.ad leg.Aquil.ſi ſeruus. paragr.ſi mulier, & cæt. Exo.tom.1. 220.c.1.C

Abortiuum. Dicitur, quod ante tempora egreditur de vtero propter aliquam violentiam factam naturæ,aut propter aliquod incommodum, quod eſt præter naturam. Num.tom.1. 174.c.1.C

Abram. Significat patrem excelſum, & eſt compoſitum de Au, quod Hebraicè ſignificat patrem,& rama,quod ſignificat altitudinem.Geneſ. 259.c.3.H

Abraham. Significat patrem multarum gẽtium, vel populorum ſecũdum compoſitionem Hebraicam. Geneſ. 57.c.3.K. Et hoc nomen impoſuit illi Deus, quando circunciſus eſt.1.Paralip. 35.c.3.K

Abraham natus fuit poſt diluuium annis trecentis, minus octo.Geneſ. 54.c.3.G

Abraham non fuit primogenitus Thare,licet inter filios illius primus ponatur in ordine, quod non ætate,ſed dignitate factum eſt.Geneſ. 57.c.3.K

Abraham fuit Chaldæus origine, & ideo omnes Iudæi dicuntur deſcendere de Chaldæis, ſicut patet Iudith 5.ex verbis Achior.Geneſ. 58.c.1.D

De ſolo Abraham intelligendum eſt, quòd fuerit genitus anno ſeptuageſimo vitæ Thare patris eius, vt probatur Geneſ. 59.c.3.H

Sed quare ſolius Abrahæ natiuitatis annum ſcriptura retulerit,& non fratrum eius,ſcilicet,Nachor,& Aram.Geneſ. 59.c.3.I

Quod Abraham exierit de Charra poſt mortem patris eius Thare,non repugnat, immo ſtat cum hoc, quòd introierit in terram Chanaan anno ætatis ſuę ſeptuageſimo quinto.Geneſ. 60.c.1.I

Et exiuit bis de Charra, ſemel patre viuente, & ſecundo poſt mortem illius. Prima vice Abraham erat annorum ſeptuaginta quinque.Geneſ.22. &c. Geneſ. 60.c.1.D

Abraham natus eſt anno quadrageſimo tertio Regni Nini Regis Aſſyriorum, qui fuit annus fere milleſimus ducenteſimus ante vrbem conditam, & ſecundum Oroſium,milleſimus trecenteſimus, & ante Chriſti natiuitatem bis milleſimus quadrageſimus ſecundus.Geneſ. 60.c.3.G

Tempore natiuitatis Abrahę regnabat Cecrops apud Sicionios. Et quando Abraham exiuit de Chaldęa regnabat Ninia Nini filius,& Semiramidis,& apud Sicionios

Sicionios regnabat Texilion, quo regnante, in tantum tempora proſpera euenerunt, vt eum iam defunctum Deum eſſe crederent Geneſ. 60.c.4.F
Abraham vocauit Deus ſexaginta annis ante mortẽ Thare patris eius declinantis iam cũ filio ſuo Nachor ad idolatriam. Geneſ. 61.c.3.F
Abraham natus eſt in Hur Chaldęorũ. Gen. 61.c.3.G. 288.c.2.E. Sicut expediebat Abrahę vt Thare pater eius & Nachor non intrarent in terram Chanaan, ita etiam fuit expediens, vt Thare non maneret in terra Chaldęorum. Geneſ. 62.c.4.H
Abraham, mortuo patre eius, iuit in Charra, vt acciperet ea, quę illi iure ſucceſſionis proueniebant, & deinde redijt in terram Chanaan. Geneſ. 62.c.4.I
Abraham nunquam gentium Deos coluit. Ioſũ. to.2. 179.c.1.B
Ad Abraham duplex facta eſt vocatio a Deo prima in terra Chaldæorum, & altera in Charra. Et ſic oportet dicere ad condordandum cap.22. Gen. cũ cap.7. Actu. Geneſ. 61.c.3.G. Et vocatio Abrahæ, de qua Stephanus Act.7. facta fuit in Hur Chaldæorũ & nõ in Charra. Gen. 61.c.3.K. Et de hac vocatione prima non fit mentio in Geneſ. ſed ſolum de ſecũda. Sed, cũ Abraham exiuit de Hur Chaldæorum, cuius ætatis fuerit neſcitur. 63.c.4.K
Circa egreſſionem Abrahæ de Charra, refertur opinio Nicolai de Lyra, & impugnatur. Gen. 65.c.1.D
De exitu Abrahæ de Charra poſt mortem Thare ſolus Stephanus facit mentionem. Actu.7. Geneſ. 65.c.1.B. & iſte exitus cõtigit cum Abraham eſſet centum triginta quinque annorum. ibidem.
Illud, quod dictum eſt Abrahę Geneſ. 22 ſcilicet, egredere de terra tua, & de cognatione tua &c. dictum eſſe illi poſt mortem Thare patris eius, ait Nicolaus de Lyra, ſed fallitur Geneſ. 65.c.3.G
Si illa vocatio Abrahæ, de qua Geneſ. 22. Egredere de terra tua &c. fuiſſet facta poſt exitum ipſius de Hur Chaldæorum, cum ipſe, & pater eius eſſent in itinere, necdum venirent in Charra, poſſet dici, quòd non fuerit niſi vnica tantum vocatio Abrahæ, & ſic facile eſſet concordare Geneſ. caput 22 cum capit.7. Actu. Sed veritas eſt, quòd fuerunt duæ vocationes, & tres exitus. Geneſ. 65.c.3.G
Abrahæ duo promiſit Deus, ſcilicet, terram Chanaan, & multiplicationem ſeu benedictionẽ omnium gentium in ſemine ſuo, vel in ſeipſo. Geneſ. 65.c.4.H
Soli Abrahæ iurauit Deus ſe daturum terram Chanaan, Iſaac verò, & Iacob promiſit idem, ſed non iurauit. Deuter. 139.c.2.D
Abraham veniens de Meſopotamia intrauit in terram Chanaan per partem ſeptentrionalem, conuertens ſe per partem orientalem terræ Chanaan. Geneſ. 66.c.2.E
Abraham erat in terra Chanaan tanquam incola & colonus, pretio dato, & ſub iuriſdictione Chananæorum. Geneſ. 66.c.4.I. 78.c.1.B
Abraham, vbicunque volebat, faciebat altare ad immolandum, tempore tamen legis Moſaycæ non vbicunque, ſed in certo loco, videlicet intra atrium tabernaculi fieri debebat. Geneſ. 67.c.1.C. 69.c.4.I. & 71.c.2.E
Abraham, cum dixit Sarę vxori ſuæ, dic quòd ſoror mea ſis, non docuit ipſam mentiri, ſed veritatem occulte celare. Nec fuit mẽdacium, cum dixit illi, dic, quòd ſoror mea ſis. Geneſ. 68.c.2.A
Abraham, vt cuſtodiret vxorem ſuam ab Aegyptijs, eam claudebat in arca, vt quidam Hebræi dicunt. Geneſ. 68.c.2.E
Abraham docuit Arithmeticam, & Geometriam in terra Aegypti, vt dicit Ioſephus. Geneſ. 68.c.3.G & 73.c.1.D
Abraham fuiſſe diuitem nimis, dicitur. Geneſ. 13. & ad hoc probandum adducuntur rationes. Geneſ. 69.c.2.A
Abraham obtuliſſe ſacrificia probatur Gen. 72.c.2.A
Abraham ipſe potuit ſacrificia offerre, cum tunc nulla lege vetitum eſſet &c. imo, ſtante lege, liceret illi ſacrificare immolando &c. Geneſ. 71.c.1.A
Abraham non habebat certas cęremonias tam circa ſacrificia, quam circa conditiones animalium, quæ in ſacrificio offerebat. Geneſ. 71.c.3.K
Sed quales cæremonias tenuerit in ſacrificij. vide ibidem. Sed ꝙ verum ſit, ꝙ ſacrificium obtulerit, probatur. Geneſ. 72 c.1.E. Et ex cæremonijs, quæ obſeruatę ſunt in eius ſacrificio, non eſt ſumendum argumentũ ad aliud ſacrificium &c. Leui. 22.c.4.G
Abraham fuit primus, qui dixit Deum vnum creatorem eſſe cunctorum, vt dicit Ioſephus lib.1. Antiquitatum. Geneſ. 72.c.3.D
Abraham regnaſſe in Damaſco, tenet quidam Nicolaus Chronographus. Geneſ. 72.c.2.E
Inter paſtores Abrahæ, & Loth contentio fuit propter paſcua, & propter aquas Geneſ. 72.c.3.H
De Abraham quare dicat ſcriptura, quòd fuerit dives valde in poſſeſſione auri & argenti, & non de Loth. Geneſ. 72.c.4.I
Abraham vtebatur tentorijs in terra Chanaan, quia terræ illius, nec vnum paſſum pedis habebat, vt refert Stephanus. Act.7. Geneſ. 73.c.5.C. Sed quare non emerit domum ibidem, in qua moraretur, vide ibidem.
Abraham & Loth dicti ſunt fratres non natura, ſcilicet, ex eiſdem patre & matre, ſed cognatione, quia Abraham erat frater Aram patris Loth. Geneſ. 75.c.3.F
Abraham, quare dixerit Loth, ne Iurgium ſit inter me & te. Geneſ. 13. Geneſ. 76.c.4.K
Abraham diuiſus eſt a Loth ex intentione Dei. Gen. 78.c.3.G
Abraham, quare ſecum duxerit Loth de Charra in terram Chanaan. Geneſ. 78.c.4.I
Ab Abraham natiuitate vſque ad natiuitatem Chriſti interfuerunt anni duo millia quattuordecim. Geneſ. 115.c.1.C. Et natus eſt ab orbe condito anno quaſi milleſimo nongenteſimo quinquageſimo. Mat tom.6. 161.c.1.B
Abraham accepit Agar in vxorem, ne in actu carnali intercideret error cõtra Deum, cũ talis actus ſemp fuerit peccatũ, niſi cũ propria vxore. Gen. 257.c.3.F
Cum Abraham carnaliter cognouit Agar, ipſa Sarra incæpit voluntarie vitam agere continentem non petendo debitum a viro ſuo. Geneſ. 257.c.3.I
Ille riſus Abrahæ, de quo. Geneſ. 17. non fuit irriſio diffidentis, ſed exultatio gaudentis. Geneſ. 261. col.2.B
Abraham prouidebat omnia neceſſaria Agar & Iſmahel habitantibus in deſerto Pharam. Geneſ. 278.c.1.D
Abrahæ mater non fuit mater Aram fratris ſui, ſed Thare fuit pater vtriuſque. Geneſ. 275.c.4.H
Abaham fuit homo multum hoſpitalis. Geneſ. 262.c.4.K
Abraham pluribus annis habitaſſe in Berſabee, in cõualle Hebron, dicit Nicolaus de Lyra, ſed fallitur, vt probatur. Geneſ. 279.c.2.C
Referuntur illa, quæ Satan dixit Deo contra Abraham, iuxta Hebręorum fatuitatem. Gen. 280.c.1.A
Deus pręcepit Abrahę procul a Domo ſua immolare filium ad maiorem probationem obedientiæ.

Genes.280.c.2.E.Sed quare de nocte iuit Abraham ad adimplendum prçceptum Dei de immolatione filij.Genes. 280.c.3.F
Asinum,quem strauit Abraham,quando iuit immolare filium,futurum esse illum, in quo sedere deberet Messias iuxta vaticinium Zachariæ nono capite,dicunt Hebræi insensati.Genes. 280.c.3.H
Iuuenes, quos duxit Abraham secum , fuisse Ismahelem,& Eliezer,dicunt Hebræi,sed falluntur,vt probatur Genes. 280.c.3.H
Abraham , quibus verbis locutus sit ad Isaac , vt se ad mortem præpararet, refert Iosephus , sed Nicolaus de Lira falsè refert verba Iosephi.Genes. 281.c.2.B
Abraham volens filium suum occidere , credidit firmissimè, quòd Deus illum a mortuis esset suscitaturus ad adimplendas repromissiones,quæ necessario essent adimplendæ.Genes. 281.c.2.C
Abraham pergenti ad immolandum filium accessit dæmon,vt aiunt Iudæi,dicens illi,ò insensate,&c.& hoc Apostolus innuit ad Hebræos vndecimo,dicẽs fide obtulit Abraham,&c.Genes. 281.c.3.G
Abraham habuit plenissimam cognitionem,& certitudinem,nullo manente scrupulo,quòd Deus erat ille, qui præceperit immolationem filij . Genes. 281.c.4.F
Aries,quem Abraham vidit postquàm prohibitus est iugulare filium,fuit vnus,vt dicunt Iudæi,ex ijs,qui creati sunt die sexta, quod tanquàm ridiculum improbatur.Genes. 282.c.1.D
Aries ab Abrahã oblatus sibi ab Angelo delatus fuit. Genes. 282.c.2.B
Abraham immolauit arietem in principio mensis Septembris,vt dicunt Iudęi,& propter hoc prima die illius mensis magnam faciunt festiuitatem,quæ vocatur festum Clangoris, & canũt buccinis corneis. Num.29.Genes. 282.c.2.D
Abraham,cum dixit date mihi ius sepulchri . Genes. 23.Non emit ius sepulchri , vel sepeliendi, sed gratis petijt , quia tale ius spirituale est , nec vendi potest,sed emit locum sepulturæ,&c.Genes.284.c.4.F
Abraham suscepit Ceturam in vxorem , postquàm Isaac suscepit Rebeccam.Genes. 287.c.4.I
Abraham habuisse filiam pulcherrimam nomine Bachol,dicunt Hebræi,sed ridiculum est.Genes. 287. col.4.I
Quod Abraham susceperit a puero suo iuramentum, ponendo manum subter femur eius, vt patet Genes.24.quid sibi voluerit, referuntur ad hoc opiniones Christianorum,& Hebræorum.Gen.288.c.1.A
Abraham quare,cum iam senex esset , acceperit vxorem post mortem Sarę,& quare ex Chananęis.Genes. 294.c.2.A
Agar,& Cetura , cum verè essent vxores Abrahæ , dictæ sunt concubinæ, vel respectu Saræ, quæ principalis vxor erat Abrahæ, vel quia non fuerunt acceptæ cum ea solemnitate in matrimonium , qua accepta est Sara.Genes. 294.c.4.I
Abraham post annum ætatis suæ 140. genuit sex filios de Cetura,& hoc naturaliter.Exo.tom.1. 8.c.2.B
Abraham quare separauerit filios,quos habuit ex Cetura,ab Isaac.Genes. 294.c.4.K
Vitæ Abrahæ fuerunt anni centum septuaginta quinque , qui quidem anni in Hebræo distincti ponuntur,scilicet,cẽtum anni,septuaginta anni, quinque anni,& hoc ideo esse,dicunt,quia ita fuit Abraham a peccato mundus, quando fuit septuaginta annorum,sicut quando fuit quinque, & ita,quando fuit centum,sicut quando fuit quinque.Gen.195.c.1.D
1.Paralip. 35.c.3.K
Abraham dicitur congregatus ad populum suum. Genes.25. idest, ad sanctos Patres, qui erant in limbo. Glosa tamen ordinaria per populum intelligit Angelos, quia fortè non erant tunc tot boni mortui,qui facerent populum,&c.Genes. 295.c.2.B
Abraham vixit,post natiuitatem Iacob,& Esau,annis quindecim.Genes. 297.c.3.H
Abraham fuit simpliciter melior, quàm Isaac, licet quo ad aliquid excederetur ab Isaac, quia obedientiæ merita potiora fuerunt in Abraham , &c. Gen. 300.c.3.I. Et fuit melior quàm Iacob, licet benedictiones Iacob fuerint maiores.Leuit. 320.c.4.I
Abraham post mortem Saræ vixit annos 38. Genes. 413.c.1.B
Abrahæ semen iustum vocantur omnes fideles rectè viuentes.Genes. 253.c.2.A
Abrahæ, & Saræ laudes multas cantat Augustinus,& maximè circa coniugium eorum, lib.16. de Ciuitate,cap.26,Genes. 257.c.2.E
Abraham volens occidere filium, non commisit homicidium,quia id voluit ex mandato illius,qui Dominus erat vitæ,& mortis,& cui cuiusque mors debita est ex peccato originali,&c.Exo.to.1. 21.c.1.D
Abraham,cum voluit occidere filium,non consensit in homicidium, cũ illud sit occisio hominis indebita,& contra prçceptũ decalogi,sed consẽsit in occisionẽ hominis debitã,&c. Exo.tom.1. 188.c.1.A
Abraham multum meruit in volendo efficaciter occidere filium suum.Exo.tom.1. 188.c.1.B
Si Abraham filium suum realiter occideret,non peccaret.Exo.tom.1. 189.c.4.H
Abraham laudatur, nõ quia voluit occidere Isaac,sed quia ex mandato Dei hoc voluit.Mat.to.1.98.c.3.H
Abraham iussit Deus immolare filium , sed Deus nõ intendebat, quòd filium occideret , sed quòd appareret alijs, quòd Abraham tam obediẽs esset Deo , quòd eo iubente,iam filium occidebat. Simile est de tentatione Philippi,&c.Matt.tom.4. 276.c.1.D
Quod Abrahã repudiaret Agar, licitũ fuit, immo necessariũ,quia mandante Deo.Mat.tom.5. 96.c.2.C
Generationes filiorum Abrahæ ex Agar, & Cetura prius refert scriptura. 1.Paralip.1. quàm generationes ex Isaac, quia illæ erant omittendæ, & istæ continuandæ.1.Paralip. 36.c.1.A
De filijs Abrahæ ex Cetura.1.Paralip. 36.c.2.A
Deus elegit Abrahã ex sola gratia , & liberalitate sua, potius quam aliquem aliũ de cõtemporaneis suis , & non propterea quòd Abraham a principio esset iustus,quia vt esset iustus,Deus prævenit eũ,vt esset capax beneficiorum suorum : nã ita poterat prævenire alium quemcunque Abrahæ cõtemporaneũ, ipsum iustificando.Matt.tom.1. 67.c.3.K
Potest dici,quòd Abraham fuerit principium credendi propter tria.Primò,quia illi fuerit primo reuelatus articulus de mediatore inter Deũ, & homines, & non solũ hoc,sed ẽt fuerit promissum,ꝙ ex semine suo nasceretur,iuxta illud Gen.22.In semine tuo benedicentur omnes gentes.Secundo,quia ex quo fides cœpit esse in ipso, postea semper seruata sit. Tertio , quia non solum ibi cœpit fides , sed etiam status fidei,&c.Matth.tom.1. 66.c.4.G
Abraham fuit primus,qui vocatus est Hebræus.Matt. tom.1. 189.c.2.A
Abraham non habuit principatũ politicum,similiter nec Isaac , sed tantum œconomicum:Iacob tamen cum filijs suis habuit communicationem mediam inter politicam, & œconomicam, quæ vicalis dicitur,hoc est,a vicõ.1.Reg.tom.1. 1.c.3.H
De Abraham , quare sæpius loquerentur Phariszi, q̃ de Isaac,& Iacob.Matt.tom.1. 189.c.1.E
Abraham habuit simul duas vxores , & Iacob quatuor.

tuor.Matth.tom.5. 86.col.2.C.
De ſinu Abrahæ,& quare ſic dictus ſit. Parado. 109. c.1.A.Similiter de deſcendentibus ad locum illum Ibidem. c.1.I
Sinus Abrahæ quomodo differat a limbo puerorum. Paradox. 109.c.1.B.& C

Abſalon. Abſalonis mater,filia fuit Regis Ieſſur.Ioſue tom.2. 57.col.2.D
Abſalon non tondebat capillos ſuos, niſi ex neceſſitate,quando grauabat eum cæſaries.2.Reg. 89.c.3.I
Abſalon non fuit Nazareus,quare male dicunt Iudei, oppoſitum dicentes.2.Reg. 89.c.4.G
Abſalon fecit ſibi imaginē marmoream in valle Regia,quæ diſtabat ab Ieruſalem duobus ſtadijs.2.Regum.90.c.1.E. Nec illius ſtatuæ conſtructio peccatum fuit ex eo, quia poterat eſſe ſcandalum ad idolatriam,ſed quia facta eſt ex inani gloria.2.Regum. 118.c.1.D
Ioab occidens Abſalonem, grauiter peccauit, & cæt. 2.Regum. 116.c.4.k. 124.c.1.C
Abſalonis refertur hiſtoria.1.Paralip. 54.c.1.D

Abſcindere. Membra propria virilia dæmoniacæ tētationis eſt, neque ſic faciens tollit a ſe concupiſcentiam carnis. Cum concupiſcentia alibi habeat originem, &c. Matth.tom.5. 121.c.1.A
Abſcindere ſibi virilia membra, vel aliam partem corporis nulli licet,quacunque intentione agat, niſi faciat de conſilio medicorum, ad euadendā aliquam grauem ægritudinem, quam alias non crederetur poſſe euadere, vt habetur extra de corpore vitia. c. ex parte in presbyteri. & 55.diſt. cap.ſi quis a medicis. & cap.ſi quis per ægritudinem. Matth. tom.5. 121.c.1.A

Abſentia. Cuius abſentia eſt cauſa deſtructionis, eius præſentia eſt cauſa conſeruationis. ex 2.Phyſic. vbi ponitur exemplum de nauta & naui.1.Reg.tom.1. 53.c.4.H

Abſoluere. Abſolui.

Ab obligatione,qua quis tenetur Deo,nunquàm abſoluitur propter illa, quæ faciunt proximi ſui contra ipſum,quare alter coniugum,qui non eſt fornicatus, licet non teneatur reddere debitum fornicanti, tamen non poteſt licitè commiſceri alteri. Mat.tom.5. 103.c.3.I
Nemo poteſt ſeipſum abſoluere, & alia ſacramenta conferre nouæ legis,etiam ſi ſit Papa. Secus tamen erat in veteri lege, vbi quis poterat ſeipſum circuncidere.Ioſue tom.1. 88.c.4.I.Mat.tom.4. 187.c.1.A
Nunquàm inferior,exiſtens inferior, propriè accipiēdo inferiorem, abſoluit ſuperiorem, & tamen ille, qui alias erat inferior, factus ſuperior, in aliquo caſu abſoluit ſuperiorem,ideſt,illum, qui alias erat ſuperior,& in illo caſu efficitur inferior. Et idem dicendum eſt de ſuſceptione Euchariſtiæ, & de abſolutione ſacramentali.Matt.tom.4. 187.c.1.A
Abſoluendi poteſtatem committere poteſt ſuperior inferiori ad ipſum ſuperiorem abſoluendum, non tamen ad excommunicandum.Mat.to.4.187.c.2.A
Per abſoluere a culpa, & a pęna, vt communiter improprie dicitur, ſignificatur abſoluere plenariè, quod propriè ſic dicitur.Defenſo. 3.c.1.C
Abſoluere,quantum ad peccata,nunquàm ſub totali verborum ſerie in ſacris literis reperitur, concedendum eſt tamen,quòd homo abſoluitur a peccatis, immo eſt propoſitio vera, & propria ſecundum rationem terminorum,iſta tamen non eſt propria locutio:Homo abſoluitur a culpa.Defenſo. 7.c.1.A
Deus dicitur abſoluere,quando infudit gratiam iuſtificantem,&c.Defenſo. 7.c.3.I
Deus abſoluit a reatu pœnæ æternæ,& eius ſacerdos a reatu pœnæ temporalis,vel a parte illius.in Defenſor. 8.c.1.C
Deus, & Sacerdos quomodo a culpa dicantur abſoluere.Defenſo.par.1. 7.c.2.B
Quando aliquando conceditur, quòd Deus abſoluit a culpa, accipitur tunc culpa pro offenſa Dei, & pro macula,& interdum pro reatu. Et ſatis conuenienter,quoniam iſta tria,ſcilicet,macula,offenſa,& reatus ſunt effectus culpæ,& fit tunc denominatio per cauſam,ita quòd effectus accipiat nomen cauſæ, ſicut iura frequenter faciunt.& eſt modus loquendi vulgaris,&c.Defenſo. 9.c.3.H
Cum dicitur, quòd ſacerdos abſoluit a culpa, ſenſus eſt,ideſt,a reatu pœnæ,&c. Et iſte modus loquendi eſt ſatis conueniens, quoniam, cum reatus non ſit niſi ad pœnam, accipitur vnum pro altero,quia ſecundum Ariſtotelem, vbi vnum propter alterum, vtrobique tantum vnum eſt, & alia ratio quòd Eccleſia accipiat pœnam pro reatu pœnæ, quia ſcilicet loqui vult clariori modo,quo poteſt, & tamen clarius eſt dicere abſoluere a pœna,quàm abſoluere a reatu,&c.Defenſo. 9.c.3.I
Quod aliquis abſoluatur a culpa non inuenitur in ſacris literis ſub his verbis, reperitur tamē peccatum dimitti,auferri,remitti,tolli,deleri,relaxari,donari. Defenſo. 6.c.4.G
Quando a peccatis abſoluimur,accipimus realiter aliquid de meritis Paſſionis Chriſti.Matt.tom.4. 172. col.2.A
Chriſtus poterat,eo viuente,a peccatis abſoluere,non imponendo pœnitentiam.Matth.tom.4.172.c.2.C
Abſoluere quantum ad rem nihil aliud eſt realiter, quàm remittere,vel delere peccata.Matth.tom.4. 174.c.4.K
Solus reatus eſt,a quo homo dicitur abſolui,cętera autem dimittuntur, vel tolluntur, aut delentur, ſed non abſoluitur homo ab eis.Matt.tom.4. 174 c.4.k
Abſoluere,& ligare poteſt ſacerdos quantumcunque malus.Matt.tom.4. 183.c.2.D
Papa, quia non poteſt ſeipſum abſoluere, neceſſe eſt, quòd a ſubdito ſuo abſoluatur. Matth,tom.4.187, col.2.A
Inferior,dum eſt inferior,nunquàm poteſt abſoluere ſuperiorem.Matth.tom.4. 187.c.2.A
De Abbatiſſa, quæ præſumpſit audire cōfeſſiones monialium,& abſoluere. vide in dictione,Abbatiſſa.
Quod aliquis abſolui non poſſit a pœna, ex duplici cauſa prouenit. Primo, quia quando quis abſoluitur,pœna non eſt ſiue ęterna,ſiue temporalis. Secundo,quia pœna non dicit rationem vinculi. Defenſo. 8.c.1.B

Abſolutio. In abſolutione ſacramentali duplex poteſtas requiritur,ſcilicet, ordinis,& iuriſdictionis: prima æqualiter eſt in omnibus ſacerdotibus, ſed non ſecunda, & hoc extra articulum neceſſitatis.Mat.tom.4. 185.c.2.C

Abſolutio ſacramentalis non poteſt fieri ſupra excōmunicatum,niſi prius ab excommunicatione liberetur.Mat.tom.4. 186.c.3.H
Abſolutio a peccatis non ordinatur præcipuè ad Euchariſtiæ ſuſceptionem, ſed ad æternam vitam habendam,licet verum ſit, quòd ad hoc quòd aliquis ſumat Euchariſtiam dignè debeat eſſe mundus ab omni peccato, per abſolutionem ſacerdotalem. Mat.tom.4. 186.c.4.G
Abſolutio propriè non fit a culpa peccati, nec ab aliquo alio, ſe a reatu pœnæ æternæ, vel temporalis. Defenſo. 5.c.4.k

Index in omnia Opera

Absolutio non se extendit ad peccatum, sed ad peccatorem, quia ipse est, qui ligatur, & nō peccatum, sed ad peccatorem, quē peccatū ligat. Def. 7.c.1.B

Absolutionem se extendere ad culpam rectè conceditur, si culpa accipiatur prout cōtinet in se septem illa, quæ sunt in peccato, præter pœnam, quia culpa isto modo includit reatum. Defenso. 7.c.2.A. Sed si culpa accipiatur, vt contra sex alia distinguitur, quę peccatum dicit, vel includit, non est verum, quòd peccator absoluatur a culpa, immo includit cōtradictionem, & sic nec Deus absoluit a culpa, nec ipsius sacerdos absoluere potest. Defens. 7.c.2.C. Sed ratio quare Dei absolutio nō se extendat ad culpā, cum homo absoluitur, est, quia tunc culpa non est, cum culpa dicat priuationem circūstantiarum debitarum, seu deordinationem, quæ ante aduentum gratiæ iustificantis desinit esse, quando actus peccati non est. Defens. 7.c.3.F

Absolutio Dei non se extendit ad culpā propter duo: primo quia nemo potest absolui, nisi ab eo quod est. Defens. 7.c.2.D. Secundo, quia absoluere, vel soluere, secundum propriam rationem, non est aliud, quàm vinculum tollere, sed culpa dicit priuationem, & non vinculum. Defens. 7.c.4.H

Absolutio sacerdotalis est post absolutionem Dei: ergo si Deus non absoluit a culpa, nec sacerdos absoluet. Defens. par. 1. 8.c.3.F

Absolutio solum est circa pœnæ reatum, quia illi reatui conueniunt duæ conditiones necessarię, quæ requiruntur ad absolutionem, scilicet, quòd maneat eo tempore, quo Deus, vel sacerdos absoluit, secundo quòd dicat rationem vinculi. Defenso. 8.c.1.B

Quod in absolutione sacramentali sacerdotes imponant manum super caput pœnitentis, assumptum est ex impositione manus Iacob cum benediceret Ephraim, & Manassen. Genes. 48. Genes. 398.c.3.G

Absolutio a culpa, & a pœna iuxta vulgi sententiam non est aliud, quàm absolutio a reatu pœnæ æternæ, & temporalis. Defens. 8.c.3.I

Absolutum. Absoluta, ad quodcunque cōparentur, eadem sunt, sed nō sic est in relatiuis. Mat. tom. 3. 184.c.2.E

Abstinentia. Abstinentiam, summam esse medicinam, fatentur peritissimi medicorum. Mat. tom. 3. 81.c.3.I

Abstractio Fit per intellectum, vt abstrahatur simplex a composito, vel a materiali: nam in rebus simplicibus, & immaterialibus nulla fit abstractio. Matt. tom. 2. 36.c.4.G

Abstractum Purius significat formam ipsam, quàm concretum. Genes. 66.c.1.A

Abulensis Edebat Commētarios in Genes. anno a natiuitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimosexto. Genes. 12.c.4.I. & 33.c.4.F

Abulensis apostrophat in amorem, immo potius in insaniam Sichem circa Dinam, de quo Genes. 34. Genes. 339.c.2.B

Abulensis apostrophat in Sansonem. super eius miserabili sorte. Iudicum. 164.c.2.E

Tempore Abulensis, viri tondebant comam. 2. Regum. 89.c.3.H

Tempore Abulensis erant inquisitores hæreticæ prauitatis in Hispania. 2. Paralip. 230.c.1.A

Abulensis scribebat 4. Regum Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo, & illo anno compleuit Henoch quinque mille trecentos, & viginti annos. 4. Regum. 16.c.2.C

Abulensis scribebat tom. 6. super Matthæum Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimoseptimo. Matt. tom. 6. 85.c.1.D

Abulensis in libello, quem fecit de præscriptionibus, posuit decem differentias inter Nouum, & Vetus Testamentum. Defenso. 33.c.1.B

Abulensis in libello suo, super Ecce virgo concipiet, tria per ordinem absoluit: nam primo nonnulla ponit fundamenta, ex quibus Iudæi contra nos insurgunt, aut saltem insurgere possunt, proclamantes prophetiam illam non posse intelligi de Iesu Redēptore nostro. super Ecce virgo cōcipiet. 3.c.2.A. Secundo soluit illorum rationes. ibidem. Tertio, subiungitur expositio Iudæorum ad præfatam prophetiam, quæ improbatur ab Authore. ibid. 5.c.3.H vsque ad finem libelli.

De Abulensis propositionibus, quas proposuit sustinendas in Rom. curia. vide in dictio. conclu.

Abundantia. Rerum extollit homines, & beneficiorum immemores facit. Deuter. 165.c.4.G

Acaron Ciuitas, de qua Iosue 15. vocatur nunc vulgariter Acre, de qua educit quoddam minerale, quod azurinum dicitur, ad faciendas literas, vel pingendas imagines. & vocatur vulgariter azur de Acre. & ab ista ciuitate denominatur ordo quidam militum, qui fuit in Ecclesia, cum Christiani obtinerent terram sanctam, scilicet, ordo Beati Ioannis de Acre, vel de Acaron. Iosue tomo 2. 93.c.2.A.1. Regum. tom. 1. 74.c.1.E

Acaron, & Geth fuerūt duæ Metropoles in terra Philisthinorum, quæ captæ fuerunt ab Israelitis tempore Samuelis. 1. Paralip. 206.c.1.C

Acceptatio. Oblationum a Deo non est ex rebus oblatis, sed ex voluntate offerentium. Genes. 282.c.2.A

Acceptio personarum. Circa acceptionē personarum ponuntur duæ regulæ. Prima est, quòd quicunque faciens, siue distribuens cōtra aliquam legem, datam ad sic, vel sic distribuendum, dicitur acceptor personarum, cuiusmodi sunt iudices, &c. Altera est, quòd quando quis magis, aut minus alicui dat de lucro, quàm alteri, aut magis, vel minus dat de pœna, vel de damno, quàm mereatur acceptio personarum est. Exo. tom. 2. 144.c.3.K

Iudex proprie est acceptor personarum, quando non considerat dignitatem, ideſt, merita personarum, sed solas personas pro causis circa distributionem. Deuteronom. 6.c.3.F

Acceptio personarum dicitur fauor, quo aliquis propter personam agit aliquid, meritis personæ non suffragantibus, in alterius præiudicium, & hoc in iudicio, &c. nam extra iudicium bene potest esse fauor sine peccato, vt cum liberum est adiutorium, &c. Leuit. 189.c.4.G

Acceptio personarum non est in Deo, ita vt sine meritis tribuat quibusdam bona, & alijs merentibus, mala tribuat, & quòd aliquibus pœnas non inferat, & alijs inferat, sed in omnibus se habet iuxta merita, & demerita eorum. Leuit. 328.c.2.B. Mat. tom. 3. 234.c.2.A

Acceptio personarum opponitur iustitiæ distributiuæ, &c. Deuter. 6.c.2.E. Matt. tom 6. 26.c.4.H

Acceptio personarum nunquàm est nisi in eo, qui debet aliquid aliquibus distribuere, & tenetur sequi certam formam in distribuendo, &c. quare Deus non est acceptor personarum. Matth. tom. 3. 234. col. 2.A

Acceptio personarum non est facienda in foro contentioso, quantum ad hoc, quòd fiat iustitia de quibusdam,

buſdam,& de quibuſdam non, & tamen quantum ad modum faciendi iuſtitiam debet eſſe diuerſitas, quia non debet eſſe idem modus procedendi cõtra omnes,nec etiam eædem pęnę,vel ęquales debent inferri,&c.Matth.tom.2. 242.c.1.B

Acceptio perſonarum fit, quando perſona eſt impertinens ad meritum rei, quæ datur: nam ſi ſit pertinens,tunc cauſarum erit acceptio,& non perſonarum,cũ ipſa perſona ſimpliciter non ſit circunſtantia actus moralis, ſed bene ſi conſideretur perſona ſecundum conditionem meritoriam, vel demeritoriam,pertinentẽ,vel impertinentẽ.Deut. 6.c.3.H

Acceptio perſonarum fit tãtum duobus modis,quòd ſi pluribus fiat,ad iſtos duos reducũtur. Primo modo fit,quando poteſtas diſtribuentis pęnam,vel abſolutionem,damnũ,vel lucrum,honorem, vel infamiam,ligata eſt per aliquam legem taxantem,quãtum quali dari debeat. Secundo quãdo diſtributio, ſuperabundans in vno, præiudicat alteri,&c. Deuteronom. 6.c.3.I

Acceptio perſonarum non poteſt fieri de rebus propriis accipientis, quare pater ille familias, qui conduxit operarios in vineam ſuam,Matt.20.Non fuit acceptor perſonarum.Deuter. 6.c.4.G

Acceptio perſonarum ſignificat quandam conſiderationem perſonæ ad faciendum aliquid pro illa, propterea quia talis perſona eſt,& nõ accipere perſonam eſt non conſiderare illam ad hoc, quòd ei vtilitatem,honorem, aut aliquid boni impẽdamus propterea,quia talis perſona eſt.Mat.to 6. 26.c.4.I

Prima conditio acceptionis perſonarum eſt, quòd ſit in bonum.Mat.tom.6. 27.c.1.A

Acceptio perſonarum eſt, quando ſola perſona conſideratur in boni diſtributione,ſecus tamen ſi natura conſideretur, & non perſona, vt ſi dem eleemoſynam alicui,quia homo eſt, non cõſiderando,quòd ſit pauper,vel iuſtus,&c. quia tunc non eſt acceptio perſonarum.Matt.tom.6. 27.c.1.B

Quando fit aliquid boni alicui propter conditionem perſonæ,contingit interdum quòd ſit acceptio perſonarum, & interdum non. Nam ſi conditio illa, quam reſpicimus, facit debitum eſſe perſonæ, vel ei competens, tunc non eſt acceptio perſonarum, quia non accipitur ibi perſona, ſed cauſa, ſecus tamen ſi illa conditio non faciat debitum eſſe perſonæ,vel ei competens.Mat.tom.6. 27.c.1.C

Acceptio perſonarum eſt, quandocunque res aliqua datur, ſiue propter ſolam perſonam, ſiue propter aliam cauſam,quæ non facit rem debitam,ſeu competentem, & hoc ſiue conditio ſe teneat ex parte perſonæ,ſiue non.Mat.tom.6. 77.c.2.A

Sunt quædam conditiones,quæ faciunt aliquam perſonam eſſe dignam ad aliquid, & non ad aliud. vnde eadem conditio perſonæ in vno negocio conſiderata,facit acceptionẽ perſonæ,& non in alio, &c. Mat.tom.6. 27.c.2.A

Acceptio perſonarum ſemper eſt peccatum,quia opponitur cuidam virtuti, ſcilicet, iuſtitiæ diſtributiuæ, & vetatur Deuter.1. Non accipies cuiuſquàm perſonam.Et Prouerb. 18. Accipere perſonam in iudicio non eſt bonum.Matth.tom.6. 27.c.2.E. Et ſemper eſt peccatum mortale, vt probatur Matth. tom.6. 28.c.1.A

Circa acceptionem perſonarum eſt regula, quòd quãcunque in dando aliquod bonum alicui, cõſideratur ſola perſona,vel quęcunque aliæ conditiones perſonæ, ſiue intrinſecæ, ſiue extrinſecæ, quæ non faciunt perſonam illo bono dignam,vel ſaltem capacem, eſt acceptio perſonarum, ſi eſt materia, in qua cadat talis acceptio.Mat.tom.6. 27.c.3.H

Cum perſona conſideratur ſecundum naturam eius, licet illa maior ſit, quàm ſua res, tamen comparando quo ad nos, vel quo ad rectitudinem operationis,magis præcipua eſt cõditio perſonæ,quàm perſona,cum perſona ipſa non faciat hominem dignũ aliquo bono. ſecus tamen conditio perſonæ, & ſic quando fit aliquid propter perſonam, accipitur nõ cauſa vt cauſa, & ideo eſt acceptio perſonarum. Mat.tom.6. 27.c.3.K

In acceptione perſonarum non poteſt cadere ignorantia,quia actus iſte, de ſeipſo, importat quòd fiat propter intuitum perſonæ,ſine conditione dignificante.Matt.tom.6. 28.c.3.G

In acceptione perſonarum ſemper fit contra dilectionem proximi,vel Dei,vel vtriuſque. Matth. tom.6. 28.c.3.G

Acceptio perſonarum aliquando contingit in exhibitione honoris,& aliquando non. Et hoc accipiendo honorem large in toto ſuo ambitu, &c. Matth. tom.6. 29.c.1.A

Præferre diuites pauperibus, aliquando eſt acceptio perſonarum,& aliquando non.Matt.to.6. 31.c.2.E

Acceptio perſonarum locum habet circa iudicia,immo eſt id, quod magis corrumpit iudicia. Matth. tom.6. 31.c.4.K

In quolibet iudicio poteſt contingere acceptio perſonarum,quia in quolibet incidit,aliquomodo, iuſtitia diſtributiua.Mat.tom.6. 32.c.1.E

Acceptio perſonarum aliquando contingit in datione eleemoſynæ,& aliquando non.Et circa hoc ponuntur aliquæ regulæ.Mat.tom.6. 32.c.4.F

Acceptio perſonarum nõ poteſt eſſe,niſi cum aliquid diuidẽdum eſt inter plures, & datur alicui ſine cauſa, vel ſaltem eſt aliquid, quod debet dari alicui de multis cum certa dignitate, & datur vni, in quo nõ eſt illa dignitas. Mat.tom 6. 33.c.1.D

Non eſt acceptio perſonarum,niſi quando tenetur qs ad certum modum.Mat.tom.6. 33.c.2.B

Circa eleemoſynam non eſt niſi vnus caſus acceptionis perſonarum, ſcilicet, quando occurrunt multi pauperes, & vnus eſt in extrema neceſſitate, & non alij, & dimiſſo illo, qui eſt in extrema neceſſitate, datur eleemoſyna alteri.Mat.tom.6. 33.c.1.D

Acceptio perſonarum raro cõtingit in donationibus, quas ſponte facimus, & hoc in vno caſu, ſcilicet, ſi occurrat alicui pauper in extrema neceſſitate, & nolens illi dare, donet ſponte alicui non indigenti, neque petenti, ſed hoc improprie dicitur acceptio perſonarum.Mat.tom.6. 33.c.4.F

Acceptio perſonarum eſt, cum aliquid tribuitur alicui perſonæ præter proportionem dignitatis ſuæ in eis,in quibus eſt certus modus dandi. Matt. tom.6. 34.c.1.C

Acceptio perſonarum poteſt accidere interdum circa diſpenſationes, quæ fiunt ad habilitandum perſonas,vel legitimandum eas.Mat.tom.6. 36.c.3.H

Acceptio perſonarum poteſt contingere in electione prælatorum,& interdum non.Mat.tom.6 37.c.2.C

In electione prælati ex his,qui ſunt in Eccleſia, vbi eſt dignitas vacans, poteſt contingere acceptio perſonarum.Mat.tom.6. 38.c.3.F

Acceptio perſonarum eſt, quando quis perſonam, & non cauſam conſiderat.Deuter. 6.c.3.F

Acceſsorium. Non eſt eadem lex in acceſſorio, quæ in principali, præcipue cum illius contrarium lege cauetur. Numeri tom.1. 218.c.2.A

Accidens. Accidentia ſolo numero differentia, habent principium differendi a ſola diſtinctione ſubiectorum. Exodi tom.1.

280.c.2.B.De ſtatu Animarum,&c. 5.c.4.F
Sicut accidentia ſe habent ad ſubſtantias, ita omnes res ad Deum,quoad conſeruari. Exo.tom.1. 291. col.2.C
Accidentia priuatiua manere ſine ſubiecto impoſſibile eſt, etiam per diuinam potentiam, quia implicat contradictionem.Exo.tom.2. 145.c.4.K
Nullum accidens alicuius corporis eſt in indiuiſibili, nec eſſe poteſt.Matt.tom.1. 200.c.4.G
Accidens, inquantum huiuſmodi, eſt imperfectius ſubſtãtia: quo ad aliquid tamen poteſt eſſe dignius ſubſtantia.Mat.tom.2. 16.c.2.D
Accidentia manere ſine ſubiecto maius miraculum eſt,quàm duo corpora eſſe in eodem loco. Matth. tom.4. 249.c.1.C
Accidentia, ſeparata ab aliqua re per diuinam potentiam,non poſſunt informare aliam rem, quia in illa re deficit ratio ſubiectabilitatis, ſcilicet, quòd albedo gratia exempli eſſet ab illo ſubiecto, quod requiritur ad hoc quòd informet illud ſubiectum. Exo. tom.1. 281.c.4.H
Accinctus Dicitur,qui ad aliquid cinctus eſt, ideſt,diſpoſitus ad faciendum aliquid.Num.tom.2. 171.c.1.E
Accipiter. Eſt auis,quam vulgariter dicimus azor. Leuit. 99.c.1.D
De accipitre,& eius proprietatibus, vide Leuit. 109. col.1.C
Sunt quidam accipitres aeris tantum, quidam vero tantum in terra, ſicut Aquilæ. Primi aues tantum volantes rapiunt. Secundi aues tantum exiſtentes in terra inuadunt,& percutiunt.ibid.D
Accola. Accolæ dicuntur habitatores terræ, in qua illi orti ſunt. Et dicuntur ſic ab accolẽdo,ideſt,habitando,& differt a colono, quia colonus eſt, qui ad habitãdum aliquam terram extra locum ſuæ originis tendit. Et in hoc colonus differt ab accola.Leuit. 184.c.2.C
Accubitus. Primos accubitus appetere in conuiuijs, aliquãdo peccatum eſt,& aliquando non. Peccatum vero eſt, quando qui ſic appetit, non eſt dignus, neque de iure competit ei ex officio, vel ſtatu, ſecus tamen ſi alias appetat.Mat.tom.6. 180.c.3.F
Accuſare. Accuſans criminaliter, ſi in accuſatione deficiat, condemnatur, & ſecundum leges diuinas, & humanas, vt patet Deuter. 22. de illo, qui accuſauit vxorem ſuam,di. non inueni eam virginem.Num.tom.1. 62.c.3.K
Accuſari poteſt aliquis de criminibus quantumcunque antiquis, quia crimina ſola morte extinguuntur,vt patet in Decretis.23.diſtin. cap.quorundam, & 24.quæſt.2. cap.1. Et hoc eſt verum,exceptis tribus caſibus,ſcilicet, in caſu hæreſis. Secundo in caſu, quo quis inſtituat hæreticum in hæredem. Tertio in caſu, quo quis deceſſit in crimine notorio. 3.Regum. 9.c.4.H
Accuſare vitia officium eſt bonorum. Et ſi hoc faciant mali,Alienas partes agunt. Matth.tom.5. 43. col.4.B
Accuſatio. Ad accuſationem criminis publici quilibet admittitur de populo.Iudi. 189.c.3.H
Ad accuſationem non oportet,quòd præcedat aliqua admonitio ſecreta, ſed ſolum debet præcedere inſcriptio, extra de accuſat. cap. qualiter, & quando. Matt.tom.5. 50.c.2.D
Non licet accuſationem procedere circa quodlibet peccatum ſecundum legem Chriſti, ſed ſolũ quantum ad illa peccata, in quibus in promptu eſt,vt veniat periculum multitudini,niſi ſtatim denunciẽtur. Et tunc ſtatim denunciari poſſunt,quia vtilitas publica præfertur priuatæ.Mat.tom.5. 51.c.4.G
Acetabulum. Hoc nomen acetabulũ dupliciter accipitur, ſcilicet, generaliter,& ſpecialiter. Exo.tom.2. 32.c.3.G
Acetabula, de quibus Exodi 37. in Hebræo dicuntur ſcutellæ, Et Rabbi Moyſes dicit, quòd erant quædam vaſa,intra quę coquebantur panes propoſitionis,& erant de auro,& ſimilia in parte ſuperiori,& inferiori, vt panes ſimiles redderentur in vtraque facie. Sed hoc non placet auctori. Exodi tom. 2. 197.c.1.A.& 210.c.1.D
Acetabula,diſtinguebantur a mortariolis. Num.to.1 43.c.1.D
Acetabulum dicitur ſcutella argentea ampla,facta ad recipiendum ſimilam, Et communiter ſcribitur cum p,& alij ſcribunt ſine p. Sed aberrant. Num. tom.1. 82.c.2.E
Acetum. Specie differt a vino, inebriare tamen poteſt.Num.tom.1. 68.c.4.F
Acinum. Dicitur folliculus vuæ,vel quicquid reſtat de ea, poſtquàm totum vinum effluxerit.Num.tom.1. 68.c.4.K
Achab. Rex Iſrael peccauit ducens in vxorem Iezabel filiam Regis Sidoniorum. 3. Regum. 151.c.3.H
Quare tempore Achab Regis Iſrael venerit potius illa magna ſiccitas trium annorum cum dimidio. 3.Reg.17.quàm tempore Regum,qui eum præceſſerunt.3.Regum. 154.c.2.C
Propter pœnitentiam Achab mutauit Deus ei pœnam.3 Reg. 194.c.4.H
Inter reges Iſrael nullus ita venundatus fuit,vt faceret malum,ſicut Achab.2.Paralip. 237.c.2.A
Achab Rex Iſrael credidit potius Prophetis Baal. q̃ Micheæ Prophetæ Dom.uni. 2. Paralip. 18. propter multa.2.Paralip. 251.c.4.K
Achademia. Achademica gymnaſia dicebantur, ab achademia uilla quadam apud Athenas,quam Plato ad ſtudij vacationem elegit deſertam, & peſtilentem, vt libidinoſi motus, metu mortis, in diſcipulis frangerentur, & nihil aliud deſiderarent, niſi ſcire. Geneſ. 4.c.1.H
Achan. Pro Achan de quo Ioſue 7. litera noſtra legit Achor, ſed falſe legit. Ioſue tom.1. 122.c.2.B
Achan non proprie commiſit furtum, neque rapinam, cum accepit de anathemate Iericho. Ioſue tom.1. 129.c.1.E
Achan lapidatus eſt a toto populo propter multa. Ioſu.to.1. 140.c.1.A
An Achan fuerit lapidatus vel crematus, referuntur opiniones,& improbantur.Ioſu.to.1. 140.c.2.C
Et dicendum quòd Achan fuit lapidatus, & crematus ibidem.Nec datæ ſunt illi duæ pœnæ,una lapidationis propter violationem ſabbati & alia propter anathema, vt dicit Nicolaus de Lyra. Et Rabbi Salo. Sed propter alia multa, & vtraque pœna data eſt,iubente Deo, & non alias, licet illud non exprimat ſcriptura. Ioſue tom.1. 141.c.2. A. Et fuit data hæc duplex pœna ipſi Achan propter multa. 142.c.1.C
Filij & filiæ Achan occiſi ſunt cum patre,non tamen vxor eius. Nec ſunt occiſi quia conſcij fuerint criminis paterni,vel fautores,ſed Deus voluit,vt occiderẽt ad terrorẽ,& ad oſtẽdẽdũ criminis magnitudinẽ,Ioſu.to.1.142.c.1.F.Et fuerũt aliqua motiua,vt tũc occiderẽtur filij,& filię eius.Ioſu.to.1.144.c.2.B

Et

Et fuerunt primo lapidati, & postea cremati, sicut pater eorum, ibidem. 144.col.3.I

Achates Lapis venas habet albas, & fulmini resistit, tempestatem sedat, simulacra monstrat, somniorum, contra venenum prodest, pericula vincit. Exo.tom.2. 65.c.1.B

Achaz Rex Iuda consecrauit filium suũ transferens per ignem, iuxta consuetudinem gentium, quod dupliciter fiebat: vno modo dando aliquem de filijs suis ad comburendum in reuerentiam idolorum, secundo modo lustrando inter ignes, & intelligitur primo modo. 4. Regum. 157.c.2.C

Achaz Rex Iuda, petens auxilium a Rege Assyriorũ, peccauit, vt probatur. 4. Regum. 158.c.4.I

Peccauit similiter accipiendo thesauros Domini, vt daret Regi Assyriorum. ibidem. 159.c.2.C

Achaz Rex Iuda, quando genuit Ezechiam, erat ætatis ferè 14. annorum. 4. Regum. 174.c.3.H

Achaz Rex Iuda dicens ad Isaiam, suadentem petere signum a Deo, non petam, & non tentabo Dominum, mentitus est, vt probatur Matth. tom. 4. 156. col.1.A

Achaz Regi Iuda, dedit Deus signum de conceptione Virginis Gloriosæ, quod euenturum erat post sexcentos annos, & non dedit ei signum, quod immediatè esset futurum, tanquàm confirmatiuum, & demonstratiuum eorum, quæ prædicebantur, quia id sua malitia demeruit. super Ecce virgo. 1. col.3.F

Achaz mortuus est morte naturali, quia non fuit occisus in bello, neque per insidias, sicut quidam alij Reges Iuda, licet fuerit impius. 4. Reg. 162.c.2.B

Achilles Achillis mortui animã placauerunt Græci sanguine Polixenæ Priami filiæ. Ne eis, & toti classi terribilis haberetur, vel appareret. De hoc in 12. Metamor. & Sene. tragœ 6. Exo.to.1. 106.c.1.E

Achitophel Laudat Iosephus, qa seipsum occidit, sed malè laudat. 2. Regum. 111.c.1.C

Achitophel, seipsum occidens, an sit damnatus æternaliter, non constat. ex signis tamen videtur quòd sic 2. Regum. 111.c.3.H

De Achitophel consiliario Dauid. vide 1. Paralipom. 319.c.1.A

Achor Hebraicè significat exturbationem. Iosue tom 1. 122.c.2.C

Achor non est nomen illius viri, qui lapidatus est propter anathema Iericho, Iosue 7. sed nomen est illius vallis, in qua lapidatus est. Iosue tom. 1. 138. c.1.C & 145.c.2.A

Acomentarijs, Dictio quædam est indeclinabilis, sicut a caliculis, & significat scriptores, vel historiographos, aut relatores negociorum. 3. Regum. 39.c.1.A. 1. Paralipom. 214.c.3.F

Acquirere Deterius est acquisita perdere, quàm non acquisita non acquirere. Matth.tom.5. 13.c.3.F

Acroathon Fuit opidum situm in cacumine montis Athos Macedoniç in quo homines longiori vita per dimidium potiebantur, quàm homines aliarum terrarum, cuius assignatur causa. Genes. 90.c.2.D & 101.c.1.B

Acroceraunia Dicuntur montes fulminati, & dicitur ab acros, quod est mons, & ceranos, quod est fulmen, quasi montes fulminati. primo Paralipomenon. 18. colum.3.F

Actio. Actus.

Actus, quando vigorem habet ex materia, vel forma, quod est aliquid intrinsecum in natura actus, tunc non requiritur personæ determinatio, quam intendebat agens, quia ipse actus de se validatur, & hoc contingit in omnibus sacramentis, vbi materia habet aliquam virtutem, vel ipsa forma verborum, vt patet in Baptismo, & Ordine, &c. Genes. 308.c.1.C

Quando dicitur, quòd actio, & passio sunt vnus motus, & quòd actio est in patiente, intelligitur de actione transeunte, & non de immanente, &c. Exodi tom.1. 122.c.4.K

Actus vnitatem recipit ab vnitate obiecti, & potentiæ. Matt. tom.4. 239.c.2.E

Omnis actio fit per cõtrarietatem, ex 5. Physicorum, & probatur Num. tom.2. 20.c.4.F

Ad hoc quòd actus sit pure naturalis, oportet quod perficiatur a causis totaliter naturalibus, non operante causa supernaturali, nisi quatenus ipsa est prima causa. Iudicum. 130.c.4.F

Necesse est omnem diuinam actionem esse in instanti. 1. Reg. tom. 1. 215. c.4. I. Parado. 5.c.3.K

Idem actus in moralibus potest esse in diuersis speciebus moris. Matt. tom.5. 18.c.4.G

Actio siue motus habet se ad naturam tripliciter: primò quando illius nec principium est natura, neque terminus: secundò quando natura est principium, & terminus: tertiò quãdo natura nõ est principiũ, sed bene est terminus. Matt. tom.6. 74.c.4.I

Quilibet actus est generatiuus habitus sui generis. Matth. tom.4. 174.c.4.H

Actuum genera distinguuntur per obiectorum genera. Matth. tom.5. 144.c.3.F

Ad actionem duo requiruntur, scilicet, distinctio agẽtis, & passi, & contactus eorundem. Matth. tom.7. 131.c.3.H

In omni actione, in qua interuenit instrumentum, vel aliquid ministeriale, instrumentum immediatius attingit id, in quo fit operatio, quam principale agens. Defenso. 36.c.2.E

In omni actione naturali duo sunt principia necessaria, scilicet, actiuum, & passiuum. Parado. 10.c.4.G

In naturalibus non est actio sine rei actione. Parado. 36.col.1.E

Quamuis semper actio, & passio sint in contrarijs, finis tamen actionis in similitudine est, aut in consumata actione secundum naturam. Parad. 56.c.2.A

Illud secũdi de Anima, scilicet, Actus actiuorum sunt in patiente dispositio, sic exponitur, idest, talis est actio agentis in patiente, qualis est conditio patientis ad suscipiendum. Parado. 56.c.4.G

Omnis actio tendit ad similitudinem. Matth. tom.4. 183.c.3.I

Actus humanus Potest dupliciter non esse fini conueniens. Matth. tom.5. 83.c.4.I

Actum reflexum solus format intellectus. Matt. to.4. 248.c.3.I

Omne, quod in humanis actionibus impedit principale intentum, est directe contra legem naturæ. Matth. tom.5. 84.c.1.A

Actus absolutè, & in se non sunt boni, vel mali, sed efficiuntur boni, vel mali per circunstantias additas. Defenso. par. 1. 3.c.3.I

Actum bonum non potest Deus malum facere, bene tamen malum facere bonum, &c. Exodi tom. 1. 190.c.1.A

Actuum humanorum principia sunt tria, scilicet, intellectus, appetitus, & sensus, vt patet in princip. 6. Ethi-

6.Ethicorum: propria tamen sunt duo, scilicet, intellectus, & appetitus. Exo.tom.1. 222.c.1.B

Actus dicũtur esse humani, qui sunt per intellectum, & voluntatem. ex 6.Ethicorum, vbi dicitur, quòd sensus nullius actus principium est, sed instrumentum, & intellectus est simpliciter principium actus humani: voluntas verò secundariũ, & consequens, &c. Exo.tom.1. 287.c.1.D

Actus aliquis moraliter bonus cum tristitia factus, poterit esse excellentior eo, qui cum delectatione fit. Num.tom.2. 136.c.4.H

Actus bonitas mensuratur a duobus, a quibus bonitatem accipit, scilicet, a termino, siue ab obiecto, & a principio, scilicet, voluntate. Ex termino habet actus speciem bonitatis, sed ex principio, scilicet, ex voluntate habet rationem meriti. Matth. tom. 2. 253.c.3.H

Actus vnde dicatur meritorius. vide Matth. tom. 5. 144.c.3.H

Actionum humanarum ponuntur tres regulæ. Matt. tom.5. 84.c.1.B

Quando aliquis actus est malus circa determinatum genus, si semel est peccatum mortale, semper est peccatum mortale, vel desinit esse peccatum mortale, sed non contingit, quòd si semel fuit mortale, quòd aliquando sit veniale. Matt.tom.6. 28.c.3.F

Licet actus moralis accipiat maioritatem, vel minoritatem ex conditione obiecti, tamen non est necesse, quòd si obiectum sit infinitum, quòd peccatum sit infinitum, &c. Matt.tom.7. 171.c.1.C

Omnis actus meritorius vitæ æternæ, est etiam meritorius bonorum temporalium. Genes. 307.c.2.A

Actus exterior Sine electione voluntatis, nec peccatum, nec meritum. Genes. 19.c.1.D

Actus exterior, secundum se, nec est bonus, neque malus, sed secundum quòd habet connexionem cum actu interiore. Exo.tom.1. 181 c.3.K

Actus exterior addit actui interiori quoddam supplementum, & quandam perfectionem, tamen sine illo in actu voluntatis est operatio virtutis consumata. 2.Paralip. 81.c.1.B

In omnibus actionibus, quæ ad aliquid extra terminantur, nõ semper conuertitur actiua in passiuam, secus tamen in omnibus actionibus interioribus animæ. Matth.tom.5. 20.c.1.B

Actus exterior addit super actum interiorem voluntatis rationem meriti, vel demeriti, secũdum quòd ipsa voluntas intensius mouetur ad bonum, vel ad malum, quando talis actus exterior fit. Mat.tom.4. 45.c.2.C

Actio iuridica Inanis dicitur, quam inopia debitoris excludit, vt habetur extra de restitutione expoliatorum. in cap. olim. Exo.tom.1. 226.c.3.F. Matth.tom.4. 278.c.1.E

Actiones personales purę, quæ competunt contra aliquem, morte illius extinguuntur. 1.Regum tom.1. 104.c.1.D

Actiuum. Omne actiuũ conuertitur in passiuum, grammaticè loquendo, vel dialecticè, quia grammaticus solum considerat modum significandi verbi, & non substantiam actionis. Aliquando egreditur ab agente, & non peruenit vsque ad patiens, quia patiẽs interdum in sua potestate habet recipere effectum agentis, & interdum non, &c. vt contingit in actibus, qui terminantur ad aliquid extra, vt percutere, occidere: in actibus verò interioribus, vt amare, intelligere, &c. semper actiuum conuertitur in passiuum, eo quòd actio pertingit ad terminum illũ, ad quem est, &c. Matth.tom.5. 20.c.1.A

Actuum liber Qui dicitur Apostolorũ, ponitur in Canone Noui Testamenti post Epistolas Pauli, & est sextus liber in ordine, quia quatuor Euangelistę quatuor libros faciunt, Epistolæ Pauli quintum locum tenẽt: Actus 6. Epistolæ Canoni. 7. Apocalyp. 8. Genes. 29.col.4.K

Actuum 7. vbi nos habemus: Transtulit illum Deus in terram hãc: Translatio, quam sequitur August. habet: Post mortem patris eius collocauit illum in terra hac. Genes. 60.c.2.B

In libro Actuum habetur historia ab Ascensione Domini vsque ad biennium, postquàm Paulus fuit Romæ in carcere tempore Neronis. Matt. tom.1. 3.col.4.I. Et ita solum continet histo. 25.annorum. Matth.tom.6. 271.c.3.H

Acus. Quòd chamelus transeat per foramen acus, possibile Deo est. Matth. tom. 5. 142.c.3.H

Adam. Hoc nomen Adã non est nomen proprium: nam significat omnia indiuidua speciei humanæ, sicut hæc dictio homo, magis tamen conuenit primo homini, quàm Euæ, quia Adam in Hebræo significat præcisum de terra, & dicitur Adam de adama, quòd significat terram. Genes.30.c.2.D.1.Paralip. 27.c.2.D

Adam dicitur quasi edom, idest, rubeus: nam eædem literæ ponuntur in Hebræo pro Adam, & pro Edõ, & solum differunt in punctis. 1.Paralip. 27.c.2.D

Adam dicitur creatus in campo Damasceno, siue in Hebron, vbi nunc sepultus iacet, quia ibi vixit, postquàm eiectus est de Paradiso, vt quidam dicunt. Genes.7.col.1.E.& 248.c.3.G. Sed motiua istorum non sunt efficacia. Genes.93.col.2.E. Sed qua hora fuerit creatus, non constat. Ibidem. 200.c.2.A

Adam creatus fuit in ætate perfecta qua posset generare, scilicet, in ætate triginta annorum, & vltra. Genes. 12.c.3.F.& 147.c.4.K

Adam fuit melius complexionatus, quàm cæteri homines, dẽpto Christo. Genes.6.c.4 H. Habuit tamẽ corpus passibile, potens mori, & si poneretur in igne, vreretur: & ab illis Adam per prudentiam se custodiret, & ab eis, a quibus non posset per prudentiam conseruari, seruaretur per prouidentiam Dei. Ibidem. 186.c.3.K

Adam extra Paradisum formatus, quare fuerit trãslatus in Paradisum. Genes 94.c.4.K. Sed quare non fuerit formatus in Paradiso. Genes. 92.c.2.D

Adam formatus extra Paradisum priusquàm transferretur in Paradisum, nullum nocumentum sensit. Genes. 92.c.2.E

Adam semel positus est in Paradiso, & si alicui videatur, quòd bis &c. Genes. 106.c.4.G

Adam positus in Paradiso, si permaneret in statu innocentiæ, quomodo fieret immortalis: & quæ sit differentia inter immortalitatem Adæ in illo statu, & immortalitatem corporum Beatorum. Genes. 99.col.3.K

Adam dicebatur immortalis in statu innocentię, quia ibi habebat remedia contra omnes modos corruptionis, & ita nũquàm moreretur. Gen. 100.c.1.E. Ita quod in illo statu erat quodammodo mortalis, & quodammodo immortalis. Genes. 179.c.1.B

Adam an Deum viderit per essentiam, cum esset in Paradiso, quidam dicunt, quòd sic, quorum rationes referuntur. Genes.174.c.1.E. Sed oppositum est verum, & dicendum est, quòd Adam cognouit Deum tunc medio quodammodo inter cognitionem,

nem, quam beati habent de Deo, & illam, quam nos nunc habemus de eo: & ſic tenet Magiſter. 2. ſe ten. diſt. 23. Gen. 174. c. 2. E. & ſoluuntur rationes op poſitæ opinionis. ibidem.

Adam in ſtatu innocentiæ poterat Deum dupliciter videre. Geneſ. 175. c. 1. C. Nec affligebatur ex eo, q̃ non videbat Deum per eſſentiam: quia non cupiebat videre illum, niſi pro illo tempore, quo Deus diſpoſuerat, vt videret ipſum. Gen. 176. c. 3. I

Adam, ad videndum Deum in ſtatu innocentiæ, habuit impedimentum ſimplicis negationis, & non per modum contrarii. Geneſ. 176. c. 4. F

Adam non habuit perfectam rerum cognitionẽ iuxta quorundam opinionem, quorum motiua referuntur. Gen. 176. c. 4. H. aliis oppoſitum dicentibus, &c. Sed dicendum, quod habuit omnem ſcientiam quæ tunc erat illi neceſſaria. Geneſ. 177. c. 1. B

Adam cognouit diſpoſitionem ſui ipſius in actibus propriis, & diſpoſitionem aliarum creaturarum, ſecundum quod ad ipſum pertinebat, nec propterea dicendum eſt q̃ ſciret proprietates & paſſiones omnium rerum. Geneſ. 177. c. 2. D

Adam licet rerum perfectam haberet cognitionem, experientia tamen multa quotidie cognoſcebat. Geneſ. 128. c. 1. E

Adam habuiſſe cognitionem omnium rerum naturalium, & Mathematicarum artium dicunt aliqui, ſed non eſt neceſſarium hoc aſſerere. Geneſ. 178. col. 2. C

Adam cognouit omnia naturalia, id eſt, omnia corpora mutabilia cum ſuis proprietatibus, & ita habuit omnem philoſophiam, aſtrologiam, &c. Geneſ. 16. c. 2. C

Adam fuiſſe ſapientiorem Salomone, non eſt nephas dicere. Gen. 16. c. 2. C

Adam in non neceſſariis poſſet perfici ab angelis, & illuminari. Geneſ. 178. c. 4. F

Adam ita ſapiens fuit, vt non ſolum rebus viuentibus impoſuerit nomina, ſed etiam omnibus alijs rebus naturalibus, quas vidit, vt arboribus lapidibus &c. principaliter tamen ipſis animalibus, cum ſint partes principaliores vniuerſi. Gen. 16. c 2. C

Ad Adam non ſunt adducta, omnia animalia: ſed tantum de qualibet ſpecie vnũ vel duo ad ſummum. & illa tantum adducta ſunt, quæ non gignuntur ex putrefactione terræ &c. Geneſ. 135. c. 2. A. Nec ad illum fuerunt adducta huiuſmodi animalia, præcipuè vt illa cognoſceret, ſed multæ aliæ cauſæ fuerũt principaliores. Geneſ. 136. c. 1. B

Ad Adam quare fuerint adducta animalia ante formationem Euæ, multæ aſſignantur cauſæ, quarum præcipua fuit, vt oſtenderet Deus Adæ an poſſet inuenire cõſortiũ ſimile ſibi in animalibus &c. Gene. 136. c. 2. A. & præfata animalia adducta fuiſſe ad Adam ſcriptura refert, vt oſtendat cauſam formationis mulieris, de qua principaliter agit. Ge. 136. c. 3. F

Ad Adam fuerunt adducta animalia angelorum miniſterio: & non alias, vt dicunt aliqui. Gen. 136. c. 3. F

Quod Adam non impoſuerit nomina cæters rebus ab animalibus aſſignantur cauſæ. Gene. 137. c. 3. F

Adam illa nomina, quæ animalibus impoſuit, non accepit a Deo: ſed in aliis rebus vtebatur nominibus ſibi à Deo datis, quæ Deus impoſuit, & nõ Adam, cum dedit illi idioma Hebræum, quia illa nomina reſeruauit imponẽda ab Adam, cum quibus cõpletum fuit illud idioma. Geneſ. 137. c. 4. F

Adam in Hebrẽo idiomate impoſuit nomina animalibus, quod tunc vnicum erat. Geneſ. 138. c. 3. I. Sed quomodo ſciuerit imponere huiuſmodi nomina. ibidem. 138. c. 2. C

Adam accepit a Deo cognitionem Hebræi idiomatis quaſi integri, dando illi ſubitam noticiam vocum habitualem firmam, ita vt ſtatim ſciret tam expedite loqui, ac ſi ſemper per annos multos, verſatus eſſet in præfato idiomate, quod fecit Deus cum animam infudit corpori Adæ, ſicut cum dedit ſcientiam Salomoni. 3. Reg. 3. & 2. Paralipom. 1. ſimiliter dicendum eſt de Eua. Geneſ. 138. c. 1. B. & 169. Sed quare dederit Adæ incompletum idioma. ibid. 137. col. 4. H

Circa animalia ad Adam adducta, multa pudenda dicunt Iudæi quidam, quæ turpiſſimum eſt cogitare, quãto magis referre. Geneſ. 137. c. 1. B

Adam habuiſſe aliam vxorem, nomine Lilis. 130. annis priuſquam formaretur Eua, cum eſſet excommunicatus pro comeſtione ex ligno vetito, & ex qua genuit dęmones, dicunt Iudæi in ſuo Talmud, quod inſania eſt, & expreſſe contra ſacram ſcripturam. &c. Gen. 17. c. 2. A. & 153. c. 1. A

In Adam, quare immiſſus fuerit ſopor ad formãdum mulierem de coſta eius, aſſignantur cauſæ magiſtri in 2. Sent. di. 18. quas auctor dicit eſſe congruentes: ſed non cogentes. Et tandem ipſe aſſignat alias cauſas. Geneſ. 139. c. 2. F

Adã quomodo nõ ſenſerit dolorem in ablatione coſtæ eius. Geneſ. 140. c. 1. E. & 144. col. 1. D. Sed quare ſcriptura enarrauit illum ſoporem, quem Deus miſit in Adam. ibidem. 140. c 4 H. Et prædictum ſoporem multi dicunt fuiſſe ecſtaſim, quod poteſt teneri, ſicut & oppoſitum, capiẽdo ecſtaſim large: nam ſi proprie accipiatur, tunc dicendum eſt quod fuit improprie ſopor. ibid. 140. c. 4. I. & 152. c. 3. K

Coſta Adę ita ſe habuit ad corpus eius, vt aliquo modo eſſet neceſſaria, & aliquo modo ſuperflua, vt eſt ſemen in quolibet viro, nam eſt ſuperfluum reſpectu indiuidui: & eſt neceſſarium ad cõſeruationem ſpeciei. Geneſ. 141. c. 1. B. Nec propter hoc Adam debet dici mater Euæ. Leuit. 117. c. 5. I

Circa Adæ coſtam referuntur opiniones. Et reſolutio eſt quod Adam in vno latere habuerit plures coſtas quam nos habeamus. Et ablata illa, ex qua fuit formata Eua, manſerunt in corpore Adæ tot coſtę, quot nos habemus. Geneſ. 141. c 2. A

Adam cur viſa Eua, dixerit, hoc nunc os ex oſſibus meis, &c. 151. c. 3. I. & 152. c. 4. I. Et dicendum, quod hoc cognouit Adam diuina reuelatione in illo ſopore vel ecſtaſi, ĩ quo cognouit multa ſuper naturaliter, quæ ipſe poſtea prophetice dixit. ibidem. 151. col. 4. K. & 152. c. 4. H

Si Adam & Eua genuiſſent aliquos filios ante peccatum: & Adam & Eua peccarent priuſquam filii forent adulti, tales filii expellerentur de paradiſo ſimul cum parentibus. Geneſ. 93. c. 1. D. Et ſi filios haburſſent in ſtatu innocentiæ haberent in ortu ſuo omnia, quę habebat Adam, ſcilicet, ſine peccato naſci, ſine pœna, ſine morbo, non tamen naſcerentur cum perfecta cognitione, quam habuerunt Adam & Eua. ibid. 178. c. 1. D

Adam dormiuiſſet in Paradiſo, ſi ibi diu manſiſſet, ſicut nos hic. Geneſ. 140. c. 3. H

Si Adam manſiſſet diu in paradiſo, faceret ibi excrementa, ſicut nos. Geneſ. 140. c. 3. K

Adam obligabatur in paradiſo comedere de aliquo cibo, ſed de nullo determinate niſi de fructu ligni vitæ, vt probatur. Geneſ. 109. c. 3. G

Si Adã in Paradiſo non comederet de aliquo ligno, & tandem ex hoc incurreret mortem, ſolum peccaret contra legem naturalem, qua tenebatur conſeruare vitam. Geneſ. 109. c. 3. G

Adæ quare dixerit Dominus Gen 2. quod comederet

Index in omnia Opera

ex omni ligno paradyſi, excepto vno ſi non eſſet præceptum de comedẽdo de omni ligno, excepto vno.Gen.109.c.3.k.& non ſolum Adæ, ſed etiam Euæ datum fuit præceptum de non comedendo de ligno Scientiæ boni & mali : ſed primo datum eſt ipſi Adæ ſoli ante Euæ formationem : & poſtea ambobus ſimul, vel Euæ.ibid. 110.c.2.D

Peccatum Adæ fuit magnum propter facilitatem adimplendi Dei præceptum,cum fructus vnius tantũ arboris fuerit prohibitus, & cæterorum omnium conceſſio.Gen. 109.c.4.H

Adam non fuit cõſcius ſui caſus, ſicut nec angeli mali ſui caſus.Gen. 92.c.3.G

Per Adæ peccatum, & non Euæ, intrauit peccatum in mũdum,ad Rom.5. licet prius peccauerit Eua. Geneſ. 142.c.4.K

Quia in ſolo Adam fuit humana natura,ideo peccante illo condemnatum fuit totum genus humanũ. Geneſ. 143.c.2.E

Cur Adam, & Eua voluerunt comedere de fructu, quem ſciebant fuiſſe a Deo vetitum.Gen.183.c.2.C

Adam cum peccaret,infecit totam naturam, cum in ſe totam naturam contineret.&c.Matth.to. 7. 263. c.3.G.Quia ſic non ſolum peccauit vt perſona, ſed vt tota natura.Paradox.105.c.1.C.Sed ab eo non cõtraximus:niſi vnicum peccatum,ſ.originale.Gene. 200.c.1.C

Deſcendentes ab Adam,quia ab eo dupliciter trahũt originem:ita ſecundum in eos pœna primæ præuaricationis peruenit. Parado. 13.c.3.H

Adam propter peccatum translatus eſt è Paradiſo in Iudæam.de Opt.Poli. 3.c.1.C

Adæ & Euæ de cibo comedendo, poſt peccatum, duplex fuit prænunciatio,quædam intra Paradiſum: prænunciando pœnas dicendo: Herbas comedes, quaſi vna pars miſeriæ ſuæ eſſet, quod eſſet comeſturus herbas terræ. Alia extra Paradiſum ad conſolationem.de qua Gen.Ecce enim dedi vobis omnẽ eſcam &c.Gen. 112.c.4.G

Adam tentauit diabolus per Euam.Gene. 166.c.1.D

Si Adam & Eua non erubuerunt, ante peccatum de nuditate,hoc ideo fuit quia nondum peccauerant:quoniam erubeſcentia pœna eſt peccati, quicquid dicant Hebræi.Gen. 155 c.2.D

Adam & Eua, ante peccatum, nudi erant, purè negatiuè accipiendo nuditatem:non tamen accipiendo priuatiuè &c.Gen. 184.c.3.I

Adam & Eua quomodo poſt peccatum cognouerint ſe eſſe nudos.Gen. 185.c.D

Adam erubuit poſt peccatum,quia vidit quoſdã motus membrorum non ſubditos rationi. &c. Geneſ. 187.c.3.K

Quod Adam & Eua ſe abſcõderunt,voluit Deus: ſed quare:vide.Gen. 201.c.1.E

Adam & Eua quomodo cognouerunt,quod vox illa, quam audierant,eſſet vox Dei.Gen. 201.c.2.C

Adam & Eua abſconderunt ſe a voce Domini, primò propter verecundiam, ſecundò propter timorem.Gen. 201.c.2.A

Adam & Eua erubuerunt Dei præſentiam in corpore aſſumpto ab angelo,qui vice Dei loquebatur.Gen. 202.c.1.D

Quod Adam & Eua ſe voluerint abſcondere, veniente Deo,multiplex cauſa aſſignatur, cuius abſconſionis ſcriptura fecit mẽtionem propter multa.Gene. 202.c.2.A

Adam & Eua abſcondentes ſa à facie Dei, licet non peccarunt:egerunt tamen imprudenter. Sed prudenter egiſſent,ſi audita voce,occurriſſent ei veniã petituri.Non peccarunt,inquã,quia præ nimio timore,& verecundia turbati non aduerterunt, quid fecerant.Gene,202.c.3.G. Sed quare Deus vocauerit Adam.& non Euam Gen. 202.c.4.K

Adam,vocatus à Deo,quare exiuerit de latibulo,ſimiliter & Eua,etiam non vocata.Gene.203.c.3.H. Sed quare Adam dixerit Deo, audiui vocem tuam, & timui.vide ibid. 203.c.3.K

Adam accuſauit Deus,non quia nudus latebat, quaſi male ageret:ſed quia nudus erat. i. ſeipſum nudaſſet.Gen. 204.c.4.F

Adam vocatus a Deo,& veniens, quare non confeſſus fuit peccatum, ſed ſolũ dixit quod nudus eſſet. Geneſ. 204.c.4.G

Adam quare dixerit: Mulier,quã dediſti mihi ſociam, dedit mihi,& comedi.&c.Gen. 205.c.2.B

Adã veniam poſtulaſſe, & rogaſſe Dñm, ne eũ nimis affligeret:& de facto coniugẽ accuſaſſe, dicit Ioſephꝰ,ſed hoc nõ cõſtat ex ſacris literis.Ge. 205.c.2.E

Adam fuiſſe deceptũ ab vxore,dicit Ioſephus: ſed falſum dicit.Gen.205.c.3. H. Poſt quam dixit Adam: Mulier, quam dediſti mihi. quare nihil illi dixerit Deus: ſed conuerſus ſit ad mulierem,refertur quædam opinio,& improbatur. ibidem.

Cur Deus pmiſerit Euã decipi,& Adã.Gen. 182.c.3.I

Adam, & Eua an ſciuerint ante peccatum virtutem ligni vitæ.Geneſ. 129.c.4.G

Adam & Euam intendens Deus condemnare, quare petiuit ab eis confeſſionem criminis:Geneſ. 206. c. 3.F. Definit quid tenendum ſit.ſ. quod Deus fecit hoc propter multa,ibidem.206.c.4.G.Sed quare ipſi allegauerunt excuſationes inſufficientes. ibidẽ. 208.c.1.C

Adæ excuſatio accuſatio fuit,qui ſi ſe accuſaſſet, omnes nos ab accuſatione,& iudicio liberaſſet, ſed in excuſatione aggrauauit multum delictum ſuum, in Deum quaſi retorquens culpam ſuam. Gen. 20. col.4.G

Adam fuiſſe ſeductum,tenet Auguſtin.11.ſuper Gen. ad literam.& Magiſter 2.ſentẽtiarum.22.reſpondẽtes ad Apoſtolum.1.ad Tim.2.ꝙ intelligitur, quod non prius fuit ſeductus,ſed iſta expoſitio improbatur multis rationibus.Geneſ.208.c.4. K. Sed quòd Adam non fuerit ſeductus,ſed Eua. probatur. ibid. 208.c.2.C

Adam non fuit ſeductus,credens dictis ſerpentis, quæ ei narrauit Eua, & ſic intelligitur dictum Pauli.1. ad Tim.2.Sed fuit ſeductus aliunde. ſ. quia credidit ſe facile conſecuturum veniam a Deo de peccato. Geneſ. 209.c.3.H

Adã non fuit ſeductus: ſed comedit de fructu illo, ne vxorem contriſtaret.Credidit.n.ꝙ ſi non faceret,ꝙ mulier ſuadebat,ipſa tædio moreretur:quare peccare dicitur ex amore inordinato,& ingratitudine circa Dei beneficia.Gen. 210.c.2.C.205.c.3.G

Adam poſſe decipi in ſtatu innocentiæ,quidam dicũt, & alij oppoſitum.Sed dicendum ꝙ non poterat decipi quandiu eſſet in illo ſtatu.Gen. 178.c.4.K

Adam & Eua decepti ſunt ad hoc, vt perderent innocentiam,ſed illa deceptio fuit in eo, ꝙ non excedebat facultatem eorum,quia potuerunt ſcire, an ille appetitus honoris eſſet malus vel bonus.Gene.180. col.2.A.Et iſta deceptio fuit in ſtatu innocẽtiæ.Sed poſt eam non manſit innocentia in aliquo tempore,quia per illum actum,quo decepti ſunt perdiderunt innocentiã,& ſic peccatũ parentum fuit omiſſio quædã,ſ.nõ cogitare,quæ cogitare debebãt,ſiue accipiatur omiſſio,vt eſt ſpeciale peccatum,ſiue, vt eſt circunſtantia conſequens oẽ peccatũ.Gen. ibid.

Adam non comedit de ligno vetito, credens quod efficeretur ſicut Deus:quemadmodum Eua credidit,

dit,&c. Nam oppositum dicit Apostolus 1. ad Timoth.2.Sed comedit vt placeret vxori roganti,&c. Et hoc sentit Augustinus,& videtur rationabile, & cæt.Genes. 183.c.2.B.& 205.c.3.G

Adam fuisse seductum in hoc, quòd credidit, quòd esset veniale, quod erat mortale, tenet Magister 2. Sentent.dist.22 Genes. 209.c.2.A

Adam fuit aliquo modo deceptus, capiendo decipi, prout idem est,quod putare,aut definire aliquid esse aliter,quàm sit.Genes.ibidem. Et sic decipi non vocat Apostolus decipi, sed defectum quendam intellectus,qui non valet distinguere inter verum,& falsum, & proposita aliqua te accipit pro vero id, quod falsum est, vel è contra.ibidem. Et concesso, quòd fuerit seductus largè ad hoc quod peccaret, non tamen in aliquo de ijs,quæ serpens dixit Euæ. ibidem. 209.c.3.H. Et si non fuit seductus in his, quæ serpens dixit, quomodo fuerit ausus comedere,si crediderit se moriturum?ibidem.

Quando Eua rogauit Adam,vt comederet,&c. Non cogitabat ipse actualiter,quòd si manducarent,morerentur, & hinc est, quòd comedit, & iste est modus, per quem omnia fere peccata committuntur, &c Genes.210.c.1.B Vel potest dici,quòd id cogitauit.Sed non quòd statim essent morituri,sed post multũ tempus.& putauit, quòd esset veniale, quod erat mortale, idest,per pœnitentiam remissibile, videlicet quòd pœna mortis temporalis mutaretur in aliam pœnam per pœnitentiam.ibidem 210.c.1.D

Adam non concupiuit diuinitatem, vt aliqui dicunt. Genes. 210.c.3.I

Et illud dictum Augustini dicentis, quòd Adam, & Eua voluerunt rapere diuinitatem, a multis multipliciter exponitur, sed quæ sit melior expositio. vide ibidem. 210.c.4.F

Ab Adam, & Eua quæsiuit Dominus de transgressione,vt ex interrogatione eius illis esset occasio dolẽdi de peccato,& de illo veniã petẽdi.Gen.211.c.3.F

Adam,& Eua putauerunt tentationem illam factam esse a solo serpente.Genes. 215.c.2.C

Inter Adam, & Euam futura erat subiectio in Paradiso,& fœminarum ad viros, sed illa nec esset pœnalis, neque seruilis.Genes. 229.c.1.E

Adam respectu Euæ erat vt ratio per essentiã, & Eua vt pars animæ ratione participãs,&c.Gen.239.c.3.k

Adæ nulla data est maledictio, nisi de difficultate cibi acquirendi,sed Euæ datæ sunt maledictiones in eo, quod ad eam pertinebat, quatenus erat mulier, idest,secundum sexum.Genes. 245.c.1.E

Adam tantum septem horas mansisse in Paradiso, dicunt quidam,& quod propter hoc septem tantum assignantur Psalmi Pœnitentiales, &c. sed motiua istorum non sunt sufficientia,&c.Genes.199.c.4.H. Alij vero dicunt, quòd fuit eiectus de Paradiso hora decima, & quòd mansit ibidem horas nouem, & istorum motiuum est, quia Christus tantum duraut, tormenta patiendo, quandiu Adam mãsit in Paradiso, sed motiua istorum similiter deficiunt. ibidem 200.c.2.B. Sed dicendum, quòd de tempore,quo Adam mansit in Paradiso, nihil habetur certi.communiter tamen dicitur,quòd ea die,qua formati sunt,eiecti fuerint de Paradiso. ibidem. 200.c.3.K. Alij vero tenent,quòd forte vno die fuerint formati. & sequenti, vel tertio die expulsi, sed quæ istarum opinionum verior sit, nullum motiuũ sufficiens habemus ad iudicãdum.ibidem. 200.c.4.H. Sed illa die,qua fuit expulsus,fuit expulsus ante Solis occasum.ibidem. 200.c.2.E

Adam,& filij eius habuerunt tuguria propter aeris intemperiem.Genes. 27.c.1.C

Adam non potuit gignere filium in imagine & similitudine;qua ipse formatus est: bene tamen ad imaginem Dei,quia imago attenditur circa naturalia: similitudo vero circa gratuita.Gen. 30.c.3.I

Quando Adam genuit Seth, erat annorum ducentorum triginta, vt dicunt septuaginta interpretes, similiter Methodius martyr,sed litera Hebræa,& nostra dicit quod erat centum triginta annor.Genes. 30.c.3.F

Adam post generationem Seth, genuit plures filios & filias,& vt dicunt quidam, fuerunt triginta filij, & totidem filiæ, quorum nomina non exprimuntur:sed solum linea Seth:quia omnes aliæ lineæ diluuio consumptæ sunt, & sola linea Seth mansit. Gen. 30.c.3.K

Adam mortuus est ante diluuium annis.726. anno vitæ Lamech.66.& anno 126.ante natiuitatem Noæ, vt tradit Augustinus de ciuitate lib.15.c.21. Genes. 30.c.3.K. Vixit itaque Adam.930.annos. 1. Paralip. 27.c.2.E

Quando de Adam & Eua simul scriptura loquitur, non vocat eam mulierem aut Euam sed vxorem. & si principaliter loquatur de Eua, & postea de Adam, non vocat ipsum Adam, sed virum Euæ, si autem per se loquatur de Adam non in eo, quod pertinet ad Euam, vel de Eua non in eo, quod pertinet ad Adam,vocat illos nominibus proprijs: aut saltẽ ipsam Euã vocat mulierẽ. Genes. 244.c.4.I

Tota ecclesia asserit Adam nuc essee in paradiso:quia de peccatis suis valde doluit,vt dicitur Sapientiæ decimo,dicendo: Hæc.i. Sapientia illum, qui primò formatus est adeo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit & adduxit illum a delicto suo,idest fecit eum pœnitere de peccato primæ trãsgressionis.Gen. 413.c.2.E

Filij Adæ,qui non fuerunt de progenie Seth, omnes in diluuio,perierunt,sicut filij Cain.1.Para.27.c.4.K

Adam,dicunt insani Iudæi,quod in centum annis abstinuit ab Eua deflens mortem Abel, & quod tunc iungebatur dæmonibus succubis, & generabat dæmones:& dicunt quod isti dæmones geniti ab Adã incitauerunt Salomonẽ ad peccandum &c.2.Reg. 45.c.4.G

Quando Adã dixit:Caro mea de carne mea &c. Deo inspirante dixit, quia illud alias non poterat scire. Matth.to.5 80.c.1.A

Adam deplorauit Abel filium suum centum annis in valle quadam iuxta Hebron, quæ propterea dicta est vallis lachrymarum.de Opti.Poli. 3.c.1.D

Adam quare non construxerit ciuitatẽ, De Opti.Poli. 3.c.1.E

Adam in statu innocentiæ habuit angelum custodem tam propter impotentiam,quam propter ignorantiam: quia erat periculum ex dæmone instigante. Erat autem ignorantia non quidem defectus aliquis,sed conditio naturæ; erant quippe debilioris luminis quam angelus, & ita angelus malus poterat eum decipere,& angelus bonus instruere. Matt. tom.5. 29.c.2.B

Adeps. Si erat de animalibus mundis, quæ licebat immolari,siue immolarentur, siue, non pertinebat ad Domini sacrificium,idest cremari debebat in altari holocaustorum: vt patet Leuit.3.nisi esset adeps animalis prægustati a bestia,vel animalis morticini: nam tales adipes habebant Iudæi in varios vsus &c.Exo.to.2 16.c.4.K

Adipem alicuius animalis nullo modo comedebant Iudæi.Exo.to.2 78.c.1.E

Adeps est retiaculum iecoris siue epatis, aut carbonelæ, vt vulgarius loquamur, & aliquando adeps distingui-

distinguitur contra aruinam. Exo.29. Aliquando capitur pro omni pinguedine interiori. Leuit.3. & 7. Exo.82. c.4.I. Et dicitur interior pinguedo, quæ operit renes, & vitalia, & intestina, & aliquando adeps accipitur pro alia pinguedine animalis. Mat. tom.7. 290.c.4.H

Adeps, qui est pinguedo interior in viscеribus animalis, erat primo offerendus post sanguinem. Leuit. 24.c.2.A.& 25.c.7.F

Offerri adipem, in omnibus sacrificijs generale erat, sicut offerri sanguinem. Leuit. 24.c.2.B

Adipem comedere vetuit Deus, quoniam hæc sibi elegit: sanguinem, vt funderetur super altare ad expiandum, & adipes ad comburendum coram se, in altari. & si aliquis comedebat ex ijs, moriebatur. Leuit.3.& 7. Leuit.24.c.2.D. Quod intelligendum est, non de omnibus adipibus, sed de ijs tantum, quæ pertinebant ad animalia immolabilia. Leuit. 59.col.4.Li.Reg.tom.1.225.col.2.B. Matth.tom.7. 289.c.1.A

An de adipibus liceret Iudæis aliquo modo comedere, variæ sunt opiniones, vna di. quòd illud Leuit.3. Nec sanguinem, nec adipem omnino comedetis, intelligendum est de adipibus animalium, quæ erant immolatitia, scilicet bouis, ouis, & capræ, siue immolarentur, siue non, de alijs tamen animalibus, quæ vesci licebat, nec poterant immolari, licitum erat vesci adipibus. dum tamen illa non essent morticina, neque capta, &c. Cuius opinionis fundamenta referuntur Leuit. 28.c.3.H. Alia est opinio dicens, quòd omnino non licebat comedere adipem alicuius animalis, sicut nec sanguinem, & respondet ista opinio ad fundamenta primę opinionis. Leuit. 28.c.3.K. Sed prima opinio videtur probabilior, non propter fundamenta sua, sed propter fundamenta, quæ auctor adducit. Leuit. 28. c.4.I. 59.c.2.D. Sed quare prohibitum sit adipes illos comedere. Leuit. 29.c.3.H

Adeps agni paschalis offerebatur Domino. Deuteron. 87.c.1.D

Adeps omnis sacrificij offerebatur Deo, & inter omnes partes sacrificij erat acceptabilior, &c. Leuit.3. Matt.tom.7. 288.c.2.D

Adipes animalium immolabilium nō immolatorum licebat Iudæis conuertere in varios vsus, scilicet, in vnctiones, lucernas, & similia: & non licebat illos comedere, & hoc ad subtrahendum occasionem, ne comederent adipes animaliū oblatorum Deo, &c. Mat.tom.7. 289.c.2.A

Adipes omnium quadrupedum, in quibus proprie est adeps, non erat licitus ad vescendum: bene tamen adipes piscium, & auium, qui mundi erant ad vescendum, nam licebat quancumque pinguedinem interiorem sumere, quia illa non propriè dicitur adeps. Matt tom.7. 289.c.4.G

Adipem agni paschalis comederunt Iudæi in Aegypto, sed postea prohibitum est in omni celebratione Phase. Mat.tom.7. 291.c.1.C

Si adeps agni paschalis non offerretur in altari, non liceret adhuc Iudæis ipsum comedere. Matt. tom.7. 291.c.1.A

Adeps accipitur nonnunquàm pro eo, quod melius est in quacunque re, & hoc per translationem. Mat.tom.7. 290.c.4.H

Adipes magis pertinebant ad rationes sacrificiorum, quàm carnes. Et de adipibus specialiter fit mentio in sacrificijs Abel, Genes.4. quod postea in lege cautum est, quòd omnes adipes sacrificiorum pertinerent ad Deum. Et ob hoc Moyses irridebat sacrificia Gentium. Deuter.32. Genes. 72.c.1.C

Addo Propheta. Propheta, fuit contemporaneus Salomoni, & non Dauid: & ideo scripsit gesta Salomonis, & non Dauid. Fuit etiam contemporaneus Roboam, & scripsit gesta regni eius. 2.Paralip.22. Et iste Addo, vt quidam opinantur, fuit ille Propheta, qui missus est ad Ieroboam, quando dedicauit altare in Bethel. 3.Reg.13. & hunc vocat Iosephus Iadam, & idem nomen est Addo, & Iada, &c. 2 Paralip.136.c.1.C. Sed dicendum quòd hoc non est verum, vt probatur ibidem. 136.c.2.B

Adimpleri scripturam.

Nunquā facta scriptura adimpletur, nisi in sensu literali. Matt.tom.3. 144.c.3.K

Administrare. Fidelius, & diligentius tenetur quis administrare rem alterius, quàm suam, immo in administratione propriæ rei, fidelitas nulla est, cum fidelitas sit respectu alterius, &c.4 Reg. 123.c.4.K

Priuari administratione, & non emolumento, pœna etiam est. 4.Reg. 233.c.2.C

Administratio bonorum temporalium non est attributa fœminæ, sed viro. Nisi fortè, fœmina habeat aliqua bona specialia, quæ acquirit ex aliquo officio suo, factis prius omnibus obsequijs viro necessarijs, & debitis, &c. Exo.tom.2. 187.c.2.C

Admirari. Admiramur id, quod dignè laudare non possumus. Mat.tom.3. 131.c.3.F

Admonitio. Inter admonitionem, præceptum, & consilium quid interfit. 1.Reg.tom.1. 127.c.4.F

Admonitiones, quas faciunt homines morti iam propinqui, magis recipiuntur, quàm si alias dicerentur. qa tūc maioris sunt auctoritatis. 1.Par. 326.c.2.B

Adinuentio. Dupliciter accipitur vno modo pro omnibus peccatis, & aliomodo pro peccatis grauioribus. Deut. 147.c.3.I

Adinuentiones dicuntur modi operandi, vel viuendi nouiter inuenti. 1.Paralip. 179.c.3.K. Possunt etiam dici adinuentiones Dei mirabilia, non omnia, sed illa, quæ pertinent ad quandam cautelam, & prudentiam. 1.Paralip. 179.c.4.G

Adiurare. Aliquando accipitur pro obsecrare, vt Marci 5. Adiuro te per Deū, ne me torqueas. Mat.tom.3. 167.c.4.I

Adiutorium. Adiutorium minus est eo, cuius est adiutorium, & propter hoc fęmina dicitur adiutorium viri. Genes. 2. Genes. 132.c.2.L.& 146.c.1.D

Adiuuare. Quomodo sumatur in scriptura. Mat.tom.4. 139.c.3.G

Quomodo Deus dicatur adiuuare nos in nostris operationibus, cum adiutorium dicat aliquid minus respectu illius, cuius est adiutorium. Genes. 146.c.2.A

Multis modis adiuuabat Deus Israelitas contra inimicos suos, qui referuntur. 1.Paralip. 158.c.3.I

Deus multis modis adiuuare potest aliquos cōtra hostes suos, & referuntur decem septem modi ex sacris literis. 1.Paralip. 209.c.4.F

Adonay. Hoc nomen Adonai secūdum Hebræos, non significat generale domiuiū rerū, vt quidā dicūt, sed est nomē appellatiuū, sicut iste terminus dūs apud Latinos, quod probatur ex multis locis, sicut iste terminus Elohim, q non solū Deo conuenit, sed Angelis, sacerdotibus, iudicibus, viris sanctis, & alijs. Exo.tom.1. 35.c.1.E

Nomē Adonai legitur ab Hebræis loco nominis Tetragrammaton. Exo.tom.1. 35.c.3.I

Adonias. Adonię competebat regnum Iſrael ratione primogenitæ, cum alij filij Dauid eum præcedentes ætate eſſent iam mortui, & ad hoc habebat magnos adiutores, ſcilicet, Ioab & Abiathar ſummum ſacerdotem. 3. Reg. 6. c. 2. A

Adonias faciens currus, & equites, &c. peccauit. 3. Regum. 6. c. 3. G

Adonias quare dixerit Salomoni: Iuret mihi hodie rex Salomon, quod non interficiet ſeruum ſuum gladio. 3. Reg. 14. c. 4. H

Adoniæ filij Dauid refertur hiſtoria. 1. Paralipom. 54. col. 2. A

Adonibezech. Regi amputauerunt Iſraelitæ ſummitates manuum ac pedum, & hoc fecerunt propter duo, primo Dei inſtinctu, &c. Secundo ad illius diligentem cuſtodiam. Iudic. 10. c. 3. G

Adoleſcentia. Propriè ſumpta non excedit annum 21. aut ſecundum alios 25. & præcedit iuuentutem ſecundum ordinem ætatum. Mat. tom. 5. 132 c. 3. F

Adoleſcentia, & iuuentus in ſacris literis largè accipiuntur, & confusè, & non ſecundum taxationem annorum, quàm nos ponimus. Et adoleſcentia aliquando accipitur pro ætate quantumcunque parua, immo pro principio cuiuslibet ætatis, quæ non ſit infantia, vt Geneſ. 8. Omnis ætas ab adoleſcentia ſua prona eſt ad malum, &c. Matt. tom. 5. 132. c. 3. G

Adoptare, Adoptio.

Nulli licuit aliquem adoptare in filium. poſt legem datam, de ſucceſſoribus, in Vet. Teſt. Num. 27. & potiſſimè de tribu extranea, bene tamen ante datam legem, vt patet de Iacob, qui adoptauit duos nepotes ſuos, ſcilicet, Manaſſem, & Ephraim. Geneſ. 48. 1. Paralip. 47. c. 2. B

Nemo poteſt adoptare alium in filium, qui naturaliter eſt impotens ad gignendum, vt patet Inſtit. de adop. paragr. ſed & iſtud. nec poteſt quis alium adoptare, niſi tanræ ſit ætatis, vt poſſit eſſe naturaliter pater eius, & quia naturaliter ad annum decimumoctauum homines poſſunt gignere, diſpoſuit lex, quòd nemo poſſet alium adoptare, niſi ipſum præcedat annis 18. vt patet in Inſtit. de adop. paragr. minores. Mat. tom. 6. 47. c. 4. H

Adoptio, qua Machir filius Manaſſe adoptauit nepotem ſuum Segub, fuit ante datam legem, ſcilicet, in Aegypto: nam ibi Machir mortuus fuit, & ideo adoptio facta non fuit abrogata per legem. 1. Paralip. 47. c. 2. E

Adoptio Dei a ſeruitute nos liberat, & filios efficit. Mat. tom. 5. 258. c. 3. G

Adorare. Adoratio.

Vnus homo ſæpe adorat alium adoratione duliæ. 1. Reg. tom. 2. 168. c. 1. A

Adoratio eſt quidam cultus, quẽ anima deuota Deo exhibet ſeipſam per fidem, & charitatem, & adoratio exterior eſt ſignum huius adorationis interioris. Exo. tom. 1. 90. c. 3. G

Adoratio eſt actus latriæ, & pertinet ad reuerentiam in actu exteriori, vt inclinemur coram Deo orantes, vel audito nomine eius admirabili, vel viſa ipſius imagine, inclinemur coram ipſo, ac ſi inclinaremur coram Deo, ita vt oculi imaginem cernant, & cor, vltra imaginem, eleuetur, &c. Exodi tom. 1. 166 c. 4 H

Adoratio eſt cæremonia magni honoris, quæ corporaliter ſignificatur per genuflexionem. Mat. tom. 1. 25. c. 2. B

Adorationes latria, dulia, & hyperdulia non diſtinguũtur per cæremonias, in quibus exhibentur, ſed ſolum per intentionem, & in corde differentiam faciendo, vt coram Deo ſe inclinet quis tanquam coram domino vniuerſali: Deo Creatore, gubernatore, & Redemptore &c. & in quo & à quo eſt totũ bonum noſtrum, cui homo ſeipſum debet & totũ quidquid eſt, & habet, & talis ſic adorãs dicitur adorare adoratione latriæ. adoratio hyperdulia ſiue excellens dulia vel ſupraduliam debetur illis rebus, per quas ſalus noſtra ſpecialiter eſt procurata, vt cruci Chriſti, carni Chriſti conſideratæ abſque diuinitate, nam vt, coniunctæ debetur latria, & beatiſſimæ Virgini debetur hyperdulia &c. Matth. to. 1. 125. c. 1. E. Exo. to. 1. 168. c. 3. H

Adoratio duliæ debetur ſanctis &c. ſuper Exo. tom. 1. 168. c. 3. H. & in adoratione dulia ſunt gradus. Ioſue. to. 1 98. c. 4. F

Adoratio leproſi, de qua Matth. 8. & Lucæ. 5. fuit adoratio latriæ, vt probatur Matth. to. 3 134. c. 2. A

Adoratio, quam fecit quidam Princeps ſynagogæ Chriſto. Matth. 6 non fuit adoratio latriæ, ſed dulia, quæ hominibus exhibetur, nam adorauit Chriſtũ tanq̃ virũ ſanctum & Prophetã. Mat. to. 3. 202. c. 4. K

Adramelech. Et Anamelech. dij erant ſepharuaim. 4. Reg. 17. 4. Reg. 171. c. 1. A

Aduena. Dicitur quaſi ad aliud veniens, vtpote, qui aliunde venit ad habitandũ &c. Exo. to. 1. 250. c. 2. C. Leu. 176. c. 4 K. 2. Paralipo. 202. c. 1. B

Aduenæ in ſacris literis dicuntur illi, qui de alia terra ſunt, & de alio ritu venerunt ad cultum Dei, & aduenæ apud Iudæos dicebantur illi, qui veniebant habitare cum ipſis ex Gentibus, & compellebantur accipere ritum Iudaicum. Leui. 247. c. 1. D. Nu. to. 1 225. c. 4 G

Aduenæ apud Iudæos non gaudebant duobus priuilegiis anni Iubilæi, & anni ſeptimi: bene tamen cæteris. Leui. 289. c. 4. I

Aduerbium. Deus aduerbiorum remunerator eſt, non nominũ. 4. Reg. 114. c. 4. H

Aduerſitas. Quandocunq; fuerimus in aliqua aduerſitate, vult Deus, quòd confidamus, quòd liberabit nos ab ea, etiam ſi non ſit liberaturus. Nu. to. 1 194. c. 4. F

Quod in aduerſitatibus Deum magis cognoſcamus, quàm in proſperitatibus, vnde prouenit. Deute. 32. c. 4. I

Aduerſorum experientia facit hominem cautum 2. Paralip. 141. c. 1. D

Aduentus Chriſti. Dicitur quicunque effectus mirabilis, vel ſpiritualis, quem ipſe facit. Matth. tom. 3 253. c. 3. K

In primo Chriſti Aduentu fuit ſerenitas, & in 2. erit tempeſtas. Matt. to. 4 154. c. 4. I

Aduentus Chriſti primus habuit ſigna manſuetudinis. ſ. ſanationem ægritudinum &c. ſecundus vero. Chriſti Aduentus alia habebit ſigna. ſ. de cœlo. &c Matth. to. 4 155. c. 1. D

Aduentus Chriſti quadruplex. Matt. tom. 6. 260. c. 1. E

Sed ſecundus eius Aduentus ſiue ad iudicium vniuerſale, ſiue ad particulare in hora mortis cuiuſq; &c. Aduentus timoris eſt. ibidem. 321. c. 1. E. tom. 7. 7. c. 2. E

Primi Aduentus Chriſti tempus debuit priusquã fieret, prænunciari, & determinari, non tamen tẽpus ſecundi aduentus, vt probatur Matt. to. 7 87. c. 4. H

Index in omnia Opera

Inter primum, & ſecundum Chriſti aduentum quid interſit quo ad ſigna præcedentia. Matth. tom.7. 81.c.3.F.&c.

Signa præcedentia aduentum Chriſti ad iudicium, erunt ad oſtendendum, quòd dies illa erit de propinquo ventura, ſed nec ex hoc determinatur dies certus aduentus illius. Matt.tom.7. 81.c.4.k

Sed de breuitate temporis aduentus illius poſt illa ſigna non apparet poſitiuè, quanta erit, vt probatur ibidem. 82.c.1.D

De quindecim ſignis, quæ præcedent aduentum ad iudicium, vt communiter dicitur, dicendum quòd non erunt talia, immo forte nullum eorum præcedet diem aduentus ad iudicium, vt oſtenditur. Mat. tom.7. 83.c 1.A

De veris ſignis, quæ aduentum Chriſti ad iudicium præcedent. Mat tom.7. 83.c.3.K

De obſcuratione Solis, & Lunæ dicendum, quòd illæ obſcurationes non erunt eclypſes, quia erunt ſigna rei ſupernaturalis, ſed erunt quædam obſcurationes miraculoſæ. Mat.tom.7. 84.c.1.C

Temporis aduentus ieiunium non eſt obligatorium, quamuis aliqui dicant, quòd ieiunium Quadrageſimæ, & Aduentus inſtituta ſunt a Beato Petro. Mat. tom.3. 95.c.4.G

Sed ieiunium Aduentus non fuit ab omnibus receptum, ſed bene Quadrageſimæ, &c. De conſecrat. diſtinct.5.cap.Quadrageſima, &c. 93.c.2.A

Ieiunium Aduentus, quamuis ſtatutum fuerit a Petro, non tamen fuit receptum, & approbatum per conſuetudinem, & ideo non obligat, & an religioſos. Mat.tom.3. 95.c.4.G

Ad Aduentus ieiunium non aſtringimur, niſi forte ex conſuetudine, ſic dicitur de obſeruatione ieiuniorum. cap. conſilium quòd Roma ieiunium ſeruat in Aduentu, aliæ tamen Eccleſiæ non ſeruant, &c. Mat.tom.3.ibid.

Adulator. De adulatoribus vide Leuit.185. col.1.C

Adulatores in domibus Regum primas obtinent vices, niſi Reges ſint valde virtuoſi, qui per ſuas virtutes, falſas laudes, & fauores compeſcere queant. 1.Reg.tom.2. 100.c.2.E.101.c.2.E

Adulter. Adultera.

Contra adulteros eſt lex in Regno Caſtellæ, quòd vir accipiens vxorem, & aliquem inueniens cum ea fornicantem, poſſit vtrunque occidere, vel, ſi poſtea probatum fuerit, traduntur in poteſtate eius, vt iugulet eos, vel faciat, quod voluerit. Geneſ.355. col.2.D

Adulter, cognoſcens vxorem proximi ſui multis facit iniuriam. Primo ipſi ſacramento, ſcilicet, contra fidem, vel fidelitatem, quæ eſt vnum de tribus bonis matrimonij: ſecundo facit iniuriam viro illius, quia reuelat turpitudinem viri reuelando turpitudinem vxoris ſuæ. Infert præterea iniuriam viro, ſi ex adulterio illo naſcatur proles, &c. & infert damnum filijs eius legitimis, quo ad hæreditatem, & multa alia ſequuntur incommoda. Leuit. 183. col.1.A

Adulteri lapidabantur in lege Moyſi. Leuitici. 209. col.1.E

Adulter fugiens maritum adulteræ non peccat, immo ſi poteſt fugere, & non fugit, peccat. Ioſue to.1. 9.col.2 D

Vir adulteræ occidens adulterum peccat. Ioſue to.2. 9.col.3.G

Adulter non poteſt dimittere coniugem adulteram, nec contra, etiam ſi ipſe egerit pœnitentiam. 1.Regum tom.1. 112.c.1.E

Mulier adultera quare magis peccet, quam vir. Matt. tom.5. 108.c.2.E

Et grauius punitur in inferno, quàm vir. ibidem.

Adulterium. Apud Aegyptios, erat nephas morte plectẽdum, & minus peccatum putabant virum occidere, quàm adulterium committere cum coniuge viri, ipſo viuente, quod timens Abraham. Geneſ.12. dixit Saræ: Dic, quòd ſoror mea ſis, &c. Geneſ. 67.c.4.K

Adulterium ſimplex dicitur eſſe peccatum, ſed non ſcelus. Leuit. 209.c.4.H

Adulterium iuſtum dolorem cauſat, vt patet ff. de adulterijs, in lege Gracchus. Deuter. 149.c.1.A

Vir reperiẽs vxorem in adulterio, ſcilicet, ſimul cum adultero, poteſt vtrunque impune occidere, vt patet in lege Gracchus. C. de adulter. Et ſubdit cauſam, quia tam iuſtum dolorem compeſcere non potuit, &c. 1.Paralip. 76.c.3.K

Lex conceſſit patri occidere filiam in adulterio deprehenſam ſimul cum adultero. Matt.tom.6. 93. col.1.B. Et hoc permittit lex Iulia. de adulter. cum quatuor conditionibus, quæ ibidem referuntur. Et non permittit lex iſtam occiſionem tanquàm iuſtam, ſed ſolum propter iram, quæ frenari non poteſt. Et hæc cauſa exprimitur. C. de adulterijs. l. Gracchus. in foro tamen Dei, talis peccat, cum ex vindicta faciat. Mat.tom.2. 93.c.2.B

Adulterium eſt ſpecies luxuriæ ab alijs diſtincta, & præcipua inter omnes, de qua iura humana magis curauerũt, quia per iſtam maximè turbatur Reſpublica: & eſt alieni thori violatio 36.quæſt.1. cap.lex illa. Et dicitur adulterium, quaſi ad alterius thorum acceſſio, & quando coniugatus coit cum coniugata duplex committitur adulterium. Matth. tom.2. 155.c.3.H

Adulterium eſt crimen magnum nocumentum inferens Reipubiicæ non ſolum propter perſonalem iniuriam, ſed etiam propter bonum publicũ, quia propter illud proles redduntur incertæ, & degeneres, quibus non competunt honores, &c. Eſt etiam malum ex parte eius, qui accedit ad alienam. Et cõtra educationem prolis, & quia impedit bonum prolis alienæ. Ex parte etiam vxoris adulteræ multa damna ſequuntur, primo quia in legem Dei peccat: ſecundo quia præiudicat viro ſuo, &c. tertio, quia facit contra fœdus matrimonij: quarto, quia fallit virum ſuum: quinto quia aufert a viro poſſeſſionem: ſexto quia præiudicat alijs filijs legitimis, ad quos de iure pertinet tota hæreditas paterna. Hæc omnia tanguntur aliqualiter. Eccleſiaſtici 23. Mulier, inquit, omnis relinquens virum ſuum, & cæt. Mat.tom.2. 155.c.4.K

Adulterium accipitur dupliciter, ſcilicet, generaliter, & ſpecialiter. Mat.tom.2. 215.c.3.H

Adulterium ſumpſit nomen a violatione iuris matrimonij, quaſi ad alterum commiſceri. Matt. tom.5. 108.c.3.F

Adulterium quid ſit. Matt.tom.5. 91.c.3.F

In adulterio ſimpliciter, & abſolutè conſiderato magis peccat vxor quàm vir, quia illud adulterium eſt maius, in quo plura iura matrimonij franguntur, in adulterio viri frangitur fides, ſicut in adulterio vxoris, ſed vltra hoc vxor præiudicat bono prolis, non vir, quia facit incertam prolem viri, & priuat virum quodam naturali bono, quia viri deſiderant nimis ſcire, qui ſunt filij eorum. Et ex multis alijs grauius peccat vxor, &c. Matt.tom.5. 108.c.2.E. Et magis peccat vxor adulterando cum coniugato, quàm vir adulterando cum coniugata. Matthæi tom.5.

tom.5. 108.c.4.H
Adulterium coniugati cum ſoluta non punit ius humanum,bene tamen ſoluti cum coniugata,& coniugati cum coniugata,&c. Matt.tom.5. 102.c.2.A.
Et lex humana, quæ pro adulterio pœnam capitis ponit,non conceſſit hoc vxoribus contra viros, bene tamen viris contra vxores, & fecit hoc in priuilegium virorum.Concedit enim illis accuſare vxores de adulterio, etiam ſine inſcriptione vſque ad certum tempus,poſtea vero non ſine inſcriptione. Vxoribus autem nunquàm conceſſit accuſare viros.ibidem. 109. c.2. C. Et ſimiliter fiebat in lege Moyſi, quæ viros adulterantes cum mulieribus ſolutis non condemnabat.Et non punitur vir adulter ſine muliere,quia non expedit,propter multa.ibid.
Lex humana Eccleſiæ æqualiter punit adulterium viri,ſicut vxoris,ſcilicet,pœna diuortij. Et hoc modo intelligitur illud.32.quæſt.5. cap.Chriſtiana, & cæt. Mat.tom.5. 109.c.4.K
Minus eſt adulterium,quàm homicidium, & adulterium magis quàm furtum, & falſum teſtimoniũ. Mat.tom.5. 129.c.3.I

Adultus. Reſpectu eorum,quæ Dei ſunt, ille vocatur adultus,qui vſum habet rationis,cuiuſque ſit ætatis, etiam ſi ſit ſub patria poteſtate.Nam quantum ad ea,quę Dei ſunt,quilibet eſt ſui iuris,vt ad ea,quæ ſunt fidei.Et ad ingreſſum religionis,& ad contrahendum matrimonium. Et non poteſt arctare eum,quo ad aliquid patria poteſtas,vt colligitur extra de Iudęis,& Saracenis,cap.ſicut Iudæi,&c.1.Reg.tom.1. 111.c.3.I

Aduocare. Clerici non poſſunt aduocare cauſas aliquas, niſi aut Eccleſiæ ſuæ,aut perſonarum coniunctarum,aut miſerabilium perſonarum,vt orphanorum,viduarum,cęterorumque pauperum, vt patet extra de poſtulando.cap.Eccleſiaſtici. & cap.ex parte. & cap.cum ſacerdotis, & hoc ſi gratis pro Deo faciant, aut pro valde modico pretio, dum tamen de bonis Eccleſiæ ſuſtententur,&c.Exo.tom.1. 83.c.4.I

Aduocatus. Chriſtus aduocatus noſter eſt orans pro nobis nunc,offerẽs merita paſſionis ſuæ toti deitati. Matth. tom.4. 106.c.1.C
Aduocati ſunt purè mercenarij, &c. Exodi tom. 1. 83.c.4.I
Aduocati poſſunt recipere pecunias vendẽdo iuſtum conſilium,dum tamen nõ multum exigant, & hoc iuxta cauſæ facilitatem,vel difficultatem, & ſecundum durationem magnam, vel paruam, & ſecundum conditionem perſonæ diuitis, vel pauperis: nam ſi multum pauper eſt,nihil exigere debent, & propter hoc iura conceſſerunt,quòd clerici, qui in cauſis forenſibus coram iudice aduocare non poterant, pro ipſis miſerabilibus perſonis aduocare poſſent,vt patet extra de poſtulando. cap.clerici.& in c.cum ſacerdotis,&c.Exo.tom.1. 249.c.3.F
Quòd aduocatis liceat vendere iuſtum conſilium, & non iudicibus iuſtam ſententiam, aſſignantur rationes.Exo.tom.1. 249.c.3.F
Aduocatis licitum eſt vendere patrocinium, eo quòd adiuuando clientulos pro defenſione iuris eorum ſtudendo laborãt, nec recipiunt pecuniam propterea quia ea, quæ intelligunt, dicunt, ſed quia non poſſunt dicere,niſi laborent,vel prius laborauerint. 1.Reg.tom.1. 162.c.2.A
Aduocatorum ſtatus eſt valde periculoſus: quia, qui ſolum volunt in cauſis iuſtis patrocinari, ſunt pauperes, & ideo vt habeant ſufficientem victum, patrocinantur in cauſis iniuſtis, & ſic ſe habent milites ſtipendiarij.1.Paralip. 222.c.1.E
Aduocatus poteſt vendere iuſtum patrocinium,& iuris peritus iuſtum conſilium, vt habetur 24 quæſt. 5. cap. non ſane. & hoc ſecundum quantitatem laboris,& difficultatem rei,in qua operantur,ſcilicet, cauſæ,&c. & hoc ſecundum cõſuetudinem patriæ, quòd ſi ſupra debitum recipiat aliquid, peccat. & idem eſt de cæteris,qui prætextu alicuius officij publici, vltra debitum exigunt aliquid, vt ſunt tabelliones, & cæteri officiales iudicum, & curiarum. Idem etiam in artificibus, & in omnibus locãtibus operas ſuas. Et circa omnes iſtas extorſiones ponit Auguſtinus duas regulas circa reſtitutionem taliũ. Mat.tom.3. 29 c.1.A
Aduocatus, in multis caſibus, tenetur ad reſtitutionem,tam clientulo ſuo,quàm aduerſario. Matth. tom.3. 29.c.1.A
Aduocãti de ijs, quę acquirunt intuitu aduocationis, non ſunt exempti a decimis.Matt.tom.6.217.c.2.B

Aeger. vide Eger.
Aegrotus.vide Egrotus.
Aegritudo.vide Egritudo.
Aegyptus.vide Egyptus.
Aedificatio.vide Edificatio.

Aer. Aeris interſtitia non ſunt ſemper æqualia, vt probatur Exo.tom.2. 218.c.4.F
Aeris ſpiratio, & reſpiratio non ſunt neceſſariæ ad vocis formationem.Mat.tom.4. 242.c.4.K
Aer manebit in corporibus Beatorum ſolum ad formandas voces in laudem Dei. Matth. tom.4. 243. col.1.C
Aer non recipit colorem, quando manet in ſua puritate.Mat.tom.7. 147 c.4.G
Aer caliginoſus frigidiſſimus eſt, vt probatur Parad. 96.c.3.H
Cum aer ſecundum naturam non ſit frigidus, infrigidatur tamen multum per antipariſtaſim. Parad. 96.c.4.I
Media regio aeris totius naturæ continet exceſſiuam frigiditatem. non quidem ex natura aeris, ſed per antipariſtaſim, vt probatur. De ſtatu Animarum. 9.col.3.F
Aeris regio tres habet partes, quamquam inæquales. De ſtatu Animarum. 10.c.2.B

Affectio. Affectus.

Affectiones cauſantur a rebus exterioribus, &c. Geneſ. 359.c.4.I
Affectus rationalis deſcribitur.Leuit. 185.c.3.G
Quælibet affectio vocatur ſpiritus, quatenus motus quidam eſt interior, ſecundum quem impellimur ad hoc,vel illud agendum.Iudic. 89.c.4.F
Affectum dirigere in Deum ſtat dupliciter, vno modo ſicut obiectum, & hoc modo affectus directus in Deum eſt amor, & ſic non pertinet orationi, q̃ ſit affectus directus in Deum, vt dicit Auguſtinus: alio modo dirigitur affectus mentis in Deum tanquàm in illum, a quo velut a cauſa efficiente explendus eſt, & hanc directionem non facit voluntas, ſed ratio,dirigendo affectum in Deum, oſtendendo Deo deſiderium noſtrum, & petendo, vt illud compleat. Et ipſa petitio talis eſt oratio ipſa.& hoc pertinet ad ſolam rationem practicam. Matth. tom.3. 53.c.1.E
Affectibus appropinquamus Deo.Matt.to 4. 57.c.3.F
Affectus fuit magis deprauatus, per peccatum, quàm intellectus.Mat.tom.6. 86.c.4.B

Afficere. Tria ſignificat, ſ.punire, informare, & deſiderare.Num.to.1.136.c.4.K

Affinis. Ad affinem non licebat accedere, nisi in casu speciali, s. ad suscitandum semen, de quo Deut. 25. Leuit. 209.c.2.D

Tempore Iacob libentius dabant homines filias suas affinibus suis in vxores, quam alijs. Genes. 314.c.4.F

Animæ non sunt affines. Matt. tom. 7. 268.c.1.E

Affinitas. Causatur propter vinculum matrimonij. Genes. 231.c.4.F

Affinitatis primus gradus est cuiuslibet ad nouercam suam, ad filiam tamen nouercæ, quæ non est filia patris tui, est secundus gradus, qui non impedit matrimonium. Leuit. 180.c.3.K

Affinitas semper nascitur ex consanguinitate. Leuit. 181.c.1.B

Affinitas excludit vniuersaliter contractum matrimonij. Leuit. 181.c.1.C

Qui aliquam personam cognoscit carnaliter, contrahit affinitatem ad omnes, qui sunt consanguinei alteri personæ vsque in quartum gradum, ita, vt quãtum extenditur prohibitio in gradibus consanguinitatis, ita & in gradibus affinitatis, sed tota extentio quatuor graduum consanguinitatis, quando comparatur ad affinitatem solum dicit in ea vnum gradum, & iste est, qui seruatur solum, &c. Leuit. 181.c.3.H

Affinitas causatur propter coniunctionem duarum personarum in carne, scilicet, viri, & vxoris, & isti non attinent sibi in aliquo gradu affinitatis: alij tamen, qui ab eis sunt, sunt affines alteri eorum: & affinitas differt a consanguinitate, quia in consanguinitate omnis attinentia causatur per deriuationem originis, siue quantum ad eos, qui sunt principia consanguinitatis, siue ad omnes successores. In affinitate vero principium eius causatur per copulationem, & non per originem, & extensio eius est per originem, &c. Leuit. 181.c.4 H

Omnis affinitas impedit matrimonium, nec est aliquis gradus, in quo contrahatur apud nos. Iudæi tamen duas sorores in vxores accipiebant successiuè. Leuit. 182.c.2.D

In eodem affinitatis gradu non est dare magis, vel minus affines, quamquam dentur aliqui duo affines ad vnum tertium, in eodem gradu, qui inter se sunt magis, vel minus cognati, scilicet, in diuersis gradibus. Leuit. 210.c.2.C

Affinitatis nomina non nominantur, vbi matrimonium non est. Iudi. 187.c.2.B

Affinitatis secundum, & tertium genus non seruatur nunc. 1. Reg. tom. 1. 132.c.1.B

Affinitatis gradus non sunt vetiti, nisi propter consanguinitatem, vt dicit August. & habetur 35. quæst. 3. cap. si vir. 1. Reg. tom. 1. 139.c.3.G

Affinitas causatur per cognitionem carnalem, immo affinitatis causatio præcipue consistit in seminis commixtione. 2. Regum. 132.c.3.K

Triplex est genus affinitatis, primum est inter eum, qui accepit aliquam in vxorem, ad omnes cognatos illius, nam quantum extenditur linea cognationis, in qua non licet contrahi matrimonium, tantum extenditur linea affinitatis, &c. Secundum est inter cognatos viri, & cognatos fœminæ, &c. Tertium est, quo affines istorum efficiuntur mutuo affines, &c. sed isti duo gradus affinitatis postremi exclusi sunt a iure, qui nec impediunt matrimonium contrahi, nec dirimunt contractum, sed primus gradus solus tenetur, &c. 2. Paralip. 235.c.2.E

Affinitas nascitur ex consanguinitate, & è contra. Mat tom. 2. 157.c.1.B

Affinitas non causatur ex coitu maris cum fœmina extra vas debitum, etiam si illa sit vxor sua, quam cognoscit, vt patet 35. quæst. 3. cap. extra ordinaria, & dicitur quòd extra ordinaria pollutio affinitatẽ non causat. Et dicitur extra ordinaria, si in vase altero cognouit, vel si in vase naturali cognoscere voluit, & tamen non valuit propter impotentiam, quia claustra non fuerunt aperta, sed facta exterior effusio, etiam si claustra fuerint aperta, & sublata virginitas, sed non fuerit effusio seminis, quia tunc manifestum est, quòd non causatur affinitas, quia illa causatur, vel fit per seminis cõmixtionem. Sic dicit Glosa eodem capite, extra ordinaria: Dicit tamen quòd si cognosceretur fœmina a viro suo in vase non naturali, quòd impedirentur omnes cognati eius contrahere cum illa fœmina, si dissolueretur matrimonium inter eos ex aliqua causa. Et hoc euenit propter enormitatem criminis, & cæt. Mat. tom. 2. 172.c.2.B

In affinitate seruatur prohibitio quo ad matrimoniũ vsque ad quartum gradum primi generis affinitatis excluiuè, extra de consanguinit. & affinit. cap. non debet. Mat. tom. 6. 47.c.3.F

De affinitate vide reliqua in dictione, Consanguinitas, & in dictione, Gradus.

Affirmatio. Quælibet affirmatio continet sub se negationem. Matt. to. 3. 19.c.4.F

Multoties ponitur affirmatio pro negatione apud Hebræos, & ponuntur exempla. Deuteronom. 156.c.3.K

Affligere. Afflictus.

Affligere, & lædere differunt realiter. Matth. tom. 7. 149.c.4.A

Afflictorum conditio est, vt postquàm semel afflictionibus succubuerint, si aliqua eis prospera eueniant, non immediatè credunt, se iam totaliter derelictos summis miserijs cadentes. Genes. 384.c.4.I

Africa. Magna Africæ pars redditur inhabitabilis propter serpentes. Deuteronom. 170.c.2.B. De Opti. poli. 2.c.2.B

Africa est pars meridiana mundi. Iosue tom. 2. 122. c. 3. K. Et denominata est sic ab Afer filio Madian filij Abrahæ ex Cetura, vt dicit Iosephus. Genes. 194.c.4.F.1 Paralip. 36.c.3.I

Agabus. Fuit Propheta in Ecclesia primitiua. Mat tom. 6. 245.c.1.B

Agabus Propheta non multo tempore post Christi mortem prænunciauit magnam famem, quæ accidit Iudæis sub Claudio Cæsare. Matth. tom. 6. 271.c.4.K

Agag. Regem Amalec reseruauit Saul ex pietate. 1. Reg. tom. 2. 6.c.3.K

Agar. Ancilla fuit Abrahæ ex tempore quo descendit in Aegyptum propter famem. Genes. 22. Genes. 257.c.2.A

Abraham habuit Agar in vxorem, cum semper actus carnalis fuerit peccatum, nisi cum propria vxore. Genes. 257.c.3.G

Agar fuisse filiam Regis Aegypti, dicunt Hebræi, quibus assentit Nicolaus, sed falluntur. Genes. 257. col. 2.A

Cum Agar cognita fuit ab Abraham carnaliter, ipsa Sara incepit continentem vitam agere voluntariè, non petendo debitum a viro suo. Genes. 257.c.3.I

Agar passam fuisse abortum in deserto, dicunt quidam Iudæi in pœnam datam a Deo, quia dominam contempserat, sed quia postea acquieuit Angelo monenti reditum, & humiliationem sub domina sua, Deus viuificauit in vtero fœtum extinctum, & ista viuificatio vocatur conceptio de nouo, & po-

teſt reduci iſta expoſitio ad literam noſtram. Gene. 258.c.1.C

Filii Agar & Cethuræ, pro maiori parte, non habitabant in ciuitatibus & domibus: ſed in tentoriis portatilibus, & ſic ſunt multæ gentes ī Africa: quas Lucanus vocat Numidas, & nos vulgariter vocamus Alarabes, 1.Paral. 79.c.2.E

Agar, ex quo erat vxor Abrahæ, non potuit eiici: nam licebat illi petere debitum ſemper, quandiu maneret vxor: diſpenſatione tamen Dei eiecta eſt, Nam ipſe iuſſit nec Abraham volebat eam eiicere, poterat tamen ſeparari ab ea per libellum repudij, cuius vſus erat apud Gentes. Matt.to.2 151.c.3.I

Quod Agar repudiaretur ab Abrahā, licitum fuit: immo & neceſſarium, quia mandāte Deo, factum eſt. Matt.to.5 96.c.2.C

Agareni Ponunt beatitudinem poſt hanc vitā in riuis lactis & mellis, & delitiis puellarū, vt patet ex traditione ſui Alcorani. Gen. 9.c.1.D

Agere ni dicendi ſunt: vel Iſmaelitæ qui nunc Sarraceni dicuntur, falſo nomine à Sara, quæ libera erat, &c. Gen. 258.c.1.B

Agareni circuncidunt filios ſuos anno. 13. propterea quod Iſmael circunciſus eſt anno. 13. & in hoc tranſgrediuntur regulam de circunciſione datam. ſ. octauo die. Gen. 261.c.3.F

Sequaces impiiſſimæ ſectæ Mahometi, non ſolum ab Agarenis deſcendunt: ſed etiam a multis aliis gentibus: nam æthiopes, & Lybes & maior pars Africanorum pertinent ad prædictam ſectam. 1.Paralipo. 79.c.2.D

Agarenorum terra coniuncta erat terræ Ruben: ſed erat magis orientalis &c. 1.Paral. 79.c.3.G

Agarenorum terram poſſederunt tribus Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manaſſe. 358.annis, vt prob, 1.Paralip. 83.c.3.K

Ager: Agrorum depopulatores nocturni non gaudent immunitate eccleſiarum. vt habetur extra de immunitate eccleſiarum. c. inter alia Exo.to.1 229.c.2.C

Agger: Aggeres vocantur machinæ, quæ circumponuntur vrbibus, quando obſidētur. 4.Reg. 194.c.2.E

Agere: Nunquam Deus agit ſine miniſtro: niſi id, quod fit, excedat potentiam creatam. &c. Exo.to.1 59.c.2.C

Duplex eſt agentium habitudo in naturalibus: altera, qua ſuperiora agūt in inferiora: altera eſt omnium elementorum inter ſe. Matth.to.5 43.c.2.A

Agere proprie prædicatur de aliquo dupliciter: vno modo, ſi res illa totaliter producat effectum, vt, cū Deus creat: alio modo, ſi effectum vltimate compleat. Nu.to.2. 204.c.2.A

Deus tripliciter agere dicitur vno modo, quando per ſe: vel cum angelis agit totaliter. non mediante agēte naturali, alio modo, quando non facit totum per ſe: facit tamē aliquam partem per ſe. tertio modo: quando nec totum nec partem facit per ſe, dat tamen virtutem agenti naturali ſupra conſuetudinē. Deuter. 24.c.1.A

Cum aliquid agendum, vel non agendum proponit, tripliciter res ſe habet. Nam quædam ſunt neceſſaria, quòd fiant, ita vt illicitum ſit, ſi non fiant, & de his eſt præceptum. Alia ſunt neceſſaria, vt non fiant ita vt illicitum ſit, ſi fiant: & talia pertinent ad prohibitionem: & iſta ſunt in vno gradu, & in vtroque eſt licitum & illicitum. Alia ſunt, quæ fieri non bonum eſt, ſed melius eſt ſi fiant, quam ſi non fiant: & in talibus nihil eſt illicitum, ſiue fiant, ſiue non fiāt: quia neutrum eſt neceſſarium fieri. &c. Et talia nō ſunt propriè præceptum, ſed vocantur admonitio. Prima tam Deus quam Apoſtolus dicunt: ſecunda nec Deus dicit nec Apoſtolus: quia neuter præcipit aut vetat, ſed vterq; conſulit, tertia non dicit Deus, ſed Apoſtolus &c. 1.Reg.to. 127.c.3.H

Illud aliquis dicitur agere, quod ex eius fit mandato. 1.Paral. 212.c.3.H

Agere, inquantum dicit aliquid ex parte Dei, nihil aliud eſt quam ſuum eſſe, quod eſt totum ſimul. Et ideo Deus nihil agit ſucceſſiuè. Matth. tom. 1. 209.c.4.F

Quotieſcunque aliquid agimus tardius, quā agere debeamus, peccatum veniale eſt. Mat.tom.5.48.c.1.B

Quanto agens eſt minoris actiuitatis, tāto tardius agit. Mat.to.4. 248.c.1.B

Quomodo habeat intelligi, ꝙ omne agēs ſit nobilius paſſo, Matt.to.4 240.c.3.K

Agens quantò velocius agit, tantò eſt maioris poteſtatis. Mat.to.3 143.c.1.B

Agens principale inducit in effectum ſimilitudinem ſuam: non tamen agens inſtrumentale. Mat. tom.4 183.c.2.B

Agere mala deterius eſt, quam mala pati. Matt.tom.5 20.c.2.C

Agibile. In agilibilibus ſunt regulæ quædam dirigētes actiones humanas in quadruplici differentia. Exo.to.1 184.c.2.C

In agibilibus præſupponitur finis, ſicut in ſpeculatiuis præſupponuntur principia. De Statu animarum. 2.c.1.B

Agæus Propheta. Agæus prophetauit poſt finem temporis captiuitatis Babilonicę. ſ. anno ſecūdo Darij regis ſecundi poſt reditum de Babylone: & prophetauit intra Hieruſalem Gen. 24.c.3.I

Agæi principalis intentio, in ſua prophetia, fuit prouocare Zorobabel, & alios, qui cum illo erant, ad templi reſtaurationem ſuper Gen. 24.c.4.H

Ab Agæi prophetia vſque ad Chriſti Aduentum fuerunt anni. 518 Gen ibi. C. Verba quædam Agæi prophetæ exponuntur. Gen. 24.c.4.I

Agæus Propheta prophetauit, per duos menſes: priuſ quam Zacharias. Ioſue. to 1 2.Pa.1.quæſ.4

Agilitas. Non erit in beatis ad motum, qui cōpetit eis ſecundum prædominium elementi, quia motus ille non ſolum non conuenit gloriæ, ſed potius retrahit à loco gloriæ: immo non conuenit rei ſecundum id, quod in ea perfectū eſt. i. ſecundum formam ſpeciei. Quare agilitas nō erit niſi ad mouendum ſecundum appræhenſionē, in quācunque partem beato moueri placuit, motu non organico, quia anima beati mouebit omnes partes ſui corporis æquè primò, ſicut mouētur corpora ſolida, quæ à nobis impelluntur. Matth.tom.4. 255.c.1.B

Dos agilitatis eſt qualitas quædam in beato ad faciliter mouendum ſe ſecundum locum, & non eo modo, qui eſt naturalis &c. ſed qui eſt ſecundum conceptionem, & apprehenſionem animæ. Matt.to.4. 155.c 3.H

Agilitas in corpore glorificato correſpondet fortitudini. Mat.to.4 234.c.1.D

Agilitas, ſecundum Scotum & Rodulphum eſt potentia motiua animæ, quæ eſt per ſe, & primò animæ, & per ſe non primò alicuius partis corporis, & alicuius primò perfecti vt totius. Matt.to.4.255.c.3.I. Sed quia hoc non placet, auctor dicit, quod dos agilitatis non eſt potentia motiua, ſed perfectio data ipſi potētiæ motiuæ. &c. Et ad dotem agilitatis cō-

currunt

currunt tria.ſ. potentia motiua animæ, multiplicatio ſpirituum puriſſimorum.& ablatio omnis indiſpoſitionis tam in iuncturis,quam in neruis,& omnis ponderoſitas non naturalis. ibid.

Agios. Græce derivatur ab a,φ eſt,ſine,& ge,qđ ẽ terra,quaſi ſine terra nullas,ſ.fęces hñs terrenæ ſordis &c. Exo.to.1.242.c.3.I.Leui.106.2.E

Agiographum. Inter libros Agiographos præcipuus liber eſt liber Pſalmorum Gen. 81.c.4.H

Inter agiographa computantur libri nouem. ſ. Pſalmorum,Iob,tres libri Salomonis,liber Par. Eſdras, & Eſther. Ioſ.to.1 4.c.3.I

Libri agiographi minoris ſunt authoritatis, quam libri legales & prophetales,propterea quod de eorũ autoribus non conſtat.1.reg.to.1 12.c.4.F

Inter agiographa quare liber Iob tanquam primus cõputetur,1.Reg.to.1 13.c.1.A

Ordo librorum agiographorum deſignatur. 1. Reg. to.1 13.c.4.I

Agiographũ dupliciter accipitur,vno modo pro ſcriptura ſancta, quæ eſt magnę auctoritatis & efficax, tam ad arguendum,quàm ad reſpondendum:quãquã auctor illius ſit ignotus:alio modo pro ſcriptura,quæ ſacra videtur,ſed nõ eſt alicuius auctoritatis vel roboris.1.Reg.to.1 15.c.4.H

Inter agiographa computantur illi libri, quorum doctrina eſt vera,certa,& ſancta:& tamen ignorantur autores eorum:& ob hoc ſunt minoris autoritatis, quã libri,quorum auctores ſciuntur.1.Para.3.quę.5

Agiographa ad tertium ordinem librorum pertinẽt, vt dicit Hieronymus in prologo galeato. Mat.to.6. 130.c.4.H

Agnes. Beata Agnes potius occiſa eſt pro ſeruãda virginitate, quàm pro confeſſione fidei.Matt.to.4 45.c.4.I

Agnus. Anniculus offerẽdus erat in holocauſtum.i.agnus non habẽs annum perfectum,& in toto illo anno poterat offerri,cum cõpleſſet octo dies à natiuitate ſua, nunquam tamen offerri poterat ante octauũ diem: Sed quare agnus anniculus offerri deberet. Leuit. 13.c.2.A

Agnus dicebatur anniculus, vel quia haberet vnum annum completum & non vltra,vel quia erat infra vnum annum.i.ab octauo die natiuitatis illius vſq; ad annum dicebatur anniculus & omnes inter medij in ætate. Leu.263.c.1.A.Nu.to.1 83.c.3.K

Agnus Chriſtum repreſentat metaphoricè. Paradox. 39.c.3.K

Duo agni anniculi offerebantur quotidie in holocauſtum,vnus in ipſo ortu ſolis,alius vero veſperi.i. ante ſolis occaſum,de expenſis ſanctuarii: & hoc poſt quam pacificè ſteterunt filii Iſrael in terra Chanaã, quia in deſerto non habuerunt illam opportunitatem,vt declaratur Deut. 12.Exo.to.1 89.c.3.F

Chriſtus conuenientius vocatur agnus, quàm aries, vel taurus.Matt.to.7 285.c.4.H

Agnus Paſchalis. Agnus Paſchalis comedi debebat a decem perſonis inter magnos,& paruos, iuxta quorũdam opinionem.Exo.to.1 73.c.2.C

Agnus Paſchalis debebat eſſe maſculus.Exo.12.cuius præcipua cauſa & potiſſima erat, ad deſignandum Chriſtum paſſurum eſſe,& pro nobis immolandũ. Et hunc ſenſum intendebat legislator, vt patet Ioan. 19.& additur,maſculus,non ad tollendum ambiguitates huius dictionis,probaton,Græcè,vt dicit Gloſa ordinaria,quia in Hebræo habetur:agnus maſculus:vbi non eſt ambiguitas. Dicendum ergo quod illa nomina in Hebræo ſolent accipi pro nomine ſpeciei,vt cum dicimus,iſte habet oues, & vacas fæmellas,& habet tauros,& boues caſtratos: ſed nomen ſpeciei non diſtinguit ſexũ.Exo.to.1. 73.c.3.F

Agnus Paſchalis debebat eſſe anniculus,i.vnius anni: non quod integrum annum haberet, ſed quod infra annum eſſet, vel ſaltem annum integrum non excederet:quia agnus,qui excedit annum, aries dicitur. Poterat autem iſte agnus accipi poſt octauã diem à natiuitate ſua vſque ad tempus vnius anni, & in immolatione hoc ſeruabatur: quia animalia immolatitia non immolabantur vſq; ad octo dies poſt natiuitatem,& deinceps,vt patet Leu.22.Exo. to.1. 73.c.3.K

Agnum Paſchalem quare dominus mandauerit immolari ĩ celebratione Phaſæ potius quàm aliquod aliud animal,vide primo rationem Nicolai de Lyra,quæ improbatur ab autore poſt cuius impugnationem ſubiungit rationem veram. Exod. tom. 1. 73.c.4.H

Agnum Paſchalẽ poterant Iudæi immolare poſt meridiem decimæ quartæ diei vſque ad ſolis occaſum excluſiuè,& aſſare,& veſci illo. Et ſic conſueuerunt facere nunc Iudæi,quia licet agnum non immolẽt tamen tenentes obſeruationem azymorum, quæ pertinebat ad idem tempus,incipiebant immediatè poſt meridiem decimæ quartæ diei, expellere de domibus ſuis omnem panem fermentatum:& incipere veſci azymis.&c.Exo.to.1.74.c.3.I.262.c.1.D

Agnum vel hædum nõ poterãt Iudæi immolare poſt ſolis occaſum:poterant tamẽ illum comedere poſt ſolis occaſum &c.vt dĩ Deut. 16. Exo.to.1.74.c.3.I

Agnus in domo,in qua immolabatur, comedebatur. & Hebræi,in quorum domibus non ponebatur ſanguis,quia in illis non immolabatur agnus, illa nocte dormiebant in domibus vicini,in quibus immolabatur & comedebatur.Exo.to.1 74.c.4.F

Quod Agni Paſchalis ſanguine tingerentur poſtes & ſuperliminare,non fuit cæremonia tanquam conſeruanda in omnes generationes, ſed ſolum fuit data,pro tunc:nam Num.9.non fit mentio de tali litura,cum de aliis cæremonijs fiat mentio.Exod.to.1. 74.c.4.H

Agni Paſchalis eſus fiebat nocte, ſaltem in principio noctis, licet eius immolatio & paratio fieret ante ſolis occaſum. Exo.to.1 74.c.4.K

Agni Paſchalis carnes mandabãtur aſſari, vt velocius pararentur, quia ægyptij compellebant Hebræos exire.&c.Exod.to.3 74.c.4.k

Agnus Paſchalis parabaẽ hoc mõ:primò iugulabatur, & accipiebatur ſanguis eius ad liniendum vtrunq; poſtem & ſuper liminare: deinde, detracta pelle, extrahebantur inteſtina,vt poſſet torreri:quia, caput, cauda,& inteſtina debebant etiam comedi toſta:& poſt cæteræ carnes nihil amplius diuiſæ ſimul aſſabantur:neque diuidebãtur per medium,vel in quadrantes, nec etiam auferebantur caput & pedes ad aſſandum,nec confringeretur aliquod os.Exo.to.1 74.c.4.K

Omnia,quæ circa Agnum Paſchalem mandabantur in c.12.Exod.a principio vſque ad illam partem:Habebitis autem hunc diem:fuerunt obſeruata in prima immolatione in Aegypto:ea autem, quæ infra dicuntur,pertinebãt ad futuras generationes, cum ibi fiat mẽtio de azymis 7.dierũ.Exo.to.1.75.c.2.C

Agni Paſchalis immolatio in tantum erat ſub præcepto,quod ſi quis obſeruare negligeret, merebatur mortem.Exod.to.1 ibid.

Agni Paſchalis oſſa,quæ non comedebantur,nec frãgebantur,debebãt comburi,vt dicunt quidam, ſed hoc non placet auctori.Exo.to.1 76.c.2.C

Agni Paſchalis immolatio duos tranſitus ſignificat, ſcilicet angeli trãſitum: & Hebræorum exitum de Aegypto:ſed principaliter primũ in prima immolatione in Aegypto,& è contra in futuris immolationibus,ut patet Deut.16.Exo.tom.1. 76.c.4.F
Agni ſanguis,quo poſtes liniebantur Exo.12.ſanguinẽ Meſſiæ deſignabat.Exo.tom.1. 78.c.4.H
Sanguine agni non liniebantur domus Aegyptiorũ, in quibus habitabãt aliqui Hebræi,ſed tunc illi Hebræi diuidebantur in domos aliorum Hebræorum Exo.tom.1 79.c.1.C
Agnus Paſchalis immolabatur ad ſolis occaſum,vt patet Deut.16.& poſtea aſſabatur & comedebatur: & hoc erat in principio noctis.& dicitur ad veſperam Exodi.12.quia poterat poſt meridiem quacunque hora immolari & conſequenter comedi ad veſperam.i. ad ſolis occaſum.&c.vel ante.Exo. 87.c.1.C
Agnus Paſchalis debebat immolari in atrio tabernaculi:quia erat vnum ex ſacrificijs Domini,ut patet. Num.9.cum dicitur: Peribit anima illa de populis ſuis,quia ſacrificium Domini non obtulit tempore ſuo.Et ſacrificia nunquam extra tabernaculum poterant offerri,aut immolari ſub pœna capitis.Leuit.7.Exod.tom.1. 87.c.2.C
Agnus dicitur phaſe ſecundum prædicationem cauſalem:& non formalem, qua ſæpe vtitur ſacra ſcriptura,vbi agitur de iſto feſto, ſimile etiam in nouo teſtamento vocatur Paſcha.Matth.26.& Lucæ.23. Exo.to. 1. 88.c.2.A
Sanguinis agni aſperſio in poſtes & ſuper liminare nõ eadem ratione fiebat in futurum, quo factum fuit in Aegypto,in quo factum fuit vt Deus videret ſanguinem, & non ſineret angelum ingredi domos Hebræorum:in cæteris fiebat ad ſignificandum ꝙ in prima immolatione Aegypti poſitus fuit ille ſanguis,& liberati ſunt Iſraelitę ab angelo &c. Exod. tom.1. 88.c.3.K
Agni Paſchalis allegoria deſignatur ad Chriſtũ. Exo. tom.1 90.c.3.k
Sicut Agnus Paſchalis typus fuit Chriſti, ita eius comeſtio Euchariſtiæ comeſtionem, ſeu ſumptionẽ ſignificat.Exo.tom.1 91.c.1.A
De Agno paſchali non poterat mitti aliquid in aliam domum.&c.ſuper Exod.to.1.96.c.3.F. & hoc ſignificabat vnitatem eccleſiæ. 96.c.3.K
Quod Agni Paſchalis os non deberet frangi,ſignificabat,quod nullum os confringendum eſſet in corpore Chriſti.Exo.to.1. 96.c.3.k
Agnus Paſchalis immolandus erat in tabernaculo iuxta altare ſacrificiorum, ita vt ſanguis eius funderetur ad baſes altaris,& ſic dicebatur ſacrificium Domini;& ſic iam iugulatum quilibet deferebat in domum ſuam.Exo.to.1.260.c.4.F.Ioſue to.1.77.c.4.K. Et dabatur adeps eius in incenſum Domino. Deut. 66.col.3.G
Agnus Paſchalis non debebat immolari, quandiu panis fermentatus eſſet in domibus,vt patet.Exod.to. 1.262.c.1.C.Sed panis fermẽtatus expellebatur ante Agni Paſchalis immolationem,vt patet.Exo.34. non immolabis.ſuper fermento.&c.Exo.to.2.& de Agni Paſchalis manducatione.ibid. 180.c.3.G
Agnus Paſchalis & vitula rufa non erant propriè ſacrificia, cum in eis non obſeruarentur mores alicuius ſacrificij,tamen agnus Paſchalis reducebatur ad ſacrificia victimæ pacificæ, & vitula rufa ad ſacrificiũ pro peccato.De primo habetur Exo.12.& Num.9. de 2.Num.19. Leuit.8.c.4.K.dicebantur tamen ſacrificia large:quia habebant aliquas proprietates ſacrificii.licet vitula rufa magis quam Agnus Paſchalis.Num.tom.1 104.c.3.I
Agnus Paſchalis expreſſius Chriſtũ ſignificauit, quã cætera in vete.teſta.Leuit. 252.c.3.G
Agnus Paſchalis erat ſacrificium largè dictum, & nõ propriè, ſicut erant holocauſtum, pacifica & pro peccato:quia nullum eorum erat.Leuit.253.c.2.E. Num.tom.1.99.c.4.F.Matt.tom.7. 288.c.1.A
Ex agno Paſchali quædam ad Deum pertinebant.ſ.ſolus ſanguis & adeps.Leui. 241.c.2.D.& 253.c.3.E
Agnum Paſchalem, in Aegypto, ſinguli per domos ſuas ſacrificabant.Num.to.1 96.c.1.D
Agnus Paſchalis in Aegypto fuit comeſtus etiam ab immundis &c.immo tunc nullus erat immundus quia tunc nihil vetitum erat Iſraelitis,Num.tom.1. 99.c.4.G
Ex agno Paſchali accipiebatur adeps, & cremabatur coram Domino,vt videtur colligi.Exo.34.Nu.to.1 100.c.2.B.& 104.c.2.C
Quod Agni Paſchalis ſanguine portæ domus linirentur.ſ.ſuper liminare & vterque poſtis,Iudei non obſeruauerunt niſi in Aegypto: quia illud erat extra ceremonias Agni Paſchalis.Nu.to.1 103.c.2.B
Agnus Paſchalis non poterat comedi niſi in loco vbi erat tabernaculum.Deut.66.c.3.F.3.Reg.188.c.1.B
Agnus Paſchalis die. 10. primi menſis debebat accipi & teneri in domo,& die 14.ad veſperam immolari. Exo.12. & huic figuræ reſpondet Chriſti introitus in Ieruſalem die in ramis palmarum, quæ fuit 10. menſis primi.&c.& 14.die ad veſperam incæpit immolari.Matth.to.5.229.c.1.A.Sed quare primo mẽ ſe immolabatur. Matth.to.7. 287.c.2.D
Cęremoniarum agni Paſchalis inſtitutio habuit originem, vt manerent in memoria beneficia, quæ Dominus Iudæis præſtiterat,& præcipuè beneficiũ tranſitus Domini,& exitus de Aegypto.Matt.to.7. 282.c.4.G
Ante inſtitutionem Agni Paſchalis annus Iudæorũ incipiebat in Octobri,& finiebatur in ſeptembri,qa talis videbatur eſſe habitudo creationis mundi: & ſeruata fuit hæc conſuetudo à principio mundi vſque ad illa tempora per ſucceſſiones.Et inter Aegyptios & Hebræos ſemper ſic cõputabatur:& de hac computatione fit mentio in Exod. 23. c. cum dicitur,ſolennitatem quoque in exitu anni,quando cõgregaueris omnes fruges tuas de agro. &c.& Leui. 23.& Exod.34.Matth.to.7.282.c.4.G.Et ratione beneficij,quod contulit Iudæis in exitu Iſrael de Aegypto,mutata eſt computatio anni,vt inciperet in mẽſe Martio &c.Matt.to.7 283.c.1.B
De Agno Paſchali: & cæremoniis eius vide in dictione Phaſe.
Agni Paſchalis adipem comederunt Iudæi in terra Aegypti,poſtea verò prohibitum eſt in omni celebratione Phaſæ.Matth.tom.1 291.c.1.C
Agni Paſchalis adipem non licebat Iudæis comedere etiam ſi non offerreretur in altari &c.Matth.tom.7 291.c.1.D
In quacunque domo, quantuncunque magna, vnus tantũ Agnus Paſchalis immolandus erat, & aliqua domus erat,in qua non immolabatũ.Matt.299.c.1.C
Agnus caſtus. Herba valet ad ſeminis humani deſiccationem & conſumptionem. Deut. 121.c.2.C
Agricola. Filij agricolarum, qui in magnis laboribus occupãtur, naſcuntur parui corpore,& viribus.De Opti.Poli. 6.c.2.C
Agricultura. Artem agriculturæ dilatauit Ceres.Gen. 356.c.3.H
Agricultura,ante peccatum, non eſſet laborioſa, ſed delectabilis,nec eſſet propter indigentiam cibi,ſed vt terra paradiſi efficeretur melior: & vt euitaretur ocium,

ocium, & accuretur homo ad Dei contemplationem & agriculturam Gen. 107.c.3.K
Inter agriculturam, quæ fuiſſet ante peccatum, & illam, quæ eſt poſt peccatum, aſſignatur triplex diſcrimen. Gen. 107.c.4.I

Aha, Eſt interiectio Hebraica cõmunis ad ſignificandum dolorem, & admirationẽ, & alias affectiones. 4. Reg. 64.c.3.K

Ahias: De Ahias ſylonite propheta, qui deſcripſit geſta Salomonis. 2. Paralipom. 136. col. 1. A

Ahiel. Super Ahiel reædificante Hierico venerunt omnia mala, quæ imprecatus eſt Ioſue. 6. c. Ioſue to. 1 119.c.3.B
Ahiel ædificans vrbem Hierico, in ſic ædificando, peccauit mortaliter: & pro illo peccato punitus eſt. vt patet. 3. Reg. 16. Ioſu. tom. 1. 119. c. 3. F. Et ſolus ipſe peccauit. Nec peccauerunt ædificantes domos in Iericho. Ioſue. to. 1. 119.c.3.I
Ahiel, quomodo auſus fuerit ædificare Iericho, cum ſciret maledictiones poſitas a Ioſue ſuper reædificãtem, 3. Reg. 152.c.3.K
Cum Ahiel videret per experientiam compleri maledictiones poſitas a Ioſue, cur non ceſſauit a reædificatione: ſed rurſus cõtinuauit illã. 3. Reg. 152.c.4.G

Ahin: nomen eſt vrbis, quæ fuit in ſorte Simeõ. & nomen eſt etiam cuiuſdam viri. &c. 1. Paralip. 100.c.1.E

Aiala. In Hebræo accipitur pro cerua: & aiala, pro caprea. &c. 1. Reg. to. 2 121.c.3.H

Aod. Mentitus eſt dicens ad Eglõregem Moab; verbum ſecretũ habeo ad te, ò rex. Iudicũ. 3. fuit tamen mendacium officioſum, & peccatum veniale &c. Iudi. 23.c.1.A
Sed an Deus reuelauerit Aod quod occideret Eglõ regem Moab. Iudi. 3. non conſtat, credendum tamen eſt omnino, quod ſic: alias nõ auſus eſſet Aod aggredi &c. ibi. 34.c.2.C

Alba. Locus vel ciuitas duplex: quædam apud Romam, in qua primo regnauit Aſcaniꝰ Aeneæ filius, quam & ipſe condidit: & dicta eſt ſic ab Albula flumine, quod nunc dicitur Tyberis: & prius Albula. Altera verò vltra Caucaſum montem circa mare Caſpium. Geneſ. 5.c.4.F
Alba moneta Regnorũ Hiſpaniæ eſt ſeptingẽteſima quinquageſima pars ducati largi Veneti, ſeu Vngari. Matthæ. tom. 4. 277.c.4.I
Alba moneta Hiſpaniæ valebat tempore auctoris tres coronatos. Geneſ. 285.c.1.A

Albertus magnus. Fecit caput quoddam metallinum: partim per aſtrologiã: & partim per necromantiam: quod confregit beatus Tomas de Aquino, cum eſſet Alberti diſcipulus. Geneſ. 327. c. 4. k. Et caput illud reſpondebat ad omnem quæſtionẽ. &c. Exod. tom. 1. 110.c.3.H
De Alberto magno dicitur, quod orauerit Dominã noſtram, vt non permitteret eum in opinionibus philoſophorum manere, ſed in ſola fide. Cuius oratio exaudita eſt, vt fertur. Nam per quinquennium ante mortem ipſius, fuit omnino ignarus, ita vt nec literas ſciret. 3. Reg. 35.c.1.D

Alcæus. Poeta floruit ſub Octauiano, modicũ ante Chriſtũ, & fuit coætaneus Horatio. Geneſ. in prolog. 28.c.1.A

Alchimiſta. Alchimiſtæ non poſſunt tranſmutare ſpecies. Nam neque verum aurum vel argẽtum facere poſſunt, licet poſſint inducere aliqua accidentia auri, vel argenti in aliquam materiam. Exod. to. 1 44.c.3.I

Alchoranus. Eſt liber continens ritus Saracenicos quæ Mahometus p lege tradidit ipſis Saracenis. Et apud ipſos præfatus liber eſt ita ſacer, ſicut apud nos Euangelium. &c. Exo. tom. 1 255.c.4.G
Per Alchoranum non licet nobis iurare, immo nec ipſis Saracenis. Exo. to. 1. 257.c.4.F
Saraceni, qui philoſophi ſunt, non recipiunt Alchoranum &c. Matth. tom. 1 16.c.1.A

Alcmena. Peperit Herculem & Iſiclum fratrem eius, quos diuerſis conceptibꝰ edidit ex eodem vtero &c. Mat. to. 5. 89.c.2.C

Alearum ludus: In alearum ludo, ſi perdens ſit in maiore culpa, vel quia impulit, vel ſollicitauit lucrantem ad ludum, non tenetur lucrans reſtituere illi, ſed pauperibus. 1. Reg. tom. 1. 193.c.2.C
Alearum & taxillorum formatores, non videntur peccare, quia interdum vſus alearum, &c. ſine peccato eſt: non eſt tamen tale artificium ſatis honeſtum. Et cum ex tali artificio contingant mala potius qua bona euenire, tutius eſt a tali abſtinere artificio. Matth. tom. 3. 30.c.4.F

Alemania: In Alemania inferiori quædam vallis eſt, quæ olim habitabatur, & nunc eſt aquis cooperta Rheni fluminis, & ædificia, quæ quondam ibi fuerunt, viſuntur nunc ſub aquis: & quædam partes turrium eccleſiarum prominent ſuper aquas. &c. Gen. 81.c.3.H

Alexander magnus. Alexander macedo iuſſit ſe coli vt Deum, vt refert Oroſius li. 3. de ormeſta mundi, Exo. tom. 1 57.c.3.F
Alexandro magno, exiuit obuiam ſacerdos ſummus Hebræorũ, ſacris veſtitus veſtibus, nec fuit hoc contra præceptum Dei, Deo declarante, quod in illo caſu liceret ſacerdoti vti veſtibus ſacris extra ſanctuarium, vt patet Leuit. 17. Deute. 12. de non faciendo ſacrificio niſi ſuper altari holocauſtorũ intra atriũ ſanctuarij, & tñ illud nõ eſt ꝑuaricatus Dauid cũ immolauit ī area Areunæ Iebuſæi. 2. Regum 14 Nec Elias ī mõte carmeli. 3. Re. 18. &c. Exo. to. 2. 96.c.1.G
Alexander magnus duodecim annis regnauit. & cæt. Matth. to. 1. 147. c. 2. B. Et incepit regnare anno ab orbe condito 4680. Gen. 5.c.3.G.& 6.c.4.K
Alexander & Ariſtobolus Herodis filij laqueo vitam finierunt. Matth. tom. 1 155.c.4.F
Alexander magnus mortuus fuit in Babilone Aegypti. Geneſ. 6.c.2.E

Alexandria: Alexandriam condidit Alexãder magnus, ante Chriſti natiuitatem per annos plures quam 420. Gen. 6. c. 4. k. & 5. c. 3. G. q regnauit ab orbe cõdito anno ferme, 4680. Geneſ. ibidem.
Alexãdria ciuitas eſt ī Aegypto inferiori. Gen. 6.c.2.C
Alexãdria Aegypti ſita eſt in angulo Auſtrali & Oriẽtali Maris Mediterranei, ita quod vltra Alexandriã non extenditur Mare verſus Auſtrum: nec etiam verſus Orientem: quia iam non poteſt vltra extendi per mare ad terram Aegypti, niſi per Nilum. &c. Matth. tom. 1 132.c.3.H
Ab Alexandria Aegypti vſque ad Babylonem Aegypti, ſunt ducentum milliaria aſcendendo per Nilũ contra Orientem. &c. Matth. tom. 1 132.c.3.G
In qua Alexandria occiſa ſunt vna die. 50000. millia Iudæorum. Matth. tom. 6 292.c.3.G

Alpheus fluuius: Alpheus fluuius naſcitur in Græcia, & abſorbetur à terra. Et iterum renaſcitur in Sicilia. &c. Geneſ. 15.c.2.D.& 105.c.1.B

Alienare. Non pertinet niſi ad habentem ꝓprietatem, cum per alienationē tradatur proprietas &c. 1. Paralip. 212.c.1.E

Alienus. Qui vocantur alieni, apud Hebræos. Matth. to. 7 41.c.4.H

De alieno nō ꝓpo dari eleemoſyna. Mat. to. 6. 217.c.4.G

Alienigena. Et externus in ſacris literis multipliciter accipitur, vno modo pro illo qui non erat de gente Iudæorum: alio modo pro Iſraelitis, qui non erāt de genere Leuitarum. Tertiò pro omnibus, qui non erant de genere ſacerdotali: & ſic accipitur Leuit. 22. Cum dicitur: Omnis alienigena non comedet de ſanctificatis &c. Leuit. 241 c.1.C.& 251.c.1.B. Num. to. 1. 238.c.2.D

Alimentum. De alimētis cōgregatis in arca Noe ꝓ aīlib⁹. Ge. 37.c.4.H

Ex alimento proueniunt duplices partes, quædā ſunt ad augmentum, & quædam ad reſtaurationem deperditi, primæ dicuntur partes ſecundum ſpeciem, aliæ verò dīr partes ſecūdum materiā, quia nō cōpetit eis aliqd de ſpecie, vt ſint. &c. Mat. t. 6. 114.c.4.F

Per alimentum fiunt duo in recipiēte. ſ. reſtauratio & augmentū, qñ alimentū reſumitur per partes æquales, eſt ſolū reſtauratio, qñ vero ſumit plus dicitur augmentum. &c. Matth. to. 6 115.c.1.B

Allegare. Rarò allegantur à Chriſto & Apoſtolis verba veteris teſtamenti ſecūdum omnia verba, quæ ponūtur in litera, vel textu. Mat. to. 4 49.c.2.C. Nam ſufficit allegare in ſententia, licet non in verbis. Matth. to. 5 218.c.4.G

In iudicio licitū eſt allegare tam crīa publica, q̄ occulta aduerſarii, dū tñ allegās ꝓbet. Mat. to. 4. 128.c.4.G

Allegoria. Allegoriæ non hēnt certitudinem & probationē, niſi ipſę ſint alibi ſenſus literales: quia ſuper eadem litera poſſunt congrue fundari diuerſæ allegoriæ: & ecōtrario, ſimiliter & anagogiæ: ſed nunquam fit hoc in ſenſu hiſtorico, vel literali. Gen. 253.c.2.D

Allegorizare facile eſt cuiquam, comperta veritate literæ. Exo. to. 2 47.c.3.F

Allegoricus ſenſus & literalis aliquando videntur coincidere. Exo. to. 2 184.c.2.D

Allegoriā illius Leui. 1. ꝙ aſcellę auium holocauſti cōfringi deberent. & non ſecari. Leui. 15.c.2.C

De allegoria illius Leui. 11. immundus erit vſq; ad veſperam Leui. 102.c.1.E. Vide pulchram allegoriam circa illud Leui. 11. immundus erit vſque ad veſperum. Leui. 239.c.2.B.& 239.c.3.F

Sacra ſcriptura non probat: nec arguit per allegorias. 4. Reg. 145.c.1.C

Allegoria, ſiue ſenſus allegoricus non eſt in nouo teſta. Matth. to. 4 50.c.3.H

Allegoria eſt qñ ꝑres ſignificatas volumus vlterius aliquid ſignificare de his, q̄ credenda ſunt q̄ ꝑtinēt ad Chriſtum, vel ad nouum teſta. Matt. to. 4. 50.c.3.H

Allegoricum idē eſt, ꝙ alienū &c. Matth. to. 4. 50.c.4.F

Alleuiatio. Et excuſatio in peccato quid ſibi velint. Matth. to. 5 277.c.4.F

Alma. Dictio Hebraica, vbicunque in ſacris literis ponitur, ſignificat virginem vt probatur ꝫ Hebræos, ſuper Ecce virgo concipiet. 4.c.2.A

Alopetia. Aegritudo quædā eſt quę facit cadere capillaturam. Iud. 192.c.3.K

Altare. Apud altaria gentiles plantabant lucos. 4. Reg. 235.c.3.I

Altare dicitur quaſi alta ara. Exo. to. 2. 48.c.2 B. & ideo altare & ara. idem ſunt. Num. to. 2. 43.c.2.B. 1. Paral. 189.c.1.A

Altare veteris legis dēbat eſſe de terra, vel de lapidib⁹ Impolitis, vt patet Deu. 27.& Exo. 20. Ge. 46.c.3.G

Altare faciebat Abraham, vbicunque immolare volebat, tempore tamen legis Moſaicæ nō poterat fieri niſi infra atrium tabernaculi. Gen. 67.c.1.C.& 69 c.4.K. Et Abrahā fecit multa altaria propter diuerſitatem locorum, q̄ variabat. Ge. 70.c.1.B & 71.c.2.E

Altare, ſecundum ſe, non eſt niſi ad offerēda ſacrificia &c. Gen. 69.c.3.K.& adhoc apud omnes inuentum eſt. Exo. to. 2 96.c.1.B

Altare, vel altaria erigere tpe legis datæ, ēt extra locū ſanctuarii ad offerendū ſacrificia licuit viris ſanctis, & ꝓphetis, & hmōi, quibus voluntas Dei cognita erat: & ꝫ quos nō erat ſuſpicio de idolatria, vt patet de Samuele, &c. Gen. 70.c.1.A.1.Reg. to. 1. 85.c.1.E

Altare, quod fecerunt duæ tribus & dimidia Ioſue. 22. non fuit ad offerendum ſacrificium in eo: ſed vt ſciretur ꝙ illi pertinebant ad Deum Iſrael: ſicut cæteri habitantes citra Iordanē, vt non poſſent excludi a conſortio populi Dei, quod videbatur eis non poſſe fieri ſine illo altari. Gen. 69.c.4.F. Ioſue. to. 2. 162. c.1.B.& 165.c.2.B

In altari non ponebant gentiles Deos ſuos. Exo. to. 2. 119.c.1.D

Quando angelus Iſraelitis apparebat, nuncians eis aliquid ex parte Dei,licitum erat in loco talis apparitionis Deo ſacrificia immolari.Iudi.19.c.4.I.&137. col.4.G
Iudæi opinabantur ſe morituros,ſi viderent angelum ad quod mouebantur propter illud Exo.33.non videbit me homo & viuet.Iud. 58.c.4.H
De angelis credebant Hebræi,quod non erant animalia,vel homines:ſed quod erant ſubſtantiæ alterius modi. Et licet crederent eos eſſe corporeos, credebant tamen illorum corpora eſſe indefectibilia, cibo & potu non indigentia ad ipſorum conſeruationem.Iudi. 137.c.1.D
Angelus quomodo uoluit occidere Moyſen vide inſaniam Rabbinorum.Exod.to.1. 28.c.1.B
Quod angelus vocetur propheta non reperitur in tota ſacra ſcriptura:ſed quod prophetæ dicantur angeli, & angeli dicantur viri.ſæpius reperitur ſuper Iudic. 53.c.4.G
Angeli,in corporibus aſſumptis de aere,quanquam videantur habere oculos,naſum,aures, & cætera humani corporis lineamenta & diſtinctiones, videre tamen non poſſunt,nec audire,nec odorare &c.Paradox. 66.c.4.K
Si angelus bonus vel malus vel quicunque ſpiritus aſſumat corpus aereum,tale corpus attrectari vel apprehendi non poterit &c.Paradox. 67.c.2.C
Angelus poteſt aliquid efficere ſucceſſiue: quia non habet totum eſſe ſimul, ſicut habet Deus. Nume. tom.1 3.c.1.C
Vnus angelus non poteſt applicare virtutem ſuam niſi vni rei tantum,ſiue res illa magna fuerit,ſiue parua,& non pluribus diſcontinuis &c.Nume. tom.1. 153.c.3.F
Angelum eſſe in columna nubis in deſerto,ſciebant Iudæi, & ſi ipſum non viderent, Exod. 14. Geneſ. 2.c.1.C
Angeli,quos ad domum ſuam inuitauit Loth dicentes ei,minime &c.non mentiti ſunt,ſed id dixerũt, vt darent alijs exemplum hoſpitalitatis, acceptãtes hoſpitium quaſi inuiti,& rogati.Gen. 266.c.4.K
Angeli,qui iuerunt obuiam,Iacob Genc.32.erant angeli

geli custodes prouinciæ Chanaã, vt dicunt Iudæi, habet enim quælibet prouincia angelum magnũ de ordine superiore,& sub illo sunt multi de ordine inferiore ad custodiam.Gen.330.c.4.I. Caholici vero dicunt quod illi angeli venerunt ad confortandum Iacob,ne timeret Esau, & vtraque istarum expositionum consonat littere.ibidem.b
Angelus,custos Iacob,pluries liberauit ipsum a periculis.Gen. 398.c.4.G
De angelorum custodia.Exo.to,1 292.c.2.C
Quod sint angeli custodes.Matth.to.5. 26.c.3.H
Per angelos non fiunt miracula.Matt.to.4 99.c.1.C
Cuilibet homini suus angelus deputatus est ad custodiam.Matth.to.5.28.c.2.C.Et prædicta custodia cõueniens fuit tam propter ignorantiam hominis, q̃ propter illius infirmitatem,quia lumẽ naturale hominum imperfectum est,& præcipue ad dirigendũ illa,quæ excedunt naturam.Matt.to.5. 27.c.1.C
Custodia angelorum non tollit libertatem arbitrii,ita vt ad bonum trahant nos inuitos,vel à malo distrahant violenter:sed,seruato libero arbitrio, totum id faciunt,quod ad officium suum pertinet.Matth. tom.5 27.c.1.D
Angeli nos instruunt eo modo,quo conuenit: nec oportet quod id faciãt per apparitiones visibiles,sed per spirituales instigationes illustrando phantasmata nostra,confortando lumen intellectus, & incitãdo animum ad aliquid rectè considerandum. Mat. tom.5 27.c.2.A
Angeli custodes quomodo proficiãt hominib⁹.Matt. tom.5 27.c.2.D
Angeli,qui homines custodiunt, sunt soli spiritus infimi ordinis,qui angeli dicuntur.psalmus 90. Angelis suis Deus mandauit de te &c.Matt.to.5.27.c 4.F
Angeli assistentes, qui sunt in quatuor ordinibus supremis,non illuminant homines immediatè, cum ad eos nunquam mittantur &c.Mat.to.5.27.c.4. H
Angelorum custodia circa homines duplex est, quædam particularis,& alia vniuersalis. Particularis fit per angelos infimi ordinis: vniuersalis verò non est determinati ordinis, sed multiplicatur secundum diuersos ordines:nam quanto agẽs est vniuersalius, tantò est superius:nam custodia totius humanæ naturæ pertinet ad ordinem principatus,qui per excellentiam principes dicuntur,vel secundum alios pertinet ad archangelos &c. Et super omnes naturas corporales habẽt custodiam Potestates.&c.Matt. tom.5 27.c.4.K
Angeli custodes arcent dęmones ab hominibus custoditis in virtute potestatum,quibus proprium est arcere dęmones &c. Matt.to.5 28.c.1.B
Angelicæ virtutes sunt supremi inter quinque ordines angelorum ad exequẽda ministeria, & post virtutes sunt potestates:postea principatus,& archangeli sunt medii inter potestates &angelos &c.Mat. tom.5 28.c.1.D
Diuersis speciebus rerum diuersi angeli eiusdem ordinis præficiuntur.Mat.to.5 28.c.3.G
Angeli,qui præsunt hominibus habentibus officia ptinẽtia ad multitudinem,& quo ad talia officia, sunt archangeli,aut principatus,ideo quilibet homo cõstitutus in prælatione habet duos spiritus directores.Nam dirigitur per angelum,quatenus est persona priuata,& per archangelum,vel principatũ quatenus est persona communis.Matt.tom.5.28.c.2.A & col.3.K
Angelus vnus est, qui secundum ordinem perfectionis est immediatus speciei humanæ.Matth.tom.5. 28.c.4.H
Angeli supremæ hierarchiæ non custodiunt, cum non mittantur &c.Matt.tom.5 28.c.2.B
In quolibet ordine angelorum secũdum Dionysium distinguuntur primi,medii,& vltimi.Matth.tom.5 28.c.2.B
Angelis inæqualibus semper dantur officia inæqualia,nec custodire homines est æquale, nec omnes homines sunt æquales ex diuina prouidentia, quia quosdam ad maiora præordinauit &c. Matth. to.5. 28.c.4.I
Quilibet homo habet angelum custodem vsque ad mortem,nam post mortem custodia nulla est, sed, qui pereunt habent Dęmonem punientem,quem in vita habuerunt incentorem.Et qui vadũt in purgatorium, non habent Angelum custodem, cum ibi nulla pericula euenire possunt: nec status variari ad malum,nec pœnæ erunt plures,quam Deus inferre decreuit.Sed angeli custodes interdum consolantur animas,quas his custodierunt,vt leuius ferãt quod necessario sustinent.Sed in patria habent animæ in socios ipsos angelos custodes, & aliquando ipsæ animæ habebunt maiorem gloriam,quam ipsi angeli custodes: aliquando æqualem,aliquando minorem.Matt.to.5. 29.c.1.D
Angeli custodes hominum spiritualiter tantum suadent eis aliquid,vel dissuadent.Matt.to.5 29.c.4.I
Adam in statu innocentiæ habuit angelum custodẽ, tam propter impotentiam,quàm propter ignorantiam,quia erat periculum ex potentia peccandi, & ex dęmone instigante:erat etiam ignorantia non qdem defectus aliquis,sed conditio naturę,erat quippe debilioris luminis,quam angelus:& ideo malus angelus poterat eum decipere, & bonus instruere. Mat.tom.5 29.c.2.B
Sanctificati in vtero habent angelum custodem,& indigent magna custodia, & à magnis angelis &c. Matt.to.5 29.c.2.C
Beatissima virgo habuit angelum custodem propter multa.Matt.tom.5 29.c.3.H
Beatissima virgo habuit duos angelos custodes,vnum tanquam persona priuata,alium verò tanquam persona,ex qua dependebat bonũ omne. Primus erat de infimo ordine angelorum.Secundus vero altioris ordinis, scilicet anchangelus: & iste fuit custos Mariæ à Conceptione Christi vsque ad Mortem Christi,& non amplius.& postea mansit solus angelus primus.&c. Matt.to.5 29.c.4.F
Quãtò aliquis præuidetur à Deo quòd venturus sit ad maiorem statum bonorum,tanto excellentior angelus sibi datur in custodiam.Matt.to.5 30.c.1.B
Angelus consideratur tripliciter circa hominem, scilicet vt custos,vt conciuis,vt persona priuata, habẽs certum gradum gratiæ & gloriæ. In primo maior est angelus homine,ipso custodito:in secundo sunt nobis æquales &c. Quantum ad tertium interdum homo est maior angelo,interdum è contra.Matth. tom.5 30.c.1.D
Christus propriè loquendo non habuit angelum custodem,quia nec ad conseruãdum ne peccaret,nec ad adiuuandum,ut in bono proficeret, nec ade tuẽdum a periculis exterioribus,nec ad tollendum impedimenta spiritualis profectus. &c. Matth.tom.5 30.c.2.D
Christus, large loquendo,habuit angelum custodem, illum,scilicet, qui spiritualiter ministrabat ea, quæ ipse facturus erat pro nobis,& ita dicetur idem angelus custos Christi & Virginis beatissimæ,scilicet Gabriel,tamen ille magis dicendus est Virginis,q̃ Christi,& ideo absolutè concedendumest,q̃ Christus non habuerit Angelum custodem,saltem post quam fuit adultus &c.Matth.to.5 30.c.4 F

Nam

Nam quo quomodo poteſt concedi, quòd haberet angelum ad cuſtodiendum cum eſſet infans. ibid.
Quomodo intelligitur, ꝙ Angelus confortauit Chriſtum in paſſione. Matth. to. 5. 30.c.4.I
Antichriſtus habebit Angelum cuſtodẽ. & hoc præcipue propter quatuor. &c. Matth. to. 5. 31.c.1.A
Angeli non uocantur fratres. Math. to. 7. 116.c.4.I
Angeli, & ſubſtantiæ ſeparatæ quomodo cognoſcant ſingularia, Matt. to. 7. 209.c.1.D
Inter cognitionem Angelorum, & animarum quid interſit, Matth. to. 7. 209.c.4.K
Anima Chriſti non recipit influxum ſpecierũ ab angelis, vt probatur. Matth. to. 7. 212.c.4.F
Angeli ſemper influunt in animas noſtras. Matt. to. 7. 212.c.3.H
Altior eſt cognitio, quam minimus beatorum habet ex gratia, quam illa, quam maximus angelorũ habet ex natura. Matth. to. 7. 213.c.1.D
Angelus eſt maior anima rationali ſecundum naturam. Matth. to. 7. 213.c.3.G
Impoſſibile eſt, quòd aliqua anima humana ſit naturaliter æqualis alicui angelo. Matt. to. 7. 231.c.1.B
Vnus de præcipuis actibus angeli cuſtodis eſt arcere dæmonis inſidias circa cuſtoditum: Matth. tom. 5. 31.c.1.E
Quod angeli cuſtodes dentur omnibus preſcitis, ſicut prædeſtinatis. Matt. tom. 5. 31.c.2.C
Angeli cuſtodes operãtur quatuor cuſtodiæ effectus in nobis, ſcilicet ad bonum inducere, retrahere à malo, tollere impedimenta profectus ſpiritualis, liberare ab exterioribus periculis. Matthæ. tomo 5. 31.c.2.E
Infideles habent angelum cuſtodẽ, vt probatur Mat. tom. 5. 31.c.4.F
Quare angeli cuſtodes interdum deſerant homines, Matt. to. 5. 33.c.4.F
Angelica cuſtodia datur homini à Deo, tanquam bonum aliquod naturale. Mat. to. 5. 32.c.1.E
Angeli cuſtodes dantur hominibus mox, vt nati ſunt. Matth. to. 5. 32.c.2.E
Angelica cuſtodia magis neceſſaria eſt paruulis, quã adultis &c. Matth. to. 5. 32.c.4.F
Angelus mulieris prægnantis cuſtodit fœtum animatum in vtero eius. & talis fœtus eget cuſtodia angelica. Matth. tom. 5. 32.c.4.G
Dicunt tamen aliqui, quòd fœtui animato datur prius angelus in vtero, quos nõ redarguo, ſi proteruire velint, rationabilius tamen eſt, quòd detur ſolum à tempore natiuitatis, & iſta eſt communior poſitio, quam confirmat Hieronymus, dicẽs: quòd vna quæque anima habet angelum à natiuitate ad ſui cuſtodiam deputatum. Matt. tom. 5. 32.c.4.k
Omnis angelus cuſtos diligenter cuſtodit hominem ad ſui cuſtodiam deputatum. Matth. to. 5. 33.c.1.B
Cum dicitur, quòd angelorum cuſtodum meritum, & præmium augẽtur vſque ad diem iudicij, ſic debet intelligi, ſi verum ſit, ideſt creſcit gloria eorum ex eo, quod fecerunt ad meritum & præmiũ aliorum: ipſi tamen nec meruerunt, neque augmentũ præmij aſſecuti ſunt, Matt. to. 7. 185.c.2.D
Quanto alicui datur maior angelus ad cuſtodiam, tãto circa eum diligentius agitur. Matthæ. tomo 5. 33.c.1.E
Propriè loquendo, angeli cuſtodes nunquã deſerunt cuſtoditos, quia deſerere eſt totaliter abijcere. Sed dicitur homo deſeri ab angelo, quatenus ſubtrahit vel non impendit effectum aliquem cuſtodiæ, quẽ poſſet impendere. ſ. non liberando à tribulatione, a qua poſſet liberare, vel non tollendo impedimenta profectus ſpiritualis, quæ poſſet tollere, aut non adiuuando ad non incidendum in peccatum, & ſic homines aliquando deſeruntur, non tamen ſic angeli deſerunt, quin aliquem effectum cuſtodię exhibeant circa eos: nam licet a peccato non liberẽt, liberant tamen a periculis exterioribus: &c. Matth. tom. 5. 33.c.3.F
Angeli cuſtodes cauſant in cuſtoditis aliquas impreſſiones aliquo tẽpore durãtes. Matth. to. 5. 34.c.1.A
Angeli cuſtodes interdum ſunt in cęlo empyreo, vel alibi, & tamen inde cuſtodiũt hominem, & ita homo ſemper cuſtoditur ab angelo, ſiue præſente, ſiue abſente: vel dicendum, quòd quãdo angelus eſt in cœlo empyreo nõ cuſtodit hominem, quia nullum effectum cuſtodiæ circa eum actualiter exercet: & tamen non deſerit hominem quantum ad cuſtodiam, ſed ſolum quantum ad preſentiam, qua aliquando homo non indiget. Matt. to. 5. 33.c.4.K
Actus angeli cuſtodis ſunt quatuor, ſub quibus cæteri includuntur, ſ. incitare ad bonum: diſtrahere a peccato: tollere impedimenta profectus ſpiritualis, liberare a periculis exterioribus. Et poteſt eſſe aliqd, in quo homo nõ indigeat aliquo iſtorum actuum angeli. Matt. tom. 5. 34.c.1.C
Quantum ad deſiderium magis nos infeſtant dæmones, quam angeli nos adiuuent: ſed conſiderando rem ipſam, quæ fit, plus nos adiuuant angeli cuſtodes, quam dæmones infeſtent. Nã plura mala ſunt, quæ euadimus tam a dęmonibus quam a malis hominibus, & aliis rebus exterioribus, per cuſtodiam angelorum, quam mala, quæ inferuntur nobis a dęmonibus. Matt. to. 5. 34.c.2.B
Angeli cuſtodes non dolent propriè de perditione ſuorum cuſtoditorum, quando damnantur. Matt. tom. 5. 34.c.2.E
Angelorum gaudium, quod haberent in conuerſione peccatorum, non minuitur in damnatione cuſtoditorum. Matth. to. 5. 34.c.4.K
Quidquid volunt angeli ex officio cuſtodiæ, volũt voluntate antecedente, quod autem volunt ſecundũ conformitatem ad diuinam voluntatem, volũt voluntate conſequente. Et id, quod quis vult voluntate antecedente, non vult ſimpliciter & in particulari, ſed in vniuerſali. Et ideo dicitur volitum ſecundum quid, quod vero volumus volũtate conſequẽte, volumus in particulari, & illud eſt ſimpliciter voluntarium. Matt. tom. 5. 35.c.1.E
Angeli per hominum cuſtodiam, non retardantur a contemplatione Dei, Matt. to. 5. 35.c.2.E
Angeli & dæmones neſciunt, qui homines ſunt damnandi, aut ſaluandi. Matt. to. 5. 33.c.2.B
Angelorum cõtemplatio habet ſe ad miniſteria, quæ exercet, ſicut in artifice ſe habet conſideratio regularum artis ad executionem operis. Matth. tom. 5. 35.c.3.H
Angeli non dicuntur recedere à Deo per contemplationem, ſed per aliquod viſibile, vt cum viſibiles efficiuntur apparendo, ſicut de filio Dei dicitur Ioan. 19. Exiui a patre & veni in mundum. ſ. viſibilis apparendo, qui prius eram inuiſibilis: Et ſic dicuntur etiam redire ad Deum, quia depoſita ſpecie viſibili in priſtinam inuiſibilitatem reuertuntur. Matthæ. tom. 5. 35.c.3.k
Angelus cuſtodiendo nos & Deum contemplando, habet ſe ſicut Luna, quæ ſimul illuminatur a Sole, & receptum lumen mittit ad nos, illuminando inferiora. Matth. to. 5. 35.c.4.k
Angelus poteſt habere multas actiones ſimul dependentes ab inuicem. Matt. to. 5. 35.c.4.I
Quare non dabitur angelis iudiciaria poteſtas, Matth. tom. 5. 166.c.2.B

Quod aliqui homines præcedant angelos in præmio essentiali,& in præmio accidentali,non inconuenit Matt.to.5. 166.c.4.I
Dare angelos custodes commune est,dare tamen angelos custodes,qui parum aut multum custodiant, est speciale &c.Matt.to.5 267.c.2.D
Angelus artificialiter, & per aliquid extra, exprimit suos conceptus,homines vero naturaliter,& per id quod est intra,ad quod assignatur pulchra quædam similitudo. Exo.to.1 47.c.2.C
Angeli ibi sunt,vbi operantur.Exo.to.1 47.c.2.E
Angeli virtus motiua,& humana intellectiua,non est fatigabilis.Exo.to.1.173.c.4.K. Et potentia nostra intellectiua non fatigatur,sed organum, quod pręsupponit.s.potentiarum interiorum,& exteriorum quantum ad similitudinem vel simultatem &c. ita quod intellectus per accidens fatigatur . ibidem. 174.c.1.E
De angelo mortis refertur sententia Rabbi Salomonis,& improbatur.Nu.to.1 239.c.3.I
Quidam Iudæorum concesserunt,quod essent angeli mali,non tamen quod essent angeli boni. Nume. tom.2 39.c.4.k
Ab angelis sæpius petebatur benedictio, vt constat ex multis locis sacræ scripturæ, sed Dei est proprium benedicere,hoc est facere qđ alicui dona eueniant, sed horum donorum ministros interdū facit angelos,& interdum homines.Deut. 180.c.2.D
Quod angeli applicēt uirtutem suam ad portandum vel mouendum aliquam rem,probatur.Iosue.to.1. 115.c.2.G.Matth.to.1 233.c.1.C
Quare angeli in nouo testamento non permittant se adorari ab hominibus adoratione duliæ. Et in veteri sic.Iosue.to.1 98.c.4.G
Angelus in ordine ad hominem tripliciter consideratur.Matth.to.5 30.c.1.D
Dolor propriè nec est in angelis, nec in dęmonibus. Matth.to.5 34.c.3.H
Quomodo sit verum,quod angeli separabunt malos de medio iustorum in die iudicii.Mat.to.4.65.c.4.F
Quomodo angeli dicantur deferre orationes nostras ad Deum.Matth.to.5 27.c.1.B
Angeli in veteri testamento, nunquā ministrauerunt hominibus ministerio,quod est inferioris ad superiorem,sed per modum superioris ad inferiorem, sed in nouo testamento ambiguum est. Et dato ꝙ ministrarent ministerio inferioris ad superiorem, hoc esset propter maiorem excellentiam naturæ humanæ,quam habet nunc:quam tunc.Sed magis credendum est,qđ non,soli tamen Christo debuerunt angeli ministrare in cibo.3.Reg. 156.c.4.I
Angeli boni & animæ beatæ possunt esse vbicunque voluerint,sed dęmones non sic.Mat.to.7.271.c.4.K
Quomodo intelligitur,quod animæ beatę portentur ab angelis in paradisum.Matt.to.7 279.c.3.K
Angeli comitantur animas euntes in Purgatorium, Matth.tom.7 279.c.4.k
Angelis malis magis cōuēnit esse ministros Dei,in inflictione pœnarum,quam angelis bonis.4.Regum 196.c.3.H.Licet per angelos bonos & malos soleat indifferenter exerceri punitio bonorum & malorū hominum.1.Paralip. 250.c.3.K
Angeli interdum mittuntur ad operationes bellicas &c.2.Paralip. 193.c.1.A
De angelis,qui ministrauerunt Christo post vltimam tentationē,dicunt aliqui, quod erant dati Christo in custodiam,sed falsę dicunt,cum Christus non habuerit angelum custodem.Matth.tom.1.243.c.1.B Sed quare præfati angeli venerint,&c. vide ibidem. 243.c.2.D. In quo tamen ministrauerint, dubium est,potest tamen dici quod fuerit multiplex ministratio eorum.Matth.to.1 243.c.4.F
Angeli recesserunt a Christo tempore tentationis ꝓpter multa &c.Matt.to.1. 243.c.3.F
Angeli boni possunt aliquid imprimere in intellectu nostro,non tamen Dæmones.Matt.to.1.252.c.4.k Matth.to.3. 170.c.1.B
Angelos posse carnaliter cognoscere,mulieres tenēt Saraceni in suo Alchorano.2.Paralipo. 247.c.3.K
Angelus malus non vocatur angelus domini absolutè,sed cum aliqua determinatione,vt dicendo: Angelus Dei malus,vel spiritus Dei nequam.4.Reg. 196.col.3.G.
Angelus non potest audire in corpore assumpto,licet possit loqui,quia loqui est agere : & audire pati, & hac eadem causa non potest videre,gustare,& odorare.1.Paralip. 247.c.2.A.& c.3.E
Quare Angelus, qui apparuit Dauid, Euaginato gladio apparuerit iuxta aream Iebusęi, 1. Paralipome. 248.col.1. D
Et apparuit sic in Ierusalem primo, vt cessaret plaga oratione Dauid. Secundo ad infligendam pœnam ipsi Dauid &c.ibidem 248.c.1.E
Et non apparuit in aliqua aliarum vrbium Israel præterquam in Ierusalem.&c. ibidem.
Et apparuit inter cęlum & terrā propter duo. Primo, vt videretur ab omnibus,qui erant in Ierusalem.Secundo,& principalius,vt cognosceretur,quòd erat angelus &c.1 Paralip. 248.c.2.B
Et apparuit cum gladio, primo ad significandum id, quod faciebat; secundo, quia volebat Deus punire Dauid &c.ibidem. 248.c.4.I
Et gladius erat de aere formatus ab Angelo, sicut & corpus, in quo apparuit. ibidem.
Et cum apparuit Angelus, cecidit Dauid in terram, similiter & seniores vestiti cilicijs,ex timore magno. Et creditur,quòd ipse Dauid,& seniores vestiti sint cilicijs a tempore, quo Dauid elegit tres dies pestis 1.Paralip. 249.c.1.C
Et oratio,quam fecit Dauid,fuit ad Deum & non ad angelum,&c.Nec ipse Dauid peccauit in oratione sua petens a Domino, vt cōuerteret manum suam ad ipsum,1.Paral. 249.c.2.D
Et cum dixit,ego sum, qui peccaui.Ita credebat, sicut dicebat.s. quòd propter peccatum suum percutiebatur populus.ibidem. Et ille angelus non stetit super aream Hornam Iebusęi euaginato gladio vsq; quo Dauid offerret sacrificium,vt probatur, ibidē. Et licet litera primi Paralipo.21. videatur dicere, ꝙ Dauid prius obtulerit sacrificium quam angelus dispareret,dicendum tamen, quòd nō mansit ibi angelus tantum temporis : sed quòd recessit inde apparens similiter per ciuitatem:& quòd angelus nō reduxerit gladium in vaginam, vsque quo obtulit sacrificium &c. Vel potest dici tertio, quòd disparuit ab area Iebusæi,nec vltra visus est,nec etiam in ciuitate, quando.s. Dauid iuit ad emendum aream Iebusæi,sed facto sacrificio, dicitur, quòd angelus conuertit gladium in vaginam, non ꝙ ita apparuit, sed dicitur sic,eo quòd tunc cessauerit pestis &c.Et sic exponitur quod habetur 2.Reg.24. &c.1. Palip. 250.c.1.C
Et potest dici,quòd istemet angelus,cum disparuit,dixit ad Gad prophetam,vt diceret Dauid, quòd ascēderet & extrueret altare domino &c.ibid. Et creditur probabiliter,quòd ille angelus fuerit bonus angelus.ibidem.
Angeli boni orant pro nobis,& pro existētibus in purgatorio,vt probatur,Matth.to.3. 56.c.2.D
Et orantes ex audiuntur ex meritis suis præcedentibus.

bus.ibidem 56.c.4.F
Et poſſunt pro ſe orare ad hunc ſenſum, quòd gloria eorum erit perfectior poſt reſurrectionem, quia tunc omnia præterita intelligent in verbo.i.omnes res, quæ poſſunt aliquomodo eſſe, nunc autem non intelligunt omnia, ſed plura ſuperiores intelligunt quàm inferiores. Matth.to.3. 56.c.4.F
Angeli boni gaudent de bono noſtro. Luc.15. gaudiũ eſt in cœlo ſuper uno peccatore. Et triſtãtur de malo noſtro. Iſa.33. Angeli pacis amare flebunt. Mat. tom.3. 56.c.3.F
Angeli boni ſunt plures quàm mali, & fortè plures quàm omnes damnati tam homines quàm dęmones, vt tenent communiter Doctores: & S. Thom. 1. Sent. diſtin.39. arti. vltimo. Mat. to.3. 260.c.3.I
Quomodo intelligi debeat illud Danielis 10.cap. q.ſ. Angelus cuſtos Perſarum. Et, Angelus cuſtos Iudæorum pugnauerunt contra ſe.21. diebus. Matt tom.3. 56.c.3.G
Angelus quare vocetur ignis, & non Sol, vel ſtella. Mat.tom.4. 211.c.3.G
Quando aliquid magnum dicendum, vel faciendum erat in ueteri teſtamento illud dicitur in Scriptura a Deo factum, vel dictum, licet per Angelum illud fieret, aut diceretur. Mat.to.4. 222.c.2.A
In Angelo finitur via poſt primam electionem, non enim eſt in via, niſi quandiu eſt indeterminatus ad aliquid agẽdum, cum verò aliquid ſemel elegerit, iam non poteſt mutare propoſitum, & quodlibet peccatum in Angelo eſt irremiſſibile, eo quod eſt in ſtatu in quolibet peccato. Mat.to.4. 24.c.2.E
Angeli ſunt pars Eccleſiæ, non tamen in quantum ipſa Eccleſia dicitur ſponſa. Matt.to.4. 231.c.4.F
Angelorum caput eſt Chriſtus, ſed non eſt ſponſus eorum. Mat.to 4. 231.c.4.F
Angelorum beatitudo non differt niſi per maius, & minus, non autem ſic beatitudo hominum. Matt. tom.4. 40.c.4.F
Angelis non debetur aureola, vt probatur. Matth. tom.4. 46.c.4.H
Angelus nõ mouetur per tempus. Mat.to.5. 34.c.2.A
Angeli in reſurrectione generali, cooperabuntur, colligendo cineres & diſponendo illos. Matth.tom.6. 78.c.2.A. & 86 c.3.F
Et non ſolum colligent pulueres. &c. Sed etiam diuident & reſoluent. ibid. 87.c.1.A
Et poſt hæc ſequetur forma corporum, & ita fiet a Deo in iſtanti immediate. & fiet infuſio animæ in eodem inſtanti, in quo fiet formatio corporum. Matth.tom.6. 87.c.1.C
Angelus non operatur in inſtanti, capiendo inſtans pro indiuiſibili aſſignato in tempore, bene tamen capiendo inſtans pro tempore inperceptibili, quod appellatur momentum, melius quàm inſtans. Mat. tom.6. 86.c.2.E
Angeli proximi noſtri ſunt, & ideo debemus eos diligere ſicut proximos. Matth.tom.6. 131.c.1.A
Et diligendi ſunt a nobis ex charitate, vt probatur ibidem. 140.1.E
Angeli conuerſabuntur nobiſcum in patria, & nunc etiam conuerſantur &c. Mat.to.6. 140.c.2.B
Inter Angelos, & homines manet ęqualitas proportionis propter ſimilitudinem operationis ad inuicem, licet non æqualitas æquiparantiæ. Matt to..6. 140.c.3.K
Angeli miniſtrantes non retardantur a diuina viſione. Mat.to.5. 35.c.3.F
Angeli qñ dicantur venire ad nos. Mat.to.5. 35 c.4.G

Anglici. Anglicis nouiter conuerſis tempore Gregorij, conceſſum eſt, vt cõtrahe-

Index Alphoſi Toſtati.

rent in quarto gradu conſanguinitatis, durante in illis illa nouitate, & infirmitate, ſed poſtea inſſit idẽ Gregorius, vt nõ cõtraherẽt in illo gradu, nã & illud cæteri chriſtiani obſeruabãt &c. 1. Re.to.1. 137.c.1.B
Angli tempore Gregorij, ſuſceperunt fidem, & poſt eos maxima pars Alemanorum verſus Polonios, noſtris temporibus, conuerſa eſt ad fidẽ, ait auctor, Et manent adhuc regiones paganorum aliquæ ibidem, quæ adhuc non ſunt conuerſæ ad fidem noſtram, ſed colũt ſyluas tãquã Deũ. Defen. 46.c.1.B

Anguilla. Anguillæ triginta pedum in lõgitudine reperiuntur in flumine Phyſon. Gen. 102.c.C

Angulus. Res quanto ſub acutiori angulo videtur, tantò minus immutat. Matt. tom.4. 243.c.2.B
Quantò angulus reflexionis radiorũ ſolarium maior fuerit, tantò calor maior erit. Exo.to.1. 133.c.4.K
Anguli plateaũ, de quibus Mat.6. dicuntur cõcurſus viarũ, vbi viæ ſe inter ſecant per trãſuerſum, & efficitur quadriuium, vt dicit Glo. Mat.to.3. 52.c.1.A

Anguſtia. Exiſtẽs in anguſtia orare debet, vt liberetur ab ea, Mat.to 4. 105.c.4.F
Qui eſt in aliqua anguſtia conſtitutus, quinque modis põt ſe exponere ſine peccato alteri anguſtię, vt a prima liberetur. Et quando peccet mortaliter ſe exponendo, & quando non. 4. Reg. 7. 77.c.4.F

Anides rex. Anidis regis hiſtoria refertur. Iudic. 23.c.4.G

Anima. Animæ vocabulo aliquando, in ſacris litteris, homo intelligit. Gen. 138.c.3.F 48.c.2.A 66.c.1.C
Anima magis eſt in ſanguine: quàm in aliquo alio humore. Gen. 48.c.2.A
Animæ viuentis nomine ſcriptura ſępe apellat brutum. Gen. 138.c.3.F
Aĩæ tres ſunt gradus ſ. vegetatiuus ſenſitibus & intellectiuꝰ, qui oẽs ſunt in aĩa rationali. Gen. 138.c.3.G
Anima tria facit in corpore. ſ. conſeruare corpus, mouere, viuificare. Gen. 414.c.1.A
Intra animam eſt Deus, vt virtus conſeruans eã, non quidẽ ut forma: quia formæ non eſt forma, ſed aliquid, quod eſſentialiter eſt extrinſecum: eſt tamen in extrinſecum eminenter, cùm det cuilibet rei eſſe: & iſto modo dicimus Deum illabi animæ noſtræ intra terminos eſſentię eius, quia eã cõſeruat dãs ei eſſe, & ſic nec dęmõ nec angelus poteſt animæ noſtræ illabi. Exo.to.1. 47.c.4.F
Cum anima ad Deũ rapitur, homo tunc non videt, nec aliquẽ ſenſum habet. Exo.to.1. 66.c.2.C
Anima tripliciter vnit̃ corpori ſ. vt forma, vt motor, & vt finis. Exo.to.1. 109.c.4.G. Leu.17.c.1.D. Deut. 70.c.1.A. Mat.to.7. Paradiſo. 90.c.2.C
In aĩa ſunt duo. ſ. actus & potẽtia. Exo.to.1. 200.c.2.D
Anima multoties ſumitur ꝓ vita, in ſacris litteris, & aliqñ pro toto cõpoſito. Exo.to.1. 220.c.3.F. Exo.to. 2. 97.c.2.E.2. Para. 247.c.1.A
Ad eandem animam non poſſunt duę materię eſſe in potentia. Exo.to.1. 28.c.4.K
Anima, ſecũdũ q̃ forma, eſſentialiter vnita corpori, nõ magis informat vnã partẽ: q̃ aliã ex 3. de aĩa tñ ſm, q̃ vnit̃ corpori, vt motor, qbuſdã partibꝰ magis cõicat virtutem ſuam: q̃ alijs. Leui. 55.c.1.B
Animã quidã dixerunt eſſe ſanguinem, quod improbatur. Leui. 175.c.2.E
Anima in brutis nõ dr̃ aliqua ſubſtãtia ſpiritualis, q̃ ſit verè ens, ſed eſt aliquid, quo corpus eſt ens, & ideo poteſt magis ꝓpriè vocari quo, q̃ quod. Et iſtud eſt aliquid, quod nõ multũ excedit cõditionem materiæ: & ideo omnis anima ſm Ariſtoteleẽ educit de

potentia materiæ præter animam hominis. Leuit. 175.c.3.F.Deut.70.c.3.G
Animam esse in sanguine, vt dicitur Leui.17. non est aliud,quam quòd requiratur sanguis tãquam quędam præuia dispositio, ad hoc quod sit anima in corpore.Leui. 175.c.3.G. Deut.70.c.3.F
Impossibile est animam esse in lapide vel ligno.Leui. 175.c.3.H
Anima pro uita sumitur.Mat.5. 199.c.1.B
Anima variis modis capitur in sacris literis. Leuiti. 216.c.2.A.& 323.c.2.C
Anima multipliciter sumitur in sacris literis,uno modo pro toto homine.secundo modo pro uita hominis.tertio modo pro corpore hominis. Nu.9. Nu. to.1.99. c.3.H.Iosue to.2.145.c.1.A.
Anima in ueteri testamento raro capitur pro spiritu. Iudi. 88.c.1.D
Anima non potest calefacere corpus, nisi illud calidum repererit.3.Reg.161.c.4.K.Nec potest introduci in corpus,nisi illud calidum fuerit.ibidem.
Quodcunque in anima fiat,excellentius est omnibus his,quæ circa corpus sunt ex parte subiecti,sed non oportet,quòd sit difficilius fieri,quàm id, quod est circa corpus.Mat.to.3. 185.c.1.E
Anima tripliciter accipitur uno modo pro persona. Leuit.2.Anima quæ obtulerit sacrificium. Leui.5. Anima quæ audierit vocem. Secundo modo accipitur pro vita.1. Reg.22.Qui quæsierit animã meã. Tertio modo accipitur pro spiritu.Leu.17.Anima carnis in sanguine est.&c. Matth.to.3.266. col.2.E Matth.to.4. 196.c.1.E
Pars animæ sensitiua diuiditur in irascibilem, & in cõcupiscibilem.Parado. 37.c.4.G
Anima est operationis principium.Mat.to.6 69.c.3.F Et habet operationes materiam excedentes, quod qualiter intelligatur.ibidem. 97.c.4.I
Naturale est animæ formam esse corporis.Matt.to.6. 73.c.2.A.Et naturale est animæ vniri corpori.Mat. tom.7. 192.c.1.A.&c.2.C.& 230 c.4.G
Anima dicitur ab animos Græcè, quod Latinè dicitur ventus.Parad.86.col.1.C.& de statu animarum post mor. 2.c.4.H
Anima hominis inter omnes formas,altissimum gradum tenet.Gen. 8.c.3.F
Animas hominum migrare in corpora bestiarũ credidit Pythagoras:dixit etiam se fuisse militem Troianum nomine Euphorbũ, bello Troiano mortuũ a rege Menelao.Gen.2.A.Exo.to.1. 282.c.3.H
Animam voluit scriptura manifestare per vitam,quę est ab anima,& ipsa permanet,quandiu in homine est inspiratio & respiratio &c.Gen. 12.c.2.D
Anima rationalis quatuor gradus habet, scilicet viuere,vegetare,mouere,sentire, & intelligere. Genes. 12.c.2 E
Anima rationalis, licet non educatur de potentia materiæ,sed creetur,tamen dispositiones qualitatiuæ edducuntur de potentia materiæ ad actum per agens.Gen. 15.c.4.F
Anima hominis quare dicatur spiraculum vitę.Gen. 2.Gen. 161.c.1.E
Anima rationalis sicut non differt ab anima rationali per speciem, quia omnes animæ humanæ sunt eiusdẽ speciei, sed per materiã.i.per vnibilitatẽ ad materiam,ita etiam secundum inæqualitatem ad materiam acquiritur esse alterum,quantum ad perfectum,& minus perfectum.Gen. 236.c.2.C
Vna anima rationalis non potest informare aliud corpus nisi illud, in quo fuit semel, quia alterum non esset sibi proportionabile.Gen. 236.c.2.D
Anima dicitur mollis, vel obdurata, metaphoricè. Exod.to.1. 26.c.4.F
Anima nõ est in corpore, vt in loco, sed vt forma dãs esse specificũ:& Angelus est in corpore,vt in loco, & ideo Angelus,& anima bene possunt esse in eodem corpore.Exod.tom.1.47.c.3.F. Matth. tom.3 168.c.1.E
Aĩa dupliciter est in corpore,s.vt intra terminos quãtitatis, & vt intra terminos essentiæ. Exod.tom.1. 47.c.3.K
De aĩarũ statu post mortem opinio Virg. Aenidos 6. verisimilior est cęteris Philosophorum positionibus.Exo.tom.1. 106.c.1.C
Anima nostra dicitur templũ vel sedes Dei, quia ibi Deus operationem suam demõstrat, ipsam animã illustrando per gratiam, & virtutes. Exod.tom.1. 122.c.1.A
Anima separata non fatigatur in intelligendo, quia iam non præsupponit operationem organicam secundum prædecessionem, vel secundum simultatem,sed ipsa intelligit per seipsam per species,quas habet,nec anima etiam beati post resurrectionem. Exo.to.1. 174.c.3.G
Animabus mortuorũ,nõ beatis,obsunt infortunia in hac vita viuentiũ,si cõstet illis.Exo.to.1. 167.c.2.C
Si anima rationalis esset maioris perfectionis naturalis,non solum staret in vno corpore,sed etiam posset stare in plurib̃us.Exo.to.1. 200.c.2.B
Sicut anima est in toto corpore, sic Deus in toto mũdo.Exo.to.1. 200.c.4.I
Animas post mortẽ petere vindictã existimauerũt ali qui gẽtiles,pp quod & mortuus faciebant sacrificia prima die Februarij, vt non vexarent viuentes. Exod.to.1. 218.c.4.G
Anima,q̃ separata est a corpore,non põt aliud corpus informare q̃ primum. Exo.to.1. 281.c.2.C
Animas hominum esse immortales, credidit Pythagoras,vt recitat Ouid.15.Meta. Et ꝙ transeunt de corpore in corpus: & dixit se esse militem quẽdã nomine Euphorbũ, quem in bello Troiano occidit Menelaꝰ rex,& dicebat,ꝙ animæ,quæ quãdoq; intrabant in aliquod nouum corpus,obliuiscebant̃ sui,& oĩum,quæ egerant in corpore priori,& hanc opinionem tenuit Ennius poeta dicens, se habuisse animã Homeri,quã dixit esse, q̃ prius fuit in corpore Pythagoræ,& deriuauit per quinq; succedentes in illa anima. Nã primo dixit, illã esse animã Euphorbi, & postea fuit in Homero,deinde in quodã pauone, quartò in Pythagora, & postea in Ennio poeta. Aliqui dicunt,prętermissõ Euphorbo,ꝙ primò fuit in Homero,secũdò in quodã cygno,tertiò in Pythagora, quartò in quodam pauone, quintò in ipso Ennio dormiente in Parnaso monte inter musas.Exo.to.1. 279.c.2.C
Sed dictũ Pythagoræ improbat̃.Exo.to.1. 282.c.2.C
Animas nostras esse immortales Socrates primus inter Philosophos asseruit, & postea cęteri Philosophi,vt Plato,Aristo.&c. Sed isti crediderũt esse impossibile aĩam reuniri corpori, & pp hoc Athenis irridebant Paulum resurrectionem mortuorum prædicantem Act.17.Exo.to.1. 280.c.3.K
Per animæ separationem a corpore, non tollitur illa indiuiduatio, qua anima indiuiduatur per materiam signatam. Exo.to.1. 281.c.2.C
Impossibile est omnes animas simul fuisse creatas a principio, & postea per tempus infundi corporibus a Deo.Exo.to.1. 281.c.2.E
Anima,sine corpore,non potest accipere esse:esse ramẽ acceptum in corpore,sine corpore cõseruat. & separata a corpore est distincta numero a cęteris animabꝰ,quia illã indiuiduationẽ semel accipit & vnibili-

vnibilitatem ad materiam ſignatam Exod.tom.1. 281.c.3.G.

Nullus in animam noſtrã poteſt influere, niſi Deus, licet dæmones & Angeli poſſint diſponere phantaſiam, quæ eſt corporalis, per aliqua agentia corporalia, applicando actiua paſſiuis, ſecundum quòd conuenit actioni noſtræ, in his inferioribus naturalibus. Exod.to.1. 187.c.4 K

Si anima rationalis non produceretur a Deo, ſtantibus diſpoſitionibus, nulla anima introduceretur, ſed maneret ibi fœtus organizatus abſque anima. Exo.tom.1. 189.c.3.K

Anima rationalis excedit in perfectione omnes diſpoſitiones, cauſatas ab agẽtibus naturalibus. Exo. tom.1. 189.c.4.F

Animam rationalem eſſe hominem, dixit Plato, ſed improbatur. Leui. 16.c.4.I

Corpus aliquando dicit animam rationalem, vt patet Num.9.cum dicitur, eſſe quoſdam immundos ſuper animam. Leui. 105.c.3.H

Animam hominis eſſe ab extra, & eſſe diuinam, dixit Ariſtoteles in libro de animalibus. Leui. 195.c.3.G

Anima dicitur tabernaculum moraliter. Nume.to.1. 17.c.3.H

Animas dixit Plato creatas eſſe extra corpora hominum, quod improbatur. Num.to.2. 22.c.4 G

Anima dupliciter accipitur: vno modo pro toto homine, alio modo pro parte illius. Ioſue tom.2. 145.c.1.A

Anima, in corpore aſſumpto, non poteſt videre. 1. Regum.to.2. 15.c.4.K

Anima verius eſt ubi amat, q̃ ubi animat iuxta Dionyſium Gen.382.c.1. 1.Reg.tom.2.46.c.3.F. Matt. tom.3. 103.c.3.F

Cum librum Phedonis, de animæ immortalitate, quidã legeret ſeipſum è quadam turri præcipitauit, ut citò immortalitatem conſequeretur. 2. Regum 111.c.1.E

Anima, Angelus, Deus, ſimpliciora ſunt: quã pũctus. 2. Paralip. 30.c.3.H.

Anima quantum ad portionem ſuperiorem non alligata eſt organis, ſecus tamen quantum ad portionem inferiorem. Matth. to.1. 224.c.2.E

Anima, quantum ad potentias rationales, ſecundum quas non eſt alligata corpori, uocatur ſpiritus, & ipſa ſubſtantia carnis cum omnibus illis potentiis, vel uiribus animæ, ſecundum quas eſt alligata corpori, vocatur caro. Matth.to.1. 249.c.1.B

Anima humana habet totum eſſe compoſiti, & ideo in anima ſeparata manet totum, & perfectum eſſe hominis, licet non maneat tota natura ſpeciei. Matth.tom.2. 48.c.2.A

Anima nunquam quieſcit, ſed ſemper operatur intẽſe, quandiu in corpore eſt, quia ipſa eſt ſubſtantia infatigabilis. Matth.to.3. 157.c.3.G

Anima unius hominis nunquam intrat in alium hominem, ut eum uexet, & ita dicendum, quòd ſpiritus, qui ingrediuntur humana corpora, non ſunt animæ defunctorum, ſed dæmones. Matth.tom.3. 172.c.3.G

Anima humana requirit corpus determinatæ quantitatis: & determinatæ figuræ. Matthæ. tom.4. 203.c.4.H

Anima Chriſti non poterat miracula facere, cum eſſet creatura. Matth.to.4. 208.c.3.I

Animę operationes generaliter impedit corpus ęgrotum. Matth.to.4. 234.c.2.E

Anima ſecundum ſubſtantiam eſt ſpiritus. Matt.to.4. 244.c.3.G

Anima nullam requiem poteſt habere, niſi ad Deum peruenerit. Matth.to.3. 288.c.1.C.& 290.c.1.E

Anima poteſt eſſe in corpore dupliciter: uno modo, ſicut in materia, aliomodo ſicut in loco. Primo modo ſola anima eſt in corpore: & iſto modo anima, ſoluta iam a corpore, non poteſt eſſe in corpore, in quo prius fuit, nec in aliquo alio, niſi per miraculum, & hoc in proprio corpore, quia in alio eſt impoſſibile. Matthæ. tom.3. 172.c.2.A. Poteſt tamen illi iungere ſe, ſicut motor mobili, nec illud poterit tantum mouere, ſicut quando illud informabat. ibidem.

Quid ſit animam inuenire in hoc mundo, & quomodo in futuro ſęculo inueniatur. Matthæ. tom.3. 266.c.3.H

Animam eſſe intra cor credebant Iudæi. Matth.to.4. 137.c.4 I

Animam hominis ſolus Deus mouet: & uertit illam quocunq; uult. Matt.to.5. 47.c.3.A

Licet in anima tota eſſentia hominis non ſaluetur, qa illa eſt pars ſpeciei, in illa tamen inuenitur totum eſſe hominis, nec eſt aliud eſſe hominis, quàm eſſe animæ. Matth.to.6. 72.c.4.F

Anima humana, inter omnes alias formas, hoc habet ſpeciale, quia cæteræ formæ non ſunt, ſed ſunt id, quo res eſt. Matth.tom.6. 72.c.4.F

Animam eſſe coniunctam corpori incorruptibili, melius eſt quàm eſſe ſeparatam, ut probatur, & ceteris paribus, melius eſt animæ, cum coniuncta eſt corpori corruptibili, quàm cum eſt ſeparata. Matthæ. tom.6. 73.c.2.F

Non ſunt ponendæ tres animæ in homine, ſcilicet, uegetatiua, qua homo ſit corpus animatum, ſenſitiua, qua ſit animal, & rationalis qua ſit homo, ſed eadem eſt anima, quæ habet perfectiones omniũ graduum animæ. Mat.to.6. 95.c.1.C

Anima ſenſitiua, & anima uegetatiua capiuntur dupliciter, uno modo pro potentijs, quibus fit ſenſatio, & uegetatio, alio modo pro ipſa anima ſenſitiua, & uegetatiua, primo modo capiendo, non erũt eædem potentiæ numero in reſurgente, quæ præfuerunt: bene tamen ſecundo modo. Matt.tom.6. 95.c.3.F

Qui ponunt plures animas in homine, quo modo ſaluẽt reſurrectionem generalem. Mat.to.6.95.c.3.H

Anima ſe habet ad corpus animatũ & ad partes eius, ſicut ars ad ſua fundamenta: & ideo quodlibet corpus animatum dicitur organicum. Matth.tom.6 103.c.1.C

Omnia, quæ manent in corpore, perficiuntur ab anima: & eſt triplex gradus perfectionis. Matth. tom.6. 163.c.3.F

Anima, quantum ad actum intelligendi & volendi, dicitur eſſe abſoluta a corpore. Matthæ. tom.6. 103.c.3.K

Animam dixit Plato eſſe totum hominem, & corpus non eſſe partem hominis, ſed veſtimentum. Matt. tom.6. 186.c.2.A

Ad animam ſuam ſe habet homo dupliciter, uno modo, ut ad rem ſuam precioſiſſimam, alio modo, vt ad rem ab alio ei cõmendatam, & de qua rediturus eſt rationem. Matth.to.6. 323.c.1.C

Anima habet plures gradus, quibus perfectionem ſuam communicat. Matth.tom.6. 103.c.4.F

Anima licet quo ad quidditatem inueniatur æqualiter in omnibus hoĩbus, nõ tamẽ quo ad eſſe, quod accipit anima ex diſpoſitione corporis, q̃ in qbuſdã eſt maior, & in qbuſdã eſt minor: cũ nõ cõſiſtat iſta diſpoſitio in indiuiſibili, & ideo neceſſe eſt, quædã corpora humana eẽ magis capacia aĩæ, q̃ alia, & põt iſta differẽtia maioris & minoris diſpõis intẽdi

vſquequo inueniatur anima in aliquo corpore ſecundum totam perfectionem terminata, ſecundum illam, ſcilicet, perfectionem, quæ poteſt competere ei ſecundum ſpeciem. Vnde ſi Deus vult alicui infundere animam perfectam ſecundum naturales virtutes, incipit à corpore, & dat ei corpus bene diſpoſitum. Matth. to. 7. 33. c. 4. G

Anima rationalis accipit eſſe terminatum a corpore, cui vnitur. Et hanc terminationem accepit in ipſo inſtanti infuſionis ipſius animæ in corpus, quia in illo inſtanti anima incipit eſſe in corpore. Et quales tunc erunt diſpoſitiones in ipſo corpore in illo inſtanti infuſionis, talis erit terminatio animæ in corpore, & gradus eius. Matt. to. 7. 34. c. 1. A

Anima vnitur corpori dupliciter, vno modo vt forma alio modo vt motor, operatio propriæ dicta formæ eſt dare eſſe, Anima prout vnitur corpori, vt motor habet multas potentias. Et animæ, vt forma eſt, nõ apparent operationes, bene tamẽ prout eſt motor. & ideo nõ cognoſcimus animam, prout eſt forma corporis, ſed prout eſt motor. Matt. to. 7. 150. c. 4. H

Anima fidelis quomodo dicatur ſponſa Chriſti Matt. tom. 7. 9. c. 1. A

Anima quomodo dicatur creata in orizonte æternitatis, vt dicitur in lib. de cauſis. Matth. to. 7. 191. c. 3. G & 231. c. 2. A

Animæ naturale eſt corpori vniri propter duo, primo propter cognitionem intelligendi. ſecũdo propter conditionem eſſendi. Matth. to. 7. 192. c. 2. B

Anima humana, dum eſt vnita corpori, per tot formas intelligibiles, intelligit, quot ſunt res intelligibiles, & ideo inter omnes ſubſtantias intellectuales, ſola ipſa eſt forma. Matth. to. 7. 202. c. 2. E. Secus tamen quando eſt ſeparata. ibidem.

Quod anima rationalis accipiat cognitionem ex phãtaſmatibus, non eſt illi ſimpliciter naturale, niſi quatenus coniuncta eſt, ſicut nec intelligere per influxum, niſi quatenus eſt ſeparata, Matthæ. tomo. 7. 205. c. 4. K

Anima, dum eſt coniuncta, directè cognoſcit vniuerſale per intellectum, & ſingulare per ſenſum, ſed, dum eſt ſeparata, habet vtranque cognitionem: quia cognoſcit per ſpecies abſtractas à rebus, & per ſpecies receptas à ſuperioribus ſubſtantiis, quæ quidem ſpecies ſunt impreſſiones cauſarum, ideſt impreſſiones factæ in anima ab intelligentiis, quæ ſunt cauſæ rerum: vel ſunt impreſſiones cauſarum, id eſt, ſimilitudines rationum idealium exiſtentium in Deo, quæ ſunt cauſæ rerum: indirecte tamen non cognoſcit ſingulare ſicut quando erat coniuncta: ſed cognoſcit ſingulare per ſpecies acceptas ab intelligentiis, Mat. to. 7. 209. col. 4. F

Anima coniuncta intelligere poteſt ſingulare reflexè non tamen, cum eſt ſeparata: ſed per ſpecies abſtractas, & hoc nec directe nec indirecte. Per ſpecies tamen influxas poteſt anima ſeparata cognoſcere directe ſingularia, & intelligere omnia ſingularia, niſi propter defectum naturalem virium ſuarum. Matth. to. 7 210. c. 3. K

Anima noſtra non eſt in potentia naturali ad intelligendum Deum, intuendo ipſum, eſt tamen in potẽtia ad omnia naturalia, & ad ſubſtãtias ſeparatas cognoſcendas, qñ fuerit ſeparata. Matt. to. 7. 228. c. 3. H

Anima non inuenitur ſecundum æqualem perfectionem naturalem in omnibus hominibus & conſequenter, nec intellectus & voluntas. Et hoc quia anima recipitur perfectius in vno, quam in alio. &c. Matth. to. 7. 230. c. 3. H

Quando Deus vult dare alicui animam excellentem, ſiue ſecũdum intellectum, ſiue ſecundum alias vires, dat ei corpus, quod in conceptione ſit bene diſpoſitum ad illas vires. Mat. to. 7 231. c. 1. B

Si animæ creari poſſent extra corpus, non poſſet eſſe inter eas aliqua inæqualitas, etiam in perfectione, ſicut nec eſt diuerſitas in ſpecie. Mat. to. 7. 231. c. 1. C

Tanta poteſt in animabus eſſe diuerſitas in perfectione naturali, quanta poteſt eſſe in corporibus informatis ab eis. Et iſta differẽtia naturalium facit multum ad gradum intellectionis animæ ſeparatæ per modum naturalem. Matth. to. 7 231. c. 1. E

Impoſſibile eſt quod aliqua anima humana ſit naturaliter æqualis alicui ſubſtantiæ ſeparatæ in intelligendo. Matth. to. 7. 231. c. 2. A

Animæ hominum accipiunt eſſe per vnionem ad corpus. Matth. tom. 7 264. c. 4. F

Animæ humanę differrent ſpecie, niſi eſſet aliquid, ad quod per coniunctionem habet, vt ſortiatur differẽtiam ad alias animas. Paradox. 58. c. 4. H

Quælibet anima humana eſt vna numero, & diſtincta ſolum indiuidualiter ad aliam animã, quia in hoc corpore creatur recipiens eſſe, & alia, quia in alio &c. Paradox. ibid.

Impoſſibile eſt animam humanam extra corpus humanum creari, quare multum aberrauit Plato, oppoſitum dicẽs. &c. Paradox. ibi. Exo. to. 1. 281. c. 2. E

Animam humanam eſſe armoniam quandam dixit Ariſtoxenes, q̃ fuit philoſophus, poeta & muſicus, vt refert Tullius in li. Tuſculanarum quæſtionum. Et Ariſtoteles lib. 1. de anima. quod tamen eſt falſum, quamuis concedendum ſit animam noſtram habere armoniam quandam. Paradox. 61. c. 3. G

Animarum immortalitatem ponens Pytagoras, omnem pęnalitatem poſt hanc vitam excluſit propter demigrationem continuam per corpora. Paradox. 88. c. 1. E. Quam demigrationem impugnat Auctor ibidem. 88. c. 3. G. &c.

De animæ humanæ natura multæ referuntur opiniones philoſophorum, quibuſdam dicentium, quod animæ humanæ intereunt cum corporibus, alii vero dicunt, q̃ ſunt immortales, vt Plato, Anaxagoras Socrates, & Stoyci cõmuniter, ſimiliter & Ariſtoteles. Parad. 85. c. 4. H. Et qui ponũt animas immortales neceſſe habent dicere qd illis inſit lętitia, vel anguſtia poſt corporis mortem. ibid. 86. c. 2. D. Ariſtoteles tamen ſubtricuit, an anima gauderet vel triſtaretur poſt mortem, propter multa. ibid. 86. c. 3. H De Statu animarum poſt mortem. 2. c. 3 K

Anima humana non põt vniri formaliter alteri corpori humano, niſi ſuo, vt probatur. Parado. 89 c. 1. B Et à fortiori non poterit vniri corpori alicuius beſtiæ. ibi. 90. c. 3. G &c. De Statu animarum. 5. c 1. &c.

Anima humana dicitur vna per vnibilitatem ad corpus, in quo primo eſt. Parado. 89. c. 3. K

De animabus humanis quid ſenſerit Plato Parad. 91. c. 2. D. Dixit. n. animas hominũ prius fuiſſe in aſtris cęli, q̃ in corporibus humanis, quod tamen improbatur tanquam impoſſibile. ibid. 92. c. 3. F

Anima humana per accidens mouetur ſucceſſiue, propterea. ſ. quia corpus mouẽt ſucceſſiue, iuxta illud philoſophi, motis nobis, mouentur omnia, quæ in nobis ſunt. Parado. 122. c. 1. B. &c.

Si alicui aĩæ humanæ Deus infunderet clariſſimã cognitionẽ oĩum rerum corporalium, tã elementaliũ q̃ cęleſtium, & condõnes earum ſiſr & cãrum earũ, nec crederẽt eſſe alia entia nõ corporea, talis aĩa qe tareẽt, nec vltra ĩtelligere deſideraret. Para. 120. c 4. K

De aĩabus humanis eſt prima cõcluſio Auctoris in li. ſuo, de Statu aĩarũ poſt mortẽ q̃ eorũ, q̃ in vita acta ſunt, ſiue bonorũ, ſiue malorũ, reſtat locus gaudii, vel doloris. De Statu animarum, 2. c. 3. H

Anima humana non complet totam eſſentiam, ſed anima & corpus. de ſtatu Animarum. 7.c.2.A
Illud tertij de Anima: Intellectus agens eſt, quo omnia facere, & intellectus poſſibilis quo omnia fieri, quomodo intelligat. Ecce virgo concipiet. 6.c.4.K
Animabus mortuorum, non beatis, obſunt infortunia viuentium in hac vita, ſi illis conſtet, Exo. to.1. 167.c.2. C
Animæ defunctorum appellantur manes, & lemures, apud poetas. Leuit. 160.c.3.I
Anima damnata diffinitiue eſt in loco inferni. Leuit. 175.c.3.K
Animæ, exutæ a corpore, non poſſunt intelligere plura. quam in corpore intelligebant, niſi fiat in eis aliqua illuſtratio per reuelationem alicuius ſuperioris, &c. Num. to.2. 23.c.3.F
Anima humana, mortuo homine, dicitur eſſe ſuppoſitum, & hoc aliquid. Deuter. 70.c.3.H
Anima beata, licet ſit in vita æterna, non habet tamē gaudium ſuum perfectū, donec reaſſumat corpus ſuum Deuter. 18.c.1.B
Anima humana, poſt corporis mortem, poteſt loqui per illud, ſicut dæmon aliquando loquitur per cadauera mortuorum. 1. Reg. to.2. 27.c.3.K
In anima, a corpore ſoluta, non manet affectio paſſionalis, ſecundum quam triſtetur uel gaudeat de qui buſdam, de quibus, cum erat in hoc mundo, triſtabatur, vel gaudebat, 3. Reg. 20.c.1.B
Animæ tam bonorum quam malorum nunquam veniunt ad fallendum homines, nec ad torquēdum, cum iſtud ſit officium dęmonum. 3. Reg. 201.c.2.C
Anima pueri, filij viduæ ſareptanæ, educta eſt de lymbo patrum, vel de purgatorio. 3. Reg. 163.c.3.K
Animæ ſeparatæ quomodo crucientur ab igne materiali, 4. Reg. 19.c.3.F
Quòd animæ exiſtentes in inferno poſſint ſaluari, poteſt multipliciter intelligi, ſed vltimus modus videtur veriſimilior, & poſſibilis, ſcilicet, per reunione ipſius animæ ad ſuum corpus, & ſic creditur contigiſſe de aīa Traiani ad preces Gregorij, qđ affirmat Damaſcenus, ſi volum' illi aſſentiri. 4. Re. 46.c.2.D
Anima intrans in infernum, quare ſtatim obſtinetur, 4 Reg. 45.c.3.G
Animæ ſeparatæ, Angeli, & dęmones determināt ſibi loca per operationes, vel paſſiones. 2. Paral. 31.c.1.A
De beatitudine animæ ſeparatæ. Matt. to.2. 48.c.2.B
Animæ ſeparatæ poſſunt pati in illis locis, in quibus peccauerunt, & interdum hominibus apparent & loquūtur in corporibus aſſumptis, vt latè oſtendit Gregorius in 4. Dialog. Matt.to.3. 172.c.4.G
In animabus ſeparatis manent affectiones, quas traxerunt ex corporibus, vt patet in diuite epulone. Lucæ 16. Matth.to.4. 16.c.4.F
Anima glorificata excedit omne agēs naturale in virtute. Matt.to.4. 236.c.1.E
Vna anima dicuntur quęcunque vnum efficiuntur in ſpiritualibus. Matt.to.5. 81.c.2.A
Animæ maior cura debet eſſe nobis, quam corporis, Matth.to.5. 105.c.2.D
Anima noſtra non poteſt intenſe ferri ad multa. Mat. tom.5. 140.c.4.G
Animas bonorum ponebant Iudæi antiqui vltra Oceanum in quodam loco delectabili, & animas malorum in aliquo loco inde remoto, vbi omnia incommoda paterentur. Mat.to.6. 42.c.3.K
Anima ſeparata a corpore, manet ſecundum illud eſſe, quod ſibi competit prętер materiā, ratione cuius intelligit & vult. Matt.to.6. 97.c.4.K
In anima ſeparata non manent potentiæ ſenſitiuæ, quia iſtarum potentiarum ſubiectum eſt compoſitum, & ideo corrupto compoſito, deſinūt eſſe iſtæ potentiæ, licet Randulphus 4 Sentē. diſt. 44. teneat oppoſitum diſt. quòd anima ſit ſubiectum ſenſationum, & non totum compoſitum. Et circa hoc ponit tres concluſiones: prima eſt, quòd potentiæ ſenſitiuæ ſunt idem realiter cum eſſentia animæ: differunt tamen formaliter inter ſe. Secunda eſt, quòd potentiæ ſenſitiuæ manent cum anima ſeparata. Tertia quòd poſſibile eſt animam ſeparatam habere actum ſentiendi. Matt.to.7. 149 c.3.H
Et reſpondetur ad ſeptem argumenta eiuſdē, quibus nititur probare primam concluſionem, ex qua ſequitur ſecunda. ibidem. 150.c.1.A
Dicendum ergo, quòd potentiæ ſenſitiuę, nec manēt formaliter, nec realiter in anima ſeparata quātum ad eſſe ſuum, ſed ſolum manēt ſicut principiata in principijs. ibid. 151.c.2.E
Anima ſeparata cognoſcit dæmones, ſed non ad præſens. Matt.to.7. 243.c.4.I
Si animæ maneant aliquando extra inferos ad tēpus, neceſſe eſt vt aliquibus appareant, & finitis apparitionibus, redeant ad infernum. Mat.to.7. 161.c.3.I
Animæ damnatę qualiter apparere ſoleant veluti portantes ſecum ignem. Matt.tom.7. 162.c.2.E
Anima mox, vt a corpore eripitur, confirmatur in bono vel in malo. Et ideo non poteſt iam operationē vertibilem habere, & ex conſequenti neque mereri, vel demereri. Matt.to.7. 186.c.1.B
Anima ſeparata a corpore intelligit. Matthæ. tom.7. 189.c.4. K
Sed quo modo intelligat, variæ ſunt opiniones, quæ referuntur & improbantur, quarum prima dicit, ꝙ anima ſeparata recipit cognitionem a rebus, ſicut quando erat coniuncta. Secunda dicit, quòd non accipit cognitionem a rebus, ſed quòd retinet illā cognitionem, quam habuit a rebus. Tertia dicit, ꝙ anima ſeparata intelligit per formas ſibi concreatas aut inditas, vt opinatus eſt Plato. Quarta eſt Auicennæ di. quòd ſenſus proſunt animæ humanæ ad intelligendum non quidem per accidens, iuxta poſitionem Platonis, ſed per ſe, non quidem, vt a ſenſibus accipiamus ſciētiam, ſed quia ſenſus diſponit ad acquirendum ſcientiam aliunde. Matth.tom.7. 190.col.1 A
Dicendum ergo, quòd anima ſeparata intelligit per influxum quendam a ſuperioribus agentibus. ſ. per influxum a Deo, vel ab angelis, per quem nunc nō intelligit. Et hoc eſt verum quātum ad naturalem modum intellectionis, ſecus tamen quo ad intellectionem, quæ eſt ex gratia. ibid. 191.c.2.B
Nulla eſt anima ſeparata, quæ non intelligat, ſiue illa acceperit aliquam cognitionē per ſenſus, ſiue non, vt probatur Mat.to.7. 191.c.2.B
In aīa ſeparata pōt manere duplex modus intelligēdi, vnus naturalis, & alter ex gratia Mat.to.7. 191.c.2.E
Anima ſeparata quantum ad modum intelligēdi ex gratia incomparabiliter perfectius intelligit, q̄ cū eſt coniuncta. Sed quantum ad modū cognoſcēdi naturalem perfectior eſt modus intelligendi, & perfectior eſt ſcientia animæ coniunctæ, quam animę ſeparatæ, Matt.to.7. 192.c.1.B
Intellectio animę ſeparatæ fit ſine abſtractione a phātaſmatibus, per ſolum influxum ſuperiorū ſubſtantiarum Matt.to.7. 193.c.1.A
In anima ſeparata non manent actiones communes corpori & animę, vt ſunt actus organici. Intelligere tamen & velle non ſunt actus organici, & ideo manent in anima ſeparata, ſed non eodem modo, quo manebant, qñ erat coniuncta. Mat. to.7.193. c.2.C
De ratione animæ intellectiuæ non eſt, vt recipiat phan-

phantaſmata,ſed hoc conuenit ei ex ratione cõiun ctionis cum corpore.Matt.to.7 194.c.3.H
Quomodo in anima ſeparata intellectus agens & poſ ſibilis agant ad intellectionem.Matt.to.7.194 c.1.C
Anima ſeparata poteſt intelligere per ſpecies intelligi biles,quas habuit,cum eſſet in corpore, & per ſpe cies influxas.Mat.to.7 194.c.1.D
In anima ſeparata nullæ manent ſpecies, ſecundum mentem Auicenæ,ſcilicet illæ, quæ fuerunt acce ptæ a ſenſibus,Improbatur tamen hoc ab auctore, Matt.to.7 195.c.1.C
Et ideo dicendum eſt,quòd ſpecies intelligibiles ma nent actu in anima,poſtquam deſinit intelligere,& ex actu intelligendi præcedenti reliquitur maior habilitas ad recipiendum ab intellectu agente. Sed anima ſeparata aliter ſe habet ad ſpecies intel ligibiles,in ea manentes, quam cum erat coniun cta.quia cum eſt coniuncta,non poteſt aliquid con ſiderare,neque per ſpecies acquiſitas acceptas à ſen ſibus,neque per influxum factum à ſubſtantiis ſu perioribus,ſicut fit in reuelationibus,niſi per actua lem conuerſionem ad phantaſmata. Anima verò ſeparata non oportet quod ad intelligendum,con uertatur ad phantaſmata.Mat.to.7 195.c.2 C
Et poteſt dici,quod illæ ſpecies in anima coniuncta & ſeparata ſint alterius rationis per accidens. ſ. ratio ne coniunctionis & ſeparationis.ibidem. 195.c.3.G & 205.c.3.H
Anima ſeparata iuxta præſuppoſitionem fidei cogno ſcit ſubſtantias ſeparatas.ſ.angelos & dęmones. Et cognoſcunt illos per directum intuitum ad illas. Matt.to.7 197.c3.F
Quælibet anima ſeparata cognoſcit naturaliter quam libet animam ſeparatam.Mat to.7 198 c.1.A
Anima ſeparata non influit in aliam:nam influere eſt agere per intrinſecum, & ideo pertinet ad perfe ctionem naturalem.Matth.to.7 198.c.2 B
Animæ ſeparatæ magis ſe cognoſcunt ad inuicem, quam cognoſcant alias intelligentias.vt prob. Mat. tom.7 198 c.2.E
Anima ſiue conſideretur vt forma & pars, ſiue vt in telligens,ſemper eſt perfectior coniuncta corpori, quàm cum eſt ſeparata,tamen quo ad aliquid cum eſt ſeparata habet perfectiorem intellectionem,qa intelligit ſubſtantias ſeparatas, quas non intelligit, cum eſt coniuncta corpori.Matth.to.7. 198.c.3.H
Anima ſeparata cognoſcit intelligentiam per ſpeciẽ impreſſam,& non per abſtractam,nam quando ſpe cies,per quam res cognoſcitur, eſt immaterialior q̃ res cognoſcibilis,dicitur ſpecies abſtracta, quando verò æqua,dicitur ſpecies impreſſa,& nõ abſtracta. Matth.to 7 198.c.4 I
Animæ ſeparatæ non proficiunt in cognitione natu rali,quam habent ſubito, cum ſeparantur a corpo re.Matth.to.7 202.c.4 F
Quælibet anima ſeparata quomodo intelligat omnia naturalia cognitione confuſa & vniuerſali,& quo modo illa cognitio naturalis maneat ſemper talis, quia non creſcit quantum ad plura cognoſcibilia, nec ad cognoſcendum illa magis determinatè. Matt.tom.7 201.c.1.C.& ſeq.
Anima ſeparata cognoſcit infinita. Matth. tom.7. 204 c.2.E
Animabus ſeparatis perueniũt ſpecies influxæ à Deo, mediantibus angelis.Matt.to.7 205.c.4.K.& ſeq.
Sicut anima ſeparata cognoſcit ſubſtantias ſeparatas, ita cognoſcit alias animas ſeparatas. Matth. tom.7. 207.c 2.E
Anima ſeparata quædam ſingularia cognoſcit,& quę dam ignorat,& eorum,quæ cognoſcit, quædã co gnouit,cum eſſet vnita corpori, quorum cognitio manet in anima ſeparata,& alia cognoſcit poſtquã eſt a corpore ſeparata,Matthæ. tom.7 208.c.1.C
Anima ſeparata cognoſcit quædam indiuidua rerum naturalium diſtinctè,& quædam non. Matth. to.7. 210.c.2.E.& 211.c.1.C
Animabus ſeparatis communicant angeli,vel influũt ſpecies influxas: quia Deus dedit angelis virtutem producendi ſpecies influxas ad perficiendum ani mas:illæ tamen non proprie dicuntur creari ab an gelis:ſed eſt quædam reductio, & influunt non vo luntariè,ſed naturaliter.Mat. to 7.211.c.4.G.& ſeq. Et prædictus influxus manebit etiam poſt reſurre ctionem,ſaltem in beatis quia de damnatis non eſt manifeſtum: ſed ſatis videtur dicendum quod ſic. ibidem. 212.c.3.F
Anima Chriſti nec accepit vnquam nec accipit ſpe cies influxas ab angelis,ſed potius ipſa influit in an gelos.Matth.to.7 213.c.1.A
Anima ſeparata non impeditur a cognitione per di ſtantiam rei cognoſcibilis, nec adiuuatur per pro pinquitatem:nec ad ipſam cognitionem:nec ad ea, quæ precedunt ipſam cognitionem,id eſt,acceptio nem ſpecierum.Matth.to.7 214.c.4.I
Animæ ſeparatæ regulariter ignorant ea, quæ hic a pud nos aguntur, niſi interdum per reuelationem quandam, aliud accidat: ſed quod animæ ſeparatæ non cognoſcant,quæ apud nos fiunt non eſt in cau ſa diſtantia localis,ſed conditio rerum cognoſcibi lium. Math.to 7. 215.c.2.D
Animabus ſeparatis conuenienter aſſignantur rece ptacula poſt mortem ſecundum dignitatem,aut in dignitatem earum. Matth. to.7 264 c.4.F.Et præter cœlum empyreum, aſſignantur quatuor recepta cula animarum,vt probatur ibidem. 295.c.3.G
Aliquę animæ mox,vt à corpore exeunt, aſcẽdunt in cœlum,& aliquæ in infernum deſcendunt.Matth. tom.7. 267.c.2.C
Animabus ſeparatis ſecundum conditionem ſuæ na turæ non competit cum hominibus cõuerſari, nec exire de ſuis receptaculis, vt ad homines veniant, etiam ſi permitterentur.Matt.to.7. 269.c.1.E
Animę ſeparatæ bonorum amant eos, quos honeſtè dilexerunt,quòd ad hoc mouet charitas.&c. Matth. tom.7. 269.c.3.F
Anima ſeparata non amat mulierem, quam hic ardẽ ter amauerat,quia non manet cauſa amoris.ſ. dele ctatio,quæ in amore petebatur, quæ quidem dele ctatio non poteſt eſſe in anima ſeparata. Matt.to.7. 269.c.3.H
Animæ ſeparatæ exeunt de ſuis receptaculis tam para diſi,quam gehennæ, & hoc ſecundum diuinam,p uidentiam & diſpenſationem,& ſe præſentant viſi bus hominum: ſed hoc intereſt inter animas ſan ctas & damnatas,quia ſanctæ poſſunt apparere quo tieſcunque voluerint,ſed non ſic damnatæ. Matth. tom.7. 269.c.4 G
Animæ exiſtentes in purgatorio ordinario, exeunt ex diuina diſpenſatione,aliquando propter vtilitatem noſtram,aliquando vero propter ipſarum vtilitatẽ, Matth.to.7. 269.c 4.G
Animæ paruulorum exiſtentes in lymbo nunquam exeunt,Matth.to.7. 270.c.1.E
Animarum ſeparatarum duplex eſt cognitio, vna ex influxu ſubſtantiarum ſeparatarum, alia ex ſpecie bus relictis in anima, quando informabat corpus, Matt.to.7. 270.c.2.B
Animæ,quæ alias erant in lymbo patrum,poterant in de exire,ſed non conſtat,an aliquãdo exierint, &c. Matthæ. to.7. 270.c.3.F

Animæ ſeparatæ exeunt de ſuis receptaculis aliquando,& hoc,aut ad ſuam vtilitatem, aut ad noſtram. Matth.tom.7. 270.c.3.H
Et non eſt putandum,quod quandocunque huiuſmodi apparitiones fiũt,ibi ſemper ſint ipſę animæ ſanctorum vel damnatorum,ibid. 272.c.2.B
Animę,quæ puniuntur in inferno, quare ibi puniantur ſine corporibus.Matth. to.7.272.c.3.F.Nec eſt inconueniens quod ipſa ſola anima patiatur:& pœnam purgatoriam,non quaſi pars hominis:ſed quaſi habens totum eſſe hominis,ibid. 273.c.2.A
Solius animæ tantæ eſt pœna poſt hanc vitam,ſicut totius compoſiti.Matt.tom. 7 273.c.4.G
Animæ damnatæ, & ſi nobis inuideant, non tamen odio habent nos &c.Mat.to.7 276.c.3.H
Anima ſeparata habet naturalem virtutem, qua ſe mouere poſſit de loco ad locum, & aliquando mouetur.Et aliquando ſe ipſam mouet, vt probatur, Matt.tom.7 277.c.3.F
Anima ſeparata poteſt mouere aliquod corpus, de loco ad locum,niſi impediatur per aliquam ſuperiorem potentiam.Et credunt aliqui, quod interdum moueat.Matth.to.7 278.c.1.C
Anima ſeparata non poteſt mouere non organicè aliquod corpus maius corpore ſuo,ſub maiore gradu velocitatis,quam poſſit mouere corpus ſuum, immo habet paruam vim mouendi corpora, quando eſt ſeparata.Matt.to.7 228.c.2.A
Anima ſeparata poteſt loqui in cadauere duorum vel trium dierum,ſi prius infundatur per os cadaueris aqua calida,vel ſanguis,vt faciunt malefici, Matth. tom.7 278.c.4.k
Anima ſeparata non poteſt exercere eundem actum, & eodem modo,quem nunc exercet,cum coniuncta eſt,per organum, nec è contra.Matth.to. 7.279. col.2.A
Animæ ſeparatæ ſanctæ poſſunt in cœlum aſcendere abſque hoc,quod ab aliquo ferantur,& tamen propter honorem,dicũtur ferri ab angelis, quia ipſam comitantur : Ad purgatorium verò portantur aliquo modo ab angelis, & ſponte vadunt. Sed ad gehennam, & ad lymbum puerorum à dęmonibus portantur.Et ad lymbũ patrum portabantur ab angelis.Matth.to.7.279.c.3.F.Paradox. 84.c.2.A
Et illi a quibus animæ trahuntur in purgatorio, ſunt angeli.ibid. 85.c.2.B
Animæ à corporibus ſeparatæ nequeunt plura intelligere,quam in corpore intelligebant, niſi in eis fiat aliqua illuſtratio per reuelationem alicuius ſuperioris ſubſtantiæ,& iſta illuſtratio non fit animabus in inferno exiſtentibus.Paradox. 59.c.2.B
Animam humanam in cœlum aſcẽdere miraculum nullum eſt.Paradox. 72.c.4.K
In animabus ſeparatis manent habitus intellectus,qui ſunt qualitates quædam infixæ & permanentes cauſatæ per doctrinam, aut ſpeculationis exercitium circa aliquod genus obiecti,aut per infuſionem : & totaliter diuinam operationem.Parado. 109 c.2.D
Anima,a corpore ſoluta,in inſtanti ſe confert in locũ, vbi manere debet, non tranſeunte per loca media, immo impoſſibile eſt vt tranſeat, quia tunc moueretur,quod eſt impoſſibile.Paradox. 121.c.4.F
Animæ decedentes in peccatis,deſiderant non eſſe, ſi eis eſſet poſſibile: Paradox. 87.c.3.I
Animæ portantur à dęmonibus ad infernum.Matth. tom.7.280.c.1.A.& Paradox. 83.c.4.K
De tribus animarum locis poſt mortem;Paradox. 86. col.1.E
De locis animarum à corporibus abſolutarum melius diſſeruit Virgilius, licet Platonicus quã Plato. Paradox.93.c.2.C. De ſtatu animarum poſt mortẽ. 6.col.4.k
De animabus & earum beatitudine,quid ſenſerit Tullius,refertur.Paradox. 94.c.3.G
Animarum receptacula poſt hanc vitam eſſe tria, ſecundum catholicam veritatem.ſ.gehennam, purgatorium,& paradiſum,&c.Parad.95.c.4.H.& ſeq.
Animabus ſeparatis,petentibus infernum vel purgatorium,nulla ianua patet eis ad hoc,ſed eis æque facile eſt lapidem,vel parietem penetrare, ſicut per portam tranſire.Paradox. 122.c.3.H
Animæ,quæ ſunt in purgatorio, non puniuntur à dęmonibus,ſed à Deo.Nec ibi ſunt dęmones,cum illæ puniuntur,nec vident eas torqueri, Paradox.59. col.1.E
Animæ ſanctæ cum a corpore exeunt, non intrantes purgatorium,ab angelis deferuntur in cœlum. Paradox. 85.c.3.F
Animæ,a corporibus ſeparatæ, non habent in ſua poteſtate exire de ſuis receptaculis.De Tri. 5.c.2.B
Quod animabus,poſt mortem, maneant delectationes,aut pœnæ,probatur ratione naturali ſuppoſito quod ſint immortales.De Statu animarum.3.c.1.E Sed de hac re omnino ſubticuit Ariſtoteles ex induſtria,vt probatur,ibidem.
Anima ſeparata ſemper intelligit, cum nullo carnis impedimento, grauetur. De Statu animarum. 3. col.1.D
Conceſſa animarum immortalitate, neceſſarium eſt concedere eas poſt mortem delectari, vel triſtari, ſed adhuc non conſtat ſecundum naturam, quòd animæ poſt mortem tolerent dolores,aut amaritudines pro peccatis,aut pro bonis præteritis delectẽtur.Et licet Ariſtoteles de hoc nihil exprimat,tamẽ ex verbis illius collectis in vnum, neceſſario colligi poteſt, quod animæ peccatrices exutæ à corpore peccatorum ſuorum pœnas tolerent,& animæ bonę experiantur gaudia.&c.De Statu animarum. 3. col.4.F.& ſeq.
Animarum dolor poſt mortem vehementior eſt,quã mors,& ideo ipſę deſiderant mori,ſi eſſet poſſibile. De Statu animarum. 4c.1 D
Animarum tranſmigrationem poſuit Pythagoras, & poſt eum Ennius poeta Latinus,quod improbatur De Statu animarum. 4.c.4.F.& ſeq.
Anima ſeparata neque reminiſcitur,nec amat, ſecundum Ariſtotelem.Matth.to.7 152.c.4.F
Animabus ſeparatis,quæ gaudium habent, vel ſupplicia patiuntur,aſſignanda ſunt loca,vbi hęc illis contingant.Et hæc eſt tertia concluſio auctoris in libello de Statu animarum poſt mortem, loquendo de loco,eo modo,quo indiuiſibilia,dicuntur eſſe in loco,ſcilicet diffinitiuè.Sed vbi tales animæ ſint, non poteſt naturali ratione conſtare, ſed tantum ex fidei fundamentis,ſatis tamen conuenienter dici poteſt,quod animæ bonorum ſint in loco excellenti, & animæ malorum in loco triſti. De Statu animarum. 7.c.2.E
Sed de hoc magna fuit varietas apud antiquos philoſophos.ſ.Platonem,&c.ibidem.
De animarum ſtatu,poſt mortem, beſtialior eſt poſitio Mahometi,quam cęterę gentilium poſitiones. De Statu animarum. 8.c.4.K
Aliquæ animæ damnatæ cruciantur in aliquibus locis,extra infernum,ad correctionem viuorum. De Statu animarum. 9.c.1.C

Animal. Animalium imperfectorum,ſex ſunt genera, quędã de exhalationibus generantur, vt bubones, quædam ex corruptionibus humorum,vt vermes,quædam ex cadaueribus, vt apes,

apes,qũædam ex putredine lignorũ, vt teredones, qui vulgariter dicuntur,carcoma, quædam ex herbarum corruptione,vt tineæ,quędam ex corruptione fructuum,vt gurguliones ex fabis.&c. Gene.10. col. 4. I
Omnium animalium siue aquatilium,siue aereorum siue terrestrium materia fuit humus idest terra admixta aqua.Gen. 15.c.4.I
Quod animalia adducerentur coram Adam , triplex fuit causa.Gen. 16.c.1.A
Adam solum imposuit nomina animalibus gressibilibus & volatilibus,& non piscibus.Gen. 16.c.1.B
Animalium mũdorum gressibilium decem sunt species,vt patet Deut.14.Gen. 39.c.4.I
Animalia munda & immunda,de quibus Gen.7.possunt non similiter accipi,sicut in lege Moysi accipiuntur.Gen. 39.c.4.K
De animalibus mundis,& immundis,in arca Noe,cõseruatis , refertur opinio Andreæ & confutatur. Gen, 40.c.2.A
Animalia & aues genuisse in arca Noe,dicit Andreas sed non est verisimile.Gen. 40.c.2.B
Animalia ferocia & serpentes non generantur in omnibus regionibus,quia natura terræ non patitur, qa quælibet animalium species certam complexionẽ regionis requirit.Gen. 40.c.3.H
Animalia munda,de quibus Gene.8. dicebantur omnia illa,quæ homines sumebant in cibum. Et dicebantur munda ad differentiam quorundam , quæ propter vilitatem suam & malam complexionem, non comeduntur,vt serpentes & iumẽta, & aliquæ feræ:& hoc est rationabile.Gen. 46.c.3.I
Animalia conuertuntur in lapides in aliquibus locis, sicut & aqua & aliæ materiæ ex vi mineralium talium locorum,in quibus inuenta sunt corpora lapidea tam hominum,quam bestiarum. Ge.84.c.4.H
Omne animal quadrupliciter potest corrumpi, vno modo cum finitur sua certa periodus,secundo modo ex excessu inordinato alicuius contrariorum:tertio modo ex actione caloris naturalis consumentis humidum:quarto modo per violentiam ab extrinseco agente,contra quam corruptionem Adam haberet remedium in statu innocentiæ. Ge.100.c.2.B
Animalia distinguuntur secundum naturam in tres modos,nam quædam sunt, quæ solis carnibus vescuntur,quædam solis herbis & fructibus,& quædã quæ vtrisque, Gen. 122.c.1.B
Animalium nnmina,quæ imposita fuerunt ab Adam manserunt vsque ad tempus Moysi.Et multo tempore post. Sed nunc non sunt omnia illa nomina. &c.Gen.138.c.4.H.Manent tamẽ aliqua , illa.s.quę continentur in sacra scriptura & non plura;nam cętera perierunt post euersionem Ierusalem à Romanis. ibidem. 139.c.1.E
In animalibus perfectis fuit distinctio sexuum propter generationem,ita quod,si non esset futura generatio,non esset sexuum distinctio Gen. 238.c.1.C
Quædam animalia, in veteri lege, voluntarie offerri poterant,quæ ex uoto non recipiebantur , vt patet de oue,& boue quorum caudæ & aures erant amputatæ,vt patet Leui.22.Exo.to.1 76.c.2.B
Illa animalia dicuntur munda, quæ ad esum hominis pertinent,& quibus vesci consuetum est. Cætera vero,quæ ad vescendum inconsueta sunt, dicũtur immunda.Leui. 8.c.1.C
Sola decem genera animalium erant munda Iudæis ad esum. Deut. 14.s.bos,ouis,capra,ceruus,bubalus capream tragelaphus,pygargus,oryges camelopardalus . Et ad sacrificia tria tantum istorum erant munda, scilicet bos,ouis,capra.Leui.8.c.1.C.Num. tomo 1. 251.c.4.K
Quædam animalia erant immunda ad cibum, & quædam ad sacrificium,& omnia immunda ad cibum, erant immunda ad sacrificium,sed non econtra.Leuit.23.c.3.G.& 341.c.1.C.2.Paralip. 101.c.3.K
Omnia animalia sacrificanda iugulabantur,apud altare holocaustorum in latere eius aquilonari. Leuit. 23.c.4.F.& 52.c.4.K
De animalibus mundis.Leui. 95.c.1.B
Animalia pestifera,& mala naturaliter,similiter &animalia malæ complexionis,quare Deus non vetuerit comedere in nouo testamento,sicut vetuit in veteri,assignantur causæ, scilicet cessatio legalium in nouo,quia nouum testamentum est lex spiritualis non curans de corporibus, quod ad medicos pertinet:sed de legibus animarum.Leui. 95.c.2.E
Animalium immundorum quędam erant immunda secundum speciem,ad comedendum , ita vt nullũ aliorum liceret comedere, & alia erant immunda à casu,vt lacerata à bestiis.Leui. 95.c.4.I
Ruminare,& diuidere vngulam in animalibus,signũ est bonæ complexionis,vt probatur.Leui. 95.c.2.B
Animal,quanto calidioris est complexionis , tanto illius stercora sunt albiora,cuius assignatur causa. Leuit.98.c.3.G.Et omnia animalia,quæ stercora emittunt alba,cæteris paribus,& talia pro quantitate sui corporis voraciora sunt,vt canes,Leui. 98.c.2.G
Omne animal,domino immolabile , tres debebat habere mundicias,quarum prima est, quod esset licitum ad esum: secunda,quod esset animal mundum secũdum speciem.s.bos,ouis,vel capra,tertia,quod non haberet aliquam maculam.s.oculum fractum, aut pedem &c.Leui. 336.c.2.D
Animal,quod non potest immolari , non potestimmediatè applicari ad Deum,sed solum per commutationem,& redemptionem.Leui. 343.c.3.I
In animalibus determinata sunt ante, & retro. Et vultus dicitur pars anterior.Iosue.to.1 146.c.2.C
Animalia bruta, & aues habene,inter se, idioma credidit insanus Rabbi Salomo.3.Reg. 35.c.3:H
Animalia,quæ oblata sunt à Salomone in dedicatione templi,scilicet viginti duo millia boum, & centum viginti millia arietum , non sunt cremata, prima die dedicationis templi,sed in omnibus septem diebus dedicationis,& in septem aliis diebus sequẽtibus festi tabernaculorum,qui immediatè post septem dies dedicationis,sequuti sunt, vt probatur. 2. Paralip. 101.c.1.A
Et ista animalia solus Salomon obtulit in holocausta, & in hostias pacificas.ibidem.102.c 3.G.Sed quare magis sint ista oblata quam alia.ibid. 102.c.4.K
Per quatuor animalia,de quibus Ezechielis primo,& Apoca.4.non debere intelligi quatuor euangelistas sed quatuor Ecclesias Patriarchales,dicit Nicolaus de Ly.Matth.to.1 64.c.2.B
Animalia,quæ non perdunt cognitionem parentum, nunquam illis commiscentur.Matt.to.2.157.c.1.D
In aliquo animali potest spiritus loqui tripliciter: primò modo &c.vt in serpente.secundò, vt in arrepticiis,tertiò,vt in prophetis.Matth.to.3. 251.c.1.C
Animalia magis delectantur in coitu , quam in aliis actibus.Matth.to.4 241.c.4.F
Omnia animalia tam diu manent in educatione filiorum,quandiu necesse est ad hoc,quod nati illorum per se possint educari.Matt.to.5 93.c.3.G
Quomodo natura docuit animalia vnitatem vxoris, Matth.tom.5 84.c.4.H
Animalia,quæ gignuntur ex putrefactione, & quæ gignuntur ex semine,nunquã sunt eiusdem speciei, vt dicit commentator.8.Physico. quia non habent vnicum

vnicum principium originis. Matth. to.6. 74 c.4.G
Animalia habentia magnum cor timidiora ſunt, cuius aſſignatur cauſa, quia minus habent de caliditate, & virtus animæ magis diffunditur & ſpargitur. Matth. to.6 110.c.3.G

Animus humanus. Generoſus eſt animus humanus, facilius enim ducitur quã trahatur, ait Seneca. Ioſue to.2.157.c.2.A.2.Paralip. 236.c.1.B

Animoſitas. Nimis prodeſt in bellis. Num. to.2. 14.c.4.H
Animoſitas eſt valde neceſſaria in principe. 2. Paralip. 158.c.2.E

Anna. Mater Samuelis concepit tres filios, & duas filias poſt Samuelem: & hoc purè nautraliter. 1. Reg. to.1 40.c.1.D

Annona. Quaſi annua dicitur, quia per annũ dabatur. 3. Reg. 39.c.3.K
Annona vocatur portio quotidiana, quæ datur de cibo & non de aliis rebus, & vocatur ſic ab anno, qa per totum annum dabatur. 4. Reg. 263.c.1.D

Annunciatio. In die annunciationis ſcilicet 25. Martii nõ fuit mortuus Chriſtus, & referũtur 7. rationes quorundam dicentium oppoſitum. Defen. 22.c.2.C. Quas ſoluit Auctor. ibid. 22.c.3.G. Vſque ad finem libri.

Annus. Anni decem eorum, de quibus habetur Gen. 5. valebant tantum ſicut vnus annus noſtri temporis, iuxta quorundam opinionem, & hac ratione, vt quidam dicunt, ſcriptores ex induſtria vitiauerunt numerum annorum in translatione ſeptuaginta interpretum. 5. capitis. Geneſ. ſuper Gen. 31.c.1.D. & 32.c.2.E. Sed iſti falsũ dicũt: immo illi anni primæ ætatis & noſtræ erant æquales. ibid.
Annus olim, apud Aegyptios, terminabatur quatuor menſibus, & apud Archades tribus. Et apud Archanas ſex. Et in Italia, apud Latinos, tredecim. Gen. 32.c.2.F. Exo.to.1 70.c.3.K
Annus Latinorum non incœpit, ſemper in Ianuario: nam ante Iulium Cæſarẽ, Martius erat primus menſis anni, & Februarius erat vltimus. Et poſt Iulium Cæſarem incepit a Ianuario. Gen. 41.c.3.F
De anni ĩchoatione duplex eſt opinio apud Hebreos, ſicut de inchoatione mundi quibuſdam dicẽtibus, quod annus incepit in Septembri, aliis quod ĩ Martio. Sed primi dicunt verum, eo quod in Septembri mundus inceperit, ſed propter euentum liberationis populi Iſrael ex Aegypto, Martius conſtitutus eſt primus menſis anni. Exo. 12. ſed September erat ſimpliciter primus. Gen. 41.c.3.G
Annum computant Iudæi per lunationes, ſcilicet per duodecim lunationes, & eſt minor anno ſolari per vndecim dies, & annus ſequens addit ſupra præcedentem vndecim dies lunæ. Et eſt regula generalis, ita quod, ſi iſte annus incepit luna decima, neceſſe eſt ſequentem annum incipere. luna vigeſima prima. Gen. 46.c.2.A.1.Paralip. 277.c.2.A
Anni tẽpus quare diſtinxerint Aſtrologi in quatuor partes. Gen. 47.c.2.A
Annorum computatio continua, ab origine mundi, multum confert fidei noſtræ, & prædicta computatio optime fit p generationes hoĩum. Gen. 59.c.4.I
Annum & temporis inconſtantiam reformauit Iulius Cæſar, & ordinauit, vt annus haberet trecentos ſexaginta, & quinque dies cum quadrante. Et quia non poterat quadrans diei computari à vulgaribus, mandauit, vt annus quartus computaretur per trecentos ſexaginta ſex dies, ſcilicet vt quarto quoque anna vnus dies intercalaretur, ꝓpter quatuor quadrantes quatuor annorum, quæ faciunt vnum diẽ. Sed hoc vitiarunt ſacerdotes, quibus data eſt poteſtas intercalandi, intercalando vnum diem in principio cuiuslibet quarti anni. Et ſic in ſingulis tribus annis vnus dies intercalabatur. Et cum in triginta ſex annis, nouem dies intercalari debuiſſent, ſingulis quatuor annis vnum diem interponendo, ipſi ſacerdotes, intercalauerunt duodecim dies, quod cũ erratum comperiit Cæſar Auguſtus Octauianus, mandauit duodecim annos continuos decurrere, ſine intercalatione propter tres dies ſuperabundãtes. Ab eo autem tempore vſque nunc permanſerunt tempora in eodem curſu. Sed rurſus alius paruus error ſubapparuit, quia ille quadrans, quo annus exceſſit dies trecentos ſexaginta quinque, non eſt præciſus, ſic quod nec ſit aliquid magis vel minus. Et ideo Natiuitas Domini, quæ vt Beda teſtatur, fuit in ſolſtitio hyemali, iam vltra ſolſtitium contingit per dies decem. Et ſic in annis mille quatuor cẽtis triginta ſex, vſque ad tempora noſtra iſti dies delirant ſuperexcreſcentes, ſi ergo mundus p multos annos foret duraturus, oporteret Natiuitatem Chriſti cadere ſole exiſtente in Aquario, & rurſus in piſcibus ſecundum magnam temporis durationem, ſed quia iſte error non erat valde magnus, & ſenſibilis vulgo, cum in centum annis non mutetur tempus per vnam diem, anteriorãdo, vel poſteriorando, licet periti in aſtrologia hoc cognoſcant euidenter, vſque hodie tamen non eſt correctum, quia hæc non ſolum indigent ſapientia emendantis, ſed etiam auctoritate approbantis, vt ſic omnes homines, vel ſaltem tota eccleſia annos computaret, vt iſte corrigeret. Exo.to.1 71.c.2.A
Toti orbi placuit accipere annum clauſum trecentis ſexaginta quinque diebus, & quadrante. Exo.tom.1 70.c.4.H
Annorum computum faciunt nunc Hebræi ab exitu de Aegypto, cum prius, ab orbe condito, computarent, ſicut nos a Chriſti Natiuit. ſic & Græci, a primo anno regni Alexandri, annos computant, qui prius computabant per Olympiades: Et Romani computabant ab vrbe condita. Exo.to.1 71.c.2.A
In tertio quoque anno Iudæi faciunt tredecim lunationes, volentes concordare annos lunares annis ſolaribus. Et iſtos annos tredecim menſium, vocant Emboliſmales & duplicant vnum menſem, ſcilicet duodecimum, quem vocãt Adar, qui alias concurrere debebat cum Februario, concurrit cum Martio. Et Niſan primus menſis eorum, qui concurrere debebat cum Martio, concurrit cum Aprili: & aliquando accedit ad principium Maij, Et ſic in illo anno, quo æquant annum lunarem cum ſolari, concurrit primus menſis Hebræorum cum Niſan. i. cũ Aprili noſtro, non quod ſimul incipiant, & deſinãt, quia hoc eſt impoſſibile, ſed quia magis concurrit ille menſis cum Aprili, quam cum Martio, vel Februario, in aliis autem annis aliquando magis coincidit cum Martio, & aliquando magis cum Aprili. Et ad cognoſcendum quando Niſan magis cõcurrat cum Martio quam cum Aprili, vel è contra, recurrendum eſt ad aſtrologiam, aut ad ſpeciales regulas computiſtarum. Et in generali dicitur, quod principium Niſan eſt in lunatione, & illa lunatio attendenda eſt ſecũdum æquinoctium vernale, quod eſt decima quarta mẽſis Martij. Et illa lunatio, quæ fuerit propinquior illi æquinoctio erit principium menſis Niſan. Et in anno lunari qui eſt ęqualis ſolari, neceſſe eſt, quod Niſan incipiat intra noſtrum Martium, vt probatur. Exo.to.1 71.c.3.k
Annus remiſſionis, poſt 7. annos, & annus iubilei, poſt 50. annos, nõ ſeruatur nunc apud Iudęos, quia hoc

quandam

quandam loci determinationem concernit, vt patet Leui.25.ex aliquibus circunſtantijs ibi poſitis: Exo.tom.1. 95.c.2.E
In anno ſeptimo remiſſionis remittebatur ſeruus Hebræus,qui vendebatur alicui Hebræo, fiebat etiam remiſſio debitorum,vt ſi aliquis Hebræus debebat aliquid alicui Hebræo, quod non eſſet ſolutum ante annum remiſſionis,iam non poterat in illo repeti,nec amplius ſoluebatur,bene tamen poterat Hebræus exigere in illo anno a Gentili, vel a cõuerſo ad Iudaiſmũ,vt patet Deut.15.Exo.to.1. 250.c.3.H
In anno ſeptimo remiſſionis,de quo Exo. 23. legebatur liber Deut.coram toto populo Iſrael in feſto tabernaculorum,vt patet Deute.31. poſt ſeptem annos &c.Exo.to.1. 250.c.3.I
In anno ſeptimo,non ſerebatur quidquam,nec colebatur terra,& ea,quæ ſponte naſcebantur,non colligebantur,ſicut in alijs annis, ſed ſic leuiter carpebantur aliqua de eis in eſcam hominum & iumentorum,vt patẽt Leui.25. Exo.to.1. 250.c.4.F
In anno ſexto, ante annum ſeptimum remiſſionis, Deus dabat mirabiliter fertilitatem ipſis agris, vt fructus ſufficeret tribus annis,ſcilicet ipſi anno ſexto,& anno ſeptimo,& octauo,vt patet Leu.25.Exodi to.1. 250.c.4.H
Anno ſeptimo non colebantur agri, propter peregrinos aduenas & pupillos, vt omnes ſatiarentur de his,quæ ſponte naſcebantur.Leui.25.Exod.tom.1. 250.c.4.F
Quod anno ſeptimo ſererent terras earum domini, dicit Auguſtinus,quod tamen author improbat cũ omni modeſtia.Exo.tom.1. 251.c.3.G
Annus Hebræorum propriè incipit a principio libræ, cum Sol intrat in libram, nam tunc Sol fuit creatus,vt dicitur,& quia hoc principium, vel eſt intra Septembrem, vel circa eum,ideo feſtum tabernaculorum dicitur eſſe in exitu anni, ideſt, quod modicum diſtat ab illo exitu vel principio anni. Exodi tom.1. 259.c.2.E
Annus, apud Iudæos, dupliciter computabatur: vno modo,quantum ad feſtiuitates,alio modo, quo ad veram computationem.Exo.to.2.178.c.2.D 2.Regum. 62.c.1.C
Annos ſuos ſingulæ gentes cœperunt computare ab aliquo euentu,quo nobilitatæ ſunt. Exemplum eſt in Hebræis,in exitu de Aegypto, & de Græcis, qui computant ab Alexandro. Et Romani ab vrbe cõdita.& nos a Saluatoris noſtri natiuitate. Exodi tomo 2. 212.c.4.K
Annus apud Arabes. Defen. 50.c.4.I
Annus Saracenorum eſt per lunationes, & aliquando incipiunt annum in Aprili,aliquando in Octobre,aliquando in Martio. Defen. 19.c.3.F
Annũ ſuum incipiunt Iudei à lunatione propinquiore æquinoctio vernali: Et illa lunatio dicitur prima, & ſequens lunatio dicitur ſecũda, & ſic conſequẽter.Et hoc, quod ſeruant ad cognoſcendum primã lunationem,quæ debet eſſe primus menſis eorum, non debent ſeruare ad cognoſcendũ principia aliorum menſium. Et lunatio ſeptima,computando a prima lunatione, eſt principium ſeptimi menſis, vbicunque euenerit. Leui. 267.c.3. I. Sed hæc regula, licet ſit vera communiter, aliquando tamen deficit,quando.ſ.Paſcha noſtrum,& Iudeorum incipit poſt 15. Martij, & tunc lunatio præcedens eſt magis coniũcta æquinoctio vernali, ſed non eſt illa principium anni,ſed finis.ibidem. 268.c.3.F
Faciendo annum ex duodecim lunationibus, deſunt vndecim dies ad æquandum illum cum anno ſolari, & propter illos vndecim dies, quibus quolibet anno retrocedit lunæ computatio, mutatur principium anni per ſingulos annos, Magna mutatione,in tantum,quòd ſi hoc anno accideret eſſe principium anni lunaris in principio Ianuarij vſque ad decem, & ſeptem annos, eſſet principium anni lunaris die 28.menſis Iunij, vel quaſi, nam in decem, & ſeptem annis retroceſſiſſet cõputatio lunæ per 187. dies, qui faciunt ſex menſes, & quatuor dies, vel quaſi. Et hoc modo principium anni Saracenorum, & menſis eorum nonus,dictus Ramadam, in quo ieiunãt, voluitur per totum annum noſtrum, vt Ramadam ſuus aliquãdo fit in Ianuario noſtro, aliquando in Februario, aliquãdo in Aprili,vel Auguſto, aut Octobri, & in quolibet menſe anni noſtri, quia ipſi computãt annos ſuos per lunationes: nihil addendo ad curſum illum. vt dicit Alphraganus in principio. Et ſi aliquis voluerit facere annũ lunarem ex tredecim menſibus lunaribus,erit maior diuerſitas,quã ſi in breuiori tempore, vt probatur Leui. 167.c.4.H
Iudæi, & Saraceni computant annum per duodecim lunationes, ſed Saraceni, qui non aſtringuntur facere principium anni eodem determinato tempore, faciunt annum ſuum ex duodecim tantum lunationibus. Et quia non complet annum ſolarem noſtrum, variatur principium anni ſui per annum noſtrum &c. Iudæi tamen,quia coguntur ad determinatum principium anni,quia oportet, q̃ principium anni ſit ſemper quando ſunt virentes ſpicæ. Exo.12.& Deut.16. ideo oportuit inuenire modũ, ad inueniendum principium anni.Et ad hoc vtuntur arte emboliſmorum,facientes quoſdam annos duodecim lunationum,qui vocantur communes, & alios tredecim lunationum, qui vocantur emboliſmales,ideſt ſuper excreſcentes, quia ſuper additur vnus menſis ad annos communes, & ſic ponuntur duo anni communes, & tertius eſt emboliſmalis. Et rurſus duo communes, & tertius emboliſmalis, & aliquando poſt vnum annum communem, ponitur vnus annus emboliſmalis, & ſic non poteſt,apud ipſos, principium anni multũ variari,vt probatur Leui. 268.c.1.B
Et in arte emboliſmorum nunquam ponuntur tres anni communes ſimul,ſed duo tantum, & hoc apparet clariſſime in arte cicli paſchalis, qui continet quinque ciclos, & nonaginta quinque annos, vbi dicitur,quando debet eſſe annus communis,& qñ emboliſmalis,vt oſtendit Iſidorus lib.7 Etymo.ca. de ciclo paſchali. Et iſtum modum ciclorum obſeruant Iudæi, vt teneant principia annorum ſuorum fixa,vel quaſi,tenendo menſes lunares.Et nos ſeruamus ciclos ad inueniendum paſcha, quia eccleſia ſemper celebrat paſcha menſe primo Iudeorũ, ſiue annus habeat duodecim, ſiue tredecim lunationes: & ſemper eſt paſcha noſtrũ poſt paſcha Iudæorum,nam Iudei celebrant paſcha die 14. mẽſis 1.Leu.13.& Exo.12.nos vero, ſecundum ſtatuta patrum in ſynodo Nicena, facimus ſemper Paſcha inter 14. lunam & 21. vt dicit Iſidorus libro 7. Etymo Leui. 268. c.2.A.B.C.D
Anni remiſſionis computatio nõ fiebat pro quolibet qui vendebatur in ſeruum:ſed ſemper computabatur continue ex eo tempore, quo incæpit fieri cõputatio illius anni remiſſionis. Leui.286. c.1. D. Similiter dicendum eſt de rebus debitis. Et hoc erat ſolum de Iudæo ad Iudæum, ſed non de Iudæo ad conuerſum ad Iudaiſmum, quia in illo non extinguebatur debitum ex aliquo tempore, ſicut neque ſeruitus, ſed durabat vſque in æternum. ibidem.

Festiuitas anni Iubilei ad duo valebat, sicut & festiuitas septimi anni remissionis: primum erat: vt aliqui liberarentur a seruitute, secundum quòd in illo anno redimebantur possessiones pauperum, quas diuitibus vendiderant. nolentibus aliter quicquã dare pauperibus, & hoc nullo dato pretio, sed ante annũ Iubilei, quilibet bene poterat possessionem redimere pecunia. Et in redemptione computabatur pro parte pretij valor fructuum possessionis præfatæ, deductis expensis. Leui. 286.c.3. F

Et tam anni septimi festiuitas, quam anni Iubilei, tũc cæperunt obseruari, quando filij Israel possederũt pacifice terram promissionis. Et non prius, nec etiã in deserto, ut probatur Leui. 287.c.1.A

Annus remissionis dicebatur sabbathum terræ propter duo. Leui. 287.c.1.E

Et dicebatur sabbathum Domini, non vt August. dicit. s. quòd quamquam seminaretur terra aut coleretur, & vineæ putarentur, fructus tamen terræ nõ colligebantur a dominis, sed a pauperibus. Sed dicendum, quòd illo anno, nec ager serebatur, nec vineæ putabantur. ibidem. 287 c.2. C

Et ille annus non erat simpliciter festum: sed dicebatur sabbathum terræ, quia terra in illo quiescebat a laboribus, ita quòd illo anno solum erãt interdictæ operationes agriculturæ: & nõ aliæ. ibid. 287.c.4.H

Etiam erant prohibitæ operationes agriculturæ circa arbores, quæ erant in agris, vt circa oliueta. Secus tamen de agricultura circa arbores, quas domi haberent, in hortis, similiter & in alijs hortis muratis. ibidem. 288.c.1.B

In anno septimo remissionis poterant domini agrorũm & vinearum colligere de fructibus terræ aliquid ad eorum alimentum, & suæ familiæ & iumẽtorum suorum, non tamen totaliter. &c. Leuitici. 288.c.2. B

In anno septimo remissionis soluebantur domino primitiæ, vt patet discurrendo per omnia genera primitiarum: Sed non soluebantur decimæ, Leuitici. 288.c.4. F

Et sustentabantur Leuitæ de decimis anni sexti, qui erat vberrimus, & sufficiens pro tribus annis. Sustẽtabantur etiam de fructibus agrorũ, qui tunc erant communes. ibidem. 289 c.2 D

Annum Iubilei, & annum remissionis raro obseruabant Iudæi, sicut concluditur ex fin. 2. lib. Paralipo. c. vltimo, vbi dicitur, ꝙ terra egit sabbathum omnibus diebus, quibus fuerũt Iudæi in Babylone, quod videbatur factum, quia Iudæi tot annis reliquerant sabbatha terræ. &c. Leui. 296.c.3.H

Annus quomodo dicatur circulus, Leui. 299.c.4.H

Anni quadraginta, quibus demorati sunt Israelitæ in deserto, magis fuerunt ad vtilitatem, quam ad pœnalitatem. Nu. to. 1. 210.c.4.I

Annum computabãt antiqui prius per menses lunares, & postea per menses solares, quia viderunt, ꝙ computantes per menses lunares, cogebantur dare vnum de duobus, vel quòd non facerent tot mẽses in vno anno, sicut in alio, vel quòd non facerẽt eos æquales. Nã duodecim lunationes, non faciunt annum integrum. Num. to. 2. 185.c.1. A

Annus inceptus habetur pro completo, secundum sacram scripturam, & secundum iura humana. Deuteronom. 155.c.2.D

Annus est tempus, & fundatur in primo mobili, & nõ in motu solis, aut orbis sui, quia annus nihil aliud est, quam trecenti sexaginta sex dies sibi succedentes. Iosue. tom. 1. 200.c.2.E

Anni quinque solares excedunt quinque annos lunares per quinquaginta sex dies, qui faciunt duas lunationes, & sic in quibuscunque quinque annis Iudæi ponunt bis tredecim menses. 3. Reg. 40.c.1.A

Annos suos computabant Hebræi ab exitu Israel de Aegypto ante captiuitatem babylonicam, sed postea computauerunt ab exitu illius captiuitatis babilonicæ. 3. Reg. 48.c.1.D

Annum aliquando computat scriptura a fine, & aliquando a principio, quod est notandum ad cõcordandas dissonantias numerorum in sacra scriptura præter modos assignatos a Nicolao. 3. Regum 138. c.3. G

In assignatione annorum Regum Iuda, & Israel magna cõtingit perturbatio propter duo, primo, quia aliquando computantur anni alicuius regis cõpleti, & aliquando incompleti, & incepti. secũdo quia interdum computantur anni a principio suo: & interdum a fine 3. Reg. 147.c.3.H

Annum inceptum sæpe computat sacra scriptura pro anno integro 4. Regum. 92. col. 1. A & 102. col. 4. I & 144.c.3.K

Annus lunaris est minor anno solari vndecim diebus, & quadrante 4. Reg. 39.c.2. A 2. Paralipomen. 27 c.1.C

Anni lunares Hebræorum variantur: nam aliqui habent duodecim menses lunares: & alij tredecim 4. Reg. 39.c.2.A primo Paralip. 312.c.1.A

Anni Hebræorum principium non multum distat ab æquinoctio vernali, idest ab introitu solis in arietem, qui est in Martio die decima, vel vndecima 4. Regum. 39.c.2. A

Scilicet paulo ante medietatẽ Martij, vel paulo post 1. Paralip. 226.c.3.I

Licet Iudæi computent annum per menses lunares, illum tamen corrigunt ad annum solarem, vt annus eorum semper incipiat circa æquinoctium vernale. Et ob hoc aliquos annos faciunt duodecim menſium lunarium, & alios tredecim, & sic anni illorum interdum sunt maiores annis nostris, & interdum minores 4. Reg. 262.c.3.K

In annorum computatione, siue ab orbe condito, siue a diluuio, siue ab exitu Israel de Aegypto, Semper Iosephus ponit plures annos quam sacra scriptura ponat, Et ideo aberrat, &c. 4. Reg. 262.c.4.F

Annus & dies, sunt duo circuli, quia fiũt per integras reuolutiones, sed annus facit magis integrã reuolutionem quam dies, quia reuolutionem integrã primi mobilis facit, & reuolutionem solis, quæ est motus contra primum mobile. 1. Paral. 226.c.2.E

Annus septimus remissionis, apud Hebræos, sic computabatur, nam postquam ipsi introierunt terram promissionis, fecerunt vnum annum remissionis. Et post, alium septimum, & sic consequenter. &c. Deuteron. 82.c.4.F

Annum septimum remissionis non tenebantur celebrare conuersi ad Iudaismum ex gentilitate, inter se, nec cum Hebræis ex genere, nec Iudęi cum prędictis conuersis. Deut. 83 c.1.B

Septimi anni remissionis legi, non poterat quis renũciare. Deut. 82.c.3.I

Annus decimus quartus est tẽpus, in quo iura dicunt masculos esse puberes: Et tamen adhuc in quibusdam pubertas præuenit tempus illud 4. Regum. 174. c.3. H

Maior numerus annorum ponitur, apud septuaginta interpretes in prima, & secunda ætate seculi, s. vsque ab Abraham, quam in veritate Hebraica. Nã postea in alijs ætatibus annorum numeri vtrobiq; conueniunt Matth. to. 1. 105.c.1.C

Anni ab orbe condito vsque ad Christi natiuitatem, iuxta septuaginta interpretes, fuerunt quinq; millia, &

lia,& cẽtum & nonaginta & octo vel quasi: & secũdum veritatem hebraicam, fuerunt tria millia nõgẽti sexaginta tres,vt patet ex annis correspondentibus singulis ætatibus, quarum anni referuntur Mat.to.1. 105.c.1.D

Annus apud Hebræos ante institutionem anni paschalis incpiebat in Octobri & finiebatur in Septembri:& de hac cõputatione fit mẽtio Exo.23. cum dicitur Solemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges de agro. &c. & Leuit.23 & Exo.34.Sed ratione beneficij, quod deus contulit Iudæis in exitu de Aegypto, mutata est computatio anni in mense martio.&c.Matth. to.7.282.c.4.G.& seq.In defen. 16.c.1.E

Annorum principia sunt varia apud varias nationes. Nam Latini,Græci,Aegyptij,Syri,Persæ, & multi alij habent anni principium immutabile: sed Saraceni habent principium anni mutabile,quia primi faciunt annos solares, sed Saraceni faciunt annos lunares in Defen.19. co.1.c & hinc venit ista diuersitas:nã gentes,quę habent annos solares, habent principium annorum suorum fixum: sicut Latini,quorum annus semper incipit in Ianuario:qui autem habent annos solares:& menses lunares aliquid superaddunt mensibus Lu.ibidem.

Annus lunaris habens duodecim Menses lunares,habet solum trecentos quinquaginta quatuor dies, & annus solaris habet trecẽtos sexaginta quinque: dies, & vltra hoc quartam partem diei bissextilẽ. Et annus solaris est maior anno lunari vndecim diebus.&c.in Defen. 19.c.2.C

Qui tempora computant per annos lunares, necesse est,quòd aliquando incipiant annum in hyeme,& aliquando in æstate,Et sic de alijs partibus temporis,Defen. 19.c.2.E

Triginta tres anni solares faciunt triginta quatuor annos lunares,vel quasi.Defen. 19 c.2.E

Annos suos inchoabant Hebræi ab Octobri,priusquã exirent de Aegypto.Et fuit propterea,vt periti eorum dicunt,quia Deus incepit creare mundum in vigesimaquinta Septembris. Et dies sexta, in qua fuit creatus Adam,fuit vltima Septembris Et dies sequẽs,scilicet septima,in qua dicitur Deus quieuisse &c.Erat dies sabbathi, & prima dies Octobris.Et illa fuit prima dies anni.Et ista computatio patet Exod 23.cùm dicitur solennitatem quoque in exitu anni &c.Et Exod.34.cùm dicitur: Solennitatem,quoque, quando redeunte anni tempore.&c.Sed postea inchoauerunt annum ab exitu de Aegypto.Defen. 19 c.3 F.

Principes faciunt aliquando inchoare annos a subditis suis ab illo tempore,quo fecerunt aliqua magnifica,vt patet de omnibus ponentibus æras, vt de Nabucodonosor,de Philippo patre Alexandri, de Alexandro,de Octauiano, de Diocletiano, de Gerdaguch & de Mahometo.&c. Defen. 19 c.3.I

Annum inchoant Græci in Octobri nostro,& cõputant,per annos Alexandri, scilicet, ab Alexandri regno.Defen. 19.c 2.B

In circulo decem,& nouem annorum, faciunt hebræi septem illorum annorum emboliſmales, vel superexcrescẽtes, ita vt quilibet illorũ septẽ annorum habeat tredecim lunationes,scilicet, tertius, sextus,octauus,vndecimus,decimus quartus,& decimus septimus.Et hoc faciunt,vt primus mensis eorum incipiat semper eodem tempore. Defen. 19.c.4.G & 51.c.1.E

Quod annus non bene computetur per menses lunares, Defen. 50.c.4.F

Cum annos suos computent Hebræi per menses lunares,quare non sequantur aliqua inconueniẽtia, sed semper annus eorum incipiat in Martio, vel prope.Defen. 50.c.4.K

Annus apud Latinos anriquos non habebat nisi decem menses,quorum primus erat Martius, & decimus December, & durauit ista computatio inepta,& inconuenientibus plena vsque post tempora Romuli.s.vsque ad tempus Numæ Pompilii. Defen. 49.c.1.A

Anni quare magis computenter per motum Solis, vel Lunę, quàm p alios planetas: vide sex rationes ad hoc.Defen. 49.c.4.E

Anni Bissextiles connumerantur incomputo Astrologorum: nã in omnibus tabulis Astrologorum ęræ bissextiles distinguuntur a non bissextilibus. Et æra Natiuitatis Christi ponitur bissextilis. Et si omitterent computare dies bissextiles, accideret eis error intolerabilis.s.in trecẽtis sexaginta & vno diebus a Christi Natiuitate vsque ad annum millesimum quadringentesimum quadragesimũ quartum,quo Abulẽ.scribebat Defenso. Similiter accideret,q Astrologi ponerent Solstitia,vbi nũc sunt Aequinoctia.Defen. 48.c.2.B

Si Astrologi non computassent dies bissextiles, non posset dici, q mors Christi fuisset vigesimaquinta Martij.secundum Ecclesiæ computationem, quia in anno Christi trigesimotertio: esset dies martis dies mortis Christi,& anno Christi trigesimoquarto esset dies Iouis.&c.Defen. 48.c.3.H

Anniculus. Significat illud,quod non excedit integrum annum, vt agnus, quia die septimo Natiuitatis & vltra, poterat Deo offerri,dicebatur anniculus.Num.to.1. 73.c.4.G

Anon Amonitarum Rex peccauit grauiter faciendo decaluare nuncios Dauid. Parali. 217.c.4.H

Anser Immolabatur veneri apud Gentiles. Exo.to.1. 54.c.2.B

Anticipatio. Multoties sacra Scriptura vtitur anticipatione, quæ multã difficultatem causat legẽtibus ipsam Scripturam. Genes.97.c 1.C Exo.to.1. 135.c.4.I

Anticipatio & recapitulatio sunt contra ordinem rei naturalem:nunquam enim Scriptura sacra aut alii Scriptores vtuntur anticipatione & recapitulatione, nisi propter aliquam necessitatem. Genes. 113.c.2 C

Anticipationes,& recapitulationes, secundum regulam sacræ Scripturæ, fiunt, quando aliqua eodem tempore facta sunt,seu quia unum illorum est aliquid magnum,quod intendit sacra Scriptura narrare principaliter,tunc ne illud quod minus principale est,interrumpat narrationẽ principalis facti, si interponatur,aliquando præponitur tempori suo. Et ponuntur exempla.Gen. 352.c.3.F

Illa per anticipationem dicuntur, quę ab aliquo scribente prius scribuntur,quàm scribi debuerãt, aliis dimissis,dum tamen illa tempore,quo scribuntur, iam transierint.Exo.to 1. 136.c.1.E

Anticipatio est transmutatio alicuius rei gestæ,extra ordinem suum,ita ut non eodem ordine dicatur, quo facta sit,quando tamen aliqua res,quæ nondũ facta est,prænunciatur, etiam si ponatur inter res gestas,non dicitur anticipata,vel recapitulata,quia nondum facta est,vt illud Exo.16.filij autem Israel comederunt Manna quadraginta annis. Et simile est in Prophetis.Exo.to.1. 136.c.1.E

Anticipatio & recapitulatio sunt duæ mutationes ordinis naturalis.Et fiunt,cum ea quæ prius dicta,aut facta sunt,posterius narrantur, aut quæ posterius, prius

prius narrantur. Exo. tom.2. 154.c.4.K
Aliquæ dictiones tollunt in ſacris literis anticipationem,& recapitulationem. Exo. to.2.154. c.4.K Vt ſunt adiunctiones quędam temporalis ordinis,aut actus, vt ſunt, Poſt hoc. Hoc. Ante hoc, &c. Ioſu. tom. 1. 34 c.1.C
Multæ anticipationes, & recapitulationes factæ ſunt in Geneſi, & hoc ideo, quia non ſcribebantur illa, quando facta erant,ſed multo tempore poſt, ſimiliter eſt in Exo. &c. Nu. to.1.176.c.4. G. Et in libro Ioſue, & in alijs, Ioſue to.1. 23.c 2. D
De cauſa anticipationis, & recapitulationis in ſacra ſcriptura Iudi. 12.c.3.G
Anticipatio ſępius neceſſaria eſt in ſacris literis, Mat. tom 6. 304.c.3.G
Antichriſtus. Antichriſtum,dicunt, naſciturū de tribu Dan, intelligentes de Antichriſto illud Gen.49.Fiat Dan coluber in via, Gen. 409.c.2. B
Antichriſtus eſt præſens Deo, licet non ſit nunc præſens Deo.Ioſue to.2. 33.c.1.A
Antichriſtum eſſe futurum, vel ſub ratione futuri,dicit duo,vnum negatiuum,& alterum affirmatiuū, ſcilicet,quòd Antichriſtus nunc non habeat eſſe:& aliquando habeat eſſe poſt hoc.Ioſ. to.2. 34.c.2.D
Antichriſtus ad probandum ſe eſſe Meſſiam miracula apparentia faciet,Defen. 44.c.2.B
Antichriſtus habebit Angelum cuſtodem propter quatuor.Matth.to.5. 31.c.1.B
Antiochia. In Antiochia, quæ prius nominata eſt Emath, & Reblata, fedit Petrus annis ſeptem.Iudic 27.c.1.E.1.Paralip. 9.c.2.C
Antiochia dicta eſt ſic ab Antiocho rege Syriæ. 4.Re. 144 c.2.D.
In Antiochia Apoſtoli,dicti ſunt primo Chriſtiani, 1. Paralip. 9.c.2.D
Antiochia deſcribitur,Matth.to.1. 59.c.3.H
Antiperiſtaſis quæ ſit, Parad. 96.c.4.K
Antipodes. De Antipodibus, Exodi tomo 2. 158.c.3.H
Antipodes non ſunt infra terram,ſed ſupra, ſicut nos &c.Deuter. 36.c.4.F
Antropos. Interpretatur abſciſio, ſecundum quoſdam, ſed melius interpretatur conuerſio, quia, ſcilicet, res conuertitur ad ſuum principium,&c.4 Reg. 169.c.1.A
Anulus. Anuli inuētor fuit prometheus, Geneſ. 356.c.3.G
Anus. De anis & muribus aureis, oblatis Deo Iſrael a Philiſthinis,Reg.6.quid factum fuerit,1.Reg to.1. 69.c.3.H
Aod. Vide Aioth.
Apex. Qui dicātur apices apud Hebræos, 1.Reg. tom.1. 6.c.4.I
Apex non eſt litera, ſed pūctus poſitus ſupra literam, qui dat literis aliquid ſignificare,& in modo ſcribēdi Latino vtimur iſtis pūctis,ſiue apicibus, propter abbreuiationem ſcripturæ. Et fiūt diuerſimode ex diuerſis conſuetudinibus,nec eſt aliquis certus modus in illis.Inter Hebræos vero ſunt quinq; apices, ideſt,quinque puncta,quæ habent locum quinque vocaliū, quia nulla litera apud Hebræos habet determinatum ſonum,& vim vocalis, ſicut apud Latinos literæ vocales diſtinctę ſunt a cæteris in ſono, poteſtate,& figura,&c.Matt.to.2. 74.c.3.H
Aphæc ciuitatis murus quomodo ceciderit, 3. Regū 187 c4.K
Apis. Taurus, Deus magnus ægyptiorum, ſemel in anno apparebat, & eadem die mactabatur, Exo.tomo 1.42.c 3. G & 53. c.2. A & 54.c.2.C
Index Alphonſi Toſtati.
&73.col.4.F
Ad Apim conſulendum iuit Cæſar Germanicus, eique magnum panem porrexit, cuius manum aduerſatus,infauſtum omen oſtendit. Nan in anno ſequenti occiſus eſt,&c. Exo.to.1. 73.c.4.G
De Api tauro, quid Plinius, Iſidorus, Auguſtinus, & Solinus dicant, Exo.to.1. 10.c.1.C
De Api Deo Aegyptiorum, Exo. tom.2.116.col.2. A
3.Regum. 112.c.4.H
Apis quomodo in Aegypto factus ſit Deus,Exod.tomo1. 1.c.2.D
Apocalypſis. Tot habet ſacramēta quot verba,immo tot ſacramenta quot literas,immo pro merito voluminis omnis laus inferior eſt,Gen. 1.c.2
Nulla ſcriptura ſacra Apocalypſi eſt difficilior intellectu,nec aliquomodo intelligi poſſet, niſi ponerentur in textu quædam particulæ declaratiuæ, & quędam pars eius vſque hodie quibuſdam ignota permanet.Gen. 13.c 3.G
Apocalypſis eſt octauus, & vltimus liber noui teſtamenti, & interpretatur reuelatio. Et dicitur,apos, quod eſt,re,& calypſin,quod eſt velare, quaſi reuelare,quia omnia illa, quæ in iſto libro continentur, reuelata fuerunt dominica die, cum eſſet Ioannes relegatus in inſula Pathmos ex mandato Domitiani Imperatoris.Gen. 30.c.2. A
Apocalypſis claudit plura myſteria, quam quilibet alius liber ſacræ ſcripturæ, immo nullus eſt liber in tota ſacra ſcriptura, qui ſub tam parua quantitate tot claudat myſteria. Nam in verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ,quia ſunt in apocalypſi, qūæ varias expoſitiones recipiunt.Gen. 30.c.2.A
In libro Apocalyp. ſcribuntur notabiliora facta Eccleſiæ,quæ acciderunt a morte Saluatoris vſq; nunc, & quæ accident vſque ad finem ſæculi, ſed ita obſcura ſunt, vt vix quippiā intelligere poſſimus, potiſſimè quia nondum eueniſſe creduntur,Num.to. 2.25.c.4.K Ioſ.to.1. 202.c.3.I
De auctore Apocalypſis fuit dubitatū apud antiquos. Nam quidam dixerunt non eſſe beati Ioannis Apoſtoli,ſed cuiuſdā Ioannis presbyteri, viri ſancti. Sed iam tota Eccleſia tenet illius auctorem eſſe Ioann. Euangeliſtam. De hoc Hieronymus in libro de viris Illuſtri. Et in libro Eccleſiaſticæ hiſtoriæ habetur,quem inchoauit Ruffinus,quidam Græcus, & compleuit Hieronymus,Matth.to.1. 3.c.4.H
Apocalypſis eſt liber minus neceſſarius ĩter libros noui teſtamenti, quia in Apocalypſi nō eſt aliquid de fide,neque de præceptis viuendi,ſed ſolæ reuelationes de ſtatu Eccleſiæ,Matth.to.1. 29.c.3.G
Solus liber Apocalypſis eſt liber prophetalis inter libros noui teſtamenti, quia ibi ponuntur reuelationes factæ beato Ioanni de ſtatu vniuerſalis Eccleſiæ a principio ſui vſque ad finē ſęculi, quantum ad aliquas res præcipuas, quæ in ea vſque ad nunc acciderunt,& accidere debent, Matt.to.1. 3.c.4.H
Apocrypharius. Idem eſt,q; ſecretarius, vt patet in c.ſignificaſti extra de elect.& ibi in glo.Gen. 35.c.4.H
Apocryphum. Dr̄ ab Apos, quod eſt retro, & criſis,quod eſt ſecretū iudicium,vel aurum. Et inde dr̄ Chryſoſtomus,ideſt os aureum. Et inde venit dies criticus medicorum, id eſt,iudicialis,in quo planetæ faciunt cryſim, id eſt, iudicium de infirmitate,Gen. 35.c.4.H
De libris apocryphis,1.Reg.to.1.15.c.2. B & 1. Parali. 14.c.1.B
Scriptura dicitur apocrypha dupliciter, vno modo, quia dubitaī de veritate eius: Alio modo quia dubitatur

bitatur de auctore.1.Paral.14.c.1.A Parad. 1.c.4.H
Apocrypha aliquando dicuntur agiographa, vt patet in prologo Hieronymi super Tobiam, & in prologo super Iudith,1. Paralip. 14.c.2.A
Apocryphorum non est sufficiens auctoritas ad arguendum ex eis contra aliquem, nec ad probandū ea,quæ in dubium venerint,& istud habent minus quàm libri canonici,& authentici,1.Paral.14.c.2.B
Illa apocrypha,quæ non ponuntur in Biblia,neque leguntur,sunt pure apocrypha, illa vero,quæ leguntur ab Ecclesia licet sint apocrypha vocātur etiam agiographa, quod ītерpretatur scriptura sancta, ab agios,quod est sanctum,& graphos scriptura. Est ēt alia differentia, quia apocrypha,quæ non recipit Ecclesia,nullo modo habentur apud Hebrēos siue inter libros canonicos, siue inter alios, sicut est liber quartus Esdrę,& liber pastoris,&c. Apocrypha vero, quæ recipit Ecclesia, & legit, habentur apud Hebræos licet non inter canonicas scripturas, vt sunt liber Tobiæ,Iudith,similiter & liber Sapiētiæ, quem vt Doctores nostri dicunt,Hebræi post mortem Christi de numero librorum suorum abstulerunt, eo ꝙ in eo multa reperiuntur manifesta testimonia de morte Christi contra Hebræos. Liber Iesus Sirac,etiam factus est a quodam Hebræo, vt patet in prologo eiusdem libri,qui factus est ab auctore libri,& ex 50. capite eius, cū dicitur, doctrinam sapiētiæ, & disciplinam scripsit in codice isto Iesus filius Sirac,Ierosolymita,qui reuocauit sapientiam de corde suo,& sic apud Hebræos liber iste habitus est,nunc autem non inuenitur,1. Paralip. 14.c.2.B
Nullus librorum apocryphorum, quos recipit Ecclesia, & legit, est tantæ auctoritatis, vt ex eo Ecclesia arguat ad probandum aliquam veritatem, & quantum ad hoc non recipit eos. Et sic intelligitur illud, quod dicit Hieronymus in prologo super Paralip. s.apocrypha nescit Ecclesia,1.Paralip. 14.c.3.F
Libri dicuntur apocryphi dupliciter,vno modo,quia non constat de eorum auctoribus, an s. Spiritu sancto dictante scripserint. Nec etiam constat an vera sint omnia,quæ in eis scripta sunt, nō est tamen in eis aliquid manifeste falsum, vel valde suspectum de falsitate, & huiusmodi libros Ecclesia nō ponit in canone, sed extra canonem, vt est liber Sapientiæ, Ecclesiasticus, Iudith, Tobias, & liber Machab. (Vide Concil. Trid sess.4.c.1.) Alio modo dicūtur apocryphi illi, de quorum auctoribus non constat, an a Deo sint inspirati, & insuper multa, quæ in illis habentur, vel sunt manifeste falsa, vel de errore valde suspecta, & istos esse valde suspectos de falsitate Ecclesia annunciat legentibus, vt caueant, qñ legerint, cuiusmodi sunt liber de laudibus Teclæ, & Pauli,& liber de Leone baptizato,& liber pastoris,&c.Mat.tom.1. 2.c.4 G.& 3 c.4.G.&c.
Apocryphus liber, proprię accipiendo, vocatur ille solum, de quo putatur ab aliquibus, ꝙ auctor illius scripserit illum dictante Spiritu sancto. Et tamen hoc non constat. Et insuper in illo libro reperiuntur aliqua de falso suspecta Et talis dicitur apocryphus secundo modo respectu librorum sacræ scripturæ, vnde libri facti a Doctoribus siue falsi sint,siue veri,siue dubii, nō vocantur proprię apocryphi, quia liber apocryphus proprie dicitur, prout opponitur certitudini sacræ scripturæ, vt liber de laudibus Teclæ,& Pauli, & liber pastoris, Matth.tom.1. 3.c.1.A

Apollo. Apud veteres, habebatur Deus diuinationis,& potissime hoc,in templo Delphico,Genes. 163.c.3.H

Apollo floruit tempore Othonielis iudicis Israel,qui post Iosue aliquo tempore iudicauit, vt patet Iudi. 12.cap.Exod.tom.2 30.c.2.E
Apollinis Delphici templum fabricatum est temporibus Moysi a filijs Cecropis,Iudi. 24.c.2.A
Apollo respōdebat ad quęsita per puellam virginem. Et nullus fuit inter Deos gentium, qui famosius responderet,quàm Apollo,1 Reg to.2. 161.c.2.A
Apollinis sacerdos, quæ erat virgo quædam in templo Apollinis Delphici, introibat in speluncam Apollinis,& dormiebat super folia lauri,quæ habentur solum in templo illo, & vocantur tripodes, & sic concipiebat spiritum diuinandi, 1.Reg. tom.2, 162.c. 3.F
Apollo Delphicus cessauit respondere pauco tempore ante Christi natiuitatem,4 Reg. 4 c.1. E
De modo dandi oracula ab Apolline,2.Paralip. 238. col 3.K
Apollo a multis gentibus credebatur princeps Deorum.Mat to n.4 17.c.4.G

Apollonius. Quatuor Apollonios legimus viros sapientes, præter Apolloniū, qui fuit rex Tyri,duos Gentiles, de quibus Plinius, quorum alter Troianus fuit, quem secutus est Plinius in tractando de animalibus, alter Tarentinus, quem etiam sequutus est Plinius in tractando de herbis,& arboribus: Alij duo fuere Christiani sub Imperatoribus Commodo,& Seuero, anno a natiuitate Christi centesimo octuagesimo quinto, de quibus Hieronymus in lib. de viris illustri. Genes. 5.c.2.C

Apostolus. Vnius Apostoli auctoritas, maior est, quàm auctoritas totius mundi in vnam concordantis sententiam,Genes.37.c.4.H
Apostoli præferuntur Prophetis in maioritate gratię gratis datæ,ibid.I
Apostoli non pertransierunt æquinoctialem, vt constat ex historijs, ex quibus sumit auctor argumentum, quòd non sit habitatio hominum vltra æquinoctialem,ibid. 6 c.3.I
Apostoli tenebantur comedere aliquos cibos, quos nos non tenemur comedere,ibid. 118.c.4.F
Apostoli dicuntur oculi Christi,& dentes, ibid. 407. col.4 H
Apostoli fuerūt sapientiores Salomone,ibi. 16.c.2.D
In Apostolis multi erant defectus ante aduentum Spiritus sancti,qui referuntur,Num tom 2. 110.c.3.F
Apostoli elegerunt Matthiam per sortes, ex eorum imperfectione,& paucitate fidei,Ios.to.1.154 c.1.C
Nullus Apostolorum, cum prædicaret, dixit obligatos esse fideles ad aliquid, ad quod Christus eos nō obligauerat,1.Reg.tom.1 124.c.3.G
Apostolorum sapientia,large loquendo,fuit maxime in diuersitate linguarum, quam acceperunt in aduentu Spiritus sancti,3 Reg. 52.c.1.D
Apostolorum sapientia magis erat per modum Prophetiæ,quàm per modum habitus,ibid.c.2.B
Apostoli nihil studebant ad prædicandum, & ad respondendum,quòd si studerent,peccarent mortaliter,cum Christus iusserit,quod non essent solliciti de hoc,Matt.10.& Marci 13.& Lucę 11. vbi dicitur: Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini,4.Reg. 40.c.2.A
Apostoli nunq̃ debebant consulere Dñm sup aliquo, sed priusq̃ ipsi cōsulerent,Deus rñdebat,& hoc nō solum accidebat eis,sed ēt positum erat eis tanquā præceptum,ne s.cogitarent quid deberent respondere, aut prædicare, quia Spiritus sanctus erat locuturus per eos,quandocunque opus esset responsione.Si ergo ipsi vellent studere ad respōdendum, peccarent mortaliter propter duo. Primo, quia agerent

agerent contra præceptum. Secundo ex diffidentia.4.Reg. 41.c.2.A
Apoſtoli multum exceſſerunt Prophetas Vete. Teſtamen.in faciendis miraculis.4.Reg. 43.c.2.D
Apoſtoli, & multi Sancti Noui Teſtamenti ſuſcitauerunt multos Gentiles damnatos quorum animæ, vt videtur, reuocatæ ſunt ab inferno, & ſaluæ factæ ſunt.4.Reg. 46.c.2.C
Apoſtoli fuerunt maiores Prophetis in multis. Primo in modo Prophetiæ, ſecundo ex parte rerum reuelatarum,tertio ex parte miraculorum, quarto quia loquebantur omnibus linguis,&c.Matt.to.1. 5.c.4.G
Apoſtoli poſt mortem Chriſti manſerunt in Iudæa aliquanto tempore, & ibi prædicabant. Et poſtea diuiſerunt ſibi prouincias per ſortem ad prædicandum per vniuerſum mundum.Matt.tom.1.17.c.4. H.& 27.c.4.K
Actus præcipuus Apoſtolorum erat docere in fide, quia erāt tanquàm capita omnium miniſtrorum. Mat.tom.1. 19.c.3.H
Non repugnat aliquem eſſe Apoſtolum, & Euangeliſtam.Mat.tom.1. 19.c.2.E
Quòd Apoſtoli omnia reliquerint, dupliciter intelligitur. Similiter & quomodo ſit bonum omnia relinquere.Mat.tom.5. 159.c.1.C
Non ſolum Apoſtoli ſedebunt ad iudicandum in die iudicij,ſed multi alij.Mat.tom.5. 161.c.4.K
Apoſtoli poſt Chriſti reſurrectionem, & aduentum Spiritus ſancti cęperūt eſſe principes Eccleſiarum, & multi alij poſt eos.Mat.tom.5. 201.c.1.A
De modo inquirendi hoſpitium ab Apoſtolis obſeruato.Mat.tom.6. 182.c.1.A
Contra aliqua Apoſtolorum dicta poteſt Papa diſpenſare,licet non contra omnia.Mat.tom.1. 24.c.3.F
Quòd Apoſtoli vocati a Chriſto obedirent ei, relictis omnibus,Mat.4.vnde proueniret,referuntur multi modi dicendi,Mat.tom.1.263.c.4.F. Et tenebantur obedire, quia cognoſcebant illum eſſe Meſſiā, Ioan.1. Et viderant eum facere miracula, Matth. tom.1 264.c.3.H
Quòd Dominus elegerit in Apoſtolos vtroſque fratres,ſ.Petrum,& Andream,Iacobum,& Ioannem, multæ aſſignantur rationes.Mat.tom.1.265.c.1.A
Apoſtolorū vocatio a Chriſto multū vrgebat ad prōpte obediendū,propter multa,Mat.to.1.266.c.4.K
Apoſtoli ante aduentū Spiritus ſancti nondū erāt baptizati baptiſmo Spiritus ſancti, licet eſſent baptizati baptiſmo Chriſti,illū tñ baptiſmū Chriſtus nolebat vocari baptiſmū in Spiritu ſancto, ꝙ nō dabatur Spiritus sāctus ad copiā, bene tū poſt mortē eius,ante ꝙ baptiſmus eius dicebatur baptiſmus in aqua,& nō in Spiritu ſancto,Mat.tom.1.163.c.3.K
In baptiſmo collato ab Apoſtolis, dabatur Spiritus sāctus in ſigno viſibili,ſimiliter ad impoſitionem manus eorum,& non in baptiſmo,quem alij conferebant,cuius aſſignatur ratio.Mat.tom.1. 164.c.2.E
Omnes Apoſtoli fuerunt baptizati baptiſmo Chriſti,Mat.tom.1.182.c.2.C. Licet oppoſitum teneatur ab aliquibus, ſ. quòd Apoſtoli non fuerint baptizati,ibid. 181.c.1.B
Apoſtolis ſuccedūt prælati, vnde & eorum vitam debent imitari, quæ debet eſſe excellens in quatuor. Primo, vt ſit diſcreti in agendis, ſecundo ſufficientes in ſcripturis intelligendis, tertio conſtantes in reprimēdis oppreſſoribus ouiū ſuarū, quarto idonei in pſtādis exēplis bonæ vitæ,Mat.to.2.72.c.1.A
Illud Apoſtolorū decretū Actu.15. Viſum eſt Spiritui ſancto,& nobis,&c.abſtinere ab immolatis,&c.aliqui dicūt fuiſſe permiſſionē. Sed tenēdū eſt, ꝙ fuerit pręceptum,& ad paucum tempus datum.Nam tēpore Pauli erat iam reuocatū ab Apoſtolis, licet non habeatur ſcriptum,Mat.tom.2. 77.c.2.B
Apoſtoli Chriſto viuēte ꝓdicabāt,Mat.to.3.152.c.4.G
Apoſtolorum nomina ſcribuntur ſecundum ordinē vocationis,vel aduentus eorum ad Chriſtū, & Matthæus fuit vocatus ſeptimo loco inter Apoſtolos, Marci 3. & Lucæ 6. Licet ipſe ſe ponat in octauo, Mat.10.Mat.to.3 190.c.1.B
In Apoſtolorum vocatione ſolum fit mentio Petri, Andræ,Iacobi,Ioannis,& Matthæi,& nō aliorum, cuius aſſignantur rationes,ibid.C
Apoſtoli non diuerſis diebus, ſed vnica die facti ſunt Apoſtoli,ibid.c.2.A
Apoſtoli, quare electi ſint in numero duodenario, ibid.226.c.1.B. Et licet cauſa huius numeri in Apoſtolis non appareat determinate, tres tamen cauſæ aſſignantur apparentes,ibid.c.3.H
Apoſtolicus gradus excelſior eſt inter omnes gradus ſpirituales,ibid. 190.c.3.H
Apoſtoli poſt Chriſti aſcenſionem fecerunt magna ieiunia,ibid. 196.c.4.H
Tres tātum Apoſtolos, ſcilicet, Petrum,Iacobum,& Ioānem ſolitus erat Chriſtus accipere, qñ faciebat aliquid,quod nolebat ēe publicū,vt patet Marci 5. & Lucę 8. in ſuſcitatione puellę,& in trāsfiguratione,Mat.17.& Marci 9.& Lucę 9. Et in horto,inſtāte morte,Mat.26.& Marci 14.& hoc faciebat Chriſtus multis de cauſis,ibid. 210.c.1.D
Quomodo Apoſtoli venerūt,tempore meſſis,ad colendas gentes,ibid. 221.c.3.K
Paulus & Barnabas quare dicātur Apoſtoli vltra duodecim. Et dicēdū,ꝙ iſti duo ad aliud genus Apoſtolatus pertinēt, vt probatur ex triplici differentia inter eos,& alios duodecim,ibid. 227.c.1.A
Quare hoc nomen Apoſtolus, quod eſt nomen honoris, Chriſtus dedit quibuſdam diſcipulorū ſuorum,ibid. 225.c.4.K
Loco Apoſtolorum, & diſcipulorum Chriſti ſucceſſerunt apud nos ordo Epiſcoporum, & presbyterorum,ibid. 227.c.2.B
Apoſtolorum nomina ſcripſit Mat.10.cap.Et ſimiliter alij Euangeliſtæ, primo propter honorē,ſecundo ad tollendum errorem,&c.ibid.D
Ordo nominum Apoſtolorum ponitur a Matt. cap. 10. Sed non ideo ponitur, quia talem ordinē Chriſtus voluerit eſſe inter eos, nec propter ordinē meriti eorum, nec ſecundum ordinem temporis in Apoſtolatu,ibid.c.3.K. Sed dicendum,quòd talis ordo fuit iuxta ordinem temporis in diſcipulatu. Et ita ſecundum iura humana, & hominum conſuetudinem inter æquales, qui prior eſt tempore potior eſt iure, &c. ibid. H. Et concordatur circa hunc ordinem, Matt.10.cap.cum Marco 3.& Luca 6.ibid.
Apoſtolorum præcipui fuerunt Petrus, Iacobus, & Ioannes,ibid. 230.c.4.G
De ſingulis Apoſtolis, & nominibus eorum, & cæt. ibid.228.c.3.G.vſque ad 233.c.2.E
Apoſtoli miſſi ad prædicandum regnum cœlorum, Matt.10.cap. Non ſolum prædicabant vitam æternam appropinquare, ſed etiam illa, per quæ aſſequenda foret, ſed Chriſtus dixit ſolum, quòd prædicarēt appropinquare regnum cęlorum, propter multa,ibid. 236.c.3.F
Apoſtoli nunquàm prędicauerunt aliquid,quod pertineret ad legem Moyſi,ſicut neque Chriſtus,quāuis illam obſeruauerit,ibid.c.4.H
Apoſtolis miſſis ad prædicāduni neceſſaria erant miracula duplici de cauſa,ibid. 237.c.1.E

Index in omnia Opera

Apoſtolis dedit Chriſtus poteſtatem limitatam ſupra dæmones, ſ. ad eijciendos eos ſolum, non enim poterant quidquid vellẽt ſupra dæmones, vt ſ. claudere omnes eos in abyſſum, vel tollere eis poteſtatẽ tentandi homines, immo nec tentandi ipſoſmet Apoſtolos, Mat. tom. 3 238.c.1.C

Apoſtoli aliquando inordinate glóriabãtur, & iraſcebantur, viuente Chriſto, ibid. 237.c.4.H

Chriſtus conceſſit poteſtatem Apoſtolis iuuandi homines, & non nocendi, ibid. k

Apoſtoli poſt Chriſti aſcenſionem habuerunt poteſtatem faciendi, quæ vellent, ibid. 238.c.1.A

Apoſtoli ſemper tentabantur a dæmonibus, ibid. E

Apoſtoli miſſi ad prædicandum, Mat. 10. cap. inuenie bant hoſpitium per miraculum, ibid. 241.c.3.G

Apoſtoli debebant prædicare publice, & non occulte, ibid. 242.c.1.A

Apoſtolos in multis oportebat eſſe prudentes, ibid. 248.c.2.B

Et oportebat eos habere prudentiam ſerpentis ſimul cum ſimplicitate columbæ, vt per prudentiam deuitarent inſidias, & per ſimplicitatem non facerent malum, ibid. 249.c.1.C

Apoſtolis denũciauit Chriſtus mala, quæ paſſuri erãt, propter multa, ibid. 247.c.3.F

Apoſtolis conceſſum eſt hoc priuilegium, quòd poſſent reſpondere abſque prę uia cogitatione, & hoc propter multa, ibid. 249.c.2.E

Ea, quæ prædicabant Apoſtoli, habuerunt partim per doctrinam, & partim per infuſionem habitualem, & partim per actualem illuſtrationem, nobis tamẽ in prædicatione non aſſiſtit ſic Deus, ita vt reuelet nobis id, quod debemus prædicare, & ſic fuit in diſcipulis Apoſtolorum, quia per lectionem ſacræ ſcripturæ prædicabant, diſcipuli tamẽ domini, quæ prædicabant, habuerunt per reuelationem, vt probatur ibid. 250.c.1.B

In Apoſtolis diſtinguebantur tria tempora, vnum, qñ conuerſabantur cum infidelibus; aliud, quando p̃dicabant, & reſpõdebant de dubijs circa fidem, tertium qñ ducebantur ante præſides ad confeſſionẽ nominis Chriſti. De primo tenebãtur cogitare ſollicite, quomodo prudenter conuerſarentur. De ſecundo tenebantur cogitare qualiter reſponderent, ſed leuiter. De tertio non debebant quidquam cogitare, ibid. 251.c.1.A

Apoſtolorum fuga de vna ciuitate in aliam, Mat. 10. cap. Fuit conceſſa illis pro tempore, quo prædicabant inter Iudæos, vt probatur ibid. 252.c.3.F

Multa docuit Chriſtus Apoſtolos in ſecreto, vt patet Marci 4. ibid. 254.c.4.k

Apoſtolis competunt ſpecialiter tria nomina, quę ponuntur Matt. 10. cap. ſ. Propheta, iuſtus, diſcipulus, immo erant pluſquàm Prophetæ. ibid. 267.c.2.E

Apoſtoli excelluerũt in multis Ioannem Baptiſtam, ibid. 280.c.2.C

Quare duodecim Apoſtolis Chriſtus dederit reliquas, vel fragmenta ex quinque panibus, & non turbis, Matt. tom. 4 101.c.2.C

Apoſtoli fuerunt excellentiores omnibus Iudæis, etiã iuſtis, & probatur per illud Matt. 13. Multi Prophetæ, & iuſti cupierunt videre, quæ vos videtis, & cęt. ibid. 55.c.3.F

Apoſtoli, quando ſine Chriſto ibant, non poterant portare ſaculum, neque peram, ſed, cum Chriſto, portabant, ibid. 100.c.4.k

Conſuetudo erat Apoſtolis, & Chriſti diſcipulis portare ſecũ panes in via, qñ ſ. ibãt cũ Chriſto, q faciebat, vt panes portarẽt, qñ ibãt cũ illo, ſecus tn, quando ipſi ibant ad prędicandum, ibid. 156.c.4.k

Quidquid Apoſtoli Chriſti crediderũt de Chriſto ante reſurrectionem, totum fuit debiliter creditum, & ideo faciliter mouebantur ab eo, quod crediderant, ibid. 167.c.3.G

Omnes Apoſtoli, & diſcipuli Chriſti perdiderunt fidem in paſſione, quo ad aliquid, ibid. 169.c.4.k

Ab Apoſtolis, & ſucceſſoribus eorum facta eſt diſtinctio iuriſdictionum, dictante Spiritu ſancto, vt Eccleſia ordinatius, & melius regeretur, ne confuſio eſſet, ibid. 185.c.3.F

Circa Apoſtolorũ cõtentionẽ de maioritate inter illos, Matt. 18. Oẽs tres Euãgeliſtę cõcordãt quantũ ad rẽ narratã, i. quantũ ad redargutionẽ factã diſcipulis a Chriſto, ſed ſuper modo cõtendendi, q fuerat inter eos, variant, qa modus introducendi non eſt, ſecundũ eos, de ſubſtãtia rei, quã intẽdũt narrare, ſed veritas rei geſtę, tã quantũ ad rẽ narratam, q̃ etiam quantum ad modum narrandi, eſt illa quam Marcus expreſſit 9. cap. Mat. tom. 5 3.c.4.G

Apoſtoli ordinati ſunt ſacerdotes in vltima cœna, Mat. 26. & Luc. 22. ibid. 58.c.1.B

Apoſtoli habebant vxores, ibid. 136.c.4.k

Chriſtus, quare induxerit Apoſtolos abſtinere ſimpliciter a venereis, ibid. 137.c.1.D

Apoſtoli erunt iudices in die iudicij propterea, quia in mẽtibus eorum continetur omne illud, ex quo homines iudicantur, ibid. 161.c.2.B

Apoſtoli iudicaturi ſunt totũ orbem multis modis, quia tamen, ſpeciali modo iudicaturi ſunt iudicio comparationis, ideo dicitur Mat. 12. cap. Iudicãtes duodecim tribus Iſrael, ibid. 163.c.4.H

Et quamuis ipſi nõ eſſent ex duodecim tribubus, ſed ex vna tantum, poſſent iudicare duodecim tribus iudicio comparationis, propter duo, ibid. 164.c.3.F

Duodecim ſedes Apoſtolorum erũt cõfectæ ex aere in loco honorabili iuxta Chriſtum, ibid. 163.c.3.I

Multi Apoſtolorum erant ex eadem tribu, immo videtur, quòd omnes eſſent de eadem tribu, quia omnes erant de eadem regione, ſcilicet, de Galilæa, Actu. 2. Nonne omnes hi qui loquuntur Galilæi ſunt, ibid. c.4.K. & 200.c.1.D

Apoſtoli iudicaturi duodecim tribus Iſrael iudicabũt etiã tribũ Leui iudicio cõparationis, immo potius, q̃ cęteras tribus, ẽt ſi Leuitę nõ includantur in duodecim tribubus, quarũ noĩa ponũtur, Num. 1. 2. & 26. Et tñ noĩando duodecim tribus Iſrael intelligimus omnes perſonas de Iſrael, ibid. 164.c.4.F

Solis Apoſtolis promiſit Chriſtus iudiciariam poteſtatem, Matt. 19. cap. Non quidem negando illam alijs, ſed quia tũc non erat cauſa promittendi alijs, quando Chriſtus promittebat hoc, ideo de ſolis Apoſtolis fecit mentionem, ibid. 165.c.4.I

Apoſtolus non eſt nomen miſſionis, vel actus, ſed potius eſt nomen dignitatis, Mat. to. 6 245.c.3.I

Omnes Chriſti Apoſtoli erant Iudæi, ibid. 259.c.2.E

Tres Apoſtolos occiderunt Iudæi, ſcilicet, Iacobum Zebedęi, Iacobum Alphęi, & Simonem Chananæum, ibid. 274.c.4.F

Omnes fere Apoſtoli experti ſunt nuptias, nec tamen propterea non ſunt maiores in vita æterna multis virginibus, Mat. tom. 7 24.c.4.H

Apoſtolorum concilia quidam dixerunt fuiſſe quatuor, & quidam vnicum tantum, ſed quòd habuit quatuor ſeſſiones, in Defenſ. 40.c.3.F

Quòd Apoſtoli receſſerint ab inuicem certo die mẽſis Iulij ad prædicandum, habetur in Calendarijs, quod tamen eſt rationabiliter dubiũ, ibid. 48.c.1.D

Quinque Apoſtoli fuerũt de Bethſaida, ſ. Petrus, Andreas, Ioannes, Iacobus, & Philippus, Matt. tom. 3. 285.c.2.E

Apoſtolorum electio quomodo fiebat. Matt. tom.6. 245.c.1.A
Ad apoſtolatum elegit dominus viros ſimplices, & idiotas, primo ad vitandum calumniam, quòd ſcilicet per fauorem vel potentiam, introducta eſſet lex eius, vel per peritiam mundi. Matthæ. tomo 1. 265.c.2. A
Secundo propter ipſos miniſtros prædicationis, ne ſuperbire poſſent, quòd propter ipſos, ſi eſſent potentes vel ſapientes, introducta eſſet lex Chriſti. Matt. tom.1. 265.c.2.E
Apoſtolatus nomen impoſitum eſt illis duodecim diſcipulis Chriſti propter officiū; quia apoſtolus eſt nomen Græcum, quod Latinè dicitur miſſus. Io.3. Nec apoſtolus eſt maior eo, qui miſit illum. Matt. tom.3. 225.c.4.K
Et hoc nomen apoſtolus poſuit Chriſtus duodecim diſcipulis ſuis, triplici ratione. ibidem.
Apoſtolus eſt nomen honoris, ſicut eſſe ambaſciatorem principis, quia apoſtolus ſignificat nuncium, ambaſciatorem, vel miſſum. Et eſt prima dignitas in eccleſia, vt patet 1. Corin. 12. & ad Ephe. 4. Matt. tom.3. 225.c.4.K
Ad aliud genus apoſtolatus pertinent Paulus, & Barnabas, quam alij duodecim, quod probatur ex triplici differentia, quæ reperitur inter iſtos, & alios duodecim. Matt. to.3. 227.c.1. A
Apoſtolatus eſt maximus gradus īter humanos. Mat. tom.3. 280.c.2.E
Inter omnes dignitates & ſtatus eccleſiæ, maior eſt dignitas apoſtolatus. Matt.to.6. 245.c.4.G
Apoſtrophare. Apoſtrophat autor in pharaonem. Exo.to.1. 65.c.4.G
Apoſtrophat autor contra ægyptios, & reges eorum propter afflictionem populi Iudæi. Gen. 394.c.2.C
Apoſtrophat autor contra ægyptios de ingratitudine in Ioſeph. Exo.to.1. 4.c.2.D
Apoſtrophat autor in amorem Sichen filij Emor circa Dinam. Gen. 339.c.2.B
Apoſtrophat autor contra ſeculi amatores, qui omnia operātur ob laudem & famoſam memoriam. Exo.to.1. 4.c.3.F
Apoſtrophat autor contra Iudæos petētes Deos. Exo. 32. Exo.tom.2 114.c.4.K
Apoſtrophat autor in calamitatem Sanſonis. Iudicū 164.c.2.E
Apotheca. Idem eſt, quod repoſitio, ab apos, qđ eſt re, & theſis, poſitio. 1. Paralipo. 317.c.4.H
Apparere. Apparitio. Apparitio in nube aliquādo fiebat ad occultādum aliquid ſpecialiter, quod latebat in nube, aliquando ad ſignificandum ſolum ſtatum illorum, quibus fiebat apparitio. 3. Reg. 73.c.3.H
Apparere poteſt Deus multipliciter. 3. Reg. 81.c.3. H 2. Paralip. 109.c.1.C
Non apparere & nō eſſe pro eodem reputat ius, vt patet per illam legem vulgatam, ſ. Rutilia Pola. Defenſ. 4.c.2.E
Minus erat appellare a Moyſe in lege vetere, quam nunc a Papa, quia minus poterat errare. Exod.to.1. 152.c.1. H
Ius appellandi introductum eſt, ne partes iniuſte grauentur a iudice. Nu.to.1. 135.c.1.G
Appetere. Quæ propter ſe appetuntur & quæruntur in infinitum appetuntur, & quæruntur. 1. Politic. Matt.to.3. 111.c.3.K
Appetibile. Stat, vt quod per ſe eſt appetibile, adiuncto ſibi aliquo, fiat non appetibile. Matt.to.2. 53.c.2.E
Motus appetitus poteſt eſſe dupliciter cum ratione vno modo cum ratione imperante, & iſte dicitur appetitus rationalis, alio modo cū rōne denuncian te aliquid eſſe factum, licet non plene determinante, & ſic ira eſt cum ratione, nam ſi eſſet cum ratione definiente, & ſequeretur eam per omnia, tunc ira eſſet motus voluntatis. Mat.to.2. 102.c.2.B
Appetitus magis naturales ſunt minus turpes, etiam ſi aliqñ ſint contra rationem. Matt.to.2. 114.c.2.E
Circa appetitum boni ardui duplex virtus ponitur. Matth.to.5. 6.c.1.B
Appetitus naturalis non eſt, niſi ad illa, ad quæ res eſt in potentia naturali, i. habet reductiuum in natura, per quod reducatur de potentia ad actum. Matthę. tom.7. 227.c.3.I
Apprehendi. Deus dupliciter apprehenditur. Matth.to 7. 184 c.1.E
Aprilis. Tertia die Aprilis mortuus eſt Chriſtus, quod eſt contra opinionem ſanctorum. Matth.to 5. 242 c.4.H
Approbare. Ea, q̃ Deus approbat, fiunt licita: q̃uis alias eſſent illicita, & approbat pmittendo expreſſe in lege, vt patet de libello repudij, & de vſuris. Deut.14. Et talis ſic faciens nō peccabat, niſi alias Deus reprobaret, vt patet de cognato alicuius occiſi ab alio, cui Deus, vt ſpecialis legislator gentis Iudæorū, concedebat, vt poſſet occiſorē occidere, qui tñ peccabat, ſi ex odio illū occideret, quia prohibitū eſt. Leui. 19. odiū fratris, ergo alia lex ſolū intelligīt, in foro iudiciali vet. teſta. q.ſ. cognatus occiſi occidens occiſorē, nō ſit reus mortis: Et tñ ſi ex odio agit, reus eſt mortis æterne. Leu. 19. de libello repudij, & de vſuris, non ſic eſt, quia Deus id poſtea nō reprobauit, quare nec punibilia ſunt apud Iudæos, nec ēt erant peccata, quia Deus alias poneret laqueum Iudæis. Nu.to.2. 197.c.3.G
De approbatione librorum doctorū ab Eccleſia. Defenſor. 41.c.3.G
In approbatione aliquorum librorum, quinque facit Eccleſia. Defenſ. 43.c.3.F
Appropinquare Deo.
Deo non appropinquamus loco, ſed virtute & perfectione. Matth.to.4. 129.c.1.C
Aqua. Aquam eſſe principium rerū naturaliū, dixerūt quidam philoſophi, vt Thales. &c. de quo Augu. lib. 8. de Ciuit. ca. 2. & Ariſt. 1. Phiſ. eo q̃ ex aqua pōt quodlibet faciliter fieri. Gene. 4.c.4.F
Aquæ, de quibus Gen. 1. dr̃, congregentur aquæ, quæ ſub cęlo ſunt in locum vnū, ſunt aquæ elemētares. Et p̄ſupponīt iſtas aquas iā extitiſſe in ſecundo die, qñ dictum eſt, q̃ fuit factū firmamētū, vt diſtingueret aquas ab aquis. Cōiter tñ dr̃, q̃ aquæ & alia elementa fuerunt facta die 3. ſed primū magis placet auctori, q̃ prius productæ fuerunt, quam congregatæ. Gen. 6.c.2.B
Aqua ſolum poteſt aſcendere ad æquilibram, vt dicit Philoſoph. 2. Meteor. Gen. 289 c.3.F. Deu.40.c.3.G
Aquæ dñr viuentes, quia mouent̄, vt aquæ fontanę & fluuiales, aquæ aūt ſtagnorū non dñr viuentes, quia non mouent̄ de terra ebullientes, aut decurrentes, ſed ſtant. Gen. 12.c.3.F
Aquā colebāt ægyptij, quia valde vtilis eis erat, qa tota terra Aegypti, p maiore parte a Nilo irrigat. Gen. 57.c.2.E & 60.c.3.G Exo.to.1. 10.c.1. A & 158. c.1. E & 42.c.3. F
Aqua pauca erat in terra Chanaan, & in paucis locis. Gene. 75.c.1.E
Aqua nō poterat offerri in ſacrificium in veteri lege. 1. Paral. 128.c.4.H

Index in omnia Opera

Aquam vino mixtã obtuliſſe Dauid volunt Hiero. & Hiſtor. ſcholaſtica, quod improbat auctor. 1. Paral. 128. c. 4 K

Ex aqua dicuntur aues productæ. Similiter & piſces, iuxta illud Geneſ. 1. producant aquæ &c. quia magis participant de aqua, quàm alia animalia, non ſolum ſecundum virtutem, ſed etiã ſecundum quantitatem, conſiderata magnitudine corporum ipſorum ad corpora aliorum, quamquam abſolute magis habent de terra, ſecundum quantitatem, quàm de aqua. Geneſ. 134. c. 1. E

Ex aquę ſubtiliore parte productę ſunt aues, & piſces ex groſſiore. Geneſ. 135. c. 1. E

Aquarum conditio eſt, quòd' erumpant in loco depreſſo, quia nõ poteſt eleuari magis locus eruptionis, quàm ad æquilibram originis, ideſt, non poteſt eſſe altior locus, in quo aquæ naſcuntur, quando erumpunt, quam locus, in quo primo originantur, ex 2. Metheororum. Geneſ. 289. c. 3. F

In aqua præcipue eſt tota pecorum alimentatio. Geneſ. 302. c. 4. K

Aquarum viſio multum reficit, & ſanum eſt valde in mane ire ad aquas. Exo. tom. 1. 42. c. 3. F

Circa aquas illas, quas magi Pharaonis verterunt in ſanguinem, recitantur opiniones, & improbantur. Exo. tom. 1. 43. c. 2. B

Et tandem tenendum eſt, quòd dæmonum miniſterio fuerint aliunde delatæ, & ibi conuerſæ videntibus cunctis. ibidem.

Aqua & igni tollebatur impurum. Matt. tom. 7. 249. col. 1. B

Aqua minorem grauitatem habet, quam terra. Mat. tom 6. 147. c. 1. C

Ex decem pugillis aquæ efficitur vnus terræ. Matth. tom. 7. 122. c. 3. G

Omnis aqua, quæ potatur, habet mixtionem. Matth. tom. 7. 128. c. 2. E

Aqua per ignem purgabitur in die iudicij. Matth. tomo 7. 128. c. 3. F

Qui ſine aqua, & lumine Miſſam celebrat, grauiter peccat. Mat. tom. 7. 3. c. 3. F

Aqua matina, ſi ponatur in vaſis cereis, fit dulcis, quia cera totam ſalſuginem imbibit. Exo. to. 1. 44 c. 1. A

Aquam poſſe lauare ſordes cordis crediderunt antiqui. Nam Hercules credidit, quod aqua delerentur crimina, ſimiliter & Theſeus, quod Ouidius condemnat primo libro Faſtorum, Exodi tom. 1. 53. c. 2 B

Et idem videtur credere Pilatus. ſimiliter & Saraceni habent hunc errorem, & ideo in templis ſuis habent fontes. Deuter. 110. c. 4 K

Aqua calida reducit ſe ad frigiditatem per frigiditatem virtualem. Exo. tom. 2. 28. c. 4. F

Aqua luſtrationis erat aqua viua commixta cineribus vitulæ rufæ combuſtæ, de qua Num. 19. Leuit. 101 c. 2 A. Et fiebat pro qualibet immunditia per contactum. ibidem.

Aquas luſtrationis ſolus, qui mundus erat, poterat aſpergere ſuper immundum. Numeri 19. Leuitici. 126 c. 4 k

Aquæ luſtrationis aſperſio non fiebat ſuper quoslibet immundos, ſed ſolũ ſuper immundos ex contactu mortuorum, & rerum pertinẽtium ad illos, vt patet Num. 19 Leuit. 142. c. 3. H. Et ſuper immundos tactu morticinorum oſſium tenctoriorum, & ſepulchrorum. Deuter. 121. c. 3. F

Aquæ luſtrationis mundabant per aſperſionem, & non per confricationem. Leuit. 172. c. 1. B

De aqua luſtrationis, & qualiter fieret, Num. tom. 1. 89. c. 1. C

Qui aquis luſtrationis aſpergebat immundum, debebat eſſe mundus, & poſtquàm aſpergebat, fiebat immundus ipſe aſpergens. Num. tom. 1. 267. c. 2. D & 273. c. 2. D. Mat. tom. 7. 308. c. 1. A

Quòd aquis lùſtrationis deberet luſtrari immundus a cadauere hominis, ſcilicet, die tertia, & ſeptima, refertur ratio Rabbi Moyſi Franci, & Rabbi Aben Ezra, quę ab Auctore tanquàm vana, & ridicula improbantur. Num. tom. 1. 269. c. 4. H

Aquæ luſtrationis, quomodo differrent ab aquis viuentibus. Num. tom. 2. 163. c. 4. G

Deus dedit bis filijs Iſrael aquas de petra primo in Raphidim, & iſtæ durant adhuc exeuntes de petra, & propter hoc vallis illa Arabiæ facta eſt habitabilis, quæ alias erat inhabitabilis. Secundo in Cadesbarne, & iſtæ non exierunt, niſi quandiu fuit ibi populus. Num. tom. 2. 3. c. 4. k. Iudicum. 155. c. 1. A

Aqua vocatur nympha Egeria, & dicta eſt ſic a Numa Pompilio, eo quòd de ſecretis terræ viſceribus egeritur, ideſt, emittitur. 1. Reg. tom. 2. 160. c. 4. K. Defenſ. 49. c. 2. D

Aqua in Vete. Teſtam. non poterat pollui, etiam ſi in eam proijcerentur quæcunque ſecundum legem eſſent immunda. Leuit. 1 1. 4. Reg. 235. c. 1 D

Super aquas potuit Chriſtus ambulare tripliciter. Mat. tom. 4. 108. c. 2. A

In aquis facta ſunt tria miracula in Veteri Teſtamento, quæ referuntur. Mat. tom 4. 115. c. 2. D

Diſcipuli Chriſti videntes ipſum ſuper aquas ambulantem, non putauerunt illud eſſe miraculum. Mat. tom. 4. 200. c. 3. F

Aqua potata facit ſeminis fluxum, quia aqua eſt multum laxatiua, & debilitat, & reſoluit potentiam retentiuam ſeminis, & ſic facit ſemen effluere. Leuit. 144. c. 3. G. Paradoxis 10. c. 1. E

Aqua poterat libari Domino dupliciter: vno modo effundẽdo eam in terram coram Domino, & alio modo effundẽdo eam ſuper carnes ſacrificiorum. 2. Machab. 2. 1. Paralip. 129. c. 1. A

Aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, non ſunt veræ aquæ, ſed ſubſtantia cœleſtis, quæ quia eſt velut aqua gelida, dicitur aqua. Et vocatur cęlum cryſtallinum. 2. Paralip. 88. c. 2. D

Tenendo, quòd illa aqua, quæ fluxit ex latere Domini noſtri in Cruce, ſupernaturaliter fuerit cauſata a Deo, dicendum erit, quòd illud fecit Deus, vt præſtaret virtutem regeneratiuam ſacramentis, & precipue ſacramento baptiſmi. Parad. 29. c. 3. F

Nec aqua cõmiſcetur vino in calice propterea quia illa fluxerit ex latere Domini commixta ſanguini, ſed ad ſignificandum vnionem corporis Chriſti myſtici cum capite Chriſto, quia aqua populos ſignificat. Parad. 29. c. 4. G

Et aqua mixta vino, ideſt, in vinum conuerſa conſecratur. ibid. 30. c. 1. B

Aqua anguſtiæ, dicitur ſic, quia pauca erat, vt eſt illa quæ datur illis, qui ſunt in obſidione, & habent penuriam aquarum. 2. Paralip. 248. c. 4. I

Aqua benedicta. Aqua benedicitur ad hoc quòd illa loca, in quibus aſperſa fuerit, liberentur a peſte, & a dæmone, & ab omnibus aduerſitatibus, vt patet in orationibus, quas Eccleſia conſueuit dicere in benedictione aquæ benedictæ. 4. Reg. 19. c. 1. E

Aquæ benedictæ aſperſio ad quid fuerit ordinata. Mat. tom. 7. 256. c. 2. E

In aqua, quam benedicit Eccleſia, apponitur ſal ad imitationem Eliſæi. 4. Reg. 2. 4. Reg. 19. c. 1. E

Aqua benedicta dicitur effugare dæmones, & ſanare mentem, nõ quia poteſt in ſe habere aliquam virtutem

tutem ei a Deo collatam,per quam ſanet mentem & effuget dæmones.4.Reg. 19.c.2.E
Sed ſolum prodeſt ad hoc, quòd quando aſpergimus aquam benedictam deuote in domibus noſtris,vel ſuper nos, Deus effugat dæmones, & ſanat animã, & facit aliqua, quæ dicuntur in benedictionibus aquæ, & hoc ſolum propter deuotionem, & orationes Eccleſiæ benedicentis aquam, & propter deuotionem aſpergentium,& ſuſcipientium. ibid.
Per aquam benedictam nõ tollitur veniale,tanquàm ipſa habeat virtutem ad faciendum hoc,ſed ſolum ex deuotione Eccleſiæ,& accipientium.4 Regum. 19.c.4.I

Aquila. Intuitu Solis,experitur pullos ſuos,an ſint degeneres,vel non.Exo.to.2. 162.c.2.A
De Aquila,& eius proprietatibus.Leuit. 107.c.3.K
Aquilæ aſſimilatur Chriſtus in multis, primo in volatu.Parad. 71.c.2.E
Secundo in oculorum viuacitate.ibidem.
Aquila velocius volat, quàm alia quæcunque auis. Parad. 71.c.3.F
Aquila acutius videt, quàm cætera animalia. Paradox.ibidem.
Aquilæ quare comparetur Ioan. Euangeliſta. Paradox. 72.c.1.B
De Aquilæ renouatione.Parad. 129.c.3.F

Aquila. Qui poſt ſeptuaginta interpretes Vetus Teſtamentum tranſtulit, fuit Hebræus de inſula Helleſponto,& floruit anno a Chriſti natiuit.115.Mat.tom.1. 36.c.3.G

Aquilo. Præ nimia ſiccitate, & frigiditate vrere dicitur, A quo deſiccatum eſt profundum maris,in tranſitu maris rubri.Geneſ 43.c.4.G
Aquilo dicitur quaſi aquas ligans,quia eſt ventus valde frigidus.Exo.tom.2. 43.c.4.G

Ara. Et altare ſunt idem. Numeri tomo 2. 43. columna 2.B

Arabia. Eſt ab Oriente terræ promiſſionis, quæ Iudææ,& Syriæ coniungitur. Geneſ. in Prol. 6 c.4.G
In Arabia eſt mons Sinai, & Helin, vbi erant ſeptuaginta palmæ,& duodecim fontes. Et in ea eſt Raphidim, vbi Moyſes pcuſſit ſilicem, & dedit aquas abundantiſſimas.Geneſ. 6.c.4.G

Arabes. Vocantur filij Iſmahel.1.Regum.tom.2. 156 c.3 I
Arabes deſcendunt a Moſoch filio Aram filij Sem, & habitant inter Aegyptum, & terram Chanaan. 1. Paralip. 34.c.2.E
Arabes, nec domos, nec vrbes ædificant, ſed portatiles domos habent 2.Paralip. 231 c.3 F
Arabes,qui ſubiecti fuerunt Regi Ioſaphat. 2.Paralip. 17. Potuerunt ei ſubijci multis modis abſque peccato Ioſaphat, ſed quis illorum modorum fuerit, non conſtat 2 Paralip. 232.c.3.F
Eſt quædam Arabia multũ Auſtralis,& magis quàm Aegyptus,poſita ſub aliquo parallello, qui eſt inter æquinoctialem,& tropicum Cancri, & ob hoc habitantes ibi duas habent æſtates duas hyemes, duplex autumnum,& duplex ver.Et ibi ſunt quatuor vmbræ in anno. Nos autem ſolum habemus tres, quia nunquàm apud nos eſt vmbra meridiana. 2. Paralip. 127.c.1.A
De more Arabum in ędificandis domibus.2.Paralip. 231.c.3.F
Arabes, & Saraceni computant menſes ab apparitione nouæ Lunæ,vſque ad ſequẽtem apparitionem, & conſtituunt in quolibet anno duodecim lunationes, & duodecim menſes, & ob hoc habent annũ mutabilẽ,quo ad prĩcipiũ anni.Defen. 50.c.4.H

Arrabo. Dicitur quaſi arrabona.Geneſ. 335. colum.1.C

Arad. De quo Numeri 21. quomodo dicatur eſſe Chananæus, cum terra eius non eſſet terra Chanaan trans Iordanem.Num.tom.2. 13.c.3.F

Aram. Fratrem Abrahæ fuiſſe combuſtum, quia noluit adorare ignem,dicunt quidam Hebræi, & narratur hiſtoria. Sed non eſt veriſimile. Geneſ. 57.c.4.I
Aram & Meſopotamia idem ſignificant, ſed Aram eſt nomen Hebræum, & Meſopotamia Græcum, & ſignificat ciuitatem poſitam in medio aquarũ, & hoc ponitur aliquãdo per duo nomina, & vocatur Aram fluuiorum.Deuteron. 120 c.3.I. Ioſue tom.2.179.c.2.B.Mat.tom.1. 108.c.4.F
Aram conſtructa erat in medio fluminis Euphrates, ideſt,in inſula quadam illius fluminis,& ob hoc vocatur in Hebræo Aram Naharain, ideſt, Aram poſita in medio fluuiorum.Ioſue tom.2. 179.c.2.B
Aram,de quo Ruth 4.& Matt.1.vocatur Ram.1.Paralip. 47.c.4.F

Aranæi. Quos Græci Syros appellant,deſcendunt ab Aram quinto filio Sem, quos nunc Lydos vocant.1.Paralip. 34.c.2.A

Aranea. Aranearn, muſcam, & ſtultitiam creata eſſe propter aliquam vtilitatem, dicunt Iudæi.1.Reg.tom.2. 122.c.2.E
Aranæ tribuitur velut quoddam ingenium ſubtile in texendo.Geneſ. 159.c.4.G

Aratrum. Quid ſit mittere manum ad aratrum, & retrocedere.Mat.tom.5.140.c.2.E
Aratrum inuenit Noe, vt dicitur,qui iunxit animalia ad aratrum,& quædam alia,ad induſtriam pertinẽtia, adinueniſſe dicitur, & huc videtur conuenire illud Geneſ.5. Lamech genuit filium, &c. Geneſ. 245.c.3.G
Quidam vir plebeius, in Deum habitus eſt, quia boues primus aratro coniunxit.Exo.tom.1. 1.c.3.F

Aratus Philoſophus.

Iactauit ſe ſtellarum nomina, & numerum cognouiſſe,vt refert Auguſtinus 16.de Ciuitate,cap.24. Geneſ. 283.c.1.C
Aratus Aſtrologus,qui in Aegypto floruit, iuxta tempora Ptolomæi, irriſus eſt, quia dixit omnium ſtellarum numerum comprehendiſſe.Deuter. 5.c.3.G

Arbee ciuitas. De qua Geneſ. 23. nomen Hebræum eſt, & interpretatur, quatuor, propter quatuor Patriarchas ibi ſepultos cum vxoribus ſuis, ſcilicet, Adam, & Eua, Abraham,& Sara,Iſaac,& Rebecca,Iacob,& Lia. Geneſ. 284.c.2.D

Arbitrium. Libertas non eſt ad efficiendum,ſed ad determinandum. Mat. tom.5. 144.c.4 G
Liberum arbitrium nõ poteſt de ſe facere actum meritorium,niſi per gratiam ſubleuetur. Mat. tom.5. 144 c.2.D
Arbitrij libertas, quid ſit. Matth. tomo 5. 144. columna 2 B
In actu liberi arbitrij ſunt duo: vnum eſt ipſe actus deliberandi,alterum eſt,quòd ſecundum illud flectat ſe homo ad hoc, vel ad illud, & quantum ad hoc homo eſt ſimpliciter dominus ſui actus. Mat. to.5. 146.c.1.B
Referuntur auctoritates ſacræ ſcripturæ, quæ videntur durę,& tollere libertatem arbitrij,quę quidem ſunt caute tractandæ, & ad mollem ſenſum referendæ.Ioſue tom.2. 11.c.3.K
De arbitrio libero, vide ad longum in dictione, liberum

rum arbitrium.
Arbor. Arbores creatæ fuerunt cum fructibus suis, & in magna abundantia, & suauitate, quia illa erat operatio a solo Deo. Gen. 6. c. 4. H
Arbor illa, de cuius fructu, primi homines comederunt, fuit ilex, quæ glandes producit, vt dicit Isidorus Etymo. lib. 16 Genes. 9. c 4 H
Sunt arbores quædam in quibusdam regionibus, quę dicuntur arbores Solis, & Lunæ, quæ prestant diuturnam vitam: Et conseruant homines per quatuor centũ annos, vt narrat historia scholastica super libro Hester. Genes. 99. c. 2. A
Quòd ad arbores incidendas, & ad seminandum nõ sint obseruandi dies, neque quòd Christianus debeat aspicere cursus astrorum, potest dupliciter intelligi. Exod. tom. 1. 77. c 4 I
Locus digestionis, in arbore, est truncus. Exod. tom. 1. 282. c. 4. G
In insula Crise & Argiria fructificãt arbores bis in anno, similiter & segetes. Exod. to. 2. 112. c 2. B. C
Arbores pomiferæ in terra Chanaan non debebant detruncari ab Israelitis, ne quando ipsi possiderent terram illam, essent illis inutiles 2. Reg. 62. c 4. F
Quatuor species arborum comparantur hominibus mysticè, arbori aride assimilantur pagani, arbori viridi, & sine fructu assimilantur hipocritæ, arbori viridi, & fructuosæ, sed venenosæ assimilantur hæretici, arbori viridi, & bonum fructum gignenti assimilantur catholici, Mat. tom. 1. 190. c. 2. B
Arbor potest proficere ad duo. s. ad fructum, & ad lignum. Matth. tom. 1. 190. c. 2. C
Quædam arbores præscindere tanquam nefas reputabat gẽtilitas, vt laurum & quasdam alias. Mat. to. 2. 83. c. 3. G
Arbor secundum consuetudinem sacræ scripturæ significat arbores fructiferas, & lignum significat arbores non fructiferas. Mat. tom. 5 221. c. 3. k
Arca Noe. Arcæ Noæ longitudo sexcupla erat ad latitudinem, scilicet, ter centum ad quinquaginta, & altitudo subdecupla ad longitudinem, quia triginta ad tercentum. Et ista proportio seruatur in corpore humano iacente in terra, quia longitudo, quæ est a capite ad pedes est sexcupla ad latitudinem, quæ est a latere in latus, mediante toto pectore, & est decupla ad altitudinem, quæ est linea mensurans profunditatem pectoris, de his Augustinus 15. de Ciuitate, cap. vltimo. Genes. 37. c. 3. F
Arcam Noe magna significare mysteria, dicit Augustinus. Genes. ibid.
Arca Noe in cubitu consumata erat. Et cubiti, de quibus fit mentio Genes. 6. Pro mensura Arcæ Noe, intelliguntur cubiti geometrici. quorum quilibet cõtinet sex cubitos istorum cubitorum vsualium, vel nouem de vsualibus, scilicet, de pedibus, non de cubitis: & ita dicit Augustinus 15. de Ciuitate, iuxta finem. Sed Nicolaus de Lyra dicit fuisse cubitos vsuales habentes duos pedes, vel pedem cum dimidio illius temporis, quod improbatur ab Auctore. Genes. 37. c 3. K
Arca Noe, in centum annis facta est, vt dicunt Augustinus, & Hieronymus. Genes. 37. c. 4. G
In Arcam Noe non intrauerunt animalia, quæ ex putrefactione generantur, quæ sunt sex specierum. Genes. ibid.
Similiter nec animalia, quæ distinctum sexum non habent, nec animalia, quæ æquiuoce generantur, nec animalia, quę sexum habent, sed non gignunt, vt mula & mulus. Genes. 57. c. 4. H
De alimentis pro animalibus, quæ fuerunt in Arca Noe. Genes. ibid. I
Arca Noe erat varia in latitudine, & in longitudine, quia non erat vniformis in longitudine, & latitudine, sed breuior, & strictior: altitudo tamen non variabatur, erat enim in parte inferiori quadrangula, deinde continue angustabatur latitudo donec in summitate fieret vnius cubiti vbi coniungebantur latera arcæ cuius assignatur ratio. Gen. 57. c. 4. K
Ostium Arcæ Noę, per quod intrauerunt omnia animalia, erat deorsum in latere arcæ, sed, in quo latere esset, nescitur, verisimilius tamẽ est, quòd fuerit in aliquo latere longitudinis arcæ, & non latitudinis. Genes. 38. c. 1. B
Arca Noe mergebatur intra aquam ad minus per duodecim cubitos, immo per tredecim cubitos, & aliquid plus. Genes. 38. c. 2. A
In Arca Noe, super cænacula, & tristegam, erat ostiũ ad mansiones hominum auium, & animalium, Erat tamen ostium directe ad mansionem hominum, & per eam ingressa sunt animalia cætera ad mansiones suas. ibid. D
In Arca Noe, in mansione hominum, erat fenestra quædam, & altera circa summitatem altitudinis Arcæ, & infra erat ostium, & infra ostium cænacula, & tristega. Genes. ibid. C
In Arca Noe fuerunt quinque mansiones præter stercorariam, idest, sentinam, vt dicit Augustinus, & de ordine istarum mansionum est multiplex opinio, quidam dicunt quòd stercoraria erat infima, & super hanc erat apothecaria, in qua erant alimenta, & super hanc erat camera animalium ferocium, & serpentum, & super hanc erat camera animalium mansuetorum, & inter istas duas ponunt ostium arcæ, & quinto loco, & supremo, erat camera hominum, & auium, & secundum hanc opinionem, quælibet camera erat ita longa, sicut arca, scilicet, trecentorum cubitorum. Sed hæc positio non habet multam apparentiam. Genes. ibid. D
Alij dicunt, quòd non erant, nisi tres mansiones, scilicet, inferior, quæ dicebatur stercoraria, & media, in qua erant alimenta. Et superior erat tricamerata, in vna camera erant animalia ferocia, in alia animalia mansueta, & in media istarum erant homines. Et ista sic tripartita dicebatur tristega. Alio modo, & melius, potest intelligi, quòd cænacula, & tristega essent idem, quia illæ tres mãsiones sine aliqua diuisione erant valde magnæ, scilicet, trecẽtorum cubitorum in longitudine, & vocantur tristega, idest, trium tectorum, & ostium arcæ erat in superiore trium mansionum, vbi erant homines, & aues &c. Genes. 38. c. 3. F
Intra Arcam Noe erat magna pax inter animalia &c. Genes. 38. c 4. H
Exercitia, quæ homines habebant intra Arca Noe, referuntur. Genes. 38. c. 4. H
Verisimiliter creditur, quòd animalia existẽtia in Arca Noe, modico contentarentur, quia id fiebat diuina voluntate. Genes. 39. c. 2. B
Ad Arcam Noe adducta sunt animalia ministerio Angelorum a diuersis partibus mundi. Et ad illas postea reducta, vt ibi multiplicarentur, sic dicit Augustinus 15 de Ciui. iuxta finem. Gen. 38. c. 4 K
In Arca Noe animalia non genuerunt. Gen. 40. c. 2. E
De qualibet specie animalium mundorum intrauerunt in Arcam Noe septem animalia, idest, tres cõbinationes maris, & fœminæ, & vnus masculus, sine combinatione, ad sacrificium reseruatus, post diluuium, faciendum. Genes. 41. c. 2. C
Arca Noe quieuit super montes Armeniæ, quæ est in confinio septentrionis, & Orientis, iuxta montẽ taurum

taurum & caucaſum Geneſ. 42.c.4.G
Quid factũ fuerit da Arca Noe, dicit Ioſephus, quòd Armeni demõſtrant partes eius vſque hodie in mõtibus illis, ſupra quos ſedit. Geneſ. 44.c.4.K
Arca fœderis. Prius facta eſt, quam aliquid aliud concernens tabernaculum Exod.tom.1 261.c.2.D
Arca fœderis facta eſt ad recõdendum ea, quæ Deus obſeruari mandabat, & huiuſmodi erant vrna mãna, duæ tabulæ legis, & virga Aaron, quæ fronduerat. Exod.tom.2.21.c.2. E. & 72.c.3. F. Similiter & lib. Deut. ſed ad quid eſſent iſta ibidem, vide Exod. tom.2 23.c.4.G.& 186.c.2.B
Cubiti menſuratiui arcæ fœderis, de quibus Exo.25. non erant cubiti geometrici, ſicut erant cubiti mẽſurantes Arcam Noe, ſed cubiti Moyſi. Exo. to.2. 22.c.1.A
Circuli arcæ fœderis, in quibus erant vectes, fixi erãt in arca, iuxta extremitatem ſuperiorem altitudinis arcæ, Exod.tom.2 22.c.2.D.& 195.c.2.D
Arca fœderis, quare dicatur etiam arca ſanctificationis, Exod.tom.2 23.c.4.k
Arca fœderis cur vocetur arca teſtamenti, & arca teſtimonij Mat.tom.1 58.c.3.G
Arcæ fœderis coopertorium erat ipſum propitiatorium, quod aperiebatur ad extrahendum librum Deut. in anno 7. vt tunc legeretur coram toto populo Iſrael. Exod.tom.2 25.c.1.C
Arca fœderis maioris erat reuerentiæ quam totum tabernaculum. Exo.tom.1. 262.c.1.A
Arcam fœderis eſſe clauſam, quid ſignificet. Exod. tom.2 27.c.3.G.
Eorum, quæ erant in arca fœderis, aſſignat rationes. S. Thom. prima ſecundæ quęſtio. 102.arti.4. Quæ quidem rationes ſunt quodammodo allegoricæ magis quàm literales, licet aliqualiter ad literales poſſint reduci. Exod.tom.2 27.c.4.H
Arca fœderis non habebat pedes, ſed locabatur ſuper pauimento ſancti ſanctorum. Exo.to.2. 30.c.3.F
Arcæ fœderis fabrica deſcribitur. Exo.to.2.221.c.1.A Mat.tom.1 58.c.3.F
Arca erat primum locandum in tabernaculo poſt ipſius erectionem, propter duo, primo quia arca erat præcipua res, quæ erat in tabernaculo, ſecũdo quia ponebatur in parte ſanctuarij magis abſcondita. Exod.tom.2 209.c.4.I
In arca erat codex Deuteronom. vt patet Deuteron. 31. vbi dicitur, tollite librum iſtum, & ponite illum in latere arcæ fœderis. Exod.tom.2. 213.c.3.I
Et prędictus liber fuit primo poſitus in arca fœderis, anno quadrageſimo ab exitu de Aegypto, ibidem.
Arca fœderis dicebatur ſic, quia in ſe continebat fędus, quod pepigit Deus cum Iſraelitis. Exo.tom.1. 23.c.4.H.2. Paralip. 4.c.2.A
Arca domini erat in maximo honore apud Hebręos 1.Reg.tom.1 59.c.2.C
Arca domini, ſimul cùm propitiatorio, deſcribitur, 2.Regum 34.c.3.G
Arca nõ manſit ſub tabulis & cortinis, facto templo, ſed facta eſt quædam domus ſpecialiter pro illa, 2.Regum 42.c.3.G
In arca fœderis non erant niſi duæ tabulæ lapideæ, vt dicitur 3. Reg.8. tamen ipſa arca habebat quãdam diuiſionem, quæ vocabatur latus arcæ, & in iſta erat virga Aaron, & vrna aurea cum mãna, & liber Deuteronom. Et iſtud latus non vocabatur arca, vnde Apoſtolus ad Hebręos, 9. accepit arcam largè 3.Reg.73.c.1.A.Deuter. 166.c.2.A
Arca fœderis non debebat eſſe diſcooperta, niſi cum eſſet in ſancta ſanctorum, & non alibi, ſed collocata 1.Paralip. 144.c.3.F
Arca fœderis poſita fuit in Sãcta ſanctorũ ſecundum longitudinem ab Oriente in Occidentem, cũ vectes eius tangerent portam, vel apparerent iuxta eam 3.Regum 8.& 2.Paralip. 5. Et tamẽ porta ſancti ſanctorum erat in parte Orientali 2.Paralipom. 44.c.2.C
Arca teſtamẽti multis nominibus nuncupatur. Mat. tom.1 58.c.3.F
Arca domini portabatur in bella, non tamen tabernaculum, quæ fuit per multum tempus ſeparata a tabernaculo, ſcilicet, per octoginta nouem annos, ſecundum veram computationem, Exod.tom.1 197.c.1.A
Arca & tabernaculum nunquam fuerunt ſimul, a tẽpore, quo arca capta eſt a Philiſthinis, vſque ad tẽpora, in quibus Salomon finiuit templum, quod fuit ſpatium octuaginta nouem annorum, Exod. tom.1. 198.c.1.D.Deut. 86.c.4.G
Sed in quibus locis arca fuerit ſeiuncta a tabernaculo, referũtur opin.& improbantur, Deuteronom. 63.c.2.B
De arcę domini mutationibus, Exo.to.1 197.c.2.B
Arca domini ſtetit menſibus ſeptem in terra Philiſthinorum, vt patet 1.Regum 6. Exod.to.1 261.c.4.G
Et computantur incipiendo ab Octobri noſtro, vel Nouembri, vſque ad principium Maij, vel finem eius, vt probatur 1.Regum to.1 66.c.3.G
Vbicunque arca erat, poterat fieri immolatio, ſed rationabilius fiebat, vbi eſſet tabernaculum domini quando ab inuicem eſſent ſeiuncta, Exod. tom.1 198.c.2.B.& 261.c.2.D.&c.
Arca domini manſit in templo Salomonis vſque ad tempora Ieremiæ, qui fuit tempore captiuitatis Babylonicæ, vt patet Ierem. 39. & 40. Exod. tom.1 197.c.3.G,& 261.c.4.F
Nã Ieremias cognoſcens ſpiritu prophetico aduentũ Chaldęorum, tulit arcam domini de loco ſuo, & adduxit ſupra verticem Phaſga mõtis, in montem Abarim in locum ſepulchri Moyſi, & eam ibi cũ corpore eius clauſit, vbi & manet vſque in præſentem diem omnibus hominibus incognita, nam ſicut nulli homini datum eſt ſcire ſepulchrum Moyſi, vt habetur Deuteronom. 34. ita nec ſcire arcã domini, quæ cum corpore eius latet, de his habetur 2. Macha.2. Et licet arca domini inde ſublata ſit propter Chaldęos, nomen tamen domini, ſemper fuit inuocatum in templo illo, Exod.tom.1 123.c.2. A & 261.c.4.F. Defen.30.c.4.G. Nec iterum fabricata eſt arca, poſt factum Ieremiæ, Similiter & altare thimiamatis 2. Machab.2. vt probatur, Exod.to.2 30.c.1.D. Et ideo falſum eſt, quod dicit Magiſter hiſtoriarum, quòd ſcilicet, arca fœderis ſit intra altare Lateranen. Romæ. ibidem. 22.c.4.G. Deut. 50.c.2.B
Arca fœderis, qñcunque extra Sancta ſanctorũ portanda erat, inuoluebatur primo illo velo, quod pẽdebat ante Sancta ſanctorũ & poſtea cooperiebatur pallio pellium hyacinthinarum, & deinde pallio toto hyacinthino, Exo.to.2 187.c.1.B
Arcam fœderis nuda, nullus impunè videbat, niſi ſummus ſacerdos, & hoc ſemel in anno, in die propitiationis, qui ſi tunc non obſeruabat debitas cæremonias, moriebatur, vt patet Leuit.16. Exo.to.2 21.c.2.D
Contingere tamen poterat, nam ex mandato Dei, aliquis Prophetarum poſſet aperire arcam domini impunè, vt fecit Ieremias, qui cum Iudæi de Dei miſericordia diſſiderent, eduxit vrnã plenam manna de arca, & toti populo Iudæorum oſtendit, vt demonſtra-

monstraret miserationes domini,& eorum argueret diffidentiam. Similiter concessum est illi e tẽplo transferre illã in sepulchrũ Moysi 2.Machab.2 Exod.tom.2 23.c.3.G

Arca domini,de qua Num.10.dicitur,quòd prẽcedebat Iudæos,non erat,vt ait Rab.Salomon arca,quæ erat in sancto sanctorum,sed quædam alia, in qua, vt dicit,erant primæ tabulæ,quas fregit Moyses,sed falsum dicit,vt probatur Num.to.1 121.c.4 I

Arcam tenuerunt sacerdotes in medio Iordanis, vsquequo transiret totus populus per alueum siccũ. Et postea ascenderunt sacerdotes portantes Arcã. Iosue 4. Et iterum eam portauerunt sacerdotes, quando corruerunt muri Ierico. Et post hoc non legitur quòd sacerdotes portarent eam,sed Leuitæ dicti Chaatitę,Num.tom.1 122.c.3.K

Cum portabatur arca fœderis prẽcedens Israelitas, ipsa sola portabatur,ablque alijs vasis, & cætera vasa portabantur in medio Israelitarum, & sacerdotes,& Moyses comitabantur arcam, Num. tom.1 123.c.1.A

Arca prẽcedebat Israelitas, cum recesserunt a monte Sinai; primo ad disponendum locum castrorum, Num. 10. secundo ad ostendendum Israelitis arcæ excellentiam,vt putarent ibi esse diuinam virtutẽ, & consolarentur, atque confiderent secum illam habendo, sed postea hoc nõ fuit necessarium, Nu. tom.1. 124.c.3.k.sed quomodo arca prouidebat locum castrorum,Num.tom.1 125.c.1.D

De locis,in quibus arca fœderis & tabernaculum fuerunt,vsquequo separata sunt,Deut. 138.c.4.k

Arca domini stetit in Silo vsque ad tempus Heli sacerdotis,quando capta est a Philisthijn, & nũquam amplius redijt in Silo,Iosue tom.2 115.c.3.K

Bethsamitę discooperientes arcam Domini, vt eam nudam viderent, mortui sunt 1. Regum tom. 1 75.c.3.G

Quando arca domini mouebatur, præcedens castra, dicebat Moyses:Surge Domine,& dissipentur inimici tui, & fugiant, qui oderunt te a facie tua, & cũ deponeretur dicebat,reuertere domine ad multitudinem exercitus Israel, Nu. 10. 1. Regum to. 1 54.c.1.D

Licitum erat educere arcam domini de sanctuario, ex necessitate, non tamen ex curiositate, & licebat tunc tummo sacerdoti intrare in Sãcta sanctorum ad extrahendum arcam 1.Regum tom.1.55.c.1.C & c.2.C

Et licebat tunc intrare sine sacrificijs, & thimiamate, cum quibus intrabat in die propitiationis, nec ipse solus intrabat, sed & alij sacerdotes, sicut in motu castrorum in deserto ibi.

Circa arcam domini captam a Philisthijm, narratur fictio, quędam stulta Iudęorum 1. Regum tom.1 57.c.4 G

Philisthijm non sunt percussi, quia portauerunt arcã domini, siue nudam siue opertã, sed percussi sunt existẽte arca domini in terra ipsorum, propter duo 1.Regum tom.1 60.c.1.A

Et permisit dominus portari arcam a Philisthinis propter multa quã desiderabãt tenere Philisthini multis de causis ibidem.

Arca domini nõ stetit apud Philisthinos in die aliquo propitiationis, quæ celebrabatur die decimo mensis septimi, qui & apud nos vocatur September, 1: Regum tom.1 61.c.3.k

Nec cum separata erat a sanctuario, licebat coram ea fieri festum propitiationis,ibidem 80.c.3.k

Si existente arca Domini apud Philisthinos, cõtingeret festum propitiationis,aliquę ceremonię fierent a Iudæis,sed non omnes 1. Regum tom.1.61.c.4.I

Arcam domini, quare Philisthijm posuerunt in templo Dagon,1.Regum tom.1 62.c.4.F

De infirmitate,qua percussi sunt Philisthijm,propter arcam domini,1.Regum tom.1 63.c.3.I

Arcam Domini non aperuerunt Philisthini, nec aliquod inhonestum circa illam fecerunt, nec audebant tangere eam, nisi cum magna reuerentia, & necessitate, scilicet,quando mouenda erat de loco ad locum,eo quòd timebant eam nimis 1.Regum tom.1 66.c.2.E

Arcam Domini non recusarunt reducere ad se viri Cariathiarim de Bethsames, quanuis scirent, quæ contigerant Bethsamitis, & hoc quia cognouerunt, quòd circa illam se habuerunt Bethsamitæ irreuerenter 1.Regum tom.1 77.c.1.D

Quando arca domini diuisa fuit a sanctuario, nulla fiebant sacrificia coram ea,sed in sanctuario 1. Regum tom.1 77.c.3.G

Toto tempore, quo arca domini fuit in domo Aminadab,nullum sacrificium factum est coram ea, licet posset licite fieri 1.Regum tom.1 77.c.4.k

Et posita est in domo illius,eo quòd erat vir iustus,& Leuita ibidem. 78.c.3.H

Quibus in locis steterit arca domini extra sanctuariũ, postquam capta est a Philisthijn,vide contra Nicolaum 1.Regum tom.1 78.c.4.G

Arca Domini stetit in Silo annis quasi trecẽtis quinquaginta, & inde traslata est in Cariathiarim,1.Paralip.94.c.2.A 2.Paralip. 80.c.2.B

Circa arcæ Domini translationem, voluit Dauid cõsulere populum,propter multa 1.Parali. 143.c.1.E

Dauid transferendo arcam fœderis in domum suam, & in tabernaculum, non peccauit, quod etiam fecit propter multa 1.Paralip. 145.c.2.C

Filij Aminadab, ponentes arcam super plaustrũ, peccauerunt, quia lex iubebat, quòd portaretur super humeros 1.Paralip. 147.c.3.F

Coram Arca Domini,in domo Obededom,quæ sacrificia fierent,1.Paralip. 174.c.1.E

Arcæ Domini veneratio in portatione a domo Obededon in domum Dauid,fuit in tribus,primo in sacrificijs, secundo in beneficio collato populo, tertio in diuino obsequio 1.Paralip. 175.c.1.A

Coram arca non fiebant cæremoniæ necessarię ex lege,sed tantum spontaneæ, sed in sanctuario fiebãt necessariæ 1.Paralip. 190.c.3.G

Arca fœderis habebat tria velamenta, primum erat velum, quod pendebat ante sancta sanctorum, secundum erat de pellibus hiacinthinis,tertium erat pallium hyacinthinum, & hoc quãdo arca erat extra Sancta sanctorum, nam in Sancta sanctorum manebat discooperta 1.Paralip. 193.c.1.A

Quod arca esset sub pellibus,fuit ordinatum a Deo ex necessitate, quia Israelitæ mutabant semper loca per desertum vsquequo venirent in terram promissionis,sed cum Israelitæ iam essent in quiete,iustum erat vt alio modo honoraretur arca domini, & ideo cogitauit Dauid facere domum pulchram arcæ,sed quia non permissus est, iussit Salomoni, vt faceret eam 1.Paralip. 193.c.1.E

Quo tempore arca fœderis fuerit diuisa a tabernaculo, & in quibus locata fuerit, similiter & tabernaculum priusquã fieret templum Salomonis in Ierusalem 2.Paralip. 7.c.1.C

Ad portationem arcæ, de domo Dauid ad templum Salomonis, conuenerunt omnes Israelitæ qui erãt masculi, & ætatis perfectæ, in quibus lex habebat locum ad obligandum eos, vt probatur 2. Paralip. 64. c. 2. C.& apportata est in festo scenophegiæ, ideſt

idest tabernaculorum. Et licet omnes Israelitæ essent venturi ad prædictam festiuitatem, voluit tamen Salomon conuocare illos propter multa, ibi. 64.c.3.H

Et conuenerunt isti omnes in festo clangoris: & per sex dies quieuerunt, & die septima cæperunt solẽnizare portationem arcæ, vel potest dici quòd iste dies solennis erat decimus, s. propitiationis. Et incœperunt festiuitatem per tres dies ante. ibidem 64.c.4.H

Et quamuis parua esset distantia à domo Dauid vsque ad templum Salomonis, debuit Salomõ conuocare populum ad portationem arcæ, propter multa. ibidem 65.c.2.A

Et licet non appareat ex litera quòd Salomon dederit cibos illi multitudini, credendum est tamẽ, quòd dederit, vt probatur super 2. Paralip. fol. 65. c.3.K

Et Israelitæ faciebant multa pertinentia ad solennitatem. Nam primo comitabantur, secundo offerebant sacrificia, tertio cantabant. ibidem. Et omnia fere sacrificia, quæ offerebant, erant pacifica, propter multa. super 2. Paral. 67.c.4.G. Sed de modo offerendi, vide ibid. 68.c.1.C

Festiuitas portationis arcæ durauit 14. dieb. 2. Paral. 68.c.1.E

Quãdo arca manebat immobiliter in loco suo, quare summo sacerdoti licebat introire in sancta sanctorum, & semel in anno, & in die Propitiationis: & cum thimiamate, & hoc non licebat aliis sacerdotibus, & quare licuit hoc Moysi toties, quoties vellet, 2. Paral. 69.c.3.G

Quòd duo Cherubim, quos fecit Salomon, operirẽt arcam alis suis, referuntur quinque opiniones, sed quinta earum videtur verior, addendo, quòd quilibet Cherubim haberet sex alas. 2. Paralipo. 70.c.2.B

Arcam fuisse in quodam subterraneo, quod erat sub sancto, s. quando destructa est Ierusalem per Chaldæos, & ibi mansisse vsque ad tempus Esdras dicit Rab. Camhi, quod ab auctore probatur esse falsum. 2. Paralip. 72.c.2.E

Arca fœderis per Ieremiam abscondita fuit in monte Phasga. 2. Paral. 71.c.4.G

Solennitas portationis arcæ è domo Dauid in templum Salomonis durauit quindecim diebus, & cœpit die octaua mensis septimi inclusiuè, & finita die vigesimasecunda, quæ fuit dies cętus & collectæ, Die vigesimatertia recessit populus in tabernacula sua. Et non steterunt toto isto tempore occasione dedicationis templi, sed solis septem diebus, & alijs septem steterunt propter festum tabernaculorum. Et in primis septem diebus intercidit festum propitiations. 2. Paral. 106.c.3.H

Arca gazophylatij in templo facta est de mandato Ioas regis Iuda: & durauit semper ibi vsquequo defijt status populi Iudæorum. 4. Reg. 125.c.3.F

Archelaus. Quomodo dicatur regnare pro Herode, Mat.to.1 141.c.1.A

Archelaus filius Herodis Ascalonitæ regnauit in media parte regni Iudæorum, & alij fratres eius, scilicet Herodes & Philippus habuerũt reliquam medietatem, quam Romani diuiserunt in duas, quæ vocãtur tetrarchiæ, idest quartæ partes totius regni, & Herodi dederunt tetrarchiam Galilææ, Philippo verò Traconitidem, & Ituream regiones, Mat.to.1 141.c.3.K

Archelaus filius primi Herodis post decem annos, quibus regnauit in Iudæa, relegatus est in Vienam vrbem Gallię, per cuius exitum Octauianus Augustus diuisit terram Iudæorum in quatuor partes super Mat.to.4 71.c.3.F

Archiepiscopus. Archiepiscopi habẽt specialem gregem sibi commendatum, sicut episcopi, & vltra hoc habent curam super omnes episcopos diœcesanos existentes in sua metropoli, quantum ad aliqua, quæ ipsa iura concesserunt, nõ tamen possunt super aliquẽ ex subditis episcoporum, & si aliquid iubere velint grauant episcopos, vt patet exemplum, de excessi. præla. c. sicut vnire. Num.to.1 46.c.4.H

Archisynagogus. Dicebatur vel qui præerat domui, quæ dicebatur synagoga, dirigendo ea, quæ fieri debebant in ea, vel erat princeps populi, tanquam rector. super Mat.to.3 202.c.3.K

Archita. De Archita Tarentino, quid dicat Valerius lib.4 Gen. 4.c.1.E. in Prolog.

Ardor. Ille, de quo Leuit.26. cum dicitur, & ardore, qui conficiat oculos vestros. &c. potest tripliciter capi. Leuit. 313.c.4.G

Arduum. Non cadit sub præcepto, sed sub consilio. Math.to.7. 116.c.1.A

Aliquæ res dicuntur arduæ dupliciter, s. ad intelligendum, & ad agendum Mat.to.4 39.c.2.B

Et ad secundum mouet Christus ad attentionem, dicens, Qui potest capere, capiat. Ad primum verò cum dicit; Qui habet aures audiendi audiat. Mat. to.4 132.c.4.I

Circa appetitum boni ardui duplex virtus ponitur, scilicet humilitas: & magnanimitas. Matth.to.5. 6.c.1.B

Area. In Area Iebusei, facta est ara, id dicente Gad propheta ad Dauid. 2. Reg. 173.c.3.G

Area Chidon, 1. Paralip. 13. & area Nachon, 2. Reg. 6. eadem est. licet nomina sint diuersa. 1. Paralipo. 148.c.4.H

Area reperitur ducẽdo vnum latus in alterum, idest minimum in maximum, & reperietur area quadrati 2. Paralip. 50.c.3.H

Aruina. Dicitur quædam pinguedo, quæ oppe rit omasos, & quæ patet, aperto ventre animalis. Exo.to.2 82.c.4.H

Argentum. Quare Deus voluit quòd Hebræi peterent ab Aegyptijs argentum & aurum, Exo.to.2. 187.c.3.I

Referuntur ea, quæ facta sunt ex argento in opere tabernaculi Moysi. Exo.to.2 15.c.2.C

Argilla. Est terra bene commiscibilis, de qua figuli fingunt vasa testea. 2. Paral. 58.c.1.D

Argos. Post eius mortem, pro Deo habitus est. Exo.to.1. 1.c.2.D

Argos ciuitatem Græciæ in prouincia Achaiæ condidit Dionisius, qui Bacchus dicitur, qui & vineæ vsum primus Græcis dedit. Exo.to.1 117.c.2.E

Argi. Populi Græci seu Argiui ab Argo dicti sunt sic. Exo.to.1. 1.c.2.E

Arguere. Nemo potest aliquem extraneum arguere nisi de eo, quod est contra legem. Matth.to.4. 123.c.1.A

Arguere alios bonorum officium est. Matth. to.3. 118.c.2.A

Arguẽdus coram omnibus est, qui coram omnibus peccat. Matth.to.5. 50.c.4.K

Arguere in materia de trinitate, contra Iudæos perfidos periculosum est, vt probatur. De Trini.

Argumentatio Argumentum.

Argumento cornuto nitebantur Pharisęi reddere Christum perplexum. Mat.to.5. 92.c.1.A

Argumen-

Argumentatio fit ad oſtendendum aliquid eſſe vel non eſſe, de quo prius dubitabatur. Matth. to. 4. 51.c.3.K

Et debet procedere ex eis, quæ ſimpliciter vera & nota ſunt, vel ex eis, quæ ſunt nota reſpondenti. 1.Poſt.Matth.to.4 138.c.1.B

Argumentum cornutum quid ſit.Matth.to.5.f.252. c.4.K

Argumentum ab experientia maximum eſt in his, quæ cadunt ſub experientia. Matth. tom.4. 205. c.2.E

Argumentum multipliciter accipitur. Matth. to.1. 44.c.1.D

Argumentatio probans debet procedere ex per ſe notis ſimpliciter, vel reſpondenti. Matth.tom.4. 138.c.1.B

Argumenta vocantur ea,quę non,neceſſario probãt, ſed arguunt. Matth to.7. 65.c.1.B

Aries. Quem vidit Abraam poſtquam prohibitus eſt iugulare filium,dicunt Iudei quòd fuit vnus ex his qui creati ſunt die ſexta,ſed non videtur verum, vt probatur Gen. 282.c.1.D

Aries,de quo Gen.vigeſimoſecundo, fortaſſis adductus eſt ab angelo de Arietibus Abrahæ,vel de aliquo alio grege,Gen. 282.c.2.B

Præfati arieti immolatio, fuit facta ab Abraham in principio menſis Septembris, vt dicunt Iudæi,qui propter hoc, prima die illius menſis magnam faciunt feſtiuitatem, quæ vocatur feſtum clangoris & canunt buccinis corneis. Nume.29.ſuper Gen. 282.c.2.D

Arietes colebant Aegyptij, quia Iupiter in figura arietis, apud eos, & apparebat, & fingebatur. Et cum ſculpebatur,arietina cornua capiti eius imponebant. Exo.to.1. 54.c.2.D

Aries,offerendus pro peccato in lege veteri,debebat valere duos ſiclos argenti,ſecundum pondus ſanctuarij,Leui. 45.c.3.H

Arin. Ciuitas,quæ eſt ſub æquinoctiali,eſt in medio mundi tam ſecũdum longitudinem: quàm ſecundum latitudinem,Matt.to.1.fol.107. c.4.I

Arioch. De quo Gẽ.14. dicitur quòd erat rex Ponti,in Hebræo dicitur, rex Alacar, ſed Hieronymus vocauit illum regem Põti, id eſt regem Helleſponti,quia illa terra tempore illo vocabatur Alacar: & iſte rex non multum diſtabat a rege Senaar.Gene. 249.c.1.D

Ariolari. Ars Ariolandi primo inuenta eſt a quodam, qui Ceges vocabatur, in Ethruria, quem dicunt proſilijſſe de terra, cum araretur. Et auruſpicinam inueniſſe artem,de quo in decretis.24.quæſt.6. in cap. epiſcopi. Et hæc ars prohibita eſt ſicut augurium.Leuit. fol.203.c.3.K Ioſue to.2. 72.c.1.C

Et iſta arte communiter vtebantur antiqui ad cognoſcenda futura.Num.to.2. 32.c.3.k

Per artem ariolandi vel auruſpicandi, tollitur à Deo debitus cultus,inquirendo futura per hanc artem, & declarando euentum futurorum: & tribuendo illud dæmonibus. & inquirendo, illud in immolatione animalium, ab ipſis dæmonibus. Leuit. 203.c.3.k

Ariolari ſpecies quædam eſt idolatriæ, quia eſt veritatem quærere in aris. 1.Reg.to.2. 10.c.3.K

Ariolari eſt facere cæremonias, quæ fiunt ad aras. & iſtud eſt,quando immolantur animalia idolis, reſpicere venas eorum: & ex illis prædicere aliquod futurum. 4.Regũ.212.c.2.D. & 231.c.2.B. & 240. c.1.E

Ariolus. Ariolos Deus valde vetuit: & occidi iuſſit,Leui.19. & 20. & Deuteron.18. 1.Reg.to.2. 10.c.3.k

Arioli dicuntur, ſecundum propriam ſignificationem, & antiquorum vſum, illi qui in animalibus immolatis ſuper aras, inquirebant veritates, conſiderando venas animalium ſecundum colorem & figuram.Leuit. 203.c.3.H.& 208.c.2.C

Aben Ezra dicit, quòd arioli dicantur illi, qui poſito oſſe cuiuſdam animalis ſub latere,futura prędicebant.& ſecundum Rab.Francum,arioli habebant oſſa quædam ſub lingua: & ſic loquebantur de euentibus rerum, ſed verius eſt quod ſupradictum eſt.Leuit. ibidem. Et prædictæ venæ animalium erant venæ præcordiales, quæ dicuntur fibræ. Et iſte fuit modus communiſſimus apud antiquos gentiles ad inquiſitionem futurorum. Num.to.2. 32.c.3.k. Sed quod per talem modum poſſit cognoſci aliquod verum latens, repugnat principiis naturæ &c.Leuit. 203.c.3.K

Ab ariolis inquiruntur, vt in plurimum, ea, quæ pertinent & pendent à libertate arbitrij alicuius, & multa ante præterita vel futura.Leuit. 203.c.4.F

Ariſtobolus. Qui fuit ſummus ſacerdos filius Hircani,diadema ſibi impoſuit, & rediit regnum Iudæorũ tempore illius, & fuit anno quadringẽteſimo ſeptuageſimo quinto poſtquam deſierat regnum Iudæorum, ducto Sedechia in captiuitatem Babylonis &c.1. Parali. 95.c.4.k

Ariſtobolus frater Ircani veneno periit. Matth.to.1. 151.c.4.k

Ariſtobolus Herodis priuignus ipſius Herodis iuſſu aquis ſuffocatur.Mat.to.1. 154.c.1.B

Ariſtoboli ſecundi, & Hyrcani regnum, & contentio Mat.to.1. 149.c.3.F.&c.

Ariſtoteles. Subtiliſſime perſcrutatus eſt de beatitudine. Matth.tom.6. 79. c.3.G

Ariſtoteles in fine ſecundi Elenchorum non modicum gloriatur, quòd ante tempora ſua nihil fuerit de ſyllogiſmis dialecticis præter id, quod ipſe labore quærendo & attritione quærentis condiderit. Gen. 1.c.1.& 15.c.3.G

Ariſtoteles excedit omnes in naturalibus & Plato in diuinis.Gen. 12.c.1.D

Ariſtoteles,ſecundum commentatorem, dicitur regula in natura.Gen. 15.c.2.D

Ariſtoteles. 12.Meta. ponit primam intelligentiam ſumme gaudioſam, & in ſe ipſa delectari. Leuit. 14.c.1.C

Ariſtoteles & alij Philoſophi licet concedant Deum eſſe æternum,vt patet 8.Phyſic. tamen Dei omnipotentiam nullus philoſophus conceſſit.Conceſſit Ariſtote.Dei infinitatem in duratione,ſed non in eſſentia,vel potentia.Ioſue to.1. 48.c.2.D

Illud Ariſtotelis,deſtructis primis ſubſtantijs,impoſſibile eſt aliquid illorum remanere, exponitur. Ioſue to.2. 19.c.2.D

Illud Ariſtotelis; Contingit plura ſcire,vnum tamẽ intelligere,quomodo ſit intelligẽdum.Matt.to.7. 106.c.4.G

Illud Ariſtotelis. 1.Poſte. ſ. omnis doctrina & omnis diſciplina,&c. exponitur.in Paradox. fol.8.col.2.b

De expoſitione multarum propoſitionum Ariſtotelis, vide in dictione exponi.

Quòd anima ſit immortalis, ſecũdum Ariſtotelem, probatur.Mat.to.7.fol.190.c.1.D. Non tamen dixit aperte quòd anima egreſſa à corpore maneat. ibidem. 193.c.3.G

Quid

Quid ſentiat Ariſtoteles de hominis beatitudine, Mat tom 6 71.c.3.G
Vbicunque Ariſtoteles loquitur, vtitur ſemper multum ſolidis, & efficacibus rationibus, & illud tantum ſcribebat, quod manifeſtis poterat induci rationibus, Paradox. 86.c.3.K, De Statu Animarum, 3.c.1.E
Ariſtoteli intitulatur liber de pomo, & morte, ſed non eſt illius, Paradox. 86.c.4.H, De Statu Animarum 3.c.3.F
Ex verbis Ariſtotelis in vnum redactis, neceſſario infertur animas peccatrices poſt mortem, tolerare pœnas peccatorum ſuorum. Et bonorum animas magna experiri gaudia, & quòd hoc ſecundum naturam eſſe, ſit neceſſe, Parad. 87.c.1.E
Illud Ariſtotelis primo Ethicorum, pro nepotum autem fortunas, &c. exponitur, De Statu Animarum 3.c.3.I
Ariſtoteles quo tempore floruit', Matth. tomo 1. 147.c.1.C
Arithmetica. Arithmeticæ fuerunt duo præceptores præcipui, ſcilicet, Pythagoras, & Nichomacus Ariſtotelis filius, Geneſ. 15.c.2.E
Arma. Sola armorum exercitatione. Romani vicerunt omnes gentes, 1. Regum to. 1. 92.c.4.K
Arma debent adimi ſeruis in recta politia ſecundum Ariſtotelem 2. Polyticorum, cap. 2. Et in politia Socratis, & Platonis, Matt. tom. 3. 121.c.1.B, & tomo 7 293.c.4.F
Arma rata erant antiquitus, Matth. tomo 7. 293. colum. 4.G
Armorum. Diuerſa genera, quibus in prælijs homines vtuntur, 1. Paralipom. 210.c.2.E
Armaturam leuem debent habere pedites, Ioſue tomo 1 74.c.1.E
Armenia. De Armenia, eo quòd montuoſa eſſet, receſſerunt omnes homines poſt diluuium, vt quærerent bonum locum habitationis in plano, & venerunt ad terram Senaar, quæ eſt Chaldæorum, & Babyloniorum, & ſic dicta eſt ab ipſis, Geneſ. 54.c.3.k
Armentum. Significat congregationem maiorum animalium, vt taurorum, & vaccarum, Geneſ. 72.c.3.F, & 383.c.3.I
Et grex dicitur congregatio minorum, vt ouium, caprarum, &c. Num. tom. 2 109.c.3.F
Armilla. Dicitur ab armo, quod eſt brachium, quia armillæ ſunt ornamenta brachiorum, Geneſ. 289.c.3.K
Armonia. Eſt in diuerſis, &c. Exo. tomo 2. 194. col. 2.C
Armonia, ſecundum ſe, non habet virtutem expellendi dæmones de corporibus, vel ad eos conuocandos, 1 Reg. tom. 2 26.c.2.C
Armonia nimis mouet generoſos animos, 4. Regum 26 c 3.B, In Paradox. 69.c.2.A
Quare Eccleſia ordinauerit varias armonias, & varios cantus in diuinis officijs, 4 Reg. 26.c.3.E
Armus Dexter ſolum cremabatur in hoſtia pacifica, quæ offerebatur in conſecratione ſacerdotum, & non in alijs hoſtijs pacificis, Exodo 29. Sed in alijs dabatur armus dexter ipſi ſacerdoti, qui offerebat ſanguinem, & adipem, vt habetur Leuit. 18. Exo. to. 2. 82.c.4.K

Arnaldus de Villanoua

Medicus opinatiſſimus, & peritiſſimus in experiẽ-

tijs naturalibus, fecit quodam artificio, vt ex ſemine humano poſito in vaſe quodam artificialiter facto fieret corpus quoddam humanum. Parad. 7.c.4.I
Arnon. Nomen eſt ciuitatis, & non ſcopuli. Num. to. 2. 29.c.3.K
Arnon, vt dicit Ioſephus, eſt fluuius deſcendens de altis mõtibus Arabiæ: & diuidit à meridie Moab & Amorrhæos: & defluit in ſtagnum aſphaltitẽ, ideſt, in mare mortuum. Nume. to. 2. 40.c.3.F
Sed fallitur Ioſephus, & dicendum quòd eſt ciuitas vel villa exiſtens in extremitate terræ Amorrhæorum. Deut. 10 c.4.I
Arnon, nomen eſt torrentis, & dicitur ſic à nomine caſtri vel ſcopuli, ſic dicti. Iudi. 112.c.3.H
Aromata. Vocantur quædam vnguẽta confecta, quæ virtutem habent præſeruandi à putrefactione. Gene. 414.c.1.C
Aromata ſunt quædam confectiones ex ſpeciebus redolentibus, & quia magis habent de humiditate, quàm de ſicco, ideo erant in modum vnguenti. Gen. 350.c.4.F
Aromata, de quibus Exodi vigeſimo ſecundo, ſpecies ſimplices ſunt, quas ſic natura produxit, & hoc modo accipitur Gen. trigeſimo ſeptimo, vbi dicitur, portantes aromata. Sic dicitur Exodi trigeſimo in compoſitione tymiamatis. Exod. to. 2. 17.c.2.D
Et oppoſitum videtur dicere. 102.c.1.B
Aromata tria ſignificat, aliquãdo cõfectiones quaſdam, aliquando ſpecies quaſdã ſimplices, aliquando eſt nomen generale ad multos ſuccos arborũ, de primo Matth. vltimo, & Marci vltimo, & de ſecundo habetur Gen trigeſimo ſeptimo, & Exodi trigeſimo. de tertio Marci vltimo, cum dicitur. Emerunt aromata, ſcilicet, quæ erant ſimplices ſpecies. Exo. to 2. 198.c.4.I
Aromata ſunt in ſecundo & tertio climate. Et in principio & fine primi climatis. 2. Paralip. fol. 123. col. 4 I
Aromatica conſeruantur bene in loco frigido: quia frigiditas loci circunſtans non permittit exhalare virtutem aromaticam & reſolui: & ſic eſt de omni pigmento. 2. Paralip. 129.c.3.G
Vti aromaticis & vnguentis meretricijs, cremando ſuper corporibus regum, conſuetudo erat apud antiquos: nec in hoc peccabant, 2. Paralipomen. 223.c.1.D
Arphaxat. Fuit primogenitus Sem, quem genuit anno centeſimo vitæ ſuæ. Gen. 56.c.3.K
Arphaxat vixit annos trecentos trigintaocto. Et mortuus eſt anno ſexageſimo ſeptimo vitæ Iſaac, vt probatur ſuper Gen. 1. Paralipo. 35.c.3.C
Arphaxat genuit Sale, & Sale genuit Heber, in quo manſit idioma Hebræum. 1. Paralip. 34.c.2.E
Arrendationes. Arrendationes beneficiorũ & officiorum licite ſunt, ſi fiant ſicut oportet. Mat. to. 7. 57.c.3.F
Arripere. Pertinet ad aliquid, quod violenter & ſine deliberatione fit. 1. Reg. tomo 1. 20 c.4 I
Arreptitius. Inter arreptitios & energuminos hoc intereſt, iuxta quorundam ſententiam, quia arreptitij dicuntur, qui à multis dæmonibus vexantur, energuminus verò, qui ab vno, iuxta verſum

Eſt energuminus quem dæmon poſſidet vnus,
Sunt arreptitij vexati dæmone multo.

Tamẽ melius dicitur, quòd energuminus ſit, qui

habet dæmonem intra, & arreptitius, qui habet extra. Gen. 163.c.2.C

Quædam mulier arreptitia loquebatur Hebraice, cum esset rustica. Et auctor vidit arreptitium loquentem lingua Hebraica, cum quo locutus est auctor in eodem idiomate. Matth. tom.3. f.168. c.3.F

Per arreptitios non possunt loqui dæmones, nisi intra ipsos sint, sed bene possunt ipsos arreptitios vexare, absque hoc quòd intrent in eos. 1.Reg.to.2. 161.c.3.F

Arreptitij qdã loquũtur varijs linguis, quas, cessante passione, non nouerunt, sic erat Saul. 1.Reg.18. Mat.to.1. 206.c.3.H

De arreptitijs habitantibus in monumentis & de sæuitia eorum. Matthæi tomo tertio. folio 164. col.2.D

Multi arreptitij dicuntur se esse animas quorundam hominum, vt generẽt errorem, quòd animæ mortuorum efficiantur dæmones. Matth. to.3. f.164. c.4.H

De homine arreptitio, qui concidebat se lapidibus Marci.5.Mat.to.3. 165.c.3.G

Et quare dæmones clamauerunt in arreptitiis, viso Christo, dicentes, Quid tibi & nobis Iesu fili Dei altissimi? venisti ante tempus perdere nos? Matt. to.3. 165.c.4.K

Arreptitij possunt interdum peccare, quando à dæmone arripiuntur. s. quando nõ coguntur, neque sunt omnino perturbati, cuiusmodi erat Saul. 1.Reg.18. cum misit lanceam in Dauid. Mat.to.3. 170.c.4.F

Sed arreptitij, vt communiter perturbantur penitus quando arripiuntur ita vt nesciant quid fecerint, vel dixerint. ibidem.

Christus aliquando permittebat arreptitios vexari in exitu dæmonum, vt appareret per hoc, quantum esset malum, à quo liberarentur. Mat. to.3. f.171. c.4.I

Cognoscimus aliquos homines esse arreptitios, quando loquuntur idioma, quod non nouerunt. Mat.to.3. 217.c.2.C

Ante Christi aduentum fuerunt innumerabiles arreptitij, nunc verò rarissimi sunt: quia Christus abstulit eis potestatem. Ioã.12. Nunc iudicium est mundi, & princeps huius mundi eijcietur foras. Mat. to.4. 18.c.3.I

Aliqui arreptitij dicuntur lunatici specialiter, quia solum torquẽtur in conuersionibus lunæ. s. in augmento, vel decremento, aut in quadraturis. Et propter multas alias causas, quæ referuntur. Mat. to.4. 263.c.1.C

Arrius. Fuit tempore Constantini Imperatoris, qui quidem Constantinus fuit post Christi natiuitatem plusquam trecentis & quadraginta annis. Matthæi tomo primo. fol. 60. col.2.C

Arrij error refertur dicẽtis, quòd Christus esset creatura pura, & non consubstantialis patri. Matth. to.1. 60.c.2.C

Arrius hæreticus dixit Christũ esse Dei filium, idest valde dilectum à Deo, & sanctissimum virũ, quia sicut filius est dilectus à patre, ita Christus: quia excellentissimus prophetarum & omnium virorum sanctissimus. & ad hoc ostendendum vocabant eum filium Dei, cum esset creatura. Matth. to.4. 116.c.3.H

Arrius cum suis sequacibus condemnatus est in concilio Niceno, vt patet in historia tripartita. Matth. to.1. 60.c.2.D

Arriani. Raserunt ex euangelio Ioannis, illud Ioan.14 ego in patre, & pater in me est. & illud.1.Ioan.5. & hi tres vnum sunt, dicentes hoc non esse de sacra scriptura. Deuteron. fol.18. c.3.H

Ars. Artes distinguuntur communi diuisione, per doctrinam rationem, & vsum, sub doctrina omnes Mathematicæ, naturales, & Metaphysica comprehenduntur. Et sub ratione comprehenduntur Grammatica, Dialectica, & Rhetorica. Sub vsu comprehẽditur moralis Philosophia, quia vsus mores hominis dirigit. Genes. fol.15. c.4.H

Omnes artes liberales sunt speculatiuę: & ideo honorabiles: non sunt tamen vtiles, nisi quia actus cuiuslibet earum potest retorqueri ad hominum vtilitates. Gen. 15.c.4.G

Artes mechanicæ dicuntur minores respectu liberalium, quia non sunt de obiecto ita perfecto sicut liberales, quæ sunt speculatiuæ, & propter alia multa. Gen. 15.c.4.K

Ars mechanica est habitus cum recta ratione factiuus, & ideo ponitur in intellectu practico, vel potius in intellectu factiuo. Ars vero liberalis in intellectu speculatiuo. Gen. 15.c.4.G

In artium adinuentione fuit iste ordo: quòd artes magis necessariæ fuerunt prius adinuẽtæ: & ideo prius fuerunt artes mechanicæ adinuentę, quam speculatiuæ, vt dicit Aristoteles 1.Metaph. Gen. 189.c.1.D

In qualibet arte prima consideratio est de subiecto illius artis, præsupponendo illud esse, & cognoscendo quid est: & quia de illo cætera, quæ in arte sunt, dicuntur. Exod. tomo primo. fol.2. col.3.H

In artes non influunt corpora supra cœlestia. Exodi to.1. 77.c.3.F

Non potest Deus per artẽ producere aliquid æquale sibi. Iosue to.2. 27.c.1.A

Ars facit vnum ad multa, sed natura vnum ad vnum: exemplum primi est gladius Delphicus. Matth. to.1. 20.c.1.A

Illę propriè dicuntur artes, quarum operibus possunt homines bene: & male vti, & illæ sunt artes licitę. Mat.to.3. 277.c.3.H

Mechanicas administrationes subeunt homines moti amore lucri. Matthæi tomo quinto. fol.82. col.4.F

Ars habet duplicia instrumenta: quædam de prima intentione, vt musica habet citharas, & alia vasa musica: eo quòd directe ordinantur ad actum, quem intendit ars: alia habet secundaria intentione, scilicet ad conseruandum illa, quibus vtitur prima intentione. Matthæi tom. 6. fol. 103. c.1.C

Ars est habitus simplex non habens partes. Matth. to.6. 100.c.4.F

Artaxerxes. Scripsit Esdræ principi Iudæorum di. quòd quicquid argenti & auri necessarium esset ad sumptus sacrificiorum vsque ad talenta centum, & vsque ad vini bathos centum, & bathos olei centum, & sal absque mensura, omne, quod ad ritum Dei cœli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cœli, ne forte irascatur contra regnum regis & filiorum eius, Esdræ.1.1.Paral. 187.c.1.E

Artaxerxes regnauit annis quadraginta tempore cuius fuit Esdras. Matthæi tomo primo. fol. 146. c.2.A

Artaxerxes, qui & Assuerus dicitur, sub quo fuit historia

storia Esther anno tertio regni eius regnauit annis quadraginta, & incœpit regnare ante Christi natiuitatem anno tercẽtesimo octuagesimo primo. Matth.to.1. 147.c.1.A

Artifex. Inter artifices quidam agunt, præcognito fine & præsuppositio,& isti vocantur sapientes, quia agunt per causam altissimã artis, alij sunt, qui non cognito, neque præstituto fine agunt,& isti vocantur manuales. Exo.tom.2. 105.c.3.H

Ad artificis bonitatem non pertinet facere omnia meliori modo,quo potest, sed secundum conformitatem ad finem,ad quem sunt,quæ facit. Iosue to.2. 25 c.4.G

Artifices non debẽt aliquid recipere vltra debitum secundũ consuetudinẽ patriæ. Mat.to.3. 29.c.1.A

Artificiale. In artificialibus est duplex excogitatio,quædam,quæ est, de forma rei constituendæ, secunda, quæ est, de modo & processu factionis. Prima pertinet ad exemplar rei. Secunda ad habitum artis, primum ponere facile est,non tamen secundum. Exo.tom.2. 108.c.1.C

De artificijs & negociationibus dãtur decimæ. Mat. to.6. 217.c.1.E

Artificiatum. Duplex.Matth.to.6. fo.100. c 2.C

Artificiata constituuntur in genere per materiam. Mat.to.6 99.c.1.D

De duobus quibus artificium cognoscitur.Mat.to.7 208.c.4.F

Articulus. Articulis carent Latini, Græci tamen & Hebræi habent illos, de quibus multa dicuntur.Exo.to 1. 26 c.1.A

De articulis,s.ha.hu.hi.Exo.to.2.3.c.4.H. Iosue to.2. 61.c.1.D

Articulus fidei. Inter articulos fidei,quidã sunt, qui naturali ratione inuestigari non possunt, vt Deum esse creatorem, & esse trinum & vnum &c. quidam sunt, qui naturali ratione cognoscuntur, vt Deum esse. Exo.to.1. 201.c.1.D

Licet impossibile sit demonstrare articulos fidei, bene tamen possunt persuaderi & defendi.& non cũ magna difficultate.Exo.to.1. 281.c.1.D

Inter articulos fidei primus & maior est ecclesiam errare non posse in his,quæ sunt fidei. Matth.to.1. 15.c.2.A

Articulus diei. De quo Gen. 7. in articulo illius diei, significat rẽ distinctam & manifestã, hoc est fecit Noe ingredi arcam in die clara, vt alij homines viderent illum ingredientem, iuxta opinionem Nicolai de Lyra vel melius sic.s.ꝙ articulus significat quandã particulam distinctam, qua dies à nocte dstinguitur, scilicet pro aurora illius diei in quo cœpit pluere, & hæc est sententia Rabbi Abraham Aben Ezra Gen. 42.c.2.A

Arula. Dicitur vas ad ponendas, prunas, vt patet Hier.36.vbi dicitur ꝙ ante regem in domo hyemali posita erat arula plena prunis. Exo.to.2.50.c.2.B. De ista arula non fit mentio in litera Hebraica,sed dicitur: Quos pones super ambitum altaris, quia forte ille ambitus erat aliquod vas,siue magnum frustum æris quadratum secundum formam altaris circundans illud intra, & ibi ponebantur ligna holocausti. Exo. to.2. 50.c.3.G & 100.c.1.C

De positione arulæ refertur opinio quorundam & improbatur. Et differitur ab auctore qualiter arula erat in altari medio, & quomodo subter craticulam. Exo.to.2. 100.c.2.A

Arula erat super craticulam,& subter craticulam, diuersimodè.Exo.to.2. ibidem

As. Est moneta minutissima,idest obolus. Accipitur tamen dupliciter: vno modo pro minima moneta cuiuscunque regionis, qualitercunque illa vocetur, nã interdum habet nomina specialia, & vocatur quadrans.Matth 5.& 18. & Luc.12. dicitur minutum. Sed secundum iura humana aliter capitur as,quia capitur pro tota hæreditate alicuius quanticunque sit valoris. Et tunc as diuiditur in duodecim vncias,quarum quælibet est duodecima pars illius hæreditatis, & quælibet pars habet nomen proprium,nam prima dicitur sextunx deinde sextanx,quadrans,dextans,deunx,& sic as: est pars vltima.s.duodecim, quæ includit omnes alias. Et prima est tota hæreditas. Sic patet Insti. de hære.§.hæreditas. Et tunc as nõ est nomen monetæ,Et sic raro vtimur hoc nomine, sed tantum vtimur pro moneta minutissima. Matth. tom. 3. 255 c.4.F

Asa. Rectum fecit in conspectu Domini: sicut Dauid.3.Reg. 138.c.3.k

Asa, quare non destruxerit templa, quæ fecit Salomon idolis vxorum suarum.3.Reg.140.c.1.D.Nec tamen in hoc peccauit,sicut nec Ezechias.3.Reg. 140.c.2.D

De Asa rege Iuda filio Abiæ, & de processu regni eius.2 Parali. 187.c.1.D

Asa rex Iuda non insurrexerunt bella vsque ad annum decimum,propter multa.2.Paralip. fol.187. c.4 H Et hoc potuit Deus facere multipliciter.ibi.

Asa vicit Zara regem Aethiopum habentem decies centena millia virorum,Dei adiutorio. Et permisit Deus tantum exercitum venire contra Asa. propter tria.2Paralip. 188.c.1.E

Et potuit Zara moueri à Deo,vel à seipso, vt veniret oppugnare regnum Iuda.ibidem. 189.c.3.I

Et Deus voluit istum Zara & exercitum eius tradere in manus Asa,potius quàm in manus alicuius gentilis propter multa.ibi. 189.c.4.G

Asa commisit bellum contra Aethiopes anno decimo quinto regni eius; & cum dicitur. 2.Para l.14. ꝙ decem annis fuit pax in regno Asa, intelligitur ꝙ nulla omnino bella surrexerunt illis decem annis, sed post decimum annum surrexerunt aliquæ contentiones paruæ contra vicinos,per quas terra non erat iam omnino in pace, & tamen non fuerunt bella famosa: & ideo de illis non fecit mentionem scriptura 2.Paral. 192.c.4.F

Asa amouit Maacham matrem suam à sacris Priapi, & puniuit eam, augusto Imperio priuando.2.Par. 206.c.4.H

Nec ipse poterat occidere matrẽ propter idolatriã, vt probatur.ibid.

Nec occidit aliquos de Israelitis, qui fuerũt idolatræ tempore regum priorum, sed hortatus est eos, vt quærerent dominum in toto corde suo. Et fecerunt sic componentes fœdus cum Deo, quod obseruauerunt tempore Asa.ibid. 207.c.4.F

Asa regnauit tpe septẽ regum Israel.2.Par. 211.c.3.k

Asa peccauit vocãdo in auxiliũ suũ Benadab regem Syriæ.2.Paral. 212.c.1.C

Asa peccauit multipliciter dando thesauros domus dñi Benadab regi Syriæ. 2.Par.212.c.3.I. Sed datio ista pecuniæ non probat sufficienter ꝙ peccauerit Asa vel Benadab. Excepto ꝙ illa pecunia erat sacra,& excepta similiter non cõfidẽtia Asa in Deo. 2.Paral. 213.c.1.A

Licitum fuit Asa tollere lapides & ligna, de loco, in quo posuerat illa baasa ex Israel, & hoc propter multa. 2. Paralip. 213. c. 4. H

Asa peccauit habendo fiduciam in Benadab rege syriæ, & non in domino 2. Paralip. 215. c. 1. A. Et propter hoc perdidit multa bona, ibidem.

Asa quando fecit incarcerari prophetã Anani, multi de populo interfecti sunt a Deo, & creditur, quòd de numero illorum fuerunt illi, qui tenuerunt eũ iussu regis: & in carcerem miserunt; nam in casu hoc non debebãt obedire regi. Similiter & illi, qui consilium dederunt regi, vt incarceraretur, vel approbauerũt factum, vel gauisi sunt de hoc, vel quia alias merebantur mortem, & tunc voluit Deus illam exequi, quam alias non esset pro tunc executurus: nisi rex peccasset, 2. Paralip. 218. c. 4. H

Pœna podagræ, data Asa pro incarceratione prophetæ fuit illi conuenienter inflicta, vt probatur 2. Paral. 219. c. 4. K. Et grauius punitus est, quã illi subditi sui, quos Deus repente interfecit, vt probatur ibid.

Asa peccauit, quia in infirmitate sua nõ quærens dñm cõfisus est in opere medicorum. 2 Paral. 222. c. 2. C

In Asa non apparet aliquid propter quod perierit, æternaliter 2. Paralip. 222. c. 4. H

Asael phuni. De qua 1. Paral. 4. non fuit mater Samsonis, vt opinantur Rabanus, & glosa ordinaria. Sed fuit quædam alia mulier de tribu Iuda, quæ propter aliquam excellentiam nominatur. 1. Paralip. 60. c. 1. A

Asaph. Eman, & Iditum erant principes cantorũ templi. Asaph erat de familia Gerson. Eman de familia Caathitarum, Ethan princeps de familia Merari, & erant valde sapientes. & fecerũt multos Psalmos tempore Dauid. 1. Paral. 289. c. 3. K

Et isti erant diuisi in viginti quatuor partes, vel sortes; de Eman & de familia Caathitarum erant quatuordecim, & de familia Idithum, i. de familia Merari erãt sex, & quatuor de familia Gersonitarum, descendentes a quatuor filijs Asaph. & Iditum & Ethan est idem. 1 Paralip. 290. c. 2. A

Asasonthamar. De quo Gene. 14. locus quidã est in terra Engadi. 2. Paralip. 20. Engadi est terra in sorte Iuda, in qua latuit Dauid cum fugeret Saulem. primi regũ 24. Et abũdat vineis palmis, & balsamo, & est circa Iericho, & ciuitates Sodomorum, Gen. 250. c. 1. E

Ascendere, ascensio. Ascendit Christus in cœlum, per se sua virtute per donum agilitatis, nec oportuit, vt ab angelis portaretur, nec propter dignitatem ascẽdentis, vt vteretur ad hoc obsequio & famulatu angelorũ, immo cum suo vigore ascendere, magnã ostendit potentiam, Parado. 74. c. 2. E

Christus ascendit in cœlum secundum humanam naturam per realem ascensionem: non tamen sic dicendum est de descensu eius de cœlis ad incarnandum, vt dicitur in symbolo, cum dicitur: Descẽdit de cœlis, &c. Parad. 126. c. 4. F. & C.

Inter ascensionem, & assumptionem quid interfit. Parad. 73. c. 2. C

Ascensio Christi in cœlum fuit non naturalis, sed supra naturalis, Parad. 72. c. 3. H

Ascensio Christi in cœlum fuit successiua per totum illud spatium, quo oculi discipulorum possent eũ videre, & deinde subito, vel in instanti peruenit in cœlum empyreum. Parad. 75. c. 2 A. Et melius dicitur in instanti quam subito, Parad. 75. c. 2. E

Modus ascensionis Christi in cœlum describitur in Parad. 75. c. 4. F

De ascensu beatorum in cœlum in resurrectione generali. Parad. 76. c. 4. F

Asenech. Vxorem Ioseph, quidam dicunt fuisse neptẽ Dinæ filiæ Iacob, sed falsum est, & dicendũ q̃ fuit de stirpe Gentilũ, Gen. 368. c. 4. H

De Asenech refertur historia. Gen. 367. c. 4. I

De Asenech vxore Ioseph, & de filio Pharaonis, refertur apocrypha historia. Exo. to. 1. 1. c. 2. D

Asenech erat vxor Ioseph, filia Putifaris, Ge. 397. c. 4. H

Asia. Et Africa mari Mediterraneo seiungũtur, &c. Exo. tom. 1. 64. c. 2. C

Terminus occidẽtalis totius Asiæ est terra Chanaan, Iosue to. 2. 104. c. 4. G

Asinus. Asinum, quem strauit Abraham, quando iuit immolare filium, dicunt Hebræi futurum esse illum, in quo sedere debebat Messias, de quo Zach. 9. habetur, Gen. 280. c. 3. H

Asinum, de quo Exo. 4. dicitur, quòd Moyses tulit vxorem suam & filios, & imposuit eos super asinũ, fuisse asinum illum, in quo Abraham tulit ligna ad holocaustum, Gen. 22. & super quem vẽturus erat Messias iuxta Zachariæ vaticinium. cap. 9. Ecce rex tuus &c. dicit Rabbi Salom, cuius duo motiua referuntur. Sed hoc ridiculum est, vt probatur, Exodi tom. 1. 25. c. 4. K

Asinus, apud gentiles, immolabatur priapo, Exo. to. 1. 54. c. 2. B

Quòd asinus primogenitus præciperetur redimi oue, potius quam cætera animalia, ideo fuit, vt dicit Abẽ Ezra, quia soli asini adducti sunt ab Israelitis de Aegypto, & hoc videtur magis tenendum, nec asinus poterat Deo immolari. Exo. to. 1. 101. c. 3. G

Asina. Quid per asinam & pullum, de quibus Mat. 21. significetur. Gen. 407. col. 3. H. Matt. tomo 5. 215. c. 2. A

Asina Balaam non formabat voces, sed in ipsa formabãtur, ita q̃ in ipsa fabricata sunt nouiter aliqua organa, in quibus posset fieri talis vocum formatio, Num. to. 2. 37. c. 4. H

In Asina Balaam facta sunt duo mirabilia. Primum, vt videret Angelum. Secũdum, vt loquuta sit. Nu. tomo 2. 38. c. 2. B

Asiongaber. Est portus maris rubri terræ Idumææ. 2. Paralip. 121. c. 2. A

Aspergere. Aspersio Qui in veter. lege, aspergebat alium aqua lustrationis, efficiebatur immundus, Matth. tom. 7. 308. c. 1. A

Aspersio, vbi iubebatur fieri in vete. testa. semper debebat fieri septies. Leui. 136. c. 3. K

Aspicere. Inter aspicere & attendere hoc interest, quia aspicere est ad id, quod palam videtur: attendere autem est cum solicitudine inquirere, vt videamus, Matth. to. 3. 127. c. 4. F

Aspis Aspides sunt magni serpentes in motu velocissimi, ita vt flumina, & maria trasuolẽt. Deuteron. 174. c. 3. H

Asser. De quo Gen. 30. significat beatitudinem, Genes. 222. c. 3. H

Assyria. Prouincia est, in qua sita est ciuitas Niniuæ, in qua regnauit Salmanasar, qui captiuum duxit Israel in terram suam. Et hæc Assyria habet Caucasum montem a Septentrione, a Meridie autem Persicum sinum, ab oriente Parthiam, & Aracusiam, ab occidente fines Persidis, & Mediæ Gen. 6. c. 3. G. & 57. c. 2. D

Assyria est terra satis remota a terra promissionis vltra Babylonem, Chaldæam, & Mesopotamiam. Genes. 20. c. 4. G

Cum in Assyrios translati fuerunt Israelitæ, multi ex omnibus tribubus remanserunt in terra Israel, Mat.

Mat.to.5. 164.c.3.H

Aſsyrij. Dicuntur ſic ab Aſſur filio Sem, Gē. 6.c.3.G

Aſſyriorum regnum fuit primū inter omnia regna mundi, poſt diluuium, incipiēs ab Aſſur filio Sem, & duravit vſque ad Sardanapalum, qui flammis ſe iniecit, Gē. 6.c.3.G. & 52.c.1.C. Et dicitur ꝙ regni Aſſyriorū principium fuit in Babylone per Nembroth regem. ibidem.

Aſsor. Duplex eſt Aſſor ciuitas: quædam in tribu Iuda, & altera in tribu Nephtali. Iudi. 54.c.4.I

Aſsuerus. Aſſueri regis conuiuium amplisſimum fuit & memorandum. Mat. to.4. 78.c.1.A

Aſsumptio. Inter aſſumptionem & aſcenſionem quid interſit. Parado. 73.c.2.C

Aſſumptio hypoſtatica quomodo differat a compoſitione. Parado. 23.c.1.D

Aſsur. De quo Gen. 10. & de genere Sem, cum nollet repugnare Deo vidēs peruerſam intentionem aliorum ædificantium turrem, fugit de terra illa; vel, vt alij volunt deſtructa lingua, cū alij receſſiſſent, receſſit ipſe in terram quandam contra orientem & magis ſeptētrionalem, quàm Babylon, & nunquā ab aliquo habitatam, quam à nomine Aſſur Aſſyriam nominauerunt. Et ædificauit ciuitatem magnā, quæ poſtea à Nino dicta eſt Niniue. Gen. 52.c.2.C. & 53.c.2.D

Aſſur ędificauit tres ciuitates, ſ. Niniue, Calle, Reſen, quæ poſtea alijs nominibus fuerunt nominatæ. Gen. 52.c.2.D

Aſteriſcus. Aſteriſcus eſt imago in modum cuiuſdam ſtellæ facta, & dicitur ſtella, & ponebatur hæc imago ab Origene, quando aliqua litera diminuta erat, & ſuppletur. Gē. 35.c.2.A

De aſteriſcis & obellis, quid ſint. Ioſue to 1. 9.c.1.B

Aſtrum. Aſtra octauæ ſpheræ, quare nō videātur pertinere ad ornatum. Gen. 7.c.2.C

Aſtra, quæ in quarto die producta ſunt, Gen. 2. in Hebræo dicuntur militiæ, vel turbæ cœlorum, quia dicuntur diſcurrere per cęlum tanquam milites, vel exercitus, & eadem dictio ponitur in Hebræo. Gen. 2. quæ ponitur in lib. 3. & 4. Reg. cum dicitur, coluit militiam cœli. 4. Reg. 17. Gen. 10.c.3.I

Aſtra non ſignificant, niſi naturales effectus, inquantum mediate, vel immediate, habēt cauſalitatem ſuper ipſos. Sed ſuper liberum arbitrium non poſſunt eſſe ſigna. Exo. to. 2. 124.c.4.I

Antiqui crediderunt aſtra eſſe deos. Deut. 171.c.1.D

Inter aſtra, quæ ſpecialius influunt in hæc inferiora, ſunt Sol & Luna, &c. Deu. 180.c.2.C

Aſtra cœli colebant Iudæi tempore Manaſſes regis Iuda. 4. Reg. 210.c.4.I

Aſtra, coniuncta Soli per tredecim gradus nō videntur: cum verò tranſierint gradum tredecimum, poterunt videri occidente Sole, & dicuntur tunc habere ortum Heliacum: quia fugiunt radios Soliš. 2. Paral. 77.c.3.K

Aſtrolabium. Dicitur fabricaſſe Ptolomęus in ciuitate Arim, quæ eſt ſub æquinoctiali, Gen. 12.c.4.H. Exo. 64.c.1.D

De aſtrolabij deſcriptione, & ad quid deſeruiat. Exo. to. 2. 63.c.4.E

Aſtrolabium, & cilindus ſunt ad inueſtigationē horarum, & altitudinis ortus, & occaſus planetarum, & non ad diuinationes. Iudi. 174.c.1.B

Aſtrologia. Aſtrologiam inuenerūt ſacerdotes Aegyptij, vt inquit Ariſtoteles 1. Metaphyſicæ. Gen. 4.c.1.D

Aſtrologia ſiue aſtronomia cæteras artes liberales antecedit dignitate, quia de ſubiecto altiori eſt & nobiliori. Gen. 15.c.3.K

Aſtrologia, & Aſtronomia quomodo differant. Gē. in Prol. 15.c.3.K

Aſtrologiam diſtinguit Iſidorus ab aſtronomia, quia iſta cœli conuerſionem, ortus & obitus, motuſq; ſyderum continet; illa verò partim naturalis eſt, & partim ſuperſtitioſa: naturalis eſt, dum exequitur ſolis & lunę curſus vel ſtellarum, cęterasque iſtarum ſtationes. Superſtitioſa eſt illa, quam mathematici ſequuntur, qui ſtellis augurantur, qui etiam duodecim cęli ſigna per ſingula animæ vel corporis membra diſponunt, ſyderumque curſu natiuitates hominum moresque prędicere conantur, quod non ſolum orthodoxorum fides abhorret, ſed etiam philoſophi deteſtātur. Gen. 15.c.3.K

Aſtrologia duas habet partes, vnā, quæ dicitur theorica, quæ inquirit de quantitate & conditione corporū cœleſtiū, velocitate tarditate &c. Alterā, quæ dicitur practica, quæ de pluuijs ſiccitatibus, peſte, ſanitate, bello, pace, &c. ediſſerit. Et ab aſtrologis theoricis non eſt peccatum inquirere aliqua circa theoricam, nec à practicis ea, quæ totaliter ſunt à natura, dum tamen non credamus illa neceſſario euenire. Leui. 202.c.1.D. 3. Reg. 33.c.2.D. Nefas tamē eſt per Aſtrologiam aſſerere aliquid futurum in eis rebus, quæ partim habēt cauſalitatem ex natura, & partim ex operatione noſtra, vt iudicare de aliquo homine, ꝙ infirmabitur, vel ſanus erit: prius quā cauſæ ægritudinis ſint, vel ſanitatis, &c. Similiter & in his, quę partim ex natura, partim ex libertate, vel fortuna ortum habent, & in his quæ purè voluntaria ſunt, & dependentia ex voluntate inquirentis, vt probatur. Leui. 202.c.3.H

De aſtrologia iudiciaria circa natiuitates quę dicitur oroſcopium, vide in dictione, Oroſcopus.

Aſtrologia, arithmetica, & geometria fuerūt primo apud Chaldæos, vt dicit Ioſephus 1. Antiq. Deinde apud Aegyptios, & multo melius. 1. Reg. to. 1. 67.c.2.E

In aſtrologia iudiciaria eſt, quædam particula de electionibus, & quædam de natiuitatibus, & alia de annorum reuolutionibus, & alia de quęſtionibus. 2. Reg. 32.c.3.I

De capite æneo vel ferreo, quod per aſtrologiam & magicas artes dicunt fieri, vide in dictione caput æneum.

Aſtrologia licet non ſit prohibita, quantum tamē ad aliqua iudicia multum particularia, vt de furtis prohibita eſt. Matth. to. 3. 25.c.1.D

Aſtrologus. Aſtrologi in iudiciarijs habent quatuor modos inquirendi euentum rerum. ſ. per reuolutiones, per natiuitates, per quæſtiones, per electiones, & aſtrologi moderni addūt quintam partem, quæ eſt de intentionibus. Leuit. 203.c.3.G

Aſtrologus, vt dicit Ptolomæus in centiloquio propoſitione prima, non debet denunciare rē particulariter, ſed vniuerſaliter, vt qui eminus videt rem aliquam. 3. Reg. 155.c.3.G. Mat. to. 5. 186.c.2.E

Aſtrologi quare multa vera dicant, de conditionibus animarum eorum, qui noſcuntur per tempora natiuitatis, ſ. de ingenio, &c. Matth. to. 7. fol. 231. c.1.A

Aſtrologi dicūt fortiores domos eſſe angulos, quàm alias, & dicunt fortiores eſſe illas, quæ ſuccedunt angulis, quàm cadentes ab angulis, nec in angulis eſſe æqualitatem &c. Matth. to. 7. 143.c.2.C

Index in omnia Opera

In astrologorum computo cõnumerantur anni bissextiles, Defen. 48.c.2.B

Astutia. Astutiam quandam naturalem habent animalia quædam, vt formica Prouerb.6. Araneæ tribuitur velut ingenium subtile in texendo &c. Gen. 159.c.4.F

Astutia quomodo differat à sapientia & prudentia, Exo to.1. 4.c.4.k

Quælibet astutia & prudentia laudabilis est, licet opus per eam factum non semper sit laudabile. Mat.to.4. 180.c.3.G

Atalia. Quomodo potuit occidere omnes de semine regio, & quare. 4.Reg.fol.117. c.2.D

Atalia nimis audax fuit & temeraria. 4 Reg. fo.117. c.3.H

Ataliam iussit Ioiadas summus sacerdos educi de templo,& occidi,propter quinque.4 Reg.fo.120. c.2.B

Athecina. Est habitus,qui causatur per operationẽ contratiã arti ex 6 Ethic. 3.Reg. 34.c.2.E

Athenæ. Dicuntur quasi littorales,qui in littore maris constitutæ sunt. Genes. 4 c.2.E

Athenæ conditæ sunt à Cecrope, dum filij Israel in captiuitate ægyptiaca tenerentur. Gene. Et huius ciuitatis varia nomina referuntur. Exo. to.1. 117. c.2.D

Athenarum ciuitas quondam vocata est Acta, idest littoralis, sed postea vocata est Athenæ ex nomine cuiusdam Deæ, quæ vocabatur Minerua, vel Pallas,& in Græco dicitur Athena: vel dicitur sic, ab a, quod est sine, & thanatos, quod est mors, quasi sine morte, idest immortalis,propter eius famam in æternum ex studio literarum. Gen. fol.4. c.2.E.1.Paralip. 18.c.1.E. Exo.to.1.118.c.2.E

Athenienses. Apud Athenienses conuenièbãt quondam fœminæ cum viris, & habebant voces in publicis consultationibus, quod postea negatum est illis. Gene. 233.c.1.C

Athenienses,cum essent viri doctissimi,cognouerũt esse Deum quendam excellentissimum omnium mundanarum rerum curam agentem, & illum dignum maiore honore dixerunt. Iudi. 10.c.4.H

Athenienses irridebant Paulum prædicantem resurrectionem mortuorum. Matth.to.6. 268.c.4.F

Athenienses fecerũt altare Deo ignoto,in quo erat titulus,altare Dei ignoti.4.Reg. 54.c.1.D

Athenienses cognouerunt Deũ naturaliter,sed non cognouerunt,quòd esset creator omnium, sed potius negabant hoc,& irridebant Paulum,quia prædicabat creationem & resurrectionem mortuorũ. Act.17.2.Paralip. 34.c.1.D

Athlas. Mons est famosissimus ex parte Africæ, & mons alpe, ex parte Hispaniæ. Gen. 17.c.3.F

Athlas mons altissimus est in confinio Oceani in fine Africæ,vbi coniungitur Europæ vltra fines Hispaniæ, apud quem, facta quadam ruptura, æstus Oceani terris immittitur faciens mare Mediterraneum, quod mox Tirrhenum vocatur. hic mons, quia propter altitudinem nebulosam vix cacumẽ demonstrat,cœlum attingere dicitur,& sustinere, quasi cœli liquidi sint,& terra solida.Gen. fo.356. c.3.I

Athlas, vir in astris peritissimus fuit: anno ab orbe condito, bis millesimo trecentesimo trigesimo. Gen. 356.c.3.H

Athosmons. De Atho monte altissimo Macedoniæ, Genes. 87.c.2.C

Atreus. Historia Atrei,& Thiestis refertur, Exo. tom.1 118.c.1.A

Atrium. In Atrio Tabernaculi non erant caldariæ lebetes,& ollæ, sed hæc portabant offerentes hostias pacificas, Exod.tom.2. 44.c.4.F

Atrium templi, vbi erat altare holocaustorum, non erat coopertum,sed toti cœlo patens,ibid. 33.c.3.F

Circa atrium tabernaculi recitatur opinio quorundam dicentium Atrium,de quo Exo.27. Esse extra tabernaculum, & improbatur ab auctore, ibidem. 51.c.4.F

Sed dicendum, quòd atrium erat circundans in gyro ipsum tabernaculum, sed quare fieret istud atriũ, assignatur duplex causa,scilicet, propter altare holocaustorum, & propter tabernaculum,ibid.

Et assignatur causa, quare istud atrium erat centum cubitorum in longitudine,& quinquaginta in latitudine,ibid.

Figura atrij tabernaculi describitur,ibid. Leuit. 153. col.1.A

Intra atrium tabernaculi erat labrum æneum, in quo lauabantur sacerdotes,& altare holocaustorum,cuius ignis nullis imbribus extinguebatur, diuinitus conseruatus, Exo.tom.2 52.c.3.I

Atrium tabernaculi, habebat sexaginta columnas, ibid. 53.c.3.F

In atrium tabernaculi intrabant omnes,etiam vulgares quotquot vellent ad sacrificandum, ibid. 72. col.3.G

In atrio tabernaculi coquebantur omnes carnes pacificorum, & carnes sacrificiorũ pro peccato, quæ ad sacerdotes pertinebant,ibid. 86.c.3.I

De atrij tabernaculi,columnis,& tenctorijs,ibid. 201. c.2.B,& 210.c.4.F,& 115.c.4.K,& 219.c.2.B

De tabernaculi atrij introitu,ibid. 201.c.3.H

Atrij cortinæ paxillis æneis figebantur,ibid.202.c.1.E

In atrium tabernaculi intrabant vulgares cum offerrent victimas pacificas, & ibi comedebant partem victimarum suarum, similiter cum sacrificia offerre deberent,Leuit. 9.c.3.F

Vsus atrij tabernaculi cessauit, non solum facto templo Salomonis, sed etiam immediate, vt Israelitæ locauerunt tabernaculum Domini in Silo. Nam ibi constituerunt tabernaculum intra domum magnam, in qua non erat opus vallare tabernaculum atrio, sed atrium tabernaculi fuit solum pro tempore,quo manserunt Israelitę in deserto,3.Regum 49.c.4 K

De quatuor atrijs templi Salomonis,ibid. 58.c.4.G

Et in dictione templum,4.Reg. 126.c.2.A, 1.Paralip 328.c.2.E

Ostium atrij sacerdotum custodiebatur a sacerdotibus. Et ostia aliorum atriorum,quæ erãt a quatuor ventis,custodiebantur a Leuitis,4.Reg. 126.c.2.D.

Atrium templi habebat in circuitu quatuor portas ad quatuor ventos, & in istis erant ianitores custodientes, ne quis accederet ad locum indebitum, vel si aliquis esset immundus,1.Paralip. 68.c.3.F

De atrio templi Salomonis,2.Paralipom. 41.c.2.E,& 59.c.1.A

Attendere. Inter attendere,& aspicere hoc interest,quia aspicere est ad id,quod palam videtur. Attendere autem est cum sollicitudine inquirere,vt videamus, Mat.tom.3. 127.c.4.F

Attentus. Duobus modis Christus faciebat suos auditores attentos, Mat.to.4 132.c.4.I

Attributum. Attributa sunt quędam perfectiones,quæ in nobis sunt veræ qualitates,

litates, & principia actionum: in Deo autem non sunt, sed prædicantur per modum qualitatum. Et videntur significare per modum diuersorum principiorum operatiuorum, Exod. tom.2 180.c.1.A

Au. In Hebræo idem est, quod pater, Genes. 367. c.2.E

Auaritia consequitur naturaliter impotẽtiam acquirendi, & ideo mulieres sunt uiris auariores, similiter & senes iuuenibus, eo quòd propter ætatem sunt impotentes acquirere 2.Paralip. 124.c.3.H

Auaritia solet interdum nasci ex inani gloria, & è cõtra, Matth.tom.1 231.c.4.F.& 241.c.4.H

Auaritia est semper mala, Mat.tom.5 141.c.1.D

Auaritia inter cætera peccata est permanentius, & est illud, quod magis hominem implicat, & nunquam senescit, Mat.tom.3 190.c.3.I

De auaritia pharisaica, Mat.tom 4 126.c.1.B

Auarus. Auaro deest tam, quod habet, quã quod non habet, Genes. 32.c.1.D

Auari erant Iudæi, Mat.tom.6. 207.c.4.H, Similiter & carnales, ibid.

Auarus nihil amat ardentius, quàm thesaurum, Mat. tom.3 103.c.3.F

Auari volunt diuitias sine mensura, quia eas non ad vsum, sed propter seipsas volunt, 1.Politic. Quia ea, quæ propter seipsa aliquis vult, sine mensura vult, similiter & odientes faciunt, Mat.tom.2. 103.c.4.F

Auari populi. Descendunt a Hul filio Aram, filij Sem, Genes. 53.c.2.D

Auctoritas. Vide Authoritas.

Audacia. Audaciam consueuimus vocare confidentiam in periculis, quæ est fortitudo, & habet magnam similitudinem cum audacia, 2.Paralip. 228.c.4.K

Homo, & quodlibet animal magis inclinatur ad timorem, quo mala fugit, quam ad audaciam, qua mala inuadit, Mat.tom.5 7.c.1.E

Audire. Audiri. Quid sit Christum audire, & quid ei aperire, Matt.tom.7. 12.c.3.K

Audire aliquando capitur pro obedire, Leuitici 313. col.1.A

Angelus non potest audire in corpore assumpto, licet possit loqui, 1.Paral. 247.c.3.G

Aliquid audiri stat dupliciter, scilicet, proprie, & attributaliter. Et proprie dupliciter, aut per se primo, aut per se non primo, Parad. 35.c.1.A

Auditor. Duobus modis Christus reddebat suos auditores attentos. Matt.tom.4. 132. col 4.H

Auditus. Dicitur ianua intellectus, Gen.8.c.1.E, Num.tom.1 165.c.3.F

Auditus habet maximam approximationem ad intellectum, & voluntatem, Leuit. 67.c.3.k

In quo sit auditus perfectior visu, Num. tom.1. 165. col.3.G

De auditu, Parad. 45.c.3.H

Auerrois. Commentator propter quid posuerit vnitatem intellectus agentis, Deut. 70.c..E

Auerti a Deo. Dupliciter auertitur homo a Deo, vno modo secundum quid, alio modo totaliter, & his duabus auersionibus hominis a Deo respondẽt duæ auersiones Dei ab homine, Leuit. 321.c.3.K

Auferre. Quomodo auferatur bonum alicui, Mat.tom.7 39.c.2.E

Deus nunquàm aufert id, quod semel dat, nisi quis demereatur, Et hoc quando id, quod datur est per se manens, 1.Reg.tom.2 67.c.2.D

Augeri. Quodlibet membrum corporis proportionaliter augetur, Mat.to.6. 109.c.2.B

Bona spiritualia dupliciter augentur, Matth. tom.7. 34.c.4.k

Augmentatio. In Deo augmentationem suscipi est impossibile, Parad. 66.c.2.A

Opus augmenti præsupponit opus nutrimenti, Mat. tom.6 107.c.4.H

Omnes partes augmenti sunt partes secundum speciem, ibid. 114.c.3.K

Augmentatio fit per alimentum conuersum in substantiam aliti, scilicet, in carnem, & sanguinem per maiores partes, quàm fuit deperditum, Paradox. 66.c.2.A

Augmentum fit per partes maiores, quam fuerit facta deperditio, & sic ex residuo nutritionis fit augmentum. Et fit in tribus septennijs, vt ait Aristoteles, scilicet, vsque ad annum vigesimum primum, & hoc vt communiter, quia in quibusdam interdum acceleratur, & in alijs retardatur, in quibus post vigesimum annum, est adhuc augmentum, Mat.tom.3 89.c.4.F

Ad medietatem augmenti peruenit homo a primis quinque annis, Mat.tom.3 89.c.4.K

Augur. Augures distingũt auguria per respectus, scilicet, ante & retro, Leui. 198.c.2.D

Augurium. Accipitur dupliciter, scilicet, stricte & large, secundo modo significat solam inquisitionem futurorum in auium volatibus, vel garritibus. Et large accipitur pro omni arte diuinandi, Genes. 380.c.1.E

Auguria sumuntur a garritu auium, & mugitu iumentorum, Leuit. 195.c.2.E, 4.Regum 212.c.2.E

Per auguria & somnia quærere de futuris, & de euentibus rerum contingentium in negotijs humanis, prohibitum est a Deo Leuit. 19. vbi dicitur, nõ augurabimini, nec obseruabitis somnia, primo quia Deo repugnat, scilicet, credere esse aliquod numẽ in auibus, & habere aliquam virtutem ad significandas res futuras. Secundo errant huiusmodi cõtra naturam, Leuit. 195.c.2.D

Augurium est quædam deceptio inuenta a dæmonibus, ad illaqueandum animas miserorum, Leuit. 198.c.2.D

Augurium in verbis fit dupliciter, 1. Regum. tom.1 212.c.1.C

Et quomodo ex verbis sumebatur apud gentes 1.Regum tom.2 73.c.3.H

Augurari. Est auguria inquirere, vel sortes mittere ad inueniendas aliquas veritates, Genes. 379.c.1.B

Augustinus. Cathegorias, & Mathematicas disciplinas didicit sine magistro, vt ipse testatur, principia tamen Isaiæ non valuit intelligere absque doctore catholico, Genes. 1.A

Aliqua dicta sunt ab Augustino & a Magistro senten. quæ necesse negare debemus, Gen. 179.c.2.E

Augustinus aberrauit circa locum, vbi erat altare thimiamatis, Exod.tom.2 94.c.1.E

Quædam Augustini sententia refellitur (si intelligitur in sensu literali) dicentis, ꝙ ista quatuor, scilicet, cognatio, domus, familiæ nomina, & capita, quæ ipse Augustinus vocat propinquitates, populos, domos, familiarum capita nominum, idem significant, licet sint diuersa nomina, Num. tom. 1 4.c.4.H

Augustini sententia refellitur circa illud Num. 1. Hi nobilissimi principes multitudinis, dicentis, quod primi

primi illi principes multitudinis, intelliguntur tribuni, quod tamen non potest stare, Num. tom. 1 8.c.2.C

Augustini, & historiæ scholasticę sententia refellitur circa illud Iosue 1. post diem 3. transibitis Iordan, Iosue tom. 1 23.c.2.B

Augustinus asserens 18. deciuitate Dei, quòd suscitatus a Pythonissa non fuerit Samuel, sed dęmon aliquis, non vt tenendus in hoc, quia contrauenit sacræ scripturę 1.Re.to.2.167.c.1.E, de Tri. 5.c.2.C

Augustinus tenet, Platonem, & multos alios ex Philosophis saluos esse. 4. Regum 54.c.1.C

August. 18. de Ciuitate Dei mordet Hieronymū aliqualiter propter translationem, quam fecerat, non contentus translatione septuaginta interpretum, 1.Paralip. 14.c.3.K

Illud Augustini in quęstionibus super Exod. & habetur 14. quęst. 5 ca. Qui habetis inquit enim aliquid de malo, facite in de bonum, quid verò non habetis aliquid de malo, nolite acquirere de malo, quod citatur, Mat. tom. 3. 20. c. 4 G, Multipliciter exponitur, ibid.

Augusti. edidit libros de Ciuitate Dei, vt ostenderet quòd meliora fuerūt tempora Romanorum post Christi religionem, quàm prius, & hoc idem facit Paulus Orosius in lib. de Ormesta mundi, ostendens, non solum Romæ, sed & toti orbi melius fuisse, post Christi religionem susceptam, quàm prius, ibid. 251.c.3.G

August. falso ascribitur liber de mirabilibus sacræ scripturæ, Mat. tom. 4 216.c.1.C

Augusti. falso ascribitur liber de Spiritu, & anima, Mat. tom. 7 152.c.4.F

Augusti. liber super Genes. ad literam est caute legendus, quia multa ibi dicit magis dubitando, quàm asserendo, ibid. 154.c.1.A, & 161.c.1.D

Augusti. in lib. de Cura agenda pro mortuis, & in alijs libris, sæpe sequitur positionem Platonicorum, & asserit, vel supponit dæmones habere corpora vnita, quæ sint vt partes illorum, quasi sint animalia, ibid. 215.c.4.G

Non est necesse assentiri omnibus, quæ dixit August. in scripturis suis, sed tantam ei reuerentiam tribuere debemus, quantam ipse sibi, & omnibus æqualibus tribui voluit, & quātam ipse viuens alijs, quos se excellētiores iudicabat, exhibuit, vt patet in Epist. ad Vincentium Donatistam, & in Epist. ad Hierony. & habetur in Decret. distinct. 9. cap. Ego solis, Defens. 22.c.3.G

August. in scriptis suis, errauit in multis, quæ postea in senectute correxit, & retractauit, nec omnia, in quibus errauit, retractauit, ibid.c.4.I.& 44.c.3.K

Augusti. in lib. de Ciuitate, non solum errauit circa tēpus mortis Domini, sed in multis alijs, quæ sunt expresse contra Biblia, siue sua siue librariorum culpa, ibid. 23.c.1.E

Augusti. multam damus auctoritatem propter duo, scilicet, propter excellētiam ingenij, & propter vehemens studium in sacris literis, & in sapientia seculi, ibid.

Multi errauerunt cum Augustino tenentes mortem Christi fuisse in die Annunciationis, scilicet, octauo Calen. Aprilis, & causa erroris fuit, quia ista conclusio Augustini videbatur prima facie pure historica. Et non dependere ex aliquibus principijs necessarijs, ex quibus posset probari veritas, vel falsitas eius, ibid. 24.c.2.A

Libri Augustini sunt approbati ab Ecclesia, sicut libri aliorum multorum, quos Gelasius Papa confirmauit in Decretis, 15. distinct. cap. Sancta Romana Ecclesia: tamen non ideo sequitur, quòd quidquid Augustinus dixerit, sit necessario tenendum tanquàm verum, ob hoc, quòd Augustinus dixerit, ibid. 41.c.3.F

Et quando Ecclesia approbat opera alicuius Doctoris, non approbat omnia contenta in illis, nec asserit omnia illa esse vera, immo nec vnam propositionem, vt probatur ex septem causis, ibid. 42.c.3.B

Sed in approbatione illorum Ecclesia facit quinque, primo concedit omnibus Christi fidelibus, quòd legant ea, secundo iudicat illa vtilia ad doctrinam fidei, & morum, & ob hoc laudat ea, & cæt. tertio, quia tollit suspicionem de hæresi voluntaria, quarto dat eis quandam auctoritatem, quam alias non habebant, non quòd necessario debeat eis fides adhiberi, sed quòd allegās aliquod dictum facit probationem, etiam si ipse auctor nullam causam dicti sui ostendat, dum tamen non probetur contrarium per nos, vel per aliquem alium, & hoc est qd magnum: quintum est, quòd alleuiat homines errantes, quia excusabitur quis per auctoritatem libri. Defens. 43.c 5.F

Nec licet nobis sentire contrarium alicuius dicti libri approbati, nostro arbitrio, etiam si ille nullam rationem adducat dicti sui, & nos pro parte contraria induceremus aliquam rationem, vel probationem, non tamen necessariam, non licet nobis sentire contrarium propter reuerentiam auctoritatis eius, sed magis debemus iudicare nos errare, vel non intelligere, secus tamen quando pro nostra parte inducitur auctoritas maioris ponderis, quàm sit auctoritas libri, vel ratio ineuitabilis. Nā tunc non est adhibenda fides illi dicto, sed resistere propter veritatem, Defens. 43.c.4.K

Secus tamen est de his, quæ sunt fidei: nam tunc captiuādus est intellectus noster in obsequium Christi, ibid. 44.c.1.A

Fallitur Augusti. in expositione illius Leuit. 25. vbi dicitur, quòd annus septimus dicitur sabbathum Domini, Leuit. 287.c.2.C

Augusti. & alij multi errauerunt circa Iechoniam patrem Salathiel dicētes illum esse filium Iosiæ, cum fuerit nepos, Mat. tom. 1 82.c.1.A

Augusti. fallitur excludens duas generationes a quadragintaduabus, quas ponit Mat. vt probatur Mat. tom. 1 84.c.4.I

Augustini expositio circa creationem mundi in sex diebus non consonat intentioni Moysi, vt probat Auctor, Genes. 1.c.4.F

Expositio Augusti. super illud Genes. 3. Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ, non est literalis, sed mystica, ibid. 217.c.1.A

Augusti. fallitur dicens Hebræos dictos sic non ab Heber, sed ab Abraham, & quòd dicuntur Hebræi, quasi Abrahæi, 1.Paralip. 34.c.5.F

Quomodo intelligatur, quòd mater Augustini ipsum nulla nocte desereret, Mat. tom. 7 271.c.2.D

Augustus. Imperatores dicuntur Augusti, ab Octauiano secundo Imperatore Romanorum, qui dictus est Augustus ab augendo, quia ipse nimis auxit Rempub. Mat. to. 6 23.c.1.A

Auicenna. Tenet quòd forma totius nō est forma partis, ibid. 97.c.2.A

Et huius sententiæ est auctor, ibid.

Auicenna tenet dæmones, & omnes intelligentias posse inducere formas tam substantiales, quàm accidentales in rebus, cuius fundamentum refertur, & impugnatur, Exo. tom. 1 44.c.4.G

Refertur opinio Auicennæ de forma totius, Matth. tom. 6 97.c.2.A

Auicenna ponit quòd animæ malorum, poſt mortem, non puniantur ab aliquibus corporibus, ſed p quaſdam ſimilitudines corporum, ſicut in ſomnijs propter ſimilitudinem rerum, quæ ſunt in imaginatione, videtur homini, quod puniatur varijs pœnis, ſed hoc eſt falſum, quia in anima ſeparata non manet imaginatio, nec ſenſatio, nec organum, vt probat Mat. tom. 7 153.c.3.H

Auienatæ. Populi apud Græciam tãta ranarum, & murium tempeſtate vrgebantur, quòd coacti ſunt ſedes ſuas dimittere, & requirere alias. Et Caſſander dux Alexandri dedit eis ſedes in finibus Macedoniç, vt ait Paulus Oroſius 3. de Ormeſta mundi, c. vlti. Et hoc contigit illis paulo poſt tempora Alexandri, Exo. tom. 1 51.c.3.F

Auis. Aues dicuntur formatæ ex aqua, ſed ex ſubtiliore ſubſtantia aquæ, quàm piſces, Geneſ. 8.c.1.B, & 134.c.2.D

Inter aues, apud gentes, quædam illarum erant conſecratę Dijs eorum, vt Aquila Ioui, columba, Veneri, Pauones Iunoni, coruus Phæbo, & veſpertilio Palladi ſiue Mineruæ, Exo. tom. 1 166.c.4.H

Aues ſunt ſubtilioris nutrimenti quàm bruta, Geneſ. 8.c.1.C

De auium munditia vel immunditia ad comedendũ, Iudæi regulã ponunt dicentes illas aues eſſe mundas, quæ iecur habent, & quendam aculeum ad modum vnguis in medio vtriuſque cruris, qui vulgariter dicitur eſpolon, Leui. 98.c.2.B. Deuter. 81.c.2.B, Sed alia regula elicitur ex vndecimo capite Leuit. ſ. q̃ non liceat comedere volucres rapaces, quæ de venatione viuunt, vt probatur Leu. 98.c.2.B

Aues nunquã legimus immolari Dijs ab idolatris, ſed tantum quadrupedia, ibid.C

In auibus rapacibus reperiuntur carnes magis nigræ, quàm in alijs, econtra eſt in ſtercoribus earum, ibi.

Aues non ruminant, ibid. 101.c.3.F

Auium nomina epicena dicta ſunt, ideſt, communia, Num. tom. 2 102.c.1.A

Aues non offerebantur a Iudæis in ſacrificium, niſi propter paupertatem, Num. to. 2 113.c.2.A

Aues non poſſunt ſuſtineri in regione ignea, ſi ibi eſſent, Parad. 72.c.2.B

Aura. Circa auram, ad quam Dominus ambulabat poſt meridiem, Geneſ. 3. referuntur opiniones, & tandem ponitur opinio Auctoris, Geneſ. 198.c.2.E

Aura poſt meridiem regulariter eſt in terra Aegypti, & in terra Chanaan locis maritimis, Gen. 199.c.3.K

Aurea. Aureola. Aurea eſt præmium eſſentiale, & aureola eſt præmium accidentale ſuperadditum præmio eſſentiali, & accipiunt hoc Doctores ex modo loquendi ſcripturæ. Nam Exo. 25. ſuper illo facies coronam auream, & ſuper illam alteram coronam aureolã, vbi dicit Gl. q̃ ad hanc coronam pertinet canticum nouum, quod virgines tantum coram agno concinunt, Mat. tom. 4 39.c.3.G

Aurea, & aureola non differunt per magis, & minus, ſed ſpecie, Mat. tom. 4 40.c.3.F

Aureola eſt corona quibuſdam ſpecialiter data, Mat. tom. 4 29.c.3.I

Aureola ſolum datur martyribus, & virginibus, & Doctoribus, ibid. 40.c.1.A

Aureola non datur pro quolibet actu virtutis, ſed ſolum pro illis, qui habent excellentem rationem victoriæ, propter difficultatem pugnæ, ibid.c.2.B

Aureola, & fructus non ſunt idem, quia non ſunt eiuſdem diuiſionis, nec eiuſdem rationis. Et aureola diuiditur in aureolam virginum, martyrum, & Doctorum: fructus vero in fructum coniugatorum, viduarum, & virginum, ibid. 41.c.1.A

Aureola, & fructus ſolis virginibus competunt, ibid. c.3.B, &c.

Aureola virginitatis non conuenit, niſi habentibus propoſitum de conſeruando perpetuò virginitatem, ibid. 43.c.2.C

Aureola eſt gaudium de operibus perfectis, quæ habent rationem excellentis victoriæ, ibid.c.1.B

Aureolam habet Beatiſſima Virgo Maria, ſecundum propriam rationem aureolæ, & datur pro excellenti victoria, quia licet non habuerit pugnam a carne, habuit tamen vel habere potuit pugnam de carne, ſ. q̃ Satan tentaret eã de opere carnis, ibid. 44.c.1.C

Aureola non deberetur virginitati, ſi Adam non peccaſſet, quia nullam perfectionem tunc addidiſſet virginitas, ibid.D

De aureola martyrum, ibid. 45.c.1.A

Aureola non debetur operi, inquantum eſt ſuper erogationis, ſed inquantum haber perfectionem, ibi.E

Aureola debetur doctrinæ, non cuilibet, ſed illi ſoli, quæ eſt de pertinentibus ad ſalutem, ſcilicet, doctrinæ ſacræ ſcripturæ, cuius obſeruatio eſt neceſſaria ad ſalutem, ibid. 46.c.1.E

His, qui ſolum amant virginitatem, & martyrium, & doctrinam, non debetur aureola, ibid.c.4.G

Chriſtus non habuit aureolam, ſed aliquid valde excellens, a quo omnes aureolæ habent originem, & excellentiam accipiunt, ibid.c.3.F

Aureola eſt gaudium de conformitate ad Chriſtum propter excellentem victoriam. ibid.G

Aureola non debetur Angelis, vt probatur ibid.c.4.F

Proprium ſubiectum aureolæ non eſt corpus, ſed anima, redundat tamen aliquid in corpus, ibi. 47.c.1.B

Aureola eſt gaudium quoddam priuilegiatum, & ſpirituale reſpondens excellenti priuilegiatæ victoriç, ibid.c.2.C

Quòd tantum ſint tres aureolæ, ſcilicet, virginitatis martyrij, & doctrinæ probatur, ibid.D

Quidam diſtinguunt tres aureolas ſecundum tres vires animæ, quantum ad earum actus præcipuos, ſcilicet, rationalem, iraſcibilem, & concupiſcibilem. Alij penes modum conformitatis ad Chriſtum, qui fuit Doctor, martyr, & virgo. Sed cauſa præcipua, quare ſacri Doctores iſtas tres aureolas aſſignent, fuit, q̃ pro his tribus actibus in ſcriptura inuenitur ſpecialis laus, & excellentia pertinens ad futurum ſeculum, quæ pro alijs actibus non inuenitur ita ſpecialis, ibid.c.3.F

Aureola eſt gaudium de bono creato, Matth. tom. 7. 105.c.1.E

Aureola quid ſit, & quibus detur, ibid. 185.c.1.C

Aureola non debetur obedientiæ, Matth. tomo 4 47 col. 4.K

Aureolæ virginum, martyrum, & Doctorum nõ ſunt æquales: nam illa, pro quibus dantur, non ſunt æqualia, ergo nec ipſę. Et excellentia vnius aureolæ ſuper alteram poteſt dupliciter attendi, primo ex parte pugnæ, ſecundo ex parte eorum, de quibus eſt pugna, ſed potior eſt, quæ eſt ex parte pugnæ, & ita aureolæ martyrum primum locum tenent, ſecundum aureolæ virginum, tertium aureolæ Doctorum, & hoc eſt verum comparando aureolas, quantum ad genus ipſarum, quæ eſt comparatio per ſe, ſecus tamen ſi comparentur per accidens, quia poterit minima eſſe maxima, & e contra, ibid. 48.c.1.E

Nec aureolæ eiuſdem ſpeciei ſunt æquales in omnibus, in quibus ſunt, quia victoriæ, de quibus ſunt aureolæ, non ſunt æquales. Et vna aureola eiuſdem ſpeciei

ſpeciei cum alia poteſt eſſe maior illa dupliciter, vno modo ex parte radicis, alio modo ex parte operis, Mat.tom.4 48.c.2.C

Ad magnitudinem aureolę nihil facit magna, vel parua charitas, licet charitas ſit neceſſaria, Matt.tom.4 48.c.3.G

Aureolam habent boni prælati, Mat.tom.6. 329.c.1.E

Auriſa. Genus quoddam excęcationis eſt, 1.Regum tom.1 218.c.4.F

Aurora. De auroræ deſcriptione, Geneſ. 334.colum.3.I

Aurora durat per horam, & per quintam partem horæ, ante Solis ortum, Ruth 255.c.1.D

In aurora radius ſolaris contrahit quandam rubedinem propter vapores combuſtos manentes circa ſuperficiem terræ, per quos radij tranſeunt, & ſic videntur aquæ fluminum rubeæ, cum in plano currunt 4.Regum 29.c.1.B

Aurugo. Eſt quædam paſſio, & nocumentum proueniens terræ naſcentibus ex corruptione aeris, & vocatur peſtilentia terræ naſcentium, 2.Paralip. 89.c.1.C

Aurum. Auro, & argento abundat tota India, ſed præcipuæ inſulæ Chryſe, & Argiria, in quibus montes aurei dicuntur eſſe, quos gryphes, & leones cuſtodiunt, Geneſ. 14.c.3.G

Quotquot ex auro facta ſunt in opere ſanctuarij, referuntur, Exo.tom.2 15.c.1.D, & 108.c.2.D

Si aurum ponatur ad ignem, cum quadam herba, comburitur, & redigitur in puluerem, ſicut cum comburitur lignum, Exo.tom.2 132.c.1.C

In auro templi iurare, de quo Matt.23. dupliciter poteſt intelligi, Matt.tom.6 197.c.1.D

Aurifodina. De aurifodinis, argentifodinis, lapidicinis, & omnibus metallarijs debentur decimæ, Mat.tom.6 217.c.1.A

Auſter. In tota Europa eſt pluuioſus, Mat.tom.4 154.c.4.F

Auſtralis. Ventus generationi obeſt, De Opt. Pol. 6.c.3.H

Videntes auſtrum flantem quare dicant, quòd prope ſit æſtas, Mat.tom.4 154.c.4.F

Auſteritas. vitæ putabatur a Iudæis magnæ perfectionis, & ſanctitatis, Mat.tom. 3 197.c.4.k

Authoritas. Autoritates ſacræ ſcripturæ tela ſunt, quæ hoſtium iniquitatem confodiunt, tela inquam offenſiua, & inuaſiua, quia arma defenſiua fides eſt, Gen. 9.c.1.D

Aliquas autoritates veteri teſta. adducunt Chriſtus, & Apoſtoli, quæ prima facie videntur extorte adductæ, & tamē ſecus eſt, ſi bene intelligantur, Exo. tom.2 95.c.1.D

Duo ſunt, quæ faciunt aliquam ſcripturam eſſe ſolidæ autoritatis, ſcilicet, autoritas ſcriptoris, & firma atque manifeſta veritas ſcripturæ 1.Regum tom.1 12.c.4.I

Authoritas diuina eſt ſuper omnem authoritatem, Mat.tom.5 224.c.1.A

Nihil firmius, eſt authoritate ſacræ ſcripturæ, Matth. tom.5 138.c.1.B

Locus ab authoritate non tenet negatiuè, ſed affirmatiuè, 1.Reg.to.1 144.c.4 I.Mat.to.4 104.c.4.F

De diuerſa authoritate librorū ſacræ ſcripturæ, 1. Paralip. 2.A

Authoritas cuiuſque nihil valet, vbi apparet veritas, cum authoritas non probet, niſi per præſumptionē, veritas vero manifeſta facit probationem neceſſariam, 1.Paralip. 78.c.2.E

Authoritas proprie ab Authore dicitur, & ideo tantum aliquis liber habet de authoritate, quātus erat gradus, & excellentia authoris ſui, Nec iſto modo quærenda eſt authoritas in ſcientijs, quia eiuſdem ſcientiæ ſunt multi authores, quorum aliqui bene tradiderunt, alij vero male. Conſiderando tamen ſcientiā in ſeipſa, authoritas eius puenit ex duobus, ſ.ab obiecto, & a modo pcedēdi, Mat.to.1. 4.c.1.D

Sufficit allegare authoritatem, vel citare in ſenſu, licet non in uerbis, Mat.tom.5 218.c.4.G

Authoritas ſacræ ſcripturæ maior eſt, quam authoritas omnium ſcientiarum in multis, Matth. tom. 1 4.c. 2. C. imo nulla eſt maior authoritas ſub Deo, quam authoritas ſacrę ſcripturę, Mat.to.1.230.c.4.I

In allegandis authoritatibus vete.teſta.ab Euāgeliſtis, quid interſit inter Matthæum, & alios tres Euangeliſtas, Mat.tom.3 279.c.2.A

Authoritas cogens eſt ex his, quæ ſunt in ſacra ſcriptura, vel a ratione naturali ineuitabili, vel à ſpiritu ſancto in Defenſ. 17.c.3.F

Ad authoritatem cuiuſquam, de quo non cōſtat per ſpiritū ſanctū loqui, nō eſt captiuandus intellectus, qui ſolum captiuandus eſt in obſequium Chriſti, in Defenſ. 44.c.2.D

Autumnus. Fit decurrente Sole per tria ſigna, ſcilicet, a principio librę vſq; ad capricornum, Mat.tom.2 248.c.2.C

Auus. Aui & proaui dicuntur patres, iuxta morem ſacræ ſcripturæ, Sic patet exemplū de Regul.Iuris in cap. Nam & Nabucodonoſor, Leuit. 180.c.1.D.quarto Regum 92.c.3.I

Auxilium. Diuinum inuocandum eſt in magnis rebus, & cōſiliū eius, Gen.385.c.3.k

Auxilium Dei neceſſarium eſt in qualibet actione, Mat.tom.5.150 c.3.H. Et ad recte viuendum dupli ci Dei auxilio indiget homo, ibidem. 156.c.3.F

Auxilium diuinum nō debet expectari pro rebus noſtris communibus, niſi quando humana potentia deficit, qa alias eēt tētare Deū, Matt.to.1.223.c.3.K

Duplici auxilio Dei indiget homo ad recte viuendū, uno modo quantum ad aliquod habituale donū, per quod natura humana corrupta ſanetur, & ſana ta eleuetur ad operandū operameritoria uitæ ęternæ, quæ excedunt proportionem naturæ, Alio modo indiget auxilio gratiæ, vt a Deo moueatur ad agendū ipſum, quod bonū eſt, & conueniens. Et iſta differunt inter ſe, qa aliud eſt moueri realiter ad aliqd operandū, & aliud eſt diſpoſitū eſſe ad operādū aliqd, licet ad illud operandū nondum moueatur, vtrunq; neceſſariū eſt homini, Mat.to.5 156.c.3.F

Homo indiget auxilio diuino ad intelligendum, Mat. tom 5 147.c.3.K

Auxilium gratiæ dicitur motio, qua Deus mouet ad bonum, vel ad euitādum malum, vel per ſe ipſum, vel per alias res, Mat.tom.5 157.c.1.C

Auxilio ſpeciali Dei eget homo ad reſurgendum a peccato, & primum auxilium eſt vocatio, & hoc etiam Deus præſtat malis hominibus, & ita imputatur ipſis hominibus, qꝺ dānenē, Mat.to.7. 12 c.2.B

Auxilium habituale ad quid homini deſeruiat. Et auxilium non habituale, & in ſtatu naturæ lapſæ propter duo, Mat.tom.5 156.c.3.k

Nullum Dei donum, manens in nobis, conſtituit nos non egentes diuino auxilio, Mat.to.5 157 c.1.B

Azael. Et Benadad reges Syriæ fuerunt habiti in magna veneratione a Syris. 4. Re. 131. c. 2. E

Azaria. De Azaria ſummo ſacerdote dī ſpecialiter, 1. Paral. 6. qꝺ miniſtrauerit in templo Salomonis, qa ipſe fuit ſpecialis zelator cōtra regē Oziā, quando voluit vſurpare officium ſacerdotis, 1.Paralip. 87.c.4.K

Azariæ prophetia, de qua 2. Paralipom. 15. exponitur vnomodo de captiuitate Babylonica, 2. Paralip. 194.c.1.D
Et postea impugnatur ista expositio ab autore, ibidē.
Alij exponunt de viris Israel, scilicet, de decem tribubus, sed etiam hoc improbatur, ibid. 195.c.2.B
Alij exponunt de captiuitate facienda per Romanos, quod etiam improbatur, ibid. 196.c.2.B
Quarto exponitur de quodam tempore, quod fuit partim ante tempus regis Asa, cui illa dicebantur, & partim tunc, & istam expositionem sequuntur Hebræi, quæ refertur, & similiter impugnatur, ibi. 297.c.1.A
Et tandem ponitur vera expositio, ibid. 197.c.3.K

Azazel. De Azazel, secundum literam Hebraicā, varię sunt opiniones inter Hebręos, quas confutat autor, Leuit. 159.c.2. E. tandem autor dicit, quòd Azazel significat caprum emissariū, ibidem.

Azyma. Quare fecit Loth coquere duobus Angelis, Genes. 267.c.1.E
Panes Azymi sunt valde nociui & graues stomacho, nam fermentum, in sua acutie, subtiliat, & digerit ponderositatem farinæ cōmixtę cum aqua, & ideo vocatur panis afflictionis Deuter. 16. & hoc notabat celeritatem, quę debebat esse in exitu de Aegypto. Sic fecit Abraham Genes. 18. & Loth. Gen. 19. Exod. tom. 1 87.c.3.H. & 75.c.1.B
De Azymis fuerūt duo præcepta, primum est, quòd agnus comederetur cum Azymis, secūdum, quòd septem dies obseruarentur in Azymorum comestione, & non appareret aliquod fermentatum in domibus Hebræorum, primum obligauit tunc, & futuras generationes, secundum vero solum obligauit futuras generationes, & in signum huius distincta fuerunt ista prȩcepta, Exod. tom. 1 75.c.2.B
Azymus dicitur ab a, quod est, sine, & Zymon, quod est fermentum, quasi sine fermento, Exod. tom. 1 80.c.1.A
Azyma durabant septem diebus integris, scilicet, a die. 14. mensis primi post meridiem ad vesperam vsque ab 21. eiusdem mensis ad vesperam, & ista Azyma fuerunt imposita Hebræis, vt obseruarentur, in exitu de Aegypto post primam immolationem, vt patet, Exod. 13. Accidit tamen, quòd illi comedissent azyma istis septem diebus, quia cum fermentare uellent massam cogentibus Aegyptijs tulerunt pastam conspersam aqua, & non fermentatam, sicque coxerunt in Sochot, & comederunt illis septem diebus panes Azymos ex euentu. Exo. tom. 1 80.c.1.B
Azymorum dies 1. de quo Exod. 12. non fuit 14. mēsis primi, sed 15. Et pars illa diei decimæ quartæ, scilicet, ad vesperam computatur cū die decima quinta primi mēsis, qui erat primus dies integer, in quo comedebantur azyma, & dies 21. computatur pro uno die, quia maior pars diei, & prima obseruanda erat in Azymis, & vocabatur dies Azymorum, Exod. tom. 1 80.c.1.C. & in occasu solis diei 14. incipiebat dies decima quinta, cum mandatum sit eis Leuit. 23. a vespera in vesperam celebrabitis Sabbata vestra. Et ab illo tempore, quod vocabatur vespera vsque ad solis occasum, computabatur cū die. 15. Et sic non solum merebatur mortem, qui vesceretur pane fermentato in die. 15. sed & qui decima quarta post meridiem ab eo tēpore, quo vespere vocari incipit, Exod. tom. 1 80.c.1.A
Qui septem illis diebus Azymorum comederet fermentatum, debebat occidi mandato iudicis si constaret, sicut & ille, qui sanguinē comederet, vt habetur Leuit. 17. & Deuteronom. 12. & Leuit. 7. & si non constabat, Deus exterminabat animam illā, vel occidendo illum virum, vel infligendo magnas pœnas, nisi de commisso doleret; Exod. tom. 1 80.c.1.A
In prima die Azymorum fiebant solemnitates, quæ explicantur, Leuit. 23. Exo. to. 1 80.c.3.F
Azymorum dies intermediæ inter primam, & septimam erant ad sacrificandum Domino, non tamē vocabantur sanctæ, necque solēnes, quia in illis licebat operari, sicut in cæteris diebus, dies tamen prima, & septima erant solennes, sed dies septima solēnior & sanctior, vt patet Leui. 23. Et potest etiā dici, ꝙ erant æque solennes, vt patet Exo 12. & quā do Leuit. 23. & Num. 28. dicitur septimus dies erit sanctior atque celebrior, hoc dicitur per comparationem ad intermedios, & non ad primum, Exod. tom. 1 80.c.3 H. Leuit. 261.c.2.B
In die prima & septima azymorum nihil operis faciendum erat, vt dicitur Exo. 12. & intelligendum est exceptis his, quę ad vescendum pertinent, scilicet, parare cibos, & alia, quæ ad cibos pertinent, vt accēdere ignem & scindere ligna, & haurire aquā, non tamen vendere carnes, & si die Sabbati aliquis illorum dierum veniret, nec prædicta poterant facere, Exod. tom. 1 80.c.4.G
Deus non mandauit Iudæis obseruare azyma in anno, quo egressi sunt de Aegypto, sed in futuras generationes, Exod. tom. 1 87.c.1.C
Non obligabantur Iudæi comedere panem Azymū 14. die mensis primi post meridiem immediate, sed vsquequo immolarent agnum, & comederēt, obligabantur tamen non comedere fermentatum Exod. tom. 1 87.c.1.C
Iudæi moderni obseruant ritum Azymorum, & non Agni Paschalis, quia pro ritu Azymorum non fuit determinatus locus, sed bene pro secundo, scilicet, sola illa ciuitas, in qua erat tabernaculum, vt patet Deut. 16. Exo. tom. 1 87.c.1.D. Nec offerunt Manipulum spicarum Num. tom. 1 215.c.3.H
Azymus panis insipidus est, & gustui disconueniens, & stomacho valde nociuus, Exo. to. 1 87.c.3.H
In diebus azymorum, non solum non licebat comedere panem fermentatum, sed nec habere in domibus, Exod. tom. 2 80.c.2.B
De Azymorum solennitate, Exo. to. 2. 175.c.2.B
Azymi panes debebant comedi 7. diebus computando de puncto ad punctum, i. a quarta decima die mensis primi post meridiem vsque ad vigesimam primā diem post meridiē. Et qui 14. die incipiebat comedere de Azymis, & Occidente sole, non poterat comedere fermentatū in vigesima prima die, nisi illa hora, qua incepit comedere Azymū, Exod. tom. 2 175.c.2.D
Azyma durabant per septē dies naturales, & cōputabantur a puncto in punctū, ſ. a decima quarta luna ad vesperū, vsq; ad vigesimā primā ad vesperū, Ita ꝙ quantū acciperetur de decima quarta, tantū adimebatur de vigesima prima, Leuit. 259.c.3.I
In Azymorū festiuitate, obseruabantur quatuor, primū erat comestio azymorū, secūdū cessatio a laboribus, tertiū oblatio sacrificiorū, quartū oblatio spicarum. In primo æqualis erat obseruantia in omnibus septem diebus. Quo ad secundum, prima, & septima die cessabatur a laboribus, nihil seruile operando. Quo ad tertium omnes septem dies erant æquales, nam præter holocaustum matutinum, & vespertinum offerebantur duo vituli in quolibet septem dierum, & vnus aries, & septem agni anniculi, cum æqualibus libamentis, & vnus hircus,

cus, vt habetur Nu. 28. ſed ſecũdus dies excellebat alios, quia in eo offerebatur vnus agnus anniculus, præter omnia alia ſacrificia. Et hoc quando offerebatur manipulus nouarum frugum, Leui.23. Et in quarto differebat ſecundus dies Azymorũ ab alijs; quia in illo offerebatur manipulus ſpicarũ nouarũ frugum,& in nullo alio, Leui. 259.c.4.G

In ſecundo die azymorum offerebatur domino vnus manipulus ordei, & modus oblationis explicatur, Leui.262.c.1. E. Sed plures manipuli offerebantur ex deuotione,& vnus coram domino accipiebatur Leuit. 164.c.1.C

Ad azymorum obſeruationem tenebantur Iudæi in quocunque eſſent loco non tamen ad obſeruationem Agni Paſchalis, niſi eſſent in terra promiſſionis, Leuit. 170.c.3.k

De feſto azymorum agitur in diuerſis locis ſacrę ſcripturæ quantũ ad diuerſa, Nu.to.2 117.c.3.k

Azymos panes comedunt nũc Iudæi 8. diebus ad vitandum dubium, Deut. 86.c.4.k

In feſto Azymorum concurrebant quatuor ceremoniæ 4.Regum 261.c.4.I

Prima dies Azymorum non capitur ab Euangeliſtis, ſicut capitur a Iudæis, alias Chriſtus poſterioraſſet Paſcha. Defen. 13.c.3.G

Inter Azyma & Paſcha non faciunt interdum Euangeliſtæ illam differentiam, quæ fit Leuit.23. ſed pro eodẽ accipiũt, vt cum dicitur Mar. 14. Erat Paſcha & Azyma poſt biduum. Et Lucæ 22. appropinquabat autem dies feſtus Azymorũ, quod dicitur Paſcha, Defenſ. 14 c.2.E

Ad comedendum Azymos panes non requirebatur mũditia legalis, bene tamen ad comedendũ Agnũ Paſchalem. Defenſ. 14.c.3.G

Comedere Azyma erat lex pœnalis, vt patet Deut.16. vbi dicitur ſeptem diebus comedes, abſque fermẽto, afflictionis panem, quoniam in pauore egreſſus es de Aegypto. Defenſ. 14 c.3.H

Prima die Azymorũ licitũ erat ſecundũ legẽ Iudęorũ occidi aliquẽ iudicialiter. Defen. 15.c.3.k

Prima die Azymorũ diſpoſuerant pontifices & Phariſæi nõ occidere Chriſtum, quia timebant tumultũ populi, ſed poſtea mutauerunt conſilium, vt occiderent eum prima die Azymorum propter duo, primum fuit ex parte Dei, ſecundũ ex parte Iudęorum, Defen. 15.c.4.F

Azyma comedit Chriſtus in vltima cęna. Et in Azymis confecit, Defen. 16.c.3.F

Feſti Azymorum cauſa fuit exitus Iſraelitarũ de Aegypto, Defen. 11.c.3 G

Quia inter Azymorum feſtum & feſtum phaſe nullus dies medius intercidit, illud feſtũ interdum vocatur ab Euangeliſtis Paſcha,& interdum Azyma, Defen. 11.c.4.F

In feſto Azymorum omnes veniebant in Ieruſalem, Mat.tom.6 289.c.3.H

Azymorum cęremonię, quomodo cõueniant ſumẽtibus euchariſtiam, Mat.tom.7 294.c.3.G

Feſtum Azymorum & feſtum Phaſe coincidebant, Mat.tom.7 300.c.1.E

Feſtum Azymorum, & feſtum Phaſe in quatuor differebant, Defen. 11.c.2.C

Azurinum. Quoddam in modum mineralis educitur de ciuitate Accaron, quæ nunc vulgariter, dicitur acre, quod nimis valet ad faciendas literas vel depingendas imagines, quod vulgariter dicitur Azulde acre, Ioſue tom.2 93.c.2.B

Coloris Azurini videt cœlũ ſtellatũ declinãtis ad nigredinem, Geneſ.6.c.1.A, Deut. 5.c.4.k

Baal.

BAAL FVIT IDOLVM multarum gentium antiquis temporibus,& diuerſimodè nuncupatur,& illius figuram varij variam depingebant,& incepit cultus iſtius a Nembroth, cuius filius fuit Belus, Nu. tom.2 41.c.2.C

Cultus Baal viguit multum in terra Iſrael 4. Regum 166.c.2.C

Baal in Hebræo ſignificat principem,& maritũ 1.Paralip 65.c.3.H.& interdum ſignificat idolum ſimiliter, & ciuitatem quandam in ſorte Simeon 1. Paralip.69 c.2.C. Et interdum eſt nomen viri ibidem & 106.c.1.A

Baal Hermon nomen eſt vnius montis, Iudicum 3. 1. Paralip. 84.c.3.F

Baal, Deus gentium, erat Hercules 4.Reg. 22.c.2.D

Baalin. Plurale eſt de Baal, & ſignificat quæcũque idola Iudi. 21.c.2.E

Baalmeon. Nomen eſt ciuitatis in ſorte Ruben Ioſue 13.1.Paralip. 79.c.2.A

Baaſa. Interficiens Nadab regem Iſrael filium Ieroboam, peccauit 3. Regum 145.c.2. D. Similiter peccauit occidendo omnes de cognatione Ieroboam ibidem 146.c.1.D

Babel Babylon. Babel In Hebræo, ſignificat confuſionem, vel ſubuerſionem, quia ibi ſubuertit Deus linguam vnam omnium gentium Geneſ. 56.c.3.H

Turris Babel non eſt facta ad aſcendendum in cœlũ, ſed vt celebraretur nomen generis humani per ſæcula, De Opti.poli. 3.c.3.F

Babylon Babylonem reſtaurauit, & ampliauit Nabucodonoſor. Dan.4. Gen.56.c.3.H

Babylon ciuitas eſt Septentrionalis reſpectu Ieruſalem, Exod. to.1 154.c.1.E

Et fuit ſecunda ciuitas, quæ ædificata eſt in toto orbe, & in ſecũda ætate fuit prima. De Opti.Poli.3.c.3.H

In Babylone deſtructi ſunt omnes libri Hæbræorum, 1.Regum tom.1 4.c.3.F

In Babylone Iudæi non erant ſerui, ſed erant ſicut ipſi Babylonij,& hoc tantum ſeruitutis habebãt, quòd ſi vellent redire in terram ſuam, non permittebãtur. Sic etiam fuit de decem tribubus translatis in Aſſyrios quibus data eſt terra ad colendum pro ſeipſis 4.Regum 257.c.1.B

In Babylone nulla ſacrificia obtulerunt Iudæi, quia non habebant ibi templum, nec licebat illis ibi fabricare templum, ad offerendum in eo ſacrificia 4.Regum 261.c.1.D

In Babylone non dabant Iudæi decimas, & primitias Sacerdotibus & Leuitis, 4 Reg. 261.c.1.E

In Babylone ceſſabat votum Nazaræorum 4.Regum 261.c.2.B

In Babylone nec fiebant purificationes mulierum, nec redemptio primogenitorum, nec oblatio de pulmentis, nec redemptiones quædam per ſacrificia, nec probationes zelotypiæ, nec purificationes immunditiarum, nec remiſſio debitorum anno ſeptimo, nec liberatio Iſraelitarum a ſeruitute, nec celebratio Phaſe, nec annus Iubilęi cum ſuis cæremonij, nec varietas venditionis, 4. Regum 261.c.2.C

In Babylone ſeruabantur quædam a Iudæis, quæ non concernebant certũ locum, vt circunciſio, & abſtinentia a rebus immundis 4.Reg. 261.c.4.k

Duplex fuit Babylonia, quædam in Chaldęa, quæ caput fuit terræ Chaldaicæ, quæ olim domina

fuit

fuit totius pene terræ Orientalis, regnante Nabuchodonoſor, vbi & captiui ducti ſunt Iudæi, & fuit hæc ciuitas incepta a Nemroth. Altera eſt, quę noua dicitur, quam Cambyſes in Aegypto condidit propter deſiderium primę Babylonis, & in hac fuit mortuus Alexander Magnus, & huius Babyloni s dominus eſt nunc Soldanus princeps Saracenorũ, Geneſ. 6.c.2.D

Babylonem Aegypti condidit Cambyſes Rex Perſarum filius Regis Cyri, poſtquàm deſtructa eſt Babylon, quæ erat in Chaldæa, Mat.to.1 133.c.1.A

Eteſt magna ciuitas, & bene murata, ſita ſuper Nilum, in eius latere Septentrionali, cuius medium tranſit fluuius quidam magnus de Nilo, & per medium Cayrum, & ab hac Babylone, vſque ad quinque leucas ſunt quædam piramides triangulatæ in modum nauium altę valde, & de lapidibus, quæ dicuntur fuiſſe horrea Ioſeph, & iuxta iſtas piramides ad duas leucas ſunt ruinæ ciuitatis Thebæ, & iuxta iſtam ciuitatem eſt illud deſertum Thebaydes, vbi antiquitus fuit multitudo monachorũ ſtricte viuẽtium vſq; ad tẽpora Mahometi, ibid.c.1.E

Babylonij. Babyloniorum Deus dicebatur Sochorbeneth, 4.Reg. 170.c.4.G

Bacchus. Fuit poſt primam ætatem, vt dicunt Poetæ, Geneſ. 120.c.3.H

Bacchum dediſſe vitem & vinum, dixerunt Gentiles, Geneſ. 120.c.3.H

Baccho fiebant feſtiuitates, quæ dicebantur orgya Bacchi, 1.Paralip. 16.c.2.D

Baculus. Tenere baculum in manibus, quando comedebatur agnus Paſchalis, vide quomodo conueniat ſumentibus Euchariſtiam, Mat.tom.7 293.c.3.F

Sed ad quid Deus iubebat tenere baculos, ibid.

Quare Chriſtus vetuit diſcipulis portare baculos in via, Mat.tom.7 294.c.1.A

Bagad. Dictio Hebræa ſignificat tantum ſicut, venit fortuna, vel ſignificat cœli bonam diſpoſitionem, vt dicit Aben Ezra, Geneſ. 321.c.3.G

Bahar. In Hebræo ſignificat rudem, 2.Paralipom. 172.c.3.G

Bala. Aliquando eſt nomen vrbis, aliquãdo eſt nomen mulieris, & aliquando nomen viri, 1. Paralip. 79.c.1.D

Balaam. Patiebatur extaſim, cum prophetaret, Num.24.Geneſ. 152.c.1.C

Iſta rupis, de qua Balaam reſpiciebat Iſraelitas, cum vellet eos maledicere, Num.23. Erat ſuper vallem Pentapolim Sodomæ, Geneſ. 249.c.4.G

Intellectum Balaam Deus mouebat lumine prophetico, & cogebat dicere contrarium eius, quod dicere propoſuerat, nec valebat aliud dicere, Num. tomo 1 54.c.3.G

Balaam erat magnus Aſtrologus in iudicialibus, cognoſcens quantum cognoſci ex aſtris datur, quid in hominibus futurum eſſet, erat tamen magus cũ dæmonibus familiaritatem habens, & ea, quæ ex aſtris cognoſcere non poterat; a dæmonibus inquirebat, eis immolans, Num.tom.2 32.c.4.G

Balaã fuit ꝓpheta, & verus ꝓpheta, Nu.to.2. 32.c.4.&

De Balaam dicitur, ꝙ occiſus ſit cum alijs Madianitis, Num.31. & Ioſue 13. Et vide cõcordantiam huius cũ illo, quod dicitur Num.24. dicit Balaam, veruntamen pergens ad populum meum dabo conſiliũ, & ibidem dr ſurrexit Balaam, &c. Nu.to.1.33.c.3.F

De Balaam dicunt Hebræi, quòd erat magnus Propheta, & in cognitione maior quàm Moyſes, quia plura cognoſcebat, ſed erat minor in miraculis, & operatione, Num.tom.2 34.c.3.H

Balaam ſtrauit aſinam, vt veniret ad regem Balac, vel qa tũc non erat vſus equorũ, vel qa voluit honeſte inſidere, tanq̃ Propheta Dñi, Num.tom.2. 36.c.4.F

Balaam cum aſina coijſſe dicunt impijſſimi Iudæi, propterea quòd dixit textus, cui ſemper ſedere cõ ſueuiſti, Num.tom.2 39.c.3.G

Angelus, qui venit cõtra Balaam, potuit eſſe Michael cuſtos Iudæorum, Num.tom.2 39.c.4.I

Balaam, cum fuerit verus Propheta, quare dicatur ariolus, Ioſue tom.2 72.c.1.D

Balaam occiſus eſt cũ Madianitis, Ioſue to.2. 72.c.4.I

Balach. Ciuitas ſita eſt in ſorte Simeon, Ioſue 19. 2. Paralip. 112.c.3.G

Balach vocabatur rex Moab, ſed ille non erat rex naturalis illius terræ, Geneſ. 340.c.1.E

Balneare. Apud antiquos non erat fas filium ſimul cum patre Balneari, ne ſeipſos inuicem nudos conſpicerent, Matth. tomo 2. 156 col.3.H

Balneum. Balneorum naturalium aquas inuenit in deſerto Ana filius ſecundus Sebeon, cum Gen.36. dicitur, quòd inuenit aquas calidas in ſolitudine, 1.Paralip. 38.c.1.B

Quòd balneorum naturalium aquæ calidę ſint, prouenit ex materia ſulphurea, per quam tranſeunt, ex quarum aquarum trãſeuntium impetu, ſulphurea inflammatur materia, quę accenſa illas aquas calefacit, Parad. 99.c.3.K

De balneis debetur decima, Mat.tom.6 217.c.1.A

Similiter & de reditibus balneorum, ibid. 230.c.3.k

Balſamum. Balſami arbuſcula ſunt, ſicut lignũ vitis trium annorum, folia vero illius quaſi folia trifolij parui, vel quaſi folia rutę, & habet quaſi palmum, & dimidium in altitudine. de modo colligendi balſami, & de fonte, quo irrigatur hortus Balſami, in Aegypto, in quo & Beatiſſima Virgo filium ſuum ſępe lauaſſe dicitur, & pannos eius abluiſſe, Mat. tom.1 133.c.2.A

Baltheus. Apud Latinos, ſignificat cingulum, & accipitur pro cingulo militari, Exo. tomo 2.59.c.2.D, 1.Reg.to.2.46.c.2.C

Circa Baltheum, de quo Exod. 28. refertur ſententia Ioſephi dicentis, quòd erat quatuor digitorum latitudinis ſtringens ſuper humerale, & erat colorum multorum, & hæc opinio placet auctori, refertur etiam aliorum ſentẽtia, & improbatur, Exo. 59.c.2.E. Leuit. 64.c.1.A

Bamoth. Nomen Hebræum duo ſignificat, ſcilicet, altare, & altitudinem, ſiue excelſum, & idem ſignificat dictio Latina, ſcilicet, altare, ideſt, alta ara, 1.Paralip. 189.c.1.A

Bamothbaal. Secundum Hebręos, eſt nomen compoſitum ſignificans altaria Baal, Ioſue to.2 70.c.3.G

Banaias. Vnus de viris fortibus Dauid occidit tres leones, 2.Reg.23. 1.Reg.to.2 36.c.1.B

Banauſus. Eſt, qui extremum ſuperabundans nõ excedit ſecundum quantitatem, immo interdum maiora expendit magnificus, quàm banauſus, ſed banauſus excedit ſecundum rationẽ, quia ſcilicet facit expenſas, quando non oportet, Mat.tom.7 22.c.1.C

Baptiſmus Iudæorum.

Erat duplex, quidam legalis contra immunditiam, Leuit.11. 14. & 15. & alter ſuperſtitioſus, ſcilicet, calicum, & ęramentorum, &c. Marci 7. Matth. tomo 1 200.c.1.A

Baptiſmus Chriſti.

In baptiſmo imponitur nomen nouum, antiquo de-

perdito, quia baptiſmus regeneratio quædam eſt ad eſſe gratiæ, & nomen imponitur rei ad notificandum eſſentiam eius, Geneſ. 259.c.3.I
Paruuli, qui ſine baptiſmo moriuntur, non puniũtur pro peccatis, quæ facturi eſſent, ſi victuri eſſent, ſed pro peccato, quod contraxerunt a primis parentibus, & de illis nõ eſt verum, quòd Deus præſciebat malum facturos, quia Deus ſciebat iſtos morituros ante annos diſcretionis, Geneſ. 264.c.4.F
In baptiſmo ferimus pactum cum Deo, quia cum fidem eius profitemur, nos abrenunciaturos Satanę, cum omnibus pompis eius, & ei ſubijciendos promittimus, & ipſe promittit nobis, vel Eccleſia, ſuo nomine, per fidem nos habituros vitam æternam, ſtante hypotheſi promiſſionis noſtræ, Exo. tom.1 295.c.4.I
In baptiſmo Chriſti tota Trinitas apparuit, & in tranſfiguratione ſimiliter, ſecundum quoſdam, Matth. tomo 4 225.c.1.E
In baptiſmo Chriſti accipit homo eẽ ſpirituale, Mat. tomo 5 158.c.3.I
Baptiſmus põt dupliciter accipi, Mat.to.5. 256.c.3.k
Per baptiſmum non delentur peccata in adultis, niſi prius conterantur, quamuis pro eis non requiratur corporalis pœnitentia, Leuit. 10.c.1.C
Baptiſmus non valeret paruulis ad deletionem peccati originalis, ſi deficeret fides in vniuerſali, vel in particulari in Eccleſia, vel in eis qui faciunt ipſum baptizari, ſcilicet, quòd baptiſmus valet illis ad vitam æternam, Leuit. 10.c.2.D
Per baptiſmi ſacramentum non ſoluuntur coniugia, ſed crimina dimittuntur, extra de diuor. cap. gaudemus, 1. Reg. tom.1 95.c.4.F, & 103.c.4.G
Per baptiſmũ tolluntur omnia crimina formaliter tã quo ad maculam, quàm quo ad reatum totius pœnæ, ſed hoc eſt quantum ad Deum, non tamen tolluntur crimina, prout ad homines attinent, nec per aliud ſacramentum, & aſſignatur cauſa, 1. Reg. to.1 103.c.3.I
Baptiſmus non tollit crimina ex natura, ſed ex inſtitutione, 1. Reg. to.1 103.c.3.K
Licet per baptiſmum omnia crimina dimittantur in foro Dei, non tamen in foro humano, 3. Re. 9.c.4.I
Ad baptiſmum obligantur omnes tam parui quàm magni, ex neceſſitate, ſub pœna mortis æternæ, 2. Paralip. 205.c.4.I
Baptiſmus Chriſti ante eius mortem dicebatur baptiſmus in aqua, & non in Spiritus ſancti, ſed poſt mortem eius in aduẽtu Spiritus ſancti dicebatur baptiſmus in Spiritu ſancto, nec per illũ ante Chriſti mortem perficiebatur homo, ſed nec diſponebatur perfecte ad tolerandam aliquam legem perfectã, bene tamẽ per baptiſmum in Spiritu ſancto in quo poſt Chriſti mortem, dabatur Spiritus ſanctus ad plenitudinem, &c. Mat.to.1 163.c.3.k
Apoſtoli ante Chriſti mortem baptizati ſunt baptiſmo Chriſti, ſed non in Spiritu ſancto, vſque poſt Chriſti mortem, Mat.to.1 163.c.3.H
In baptiſmo Chriſti datur nobis plena remiſſio peccatorum originalis, & actualium, & infunduntur multæ gratiæ, ſ. virtutes Theologicæ, & morales, Mat.to.1 163.c.4.H
Baptiſmus figuratus eſt per tranſitum maris rubri, & per tranſitum Iordanis, & maris rubri tranſitus figurauit baptiſmum, quatenus in eo delentur peccata, tranſitus vero Iordanis, quatenus baptiſmus aperit ianuam regni cœleſtis, quę eſt principalior effectus baptiſmi, Mat.to.1 200.c.3.F
In baptiſmo eſt iuſtificatio impij plenißima, quia non ſolum peccata remittuntur, & cõfertur gratia, ſed tollitur debitum omnis pœnæ, quæ pro peccatis erat toleranda, Mat.to.1 200.c.4.I
Baptiſmus Chriſti cadit ſub præcepto, & ideo, ſi aliqs nunc ſanctificaretur in vtero, obligaretur ad baptiſmũ, propter caracterẽm, qui facit hominem Chriſtianum, Mat.to.1 203.c.1.D
In baptiſmo efficitur homo filius Dei per fidem, & ſacramentum, iuxta illud Ioan. 1. Dedit illis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, & ita in baptiſmo naſcitur homo de Spiritu ſancto, &c. Mat.to.1 213.c.1.E
Beſeleel non fuit pronepos Caleb illius, ſcilicet, qui fuit vnus exploratorum, qui & tunc erat quadraginta annorum, quando factus eſt explorator, Ioſue 14. quia ſequerentur innumera inconuenientia,ſic dicendo,ſed gloſa Hebræa, que hoc concordare nititur,maiora concedere habet, Exod.tom.2 188.c.2.A.Nicolaus tñ,pp manifeſta inconuenientia,dicit quòd Beſeleel ille,de quo Exod.35.nõ fuit pronepos Caleb,& ad illud, 1.Paralip.2.vbi dicitur, quòd Beſeleel fuit filius Huri filij Hur filij Caleb. Reſpondet, quòd iſte nõ ſunt ædem perſonç,quç ponuntur,Exod.35.& primo Paralipomenon 2. licet ſint in eadem tribu, ſcilicet, Iuda, quia multoties nominantur diuerſæ perſonæ eiſdem nominibus. Sed Nicolaus deceptus eſt, immo ſunt ædem perſonæ. Sed ille Caleb, qui fuit explorator, non eſt ille, qui ponitur primo Paralipomenon 2. ſed alius,

alius, quia Caleb, qui fuit explorator, fuit filius Iephone, qui tunc erat quadraginta annorum, vt patet Iosue 14.& Nume.26. & 14. Et ille, qui ponitur primo Paralipomenon 2. fuit filius Esron filij Phares filij Iudæ,& iste fuit proauus Beseleel,vt probatur, Exod.tom 2 188.c.3.I

Beseleel, quando incæpit fabricare tabernaculum, erat 91. vel 92. annorum, & 90. quando exiuit de Aegypto, Exod.tom.2 189.c.2.A

Bestia. Bestias pluris facit Deus quam dæmones, quantum ad conditionem, quia Bestiæ tenuerunt conditionem status sui, dæmones vero ceciderunt per malitiam a dignitate status sui, item quia æternæ pœnæ deputati sunt, & non Bestiæ, Genes. 21.c.1.D

Bestiæ in prima ætate non manducauerunt carnes, cuius causam quidam assignat, vt scilicet, conseruaretur species Bestiarum. Alij dicunt,quòd propter securitatem hominum,ne a Bestijs comederẽtur, alij dicunt, quòd propter habitationem in Arca Noe,Sed diuisis his,dicendum,quòd ideo fuit hoc, quia tunc illis naturale fuit manducare herbas,& fructus arborum,& nunc non esset naturale, Genes. 123.c.1.C

Circa Bestias erudit nos dominus habere pietatem, Exod.tom.1 262.c.1.E

Bestiæ non comedebant carnes in prima ætate, sed herbas, & fructus,& herbæ erant tanti vigoris, & tam boni saporis, & tanti nutrimenti, sicut nunc sunt carnes, sed quòd sic essent dicunt aliqui,quòd fuit ex miraculo,sicut contigit de manna. Alij, ꝙ naturaliter,& hoc videtur verum,& non per miraculum,Genes. 123.c.1.E

Bestiæ fortè vsque nunc non comederunt carnes, si terræ nascentia mansissent in illo statu,in quo erãt in prima ætate ante diluuium,quia sicut tunc naturale erat manducare herbas, & non carnes, ita & nunc esset, sed hoc totum mutatum est per diluuium,& ideo, non sufficientibus herbis, & fructibus arborum ad sustentationem quorundam animalium,cęperunt carnes esse naturales cibos eorũ, Genes. 124.c.3.G

Bestiæ in secunda ætate cęperunt comedere carnes, Genes. 125.c.3.F

Sed hoc non fuit statim in principio ætatis secundæ, sed post aliquot dies, scilicet, facta multiplicatione &c.Genes. 125.c.3.I

Bestiarum cibum in prima ætate expressit scriptura, ne putaremus, quòd animalia comedentia nunc carnes, quòd semper illas comederunt, & propter alias multas causas,Genes. 126 c.1.E

Bestiarum cibum post diluuium fuisse carnes quondam,significauit sacra scriptura,Genes. 126.c.2.C

Bestia non occidit aliquid animal regulariter,nisi propter cibum,Genes. 126.c.2.D

Bestiæ sunt animalia fera, quæ non mansueuerunt apud hominem, nullamque ei vtilitatem afferunt, & distinguuntur contra Iumenta,& Pecora, Genes. 215.c.3.I

Belluæ, quam interfecit Perseus, ossa costarum habebant quadraginta pedes in longitudine, Exod.to.1 117.c.4.I

Bestiæ, solo tactu,& gustu, delectantur, tertio Ethic. capitulo de temperantia,Deut. 45.c.4.G

Bestiæ non dicuntur incontinentes, 7. Ethi.ca.5 quia non habent vniuersalem opinionem, sed singularium phantasiam, & memoriam, Matth. tom. 2 164.c.4.F

Impossibile est Bestiam agere contra naturam, quia vnicum habet principium apprehensiuum, & appetitiuum. Homo verò sic propter duplex principium appetitiuum,scilicet, voluntatem, & partem concupiscibilem cum irascibili,& duplex apprehẽsiuum intellectum,scilicet,& sensum, & ideo quilibet homo est quasi duo homines, & ita homo potest operari contra naturam, Matthæ. tomo 2. 166 c.1.B.& C

Bestiæ habent magnam iram propter ferocitates earum,& extremitates in complexionibus,Mat.to.2 168 c.2.C

Bestiæ dupliciter puniuntur, vno modo quasi pro peccato suo, vt apud Iudæos bos cornupeta,quem dominus suus nesciebat esse cornupetam,si occideret hominem lapidabatur, & carnes eius nõ comedebantur, Exod.21.& hoc fiebat propter periculum, vt ille non occideret alios, & vt ostenderet Deus vitium homicidij esse valde detestabile,cum ipsum detestaretur in bestijs, quę peccare non possunt, sic ipse ostendit. Genes. 9. sanguinem animarum vestrarum, &c. Secundo,puniuntur bestiæ propter peccatum,quod in eis exercetur,vt de coitu hominis cum pecore.Leui.20. Aliquando in Bestijs exercentur pœnæ sine peccato, & sine specie peccati, vel similitudine peccati, & hoc in pœnam hominis possidẽtis. Interdum homines puniunt bestias pro peccato dominorum, sic fecit Saul. 1. Regum 11. similiter & pro peccato Amalecitarum omnia pecora eorum iussa sunt occidi,1. Regum 15. & 1. quæst.4. c. peccato Amalecitarum, & pro peccato Achor combusti sunt boues,& asini,&c.Iosue 7.& hoc propter magnã peccati detestationem, Matt. tom.2 237.c.4.F

Bestialis. Varijs modis homines dicuntur bestiales,Exo.tom.1 238.c.3.H

Homines, bestialis inclinationis, gignuntur maxime apud Pontum, vt ait Philosophus 7. Ethicorum, Leuit. 183.c.4.G

Bestialitas peccatum, Quòd aliquis inclinetur ad peccatũ bestialitatis, & sodomiæ, potest tripliciter accidere,vt in bestialibus erga gustũ,Exo.to.1. 238.c.4.G

Bestialitatem nõ esse ita graue peccatum, sicut sodomia est,videtur auctori,licet Sanctus Thomas dicat oppositum,Leuit. 211.c.2.F

Circa peccatum bestialitatis,ipsa etiam bestia iubetur occidi,cuius assignatur causa,Leuit. 212.c.2.A

Peccato bestialitatis magis peccat mulier succumbens pecori, quàm vir coiens cum pecore fęmina, vt probatur Leuit. 212.c.1.C

Bestialitas opponitur virtuti Heroicæ.7. Ethi.4.Regũ 70.c.2.A.Mat.tom.2 165.c.3.F

Bestialitas est comedere carnes humanas, quando qs ex desiderio inclinatur ad comedendum illas,secus tamẽ,si ex extrema necessitate illas comedat 4. Regum. 70.c.1.E

Bestialitas a bestijs dicitur, non quòd in bestijs sit aliquod vitium, sed dicitur vitium, quod hominibus accidit, non secundum conditionem humanam, sed secundum similitudinem ad bestias, Matt.to.2 164 c.2.E

Bestialitas circa mansuetudinem contingere potest, Mat.tom.2 167.c.2.B

Bestialitatis tres sunt causæ,vel altera earum 7. Ethic. co 1.scilicet,passiones siue ægritudines,praue consuetudines, & pernitiosæ naturæ, vt probatur per singula,Mat.tom.2 167.c.4.F

Bestialitas dicit prauitatem quandam maiorem malitia,ga malitia est prauitas humana, bestialitas verò est prauitas bestiæ, vel ad similitudinem bestiæ, Mat.tom 2 165 c.2.B

Bestialitas differt secundum speciem vel naturam a vitio morali, & virtus heroica a virtute morali, vt probatur, Mat. to. 2 165.c.4.F

Bestialitas potest dupliciter accipi, vnomodo pro cõditione bestiali, vt in bestia est, aliomodo pro similitudine quadam hominis ad bestiam in desiderio, & operatione. Primo modo bestialitas non est vitium, quia in bestijs nullum vitium est, nec esse potest. Secundo modo potest esse bestialitas in duobus, scilicet, in genere appetibilium appetendo illa delectabilia, quæ bestijs secundum naturam competunt, & non hominibus, vel in magnitudine, scilicet, quòd appetat illa delectabilia, quæ homines appetunt, sed in maiore quãtitate, quam homines appetere solent, sicut bestiæ appetunt, & isto modo bestialitas competit homini, & est quędam superabundans malitia, cui opponitur virtus heroica, & ista bestialitas specie differt ab humana malitia, qa interdum differt ab ea in obiecto, vt quando est circa delectabilia bestialia, quæ differunt genere a delectabilibus humanis, aliquando autem differunt in sola magnitudine, & sic adhuc differunt in specie, immo in genere differunt bestialitas, & humana malitia, Mat. to. 2 166.c.1. A.&c.

Bestialitas, & humana malitia aliquando differunt obiecto, aliquando magnitudine 7. Ethic. cap. 9. & vtroque modo differunt specie, Matth. tomo 2. 166.c.3.F

Bestialitas, cum sit genus quoddã malitiæ distinctum ab humana malitia, ex 7. Ethi. ca. 1. determinat sibi genus, vel genera multa obiectorum, circa quæ sit, & ita non est vnicum vitium. Sed multa, sicut malitia humana non est vnicus habitus, sed multi, aliquando bestialitas est circa obiecta, quæ differunt genere, vel specie ab obiectis malitiæ humanæ &c. aliquando sola magnitudine. Primomodo contingit fieri bestialitatem circa quatuor genera virtutis, scilicet, prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & mansuetudinem, vt dicitur 7. Ethi. cap. 7. Mat. tom. 2 166.c.4.G

Bestialitate, prout dicit conditionem bestiæ, deterior est malitia, Secus tamen si dicat similitudinem hominis ad bestiam. Nam tunc deterior est bestialitas quam malitia, absolute loquendo, tamen aliqua malitia humana poterit esse, quæ sit peior omnibus bestialitatibus, vt potest accidere circa diuinã blasphemiam, & idolatriam, in quibus possunt excogitari peccata infinitæ grauitatis, & quando manet vsus rationis, deterior est bestialitas, quam humana malitia, quando vero non manet vsus rationis, bestialitas non imputatur, &c. Matth. tom. 2 168.c.3.G

Bestialitatis modus, qui per consuetudinem causatus est, vituperabilior est, quàm qui prouenit ex peruersitate naturæ, & ex præcedentibus ægritudinibus, bestiales tamen proprie dicuntur, qui propter pernicioſas naturas sunt huiusmodi, Matth. tomo 2 169.c.1.B

Bestialitatis vitium, viri cum pecore, vel fœminæ cũ bestia, supponendo se illi, Deus valde odit, Leuit. cap. 18. & pœna ponitur Leuit. cap. 20. scilicet, amborum lapidatio: lapidabatur pecus ad detestationem criminis, & vt tolleretur memoria criminis, occidendo pecus. Leges vero ciuiles, & canonicæ nullam imponũt pœnam pro hoc crimine, immo nec faciunt mentionem de illo, Matth. tomo 2. 171.c.1.A

Qui coierit cum bestijs iniuriam facit legi, & naturali iuri, & toti communitati humanæ, Exo. tomo 1. 178.c.3.G

Et si omnis coitus contra naturam dicatur bestialis, ille tamen præcipue dicitur bestialitas, qui est viri, vel mulieris cum pecore, cuius coitus assignatur causa, Mat. tom. 2 171.c.2.C

Et grauius peccatum est, ex genere delicti, si pecus coeat cum muliere, quàm si vir cum pecore, ibid. 171. c.3.G

Vitium bestialitatis hominis cum bruto, extra vas generationis, est aliqualiter maius vitium, quàm si fiat in vase generationis. Sed non est tanta grauitas, sicut si cognoscat mulierem, vel virum extra vas debitum, Mat. tom. 2 172.c.1.C

Bestialem coitum, vbi non seruatur debitus sexus, dicit Sanctus Thomas secunda secundæ quæst. 154. artic. 12. esse grauissimum peccatum in luxuria. Sed videtur dicendum, quòd coitus sodomiticus grauior sit coitu bestiali prædicto, Matth. tomo 2. 172.c.3.F

Bestialitas potest esse circa venerea, Matth. tomo 2. 167.c.2.A,& 165.c.2.C

Et cum hoc videtur, quòd coitus sodomiticus sit minus malus, quàm coitus, quo fœmina a pecore cognoscitur. Probabile tamen est, quod dicit Sanctus Thomas, & potest confirmari per id, quod habetur 32. quæst. 2. §. Hoc quamquam, Matth. tomo 2. 172 c.4.H

Beth. Est litera magnæ aspirationis in Hebræo, cui non respondet in Latino aliqua litera similis aspirationis, Genes. 58.c.4.I

Bethania. Erat villa sororum Lazari, Matth. tomo 5 238.c 4.F

De situ Bethaniæ, Matt. tomo 5. 186 c.1.E, & cap 21. quæ tio. 9

Bethauen. Nomen Hebræum est compositum ex Beth, quod est domus, & Auen, quod est idolatria, Iosue tom. 1 124.c.3.G

Sed quare illum locum sic nominauerint Hebræi, ibidem.

Bethauen. & Bethel, de quibus Iosue 7. erant duo loca distincta, licet oppositum dicat Rabbi Salomõ, vt probatur Iosue. 123.c.1.E

Bethel. De qua Genes. 28. vt communiter ab omnibus Doctoribus dicitur, est Ierusalem, sed oppositum probatur esse verum, Gen. 67.c.2.A

Bethel distat a Sichem vno milliario, Genes. 67.c.2.D

Bethel idem est quod Luza. Genes. 67.c.2.D

Bethel est in montanis, circa partem orientalem terre Chanaan, idest, circa Hiericõ, & hay, vt patet Iosue 8. & 16. Genes. 69.c.2.D

Licet Bethel sit Ierusalem, non tamen illa Bethel, de qua Genes. 28. sed alia, & ideo aberrant Nicolaus de Lyra, & Blesen. Genes. 310.c.3. H.& 340.c.4.H

Quod non sint duę Bethel, vel si sint duæ eadem Bethel est de qua Genes. 28. & de qua Iudic. 1. & ideo aberrat Nicolaus Genes. 312.c.3.G

Bethel est quædam parua ciuitas collateralis monti Garyzin, habens montem Ebal, ad Orientem, & distat a Sichen, per mediam leucam, Genes. 340. col. 4.H

Hoc nomen Bethel bis fuisse impositum vni loco, illi, scilicet, in quo Iacob vidit scalam, probabile videtur, sed auctori videtur, pbabilius, quòd fuerint duo loca, hoc nomine nũcupata, vt probatur, Gen. 342.c.2.A

Et dicẽdum, quòd est duplex Bethel, quædam ad Orientem terræ promissionis inter montem Ebal, & Garizin, non longe a Iericho, & alia est ad septentrionem terræ Chanaan, quæ dicitur Ierusalẽ, Gen. 342.c.2.C. Iosue tom. 1 124.c.2.D

Bethel locus est, cui Iacob hoc nomen imposuit, quia

quia ibi vidit scalam, &c. Genes. 28. Iosue tomo 1. 124. c.2.D

Bethel vocabatur Luza, ideſt, Auellana a Chananæis, & mansit hoc nomen, quandiu Chananæi manserunt in terra illa, Iosue tom.1. 124.c.3.F, & tom.2. 104.c.2.E, Iudi. 15.c.3.G

Quòd Bethel non sit Ierusalem, argumentum est contra Nicolaum, & alios, id quod dicitur Iudi.1.vbi fit mentio de Ierusalem, & postea de Bethel pertinentem ad tribum Ephraim, Iudi. 15.c.3.G

Circa Bethel ciuitatem, quam cepit Abia, variæ sunt opiniones, sed dicendum, quòd illa Bethel non erat illa ciuitas, in qua erat vitulus aureus, 2. Paralipom. 184.c.3.F

Bethia. Filia fuit Pharaonis, de qua 1. Paralip. 4. & quam accepit Mered de tribu Iuda in vxorem, quia ipse fuerat vir potens, & dominus vrbis Gedor, & forte maioris terræ, quàm Gedor, 1. Paralipom. 64.c.1.E

Bethlehem. In Bethlehem obtulit Samuel sacrificium Domino, quando vnxit Dauid in Regem, 1. Reg. 16. Et tamen ibi nunquàm fuit Sanctuarium, Genes. 70.c.2.A

Ciuitas Bethlehem a principio habuit duo nomina, scilicet, Bethlehem, & Ephrata, sed apud antiquos fuit vsitatum hoc nomen Ephrata, sed apud posteros eorum fuit magis vsitatum hoc nomen Bethlehem, & ideo vnum notificatur per alterum; nam quando vocabatur principaliter Ephrata adiungebatur ei nomen Bethlehem, quasi ad notificationem, & econtra, Mat. tom.1 116.c.3.k

Bethlehem alio nomine dicitur Ephrata, ab vxore Caleb, sic dicta. 1. Paralipom. 2. cap. Secundo vocata est Bethlehem, ideſt, domus panis. Sic dicit Nicolaus de Lyra ex mente Rabbi Salomon, sed neutrum horum est verum, Genes. 342.c.2.E

Sed dicendum, quòd ante vxorem Caleb, locus ille vocabatur Ephrata, ideſt, priusquàm Israelitæ descenderent in Aegyptum, & secundum illud nomen locutus est Moyses, Genes. 35. quia tunc illud nomen extabat, Genes. 342.c.3.G

Quòd Bethlehem non fuerit dicta sic a saturitate panis, quæ fuit quando Noemi redijt de terra Moab cum nuru sua Ruth, vt dicit Nicolaus ex mente Rabbi Salomon. Genes. 342.c.2.E

Bethlehem vocari sic, similiter & vocari Ephrata ante natiuitatem Moysi, dicunt quidam, sed quòd prius vocata fuerit Ephrata, & postea Bethlehem, & hoc satis consonat litteræ, Genes. 35. Sed melius videtur dicendum, quòd locus ille fuerit vocatus Ephrata, & Bethlehem simul, & semel, sed communius vocatus est Bethlehē, tunc, & sic vocatur vsque ad præsentem diem, quamuis Arabes, & Ismahelitæ illum locum possideant, Gen. 342.c.2.K, Ruth. 235.c.3.G

Et apud antiquos magis vsitatum est nomen Ephrata, sed apud posteros magis nomen Bethlehem, Mat. tom.1 116.c.3.k

Duplex erat Bethlehem in terra Chanaan quædam in tribu Iudà, de qua Matt.2. & Micheæ 5. & alia in tribu Zabulon, Iudi. 54.c.4.I

Bethlehem nomen est viri, similiter & loci, 1. Paralip. 60.c.1.D

Bethlehem ciuitas quædam est parua in sorte tribus Iuda, Iosue 25. & ista distat duobus miliaribus, ideſt, leucis, vel quasi a Ierusalem, & est ad meridiem Ierusalem, inter quam & Ierusalem transit linea diuidens sortem tribus Iuda, a sorte tribus Beniamin, in qua est Ierusalem, Iosue 18. Matth. tomo 1. 104.c.4.F

Duplex est Bethlehem quædam in tribu Iuda, & altera in tribu Zabulon, Iosue 15. & multa erant loca in terra Chanaan eiusdem nominis, & Bethlehem de tribu Iuda, solet vocari Bethlehem Iudæ, Matt.2. & 1. Reg.17. & Bethlehem Ephrata, Genes. 48. & Micheæ 5. Iudi. 54.c.4.I, Mat. tom.1. 104.c.4.F

In Bethlehem nasciturus erat Messias, secundum Iudæos, Mat. tom.6 157.c.1.E

Necesse fuit, vt Christus nasceretur in Bethlehem, quia sic prædictum erat per Micheam 5. cap. Et dato quòd nulla scriptura esset, quæ id exprimeret, conueniens fuit Christum nasci in Bethlehem primo, quia futurus erat de semine Dauid, secundo & mistice, quia Bethlehem interpretatur domus panis, Mat. tom.1 106.c.1.A

Beatissima Virgo post natum Christum mansit in Bethlehem quasi per quadraginta dies, Mat. tom.1 108.c.2.C

Bethphage. Situs Bethphage describitur, Mat. tom.5. cap.21. quæst.4

Ad Bethphage diuertebant sacerdotes, expleto officio, vt dicit Remigius, & Beda, & quòd propter hoc dicebatur Bethphage, ideſt, domus maxillarū, eo quòd maxilla esset propria pars sacerdotum, vt dicit Origenes, sed hoc non placet auctori, & illud improbat, Mat. tom.5 cap.21. quæst.4

Potest tamen concedi, quòd esset locus sacerdotum, quia forte parabant illi hostias, ideſt, animalia, quæ ad sacrificium erant necessaria, vel alia quæ ad libamina pertinebant, ibid.

Bethsaida. Nomen est Hebræum, & significat domum ouium: nam, Beth, significat domum, & zon, ouem, 2. Paralip. 53.c.2.C

Bethsaida fuit ciuitas quædam in littore maris Galilææ, de qua fuerunt quinque Apostoli, scilicet, Petrus, Andreas, Iacobus, Ioannes, & Philippus, Matt. tom.3. 284.c.2.E, tom.4 87.c.3.I

Bethsaida nomen est æquiuocum ad probaticam piscinam, de qua Ioan. 5. & ad ciuitatem, Matt. tom.4 87.c.3.I

Bethsaida ciuitas vix distat per vnam leucam a Capharnaum, Mat. tom.4 104.c.4.k

Et est in regione Genezareth, ibid. 105.c.1.A

Bethsames. Ciuitas duplex, erat in terra Chanaan, quædam in sorte Iuda, & altera in sorte Issachar, 1. Reg. tom.1. 71.c.4.F, 4. Regum. 141.c.4.I

Bethsamitæ. Mortui sunt propter quatuor causas, quas assignat Nicolaus, sed videtur auctori, quòd solum propter quartam illarum fuerint mortui, quia scilicet viderunt arcam Domini nudam, eam discooperientes, vt viderent, & verisimilius videtur, quòd illi tantum perierūt, qui arcam discooperierunt, 1. Reg. tom.1. 75.c.2.D

Bethulia. Bethuliæ principes tentauerunt Deū, Iudith. 7. statuentes ei certum tēpus, in quo si non auxiliaretur, traderent se hostibus, Exod. to.1 51.c.1.D

Bias. Illud Biantis Philoso. dictum, quòd principatus ostendit virum, qualiter habeat intelligi Exo. tom.1 176.c.2.C

Bibere. Quòd homines vinum bibant in poculis aureis, & sanguis Christi conficiatur in calicibus plumbeis, valde erubescendum est, Exod. tom.2 54.c.4.I

In bibentibus vinum tres dantur habitudines, scilicet sobrietas, iocunditas, & ebrietas, de quibus Ruth. 250.c.4.G

Biblia. In canone Bibliæ quidam ponunt duos, & viginti libros computando librum Threnorum

norum cum libro Ieremiæ. Sed alij ponunt viginti quatuor, distinguentes, librum threnorum a libro Ieremiæ, & librum Ruth a libro Iudic. de quo Hieronymus in prologo Galeato, Genes. In Prolo. 27.c.2.F

Bibliam transtulit Hieronymus, ex Hebræo in Latinum sermonem, & omnibus libris Prologos prepositi, qui sunt Epistolæ quædam directæ ad illos quorum precibus libros illos transferebat, in quibus fit mentio alicuius personæ, & aliqua difficultas declaratur, quę in ipsis libris continetur, vel quã tum ad modum procedendi, vel aliquod punctum speciale, vel est difficultas temporum, aut personarum, Genes. In Prolo. 38.c.3.F

Nulla Biblię translatio, ante Hieronymi translationẽ totaliter Hebraicę veritati cõsonabat, vnde & Hebræi Bibiliam nostram irridebant tanquam ab imperitis scriptoribus vitiatam, nec nos poteramus contra eos in multis fidei punctis arguere propter dissonantiam nostræ literæ a textu Hebræo, Genes. ibidem. 34.c.1.D

In Bibliis, quibus vtebatur Ecclesia in tempore Hieronymi, & prius, non habebatur illud quod citat Mat. ca.2. s. ex Aegypto vocaui filium meũ, Genes. ibidem. 35.c.2.E

Apud Bibliam nostram, & litteram Hebraicam reperiuntur aliqua, quæ in antiqus Biblijs, iuxta septuaginta interpretationem, non inueniuntur, Genes. ibidem 36.c.3.F

Bibliam Hebręorum depraua tã esse in quindecim locis dicunt Hebræi Talmudistæ, Exod. tomo 2. 137.c.1.D

In Biblia Hebraicè scripta multi reperiuntur defectus, vt etiam doctores Hebræorum concedunt, Num. to.2 53.c.1.C

In Biblijs nullus ponitur Prologus, qui non sit Hieronymi, Mat. tom.2 26.c.2.B

An aliquando concedendum sit Bibliam nostram, & Hebræam simul corruptas esse in eodẽ loco ita ꝙ nesciatur veritas, & dicẽdum, quòd nõ, 4. Reg. 247.c.1.D

Bigamia. Qui Bigamiam simultaneam primus induxit, fuit Lamech, qui simul duas habuit vxores, Gen. 28.c.3.k

Si Bigamia aliquid culpæ haberet de se, minus culpabilis esset Abraham, quam Iacob, & minus Sara quam Lya. Sed quia Bigamia licita fuit Patriarchis desiderio multiplicandi populum Dei, non peccauerunt Iacob, & Rachel super inducendo Zelphã, &c. Genes. 317.c.1.D

Bigamia non contrahitur in concubitu fornicario 4. Reg. tom.1 147.c.4.G

Bigamiam potest quis incurrere sine peccato 2. Reg. 85.c.3.K

Bigamiæ irregularitas non respicit peccatum, sed sacramenti defectum, nam per matrimonium significatur Christi vnio ad ecclesiam, & vnio verbi diuini ad carnem, quæ non erat maculata aliqua macula, siue voluntaria, siue inuoluntaria, Mat. to.7. 21.c.2.A

Bigamus. Reputatur ille, qui cognouit vxorem suam, postquam fornicata est, etiam si ignorans cognoscat, nam post mortem illius si transeat ad religionem, non potest promoueri ad sacros ordines. 34.dist.c.si laici 1.Reg. to.1. 16.c.1. E. Mat. tom.5 107.c.3.F

Bigamus dicitur, qui contrahit, cum aliqua violenter corrupta per coitum, & non alias, & si constet eam esse cognitam, idest, suscepisse semen, etiam si non fuerit ruptum clausttrum dicitur corrupta, & Bigamus est, qui cum ea contrahit, Matth. tomo 7. 21.c.1.E

Bigamus ad sacros ordines promoueri non valet, Papado. 12.c.4.G

Bilinguis. Sic varia profert, quasi duas linguas haberet, & aliter de præsente, & aliter de absente loquitur, & aliud vni, & aliud alij narrat, quare plura falsa, quam vera eum dicere necesse est, Leuit. 185.c.1.C

Bimatus. Est ætas duorum annorum, & bimus est habens duos annos, sicut trimatus est ætas trium annorum, & trimus dicitur habens ętatem trium annorum. Sic dicitur, Genes. 15. Sume vaccam mihi trinam &c. Matth. tomo 1. 134. col 2.B

Bissextum. Quod nos bissextũ dicimus, apud antiquos, intercalatio dicebatur, Exo. tom.1 71.c.1.E

Byssus. Genus est lini delicatissimi habentis fila tenuissima, quod fiebat in Aegypto, vt dicit Aben Ezra, & rabbi Cahadiagaon, Exo. tom.2. 15.c.4.G. & 38.c.3.H. & 45.c.3.H. & 185.c.3.I

Bitumen. Quod tenacius est pice, colligitur supnatans in lacu asphaltite in Iudæa, scilicet, in mari, vel lacu Sodomorum, vbi quatuor illæ Ciuitates submersæ sunt, & linita illo bitumine dissolui non possunt, nisi solo sanguine menstruo superfuso, Genes. 36.c.2.E, & 81.c.3.G

Blasphemia. Quid, Matthæ. tomo 4. 139. colum.1.C

Ad Blasphemiam duo requiruntur. Primum est prolatio nominis diuini, qualecunque illud sit. Secundum est, quòd ille, qui Blasphemat, male dicat nomini domini, Leuit. 282.c.1.D

Blasphemia potest pertinere tam ad iram quã ad superbiam, Mat. to.2 111.c.1.B

Blasphemia propriè non est nisi contra Deũ inquantum de eo dicitur aliquod falsum, quod cedit in dedecus eius. Cõmittitur etiam Blasphemia contra sanctos, vt habetur, extra de maledic. ca. statuimus, & hoc est, qa in eis relucet veritas Dei infallibilis, quæ facit illos sanctos, cui inseparabiliter sunt vniti &c. Mat. tom.2 217.c.4.k

Blasphemia est, quando asseritur aliquod falsum de Deo, quod minuit eius dignitatem, vel negatur aliquid quod pertinet ad eius dignitatem, Mat. tom.3 179.c.2.E

Blasphemia & peccatum quomodo differant, Matt tom.4 19.c.2.A

Blasphemia contra spiritum sanctum est quicquid dicitur contra deitatem aperte, vt si quis dicat, quòd Deus non remittit peccata, vel quòd diabolus dimittit peccata, ita bene sicut Deus. Et hæc Blasphemia non remittitur hic nec in futuro, Mat. tom.4. 19.c.2.D

Blasphemus. Blasphemum in lege veteri, totus populus lapidare debebat, & hoc similiter fiebat in peccatis contra Deum, & non contra proximum, vt probatur, Leuiti. 283. col.1.A

Boas. Serpens nascitur in Calabria, & dicitur sic a boum deuoratione, Exod. to.1. 235.c.3.K Deuter. 173.c.4.F

Boetius descendit a Manlio Torquato, 2. Regum 52. col.1.B

Bonitas. Res dicunt duas bonitates, vna est bonitas specialis in natura sua, alia est bonitas, quam dicit res quælibet in quantum est quædã pars vniuersi, Gen. 10.c.1.C

Triplex est bonitas, scilicet, incipiens, proficiens, & consumata

consumata,2.Paralip. 227.c.3.H
Bonitas discipulorum Christi erat in duobus,scilicet, abstinendo ab omni offensa hominum,& in benefaciendo omnibus,Mat.tom.6 275.c.1.C
Tota natura bonitatis est in Deo, sicut natura entitatis,Mat.tom.5 126.c.3.I
Duplex est bonitas,quædam necessaria, & sufficiens; altera superabundans,siue supererogationis,prima est necessaria ad conseruandam famam, non tamē secunda,Mat.tom.4 130.c.4.G
Bonitas dicit rationem integritatis, Matth. tomo 5. 120.c.4.F
Multum differunt bonitas hominis, & bonitas serui, Mat.tom.7 29.c.3.F
Bonitas alicuius potest dupliciter considerari. Vno modo simpliciter, & absolute, vel secundum se,& tali bonitate melior est ille,qui abundat bonis spiritualibus gratiæ. Alio modo secundum quid, scilicet,quantum ad aliquam rem determinatam,Mat. tomo 6 35.c.3.k
Bonitatem Dei esse causam creationis mundi, tenuit Plato in Thimæo,De Trin. 4.c.3.K
Deus est natura ipsa bonitatis,& entitatis,Mat.tom.6 132.c.3.G,Mat.tom.7 95.c.2.B
Bonum. Hominis principaliter consistit in actu interiori,Mat.tom.5 29.c.3.D
Ex qualibet culpa Deus elicit bonum, Exo. tomo 1. 58.c.1.A
Bonum est ex integra causa, vt dicit Dionysius in lib. de Diuin.Nomi. scilicet, ex adiunctione omnium circunstantiarum,Exo.tom.1. 190.c.1.B,Mat.to.5 47.c.2.C,Mat.tom.7 265.c.4.F
Multa sunt,quæ excitant homines ad bonum,quæ dici possunt gratiæ gratis datæ,Mat.to.5 155.c.2.A
Duplicia sunt bona conuenientia homini, Matt.to.5 156.c.3.H
Bonum est sui ipsius diffusiuum,Iosue to.2. 26.c.1.A
Duplex est præparatio voluntatis ad bonum, Matth. tomo 5 154.c.4.I
Tria sunt bona secundum Philosoph. 3. Ethicorum, scilicet,vtile,delectabile,& honestum,quorum honestum dicitur proprie bonum, & absolute bonū, cætera vero dicuntur bona secundum aliquam relationem,1.Reg.tom,1 168.c.1.D
Nullum maius bonum quàm libertas, & nullum maius malum,quàm seruitus,1.Reg.tom.1 181.c.3.k
Bonum sine difficultate homo non eligit in statu naturæ lapsæ,Mat.tom.5 152.c.4.F
Liberum arbitrium non mouetur ad bonum,nisi pulsatum a Deo,Matt.tom.5 155.c.4.F
Deus sæpe priuat nos illis bonis, quibus eum priuare volumus,4.Reg. 76.c.4.k
Bona temporalia quando sint abijcienda, Mat.tom.5 193.c.2.A
Excessus in bono,& pulchro est peccatum, ex 7. Ethicorum,2.Paralip. 223.c.2.E
Nihil boni etiam ex temporalibus homo habere potest absque diuina dispositione,2.Paral. 5.c.1.A
Omne bonum extra mundum, & extra carnem est, quia non est secundum voluntatem carnis,& mundi,Mat.tom.1 220.c.1.A
Vnum bonum quomodo possit alteri bono repugnare,Mat.tom.3 36.c.1.B
Totum bonum nostrum est in vita æterna, Mat.to.5 170.c.2.E
Ad hoc quòd homo possit facere aliquod bonum, oportet, vt iudicet illud esse bonum, & inclinetur ad illud, & ista duo non potest homo facere a seipso,sed opus est, quòd Deus ostendat ei quid sit bonum, & inclinet mentem eius in illud, Matth. tomo 3 71.c.1.C
Iudex non potest dare plus de bono, quàm sit debitum, neque minus de malo, quia peccaret si secus faceret,Mat.tomo 5 179.c.2.C
Deus nunquàm dat minus de bono, quàm sit debitū, neque plus de malo, Mat.tomo 5 180.c.1.A
Bona, quæ Deus dat sine præiudicio, sunt gratia, virtus bonum desiderium,sanitas robur,viuacitas sensum,pulchritudo corporis,ingenij acumen,sapientia,& quæcunque huiusmodi,Mat.to.5. 180.c.1.B
Bonum salutis triplex,Mat.tom.6 35.c.4.I
In alicuius rei bonum potest quis tendere dupliciter, Mat.tom.6 143.c.3.k
Bona sunt amplianda, mala vero restringenda, vt patet de regulis iuris, cap.odia, lib.6. Matth. tomo 3. 117.c.3.G
Bonum,& malum est in boue cornupeta,Mat.tom.6 171.c.3.G
Bonum reperitur in rebus dupliciter, scilicet, quantum ad substantiam earum, & quantum ad ordinem, Mat.tom.3 256.c.2.A
Bona huius seculi sunt fallacia, quia sequaces eorum miserijs implent, & a vero bono separant, Matth. tomo 4 50.c.2.B
Vere bonum reputatur difficile ab his, qui potiri volunt bonis huius seculi,Mat.tom.4 129.c.3.K
Nullum bonum est, quod non persuadeatur in sacra scriptura, & nullum malum, quod non prohibeatur,Mat.tom.4 42.c.3.F
Triplex bonum contingit homini, similiter & triplex malum illi oppositum,scilicet,bonum exterius,bonum corporis,& bonū virtutis,Mat.to.5. 47.c.1.D
Paruum bonum dicitur illud, quod adueniens non sentitur,Mat.tom.4 210.c.2.E
Quis magis teneatur ad bonum proprium, quàm ad commune, & quis magis ad commune, quàm ad proprium,Mat.tom.5 83.c.1.C
Sicut nullum maius bonum, quàm habere Christum habitantem in cordibus nostris, ita nullum maius malū,quàm non habere ipsum,Mat.to.5. 13.c.4.k
Omnia bona sunt in nobis ex dono Dei, mala vero in operatione sunt ex defectu nostro, Matth. tomo 5 115.c.3.F
Nullum bonum possumus facere sine Deo, Matth: tomo 5 115.c.3.F
Bonorum, quæ habemus a Deo, non sumus domini, sed administratores,vel precario possidentes, Mat.tomo 5 179.c.3.G
Penes bonum, & malum in dationibus, & acceptionibus,consistit iustum,& iniustum, Matth.tomo 5 179.c.4.I
Ad hoc quòd homo moueatur ad bonum in omni statu,indiget auxilio diuino,Mat.to.5 146.c.1.B
Bonum, sub ratione boni, non potest odio haberi, Mat.tomo 6 275.c.1.A
Bonum opus duplex est quoddam procedens de virtute,& ea informatum,&c. Alterum est quod antecedit virtutem, & causat virtutem acquisitam, siue moralem,&c.Mat.tomo 5 145.c.1.E
Bonum malo coniunctum, quomodo non sit interdum abijciendum, sed tenēdum, & quomodo sic, Mat.tomo 6 171.c.2.C
Bonum proprium amat quis duplici ratione, & quia bonum,& quia proprium, immo hoc,quod est esse proprium, est potissima ratio amandi, Matth. tomo 6 145.c.4.F
A bono interdum abstinendum est, ne inde ad malum detur occasio,Mat.tomo 6 36.c.2.D
Bonum hominis triplex est,quoddam,quod consistit in rebus exterioribus, vt in diuitijs, potestate, &c.

Aliud

Aliud in bonis corporis, vt in robore, fortitudine, sanitate,&c. Tertium in bonis animæ, & inter ista bona est ordo,Mat.tom.7 21.c.3.H
Bonum commune melius est bono priuato, si ambo sint eiusdem generis, & eiusdem quantitatis, alias falsum est,Mat.tom.7 24.c.4.I
Quomodo alicui auferantur bona, Matth. tomo 7 39.c.2.E
Bona spiritualia dupliciter augentur, Matth. tomo 7 34.c.4.K
Bonum Dei est nostrum,Matt.to.6 145.c.4.G
Vnicuique amabile est id, quod est proprium bonũ, Mat. tom.6 145.c.4.F
Bonum est ratio diligendi, Matt. to.6 154.c.2.B
Nihil boni est apud inferos,Mat.to.6 182.c.3.F
Bonum, & malum sunt omnibus hominibus communia,Matt.to.6 326.c.2.C
Primum bonum, quod Deus confert homini, est capacitas aliorum bonorum, sed prima capacitas simpliciter est corporis,&c.Matt.tom.7 34.c.1.E
Deinde est capacitas ipsius animę,consequuta ex corpore, ex qua sequitur determinatio donorum, quæ postea dantur, & circa primum donum, quod est capacitas corporis,non datur aliqua virtus,vel mensura præcedens, secundum quam detur illa, sed illa est mensura omnium sequentium,&c.ibid.
Et de prima capacitate Deus non exiget rationem in die iudicij,sed de alijs sequentibus,ibid.
Visio diuinæ essentiæ est omne bonum,Matt.tomo 6 329.c.1.A
Si summum bonum offeratur voluntati, vt summũ bonum clare cognitum, non potest ipsa voluntas suspendere actum, vel remittere, sed necesse est quòd secũdum totum suum conatum moueatur, vt probatur Matt.tom.7 231.c.4.k
Circa summum bonum clare visum non ponitur conatus distinctus a lumine gloriæ, Matth. tomo 7 232.c.1.A
Bonum spirituale cognoscitur cum vere habetur, & non priusquàm habeatur, bona vero corporalia, priusquàm habeantur,magnifiunt,& habita paruipenduntur,econtra est de bonis spiritualibus, Mat. tomo 2 11.c.1.C
Qui habet vera bona dignus est illis, Matth. tomo 2 11.c.2.E
Bonum spirituale, quod prælatus debet procurare, multiplex est,&c.Mat.to.6 35.c.4.k
Bonum collatum filijs a parentibus, superexcedit quodlibet bonum, quod filij possint conferre parentibus,Mat.to.4 128.c.1.A
Bonum collatum cuicunque alligat illum, cui fit tacite ad retribuendum,Mat.to.4 127.c.4.K
Bonum honestum delectabilius consideratur,quàm vtile,Mat.to.6 99.c.1.A
Bonum vtile extenditur ad omnes res possessas, prout possidentur,vt sunt aurum,argentum, &c. Exo. tomo 1 248.c.2.E
Bonum delectabile specialiter est in gustu cibi, & potus. Et circa tactum in actibus venereorum, &c. Exo.tomo 1 248.c.2.E
Bonum virtutis maius est, quàm bonum vtile, & delectabile,Mat.to.6 145.c.3.H
Bonum honestum est delectabilius vtili, Mat.tomo 6 99.c.1.A
Bona fortunæ quomodo sint in nobis, Matt.tomo 6 329.c.3.F
Bona temporalia sunt multiplicia, Matth. tomo 6. 189.c.4.G
Lex diuina potest facere aliquod malum bonum, & econtra,Matt.tomo 7 43.c.3.F
Deus,in lege Moysi, nec permisit omnia bona,neque vetuit omnia mala,propter duo,Mat.to.7.45.c.4.H
Lex Moysi in præcipiendo bonum circa aliqua, excedit legem Christi,Matth.to.7 46.c.4.F
Bona prosunt tripliciter illis,qui illa fecerunt, Matth. tomo 7 100.c.3.F
Bona,quæ boni fecerunt,sunt duplicia, Matt. tomo 7 101.c.2.D
Bona facta in peccato mortali mortua sunt, & non redibunt,Matt.tomo 7 101.c.2.E
Bona malorum sunt duplicia, Matth. tomo7. 104. col.1.C
Bona opera,in mortali peccato facta, prosunt ad minus supplicium subeundum, quod dupliciter saluatur,Matt.tomo7 104.c.1.D
Omnia bona & mala manifestabuntur omnibus in iudicio vniuersali,Matt.tomo7 105.c.1.E
Bonum hominis in adhæsione ad Deum consistit, Matt.tomo 7 108.c.1.B
Occasione boni non est malum faciendum, Matth: tomo 7 112.c.4.F
Bonum publicum magis debet diligi, quàm bonum priuatum,Matt.tomo 7 113.c.1.B
De bonis, & malis, quæ accidunt hominibus post mortem propter bona, & mala nepotum, secundum Aristotelem,Mat.tomo 7 113.c.4.I
Nullum bonum manet in damnatis, Matth. tomo 7 118.c.4.F
Ex Dei voluntate, bonum aliquod habemus, Matth. tomo 7 118.c.4.I
Et omne bonum habet homo a Deo, sed malum habet a seipso,ibid.
Omne bonum aufertur,si auferatur esse,Matt. tom.7 187.c.2.C
In operantibus bonum, vel malum tria considerantur,Mat.tomo 7 226.c.1.E
Vnde sit, quòd pro bono opere detur maior, vel minor beatitudo,Mat.tomo 7 226.c.2.A
Vnusquisque debet magis gaudere de bono tuo,q̃ de alieno,Matt.tomo 7 232.c.1.C
Bona,quæ hic suscipiuntur, non sunt præmium debitum actibus charitatis,Matt.tomo 7 254.c.4.H
De bono aliorum, beatorum gaudent beati dupliciter,Matt.tomo 7 276.c.1.C
Totum bonum est Christus, Matth. tomo 7. 28.colum.4.H
Bonum eligitur in agẽtibus secundum prudentiam, Matt.tomo 7 6.c.1.C
Bonum agere debemus, & malum cauere, vt veniamus ad beatitudinem,Matt.tomo 7 7.c.1.E
De triplici hominis bono,& de ordine illorum, Mat. tomo 7 21.c.3.G
Quare in bonis temporalibus non permittat Deus homines, siue bonos, siue malos multum lætari, Genes. 23.c.4.F
Bonorum administratio non est fœminæ attributa, sed viro,nisi &c. Exo.tomo 2 187.c.2.C
Illi,qui in bonis huius seculi præcipui fuerunt, postea extiterunt calamitosi,&c.2.Reg. 90.c.1.A
Bona huius seculi replet Deus magnis amaritudinibus, ne in eis credatur esse fœlicitas, 2. Regum. 90.c.1.A
Bona exteriora dicuntur bona fortunæ, quia circa illa versatur maxime fortuna, ideſt, mutabilitas præter intentionem nostram, & absque causa apparenti,Matt.tomo 2 10.c.2.E
Bona temporalia non tenemur petere a Deo determinate, & absolute, sed cum coaditione, scilicet, si nobis expediat illa habere, Matth. tomo 2. 252.c.1.C

Bona fortunæ distinguuntur tripliciter ab Aristotele 1. Ethic. s. in bona extra nos, quæ dicuntur bona fortunæ, & in bona circa nos, quæ dicuntur bona naturæ, & in bona intra nos, quæ sunt virtutes, & cæt. Leuit. 308.c.2.A
Bona temporalia, quare promiserit Deus Iudæis in vet. testa. si seruarent legem, non tamen in nouo, sed tantum æterna, Leuit. 308.c.4.F
Bona posterorum multipliciter pertinent ad eos, qui sunt iam mortui, quod potest contingere tripliciter, &c. 1. Paralip. 200.c.1.B
Bona, vel mala successorum denunciat Deus aliquando propter meritum, vel demeritum viuentium, &c. 1. Paralip. 200.c.2.D
Bona, quæ habemus, quando licitum sit illa enarrare proximis, & quando non, 1. Paralipom. 202. colum. 3.F
Bona paraphernalia dicuntur illa, quæ vxor habet extra dotem, & dicuntur, a para quod est iuxta & serna, quod est dos, quasi iuxta dotem, & in illis habet vxor plenam administrationem, etiam inuito viro, Mat. tomo 3 34 c.2 A
Bona in peccato mortali facta, mortua sunt, Matth. tom 7 101 c.2.E
Bonum actum Deus non potest facere malum, bene tamen e contra, Exo. tomo 1 190.c.1.A
Pro bono opere tantum Deus erogat, quãtum ipsum meretur, & amplius, vt probatur Leuit. 308. colum. 1.E
Bonum opus vnius potest dupliciter prodesse alteri, vno modo ex colligantia, quæ est per charitatem, alio modo ex intentione facientis, qui vult, quòd opus suum bonum prosit alteri, &c. Matt. tomo 4 188.c.1.A
Ad bonum operandum duo requiruntur; primo, vt affectus noster inclinetur ad bonum, & hoc fit per virtutes morales, &c. Secundo vt ratio inueniat congruas vias ad perficiendum bonum virtutis, scilicet, per prudentiam. Quantum ad primum Deus instruxit hominem per seipsum, infundendo virtutes gratuitas, & gratiam. Quantum ad secundum instruxit Deus hominem per multa media, interdum vnum hominem per alterum hominem, interdum per Angelos, & interdum per creaturas minores, Mat. tomo 5 27.c.2.E
Bona spiritualia dupliciter augentur, Matth. tomo 7 34 c.4.k
Quomodo omne bonum auferatur alicui, Matth. tomo 7 39.c.2.E
Exercitatio prodest dupliciter ad bona, Matth. tomo 7 39.c.4.K
In bono finire solus Deus potest facere, Matth. tomo 5 31.c.2.E
Vbi modicum est de bono, modicum est de esse, Matth. tomo 5 53.c.4.k
Totum boni, & entis naturam habet Deus, Matth. tomo 5 133.c.2.E
Nihil boni facere possumus sine Deo mouente nos, & cooperante. Matt. tomo 5 149.c.3.H

Bonus boni. Duo sunt, quæ aliquem hominem faciunt perfecte bonum, scilicet, malum non agere, & bonum facere, Psal. 33. Diuerte a malo, & fac bonum, Exo. tomo 1 246.c.2.E

Bonos sæpe Deus collocat in domibus malorum, propter duo; primo, vt ipsos malos a malis coerceant, dissuadendo saltem indirecte: secundo, vt ipsi misereantur virorum bonorum quos Deus tradidit interdum in manus iniquorum, 3. Regum 164.c.4.F
Inter bonum hominem, & malum hoc interest, quia Bonus cum increpatur de peccato, corrigitur, & melior in dies fit, malus vero efficit deterior. Mat. tom. 5 272.c.1.C
Deus iuber bonos recedere a congregationibus malorum, 2. Paralip. 237.c.3.G
Boni debẽt esse valde astuti, vt dicitur Mat. 10. estote prudentes sicut serpentes, &c. Matth. tomo. 3. 116. colum 3.G
Bonorum officium est alios arguere, quod non debẽt vsurpare mali, Mat. to. 3 118.c.2.A
Bonus homo semper habet multa mala adiuncta cũ bono ex quorum quolibet potest sufficienter operari malum, scilicet, pronitatem ad malum siue fomitem, & defectibilitatem liberi arbitrij, Mat. to. 3. 123.c.1.C
Boni quomodo dicantur iusti, Matthæ. tomo 4. 60. colum 4.H
Deus non imponit necessitatem absolutam, vt Boni simus, sed ponit regulas per quas Boni efficiamur, Mat. tom. 5 48.c.4.G
Quare interdum permittat Deus bonos occidi sæuis cruciatibus, Mat. tom. 4 79 c.3.G
Difficile est bonos esse, qui bonis huius sæculi potiri volunt, Mat. tom 4 129.c.3.K
Bonos contingit magis delectari, cum solitarij sunt, quam cum sunt cum alijs, mali vero econtra, circa tristitiam, qua magis tristantur cum solitarij sunt, quam cum sunt sociati, Parad. 87.c.2.B
Ad occidendum bonos viros, qui modus communiter obseruetur a malis Mat. to 4 79.c.1.A
Quid valde boni sunt interdum volunt magis esse solitarij, quam esse cũ alijs, quod Philo. 9. Ethi. vocat conuiuere sibi ipsi, mali vero econtrario se habent, De Statu animarum. 3.c.4.I
Boni in sacris litteris interdum accipiuntur non pro bonis moraliter, sed pro viris honorabilibus, Mat. 22. in parabola nuptiarum, Matth. tomo 6. 7 c.3.G
Deus non infert pœnas bonis, sed malis, Mat. tom. 6. 84 c.1.D
Boni seipsos diligunt, mali vero non vt probat Philo. 9 Ethi. ex nouẽ conditionibus amicitiæ, Matt. tom. 6 139.c.4.G
Bonis exhibendus est honor, & non malis, Matt. to. 6. 171.c.3.F
Bonis valde nocet conuersari inter malos, Mat. to. 6. 277.c.3.I
Boni poterunt per se ire ad iudicium vniuersale, & volentes ibunt, Matt. tomo 6. 307.c.4.H
Inter bonos, & malos, in iudicio, erit magna differentia, Mat. tom. 7 81.c.1.B
Quare bonorum sit nunc parua laus, aut fama, Matt. tom. 7 85.c.4.H
Hominẽs boni & mali in quatuor ordinibus ponuntur, Mat. tom. 7 92.c.4.I
Bona, quæ boni fecerunt, sunt duplicia, Matth. tom. 7 101.c.2.C
Bonorum mala, & Bona erũt nota in die iudicij, Mat. tom. 7 105.c.2.D
Et quo quis est maior in vita æterna, eo peccata illius erunt magis nota, ibidem.
Boni, & mali erunt in duas partes diuisi in die iudicij, Matth. tom. 7 107.c.4.H
Quare boni dicent Christo in die iudicij: Quando te vidimus? Matth. tom. 7 116.c.2.C
Boni resurgentes habebunt corpora impassibilia, & immortalia, Matth. tom. 7 134.c.3.F
Bonorum & malorum resurrectio simul erũt in ictu oculi, Matth. tom. 7 134.c.3.G

oni,qui in die iudicij inuenientur viui,insensibiliter exurentur,Mat.tom.7 135.c.2.C
Boni & mali quomodo ardebunt in die iudicij,Matt. tom.7 137.c.2.E
Quomodo iudicamus Deum esse bonum, Mat.to.7. 184.c.2.A
Bonorum & malorum vltima cõsumatio erit exacto iudicio,Mat.tom.7 184.c.4.K
Quare boni in vita ista nonnunquam vexentur a dæmonibus,Mat.tom.7 243.c.4.F
Booz. Excusatur ducens Ruth in vxorem, Exod. tom.2 174.c.3.H
Booz non erat frater mariti Ruth, vt probatur Deut. 134.c.2.D
Booz fuisse iudicem in Israel,dicunt Hebræi, illum,s. qui alio nomine, dicitur Abesam de quo Iudi. 12. sed falluntur,vt probatur Ruth. 243.c.1.E
In Booz, & Ruth non fuit contractum matrimoniũ per illa uerba,quæ dixit Booz Ruth.ca.3. Ruth,scilicet,Si ppinquus meus te accipere voluerit,tres bene acta est,si autem noluerit, sine dubitatione ego te accipiam, viuit dominus, nec etiam per illa verba erant sponsalia de futuro propter cõditionem, Ruth. 256.c.2.E
Continentia Booz commendatur,Ruth 257.c.1.D
Booz dixit cognato suo,quòd Noemi vẽdiderat partem agri &c. Ruth.4.ad inducendum eũ de matrimonio Ruth,propter multa Ruth, 264.c.2.B
Si Booz non acciperet Ruth ad suscitandum semen defuncti, nec alius eius propinquus, cum ad hoc nullus teneretur, poterat tamen Booz accipere Ruth in vxorem non ad suscitãdum semen defuncti, absque hoc, quòd alium cognatum requireret &c. Et tunc succederet cognatus Booz in bonis Maalon, &c.vt propinquior, & si defunctus haberet fratres nolentes suscitare semen, ad illos æqualiter proueniebat hæreditas,Ruth. 279.c.1.C
Cognatus Booz potuit bene cedere Iuri propinquitatis,quoad suscitationem seminis, quemadmodũ fecit,Ruth,4. Sed quomodo potuerit cedere, vide Ruth. 279.c.2.C
Booz solum suscitauit semen Maalon, & sic suscitando,poterat aliquo modo dici,quòd suscitabat semẽ Chelion & Elimelech, & sic succedebat omnibus illis tribus,Ruth. 282.c.1.A
Quòd Booz acciperet Ruth Moabitidem in vxorem, licitum fuit propter multa Ruth 282. colum.1.B
Populus imprecatus est bona ipsi Booz accipienti Ruth in vxorem propter multa, Ruth 282.c.3.G in qua imprecatione fecit populus mentionem de Rachel, & Lya. potiusquam de Sara, & Rebecca,propter duo,ibidem.
Et fuerunt istæ nominatæ, & non Bala, & Zelpha, propter multa,ibidem.
Et fuit prius nominata Rachel quam Lya propter multa,ibidem.
Quomodo stet, quod Salmon genuerit Booz ex Raab, & rursum, Booz genuerit Oobed ex Ruth & dimissa opinione Nicolai dicentis, quòd fuerint tres Booz, vide opinionem authoris, Ruth, 286.c.1.B,& 286.c.4.k
Tres fuisse Boozes, dicit Nicolaus, & communiter Doctores nostri, & quòd vltimus eorum fuit ille, qui genuit Obed ex Ruth, & duo intermedij subticentur, quod dicunt fuisse factum propter multa tempora,quæ fuerunt inter Booz,quem genuit Salmon,& Obed,sed hoc improbatur ab autore di.q nõ fuerit nisi vnicus Booz, Parali.44.c.1.A
Booz interpretatur robur,2.Paralip. 47.c.2.D
Booz filius Salmon ex Raab quomodo potuit gignere Obed,cum inter Salmon,& Obed fluxerint plures quàm ducẽti,& quadraginta anni. Circa quod recitatur primo sententia Nicolai, & quorundam ex Doctoribus nostris di. quòd fuerint tres viri huius nominis Booz, scilicet,pater, filius, & nepos, & quòd illorum primus genuit alterum Booz, qui subticetur in genealogia Christi,& ille,qui subticetur, genuit Booz patrem Obed, & hoc nituntur probare. Sed auctori non placet hæc opinio,tenenti quòd non fuerit nisi vnicus Booz filius Salmon ex Raab,qui fuit pater Obed,quod probat esse possibile,Matt.tomo 1 75.c.3.F
Bos. Bouem quendam fuisse loquutum ad arãtem paulo ante mortem Iulij Cæsaris, & dicentem, frustra se vrgeri breui enim non frumenta, sed homines defituros, narrat Paulus Orosius, Genes. 164.c.4.k
Bos qui occiderit hominẽ præcipitur occidi, & quòd carnes eius non comedantur, vt habetur Exo.21. cuius rei assignantur causæ,Genes. 214.c.1.E
Bos significat fortitudinem Christi in patiendo, Genes. 254.c.2.C
Bos vetus non debebat immolari, nec si esset quatuor,vel quinque annorum,Leuit. 11.c.1.D
Quandocunque in sacris litteris fit mentio de bobus offerendis in sacrificium,vel occidendis,intelligendum est de bobus non castratis, scilicet, de tauris: nam nullum animal castrari debebat in Israel, Leuiti.22.Num.tomo 1 83.c.3.I
Bos pascit herbas vsque ad radices, oues vero, & capræ herbarum summitates decerpunt, Num. tomo 2 32.c.2.B
Bouem coluerunt Israelitæ in deserto, quia in Aegypto Deum apim in specie bouis colebant,Iosue tomo 2 183.c.4.k
In boue cornupeta est bonum,& malum, Matth. tomo 6 171.c.3.G
Bos nomen Hebræum, duo significat, scilicet, verecundiam, & confusionem. Et ad vesperum, Iudi. 32.c.4.G.4 Regum 89.c.2.C
Bosor. Ciuitas duplex erat, quædam in sorte Ruben, & altera extra terram Chanaan, de qua venit Balaam,2.Pet.2.1.Paralip. 93.c.3.H
Bosra. Ciuitas est præcipua totius terræ Edon, 1. Paralip. 39.c.1.A
Bracmane. Populi sunt ad partem meridianam Indiæ post flumen Physon,qui pura,& sincera vita viuunt, nec vllis rerum capiuntur illecebris,nihil appetunt amplius,quàm naturæ ratio flagitat, sola viuunt alimonia, quam tellus sine cultura producit,& cætera permulta, Gen. In Prolog.5.c.4.K,& viuunt 150.annis.
Bragada. Apud Bragada fluuium Africæ quidam serpens,nimiæ magnitudinis, destruxit partẽ exercitus Romani,&c.Exo.to.1.233.c.3.k
Bresith. Nomen Hebræũ melius scribitur Beresith.Et sonat apud nos in principio, qa est ablatiuus cum præpositione, quia be apud Hebræos significat in, & resith significat principium, 1.Regum tomo 1 10.c.3.G
Breuitas. Obscuritatem parit iuxta illud Horatij in arte Poetica:
Obscurus fio, dum breuis esse laboro.
Genes.In Prolog.30.c.1.D,Mat.to.3 66.c.1.A
Brucus. Animal est paruum quãtitatis muscę nigerrimum,quod demolitur vineas, & idiomate Hispano dr pulgon siue brugo, brucus ẽt est fœtus locustarum priusquàm habeat alas: nam cum illas habet,sed parum volat, dicitur acelauus, &

& eum fortis eſt, nuncupatur locuſta, Geneſ.21.c. 3.K.Deut. 149.c.3.H
Brucus eſt locuſta nondum habens alas, & athacus, vel acelauus dicitur filius locuſtæ, cum alas habere incipit,locuſta vero quando perfecta eſt, Leuitici 99.c.4.I

Brutum. In brutis nihil mutatum eſt de conditionibus naturalibus, nam aliqua Bruta ſolas herbas comedunt,vt pecora, alia ſolas carnes, vt leones &c.Alia vtroque cibo vtuntur, vt homines &c.1. Politi. Aliqui dicunt, quòd nulla bruta comedebant carnes ante diluuium,Geneſ. 9.c.4.k
Bruta non mutauerunt ſtatum, ſed ſicut nunc ſe habent ad hominem, taliter ſe habuerunt ſemper, etiam ante peccatum, ſed ſecus fuit de homine, Geneſ. 219.c.3.K
In brutis non eſt coitus, niſi incidente eodem deſiderio in ambobus pro eodem loco, & tẽpore, Gen. 230.c.1.D
Bruta ideo non cognoſcunt iura conſanguinitatis, quo ad coitum, quia deſinunt habere mutuam cognitionem cum leuis & labilis ſit in illis cognitio, nam a principio mater cognoſcit filium, & filius matrem,ſed procedente tempore ceſſat iſta cognitio,quæ data eſt propter neceſſitatem educationis, Geneſ. 231.c.3.F
In Brutis animalibus non inuenimus aliqua mala minora morte impoſita a Deo iubente, Geneſ.213. col.4.F
In Brutis nulla eſt communicatio œconomica, ſed ſola naturalis,& imperfecta Nu.to.1 5.c.1.D
Infra hominẽ ſtatim ſunt Bruta, Mat.to.7: 192.c.4.F
Quare quædam Bruta magis inclinentur ad benefaciendum parentibus,quam homines, Matt.tom.6. 151.c.2.D
Rara ſunt Bruta, quæ comedant carnes animalium ſuæ ſpeciei,niſi ea,quæ valde immunda ſunt.& voracia,4.Reg. 70.c.2.D
In Brutis phantaſia ſeu æſtimatiua eſt loco rationis, ſeu intellectus, Mat.tom.2.102.c.2.C. Mat.tom.3. 55.c.4.I
Brutis omnia ſunt fortuita, Matth. tomo2. 102. colum.2.C
De brutis habet Deus prouidentiam, non tamen talem, qualem habet de hominibus,&c. Mat.tom.3 258.c.2.B
Bruta non habent dominium ſuarum actionũ, Matt. tom.5 83.c 4.G
Bruta animalia non manebunt poſt mundi renouationem,quia ſi manerent oportet cõcedere, quòd omnia reſurgerent,ſicut & omnes homines reſurgent, quod non poteſt concedi de animalibus Brutis, cum formæ eorum iam in nihilum redactæ ſemel ſunt, quia quorum ſubſtantia perijt, in eadem numero redire non poſſunt, Matthæ. tomo 6. 95.c.4.H.& 97.c.1.D.& 41.c.2.A
Bruta & plantæ facta ſunt ad uitam animalem hominis ſuſtentandam,vt dicitur Geneſ.9. vbi dicitur ſicut olera virentia dedi vobis cuncta, ideſt, omnia animalia,Mat.tom.7. 144 c.4.I
Caſeus. Decima caſei, lactis & butyri mixta eſt,ſed magis videtur pertinere ad prædialem,quàm ad perſonalem. Matth.to.6. fol.216. col.3 G

Caſia. Arbor eſt alta creſcens in immenſum in locis aquoſis, quæ magnum odorem immittit Exo to.2. 99.c.3 H

Caſsiodorus. Dicit quòd hora reſurrectionis generalis erit mediæ noctis,ſed auctor dicit, quòd erit in crepuſculo matutino. Mat.to.6. 85.c.3.C

Caſsis. Quando eſt fœminini generis, dicitur ſignificare armaturam corporis, & quando maſculini ſignificat rethe: vnde verſus.

Caſſe meo uenor, nunc armor caſſide clara.

1.Reg.

1. Reg. to. 2. 3. c. 2. A

Castellum. Inter castellum ciuitatem & villam & vicum siue rus, hoc interest, quòd ciuitates sunt maiora loca, castella vero minora murata tamen, sed loca non murata dicuntur villæ vici vel rura. Mat. to. 3. 218. c. 1. A

Castitas. Est donum Dei speciale, Matth. to. 5. 82. c. 3. F

Castitas est res voti, & non præcepti. Matth. tomo 5. 137. c. 2. B

Pro castitatis cõseruatione valet quædam herba quæ dicitur agnus castus. Deut. 121. c. 2. C

Castitas coniugalis non est specialis virtus distincta à castitate simpliciter dicta. nec etiã castitas vidualis. bene tamen castitas virginalis. Matth. to. 7. f. 23. col. 2. D

Castrari. Animalia castrata saniora sunt ad cibos: Iudæi tamen non poterant illa castrare, neque vouere, si castrata essent. Leuitici 250 c. 4. H

Apud Iudæos non castrabantur animalia, eo quòd gentiles illud faciebãt sicut & nos. Leui. 250. c. 4. H

Num. to. 1. 83. c. 3. K

Non licet alicui seipsum castrare corporaliter propter multa. Mat. to. 5. 120. c. 4. F

Castrantes se propter regnum cœlorum laudat Christus. Matth. 19. vbi castrare accipitur pro abstinere à venereis &c. 121. c. 1. E

Castratio. Corporalis animalium vetatur fieri in lege veteri. Leuiti. 22. Matth. to 7. 285. c. 3. K

Castratum. Animalia castrata saniora sunt ad cibos. Iudæi tamen non poterant illa castrare, neque vouere, si castrata essent. Leuit. 250. c. 4. H

Castrum. Si singulariter accipiatur, significat munitionem, siue castellũ. cum vero pluraliter significat tentoria posita &c. Nu. to 1. 13. col. 3. G

Castra. Hebræorum in deserto, dispositа erant per calles, & habebant calles & in fine illi portas &c. Exo. to. 2. 119. c. 2. B

A castris Iudæorum tria hominum genera eijciebantur, scilicet, leprosi, viri fluentes semine, & immundi super mortuo. Leuit. 121. c. 2. B

Castra filiorum Israel in deserto, posita erant in quadro, & distincta per quatuor vexilla, & sub quolibet vexillo erant tres tribus, secundum ordinem, qui refertur. Num. 2. Nu. to. 1. 7. c. 3. H

Castrorum optimus situs est figura quadrata, nisi loci dispositio impediat. Nu. to. 1. 16. c. 3. F

Situs castrorum filiorum Israel describitur. Nume. to. 1. 15. c. 4. I. Et moralitas situs illius designatur. ibid. 17. c. 3. H

Iudęorum castra mota sunt bis, postquam introierũt in terram Chanaan, vsque ad finem bellorum Iosue. Num. to. 2. 99. c. 2. C

Castra Hebræorum in deserto, magis dispositа erant in longum, quàm in quadratum. Deuteron. f. 121. col. 3. H

Castra dicuntur multa tentoria simul posita. Iosue to. 1. 70. c. 1. D

Castrametari & Castrametatio.

Ad cognoscendũ quando Hebræi figebant castra, & quando non, ponitur regula. Exo. to. 1. 125. c. 3. E

Castra fixerunt Hebræi in quadraginta duobus locis, venientes ab Aegypto vsq; ad Iordanẽ. Exo. to. 1. 125. c. 3. F

Castrorum situs in deserto pro qualibet tribu determinatus erat à Deo Nu. 2. trib⁹ Iudæ figebat castra in parte orientali cum aliis duabus tribubus, quæ erant sub vexillo suo. Et ad occidentalem figebat Ephraim cum duabus tribubus. Ad Septentrionem figebat Dan, & cum eo aliæ duæ tribus, Ruben, & aliæ duæ tribus sub eo figebant tentoria ad partem meridianã. Et in medio istorũ quatuor castrorum erat locus pro Sanctuario, & Leuitis, qui excubabant in circuitu eius Num. primo, & tertio. Et erãt homines quidã deputati ad assignationem locorum pro quolibet quatuor vexillorũ, & deinde sub quolibet vexillo assignabant cuilibet tribui locum, & pro qualibet familia eius, & in qualibet familia pro quolibet tentorio aliquorum illius familiæ, vt non esset contentio super locatione &c. Exo. to. 1. 153. c. 4. H

Israelitæ castra metabantur ad vnam mensuram quadrati in deserto &c. Exo. to. 1. 196. c. 3. I

In castrametatione filiorum Israel nunquam maiores natu ponebantur sub vexillo minorum natu, Num. to. 1. 16. c. 2. C

Casus. Casibus carent nomina Hebræa. De Trin. 5. c. 2. E

Mala, quæ videntur hominibus a casu venire, a Deo infliguntur, Leui. 208. c. 3. G

Casus & fortuna sunt in eis, quæ agunt propter finem 2. Phy sic. quando non sic euenit, sicut cogitatum est, vel ab agente intentum, Matth. to. 3. 262. c. 4. H

Casus dicitur inopinatus rei euentus, Matth. tomo 3. 262. c. 4. H

Casus & fortuna non tollitur per prouidentiam, Mat. tomo 3. 262. c. 4. H

Casum faciunt omnes concursus causarum, Matth. tomo 3. 262. c. 4. I

Catarrhactæ. Cęli, de quibus Gen. 7. Sunt aperturę quædam, vel meatus aquarum, quod tropicè debet intelligi, ad significãdum, quòd tota aqua defluxit, quæ super aerem erat, vel dicuntur apertæ ad denotandũ quòd hoc non fuit ex causa naturali, &c. Et capitur cœlum pro aere, & non pro cœlo crystallino, vt quidam vane opinantur. Vel dicuntur cœli, id est, a cœlo, hoc est a Deo. Gene. 42. c. 1. A

Cathedra. Cathedræ nummulariorum, de quibus Matth. 21. erant sedes quædam, in quibus sedebant illi, qui vendebant columbas, Matth. to. 5. 228. c. 3. I

Inter cathedram, & tribunal quid interfit. Matth. tomo 6. 168. c. 4. K

Cathedra accipitur propriè pro sede doctoris, vel prælati, Matth. to. 5. 232. c. 1. E

Cathedra ad docentem pertinet, & tribunal ad iudicem, Matt. to. 6. 168. c. 4. k

Cato, Magnus vticen. credidit vnicum Deum esse, qui dicebatur Iuppiter &c. Iud. 32. c. 3. F

Illud Catonis dictum, iudicium populi nunquam cõtempseris vnus, exponitur. Exo. to. 1. 243: c. 4. H

Cato vticen. cum sibi mortem voluisset inferre, librũ legit de immortalitate animæ. 2. Reg. 111. c. 1. D

Catullus. Poeta fuit Veronensis, paulo ante tẽpora Ouidij, & de quo Ouidius sic in libro sine titulo,

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo:
Peligna gentis gloria dicar ego.

Genes. 28. c. 1. B

Caucasus. Mons dictus est sic a candore niuiũ: nam caucasus, lingua orientali, candidum sonat, cuius montis descriptio ponitur, Genes. 5. c. 4. G

Caucasus mons & mõs Taurus, apud multos, pro eodem

dem accipiuntur,vt Solinus aſſerit, ſed Oroſius oppoſitum dicit quod probat per fluxum Euſratis fluminis.Gen. 105.c.2.A

Caucaſus mons extenditur in lõgum a mare Indico vſque ad mare noſtrũ Mediterraneum, & terminatur apud Græciam, qui cum per varias regiones extendatur, non habet idem nomen apud omnes, ſed partes illius montis diuerſis nominibus appellantur,&c.Gen. 105.c.2.A

Caula. Dicitur ouile ſeu receptaculum ouium ad conſeruandum eas. Gene. folio 313. col.4.I

Cauſa. Prima magis influit in ſuum cauſatum, quàm cauſa ſecundaria, vt patet ex prima propoſitione lib. de cauſis. Geneſ. folio 12. col.3 F

Nulla cauſa naturalis eſt, quæ ſignificet aliquid,quod ipſa vel totaliter vel partialiter efficere non poſſit, & eſt regula generalis. Gen. 262.c.3.F

Quòd in quocunque genere cauſæ non ſit proceſſus in infinitum.Exo.to.1. 30.c.3.K

Cauſa prima efficiens, & vltimus finis idem ſunt. Exo.to.1. 30.c.4.G

De cauſa per ſe & per accidens dicuntur multa pulchra.Exo.to.1. 213.c.2.E

Prima cauſa interdum influit ſine deriuatione virtutis per intermedia,vt cum miraculosè operatur,ad demonſtrandam bonitatem & poteſtatem eius,& ad quaſdam neceſſitates noſtras,&c. Interdum influit ſeruando concatenationem, vt virtus ſua deriuetur ad res per varia media & ſuſceptiua, & ſic Deus vocatur cauſa naturalis,&c. Exo.to.1. fo.276. col.4.G

Omnis cauſa conuertit ſuos effectus in ſuum finem. Mat.to.5. 155.c.1.A

Quomodo intelligatur, quòd poſita cauſa, ponitur ſuus effectus.Matth.to.6. 76.c.4.K

Cauſæ per imitationem dicuntur illi, qui faciunt aliquid,ad quorum imitationem,ſequitur aliquid. Matth.to.6. 195.c.1.E

Aliquid dupliciter eſt cauſa dilectionis. Matth.to.6. 144.c.2.E

Si à cauſarum naturalium concatenatione auferatur aliqua cauſa, multa quæ nunc fiunt impoſſibile eſſet fieri,ſuppoſito, quòd Deus non ſuppleret cauſalitatem prædictæ cauſæ.Exo.to.1.fol.276.col.2.A & 289.col.4.K

Cauſa prima habet duas actiones in rebus ad extra. prima eſt, ſecundum quàm perducit res ad extra, cum vult,non ſupponendo materiam,nec agendo ſucceſſiue, & iſto modo agendi nõ habet aliquam cauſam ſubordinatam, & per conſequens non dicitur cauſa prima. Alia eſt actio naturalis, quæ eſt ſecundum morem naturæ, &c. & iſto modo dicitur cauſa prima, & ſi Deus iſtam actionem tolleret, non perirent omnia corpora, nec materia prima. Secus tamen, ſi omnem actionem ſuſpenderet circa creaturas,Exo.to.1. 291.c.1.D

Cauſæ poſteriores habent ſe ſicut effectus priorum cauſarum. Leuit. 309.c.1.E

Prima cauſa magis influit in effectum, quàm cauſa vltima.Leuit. 113.c.3.F

In cauſarum concatenatione quælibet ſuperior operatur pluſquam inferior. 4.Reg. 180.c.3.F

In quodcunque genere cauſarum non datur proceſſus in infinitum,vt probatur, primo id in cauſis efficientibus, ſecundo in cauſis materialibus, tertio in cauſis formalibus,quarto in cauſis finalibus. Matt. to.2. 6 c.2.D

Omnis operatio cauſæ ſecundæ ſemper fundatur ſuper operationem cauſæ primæ, & præſupponit eã: neque poteſt facere quidquam contra illam. Mat. to.2. 53.c.1.B

Cauſa multipliciter cognoſci poteſt per effectũ, &c. Matth.to.2. 59.c.1.A

Cauſa ſe habet ad effectum,eſſentialiter: effectus vero ad cauſam, accidentaliter eo quòd eſt, poſt eſſe eius,& hoc eſt verum, niſi effectus ſit aliquid cauſæ,&c.Mat.to.6. 150.c.3.H

In cauſis, quæ dant eſſe, reperitur aliquid perfectius & efficacius,quàm in cauſato. ſecus tamen in cauſis per imitationem, quæ non ſunt veræ cauſæ &c. ſæ,&c.Matth.to.6. 195.c.1.D

Cauſa duplex,ſ.in eſſendo & in conſeruando, & vtraque non eſt eadem tam in naturalibus quàm in artificialibus.in Defen. 5.c.3.I

Sola cauſa per accidens eſt illa, quæ agit,non præcognito,nec præſuppoſito fine. Exo.to.2. f.107.c.1.B

Cum alicui delegatur aliqua cauſa definienda, committitur etiam poteſtati illius omnia, quæ pertinẽt ad expeditionem illius cauſæ, vt cogere contumacem & ſimilia. Dato quòd in mandato talia non committantur,&c. vt patet extra de officio, & poteſtate iudicis delegati. cap.præterea in principio. Exo.to.1. 51.c.1.A

In cauſa ciuili,ciuiliter intẽrata,poteſt verberari reus. Deut. 131.c.4.F

In cauſis criminalibus requiruntur probationes luce clariores.2.Reg. 59.c.1.E

Cautela. Super abundans cautela non nocet, vbi permiſſa eſt, quia interdum eſt vetita.Mat.to.3. 240.c.3.G

Cautelis non vnquam vſus eſt Chriſtus: ſimiliter & Paulus multipliciter & hoc etiam nobis licet in noſtram vtilitatem, cùm non cedunt in præiudicium iuris alieni, vel non includunt in ſeipſis aliquod illicitum, quod, ſcilicet, ſit expreſſa lege vetitum. Matth.to.5. 253.c.2.E

Cæcitas. Dupliciter dicuntur aliqui percuti cæcitate, in ſacris literis, vno modo quando id,quod coram eis poſitum eſt, nullo modo vident,vt contigit Sodomitis. Gen.19. Alio modo,quando illud vident, ſed non cognoſcunt, licet alias ſolerent illud cognoſcere, quod contigit ſeruis regis Benedab.4.Reg.6. ſimile etiam in duobus diſcipulis euntibus in Emmaus.Luc.24. Licet non dicantur illi diſcipuli percuſſi cæcitate,ſed quòd tenebantur oculi eorum, quia primum dicit pœnam inflictam pro peccatis.Gen. 185.c.3.G

Cæcitas, qua percuſſerunt angeli Sodomitas iuxta oſtium domus Loth, non fuit priuatio potentiæ viſiuæ,ſed quædam paſſio, quæ Græcæ aoriſia vel acriſia dicitur, quam habentes, cũ cætera videant, aliquid vnum coram ſe poſitum non vident. Et taliter percuſſi ſunt illi,qui quærebant Eliſeum venientes de Syria.4.Reg.6.Gen. 269.col.1.D

Cæcitas mentis,vnde proueniat, oſtenditur. Nu.to.1. 214.c.1.C

Cæcitas quæ venit in ſenectute, venit ex defectu virtutis,quia ingroſſantur humores, & debilitatur virtus in pupilla.3.Reg. 128.c.1.B

Cæcitas, quã Deus ſolet inducere, vt habetur ex ſcriptura ſacra, eſt duplex: quædam eſt,quæ vocatur aoriſia, & altera eſt, quæ vocatur amentia, vel furor &c.Et prima iſtarũ fuit in Sodomitis. Gen.19. Secunda in Syris quærentibus Eliſeum. 4 Regũ 6. 4.Reg. 66.c.2.C

De cęcitate,qua percuſſi ſunt Sodomitæ.Gẽ.19.& de qua Syri.4.Reg.6.quæ græcæ acriſia dicitur.Matth. to.1. 124.c.2.A

Cœcus. A natiuitate,quẽ Christus sanauit,quare sic natus fuerit, vide super Matth. to.5. 117.c.4.I

Templum Hierusalem erat locus aptus pro cæcis, & claudis.Mat.to.5. 235.c.3.K

Cecrops. Regnabat apud Athenas,quando filij Israel exierunt de Aegypto. Exo.to.1. 118.c.2.C

Cecrops Aegyptius Athenarum conditor. Exo.to.1. 117.c.2.D

Cecropis regis historia refertur.Iud. 23.c.4.k

Cedar. Regio est in deserto Arabiæ inter Chanaan & Aegyptum, quæ dicta est sic à secundo filio Ismaelis,qui dicebat Cedar. Gen.f.295. col.3.K

Cedere. Aliquid in vsum, vel ministerium humanum,fit dupliciter.Mat.to.7.fo.140. col.4.F

Quando quis antiquitus cedebat iuri suo alteri, discalciabat calceum, & dabat illi in signum possessionis, & ista discalciatio seruabatur solum, apud Iudæos in cessionibus, & non in aliis contra actibus; & solũ in cessionibus,quando inter cognatos vnus cedebat alteri iuri cognationis. Et huiusmodi cessio non fiebat in pœnam, nisi in fratre alicuius defuncti sine liberis, qui nolebat suscitare semen. Deut.25.Ruth. 280.c.1.A

Cedrus, Parabola cardi ad cedrum incœpit tempore, quo redijt Iacob de Mesopotamia in terram Chanaan, cum Emor rex Sichem petiuit Dinam filiam Iacob in vxorem filio suo Sichem,& non dedit illam. Sed auctor probat hoc esse ficticium & falsum,sed eam introduxit Ioathã minimus filiorum Gedeonis, & postea rex Israel contra inæqualitatem Amasiæ,&c. 4.Regũ. f.147. col.2.B

Cedrus est arbor excellentissima inter omnes arbores,& non immerito vocatur arborum regina, cuius lignum est imputribile,&c. & reperitur in raris locis,s.in Africa & in Syria, & maxime in monte Libano,&c. 3.Reg.fol.93.c.1.E. & refertur cedri preciositas. 2.Paral. 132.c.4.G

Cœlare. Est sculpere vel pingere iuxta illud Ouidij. 2.Meta.s.æquora cælarat medias cingentia terras,idest in domo solis sculpserat Mulciber, quomodo æquora claudebãt terras in medio. 4.Reg. 161.c.3.H

Quòd aliquando cælare capiatur pro sculpere. Exo. to.2. 201.c.2.E

Cœlatura. Dicitur pictura quædã, qua pars rei, quæ pingitur, operitur, & pars non operitur,quia inter imagines distinctio est, & illud medium manet discoopertum, quod solum colorem habet naturalem. si autem totum spacium planum,in quo,aliquid pingendum est,superliniatur prius aliquo colore, sicut pictores facere consueuerunt,non est proprie cælare,sed pingere; cùm autem pars pingitur,& partes intermediæ manent habentes eundem colorem, quem naturaliter habebant, vel quem ante habuerant, vocãtur cælare. Exo.to.2. 201.c.2.D

Cælatura vocatur imago corporea,s. statua vel figura facta in plano de coloribus, sed primus modus est proprior. 3.Reg. 57.c.3.I

Celeber, Acolendo dicitur, idest ab obseruãdo, vnde solum dies illi,quibus à laboribus cessamus,dicuntur celebres.Leuit. 259.c.4.I

Celethi. Et pheleti non erãt viri, sed legiones virorum electissimorum, qui semper erãt propinqui Dauid,& custodes corporis sui.1.Paral. 215.c.2.D

Cœlum. Distantia,à terra vsque ad cælum firmamenti, mensuratur musica. Gen.fol.15. col.3.H

Quidam dicunt cœlum non habere materiam, sed esse materiam quandam substantialem,quę de sua natura habet, vt sit subiectum determinatæ quantitatis & qualitatis, cuius opinionis videtur esse Aristo.primo de cœlo. & Cõmentator 8.Metaph. & in lib.de substantia orbis, cuius motiuum refertur,& confutatur. Gen. 2.c.1.D

Cœlum habere materiam, sed non esse eiusdem naturæ cum materia istorum generabilium, quidam dixerunt, alij quòd est eiusdem naturæ cum materia istorum inferiorum priuatiue,sed non positiue, idest non plurium rationum,& non positiue, quia vnitas rationis est ab vnitate formæ constituentis & distinguentis,materia non includit aliquam formam, sed substantialiter per suum esse, secundum Commentatorem, idest quòd potẽtia materiæ est esse materiæ.& ideo materia non ponitur proprie in prædicamento substantiæ, sed solum reductiue: tanquam principiũ,sicut vnitas & punctus in quantitate.&c.Gen. 2.c.2.B

Cœlum in prima positione primi capitis Gene. capitur pro solo cœlo empyreo iuxta legitimam intelligentiam & veram, quia cœlum empyreum non ponitur de materia communi creatum, bene tamen cœli.2.die creati. Gen. 4 c.1.E

Cœlum empyreum est locus capacissimus splendidus immobilis quietus contemplationi conueniẽs & gloriæ beatorum.Gen. 4.c.1.E

Cęlum empyreum, vt creatum fuit,fuit sanctis angelis repletum. Gen. 4.c.2.B

An cœlum empyreum angeli & materia aliarum rerum fuerint prima die creati, vel ante omnem diẽ, ponitur duplex responsio; sed secunda est melior, quòd illa fuerunt simul creata cum tempore, & quòd fuerunt per duodecim horas ante creationẽ lucis primariæ, & illud tẽpus duodecim horarum vocatum est vespere, idest tempus sine luce: non tamen dicebatur nox,quia nox est priuatio lucis solis, vel supplentis vicem solis, sed priuatio non est ante suum positiuum,& licet illa prima dies fuit sine nocte,non tamen sine vespere, & quia prædicta fuerunt creata ante lucem, à qua proprie dies denominatur, dicuntur fuisse creata ante diem, vel sine die.Gen. 5.c.1.C

Cœli vocantur firmamentum à firmitate, quia substantia cœlestis firma & durans est, iuxta illud Iob 37.tu forsitan cum confrabricatus es cœlos,qui solidi sunt quasi ære fundati.Gen. 5.c.3.K

Cęlestes orbes diferunt specie,& numero,quia in cęlestibus,in quolibet indiuiduo,est vna specifica natura.Gen. 5.c.4.F

Totũ cęleste corpus hebraicæ vocatur raquia, quod significat expansionem, & non firmitatem, iuxta illud Psalmi 103. extendens cęlum sicut pellẽ,&c. Gen. 5.c.4 G

Cęlum crystallinum est primum, sed quare dicatur crystallinum. Gen. 5.c.4.H

Cœlum crystallinum est lucidæ substantiæ & densioris,quã alij cœli,& ideo visibile est,& dicitur vltima superficies rerum visibilium & videtur coloris azurini, & in noctibus serenis, nullis nubibus obuiantibus, videmus illud in colore azurino declinante ad nigrorem vel obscurum, propter multitudinem lucis congregatæ, & multum distantis. Gene.fol.5.col.4.K. Deut.fol.52.col.3.K.Exo.to.2. 9.c.2.A

Cœlum dicitur a cęlando, ideſt, cooperiendo, quia omnia cęlat, vel tegit, & nomen Hebraicum ſignificat expanſionem, vel cooperturam, vel dicitur quaſi cœlatum, ideſt depictum varijs aſtris fulgentibus, Geneſ. 6.c.1.B
Cęleſtia corpora nunquam ſignificant aliquid, niſi illud efficiant, &c. Geneſ. 7.c.3.F
Cœlum, cum nobis dies eſt, eſt aſtris plenum, quod conſtat quando eclypſis ſolis eſt a tota Luna, vel ſi declinante Sole ad occaſum, vel paulo poſt ortum, aliquis deſcendit in profundū puteū, in cuius profunditatē nec radij incidentes a ſole peruenire poſſunt ad oculos, nec radij reflexi, tunc videbit Stellas extantes ſuper Zenith, capitis p radios directe incidētes, hoc autē nō pōt apparere in meridie, niſi puteus ſit valde profundus, vel ſol ſit circa capricornum, quādo habet maximam declinationē ab ęquinoctiali, Geneſ. 7.c.4.G
Cœli aſpectus multum eſt in cauſa, quòd homines in aliquibus regionibus diutius viuāt, & iſte aſpectus eſt ſecundum motum proprium octauæ ſphæræ, a qua ſecundum cauſas naturales, mors, & vita depēdet, Geneſ. 33.c.3.H
Cœlum Lunæ diſtat a terra per 109933. miliaria, vt dicit Ptolomeus, & Alfraganus, & eſt maior iſta diſtantia ſemidiametro terræ 33. vicibus, & medietate vicis, & medietate decimæ partis vnius vicis, &c. Geneſ. 85.c.4.I
In cœlo non erit principatus, & ſubiectio, quia non erit communicatio, Geneſ. 239.c.4.I
In cœlo non erit communicatio deſpotica, quod probatur, Geneſ. 239.c.4.G, Nec communicatio œconomica, Geneſ. 239.c.4.k, Nec homogalactica, quia iſta præſupponit œconomicam, ibidē, Neque politica, ibidem. Nec communicatio naturalis, quæ eſt maſculi, & fęminæ, propter tertium ſimile derelinquendum, &c. Geneſ. 140.c.1.B
In corporibus ſupra cœleſtibus non ſolum eſt diuerſitas influendi, ſed etiam ſubordinatio, Exo. tom. 1. 269.c.4.k
Si in cœlis tantum eſſet motus naturalis zodiaci, & planetarum, & non eſſet motus raptus multa incōuenientia ſequerētur. Similiter ſi ijdem poli eſſent poli primi mobilis, & planetarum adhuc exiſtentibus motibus ipſorum, quos nunc habent, Exo. to. 1 270.c.2.B
De cœlis eſt duplex opinio apud aſtrologos, quidam dicunt orbes ipſos eſſe contiguos, alij quòd omnes ſunt vnum continuum, ſicut magna aquę multitudo, & tamen differunt ſecundum virtutem, itaque vna pars, quæ eſt cœlum Lunæ habet aliam virtutē, quam cœlum ſolis, quæ eſt alia pars, &c. Prima tñ opinio eſt verior, Exod. tom. 1 270.c.4.k
In cœlum oportet dare ſubordinationes, quantum ad maiorem vtilitatem cauſalitatis. Prima eſt, quia orbes cęleſtes omnes ſubordinantur primo mobili, &c. ſecūda quòd orbes, qui ſitu ſunt altiores ſunt cauſa motus inferiorum orbium &c. Exod. tom. 1. 271.c.1.A
Cœli, in ſuis motibus naturalibus, impediuntur a motu raptus, &, qui magis coniunctum eſt primo mobili, magis impeditur ſicut cœlum ſtellatum, qui 100. annis pertranſit vnum gradum, & poſtea cœlum Saturni, Exo. tom. 1 271.c.1.E
Cęlum ſtellatum in 100. annis pertranſit vnum gradum ſolum ſuo motu naturali, quia multum impeditur a motu raptus, & nō niſi ſpatio 36000. annorum complere debet motum ſuum, quia in cęlo ſunt 12. ſigna, quorum quodlibet habet 30. gradus qui multiplicati per 100. faciūt 36000. & hunc numerum 36000. vocāt annum magnum, in quo, vt magni philoſophi autumant, cūcta, vt ante erāt, reditura ſunt, ex quo ſequitur, tenendo mundum fuiſſe ab æterno, quòd quilibet homo, qui nunc eſt, infinities fuit viuens, & faciens eadem, quę nūc agit, quod tamen negauit Ariſtoteles &c. Exo. to. 1 271.c.2.A
Cęlum, quod dicitur primum mobile, ſolum habet motum ab Oriente in occidens, quod velociſſime mouetur, & in valde modico tempore percurrit circulum ſuum, & forte in vna hora, &c. Exo. to. 1. 271.c.2.A
Cœli inferiores ſubalternanti ſunt cęlis ſuperioribus Exod. tom. 1 271.c.3.H
In cœlis eſſe quinquaginta quinq; intelligentias concludit Ariſtote. per numerum motuum, quia tot motus in cœlo reperiebat, Exod. to. 1. 271.c.3.k
In orbibus cœleſtibus, præterquam in primo mobili, eſt duplex motus, ſcilicet, motus naturalis, & motus raptus, ad motus naturales ſunt Angeli, qui mouent orbes, & ſinguli Angeli mouent ſingulos orbes, Exo. tom. 1 271.c.4.F
Cœlos eſſe animatos dixerunt quidam, quod multis rationibus improbatur, Exod. to. 1 271.c.4.K
Qui cœlos dixerunt animatos, dixerunt animas illorū ſolū habere virtutē intellectiuā, & deſideratiuā, & motiuā, vt dixit etiā cōmētator, Exo. to. 1. 272.c.1. C
Cęlos habere Angelos mouētes, habetur Iob 8. Exo. tom. 1 272.c.3.k
Nō pōt dici, q̄ cęli moueant̄ a virtute naturali, & nō ab intelligentia, vt probatur, Exo. to. 1. 273.c.3 H
Cœli mouentur ab intelligentijs, Exo. to. 1. 273.c.4.H
Omnes cœli ſubordinantur in luce, &c. Exod. tom. 1 275.c.2.B
Cœlum empyreum nec mobile, nec inuiſibile eſt, Exod. tom. 1 275.c.3.H
Præter cœlos ponuntur aliæ cauſæ vniuerſales, ſ. Angeli mouentes orbes, Exo. to. 1 275.c.3.I
Cœlum empyreum influere in hæc inferiora dicunt quidam, quod improbatur, Exo. to: 1 275.c.4.I
Quòd cœlum empyreum non moueatur, probatur, Exod. tom. 1 275.c.4.I
Si cœli motus ceſſaret, neceſſe eſſet omnes homines mori. Similiter beſtias, & arbores, Exo. tomo 1 290.c.4.F
Cœlorum materiam eſſe aerem, & ignem, dixerunt Platonici, & multi alij Philoſophi, & dixerunt ſtellas ob hoc fulgentes eſſe, q̄ ex ignea ſubſtātia eſſent & cęlū ob hoc dici ęther, iuxta conſuetudinē Poetarū, quia ęther proprie ſignificat ignem, quę omnia falſa ſunt, Exod. to. 2 112.c.3.G
Cœleſtia corpora ſunt conuenientia ſigna in natura quorundam, quę fiunt, niſi Deus, ex ſua miſericordia, auertat multa mala nobis naturaliter euētura, vel impediat nobis naturaliter, peccatis noſtris exigentibus, vt probatur, Leuit. 195.c.3.K
Cęli motum perturbauit Deus, tenens ſolem per ſpatium vnius diei ne moueretur, Ioſue 10. Et faciens retrocedere ſolem tempore Ezechiæ regis per 10. gradus, vt habetur 4. Regum 20. & Iſai. 38. Leuiti. 195.c.4.F
Quòd cœlum habeat virtutem influendi in hæc inferiora pluuiam, vel ſiccitatem, patet ex illo Deuteronom. 28. aperiret Deus theſaurum ſuum, optimum cœlum, vt tribuat pluuiam terræ ſuæ tempore ſuo, &c. Leuit. 195.c.4.I
Cęlum, quorundam cauſa eſt, non tamen præſtat directam cauſalitatē ad illa, ſed quodammodo incētiue, & hoc modo dicitur, q̄ corpora cęleſtia ſignificant bellum futurum, aut mutationes locorū, vel

dominorum, quoniam aliquid ad hoc conferunt; sed non plene,& hoc patet, quoniam bella & mutatio locorum immediatè dependent ex libertate eorum,qui bella inuicem gerũt,vel sedes mutant: mediatè verò ex quibusdam causalitatibus naturalibus,quas corpora cœlestia causant:nam bella fiũt ex ira,causatur ira ex quadam siccitate distemperata, ascendente sanguine circa cor, &c. Et propter hoc poetæ appellauerunt Martem Deum bellorũ: quia Mars est planeta distemperate calidus & siccus. Leuit. 196.c.1.A

Similiter & aliorum cœlum est non immediata causa & directa,& ideo illa aliquo modo significat,sed non secundum certitudinem, quia eorum non est immediata causalitas,vt quòd talis homo etit luxuriosus,seditiosus,vel instabilis,&c. circa quæ astrologi astruentes, nimis decipiuntur, quia anima sapiens dominabitur astris, vt ait Ptholemæus in libro Centiloquij,& ideo,siquis dicat ista ex necessitate esse futura,errabit semper,quanquam aliquando accidat sic fieri.Leui. 196.c.1.C

Alia autem sunt, supra quæ cœlum habet causalitatem plenã,sicut quòd homo sit ingenio rudis vel acutus &c. Alia quoque sunt, supra quæ corpora cœlestia habent totaliter causalitarem, sicut, quòd seminatio sit bona vel mala, similiter & plantatio, & scissio arborum,&c.Leuit. 196.c.1.D

Alia sunt quæ nec ad liberum arbitrium pertinent, neque ad cœli causalitatem,vt quòd aliquis induat nouam vestem,&c.in tali vel in tali die,vel egredia tur viam, vel incipiat fabricare domos, vel indicet bellum. Nam aliqui dicunt, quòd, qui in tali die, nouam vestem induerit,non atteret eam, &c. Et, qui in tali die viam inchoauerit,nõ finiet eam: aut non redibit in domum suam, quæ omnia probantur esse vana.Leui. 196.c.2.D

Et regula generalis est, quòd quandocunque corpora cœlestia habent causalitatem naturalem super aliquam rem, possunt etiam habere significationem,& si non,non. Leui. 197.c.2.A

Corpora cœlestia non possunt facere, quòd matrimonium sit bonum vel malum,quia hac die vel illa celebratur.Leui. 197.c.1.A

Cœlorum motus & influentes coniunctiones planetarum, & dies lunationum medici debent aspicere,in dandis pharmacis. Alias errabunt grauiter. Leuit. 197.c.1.E

Quandocunque corpora cœlestia habent causalitatẽ naturalem super aliquam rem, possunt habere, & significationem,& quando non,non.Leui. fo.197. c.12.A

Et non semper in natura arguendum ex causis immediatis efficientibus, sed aliquando ex mediatis, & in omnibus his semper debet præsupponi aliquid habens causalitatem naturaliter, supra ipsas res, ex quo causæ posteriores vel signa ortum habent,vbi autem tales causæ non dantur, arguere ex signis,est superstitiosum & falsum:& probatur hoc in arte medicorum,&c.Leuit. 197.c.2.C

Cum dicitur Leuit.26. dabo quòd cœlum vobis desuper sicut ferrum & terram æueam, metaphorica locutio est,per quam significatur sterilitas, quoniã abundantia frugum & omnium terræ nascentium ex duobus gignitur scilicet ex operatione corporum cœlestium & ex dispositione terræ suscipientis, quando autem alterum indispositum est: vel vtrunque, terra non potest fructificare, & indispositio vtriusque significatur per cœlum ferreum & terrã æneam, quoniam corpora cœlestia sunt causa omnium, quæ hic nascuntur iuxta Aristo. 2. de genera.di. p accessum vel recessum solis in circulo obliquo fiunt generationes & corruptiones in terra.Leuit. 315.c.2.D

Cœlum aliquãdo capitur pro aere. Leuit.f.315.c.3.H Deut.23.c.1.D.Vt in psalm.8.volucres cœli,& Mat. 13.aues cœli comederunt,&c.ibid.

Cœli medium potest quispiã videre, nam iuxta medium Aprilis, in principio noctis videbit sex signa ab Ariete, vsque libram & in medio Octobris alia sex,scilicet à Libra vsque ad Taurum.Deut.5.c.2.B

Omnẽ cœli militiam coluerunt Iudæi, vt patet 4.Re. 23.Deut. 21.c.1.A

Cœlum quare dicatur thesaurus, iuxta illud Deut.28. Aperiet dominus thesaurum, idest cœlum, cũ pluuiã emittit,& claudit,cũ non emittit. Deu.46.c.3.I

Cœlestia corpora non habent significationem, super illud,supra quod nõ habent efficaciam. Iosue to.1. 95.c.2.A

Cœli pars anterior dicitur Oriens.Ios.to.1. 146.c.2.B

In cœlo esse omnes proportiones armonicas musicorum,tonos & semitonia dicũt philosophi. Iosue to.1. 180.c.4.F

Cœlũ nõ possunt tenere dæmones,ne moueatur,&c. Iosue to.1. 201.c.1.A

Cœlum licet non habeat aliquam proprietatem supra liberum arbitrium directe, potest tamen in natis causare maius vel minus robur, aut membrorũ debilitatem, timorem aut confidentiam, inclinationem ad libidinem,ad ebrietatem,& ad abstinendum ab his.Iudi. 130.c.4.K

Cœli sunt decem.2.Paral. 29.c.2.C

Cœlum crystallinum est 8. sphera siue firmamentũ. 2.Paralip.f.29.c.2.E.Et decuit quòd illud esset tantæ densitatis quòd posset terminare visum,alias sequerentur multa inconuenientia, vt probatur ibi.

Et si omnes cœli essent ita densi, vt terminarent visum,maius esset inconueniens,vt probatur ibid.

Et si dicamus octauum cœlum esse illud quod appellatur crystallinum & densum, dicẽdum erit quòd stellæ, quæ sunt in illo, sunt in superficie eius concaua,& si dicamus,nonum cœlum,s.primum mobile esse cœlum crystallinum, tunc non oportet dicere quòd stellæ cœli octaui sunt iuxta superficiem concauam ipsius.2.Paral. 30.c.1.E

Cœlum crystallinum non est aqua gelida,sed est substantia cœlestis,quæ est velut aqua gelida. 2.Paral. 88.c.2.E

De cœlorum apertione in baptismo Christi recitantur opiniones vna,q̃ fuit per visionem imaginariã, alia q̃ per visionem intellectualem, tertia q̃ per visionem,corporalẽ, nõ quidem q̃ realiter aperirentur,sed q̃ videbãtur aperiri propter aliquem motũ vel figurationem factã in nubibus, secundum quã cœlum videretur aperiri,& hæc tertia videtur probabilior inter omnes.Matth.to.1. 204.c.1.B

In cœlo dicitur esse Deus, modo intelligendi humano, & quia Deus est ens perfectissimum, attribuitur illi locus perfectissimus, s.cœlum, & ita communiter in scriptura sacra, Deus dicitur esse in cœlo,&c.Matth.to.2. 248.c.2.A

In cœlo non remittuntur offensæ.Matth.to.5.fol.66. col.2.B

Cœlestis ostij clausio quid sit. Matth. to.4. fol.171. col.3.F

Cœli non habent fenestras.Parad. 124.c.3.F

Nemo prohibetur introire in ostium cœleste, nisi, qui sibi ipsi impedit.Mat.to.4. 171.c.3.H

Christus per mortem suam aperuit uobis cœlum,tollendum generale impedimentum,quod impediebat illuc introire.Matt.to.4. 171.c.3.K

Per

Per corpora cœleſtia non poteſt cognoſci, quando aliqua lex vel ſecta incipiet, neque quandiu durabit,nec quando deſinet eſſe.Matth.to.6. 84.c.4.G
Cœlum multum facit ad perfectionem, vel gradum animæ noſtræ, non tamen directe quia anima eſt immaterialis.bene tamen in directa ratione corporis: quia ipſa communicatur perfectius & imperfectius corpori,ſecundum quod eſt magis aut minus capax, quæ quidem diſpoſitio fit ex influxu cœli ſupra corpus.Mat.to.7. 33 c.4 I
Cœlorum operatio eſt per lucem,vt probatur. Matt. to.7.fo.139 c 3.F.Et talis operatio erit per motum, non quaſi motus conferat ad aliquid directè, ſed quod lux, vel corpus lucidum non poteſt operari niſi per motum, quia ſi non moueretur, ſemper reſpiceret ea, quæ reſpiceret ſecundum eandem habitudinem. Matth.to 7. 139.c.4.F
De cœli motu quidam vt philiſophi, dixerunt, quòd non ceſſabit. Alij dixerunt quòd naturaliter ceſſabit, alij quòd ceſſabit poſt reſurrectionem, diuina voluntate,& iſta eſt vera & catholica poſitio. Mat. to.7. 141.c.2.C
An cœli ſtatus in fine mũdi erit in eodem ſitu,in quo corpora fuerunt creata, & hoc ſi quæratur de ſole, & luna ſolum,poterat eſſe verũ, licet neſciatur an ſic erit,& ſi quæratur de omnibus planetis & ſtellis & corporibus cœleſtibus,ſ.quòd omnia teuebũt ſitus ſuos,quos ibi habuerunt,dicendum, quòd nõ eſt veriſimile quòd ſic erit,& dato quòd ſic erit,nõ eſt tamen notum quòd ſic fiet, ne detur certitudo diei iudicij.Mat.to.7. 143.c.4.F
Ceſſante motu cœli, ceſſabit omnis motus naturalis, cuius principium eſt motus cœll non tamen ceſſabit motus voluntarius, cuius principium eſt voluntas.Matth.to.7. 178.c.3.H
In cœli ſtatu in fine mundi ſol & luna erunt in oppoſitione,vt veriſimilius creditur Mat.to.7.143.c.4.G
Totum cœlum quieuit, quando tempore Ioſue ſtetit,Ioſue 10. Et Deus tunc ſuppleuit per influentiam ſuam id: quod deerat ceſſante motu cœli,ad hoc quòd poſſent eſſe motus omnium rerum ſicut prius, & tamen quãdo in fine mũdi cœli quieſcent Deus non ſupplebit, per ſuam influentiam, virtutẽ motus cœleſtis, & ideo tunc non erit actio in elementis: & iſta poſitio eſt tolerabilis.Sed veriſimilius eſt dicere quòd Deus ceſſabit tunc ab influentia ad agendum in ipſis elementis. Mat.to.7. 144.c.3.G
Quomodo cœlum dicatur atteri, iuxtà illud Iob 4.homo,cum dormierit, non reſurget donec atteratur cœlum, vide in dictione atteri.
Cœli motus eſt cauſa aliorum motuum. Matth.to.6. 81.c.1.C
Cœlum mouetur ab intelligentia ſecundum totum ſuum conatũ,vt ait Ariſtoteles.Mat.to. 6.82.c.4.F
Quare corpora cœleſtia poſſint ſupra liberum arbitrium?vide ſuper Mat.to.6. 84.c.4.F
Cœlorum virtutes dupliciter accipiuntur, cum dicitur Mat.24.Nam virtutes cœlorum mouebuntur. vnomodo pro omnibus angelis. Alio modo pro ſolis illis ſpiritibus, qui dicuntur virtutes ſpecialiter. Mat.to.6. 302.c.B
Cęli dicuntur eſſe de quinta eſſentia ideſt de quadam natura,quæ non eſt quatuor elementorum,ſed diſtans ab eis: & in illa non accipitur alteratio generatio & corruptio.Mat.to.6. 306.c.1.E
Cœlum & terra non ſubſiſtent ex ſe in æternum,ſed ex Deo.Mat.to.6. 310.c.4.k
Quomodo cœlum poſſit in animæ perfectionem, vel imperfectionem. Mat..to 7. 33.c.4.I
Cęlorum purgatio in die iudicij erit per ſolam quietem ipſorum, quia vlterius non mouebuntur, & hoc proueniet eis ex ſola voluntate diuina. Matth. to.7. fol.125.col.3.G. Nam omnis motus ceſſabit, motu cœlorum ceſſante in die iudicij. ibidem. fol.128.col.1.A. Quia nullam perfectionem dicit motus,cum motus ſit actus entis imperfecti.ibidẽ. 141.col.4 I
Cœli operatio eſt propter hominem. Matth. tom.7. 140 c.2.E
Omnis ſitus cœli ſunt æquales.Matth. tomo 7. f.143. col.3.F
Corpora cœleſtia ſunt incorruptibilia naturaliter. Mat.to.7. 147.c.1.A
Cœli motus agit, vt primum principium generationis & corruptionis.Matth. tomo ſeptimo. fol.147. col.1.E
Quare ſolum partes denſæ cœlorum videntur. Matt. to.7. 158.c.3.F
In quo conueniant corpora cœleſtia, & corpora iſtorum inferiorum. Matthęi tomo ſeptimo. fol.138. col.3.F
Cœlum empyreum nihil confert ad animarum beatitudinem.Matth.to.7. 161.c.4.G
Cœlum eſſe ſedem Dei aſſerit ſacra ſcriptura Matth. to.7. 264 c.4.H
Illud ſecnndi de cœlo, corpora ſupra cœleſtia non recipiunt peregrinas impreſſiones,ſic habet intelligi, ideſt corruptionem, vel alterationem ab extrinſeco prouenientem, ſecundum quam cœlum permutari poſſit, & vocatur impreſſio peregrina, ideſt, extranea. Super Matthæum tomo 4. 240. col.4.F
Cœleſtia corpora compoſita ſunt ex materia & forma,& licet de materia eorum ſint opiniones apud philoſophantes,ſcilicet an ſit eadem cum materia iſtorum generabilium,&c. Magis tamen eſt rationi conſentaneum,nec eſſe eandem materiam,nec eaſdem habere conditiones.1.Parad. 65.c.4.H
A terra vſque ad cœlum empyreum ſunt pluſquam tercentum mille leucæ Paradoxa. 79.c.2.B
Volens aſcendere Chriſtus in cœlum poſuit ſe ſupra lapidem quendam,qui vſque hodie manet,in quo redemptor noſter, reliquit pedum ſuorum veſtigia,& characterem profundum,poſterorum ſæculis, benedictam aſcenſionem teſtaturum:cum talis impreſſio ſit, quæ à quolibet humano opere facta negaretur, vt perhibent, qui locum viderunt. Paradoxa. 78.c.4.K
De decem cęlis. Parado. 119.c.3.G
De cœlo empyreo,& quare dicatur paradiſus.Parad. 119.c.4.F
Cœlum empireum non dicitur paradiſus ex aliqua conditione illius, ſicut ſunt proprietates corporũ, ſed quoniam ibi ſe Deus notum reddit, & non alibi,&c.Parado. 120.c.1.A
Cœna. Aliquando capitur pro cõuiuio, & non pro cibo domeſtico.Mat.to.6. 180.c.1.E
Cœnam ſuam Ghriſtus vltimò fecit quartadecima luna,ſcilicet eadem die,qua Iudæi fecerũt. Defen.
Cœnaculum. Idem eſt quòd magna domus & ſpatioſa.Gen.fo.38. col.3.l.Et,quæ diſpoſita eſt ad ponendum ibi menſas.Iudi. 51.c.1.D
Cœnaculum, ſecundum Latinam conſuetudinem, nomen eſt generale ad quodcunque ædificium,licet propriè conueniat ædificijs, quæ facta ſunt ad diſponẽdũ ibi mẽſas.3.Reg.f.54.c.1.B.1.Re. 3.c.4.I
Cœnare. Vna die cęnauit Caiꝰ Cęſar ſepties: & ĩ vna cęna conſumpſit tributa triũ puinciarum,

ciarum, vtendo exquisitissimis cibarijs, vt ait Seneca. Gen. 32.c.2.C

Cenereth. De stagno Cenereth, Iosue to.2. 1.col.4.I

Censura. Nomine censuræ ecclesiasticæ hæc tria accipiuntur, s. suspensio excommunicatio & interdictum, extra de verbor. signifi. cap.quærenti, Matth.to.7. 75.c.4.I

Census. Accipitur pro munere psonali, quod soluitur ratione personę, & non bonorum, Matth.to.4. 273.c.3.K

Centenarius. Numerus est perfectus, Mat. tom.5. 37.c.1.E

Centuplum. De centuplo reddendo, Matthę.to.5. 169.c.4.H

Centrum. Extra centrum manere nō est vio lentum homini, Matth.tomo 4. 255.c.2.D

Centurio. De quo Matth.8. erat Gentilis de exercitu Romanorum, nā Tyberius Cæsar habebat multas cohortes militum in Iudæa, & multos cēturiones in alijs partibus ad vitandum rebellionem, Mat.to.3. 138.c.4.G

Et iste centurio non venit ad Christum, sed misit seniores ludæorum, vt rogarēt eum, vt sanare vellet seruum suum, vt dicit Lucas, &c. Et motus est ad hoc ex magnitudine fidei, qua credidit, quòd Christus posset sanare puerum suum, & hoc quia ex relatu multorum audiuit Christi miracula, & ex Dei communicatione, qui largitur vnicuique mensuram fidei, prout vult, & forte voluit hanc fidem cō municare isti propter bonitatem istius præcedentem. Secundò, quia forte voluit Christus significare per istum gentilem fidem gentium, quæ futura erat maior, quam fides Iudæorum, &c. Matth.to.3. 138.c.4.I. Et iste centurio fuit primitię gentium ad Christum conuertendarum per prædicationem, Matth.to.3. 138.c.3.I

Et credens se indignum ad rogandum pro puero, misit ad illum seniores, qui rogauerūt dominū, vt iret in domum illius, nec centurio volebat hoc, sed ipsi fecerunt hoc, putantes placere centurioni, & cū Christus veniret iam in domum illius, misit ad eū, vt non veniret, sed verbo tantum curaret, Christus tamen voluit venire ad eum, etiam si sciret, quòd centurio non peteret hoc, propter multa. ibidem. 140.c.2.C. Et illius centurionis fidem vtile fuit manifestari, propter multa, ibidem. 140.c.3.G

Cum centurio dixit illa verba, scilicet: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, &c. Non ideo dixit, quia domus eius non esset bene disposita, vt in illam posset Christus honeste intrare, nec propterea ꝙ domi haberet idola: nam non est verisimile, quòd vir, qui idola apud se retinebat, fidem tantam conciperet dē Christo. Sed dicendum videtur, quòd iste esset vir bonus, & ꝙ putauit se indignum &c. propter multa. Matt.to.3. 140.c.4.F

Et istius centurionis verbis vtimur in susceptione sacramenti Eucharistiæ.

Et illud dictum istius. s. Nam & ego homo sum, &c. Vario modo exponitur. ibid.

Centurio expauefactus, cum videret Iesum morti ꝓpinquum, magna voce exclamasse, & præcipuè cū esset iam exāguis, dixit; verè filius Dei erat iste, &c. Parado. 35.c.2.C

Cephas. Nomen Syrum est, significans id, qđ Petrus significat, & dominus imposuit illud Petro. Ioan.1. Et lingua Syra conformis est Hebrææ tot habens literas, quot Hebræa. s.22. & eiusdem soni, solum in figuris differentes, vt dicit Hieronymus in Prologo Galeato. Et imposuit Petro dominus hoc nomen Cephas, ad designādum illius firmitudinem, & fortitudinem, &c. Mat.to.3. fol.228.c.4.I. & Mat.to.4.169.c.1.D

Et imposuit illi Christus hoc nomen Cephas ex prima die, qua Petrus venit ad Christum, cùm nondum esset discipulus Christi. Ioan.1. ibid. 169.c.3.F

Cephas vocatur Petrus propter duo. Matth. tomo 4. 170.c.2.B

Cera. Quomodo ceræ molli assimiletur intellectus docilis, Gen. 8.c.4.I

Ceraستes. Est serpens habens quatuor cornicula in capite, qui totum se in arenis submergens abscondit, præter illa cornicula, quæ ab extra in figura escarum ex industria relinquit, quibus aues illectæ vt cibum inde sumant à ceraste deuorantur. Gen. 409.c.2.D

Cæremonia. Cæremoniæ dicuntur obseruationes quædam, vel modi speciales colendi Deum, qui non sunt de se determinati à recta ratione, ex solo mādato Dei vel Legislatoris. Exo.to.1. 90.c.2.B

Cæremonias veteris legis seruari in nouo testamento formaliter repugnat, quia illæ implicite protestabantur Messiam venturum, & sic lex mentiretur significaus venturum eum, qui iam venit, &c. Exo.to.1. 79.c.4.K

Ad cognoscendum cęremonias, quas nunc obseruāt Iudæi, & quas non obseruant, ponuntur regulæ Exo.to.1. 95.c.1.E

Cæremoniarum repetitio frequenter fit in veteri testamento, cuius duplex assignatur ratio, prima vt aliquid addatur, &c. secunda vt magis memoriæ infigantur. Exo.to.1. 93.c.4.H

Cæremonias veteris testamenti quare voluerit Deus, vt cum magno timore reuererentur, sed non sic in nouo testamēto, assignatur ratio. Leui. 84.c.3.H

Cæremoniæ veteris testamenti dicebantur conuenientes per respectum ad duo, scilicet, ad ea, quæ futura erant in nouo, & per respectum ad statum Iudæorum, qui tunc erat, & probatur exemplo capri in die expiationis. Leuit. 165.c.2.B

Cæremoniæ non existunt ex ratione, sed ex aliqua lege positiua solum, Leuit. 340.c.2.B

Cæremonia dicitur omnis cultus Dei exterior. Num. to.1. 12.c.2.A

Cæremoniæ legales non obligabant in deserto, vt patet Deut.12. præter celebritatem phase, & hoc in monte Synai, quia id dominus præceperat specialiter. Num.to.1. 97.c.4.G

Omnes cæremoniæ cæperunt seruari in mōte Synai: præterquam circuncisio propter periculum itineris. Nu.to.1. 98.c.1.E

Cæremonialia præcepta non obligauerunt Israelitas, ab ingressu in terram Chanaan, sed à tempore datæ pacis. Deut.4. Nu.to.1. 219.c.3.F

Cæremoniæ veteris testamenti habebant duas causas finales, vnam ad conuenientiam status Iudæorum, qui tunc erat, alteram ad futurorum bonorum significationem, & istorum finium secundus erat architectonicus cæremoniarum, quia erat vltimus. Nu.to.2.fol.24.c.3.H. In Parado. 60.c.1.C. & seq:

Aliquæ cæremoniæ in lege noua manent, quæ fuerunt in lege veteri, sed in lege noua sunt immutabiles, & in lege veteri mutabiles, & in lege veteri significabant futura, & in lege noua præterita significant. Deut. 26.c.4.H

Cæremoniæ dicuntur quidam ritus vel obseruationes, secundum quos se habet homo ad Deum &c. Deut. 39.c.1.A

Quæ cæremoniæ in deſerto obſeruarentur, & quæ non,Deuter. 63.c.1.A
Cæremonias, quæ non concernunt locum in veteri lege,vt ſunt ſabbathum,circunciſio,comeſtio azymorum,&c.Obſeruant nunc Iudæi, 1. Regum tomo 1.62.c.1.C,2.Paralip. 196.c.2.D
Multæ cæremoniæ erant Iudæis, & Paganis communes, immo non fuerunt conceſſæ Iudæis, niſi quia illas habuerunt Pagani: nam qñ Deus dedit legem Iudæis ipſi erant conſueti in legibus, & conſuetudinibus gentium,&c.1.Regum tomo 1. 130.c.3.I
In cæremonijs vete.Teſtamenti quædam determinabant certum locum, & quædam non. Primæ tantum obſeruabantur in terra Chanaan,alię vero obſeruabantur vbicunque,4.Regum 261.c.1.C
Quando liceat alicui facere aliquid de cæremonijs propter neceſſitatem, quod alias non pertineat ad eum,&c.& quando non,1.Paralip. 150.c.1.A
Omnes cæremoniæ neceſſariæ,quas lex iubebat fieri, debebant fieri in Sanctuario,& non coram arca fęderis, cum arca eſſet diuiſa a tabernaculo Sanctuarij, ſed cæremoniæ ſpontaneæ bene poterant fieri coram arca,&c.1.Paralip. 190.c.3.G
Non omnes cæremoniæ veteris legis, nec omnia figuralia intelligebantur de Chriſto ad litteram, vt probatur Matt.tomo 4 51.c.3.F
Omnes cæremoniæ, & figuræ vete. Teſtamen. quicquid de Chriſto, & de ſtatu Noui Teſtamenti ſignificant,non litteraliter,ſed allegorice ſignificant, Matth.tomo 4 51.c.3.F
Cæremonia detingendis poſtibus, & ſuperliminaribus ſanguine agni, non fuit data tanquàm conſeruanda in omnes generationes, ſed ſolum fuit data pro tunc, vt patet Num.9. vbi non fit mentio de litura ſanguinis, ſed ſolum de alijs cæremonijs comedendiagnum,Exo.tomo 1 74.c.4.H
Eccleſia non vetat Iudæis vti cæremonijs legis Moyſi,quandiu nolunt redire ad legem Chriſti; Matth. tomo 5 102.c.3.K
De viginti quinque cæremonijs Phaſe, & de ſingulis earum,Matt.tomo 7 284.c.4.F,&c.
Cæremoniæ,quæ dabantur cum agno Paſchali,habebant duplices cauſas litterales, vna erat per comparationem ad tempus illud, ſecundum ſtatum Iudæorum,quem tunc habebāt,alia ſecundum comparationem ad Chriſtum, qui ſignificabatur per agnum Paſchalem,Num.tomo 1 102.c.4.I
De ſeptem cæremonijs, quæ ſeruabantur in coronatione regum Iſrael,4.Regum 99.c.2.D

Cæremoniale. Quædam cæremonialia,in vetere lege,principaliter fiebant in recordationem beneficiorum a Deo receptorum,vt erant immolatio agni Paſchalis,& manducatio azymorum, vt patet Deuteronom. 16. Exo. tomo 1 69.c.4.K
Cæremonialia,vel nullam cauſam habent ad eſſe,vel valde leuem, ſcilicet,ordinatoris voluntatem, quæ eſt præcipua,& totalis cauſa,Exo.to.1. 72.c.3.H
Cęremonialia,& ſacrificia veteris legis poſſunt dupliciter conſiderari, vno modo ſecundum comparationem, quam habent ad illum populum ſolum, cui dabantur. Alio modo ſecundum comparationem, quam habent ad tempora Meſſiæ, & ſic habent duos fines, vnum reſpectu ſtatus Hebræorū, & maxime, in Agno Paſchali, eſt memoria beneficiorum Dei,& prędipue memoria exitus de Aegypto. Et quantum ad iſtum finem non magis conueniebat agnus quam caper,vel taurus,&c. Quantum verò ad ſecundum finem magis conueniebat agnus quam aliud animal, quia per occiſionem iſtius Agni Meſſię mors ſignificabatur,qui in ſimilitudine Agni Mitis, & manſueti mortuus eſt, iuxta illud Iſaiæ 53. Sicut ouis ad occiſionem, & tanquam agnus coram tondente, &c. Exod.tomo 1. 73.c.4.H
Cæremonialia, quæ in lege determinant certum locum,non obſeruantur nunc a Iudæis, bene tamen illa, quæ non determinant. Exod. tomo 1. 95. colum.1.E
In cęremonialibus ratio exactiſſima reddi nō poteſt, cum in his voluntas principis ferentis legem pro tatione ſit, quoniam, quod principi placuit, legis habet vigorem.ff. de conſti. princi.li.1.&c. Leuit. 9.c.2.A,3.Regum 82.c.3.H
Multis cæremonialibus non ſunt vſi filij Iſrael, quo vſque pacifice poſſederunt terram Chanaan, quod fuit ab exitu de Aegypto per quinquaginta annos, vel plures,Leuit. 234.c.4.k
Et magis obligauerunt leges cæremonialium poſteros eorum, quibus datæ ſunt, quam ipſos,qui obligati ſunt ad recipiendum,ſed non ad exequendum poſteri vero ad vtrunque Leuit. 234.c.4.F
Quæ ſint præcepta cæremonialia in lege Chriſti,vide Mat.tom.6 127.c.2.A
Ad cæremonialium obſeruationem non tenebātur filij Iſrael immediate poſt tranſitum Iordanis, ſed vſquequo pacifice poſſiderent terram, tamen propter formam cœperunt facere quaſdam obſeruationes Ioſue tom.1 96.c.1.B
Cæremonialia in veteri teſtamento non oligabant toto tempore, quo Ioſue pugnabat contra Chananęos, quouſque daretur pax, & habitaret Iſrael per loca ſua, vt patet Deuteronom. 12. Ioſue tomo 2. 6.colum.4.H
Cæremonialia præcepta, quæ dicantur in veteri lege, vide Mat.tom.6 126.c.4.F
In cæremonialibus, non licebat Iudæis aliquid plus facere,quam impoſitum fuerat.Deut,12. Mat.to.7 299.c.1.B
Circa cęremonialium obſeruationem iſta conſequēntia valebat apud Hebræos, ſcilicet, aliquid non reperitur ſcriptum in lege, ergo Iudæi non obligantur obſeruare illud,immo, quod plus eſt, non licebat eis ſeruare aliquam cęremoniam circa cultum Dei,niſi illa eſſet ſcripta in lege,vt patet Deute. 12. ſcilicet. Quod præcipio tibi,hoc tantum facito domino Deo tuo,nec addas quicquam, nec minuas, Deſenſo. 14.c.3.F
De cęremonialibus pręceptis,vide in dictione præceptum cæremoniale.

Ceres. Dilatauit artem agriculturæ, Geneſ.356. col.3.I
Cereri immolabatur porcus,Exod.to.1. 54.c.2.B
Ceres in grœcia facta eſt dea,quia ſeminandi, & menſurandi artem inuenit,Exod.to.1 158.c.1.D

Ceruix. Populus Iudęorum quare dicatur eſſe duræ ceruicis, vide Exod.to.2. 121.c.4.H

Ceruus. Emiſſus dicitur Nephtali,Geneſ.49.propterea quod in ſorte Nephtali erant terræ naſcentia temporanea valde, ita quòd prius fructus,cibi,& ſegetes creſcebāt,& maturabantur, quam in alijs ſortibus tribuum,& ideo terra illa dicebatur velox,vt ceruus,Geneſ. 410.c.1.A
Multi cerui ſunt in terra promiſſionis, 3. Regum 41. colum.2.D

Cæſar. Cæſaris nomen non eſt proprium, ſed apellatiuum, & ſignificat dignitatem Imperatoriam, apud Romanos, & primus qui ſic vocatus fuit, fuit Iulius dictator, ſocer Pompei, & vocatus eſt Cæſar ab vtero cæſo, quia de vtero ma-

tris

tris cæso eductus est, & quoniam per multos gradus honoris venit tandem, vt esset Imperator, hic omnes Imperatores ab eo dicti sunt Cæsares. Similiter vocantur Augusti ab Octauiano secundo Imperatore Romanorum, & dicitur Augustus ab augendo, quia ipse nimis auxit Rempublicam, Matt. tomo 6 23.c.1.A

De Cæsaris Augusti laudibus, Mat. tomo 6 23.c.1.A

Tempore Tyberij Cæsaris prædicauit Ioannes Baptista. Similiter & Christus, Mat. tomo 6 23.c.1.B

Tyberius Cæsar habebat multas cohortes militum in Iudæa, & multos Centuriones, & in alijs partibus ad vitandum rebellionem, Mat. tomo 3. 139.c.1.A

Quare Christus non dixerit, quæ sunt Cæsaris date Cæsari, sed dixit: Reddite Cæsari, Matth. tomo 6 24.c.4.G

Caius Cęsar vna cœna consumpsit tributa trium prouinciarum, exquisitis cibarijs vtendo, vt refert Seneca, Genes. 32.c.2.C

Cæsarea. Philippi est quædam ciuitas habēs plura nomina distans a monte Libano per quattuor miliaria, vel leucas, iuxta quam coniunguntur in vnum duo fontes Iordanis, scilicet, Ior, & Dan, qui oriuntur a radice montis Libani, & vnus distat ab alio per tres leucas, Ior distat quasi per quatuor leucas a Cæsarea Philippi, & Dan per sex, Genes. 80.c.1.C

Cæsarea Philippi, de qua Matth. 6. Ciuitas est in sorte Nephtali, quam tamen tenuerunt filij Dan, & vocabatur ab antiquo Lais, & postea Dan, a Græcis Paneas, & a nobis Balenas dicitur, & est ad radicē montis Libani, & distat a Sidone fere vndecim leucis, & a Ierusalem quasi quinquaginta duabus leucis, & est multum Aquilonaris ad Ierusalem, quasi in extremitate terræ Chanaan, cuius terminus ab Aquilone est mons Libani, & cæt. Matth. tomo 4 161.c.3.G

Ad portam Cæsareæ Philippi oritur fluuius Iordanis, Matt. tomo 4 161.c.3.K

Fuerunt duæ Cæsareæ, scilicet, Cæsarea Palesthinę, cuius fuit Episcopus Eusebius Cęsariensis, & Cęsarea Philippi, & distant a se inuicem quasi leucis quadraginta, Matth. tomo 4 161.c.3.H

Cęsarea Philippi prius vocabatur turris Stratonis, Mat. tomo 6 271.c.3.G

Cete. Sunt magni pisces, de quibus dicūt Hebręi, quòd sunt tantæ magnitudinis, quòd si multiplicata fuissent istorum individua, destructa fuissent omnia individua piscium, & mare fuisset factum innauigabile, & comederent alios pisces. Et dicunt, quòd postea quàm creauit Deus hanc speciem sub vtroque sexu, occidit fœmellam, ne multiplicarent, & reseruat eam in cibos beatorum, post hāc vitam, in quo error grauis, & stultitia Hebręorum notatur, Genes. 8.c.1.C

Cetus vocatur piscis magnus, & aliquando accipitur Cetus pluraliter indeclinabile, vt Genes. 1. Creauit Deus grandia cete, idest, magnos pisces. Sic dicitur Ionæ 2. &c. Matt. tomo 4 28.c.3.H

Cethuam. Regio, quæ est ad Orientem, dicta est a Cethma quinto filio Ismahel, Genes. 295.c.3.K

Cetura. Abraham separauit filios Cęturæ, & Agar ab Isaac, non quia concubinæ fuerint, quia Agar vxor fuit Abrahæ, vt patet Genes. 16. Similiter & Cetura Genes. 25. Nec enim accepisset Sanctus Patriarca Abraham concubinam, quia sciebat peccatum esse mortale, quod nullo modo perpetraret. Sed vocantur concubinæ respectu Sarę, quæ fuit principalis vxor. Vel vocantur concubinæ, quia non fuerunt acceptæ cum ea solennitate, qua fuit accepta Sara, Genes. 294.c.4.I

Cetura, vxor Abrahæ, fuit illa, de qua Genes. 25. & quam Hebræi quidam dicunt fuisse Agar, & quòd vocatur Cetura, idest, thurificata, secundum interpretationem Hebraicam, quia postquàm de domo Abrahæ electa fuit, semper se custodiuit immunem, & immaculatam ab actu venereo, ideo meruit postea recipi: dicunt enim quòd mortua Sara, Abraham misit Isaac filium suum ad reducendum eam, & quòd hoc erat valde congruum, quòd Agar ad pristinum statum reduceretur, &c. Sed oppositum probatur verum, quia filij Cęturæ fuerūt isti, scilicet, Zamram, & Iecsan, &c. deinde dicitur, quòd filius Agar Aegyptiæ fuit Ismahel, vbi satis distinguitur vtraque ex filijs diuersis, & Agar vocat Aegyptiam, & famulam: Ceturam autem non vocat Aegyptiam, neque famulam. Item quia Genes. 25. dicitur, quòd Abraham dedit omnia, quæ possidebat filio suo Isaac, filijs autem concubinarum largitus est munera vocans concubinas in plurali, Genes. 294.c.2.E

Circa Cęturæ filios, & Abrahæ referuntur opiniones Iosephi, & Hieronymi, sed verior videtur opinio Hieronymi, Genes. 294.c.3.K

Cęturæ filij nominati sunt propter honorem Abrahæ, & quia omnes filij Cęturæ fuerunt magni viri, ideo omnes numerati sunt, 1. Paralip. 56.c.4.I

Cœtus. Dicit magnā turbam coniunctā & deliberatam ad faciendū aliquid, Gen 404.c.2.B

Chaldaica. Translatio apud Hebręos duplex est, quia quædam est totius Pentatheuci, & hanc fecit Anchelos. Alia est quantum ad Prophetas maiores, & minores, & istam fecit Ionathas, quæ tantæ venerationis apud Iudæos est, vt nullus audeat ei quidquàm, nec in minimo obuiare. Prima, quæ est super Pentatheucum, non est tantæ auctoritatis: nam Doctores Hebræi aliquando ei repugnant, dicentes ipsum Anchelos in translatione somniasse. Sic enim insultat ei Rabbi Abraham Aben Ezra, qui inter Hebræos subtilior visus est, licet Rabbi Salomon quem sequitur Nicolaus non repugnet isti translationi, Genes. 406.c.2.D

Chaldæa. Prouincia ab Oriente habet Babylonē, ab Occidente Arabiam, a Septentrione Mesoporamiam, Genes. 53.c.2.D

Chaldæi. Descendunt ab Arphaxat filio Sem, Genes. 53.c.2.D, 1. Paralip. 34.c.1.C

Chaldæi, cum cremarent templum Ierusalem, cremarunt etiam omnes libros, qui erant in templo, non tamen libros, qui erant in domibus particularibus, 2. Paralip. 136.c.4.G

Cham. Creditur fuisse primus filius Noe, Genes. 34.c.2.G

Cham habuit sex filios, & nepotes fere viginti, & quatuor, & ex omnibus ijs tam filijs, quam nepotibus, triginta gentes sunt nominatæ, quæ habuerunt triginta idiomata, quæ pro maiore parte habitauerunt in Asia, & maxima pars eorum Africā occupauit, Genes. 51.c.3.F, 1. Paralip. 30.c.3.I

A primo filio Chā, nomine Chus, descēdunt Aethiopes, & dicūtur Chusei a se ipsis, & ab omnibus Asianis, 1. Paralip. 30.c.4.F

De progenie Cham, & eorum descendentibus, & habitationibus eorum, 1. Paralip. 30.c.3.I

Chameleon. De Chameleonte animali quodam, & eius proprietatibus, Leuit. 111.c.1.D

Chanaan. Quare fuerit maledictus a Noe, cum pater eius Cham fuerit ille, qui irrise-

rit

rit Noe,Genes. 50.c.2.C
A Chanaan,filio quarto Cham, descenderunt gentes illæ, quæ terram promissionis, scilicet, Iudęam, & Arabiam tenebant,Genes. 51.c.3.G
Terra Chanaan paucę aquę est, & in paucis locis Gene.75.c.1.E,& bibunt homines de cisternis,4.Reg. 24.c.2.D
Quod tota terra Chanaan nō fuit subiecta filijs Israel tempore Iosue,vt promisit Deus Abrahę,assignantur causę,Genes. 342.c.1.A
In terra Chanaan fuerunt decem populi, quorum septem expulsi sunta filijs Israel, & terra aliorum trium occupata est ab Esau, & filijs Loth, scilicet, Moab,& Amon,Genes. 345.c.2.A
Terra Chanaan partim est in tertio,& partim in quarto climate,Exod.to.1 259.c.3.F
Hoc est in principio quarti climatis, Exod.tomo 2. 47.c.2.D
In terra Chanaan erat magna multitudo bestiarum, & serpentum,Leuit. 310.c.2.A
Terrę Chanaan magnitudo describitur, Num.tom.1 184.c.1.B
Terra Chanaan, quæ tempore Abrahę dicebatur terra fluens lacte, & melle, nunc misera est, & hoc est propter aspectum cœli, & motum octauæ sphęrę, Num.tom.2 3.c.2.A
Terra Chanaan est in Asia circa eius terminum ad occidentalem partem,Deut. 58.c.1.B
Terra Chanaan est in medio terrę habitabilis secundum latitudinem 7.climatum, licet nunc cogitando terram iam habitatam, non sit in medio terræ habitatę,quia aliqua loca sunt, quę sunt in decimo climate,vt est insula Tyle,& terra Chanaan in principio est quarti climatis, & partim in tertio &c. Deuter. 119.c.1.E
Terra Chanaan est in medio terrę secundum longitudinem, & latitudinem, Iosue tomo 1. 156. colum.4.F
Terra Chanaan latior est in parte Occidentali, quam in Orientali,Iosue tom.2 55.c.3.I
Terra Chanaā describitur cosmographice,Iosue to.2 55.c.3.K
Terra Chanaan fuit diuisa bis ipsis Israelitis. Primo, cessantibus bellis, scilicet, in terra, quam tunc acquisierunt, non curantibus de illa, quę tunc erat in manu hostium, nescientibus an illam essent habituri. Secunda diuisio fuit, quando tota terra tam acquisita quam non acquisita,diuisa est iubente domino,&c.Iosue tom.2 58.c.3.F
De prima diuisione qualis fuerit nescitur, nec scripta est, sed solum secunda, & secunda diuisione diuisa fuit tam terra acquisita quam nō acquisita, & fortassis non mansit prima diuisio,&c.ibidē 62.c.4.H
Terra Chanaan quibusdam diuisa est tanquam in hęreditatem,vt duodecim tribubus,& quibusdam in eleemosinam, vt Leuitis, &c. Iosue tomo 2. 87 colum.2.A
Terra Chanaan & sors Iudę habent idem latus meridionale totaliter,Iosue tom.2. 90.c.1.D
Terra Chanaan est terminus occidentalis totius Asię, Iosue tom.2 104.c.4.K
Terra Chanaan longior est ab Oriente in Occidentē, quam a meridie in Septentrionem,Iosue tomo 2. 173.c.3.G
Inter terram Chanaan, & Aegyptū multum interest, quantum ad pluuias,Iudi. 12.c.4.K
Terra Chanaan abundat ficubus dulcibus valde,Iudi. 87.c.3.G
In terra Chanaan non pluit tempore messis triticeæ, nisi miraculose,1.Reg.tom.1 199.c.3.H
Terra Chanaā, pro maiori parte, est in tertio climate. 1.Reg.tomo 2 35.c.4.G
De terminis terrę Chanaan,2.Regum 44.c.4.F
In terra Chanaan licebat cuicunque homini quantūcunque virtuoso vti lotionibus, & vnctionibus 2. Reg. 63.c.2.D
Termini terræ Chanaan diuersimode nuncupantur, 3.Regum, 80.c.4.C
Terra Chanaan,in qua est Ierusalem, est in Asia circa Occidentalem partem Asiæ, 1. Paralipomenon 128.c.4.k
A Chanaan quarto filio Cham descendunt Chananæi, & Chananęi dupliciter accipiuntur in scriptura, vno modo pro omnibus septem populis, quorum terram possederunt Israelitę, alio modo pro vno populo eorum qui sic specialiter vocabatur,& sic vocatus est a Chanaan,cæteri autem sex populi, scilicet,Heuęi,Iebusæi &c.nominati sunt a sex filijs Chanaan & c.1.Paralip. 30.c.4.H
Chanaan,quia maledictus fuit a Noe auo suo, semen Chanaan dicitur maledictum, 1. Paralipomenon 30.c.4.I
Posteritas Chanaan enarratur, 1. Paralipomenon, 33.c.1.A
Terra Chanaā terminatur flumine Euphrate a parte Septentrionali,Genes.15.& Deut.11. & Iosue 1.2, Paralip. 113.c.3.H
Tota terra Chanaan non fuit tradita in manus Israelitarum ex triplici causa. Prima fuit ad vtilitatem eorum &c.Secunda propter ipsorum peccata.Tertia ad exercitium ipsorum &c. 2. Paralipomenon 115.c.2.C
Tota terra Chanaan est defectuosa in aquis, & bibunt homines de cisternis,4.Regum, 24.c.2.D
A terra Chanaan, scilicet, a ciuitate Giza, vsque ad Cairum, quæ est maxima ciuitas Aegypti, sunt fere septuaginta leucę, per breuem & rectam viam, quarum viginti sunt competentis habitationis,cęteræ vero quinquaginta sunt verum desertum &c. Mat.tom.1 132.c.1.B
In terra Chanaan, quam Iudæi occupauerunt, fuere plusquam quadraginta reges Matth. tomo.4. 71. colum.3.I
In terra Chanaan,maxime inter Iudęos,non erat consuetudo candelarum,aut facularum de cæra,aut de sapo, sed omne lumen erat ex combustione olei, & causa erat quia terra illa abundabat in oleo, vnde in templo Domini nunquàm fuit cæra, vel sæpum,sed oleum, Exo.25.& 26.& 27. Matt. tomo 7 3.c.3.G

Chananæus.

Chananæus dictio est Hębraica,& æquiuoca: nam significat hominem illius gentis, & mercatorem, Genes. 353.c.1.C
Chananæus, de quo Genes.12. Cum dicitur, Chananæus autem erat in terra, non accipitur pro tota gente descendente de Chanaan, sed pro vno de septem populis, quorum terram promisit Deus Abrahæ,Genes.13.& 15.Genes. 66.c.4.G
Chananæus, & Amorrhæus dupliciter accipiuntur, scilicet, specialiter, & generaliter, sed non sic alij quinque populi,scilicet, Heuæus,Iebusæus, Pherezæus,&c.Iosue tomo 1 176.c.4.I
Chananæi dupliciter accipiuntur, vno modo generaliter,scilicet,a Chanaan. Alio modo specialiter,scilicet,a Chananæo, &c. Iosue tomo 1. 176.c.4 H, 3.Regum 93.c.4.G
Chananæorum populi interdum vocantur Ethæi, et interdum Amorrhæi,& interdum accipiuntur pro populis

populis ſpecialibus, Ioſue tomo 1 18.c.2.E
Chananæorum vitia ſpurciſſima referuntur, Num. tomo 2 182.c.2.B
Chananæorum tam fœminas quàm paruulos, quam viros, quare Deus iuſſerit occidi, Num. tomo 2. 182.c.2.B
Quòd Iudæi reliquerint multos ex Chananæis in terram Chanaan & tributarios illos ſibi fecerunt contra præceptum Domini, poſtea fuerunt Iudæis in pœnam, Num. tomo 2 183.c.1.E
De Chananęis aliqui remanſerunt in terra promiſſionis, cuius triplex cauſa aſſignatur, Deuter. 39.c.1.E
Multos Chananæorum dimiſit Deus manere in terra Chanaan cum Iſraelitis propter multa, Iudicum 25.c.3.I
Quòd filij Iſrael acciperẽt vxores ex Chananæis, non erat peccatum ante legem datam Moyſi, 1. Paralip. 42.c.3.F
Iſraelitæ fuerũt a Domino conſtituti executores contra Chananæos, & ex præcepto, non tamen ſic contra alias gentes, ſed bene tanquàm proſequentes vindictam proprie iniuriæ, ſi quæ illata eſſet ipſis Iſraelitis. Et tunc licebat ipſis Iſraelitis bello occupare ciuitates talium gentium, &c. 2. Paralipom. 113.c.4.k
Chananęi erant adhuc tempore Chriſti, Mat. tomo 4 140.c.4.F
Et Iudęi permittebant eos eſſe in partibus illis, propter quod peccauerunt.

Chananæa. In Chananęa muliere, de qua Matt. 15. Apparuerunt multæ virtutes, ſcilicet, prudentia, perſeuerantia, patientia, humilitas, & fides, Matt. tomo 4 145.c.1.D
Sed omnes iſtę virtutes a fide emanabant, ibid.
In mulieris Chananęę miraculo aſſignatur ordo, & concordantur Matth 15. & Mar. 7. Matth. tomo 4 140.c.4.k

Chaos. Diuerſimode poſuerunt Anaximander, & poſt eum Anaxagoras ab Empedocle, Exo. tomo 1 277.c.3.F

Character. Character ſemper manet, Leuitici 70.c.4.F
Character non eſt effectus gratię, ſed ſacramenti, per quem characterem homo dicitur Chriſtianus, Mat. tomo 1 182.c.1.E
De charactere ſacerdotali vnico iuxta quoſdam, vel duplici iuxta aliorum opinionem, Matth. tomo 1. 186.c.3.I
Nullum characterem ordinis habebant ſacerdotes Veteris Teſtamenti, potius quam laici: licet haberent poteſtatem faciendi miniſtrationes corã Deo, quas nullus alius facere poterat ſub pœna mortis, Mat. tomo 1 186.c.3.K
Ad hoc, quòd aliquid dicatur character, requiruntur multa, quę referuntur, Matt. tomo 1 186.c.4.F
Character ordinis non deletur in hęreticis, & ſchiſmaticis, Mat. tomo 4 171.c.3.k
Character imprimitur in baptiſmo, quo baptizati Chriſto configurantur, Mat. tomo 4 172.c.3.k
Character imprimitur in confirmatione, per quem aſcribimur militię Chriſti, Mat. tomo 4. 172.c.4.F
Character imprimitur in omnibus ordinibus, & cęt. Mat. tomo 4 172.c.4.G
In Epiſcopo non imprimitur character, nec Epiſcopatus proprie eſt ordo, Mat. tomo 4 172.c.4.G
Character eſt poteſtas ſpiritualis, ſecundum quam configuratur recipiens ei, a quo impreſſa eſt, Matt. tomo 4 182.c.1.A
Vbi non eſt character non eſt ordo, Matth. tomo 4 182.c.1.B
Character non eſt poteſtas iuriſdictionis eccleſiaſticę, quę non eſt in foro pœnitentię, Matth. tomo 1 186.c.4.H
Per characterem baptiſmalem efficitur homo Chriſtianus, Mat. tomo 1 203.c.1.D
Character, & clauis quomodo differant, Mat. tomo 5 57.c.4.k
Character dicit figuram, ſeu configurationem, nec quęlibet figura in corporalibus eſt character, ſed illa, qua configuratur recipiens imprimenti, vel conferenti. Et ob hoc figura manens in cęra ex impreſſione ſigilli vocatur proprie character, quia ſecundum illam cęra eſt configurata ſigillo. Et ita charakter relatiue dicitur, vt non ſolum ſit figura, ſed cõfiguratio. Vnde character eſt poteſtas ſpiritualis, qua configuratur anima hominis Deo imprimenti. Et ita per illam poteſtatem refertur ad ſolum Deum, quaſi ei configuratus. Et propterea qui baptizantur, recipiunt characterem, quia manet in baptiſmo aliquid in animabus ipſorum, quoniam configurati ſunt Chriſto, ad Galat. 3. Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. In confirmatione ſimiliter imprimitur character, quia cõfirmati aſcribuntur militię Chriſti. In omnibus etiam ordinibus imprimuntur characteres, Matth. tomo 4 172.c.3.k
Character differt a claue, quia clauis, cum ſit poteſtas ligandi, & ſoluendi, concernit ſubditos, qui ligantur, & ſoluuntur, & tamen per talem poteſtatem homo non configuratur Deo, quia non eſt directe ad illum. Et ideo clauis non vocatur character, quia cum vtrunque dicat relationem ad aliquid, non dicunt ad idem, ſed ad diuerſa, & tamen fundamentaliter idem ſunt, quia iſta poteſtas, ſecundum quã ſacerdos configuratur Chriſto eſt eadem cum ea, quæ reſpicit ſubditos, &c. Mat. tomo 4. 172.c.4.I
In Chriſto non eſt Character, Matt. to. 4 182.c.3.F
Vnus character poteſt eſſe ſimul in multis, Matth. tomo 4 182.c.4.F

Charadrion. Auis eſt, quam nos gruem appellamus, &c. Leuit. 99.c.2.E
De cuius proprietatibus Leuit. 110.c.2.B

Charitas. Quindecim actus habet, quos enumerat Paulus 1. Corinth. 13. & taliter ordinantur, quòd actus poſteriores ſunt actibus prioribus perfectiores. Significat etiam numerus iſte impletionem mandatorum nouę, & veteris legis, quę ſignificantur per quindecim, ſcilicet, lex noua per octo, & lex vetus per ſeptem, vt de Paulo Doctore Gentium, qui miniſterio hebdoadis, & ogdoadis inſtruendus erat: hęc & multa ſimilia ſunt, quę miſtice ſignificat canticum graduum, Geneſ. 22.c.2.A
Charitas in nobis exiſtens, cum operationem habet, meretur augeri. Et aucta meretur, vt perficiatur, ſic dicit Auguſt. Exo. tomo 2 56.c.3.F
Charitas eſt habitus imperatiuus aliorum habituum virtutum quas poteſt facere meritorias, quia facit illas ad Deum pertinere, vt ad vltimum finem, ſcilicet, cum charitas ſit habitus imperatiuus, quia eſt potentię ſublimioris: Et de obiecto altiſſimo, imperat omnibus alijs habitibus, vt eliciant actus ſuos ad finem, quem ipſe elegerit, qui eſt Deus, cum ſit obiectum, & finis charitatis. Et morales virtutes aliquando ſunt etiam meritoriæ, & merentur vitam æternam, & non dat Deus pręmium operationis earum in bonis temporalibus, ſed aut nullum dabit, aut dabit vitam ęternam, Leuit. 308.c.3.G
Charitatis ordo eſt, vt primo quis ſe ipſum diligat, & magis, & deinde familiam ſuam, Leuit. 164.c.1.D

Charitas ita se habet inter virtutes Theologales, & morales, sicut iustitia legalis inter virtutes morales, & charitas tantum excedit legalem iustitiam, quantum Deus excedit bonum commune ciuitatum, Deuteron. 130.c.1.A
Existenti in charitate magnas inesse pœnas non inconuenit, 1.Regum tomo 1 57.c.3.K
Charitas actus in via est quædam inclinatio in finem, in patria vero est quietatio in ipso fine, Matthæ. tomo 2 20.c.4.H
Parua charitas non sufficit ad resistendum omni tentationi, sed requiritur magna, &c. Matth. tomo 2 13.c.2.A
Charitas est mater omnium virtutum, & forma earum, vt ait Augusti. Mat. tomo 2 131.c.4.I
Charitas est in corde, ore, & opere, & in istis tribus Christus posuit mandatum, Matth. 5. in dilectione inimicorum, &c. Mat. tomo 2 248.c.1.A
Charitas est ad solos duos, scilicet, ad Deum, & ad proximum, & Augusti. distinguit hæc per quatuor: primo de doctrina Christiana, scilicet, vnum quod est supra nos, scilicet, Deum: alterũ, quod nos sumus: tertium, quod est extra nos, scilicet, alios homines: quartum, quod est infra nos, scilicet, corpus nostrum, & proximorum nostrorum corpora, Matt. tomo 2 248.c.4.G
Ex charitate nõ tenemur diligere specialiter aliquos, nisi illos tantum, quos pro beneficio, vel contractu, aut alias tenemur specialiter diligere, Matth. tomo 2 250.c.1.A
Charitas superat omnes tentationes, etiam si parua sit, Matt. tomo 3 77.c.2.D
Oppositum huius videtur dicere supra.
Per charitatem diriguntur actus nostri in Deum, vt abstinere a venereis, in quantum fit propter Deum, & non a castitate electiue, & potest esse a iustitia nõ electiue, prout abstinere a venereis iustum est, & etiam pertinet ad prudentiam, & ad abstinentiam, &c. Mat. tomo 3 82.c.3.F
Charitatis lex non debet esse specialiter ad amicos, & cognatos, sed ad omnes homines, Matth. tomo 3. 125.c.2.E
In charitate est perfectio simpliciter vitæ Christianæ, Mat. tomo 5 133.c.4.I
Charitas existens augeri potest, & aucta perfici meretur, vt ait Augustinus, Matt. tomo 3 139.c.3.I
Charitas non proficit proximo nisi per actum, quem circa ipsum exercemus, Matt. tomo 5 42.c.1.E
Charitas dirigit omnes virtutes morales in Deum, eisque imperat, Matt. tomo 5 9.c.1.A
Charitatis perfectio est triplex, Matt. to. 5 134.c.1.A
Cum charitate omnes virtutes morales sunt meritoriæ, & sine ea non, Mat. tomo 5 12.c.1.E
Charitas, vt cadit sub præcepto, non habet determinatam mensuram, vt patet ex forma præcepti. Et ratio est, quia ipsa est finis legis, & omnium præceptorum, Mat. tomo 5 134.c.4.F
Charitatis perfectio, est in præcepto, sed non sub obligatione præcepti, Mat. tomo 5 134.c.4.G
Hoc est, quòd præceptum charitatis non obligat ad quantum dicit, ibid.
Charitas proximi tripliciter attenditur, Matt. tomo 5 134.c.4.F
Per charitatem homo placet Deo, Matth. tomo 5 44.c.4.G
Non semper, qui peccat mortaliter, agit directe contra charitatem, Mat. tomo 5 48.c.4.F
Non est charitas vbi est odium, Mat. tomo 5. 63.c.4.F
Charitas non gaudet super iniquitatem, sed potius tristatur, Mat. tomo 5 67.c.2.D
Quomodo intelligitur, quòd charitas est vinculum perfectionis, Mat. tomo 5 133.c.4.F
Non constituit aliquem extra charitatem debitum pœnæ, Mat. tomo 5 74.c.2.B
Quomodo charitas dicatur operire multitudinẽ peccatorum, Mat. tomo 5 70.c.2.A
Charitatis perfectio secundario, & instrumentaliter, cadit sub consilijs, vt probatur Matth. tomo 5. 135 col.1.B
Charitatis perfectio potest haberi dupliciter, Matth, tomo 5 134.c.1.D
Charitatis perfectio nõ cadit sub præcepto, idest, sub obligatione præcepti, sed solum sub ostensione, & ita quocunque modo teneat quis charitatem satisfacit, sed non potest minus tenere, quàm vt Deus super omnia diligatur, Mat. tomo 5 135.c.2.E
Charitas se extendit ad actus virtutum dupliciter, ad quosdam elicitiue, & ad quosdam imperatiue, elicitiue ad actus suos, imperatiue vero ad actus aliarum virtutum, & vtrique possunt fieri sine charitate, quo ad substantiam actus, tamen actus eliciti a charitate, non possunt esse virtuosi sine charitate, Mat. tomo 5 150.c.1.D
Charitas directe est ad Deum, Mat. to. 5 134.c.2.C
Sine charitate, vel gratia possunt fieri omnes actus virtutum materialiter, Mat. tom. 5 150.c.2.D
Charitatis actus impeditur ex consuetudine vxoris, & filiorum, Mat. tom. 5 136.c.4.F
Charitas & gratia infunduntur nobis a Deo, Mat. to. 5 143.c.4.K
Nihil est in homine, quod non concurrat ad actũ charitatis, Mat. tom. 6 128.c.4.G
Ex charitate amantur omnia, quæ sunt ad imaginem Dei, & possunt frui Deo, Mat. tom. 6 136.c.1.D
Charitas & virtutes aliquomodo diliguntur ex charitate, scilicet, amore concupiscentiæ, Mat. tomo 6. 136.c.3.F
Omnia, quæ ex charitate diliguntur amore concupiscentiæ, nullo exprimuntur præcepto, vt sunt beatitudo charitas virtutes, &c. Mat. to. 6 136.c.4.G
Ex charitate nullam rem diligimus, tãquam terminũ amoris, nisi illam, quæ potest participare beatitudinem, &c. Matth. tom. 6 136.c.4.H
Ex charitate non possumus diligere res irrationales amore amicitiæ, bene tamen amore concupiscentiæ, Mat. tomo 6 137.c.2.C
Ex charitate homo potest & debet seipsum diligere, vt probatur, Mat. tomo 6 137.c.4.F
Ex charitate diligendũ est corpus nostrum & eo modo, quo corpus nostrum se habet ad beatitudinẽ, habet se ad diligi ex charitate &c. Matth. tomo 6. 138.c.3.F
Charitatis dilectio habet pro fundamento communicationem beatæ vitę principaliter, & communicationem vitæ gratiæ minus principaliter, s. inquantũ deducit ad vitam beatitudinis, Mat. to. 6. 138.c.3.H
Ex charitate quatuor sunt diligenda, scilicet, Deus, nos ipsi, id est, anima nostra, corpus nostrũ, & proximus noster, vt probatur, Mat. tomo 6. 141.c.2.A Et conuenienter distinguntur ista ibidem.
Corpus humanum, si consideretur secundum naturã suam, diligendum est ex charitate, si vero consideretur secundum corruptionẽ culpæ, quæ est in eo, vel ex eo, sic non debemus diligere illud, quia sic esset diligere infectionem, & corruptionem peccati. Immo potius ex charitate debemus cupere absolui ab illo, vt non incidat anima nostra in infectionem peccati, Mat. tom. 6 137.c.3.G
Charitas non conuertitur cum amicitia, considerata secundum rationem generalem amicitiæ, quæ dicit

Index in omnia Opera

cit redamationem, Mat.tomo 6 138.c.4.F
Ex charitate diligendi sunt peccatores, quantumcũque mali, scilicet, quatenus homines sunt, & non quatenus peccatores, Mat.tomo 6 139.c.1.C
Angeli diligendi sunt a nobis ex charitate, vt probatur, Mat.tomo 6 140.c.1.C
Ex charitate non sunt diligendi dęmones, quatenus dæmones, bene tamen quatenus creaturæ sunt, sicut bruta, & non quia dęmonibus aliquod bonum velimus accidere, sed quod velimus naturam dæmonum, quæ bona est secundum speciem, & genus suum, manere ad gloriam Dei, & vtilitatem nostram. Sed hoc non est proprie diligere dęmones, nec naturam eorum, quia nec eis, nec naturæ eorũ aliquod bonum volumus, Mat.tomo 6 140.c.4.F
Homines damnati non sunt ex charitate diligendi, Mat.tomo 6 141.c.3.I
Dupliciter potest aliquis ex charitate diligi, vno modo ad id, ad quod charitas habetur, alio modo, vt ad id, ad quod non terminatur amor charitatis, quia, scilicet, non volumus ei bonum aliquod, sed volumus ipsum esse, & manere velut bonum alterius, Primo modo damnati non sunt ex charitate diligẽdi, Mat.tomo 6 141.c.3.k
In charitate ponendus est ordo, vt probatur, Mat.to.6 142.c.2.A
Charitas, & si non faciat ordinem sicut nec voluntas, quia hoc est rationis, recipit tamen ordinem a ratione factum, Mat.tomo 6. 142.c.3.k
Ordo in charitate est de necessitate salutis, Mat.to.6. 142.c.4.G
Quare potius in charitate reperiatur ordo, quam in alijs virtutibus, Mat.tomo 6 142.c.4.I
Charitas est circa vltimum finem, sub ratione vltimi finis, quod non contingit in alijs virtutibus, Mat. tomo 6 142.c.4.K
Ordo, in charitate, consideratur tam secundum affectum, quam secundum effectum, sed principaliter secundũ affectum, vt probatur, Mat.to.6. 143.c.1.D
Ex charitate volumus omnibus æquale bonum, sed non æqualiter, &c. Mat.tomo 6 143.c.2.B
Ex charitate tenetur quilibet magis diligere Deum, quam seipsum, vt probatur, Mat.to.6 143.c.3.I
Charitatis gradus attendendi sunt, secundum gradus amoris amicitiæ, &c. Mat.tomo 6 143.c.4.F
Ex charitate magis debemus diligere Deum, quam proximos nostros, Mat.tomo 6 144.c.2.C
Charitas Dei stat cum intuitu mercedis, Mat.tomo 6 144.c.4.G
Ex charitate tenetur quis magis diligere seipsum, quam proximum, quantumcumque proximus sit melior, Mat.tomo 6 145.c.2.D
Ex charitate tenemur magis diligere proximũ, quam corpus proprium, vt probatur, Matthæ. tomo 6 146.c.3.G
Et licet corpus nostrum sit magis propinquum animæ nostræ, quam proximus noster, quantum ad constitutionem humanæ naturæ, tamen quantum ad participationem beatitudinis, in qua fundatur amor Charitatis, maior est associatio nostri ad proximum, quam corporis nostri ad animam nostram Mat.tomo 6 146.c.4.G
Ex charitate non tenetur quilibet exponere corpus proprium pro salute animæ proximi, sed ille, qui habet curam de salute proximi, tenetur generaliter exponere corpus suum pro salute proximi, si aliter illa saluari non potest, vt sunt prælati, & rectores populorum, sed si alius quicumque homo hoc faciat, facit opus perfectæ charitatis, & est opus supererogationis, Mat.tomo 6 146.c.4.H
Ex charitate non sunt omnes proximi æqualiter diligendi, Mat.tomo 6 146.c.4.k
Sed sunt gradus, secundum quòd proximi magis, vel minus accedunt ad amorem, quo homo diligit seipsum, &c. Mat.tomo 6 148.c.2.A
Quomodo ex charitate sint magis diligẽdi meliores quam propinqui minus boni, & quomodo circa omnem modum possunt cognati magis diligi, quam extranei, Mat. tomo 6 149.c.2.B
Inter propinquos consanguinei sunt magis diligendi ex charitate, quam non consanguinei, sicut propinqui magis quam non propinqui, magis, inquã, idest, ad maiora bona. Similiter magis, idest, intensius. Tertio magis, idest, pluribus modis, &c. Mat. tomo 6 149.c.4.K
Ab actu charitatis imperantur omnium amicitiarum actus, Mat.tomo. 6 150.c.2.A
Ex charitate magis sunt diligendi parentes, quam filij, Mat.tomo 6 150.c.3.F
Charitatis ordo manebit in vita æterna, &c. Matth. tomo 6 153.c.3.I
Charitas augetur, quo ad essentiam, non tamen minuitur quo ad essentiam, sed quo ad feruorem, Mat.tomo 6 277.c.4.G
Charitas non tollit illa mala, quibus aduersatur, idest, mala, quæ auertunt a Deo, Matth. tomo 7. 239. col.1.C
Per quemlibet actum charitatis non meretur homo augmentum gratię, aut charitatis, cum non agat homo in quolibet actu ex toto conatu habitus charitatis, quem habet, nec ex toto conatu capacitatis naturæ, bene tamen per quemlibet actum ex charitate meretur homo vitam æternam, non tamen est meritorius augmenti charitatis, &c. Mat. tomo 7 254.c.3.k
Secundum charitatis gradum, est gradus vitæ æternæ, Mat.tomo 7 254.c.4.H
Charitas dicit amorem amicitiæ, & non concupiscentiæ, & ideo Christus non dicit, quòd aliquid faciamus propter vitam æternam, sed propter ipsum, quod faciendo, dicit quòd habebimus vitam æternam, Matth. tomo 5. 169. c. 3. G, & tomo 6. 129. col.1.E
Inter charitatis dilectionem, qua quis diligit Deum, & dilectionem, qua homo in natura integra diligit ipsum, hoc interest, quòd charitas diligit Deũ super omnia, inquantum homo habet quandam spiritualem societatem, scilicet, quòd ambo quodammodo pertinent ad vnam naturam, & associationem, quæ redeunt in amicitiam, sed homo in natura integra diligeret Deum super omnia, inquantum Deus est principium, & finis omnium, & specialiter ipsius hominis. Item charitas amat Deum, vt quodammodo æquale, & amicum, natura vero, vt effectus eius. Item charitas addit quandam delectationem, & promptitudinem in amando, quatenus est habitus, qui facit ista duo, 2. Ethic. Natura vero in puris naturalibus constituta agit solum secundum suum conatum ex intentione finis. Homo vero secundum conditionem naturæ corruptæ neutro modo potest amare Deũ super omnia, nisi detur illi donum gratuitum, Mat. tomo 5 148.c.4.F
Charitas est finis legis, licet per singula præcepta non præcipiatur charitas, sed aliquid aliud, quodlibet tamen præceptum est ad charitatem, vt ad finem, Mat.tomo 5 150.c.1.C
Sola charitas est radix merendi, & cæterarum virtutum actus non sunt meritorij, nisi vt fiunt ab habente charitatem, & diriguntur ad Deum, vt imperat

perati a charitate, & charitas ſe habet elicitiue ad proprios actus, & imperatiue ad actus aliarum virtutum, Mat.tomo 5 150.c.1 D
Aliquid exigitur ad charitatem tripliciter, vno modo, vt ſubiectum charitatis, & tale eſt voluntas. Alio modo, vt aliquid præcedens ad charitatem, & tale eſt intellectus, & memoria. Nam non poteſt quis diligere niſi, quæ præcognouit, quod ad intellectum pertinet, neque poteſt præcognoſcere niſi ea, quorum ſpeciem habuerit, quorum retentionem aliqui attribuunt memoriæ. Tertio modo aliquid exigitur tanquam conſequens, & huiuſmodi ſunt iraſcibilis, & concupiſcibilis, & membra corporalia, quæ obediunt voluntati, & intellectui, &c. Mat.tomo 6 128.c.4.H
Charitas, ſpes, & fides, virtutes Theologicæ tendunt in Deum, tam vt in obiectum, quàm vt in finem, & ideo vocantur Theologicę, ideſt, diuinę, quia de Deo, & ad Deum ſunt, Mat.tomo 6 129.c.1.E
Per eandem charitatem homo diligit ſeipſum, & ipſammet charitatem, Mat.tomo 6 136.c.4.K
Amor, quem dicit charitas, eſt duplex, ſcilicet, amicitiæ, & concupiſcentiæ, Mat.tomo 6 129.c.1.E
De charitate poſſumus loqui dupliciter. Vno modo ſub ratione communi amicitiæ, ſcilicet, inquãtum charitas eſt amicitia quædam. Alio modo ſub ratione propria charitatis: primo modo iudicabimus de charitate, ſicut de amicitia, &c. Secundo modo charitas eſt principaliter amicitia hominis ad Deum, vel alicuius ad Deum, & conſequenter ad ea, quæ Dei ſunt, Mat.tomo 6 137.c.4.K
Ad habentem charitatem beata vita habet triplicem relationem. Vno modo in aliquo, ſicut in diffundente iſtam vitam alijs, & iſto modo eſt in Deo beatitudo. Et iſta vita eſt in amante ex charitate, ſicut in participante vitam hanc a Deo, & hoc dupliciter. Vno modo aliqualiter principaliter, & ſic eſt in anima, quæ eſt per ſe beatificabilis, & aliqualiter per redundantiam, & ſic eſt in corpore. Tertio modo eſt beatitudo, ſicut in participantibus, & ſic eſt beatitudo in proximo, &c. Mat.tom. 6. 138.c.3.F
Aliquid diligitur ex charitate dupliciter. Vno modo ſicut id, ad quod habetur amicitia. Alio modo ſicut id, quod cõſideratur vt bonum alterius. Primo modo non poteſt haberi charitas, ad dæmones, bene tamen ſecundo modo, ſicut cum diligimus bruta, &c. Mat.tomo 6 140.c.4.K
Charitas eſt per ſe meritoria, & aliæ virtutes non, niſi per charitatem, quia meritum eſt reſpectu præmij, & præmium reſpectu Dei, & per conſequens illa virtus erit meritoria, quæ in Deum tẽdit, ſed fides, & ſpes licet tendant in Deum, non ſunt meritoriæ ſine charitate, quia illæ nõ ſunt de Deo ſecundum rationes perfectas, quia fides eſt de Deo, vt de vero occulto, & reuelato: ſpes de ipſo vt de ente arduo, & difficulter attingibili: charitas autem, vt de bono, & ſumme bono, Mat.tomo 6 129.c.1.B
Charitatis amicitia fundatur ſuper communicatione beatitudinis, quæ conſiſtit eſſentialiter in Deo, ſicut in principio, a quo deriuatur in omnes, qui ſunt beatitudinis capaces, Mat.tomo 6 144.c.2.D
Ex charitate põt aliqd diligi quadrupliciter. Vno modo vt principiũ illius boni, in cuius cõicatione fundat amor charitatis, ſ. ſuper communicatione beatitudinis. Secundo modo noſipſi, tertio proximus, quarto corpus noſtrum, Mat.tomo 6 146.c.3.I
Quomodo intelligitur, quòd charitas nõ quærat, quæ ſua ſunt, Mat.tomo 6 146.c.3.F
Charitas fundatur ſuper communicatione beatitudinis, Mat.tomo 6 146.c.3.I
Amicitia charitatis Deum diligimus, quia ſola iſta fundatur in communicatione beatitudinis, in qua cum Deo communicamus, Matthæ. tomo 6. 148. colum.1.C
Ex charitate ſunt diligendi infideles, Matth. tomo 6 148.c.1.E
Charitatis obiectum eſt Deus, Mat.to.6 149.c.1.E
Ex charitate imperãtur actus omnium amicitiarum, Mat.tomo 6 149.c.3.F
Charitas eſſe non poteſt, vbi non eſt ordo, Mat.to.6. 153.c.2.D
Qui charitatem habet, vult quòd iuſtitia Dei ſeruetur Mat.tomo 6 153.c.4.K
Refrigeſcere charitatem eſt cadere ab eo, in quo quis erat, Mat.tomo 6 266.c.2.E
Tempore Chriſti omnes Sancti ſummam habebant charitatem, Mat.tomo 6 278.c.4.H
Quomodo & ad quid dixerit Chriſtus, quoniã refrigeſcet charitas multorum, Mat.to.6 277.c.4.K
Charitas, qua homo dicitur charus Deo, quomodo detur homini, Mat.tomo 6 34.c.2.F
Et quomodo a ſolo Deo detur, ibid. 233.c.3.F
Charitas eſt vinculum vniens ciuitatẽ Dei, Mat. to.7. 171.c.1.E
Impoſſibile eſt cum charitate ſtare peccatum mortale, Mat.tomo 7 237.c.3.k
Charitas eſt initium remiſſionis omnium peccatorũ, Mat.tomo 7 252.c.1.C
Charitatis actibus non ſunt præmium bona illa, quæ hic nobis conferuntur, Mat,tomo 7 254.c.4.H
Ex charitate diligens Deum non abſcondit dona, quæ recipit a Deo, ſed expendit illa in vtilitatẽ proximorum, Mat.tomo 7 35.c.4.H
Chelion. Et Maalon, ducentes in vxores Orphã, & Ruth Moabitidas, non peccauerũt Exod.tomo 2 174.c.2.C
Cerinthus. Cerinthi & Ebionis error refertur, Mat.tomo.1 60.c.2.B
Cherubim. Poſitus eſt ad cuſtodiam ligni vitę, & ad defendendum introitũ Paradyſi dæmonibus, & hominibus, Geneſ. 24.colum.3.F
Cherubim, de quibus Exo.25. erant, vt dicit Ioſephus, ſimilitudines auium hominibus incognitarũ propter euitandam idolatriam, Exod. tomo 2. 25. colum.2.B
Sed probatur hoc eſſe falſum, & dicendum eſt tandem, quòd habebant ſimilitudinem virorum, vel puerorum paruulorum, & attribuebantur eis alæ, quia imaginabantur tanquam volantes ſic dicitur Iſai. 6. Volauit ad me vnus de Seraphin, Exo.tom.2 25.c.2 D, Aben Ezra tamen dicit, quòd Cherubim non determinant ſibi aliquam figuram, ſed ponuntur indifferẽter pro quolibet animali, ſiue quadrupedum ſiue auium, ſiue hominum, quod probat p quatuor illa animalia, quæ vidit Ezechiel capite primo, quæ poſtea vocantur Cherubim, Ezechielisdecimo. Sed hoc etiam eſt falſum, quia quando ſcriptura Cherubim ſimpliciter, & ſine aliqua determinatione nominatur, accipiendum eſt ſecundum figuram humanam, Exo.tom.2 25.c.2.E
Cherubim, de quibus, Exod. 25. non habebant pedes, ſed corpora erant, ſic educta de propitiatorio, quaſi eſſent in principio ipſius eductionis, pars ipſius propitiatorij, de quo educebantur, nam Cherubim non erant quaſi facti opere ſuſorio, & poſtea affixi in extremitatibus propiciatorij, ſed erant productiles de materia ipſius propiciatorij, Exod.tomo 2 24.c.4.I
Cherubim ponebantur ſuper arcam, ad exprimen-

dum honorem,& magnitudinem gloriæ Dei,Exo. tomo 2 25.c.2.D
Quodlibet Cherubin habebat tantum duas alas,quibus tegebant propitiatorium ipſis alis contra ſe inuicem poſitis, ſimiliter & Cherubin, quos fecit Salomon ad ſimilitudinem iſtorum, qui erant ſuper arcam non habebant niſi duas alas, 3. Regum 6 Exo.tomo 2 25.c 4.D
Spiritus,qui dicuntur Cherubin, non determinant ſibi certam figuram, & illæ figuræ Cherubin, quæ erant in Propitiatorio, non magis repræſentabant ſpiritus dictos Cherubin,quàm alios, Exo.tomo 2 25.c.4.C
Cherubin ad gloriam Dei pertinent æqualiter, ſicut Seraphin,vt patet Ezech.1.& 10 Exo.to.2.25.c.4.D
De locatione Cherubim, & opertura Propitiatorij alijs illorum, fuerunt opiniones, quibuſdam dicentibus,illos eſſe locatos in latere ſecundum longitudinem Propitiatorij, alijs dicentibus, quòd ſecundum latitudinem; dicendum tamen eſt, quòd locati erant in duobus lateribus latitudinis, & primæ opinionis refertur imaginatio, & illius fundamenta,Exo tomo 2 26.c.2.C
Iſta opinio improbatur ab Auctore, vt erronea,& reſpondetur ad illius fundamenta,ibid.
Cherubim ſuper arcam exiſtentes mutuo ſe reſpiciebant,& extendebant alas ſuas non in directum,ſed vnus extendebat contra alterum, & ſic operiebant arcam,& totum Propitiatoriũ,Exo.to.2. 27.c.1.C
Et de medio illorũ Cherubim audiebatur vox, cuius aſſignatur cauſa,ibid.Exo.tomo 2 27.c.3.F
Quòd Cherubim inclinarentur ad reſpiciẽdum Propitiatoriũ,ſignificat quòd ibi Deus ponebatur propitians peccatis noſtris. Exo.tomo 2 27.c.4.F
Cherubim habere pedes in pauimento, & eſſe grandis ſtaturæ,dixit S.Tho.1 2.q 102.artic 4 ad 6. & ꝙ coniuncti eſſent lateribus arcæ, vltra cuius altitudinem eleuabantur,ita ꝙ manus eorum,& alæ eſſent eleuatæ ſupra coopertorium arcæ in ſatis conuenienti ſpatio, & ſuper manus eorum ponebatur tabula aurea,quæ vocabatur Propitiatorium, in qua Deus ſedere dicebatur, & ponitur cõfirmatio iſtius opinionis,Exo.tomo 2 28.c 4.G
Quæ quidem opinio ſtare nõ poteſt, vt probatur ibid.
Et tandem miratur auctor quomodo hic defecerit S. Tho.& reſpondet ad ipſius fundamentũ. 29.c.2.C
Alij dicunt, quòd illi Cherubim non eſſent facti tanquàm de Propitiatorio exeuntes, ſed quòd per ſe eſſent poſiti ſuper extremitates Propitiatorij ad vtrunque latus latitudinis. Sed iſti falluntur etiam, vt probatur ibidem.
Et tandem ponitur opinio Auctoris, ibidem, & 196. col.2.A
Salomon fecit duo Cherubim in templo ſuo, de lignis oliuarum, & quilibet eorum habebat in latitudine ab extremitate vnius alæ vſque ad extremũ alterius alæ decem cubitos,Leuit. 162.c.1.D
Cherubim poterat pingi figura humana,aquilina,bouina,& leonina,3.Regum 67.c 4 H
Cherubim,in ſacra ſcriptura, interdum accipitur generaliter,ſcilicet,pro ſimilitudine cuiuſcunque animalis, dum tamen habeat alas naturaliter, ſiue ex fictione,vt patet Ezech.1.& 10. & interdum ſpecialiter,& ſic bos habens alas ficte, dicitur Cherubim, 2.Paralip. 42.c.4.I
Sed Cherubim prout erat in arca fœderis, & in Sancto ſanctorum,non accipitur niſi pro figura hominis ibidem.
Cherubim, quæ fecit Salomon de ligno oliuarum, cooperta laminis auris, facta ſunt ad ſignificandum dignitatem Dei,& cæt 2.Paralipo. 44.col.3.F
Duo Cherubim, quæ fecit Salomon de ligno oliuarum, quomodo operirent totam arcam, & vectes eius, referuntur opiniones quinque, ſed quinta illarum videtur verior ſi ſuperaddatur, quòd quilibet Cherubim haberet ſex alas, 2. Paralipomenon 70.c.2.B
Et iſti Cherubim fuerunt facti a Salomone propter duo: primo ad repræſentandum ſimilitudinem gloriæ, in qua Deo vndique aſſiſtunt Angelici ſpiritus,& cæt. Secundo ad tegendum totam arcam, & Propitiatorium ex omni parte, ne aliquid poſſet videri de arca,2.Paralip. 70.c.2.C
Cheue. Dictio Hebræa, aliquãdo eſt nomen commune ſignificans cõgregationem, & aliquando nomen proprium ſignificans Choam inſulam,2 Paralip. 13.c.3.F
Chiromantia. Eſt ars quædã ſuperſtitioſa, quæ conatur prænunciare aliquid p aliqua ſigna, & deſcriptiones lineares, repertas in manibus, & dicitur chiromantia a chiros, quod eſt manus, & manthos, quod eſt diuinatio quaſi diuinatio facta in manibus 1.Regum to.2. 160.c.3.k
Choa. Ex Choa inſula fuit Hyppocrates, & ibi habuit exordium artificium veſtis laneæ, 3. Regum 94.c.1.A
Choa, apud Hebræos, ſcribitur ſicut apud nos, & eſt nomen æquiuocum, quia poteſt accipi, vt propriũ, pro quadam inſula, & vt commune, & tunc ſignificat multitudinem.Et Hebræi. 3.Reg.10. Capiunt Choa,vt commune eſt,& male,3.Reg. 94.c.1.B
Choa, vna eſt de inſulis Cycladibus in mari Mediterraneo,quæ ſpecialiter abundat equis, 2.Paralipom, 13.c.1.E

Cholera. Cholericus.

Inter choleram & phlegma eſt contrarietas ſolida,Io ſue tomo 1 193 c.4 F Geneſ. 321.c.4.K
Cholerici aduſti ſunt diſpoſiti ad dementiam,niſi magno regimine defenſentur,De Opti.poli. 6 c.1.E
Chorda. Chordæ, factæ de inteſtinis ſuporũ, corrodunt chordas factas de inteſtinis ouium,&c. Si ponantur ſimul in cithara,& cęt.ſicut pennæ aquilæ pennas aliarum auium corrodunt, Leuit. 108.c.1.D
Core. Tres filij Core,de quibus Exo.6.ſcilicet,Aſſer,Elchana, & Abiaſab, quia non conſenſerunt ſeditioni patris ſui contra Moyſen, patre abſorpto a terra cum tabernaculo ſuo, manſerunt iſti in aere pendentes, donec terra in ſe recluſa eſt,&c. Exo.tomo 1 39.c.1.A
Core,de quo Num.16. non fuit combuſtus cum alijs ducentum quinquaginta complicibus ſuis, vt aliqui dicunt, ſed abſorptus eſt a terra cum tabernaculo ſuo,ſicut Dathan,& Abirõ,Nu.to.1.134 c.2.E
Chorræi. De quibus Geneſ. 14. cum dicitur, & Chorreos in montibus Seir,ſunt illi,qui vocantur horrei,Geneſ.36 Geneſ. 149.c.4.H
Chorus. Dicitur chorea plurium concanentium, quorum quidam cantant,& alij reſpondent,ſimiliter chorus dicitur inſtrumentum quoddam muſicum,Exo.to.2.129.c.3.k.Iud. 112.c.4.K
Chryſa. Et Argiria inſulæ ſunt in India, auro, & argento refertæ, in quibus dicuntur eſſe montes aurei,Geneſ. 14.c.3.G
Chryſolithus. Lapis colorem habet aureum per diem, ſed nocte igneus appareat,vt ait Iſid.Etym.lib.16.q in auro geſtatus, cõtra dęmones valet,vt ait Dioſcorides, Exo. tomo 2 65.c.1.B

Chryſoſtomus. Chryſoſtomi error refertur circa celebrationem vltimę cęnæ a Chriſto factæ cum diſcipulis ſuis, dicentis, quòd Chriſtus celebrauit Phaſæ illud Luna decimaquarta,&c.quando ſecundum legem celebrandum erat.Sed Iudæi occupati circa procurationē mortis Chriſti, diſtulerunt illam celebrationem in diem ſequentem,in qua Chriſtus mortus eſt,& ſic noluerunt intrare prętorium, ne contaminarentur.Ioan.18.ſed probatur hoc eſſe falſum multis rationibus.Defen. 14.c.1.D

Chriſtus. Ad Chriſtum congrue referuntur, quæ per hanc dictionem logos ſignificantur. Nam logos ſignificat verbum,ſic Chriſtus eſt verbum,quia patrem dicētem manifeſtat, Secundò logos eſt ratio,quæ ſignificat diſcurſum & relationem:ſic Chriſtus omnia ad ſe ordinauit, tanquam ad finem beatificum,dicitur etiam ſupputatio,ideſt,numerus,ſic Chriſtus vniuerſa in certo numero conſtituit & diſtinguit, dicitur cauſa, ſic Chriſtus,quia res produxit ad eſſe, quia omnia per ipſum facta ſunt,&c.Gen. 11.c.4.G

Chriſti præfiguratio non fuit ab æterno, ſed a ſacra ſcriptura in tempore facta.Gen.13.c.1.B,& in quibus fuerit prefiguratus,vide ibidem.

Chriſtus ſimilis fuit Ioſue in nomine, & in geſtis, Gene. 20.c.1.B

Chriſti ſacerdotium nouum ſignificatur per mutationem ſacerdotij ab Heli in Sadoc. Et imperium Romanum, & temporale dominium mutatum in ſubiectionem,& iuriſdictionem Eccleſiaſticā, tradente Conſtantino beato Syluestro Papę,vthabetur in Decretis.96.Diſt.ca.Beato Syluestro, & ca.Conſtātinus. ſignificatum eſt per mutationem regni a Saule in Dauid,Gen. 20.c.3.H

Quando Chriſtus iu cœlum aſcendit,erant tunc centum viginti credentes in eum, vt habetur Act.1.Gene. 21.c.4.I

Chriſtus magis ſenſit pęnalitates, quā quilibet alius propter maximam armoniam in complexione,& viuacitatem in ſenſibus,abſque cōſolatione naturaliter redundante a portione ſuperiore,&c.Gen. 24.c.2.A

In Chriſti natiuitate multa cōtigere in cęlo,terra,& mari,&c.quæ referuntur,Gen. 25.c.1.A

Chriſtus dicitur lapis pręciſus de monte, ideſt natus de Maria Virgine,fuit enim præciſus de ſanguinibus eius puriſſimis,& vocatur ipſa mons propter uirtutum altitudinem,& contemplationem, ſine manibus, ideſt, ſine virili operatione, &c.Geneſ. 27.c.4.F

Chriſtus ſicut facit vnum corpus cum omnibus iuſtis vnitis vinculo charitatis,ſic diabolus cum inſtis,Gen. 21.c.1.D

Sanguis Chriſti,qui fluxit de corpore ſuo iam mortuo,non fecit redemptionem noſtram, ſed ille tātum,qui di corpore viuo exiuit,Gen. 139.c.4.k

Dicere Chriſtum,nō ſtercoraſſe, neque minxiſſe absurdum eſt,& multū fidei derogās,Gen.140.c.4.F

Chriſtus non egit vitā auſteram,ſicut Ioan.Baptiſta, ne inde ſequereť puerſitas doctrinæ.ſ.ꝙ conarenť hoīes ad illā auſteritatē,& qui illā nō haberēt,putarēt ſe nō eſſe Chri diſcipulos. &c. Itē qa putarent hoīes in illa auſteritate magnā eſſe pfectionē cum Chrs illā ſeruauerit,& tñ certū eſt,ꝙ in illis vitæ auſteritatib⁹ nō cōſiſtit vitæ pfectio.&c.Ge.186.c.4.I

Chrs,cū haberet maiorē innocētiā,q̄ Adam pati uoluit frigus,calorem.&c.propter naturam loci, vbi erat aeris diſtemperies,& propter noſtram redemptionem.&c.Gen. 187.c.1.A

Chriſtus non ſolum paſſus eſt pro peccato Adæ, ſed etiam pro peccatis omnium hominum, Geneſis 200.c.1.C

Chriſtus,interdum locutus eſt,vt Deus,non quęrens, ſed occulta reuelans,ſicut quando dixit mulieri Samaritanæ omnia,quæ ei acciderant.Ioan.4.Aliquā do verò loquebatur,vt homo,quęrens, & quaſi dubitans,vt cum dixit Matth.16.Quem dicunt homines eſſe filium hominis? Et cum dixit Ioan.11.Vbi poſuiſtis eum? &c. Gen. 203.c.3.F

In Chriſto ſunt tres ſubſtantiæ vnitæ in unione ſuppoſiti,ſcilicet,anima,corpus,& diuinitas, Gen. 310.c.4.F

Chriſti genealogia, prout deſcribit illam Lucas, & non,prout Matthæus, ſignificatur per ſcalam Iacob. Geneſis,28.Gen. 311.c.1.A

Chriſtus timuit paſſionem timore humano,etiam ſi ſecundum rationem elegerat pati, & ſemper ſciebat,quòd pati deberet,ſed quando actualiter videt ſibi iminere tormenta,conturbabatur,& tremebat totus, Lucæ 22. quando factus eſt in agonia, &c. Geneſ. 331.c.2.B

Chriſtus ſignificatur per capram,Gen. 254.c.2.C

Chriſtus vere comedit poſt reſurrectionem, Exodi tomo 1 45.c.3.F

Chriſtus nec mouetur per ſe,nec per accidens,niſi pcōicationem idiomatum, licet corpus ſuum moueatur per ſe,& anima ſua per accidēs,Exo.tom.1. 47.c.1.A

Chriſtus,quando ægrum aliquem ſanabat,perfectiorem eum reddebat, quàm erat priuſquam eſſet æger,Exo.tomo 1. 54.c.3.I

Chriſtus vſque ad paſſionem ſuam obſeruabit totam legem Moyſi.Exo.tomo 1 81.c.1.C

Chriſtus & eius Apoſtoli nudis pedibus ambulabāt, Exo.tomo 1. 202.c.3.K

Chriſtus & Apoſtoli adducūt quaſdam authoritates veteris teſtamenti, quæ prima facie videntur extortæ,cum tamen non ſint.Exo.to.2. 95.c.1.D

Chri merita valoris erant infiniti.Exo.to.2.167.c.2.D

Ex meritis paſſionis Chriſti Deus condonat peccatis noſtris,& in hoc non miſeretur,ſed iuſte agit,eſt tamē magna miſericordia,quòd pro nobis mori uoluit,& cuilibet noſtrum paſſionis ſuę merita communicare,Exo.to.2. 167.c.2.D

A principio mundi vſque ad Chriſtum fluxerunt anni quinque mille ducenti demptis duobus, in quibus annis per lineam rectam deſcendendo fuerūt ſolum ſeptuaginta quinque generationes, iuxta communem computationem, vt patet Lucæ 3.& ſecundum Matthęum generationes quadraginta duæ,Exo.to.2- 170.c.2.C

Et per generationem intelligitur tempus a natiuitate alicuius,vſque ad tempus,quo habet filium, vel filiam,& hoc communiter fit anno uigeſimo, uel uigeſimo quinto,ibidem

Chriſti corpus formatum eſt,non ex ſemine viri, nec ex ſemine beatiſſimæ Virginis,nec ex carne,& oſſibus eius,Leui. 114.c.1.E

Sed formatum eſt ex ſanguine menſtruo exiſtente in matrice Virginis glorioſę, vt probatur ibidem,Et reſpondet Autor ad motiua tenentium oppoſitum,ibidem

Chriſti conceptio fuit in inſtanti,Leui. 117.c.1.A

In Chriſti conceptione Spiritus ſanctus non depurauit ſanguinem, de quo Chriſti corpus formauit, ſed ipſa Beatiſſima Virgo.Leui. 117.c.3.G

Chriſtus purgabat fęces primæ & ſecundæ digeſtionis,Leui. 118.c.3.H

Nec ſtercus, & vrina emittuntur propter ſuper abundan-

abundantiam cibi, & potus, vt dicunt insipientes quidam,quod probatur ibidem.
Nec debet dici,quòd impuritas ciborum, quos Christus comedebat, resolueretur in aliquid aliud, vt probatur ibidem,
Et dato,quòd sic fieri posset per miraculum,non decuit tñ, vt sic fieret, vt probatur ibidē, 119. c.2.A
Christus cum post resurrectionem manducauit, cibus tamen ille non fuit conuersus in substantiam suam,nec emissus per secessum aut alias uias, sed vel fuit adnihilatus,vel resolutus in aliquid aliud in uisibiliter,vt probatur,Leui. 119.c.2.B
Christi corpus nutriebatur in vtero virginis,sicut corpora aliorum infantium,Leui. 120.c.3.K
Christus passus est anno decimo octauo Imperij Tyberij Cęsaris,Leu.200.c.3.K,Mat.to.6.23.c.1.C,& 270.c.4.H,& to.4.275.c.1.B
Christus non fuit Propheta,Nu: 149.c.2.E
Christi diuinitas probata fuit per miracula, Matthæ. tomo 1 206.c.3.H
Christus per suam doctrinam genuit multos filios, & similiter per suam redemptionem, Nu.tomo 2. 53.c.2.D
Prophetæ Christum vocant regem,quia erat de semine regali,idest,de linea Dauid,secundum carnem, erat tamē regnaturus spiritualiter, iuxta illud Iere. 23.Ecce dies venient,dicit Dominus,&c. Numeri tomo 2 59.c.1.A
Christi genealogiam nullus Euangelistarum deducere posset per lineam Virginis, si eam per fœminas deduceret,Et dato quòd eis reuelaretur, Iudęi tamen nequaquam cognoscere possent illam deductionem,quia nihil computabant per fœminas, Numeri tomo 2 87.c.2.A
De Christo Moyses,& aliæ scripturæ loquuntur dupliciter, vno modo clare,scilicet, in sensu literali, & principali, alio modo metaphorice, & isto secundo modo Moyses,in pluribus locis, loquitur de Christo, sed primo modo non nisi semel, scilicet,Deutero.18.cùm dicitur: Prophetam suscitabit Dominus,&c.ita vt sint verba Moysi. Nam Genes.49.verbis Iacob dicitur:Donec veniat,qui mittendus est,Deut. 102.c.3.H
Christus non proprie dicit Propheta, Deu.103.c.1.D
De modo, quo Christus iudicatus est ad mortem in domo iudicij,Deut. 93.c.2.C
Christi prædicatio durauit per tres annos nondū cōpletos,vt plurimorum est sententia, aliqui tamen sunt,dicentes,quod prędicauit per tres annos & dimidium non completum,Iosue tomo 2.54.c.4.H & 131.c.1.C
Christus dictus est Pontifex,Ad Hebrę.9. quia faciebat talia,qualia summus Sacerdos vete.leg.primo, quia introiuit semel in sancta Sanctorum per proprium sanguinem redēptione inuenta, &c. Iosue tomo 2 142.c.3.H
Christi mortem deflemus quolibet anno in die crucis,non vt ostendamus, quòd mors Christi fuerit contra illius voluntatem: nam potius gaudemus de morte illius,cùm per eam redempti simus, sed dolemus compatientes,vt mereamur dolēdo, &c. Iudi. 120.c.1.C
Christus est in Eucharistia sub modo indiuisibili,Iud. 140.c.2.A
Christus habebat cognitionem oīum futurorum cō tingentium in uerbo,1.Reg.to.2. 67.c.1.D
Christus ex duplici causa maledixit ficulneę, primo ad significandum infructuositatem Pharisęorum; nam Christus vtebatur parabolis in his,quę loquebatur, & similitudinibus in his, quæ faciebant prophetæ,secunda causa fuit ad erudiendos discipulos in fide:volebat enim eos firmare in fide,& spe,2.Reg. 7.c.1.E
Christus filius Dei naturalis,participat maiora bona quàm filij adoptiui in duobus: primò quia communicat pater ei substantiā,secundo,quantum ad extrinseca,quia est hęres uniuersalis Dei 2.Regū 45,c.2.A
Christus quomodo sit,& non sit sacerdos, Matthæ. tomo.1. 31 c.1.A
Si Christum suscepissent Iudæi, nullam illi inferentes molestiam,cessasset tunc lex vetus, & tenuissent Hebræi legem Euangelicam 2.Re. 47.c.1.D
Christus consueuerat semper per noctem dormire, extra ciuitatem,in monte Oliueti sup terrā, & cū eo discipuli eius,& postea in aurora veniebat in ciuitatem, & prædicabat quotidie 2.Reg. 97.c.2.A
Christus quare fleuerit sup Ierusalem,& de differētia fletus Christi ad fletum Helisęi corā Azael 4.Re. 89.c.3.F
A Christi morte,vsque ad destructionem Ierusalem per Romanos,fuerunt anni quadraginta duo 2.Paralipom. 46.c.4.K
Quòd Christi sanguine essemus liberandi ab Angelo percutiente,figura fuit sanguis agni Paschalis, quo liniebantur postes Hebræorum in Aegypto 2.Paralipo. 28.c.3.H
Christus mortuus est tertia die mensis Aprilis,cùm esset triginta duorum annorum,& trium mensiū anni trigesimi tertij,& decem dierum, & tūc erat hora nona in Ierusalem, & luna decima quinta,& in vrbe Toleti erat tunc meridies,& in Salmantica nondum era meridies, sed deficiebat quasi septima pars horæ,vt patet astrologicis demonstrationibus 2.Paralip 28.c.3.I & Mat.to.6. 85.c.1.B
Christus,siue Christi corpus dupliciter accipit, vno modo pro ipso homine Christo:alio modo mysticè,Mat.tomo 1. 8.c.4.F
Christum nihil scripsisse pręter scripturam, quam digito fecit in terra,& pręter Epistolam, quam scripsit ad Abagarum regem, tradit Historia Ecclesiastica,Mat.tomo 1. 21.c.2.D
Christus ex vna parte descendebat de progenie sacerdotum,nam mater sua erat cognata Elisabet vxoris Zachariæ, quæ erat de filiabus Aaron Lucæ 1. Mat.tomo 1. 31.c.1.A
Christo melius applicantur figuræ quatuor animalium,quàm quatuor Euangelistis,Matth.tomo 1. 32.c.1.D.
Christus dicitur filius Dei,verbum, imago, patris, & sapientia patris,diuersis rationibus,Matth.tomo 1. 60.c.3.H
Christi generationem,quare Matthęus descendendo,& Lucas ascendendo descripserunt, assignantur causę,Mat.tomo 1. 67.c.1.C
Christus est nomen dignitatis,& Iesus nomen personale,Mat.to.1.70.c.2.A,& tomo 6.265.c.2.C,& tomo 5.226.c.4.F
Christum esse verum Deum, & verum hominem, quadrupliciter probat Matthęus, Matth.tomo 1. 70.c.1.A
Christi generationem diuinam nemo Euangelistarum tetigit,pręter Ioannem,Mat.to.1. 70.c.3.F
In principio genealogię Christi quare Matthęus posuerit Abraham,& Dauid, Mat.to.1. 72.c.1.D
In Christi genealogiam nullus Iudicum Israel intrauit,Mat.tomo 1 72.c.2.A
Ad Christi genealogiā nō ptinuerūt sacerdotes, nisi ex quadā naturali cōiūctione,neque in Christi genealogia, ponunt sacerdotes,Mat.to.1 72.c.2.E

In Christi genealogia, quare prius ponatur Dauid, quam Abraham cum fuerit posterior, assignantur septem causæ, Mat.tomo 1 72.c.3.K
Christi genealogiam reduxit Lucas vsque ad Adã, duplici causa. Mat.tom.1 73.c.2.A
Christi genealogia sufficienter inchoabatur a Dauid, si Matthęo placeret, sed factum est ex duplici causa, Mat.tom.1 73.c.2.C
In Christi genealogia fit mentio de fratribus Iudę, nõ quia essent Sancti, sed quia fuerunt Patriarchæ, a quibus tanquam a duodecim capitibus deriuatus est populus Israel, Mat.tom.1 73.c.3.k
In Christi genealogia quare fiat mentio de Zaram simul cum Phares, Mat.tom.1 74.c.1.C
In Christi genealogia non ponuntur tres reges, scilicet, Ochozias, siue Azarias, Ioas, & Amasias, & hoc quia Ioram, vt dicit Hieronymus, miscuit se Athaliæ filię impijssimę Iezabelis, & ideo filij eius, vsque ad quartam generationem, de genealogia Christi tolluntur, quia illi reges tam magni fuerunt peccatores, vt non mererentur in genealogia Christi nominari, nec hunc haberent honorem, Matth. tomo 1. 74. col. 1. D, Sed aliter dicit auctor, ibidem 78.c.4.G
In Christi genealogia ponitur Ruth, propter tria, Mat. tom.1 75.c.2.A
In Christi genealogia, quare dicatur Iesse genuit Dauid regem, & non sic de cæteris, qui fuerunt etiam reges ab eo descendentes, referuntur opiniones, & improbantur, & tandem auctor respondet, dicens, quòd ideo sic fuit, quia ante Dauid in progenie Christi nullus fuit rex, &c. Matthæ. tomo 1 77.c.1.A
In Christi genealogia fit mentio vxoris Vriæ, propter multa, Mat.tomo 1 78.c.3.F
In Christi genealogia dicitur a Matthæo, quòd Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius, propter multa. Primo, quia omnes filij Iosię, qui post ipsum manserunt, fuerunt reges successiuè. Secundo propter varia accidentia, & mutationes eorum, &c. Mat. tomo 1 79.c.3.I
Et isti fuerunt quatuor, quorum primus fuit Ioacam, secundus Ioachim, tertius Sedecias, quartus Sellum, sed primus mortuus fuit ante patrem, sed de cęterorum varijs nominibus, & ordine regnandi, Mat.tomo 1 79.c.4.I
In Christi genealogia multi errant circa Iechoniam patrem Salathiel, dicentes eum fuisse filium Iosiæ, cum tamen nepos fuerit, quorum vnus est Augustinus lib. 1. de Concordia Euangelica, Mat.tomo 1 82.c.1.A
De illis, qui ponuntur in Christi genealogia, a Salathiel, & Zorobabel, vsque ad finem excluśiue, non constat ex aliquo lib. sacræ scripturæ veteris testamenti, & dicendum, ꝙ hoc habuit Matthęus ex aliquo loco autentico manifesto Iudæis, quem negare non possent, nã inter Iudęos erant libri, in quibus scribebantur singulæ progenies, Mat.to.1.83.c.1.C
In Christi genealogia diuersi sunt Matthæus, & Lucas in septẽ, primo in personis, quia alias personas ponit Lucas, & alias Matthęus. Secũdo in progressu scribendi. Tertio in modo. Quarto in tempore. quinto, in situ. Sexto in statu. Septimo in numero, Mat.tomo 1 83.c.4.K
In Christi genealogia, Matt. ponit quadraginta duas generationes, quarũ duas excludit Augustinus, s. Iechonię, q ponit bis, s. ante transmigrationẽ, & post, cũ sit vnus, vt dicit, & tollit ẽt Christũ, vt maneant tantũ quadraginta, cuius numeri assignat mysticam causam, sed dicẽdũ, ꝙ Iechonias poni debet bis, qa fuerunt duo, similiter & Christus debet computari, & ita sunt quadraginta duæ generationes, qui numerus significat statum præsentis Ecclesiæ laboriosum, Mat.tomo 1 84.c.4.H
Sed causæ veræ & motiuæ, propter quas Matthæus posuit quadraginta duas generationes, & Lucas septuaginta septem, sunt quia Matthæus intendebat probare Christum esse filium Abrahæ, Lucas vero intendebat completissimam ponere generationẽ, & ideo deduxit vsque ad Adam, ibid. 85.c.1.C
Matthæus, scribens Christi genealogiam, posuit genealogiam Ioseph, volens ostendere Christum esse de semine Dauid. Et si diceret ipsum esse conceptum de Spiritu sancto, non constaret Iudæis, quòd esset de semine Dauid, & ideo voluit innuere eis quòd Christus esset filius Ioseph, vt quidam dicunt, quod tamen probatur esse falsum, Matth. tomo 1 85.c.1.E
Sed dicendum, quòd ideo sic fecit, quia dicens, quòd Ioseph erat vir Mariæ, dicebat, quòd Maria esset de semine Dauid, & consequenter Christus, ibid.
In Christi genealogia ponuntur duo Iechonias, pater, scilicet, & filius, pater tanquàm vltimus in secunda quaterdena, & filius primus in tertia, & Salathiel secundus, & Christus vltimus, Mat. to.1. 86.c.2.D
Christi Natiuitas ex Virgine non fuit occulta diabolo, vt probatur, contra aliquos oppositum dicentes, Mat.tomo 1 87.c.3.H
Christi conceptionem nõ solum Spiritus sanctus sed tota Trinitas operata est, & vnica operatione, Mat. tomo 1 95.c.3.F
Et in ista conceptione aliquid applicatur singulis personis, patri, scilicet, tota conceptio auctoritatiue, filio carnis assumptio, Spiritui sancto ipsa formatio seminis, &c. ibid. 95.c.1.A
Respectu Christi est duplex habitudo Spiritus sancti. nam respectu filij, qui dicitur conceptus de Spiritu sancto habet similitudinem consubstantialitatis, &c. habet etiam habitudinem causæ efficientis, cũ corpꝰ Christi sit creatura, &c. Mat.to.1. 96.c.1.B
Christus magis proprie dicitur conceptus ex Spiritu sancto, quàm de Spiritu sancto, quia, ex, expressius importat habitudinem efficientis quam, de, quæ proprie importat habitudinem consubstantialitatis, vt ait Ambrosius in lib. de Spiritu sancto, & cęt. Mat.tomo 1 96.c.1.E
Cum dicitur, quòd Christus conceptus est de Spiritu sancto non intelligitur, idest, de semine viri apposito p Spiritũ sãctũ, nec de nouo creato, sed qa Spiritus sanctus supnaturali opatione, nullo alio naturali agẽte, nec tanq̃ principali, nec tanq̃ instrumẽtali, tẽperauit, digessit, & formauit menstruũ virginis, donec corpus pfecte organizatũ eẽr, sicut virile semẽ facturũ eẽt, si eẽt ibi cõmixtũ, Mat.to.1.96.c.3.k
Aliqñ tñ Doctores dicũt Spiritũ sãctum fuisse p semine, vt Chrysost. & Damasc. ꝙ Hieronymus dicit eẽ falsũ, & absurdũ, Sed cõcordari possunt, dicẽdo, ꝙ Chrysost. & Damasc. nõ intelligebãt, ꝙ Spiritus sãctus apposuerit aliquod semẽ corporale, vel virtutẽ corporalẽ, sed ꝙ Spiritus sanctus virtute sua supernaturali suppleuit id, quòd faceret semen masculum, si ibi esset, ibid.
Et licet Christus dicatur conceptus de Spiritu sãcto, Spiritus sanctus tamen non dicitur pater Christi, Mat.tomo 1 96.c.4.F
Debuit Christus nasci ex Virgine propter quatuor, Mat.tomo 1 97.c.1.A
Christus prodijt ex vtero virginis nõ determinate per genitale illius, sed per totam latitudinẽ vteri quãta erat latitudo fętus, Mat.tomo 1 97.c.3.H

Index in omnia Opera

Quòd Christum pareret mater eius existens virgo in partu, fuit conueniens propter multa, Mat. tomo 1 97.c.3.H

Quòd Christi corpus fuerit ex purissimis sanguinibus virginis formatũ, ait Damascenus, sed multi aberrant circa istos sanguines, dicentes fuisse de venis virginis, quod non est verum, vt probatur Matth. tomo 1 99.c.1.B

Sed dicendum, quòd fuit formatum de sanguine mẽ struo, de quo formatur corpus hominis, qui non solum non est impurus, nec fœtidus, sed est purior, & perfectior, & pretiosior, quam sanguis, qui est in venis, vt probatur Mat tomo 1 99.c.4.I

In corporis Christi formatione nihil fuit ex parte Virginis, quòd non esset principale actiuum, sed virtus diuina faciens id, quod fit in alijs conceptionibus, per virtutem seminis, quod est a patre. Fuit tamen minus principale actiuum, scilicet, ministrando materiam, &c. sicut cæteræ matres, & ideo dicitur mater Christi, & hæc est rei veritas, Mat. tomo 1. 100 col.3.H

Christi conceptio licet facta fuerit in instanti, corpus tamen illud, expleta conceptione, non fuit tantæ quantitatis, sicut alia corpora humana, quando finitur in eis conceptio, sed postea augmẽtatum est, &c. Mat. tomo 1 101.c.2.B

Christi corpus toto tempore, quo fuit in vtero Virginis, creuit, sed in alijs hominibus non incœpit augmentum, nisi post quadragesimum diem, Matth. tomo 1 101.c.3.F

Christi conceptio non fuit omnino naturalis, nec omnino supernaturalis. Et cum hoc stat, quòd operatio illius conceptionis dicatur absolute supernaturalis, vt probatur Mat. tomo 1 101.c.3.I

Christus habuit tria noĩa, scilicet, Emmanuel, Christus, & Iesus. Prima duo sunt appellatiua, & tertiũ est proprium, & personale, & in Hebræo non dicitur Iesus, sed Iosua: Græce tamen, & Latine dicitur Iesus, & Iosue, corrupto vocabulo, Matth. tomo 1 104.c.2.C

Necesse fuit, quòd Christus nascereturin Bethlehem propter scripturam, & dato quòd non esset scriptura conueniens fuit, vt ibidem nascereturꝙ potius q̃ in Ierusalem, Romæ, aut alias, Mat. to. 1. 106.c.1.A

Christus natus est anno Imperij Octauiani Cæsaris quadragesimo secundo, Mat. tomo 1 106.c.4.G

Tempore Natiuitatis Christi fuit solstitium hyemale, vt dicit Beda die scilicet, vigesimoquinto Decẽbris, Mat. tomo 1 106.c.4.K

Quòd Christus voluerit nasci diebus minimis anni, & tempore magni frigoris, assignatur ratio mystica, Mat. tomo 1 107.c.1.A

Promissiones de Christo licet non fuerint factæ Gentibus, sed Iudæis, magis tamen fuerunt completæ in Gentibus, quam in Iudæis. Cum plures ex Gentibus fuerint ad Christum conuersi, quàm ex Iudæis, Mat. tomo 1 109.c.4.F

Christi natiuitas fuit tripliciter ostensa. Primo Pastoribus, secundo Magis, tertio Simeoni, & Annæ, ad ostendendum triplicem conuersionem ad Christum, primam Iudæorum ex parte, secundam Gentium, tertiam Iudæorum in fine sæculi, Matth. tomo 1 109.c.4.G

Quòd Christus dicatur Nazarenus, vel Nazareus, vel Bethlehemites accidit ex errore Iudæorum, qui putauerunt eum natum esse in Nazareth, sed hoc nomen per errorem introductum magis placuit Spiritui sancto, Mat. tomo 1 143.c.4.K

Christus natus est trigesimo anno regni Herodis, Mat. tomo 1 155.c.3.H

Christus habuit multas probationes ad ostẽdendum quòd esset Messias, scilicet, ex lege, ex miraculis, & ex testimonio Ioannis Baptistæ, Matth. tomo 1. 165.c.3.F

Sed præcipua probatio fuit per miracula, ibidem. 167.c.4.I

Quòd Christus nos redimeret, pendet ex duobus: primo, quòd fuerit talis, quòd posset nos redimere, secundo, quòd fecerit illum actum, per quem redimi deberemus, & ista duo narrauerunt omnes Euãgelistæ, Mat. tomo 1 167.c.4.H

Quòd Christus fecerit miracula, fuit necessarium ad probandum se esse Messiam, præter testimonium Ioannis, vt probatur Mat. tomo 1 169.c.2.B

Præter miracula quæ Christus fecit ad ostendendum se esse Messiam, necesse fuit, vt etiam prænuntiaretur in lege aliquid de eo, vt probatur, Mat. tomo 1 169.c.4.K

Opera, quæ Christus fecit ad redemptionem nostrã, fuerunt prædicatio, legislatio, miraculorum operatio, & nouissime ac præcipue ipsa mors, & ista inceperunt in baptismo eius, quando Ioannes manifestauit eum populo dicens, Ecce agnus Dei &c. & rursus, quando dixit. Post me venturus est, qui ante me factus est &c. Mat. tomo 1 194.c.3.F

Quòd Christus aliquem baptizasset, non legimus, cõuenienter tamen dicitur, ꝙ ipse aliquos baptizauerit saltem Apostolos suos, vel aliquos eorum, vt tenet Augustinus ad Seleucianum. Potuit tamen esse, ꝙ neminem baptizare, bene tamẽ discipuli eius, Mat. tomo 1 195.c.3.K

An Christus habuerit calciamenta teneri põt problematicè, pars tamen negatiua verior est, Mat. tom. 1 196.c.4.K

Christus improprie, & non proprie dicitur obligari, Mat. tomo 1 198.c.4.F

Christus & si vere non poterat obligari ab baptismũ Ioannis, nec ad aliquid aliud, decuit tamen, ꝙ illũ susciperet propter aliquas causas, quæ referuntur, Mat. tomo 1 199.c.1.E

Christus baptizatus est in Iordane potius quã alibi, nõ quia literaliter aliquid conferret ad id, quod intendebat, s. baptizari a Ioanne, sed quãtum ad causam mysticam &c. Mat. tomo 1 200.c.2.C

Christum tentari a diabolo conueniens fuit propter multa, Mat. tomo 1 216.c.3.H

In Christo nõ fuerunt passiones, Mat. to. 1. 217.c.2.A

Christus non fuit tentatus a carne nec a mundo, Mat. tomo 1 216.c.4.K

Christus, multis de causis ibat in desertum locũ, Mat. tomo 1 217.c.2.E

Christus proponitur omnibus nobis in exemplũ per fidem, ad Hebræos 12. Aspiciẽtes in auctorem fidei, & consumatorem Iesum &c. Mat. to. 1 218.c.4.F

Omnes Christi tentationes factas esse in deserto, dicũt quidã, sed probatur esse falsum, Mat. to. 1. 218.c.4.K

Quòd Christus iuerit in desertum, vt tentaretur a diabolo, recte factum est, vt probatur ex multis, Mat. tomo 1 219.c.3.G

Christus in moralibus aliquid fecit, quod partim pertinet ad institutionem, & partim ad potestatis ostẽsionem, in primo debemus exequi exẽplum eius, sed non in secundo, vt patet in ieiunio eius quadraginta dierum, & in tentatione eius, de qua Matt. 4. cum dicitur, quòd ductus est Iesus a spiritu in desertum, vt tentaretur a diabolo, Matth. tomo 1. 220. c.1.C, & 233.c.4.F

Christus propter multa voluit tẽtari immediate post baptismum, Mat. tomo 1 220.c.2.A

Christus ieiunauit, & conuenienter, propter multa. Matth.

Matth.tomo 1 220.c.3.G
Christus sæpius ieiunauit priusquam ieiunaret in deserto,Mat.tomo 1 220.c.4.G
Omnia Christi opera satisfactoria fuerunt pro peccatis nostris, & ista sunt, quæ reseruantur in Thesauro Ecclesiæ, quæ nobis dispensantur per prælatos Ecclesiæ,Mat.tom.1 221.c.1.A
Christus non debuit ieiunare paucioribus quam quadraginta diebus, ne videretur minor Moyse, & Elia,nec etiam pluribus propter multa,Mat.tom.1 221.c.2.A
Christus in ieiunio 40 dierum nihil comedit, Matth. tom.1 222.c.1.D
Et illud ieiunium semel fecit, ibidem 222.c.3.I. Sed his diebus vacauit orationi,ibid. 224.c.1.A
Christum nemo allocutus est in illis, 40 diebus ieiunij,vt probatur,Mat.tom.1 223.c.3.G
Neque loquebatur cum Angelis,vt aliqui dicunt,ibidem. 223.c.4.G, sed his diebus vacauit orationi, ibidem.
Christus meruit impassibilitatem animæ, & immortalitatem suam, & exaltationem naturæ humanæ, & diuulgationem sui nominis per totum orbem, & hoc per actus suos,& maxime p passionē, Mat. tomo 1 224.c.1.C
Christi oratio profuit nobis multipliciter, Mat.to 1. 224.c.2.A
Christus est nobis exemplar in omnibus rebus, non æqualitatis,sed excellentiæ, Matth. tomo 1.224. col.2.A
Ieiunij Christi 40.dierum causa precipua fuit,vt daret occasionem diabolo tentandi eum, Mat. tomo 1. 224.c.3.K
Christi tentatio prima & secunda fuit ad cognoscendum an Christus esset filius Dei, nam in vtraque dixit,si filius Dei es &c.Mat.to.1 224.c.4.G
Christus habebat in se aliquid,secundum quod esuriret, & aliquid secundum quod semper sine fame maneret,quia scilicet,erat Deus, &c. Mat. tomo 1 225.c.1.C
Qualiter esuriret post ieiunium, probatur exemplo Mat.tomo 1 225.c.2.C
In Christi ieiunio fuerunt multæ causę afflictionis, qnæ referuntur, Mat.tomo 1 225.c.4.I
Christus tentatus est post ieiunium, & non prius propter multa,Mat.tom.1 226.c.1.A
Christus non fuit tentatus, nisi tentationibus illis factis a dæmone, capiendo proprie tētationem,Mat. tomo 1. 226.c.2.B
Christus dedit nobis sufficiens remedium in tentatione carnis, & mundi, licet ipse non fuerit tentatus a carne,& mundo,fuit tamen tentatus ad illa,ad quę tentat caro,& mundus,Mat.tom.1 227.c.3.H
Christus patienter tulit tētationes dæmonis, propter multa,Mat.tomo 1 230.c.2.C
Christus superauit tentationes dæmonis per authoritates sacræ scripturæ,& hoc propter multa, Matth. tomo 1 230.c.3.k
Quòd Christus sufficienter responderit tentationibus dæmonis probatur.Mat.to.1 231.c.1.A
Christus vere portatus est a dæmone a deserto in pinnaculum,& a pinnaculo in montem excelsum.
Sed de modo quo potuit sic portari a dæmone, Mat. tomo 1 232.c.2.E
Et conuenienter permisit se portari a dæmone, ibidē 233.c.3.F
Nec visus fuit ab aliquo, cum esset supra pinnaculū, templi,ibidem 236.c.1.B
Christus non habuit Angelum custodē, Mat.tom.1. 243.c.1.B
De Christo tria prędixerūt Prophetæ, sed vnum fuit principale, scilicet,quòd futurus esset legislator Iere.31. Ecce dies venient, dicit dominus, & feriam domui Israel,& domui Iuda fœdus nouum &c.Secundum fuit,quòd esset futurus redemptor noster Isai.53. ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras,& iterum, dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Tertium, quòd esset futurus destructor mortis per gloriam resurrectionis, Psal.15. non derelinques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuū videre corruptionem,Mat.tomo 1 254.c.1.C
Christi prædicatio habuit exordium in Capharnaum, Mat.tomo 1 255.c.4.F
Christus cum baptizatus est a Ioanne, erat vigintinouem annorum,& insuper tredecim dierum, Matt. tomo 1 255.c.4.K
Nam baptizatus est in die Epiphaniæ,ibid. 256.c.1.E
Christus non prædicauit publice,Ioanne prædicante, sed bene postquàm Ioannes incarceratus est, & fuit sic conueniens propter multa, Matth.tomo 1 256.c.4.F
Christus aliqua miracula fecit, priusquàm publice prædicaret, cuius assignatur ratio, Matth. tomo 1. 257.c.2.B
Christus non debuit abstinere a prædicatione,Ioanne iam incarcerato, sicut abstinuit ipso prædicante, propter multa,Mat.tomo 1 257.c.3.H
Christus pluries ibat, & redibat de Iudæa in Galilæā, Mat.tomo 1 278.c.1.E
Omnia Christi gesta in primo anno post baptismum tacuerunt Euangelistæ, scilicet, Matth. Lucæ, & Marci, quæ Ioannes suppleuit, licet multa omisit, Matt.tomo 1 258.c.2.A
Christus prædicationem suam incępit, sicut incępit Ioannes Baptista,dicens: pœnitentiam agite, & hoc fecit Christus propter multa, Matth. tomo 1.260 col.1.A
Christus in principio prædicationis suæ annunciauit pœnitentiam propter multa, Matth. tomo 1.260. col.2.C
Et fuit potius prædicanda pœnitentia, quàm iustitia propter multa,ibid. 260.c.3.F
Per solam Christi mortem appropinquauit nobis regnum cœlorum,Mat tomo 1 260.c.4.H
Christus semper prædicauit pœnitentiam, & appropinquationem regni cœlorum vsque ad mortem, & præter hæc multa alia,sicut patet ex processu omnium Euangelistarum,Mat.tomo 1 261.c.1.E
Christus non prædicauit eo modo, quo nos nunc vtimur assumendo thema, ad cuius propositum omnia prosequimur. Sed prædicabat per modum exhortationis, & interdum per modum narrationis annunciando diuersa,& prępcepta ponēdo,sic enim Apostoli, vt in plurimum, prædicabant narrando res gestas Christi, & prępcepta ab eo tradita, & cęt. Mat.tomo 1 261.c.3.F
Christus omnes fere discipulos vocauit de Galilęa, & ideo ibi suam prædicationē inchoauit,Mat.to.1 261.c.4.F
Christus a principio suæ prædicationis voluit vocare illos,quos postea vocauit Apostolos, propter multa,Mat.tomo 1 262.c.4.k
Christus,vt caput,non computatur,vt pars Ecclesiæ, sed est supra ecclesiam,nec comparatur ad alios de Ecclesia, sicut caput humanū ad cętera membra, quia Christus,vt homo, melior est, quam quilibet alius homo, & quam omnes simul sumpti, & melior est, quam tota Ecclesia, ideo ipse non est propter Ecclesiam, sicut caput naturale propter corpus,

pus, ſed magis tota Eccleſia eſt propter Chriſtum hominem, ideſt, ad ipſum in quantum ipſe eſt dominus eius ideo Chriſtus non computatur tanquā pars Eccleſiæ, vel ſicut vnus de Eccleſia, ſed ſupra Eccleſiam, & cum dicitur eſt caput Eccleſiæ, intelligendum eſt, ideſt, eſt ſicut princeps, Mat. tomo 1. 9.c.3.H

Chriſtus ſemper comparauit homines piſcibus, Mat. tomo 1 263.c.2.B

Chriſtus circuibat totam Galileam prædicando, non tamen Ioannes, & hoc conuenienter factum fuit propter multa, Mat.tom.1 269.c.1.C

Chriſtus prędicauit in ſynagogis propter multa, Mat. tomo 1 269.c.4.G

Quòd Chriſtus miracula faceret, cōueniens fuit propter multa, Mat.tom.1 270.c.3.H

Chriſti doctrina præcedebat miracula, & non è contra, Mat.tomo 1 271.c.1.E

Chriſtus curabat omnes infirmos ad ſe venientes ſeruatis tribus conditionibus, prima quòd non eſſent de gentibus, aut de Samaritanis, ſecunda, quòd peteretur ab eo ſanitas per infirmum, vel p alios nomine eius, tertia, quòd petentes fidem haberent, Mat.tomo 1 272.c.1.A

Chriſtus ſemper volebat fidem eſſe in illis, qui aliquid petebant ab eo, ſ. quòd crederēt Chriſtum id poſſe facere, quod petebant, & hoc Chriſtus petebat, quando videbat aliquos dubitantes ſecus tamē quando apparebat fides, Matth. tomo 1. 272. colum.3 H

Venientes ad Chriſtum non vna, ſed varia intentione veniebant, nam aliqui veniebant, deſiderio audiendi doctrinam eius, alij vt caperent eum in ſermone. &c. Mat.tomo 1 273.c.2.B

Chriſtus inquantum homo, eſt proximus noſter, Mat.tomo 2 249.c.2.B

Chriſtus aſcendit montem, de quo Matth.5. propter multa, Mat.tomo 2 2.c.3.K

Chriſtus tria refugia dicitur habuiſſe, ſcilicet, nauim, & montem, & deſertum, ad quorum aliquod, quoties a turbis comprimeretur, aſcendebat, Matth. tomo 2 2.c.4.G

Chriſtus nulla præcepta poſuit in lege ſua, ſed tantum declarauit prędcepta iuris naturę ſpecialiter, nihil tamen addidit ſuper id, quod erat in Veteri Teſtam. Mat.tomo 2 250.c.4.k

Chriſtus inquantum homo poteſt orare, quia ex ea parte minor eſt Deo, nec tamen propter hoc dicimus: Chriſte ora pro nobis, ſed Chriſte adiuua nos, quia Chriſtus eſt nomen ſuppoſiti diuini, Matth. tomo 3 54.c.3.K

Chriſtus ſolas res neceſſarias ad bene viuendum, inſtituit ſub prędcepto, Mat.tomo 3 85.c.1.C

Chriſtus habuit loculos, non tamen diſcipuli eius, & hoc fuit conueniens, vt probatur Matth. tomo 3 114.c.2 E

Chriſti lex dicitur leuis, non ſimpliciter, ſed propter conſiderationem prędmij, & propter adiutorium ad operandum, &c. Mat.tomo 3 127.c.3.G

Chriſti ſequebantur multi, & propter multa, Matth. tomo 3 132.c.3.F

Chriſtus in omnibus curationibus ægritudinum loquebatur aliquid, Mat.tomo 3 135 c.2.D

Chriſtus non ſemper ſeruabat legem veterem, ſed in quibuſdam ſeruabat illam, & in quibuſdam non, Mat.tomo 3 136.c.3.G

In Chriſto quatenus erat homo multiplex fuit, cognitio, quædam in verbo, & quædam habitualis, i. per habitus, quos habuit ab inſtanti ſuæ conceptionis, per quos cognouit res in proprio genere ſecundum naturam ſuam, alia fuit cognitio experimentalis, & ſecundum hāc potuit addiſcere aliquid de nouo, ſecundum quam admirari potuit de aliquibus realiter, &c. Matth.to.3. 141.c.3.G

Chriſtus eijciebat dæmones verbo, languores verò tangendo curabat. Matt.8. & Luc.4. cuius aſſignatur cauſa. Matth.to.3. 145.c.3.G

Chriſtus non accepit omnes defectus hominum: accepit tamen omnes defectus humanæ naturæ, ſed non accepit defectus ſpirituales, vt ſunt ignorātia, peccatum, pronitas ad malum, difficultas ad bonū, ſed accepit defectus corporales purè naturales, cuiuſmodi ſunt indigentia cibi & potus, & ſomnus, accepit etiam defectus corporales proueniētes ex peccato quantum ad omnes pœnalitates, quæ generaliter ſunt ad omnes homines, vt famē, ſitim, dolorem, triſtitiam, fatigationem mortem. Non tamen accepit defectus, qui non ſunt generales, vt ſunt morbi & deformitates corporis, quæ conſequuntur aliqua indiuidua, & nō totam ſpeciem. Matth.to.3. 146.c.2.D

Chriſtus transfretauit cum diſcipulis ſuis illa transfretatione, de qua Matth.8. propter multa, quæ referuntur. Matth.to.3.fol.156.c.1.A. In qua quidem transfretatione noluit recipere in nauiculam alios, quàm diſcipulos ſuos etiam propter multa, ibidē. 157.c.1.A

Chriſtus aliquādo increpauit publicè diſcipulos ſuos, quia publicè peccauerant, vt patet Matth.17.& Lucæ 9. Matth.to.3. 157.c.1.A

Quòd Chriſtus ſomnum caperet, fuit cōueniens propter multa. Matth.to.3. 157.c.4.G

De Chriſti ſomno in naui Matth.8. & quomodo illum ſuſcepit ſponte, vide ſuper Matth.to.3.fol.158. col.1.C

Chriſtus paſſus eſt iuxta locum, vbi ſepultus eſt. Mat. to.3. 164.c.2.E

Chriſtus non voluit ſemper miracula facere, ne prædiudicaret veritati ſuæ humanitatis, nec multa miracula faciebat, niſi apparente cauſa multum rationabili &c. Matth.to.3. 178.c.1.A

Chriſtus quare non fuerit cognominatus à Capharnaum, ſed à Nazareth. Matth.to.3. 178.c.3.H

Chriſtus ſine ſatisfactione remittebat peccata. Matt. to.3. 182.c.1.E

Chriſtus nunquam voluit dicere Iudæis apertè ſe eſſe Deum, ſic dicens: Ego ſum Deus. Bene tamen implicite, & per circumloquia ad vitandum ſcandalum. Matth.to.3. fol.183.c.3.F. Debuit enim tenere viam mediam, vt nec omnino taceret, nec palam & aperte diceret. ibidem. 184.c.2.A

Chriſto viuente, nunquam annunciatum eſt, quòd eſſet Deus, ſed poſt mortem & reſurrectionem & confirmationem apoſtolorum incœpit prædicari, quòd Chriſtus eſſet Deus, quia facilius poterat hoc perſuaderi propter diſpoſitiones præteritas. Matt. to.3. 183.c.4.G

Chriſtus ſufficienter probauit ſe eſſe Deum, per illud Matth.9. quod eſt facilius dicere, remittuntur tibi peccata tua, an. &c. Et per hoc quòd cognouit cogitationes ſcribarum, &c. vt probatur. Matth.to.3. 185.c.2.C

Chriſtus ſufficienter probauit, ſe habere poteſtatem remittendi peccata, ex ſanatione paralytici, propterea quia illud fecit ad oſtenſionem virtutis ſuæ. Matth.to.3. 185.c.4.G

Chriſtus ad oſtendendum ſe eſſe Deum noluit vti teſtimonio Ioannis dicentis: Ecce agnus Dei: Ecce qui tollit peccata mūdi, quia miracula ſufficientiora erāt ad probandum illud. Mat.to.3.f.186.c.2.B

Chriſtus Matt.9. quare dixerit remittuntur tibi peccata tua, & non dixit: Remitto tibi peccata. Matt. to.3.fol.186.c.2.C. Similiter propter quid dixerit, habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, vide ibidem. 186.c.3.F
Et quare, cum de ſe ipſo loqueretur, dixerit; Vt ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem &c. Et non dixit: Vt ſciatis, quia ego habeo poteſtatẽ, &c. vide ibidem.
De Chriſto nulla virtus poterat exire ad ſanandos morbos, vt probatur. Matth.to.3. 205.c.4.k
Nec fiebat operatio deitatis ſanantis infirmos per humanitatem, tãquam per organum, nec eſt verum, quòd humanitas Chriſti, aut corpus eius ſanaret infirmos. Sed Deus ſanabat eos, vel Chriſtus, qui ſimul eſt Deus, & homo. &, quòd humanitas Chriſti conferret ad opera miràculorum, poteſt intelligi dupliciter &c. Matth.to.3. 206.c.2.A
Chriſtus multoties commendabat fidem in miraculis, quæ faciebat. Matth.to.3. 215.c.2.C
Chriſtus tota vita ſua ſeruauit legem Moyſi, ne Iudæis præſtaret cauſam iuſti ſcãdali, non tamen prædicabat legem, ſed Scribæ & Phariſæi. Matth.to.3. 218.c.4.H
Sed prædicauit euãgelium, quod erat principium noui teſtamenti, &c. ibidem. 219.c.1.A
Sed quare Iudęi permittebãt Chriſto prædicare euangelium, cum ipſe eſſet Iudæus, vide ibidem. f 218. col.4.H. Defen. 11.c.1.E
Chriſtus per loca prædicabat prius, & poſtea curabat languores &c. ad confirmationem doctrinę, quam prædicabat, &c. Matth.to.3. 219.c.2.D
Et faciebat multa miracula multis ex cauſis. ibidem. 219.c.3.F
Chriſtus ſæpe miſertus fuit turbis. Matt.to.3.fol.220. col.1.D
Chriſtum ſequebantur multæ turbæ propter multa. Matth.to.3. 222.c.4.H
Chriſti doctrina difficilis eſt, tã quo ad fidem, quam quo ad opus. Matth to.3. 225.c.2.A
Chriſtus non prædicauit gentibus, nec miſit diſcipulos ſuos prædicare illis, ante mortem ſuam, propter multa. Matth.to.3. 233.c.2.D
Chriſtus nõ ſolis Iudæis venerat, ſed etiam Gentibus. Gen.49. Ipſe erit expectatio Gentium, & Iſa.11. In ipſo gentes ſperabunt. Matt.to.3. 233.c.3.H
Chriſti doctrina introducta eſt in orbem cũ magno rigore. Matth.to.3. 251.c.4.H
Chriſtus prædicabat palam, & in occulto multa docebat apoſtolos ſuos. Matth.to.3. 255.c.1.A
Qui erubeſcunt Chriſtum confiteri, peccant mortaliter. Mat.to.3. 263.c.4.G
Chriſtum negare multipliciter accipitur. Matt.to.3. 264.c.1.A.
Chriſtum vtiliter confiteri eſt voce, & opere confiteri. Mat.to.3. 264.c.2.B
Chriſtus non ceſſauit prædicare vſque ad mortem ſuam, & hoc multis de cauſis. Mat.to.3. 269.c.2.A
Chriſtus non tenuit vitam auſteram regulariter, ſed mediocrem conformando ſe aliis hominibus, & hoc fecit propter multa. Mat.to.3. 283.c.3.I
Chriſtus fuit menſura in omnibus actibus humanis. Matth.to.3. 283.c.2.B
Chriſtus non fecit auſteram vitam, ſicut Ioannes, propter multa. Matth.to.3. 283.c.4.F
Tota Chriſti vita fuit inſtructio noſtra. Matth. to.3. 284 c.1.C
Chriſtus ieiunauit quadraginta diebus, vt nobis aliqñ ieiunãdi exemplum daret, &c. Mat.to.3. 284.c.2.A
Chriſto non inquantum homini, ſed inquantũ Deo, conuenit dare vitam æternam, Mat.to.3. 288.c.3.F
Chriſtus inquantum homo, omnia poteſt quæ vult. Mat.tomo 3 288.c.2.E
Chriſto tradita ſunt omnia tripliciter, Matth.tomo 3 288.c.2.C
Chriſtus reficit nos quatuor modis, Matth. tomo 3. 289.c.3.H
Chriſtum multi impugnabant multipliciter, vno modo veritatem eius reprehendendo, quaſi contra legem ageret. Alij calumniando eius bonitatem, opera diuinitus facta dæmoni attribuendo. Alij tẽtando eius poteſtatem, quærendo ſignum de cœlo &c. alij vero inſidiando ei, vel in propria familia, vel in propria perſona, Mat.tom.4 1.c.1.A
Chriſtus ſeruabat omnes conſuetudines Iudæorum laudabiles, ne eum iuſte, aut ſaltem colorate repellere poſſent, &c. Mat.tom.4 7.c.3.I
Chriſti curationes, nec laborem, nec occupationem habebant, & ideo poterant licite fieri in die Sabbathi. Mat.tom.4 8.c.3.F
Chriſtus electus eſt ad redimendum genus humanũ, & pacificationem noſtri cum Deo, Mat.tomo 4. 9.c.3.F
Chriſtus curabat multos in Sabbatho, propter multa, Mat.tomo 4 9.c.1.B
Chriſtus, ſecundum, quòd homo, dicitur puer & ſeruus, non debet tamen abſolute dici ſeruus, ſic dicendo, Chriſtus eſt ſeruus, ſed Chriſtus inquantum homo eſt ſeruus, Mat.tomo 4 9.c.2.D
Chriſtum perſequebantur Phariſæi propter multa, primo propter inuidiam, ſecundo, quia in reſponſis concludebat cogens ipſos tacere, &c. Tertio, quia non ſolum ipſos conuincebat, ſed tanquam non intelligentes, ac rudes mittebat eos ad diſcendum, adæquans eos paruulis. Quarto propter Sabbathum, quod videbatur Phariſæis Chriſtum violare, Mat.tomo 4 10.c.3.F
Chriſtus ſæpe fugiebat perſecutiones Phariſæorum, cum cogitabant, & procurabant eum perdere, propter multa, Mat.tomo 4 10.c.4.F
De miniſterijs, quæ Chriſtus venit miniſtrare, & non miniſtrari, Mat.tom.4 99.c.4.G
Chriſtus in omnibus operibus ſuis magnam excellẽtiam oſtendit ſuper cæteros homines, Mat.tomo 4 100.c.2.C
Chriſtum ſequebantur multi propter curationes infirmitatum, & propter doctrinam, Matth. tomo 4. 11.c.1.C
Chriſtus curabat omnes languentes, ſequentes ſe, propter multa, Mat.tomo 4 11.c.1.E
Vocantes Chriſtum filium Dauid, volebant dicere eum eſſe Meſſiam, Mat.tomo 4 12.c.4.H
Chriſtus ſemel eiecit integram legionem dæmonum ab aliquo, Mat.tom.4 18.c.3.G
Quando dicitur, quòd Chriſtus fuit in corde terræ tribus diebus &c. intelligendũ eſt, quòd fuerit parte quadam iſtorum trium dierum, & non totis tribus diebus &c. & ita eſt cõſuetudo ſcripturæ, Matt. tom.4 30.c.4.F
Chriſtus manſit mortuus per 40. horas, Mat.tomo 4. 30.c.4.G
Chriſtus iacuit in ſepulchro 37. horis, Matt. tomo 4. 31.c.4.C
Chriſtus non habet aureolam, ſed aliquid excellentius, a quo omnes aureolæ habent originem, & excellentiam accipiunt, Mat.tomo 4 46.c.3.F
Chriſtus fuit virgo, martyr, & doctor, Matth.tomo 4. 46.col.3.I
In Chriſto nihil inuenitur participatiue, ſed perfectiſſime, cum illi ſit datus ſpiritus non ad menſurã.

Ioan.

Index in omnia Opera

Ioan. 3. Mat. tom. 4 46.c.3.I
Christus & Euangelistæ raro allegant scripturam veteris legis secundum omnia verba sua, Mat. tom. 4. 49.c.2.C
Christus semper vtebatur parabolis in sermonibus suis, & hoc propter populum audientem, Mat. to. 4 52. col. 4 K
Christus, qui fuit summus prædicator, vix quartam partem eorum, quibus prædicauit conuertit, Mat. tomo 4 54.c.2.A
Plurima eorum, quæ Christus prædicabat, plus proficiunt nunc, quam tunc, quando ille ipsa prędicabat Mat. tomo 4 54.c.4.G
Christum pauci diuites sequebantur, pauperes tamē multi, Mat. tomo 4 83.c.1.A
Christus aduocatus noster est, qui nunc orat pro nobis offerens merita passionis suæ toti deitati, Mat. tomo 4 106.c.1.B
Christi erat consuetudo, quòd quando ad orandum ibat, solus ibat, Mat, tomo 4 83.c.2.A
Christus incepit prędicare in principio anni trigesimi suæ ætatis, Mat tom. 4 85.c.3.k
A Christi baptismo, & principio prædicationis eius vsque ad eius mortem Pascha transiuit quater, scilicet, Pascha anni tricesimi, & Pascha anni tricesimi primi, & anni tricesimi secundi, & anni tricesimi tertij, quod fuit vltimū vitæ suæ, quia in Pascha Iudæorū crucifixus est, scilicet, prima die Azymorum 1. die. 15. primi mensis eorum, Matt. tomo 4. 85.c.4 F, & Defen. 17.c.4.G
Christus non dedignabatur prædicare in paruis locis, Mat. tom 4 67.c.1.C
Christus vsque ad 30. annum ministrauit parentibus opere manuali, Mat. tom. 4 68.c.2.B
Nemo de cognatione Christi fuit Propheta nec vir literatus, Mat. tom. 4 69.c.2.A
Multa Christus faciebat propter astantes, quæ necessaria non erant, Mat. tom 4 93.c.4.F
Christus vt communiter, faciebat omnia miracula sine inuocatione, Mat. tom. 4 93.c.3.H
Christus potuit super aquas ambulare aliquo ex tribus modis, Mat. tom. 4 108.c.3.H
Christus tria intendebat in miraculis suis, Matt. to. 4. 93.c.2.C
Quòd Christus aliquando vteretur dotibus, quomodo sit intelligendum, Mat. tom. 4 108.c.3.G
Christum non oportet imitari in omnibus operibus suis, etiam in illis, in quibus possumus eum imitari, Mat. tom. 4 180 c.3.H
Christus non nunquam respondebat ad quęstiones Phariſæorū indirecte, qa tunc nō proderat directe respōdere, vt probatur, Mat. to 4 125.c.2.D
Christus non arctabatur obedire præceptis suis, quia non erat illis subditus, nec poterat subiici, &c. Mat. to. 4 140. c.1.E
Christus venit ad multa, s. ad redimendū, ad legē dandū, ad prædicandum, ad miracula faciēdum, ad primum & secuncum missus est ad omnes gentes, ad tertiū solis Iudæis in persona, saltē principaliter: gētibus tñ prædicaturus erat per discipulos suos, quia misit eos ad prædicandū omni creaturæ Marc. 16. ad quartū nō fuit Christus missus gētibus, s. principaliter, sed ad Iudęos, & tñ aliqua, minus principaliter, fecit inter gētiles &c. Mat. tom. 4. 142.c.4.G
Christus magis venit propter gentiles, quam propter Iudæos, Mat. tom. 4 143.c.1.A
Sed ideo Iudæis prædicauit, & nō gētilibus, vt se Messiā ostēderet in lege promissum, Mat. to. 4. 143.c.1.B
Christus multis modis curabat, interdum simpliciter tangendo, interdum tangendo cum certis cæremonijs, aliquando per sola verba imperando morbo, siue præsenti, siue absenti; aliquando sine verbo, & sine tactu, licet præcessisset verbū, &c. Matt. to. 4. 147.c.4 F
Christus pauit turbas plusquam semel, & fuit sic conueniens: primo, vt sic ostenderet potestatem excellentius: secundò propter necessitatem occurrentem. Matth. to. 4. 150.c.1.A
Christus licet aliquando loquutus sit in parabolis, nunquam locutus est in sensu mystico, sed literali, quia semper sensus mysticus præsupponit literalē. Mat. to. 4. 159.c.4.k
Christus vt hōmo non solum potuit peccata remittere, sed etiā potuit sacramenta instituere, per quæ remitterentur peccata nostra, quod pertinet ad superabundantem & superfluentem gratiam eius. Matth. to. 4. 172.c.2.B
In Christo est clauis, idest spiritualis potestas ad recipiendum dignos, aperiendo eis vitam æternam, & excludendum indignos. Sed ista clauis non est sacramētalis, sed maior clauis, quæ dicitur clauis excellētiæ, de qua Apoc. 3. habet clauem Dauid quæ aperit, & nemo claudit. Mat. to. 4. 182.c.2.A
Christi anima ab instanti suæ conceptionis fuit beata, quantum ad partem rationalem, secūdum quā absoluta est à corpore & organis eius: non tamen inquantum fuit alligata secundum vegetatiuum & sensitiuum, & inquātum forma corporis, & hoc fuit ex Dei dispensatione, idest ex speciali voluntate eius, vel ex miraculo & operatione Dei, & anima Christi sic disposita, in sua infusione, quòd non refunderet gloriam in corpus nō erat miraculum; immo esset miraculum, quòd posset refundere: constituere tamen eam. quòd non posset refundere, vel non refunderet, forte fuit miraculum. Matt. to 4. 208.c.3.K. &c.
Christus semel inter Samaritanos prædicauit, & quasi à casu. Mat. to. 4 143 c.1.E
Christus volens interdum gentiles curare, volebat à à Iudæis rogari, ne videretur ad vtrosque, æqualiter se habere. Mat. to 4. 143.c.2.A
Licet Christus non missus esset ad gentes, ex misericordia tamen poterat ipsos curare. Matth. tomo 4. 143.c.3.k
Inter Christi claritatem in transfiguratione, & claritatem in facie Moysi, de qua Exo. 34. assignantur multæ differentiæ. Mat. to. 4. 209.c.4.k
Christus, quando apparuit discipulis suis post resurrectionem, nudus apparuit. Matth to. 4. fol. 214. col. 3. F
In Christo est triplex vnio, vna, qua vnitur Deo per coniunctionem amoris, alia, qua humana natura coniungitur diuinæ. tertia, qua ipse Christus vnitur ecclesiæ. Matth. to. 4. 230.c.4.H
Christo quomodo conueniat habere dotes, & quomodo non. Mat. to. 4. 231.c.1.B
Dote subtilitatis Christus vsus est, quando exiuit claustrum virginale, & quando intrauit &c. ianuis clausis. Matth. to. 4. fol. 108. c.2.E. Et dote agilitatis, quā do incessit super aquas. ibid.
Christus licet aliquando dicatur large membrum ecclesiæ, non tamen dicitur membrum sponsæ. Matth. to. 4. 231.c.2.D
Christus dicitur caput angelorum: non tamen sponsus eorum. Mat. to. 4. 231.c.4.K
Christus tripliciter solebat curare ægros, vno modo credentes, & venientes ad petendum curationem ore tuo, vt patet de leproso, Matt. 8. & Luc. 7. & de decem leprosis. Luc. 17. Alio modo quosdam non petentes, sed ad aliorum petitionem, vt patet de

seruo centurionis &c. Interdum nullo petente conferebat sanitatem aliquibus, vt patet de paralytico in piscina. Ioan. 5. & de cæco nato. Ioan. 9. Matth. to. 4. 262. c. 4. F

In Christo non erant passiones, sed ipse Christus in se ipso concitabat interdum tales motus, quales sunt hominis passionati, &c. Mat. to. 4. 264. c 4. F

Christus nunquam mendicauit ostiatim, nec Apostoli eius, cùm non esset talis consuetudo inter Iudæos, quia Deus vetuerat, Deut. 15. di. omnino pauper & mendicus non erit inter vos. Matt. tomo. 4. 277. c. 3. k

Christi erat illa pecunia, quam Iudas habebat in loculis, & in illam habebat plenũ ius, quia donata erat illi simpliciter Mat. to. 4. 277. c. 4 H

Christus aliquando solet respondere discipulis aliter, quàm petant ipsi, vt patet Act. 1. nam quibusdã dicentibus; Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? intelligentes de restitutione temporali, &c. Christus respondit de spirituali restitutione, vel potius decollatione noui regni, quod nunquam datum fuerat, dicens: Non est vestrum nosse tempora vel momenta. Matth. to. 5. 4. c. 2. A

Christus ex parte animæ, nullum defectum accepit, sed solum ex parte carnis. Matth. to. 5. 30. c. 4 G

Christus fuit primus qui aperte locutus est de sæculo futuro. Mat. to. 5. 125. c. 3. K

Quare Christus non induxit Apostolos abstinere simpliciter à venereis. Matth. to. 5. 137. c. 1 D

Christum cõsolatus est angelus, Luc. 22. per modum ministerij astando ei, eo modo, quo homines consolantur ad præsentiam amicorum, & si nihil aliud eis conferant. Mat. to. 5. 30. c. 4 I

Christus in passione sua dixit manifeste se esse Deũ, & non prius, ne impediretur passio sua. Matt. to. 4. 190. c. 3. G

Christus non fecit, aut dixit aliquid, eo animo vt semper taceretur. Matth. to. 4. 229 c. 1. B

Nullum maius bonum quàm habere Christum habitantem in cordibus nostris, & nullum maius malum, quàm non habere illum. Matth. to 5. f. 13. c. 4 I

Christus nullam pœnam ordinauit in nouo testamento, sed dimisit pœnas disponẽdas per eos, qui præsunt ecclesiæ. Matth to. 5. 57 c. 1. A

Quòd Christus seipsum tradidit, & per ipsum traditi, & Iudas & Iudæi. Mat. to. 4. 272 c. 4. F

Christus dedit tres modos liberandi homines à peccatis, quæ in alterutrum committunt, Matth. to. 5. 45 c. 2. B

Christi prædicatio cœpit in Galilæa in finibus Zabulon, & Nephtalin in vrbe Capharnaum. Matth. to. 5. 75. c. 3. F

Qui dicantur in nomine Christi congregari. Matth. to. 5. 62 c 1. B

Christi gesta in terra Iuda incipiunt narrari ab illo. Matth. 19. cum consumasset Iesus sermones hos, migrauit à Galilæa, & venit in finibus Iudæ trans Iordanem, &c. Matth. to 5 fol 75. col. 3 F. Venerat enim prius in Iudæam, sed propter æmulationem Iudæorum, & specialiter pharisæorum, reliquit Iudæam. Ioan. 4 ibidem. Ascendebat tamen in Hierusalem ad templum in festiuitatibus, in quibus Iudæi solebant ascendere, & maximæ in festo Azymorum, & tunc prædicabat, & faciebat miracula, de quibus Matthæus nihil tangit, sed Ioã. 2. 3. & 5.

Christus non seruabat omnia, quæ mandabat discipulis seruare, vt de fugiendo in alteram ciuitatem, quando in vna esset persecutio; verum est tamen, quòd aliquãdo hoc Christus seruauit, & aliquãdo nõ, nobis dans exẽplũ. Mat. to. 5. 186. c. 1. A. & c. 4 A

Christus pecuniam habebat in eius dispensatore Iuda. Ioan. 12. & 13. & ex pecunia illa emebat omnia necessaria, etiam panem ferebat Christus in via, Mat. 15. & 16. Mat. tomo 5. 202. c. 1. A, & tomo 6. 24. c. 2. B

Christum sequebantur turbæ multis de causis, Mat. tomo 5. 206. c. 2. D, & tom. 4. 11. c. 1. C

Christus sponte passiones suscipiebat, & sponte suscipiens, naturaliter affligebatur ab eis, sicut cæteri homines, Mat. tom. 5. cap. 21. quæst. 5.

Christus circa mortem suam omnia egit clariora tã in dictis, quam in factis, Mat. tom. 5. cap. 21. quæst. 6

Christus aliquando vsus est cautelis, similiter & Paulus, & hoc etiam licet nobis in nostram vtilitatem, cum non cedit in præiudicium iuris alieni, vel non includatur in seipsis aliquod illicitũ, scilicet, quòd sit expresse lege vetitum, Mat. tom. 5 253. c. 2. E

Christus inter se, & Ioãnem posuit duas differentias: prima est ex conditione personarum, scilicet, vitæ suæ, secunda ex conditione doctrinæ, primam seruauit Mat. 11 di. venit Ioannes non manducans, neque bibens, idest, vita Ioannis fuit multum austera circa cibum, & potum, ita vt videretur non manducans. Filius autem hominis fuit mãducans & bibens idest, vita sua mediocris concordans vitę aliorum hominum, &c. Secunda differentia ex conditione doctrinæ, Mat tom. 21. videlicet, Venit Ioann. in via iustitiæ, &c. Matthæ. tomo 5. 262. colum 2. A

Christus est missus post omnes Prophetas, propter multa, Mat. tom. 5 268. c. 2. A

Christi animæ plus perfectionis contulit Deus, quam omnibus hominibus simul, Matth. tomo 4. 218. colum. 4. F

Christus ostendit se esse pretium nostræ redemptionis Mat. tom 4 272. c. 1. E

Duo sunt præcipua, quæ Christum sequi impediunt, s. cura rei familiaris, & communicatio ad vxorem in venereis, Mat. tom. 5 136 c. 4 H

Viuente Christo discipuli eius habebant vxores, & post mortem eius illas retinebant etiam in prædicatione, aliqui eorum eas secum ducebant, vt colligitur 1. Cori. 9. cum dicitur. Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circunducendi, &c. Mat. tomo 5 137. c. 1. A

Christus faciebat miracula propter doctrinam suam, vt crederentur, quæ ipse prædicabat, Mat. tomo 4. 147. c. 2. A

Christum Iudæi maiores, qui mortem ei tractauerunt, cognouerunt esse Deum, & Messiam cognitione quadam habituali, quam postea perdiderunt excęcati, &c. Ita dicit Nicolaus, cuius fundamenta ponũntur author autem tenet, quòd nec ipsum cognouerunt esse Deum: Nec etiam cognouerunt esse Messiam, Matth. tomo. 5. 272 colum. 3. G & sequen.

Christum esse Messiam, quandiu viuebat, non cognouerunt Iudæi, nec poterant cognoscere ex scripturis euidenter, licet bene probabiliter, & per quandã opinionem, &c. Mat. tom 5 275. c. 2. C

Quòd Christus diceretur Nazarenus, fuit magna occasio, quòd Iudæi non crederent in eum, Mat. to. 5 275 c. 3. k

Quòd Christus esset Messias, quando viuebat, nõ poterat cognosci euidenter, sed per reuelationem, Mat. tom. 5 276. c. 2. B

Christi prædicatio incæpit anno 15. Tyberij Cæsaris, Mat. tom 6 23. c. 1 B

Christus ostendebat se Deum in duobus, in quibus Deus excellit omnia, scilicet, per posse, & per intelligere,

telligere, Mat.tom.6 23.c.2.A
Christus nonnunquam ad verba dura respondet blãde, & ad blanda dure, Matthæi tomo sexto. fol.23. col.4.H
Christus aliqua vetabat, quæ tamen ipse faciebat, Mat.tomo 6 39.c.1.E
Christus dicitur mediator Dei, & hominum ratione humanę naturæ, & non diuinę non quia homo est, sed quia humanitatem accepit, Mat.tomo.6.76.colum 3.F
Christus non debuit differre resurrectionem suam vsque ad finem sæculi, propter multa, Mat.tom.6. 81.c.2.A
Nulli ad Christum conueniebaut, quin docerentur, Mat.tom 5 76.c.4 F
Christus semper respondebat directe ad quæstiones illi propositas, nisi ex apertione veritatis sequeretur aliquod malum vel inconueniens, Mat.tom.5. 78.c.2.E
Christus semper habebat sequentes turbas, vel raro erat sine illis, Mat.tom.6 76.c.3.F
Christus sæpe mordebat Pharisæos circa intellectum scripturæ, & hoc propter quatuor, Matth.tomo 5. 79.c.2.D
Omnis doctrina a Christo data manet in æternum, Mat.tomo 6 130.c.1.B
Christi prædicatio durauit annis tribus, & dimidio, vt communiter dicitur, & est satis propinquum veritati, vt probatur, Mat.tomo 6 85.c.1.B
Christus mortuus est anno 33 ętatis suæ incepto, die tertio mensis Aprilis, &c. Mat.tomo 6. 85.c.1.B, & tomo 4 86.c.1.A tomo 5.242.c.4.G
Et probatur contra Magistrum sententiarum, & Augustinum 18. de Ciuit. di. quòd Christus mortuus est die 25 Martij, ibidem 118.c.1.A
Et die centesimo primo, anni trigesimi tertij ætatis suæ, Defen. 20.c.3.K
Christus surrexit die 5. Aprilis, & tunc erat Luna 17. Mat.tomo 6 85.c.3.H
Christum omnes appellabant Magistrum, & assignatur causa. Mat.tomo 6 125.c.1.D
Christus vario modo respondebat quæstionibus illi propositis, Mat.tomo 6 125.c.4 G
Christum aliquãdo esse locutum ad solos discipulos, aliquando ad turbas, aliquãdo ad discipulos, & turbas simul referũt Euangelistę, significantes ꝑ hoc, quod illud quod Christus loquebatur, erat doctrina cõueniens illis, quibus fieri dicunt Euangelistę, Mat.tomo 6 167.c.4.K
Quòd Christus nõ fuerit mortuꝰ morte lapidationis, quam Iudæi consueuerant dare, assignatur ratio, Mat.tomo 6 253.c.2.C
Hoc nomen Christus est Græcum, & significat vnctum, & ideo reges vocabãtur Christi apud Iudęos, Mat.tomo 6 266.c.1.A
Christus multoties significauit patrẽ suum esse maiorem seipso, quod intelligendum est quo ad humanitatem, & quod id, quod habebat erat a patre, Mat.tomo 6 315.c.2.B
Christum possumus imitari dupliciter, scilicet, ex parte corporis, & ex parte animæ, virgines imitantur eum quo ad vtrunque, cæteri vero quantum ad animam, tamen imitantes eum secundum animã possunt magis appropinquare ei, quam virgines, Mat.tomo 7 25.c.4 H
Christus non solum vetuit malum, sed id etiam, quod erat occasio mali, Matth. tomo 7. 43. colum.3.G
Christi humanitatem vocat Damascenus, organum diuinarum operationũ, sed proprie loquendo non est concedendum, Mat.tomo 7 93.c.3.K
Christus aliquando dicebat magna de se aliquando tacebat, quia vtrunque expediebat. Matth.to.7. 107.c.3.G
Christus nunquam fuit infirmus, ideſt languens, non enim sumpsit Christus accidentia quæ proueniunt à particulari corruptione, sed sola illa quæ consequuntur totam speciem, vt sitim, famem, frigus, calorem, &c. Matthæi tomo septimo. fol. 114. col.3.k
Christus dicitur noster frater tripliciter, vno modo natura, alio modo affectione, tertio spiritualiter respectu credentium in Christo. Matth.to.7.f.116. col.4.G
Christi anima nunquam accepit, accipit, nec accipiet species influxas ab angelis, immo ipsa influit in angelos. Matthæi tomo septimo. folio 213. col.1.A
Christus venerat, vt Legislator, & vt Redemptor. Mat.to.7. 280.c.4.F
Christus fuit nostrum Phase, sicut agnus paschalis fuit Phase Hebræorum, prima Corinth.5. Pascha nostrum immolatus est Christus. Matth. tomo 7. 285.c.4.G
Et Christus dicitur agnus propter duo, quantum ad actum redemptionis, primo propter eius innocentiam. secundo propter mansuetudinem. ibidem. 285.c.4.H
Christus significatur per hædum. Matth. tomo 7. 286.c.1.A
Circumciſio magis efficiebat quàm omnes cęremoniæ vet. leg. quia erat ſacramentum fidei, & propterea erat aliquid maius, quàm oblatio agni Paſchalis, ſed tamen non erat maius ſacramentum, inquantum requirebat maiores cęremonias, & ſolẽniores alijs, nam iſto modo ſacrificia dicebãtur eſſe maioris dignitatis quàm omnes cęremonię vet. leg. & quàm oblatio agni Paſchalis, ex parte tamẽ rerum ſignificatarum, & modo expreſſiore repreſentandi, & ſic agnus Paſchalis excedit alia, Leui. 253.c.2.D

Circumciſio dabatur propter duo, ſcilicet, propter cauſam prędentem, ſcilicet, propter diſtinctionem populi, ſecundo propter ſignificationem futurorum, ſcilicet, propter abſciſionem mortalitatis, Deuteron. 59.c.4.F

Serui circumcidebantur a Iudęis, ipſis etiam ſeruis inuitis, & renuentibus, Deuter. 66.c.2.C, Et cogebantur celebrare Phaſe, Matth. tomo 7, 296.c.3.F, & 297.c.2.A

Quod in deſerto non fuerint circumciſi filij Iſrael, ibidem nati, aſſignatur pro cauſa a quibuſdam Hebręis, quia per illos quadraginta annos non flauit ventus Aquilonaris, ſcilicet, Boreas, &c. quod tamẽ impugnatur, Deut. 59.c.3.G, Alij reddũt aliam cauſam, ſcilicet, quod populus Iſrael non indigebat, vt diſtingueretur ab alijs populis per circumciſionem in deſerto, quod etiam retellitur, ibidem, Et tandem Auctor aſſignat pro cauſa, periculum circumciſionis, &c. Deuter. 60.c.2.A, Ioſue tomo 1. 92.c.1.E

Per circumciſionem Iudæi proteſtabantur Meſſiam venturum de ſuo ſemine, cum ob illum circumciderentur, Deut. 115.c.3.I

Quod in galgalis facta fuerit circumciſio in cultris lapideis, potius quàm in ferreis, magis videtur, vt dicunt Iudæi, Ioſue tomo 1 81.c.4.H

Prima cęremonia ritus Iudaici eſt circumciſio, Ioſue tomo 1 83.c.4.G

Circumciſionis pręputia ſepeliunt Iudęi moderni in arena, vt ibi deficcentur, & reſoluta deficiant. Ioſue tomo 1 89.c.1.C

Circumciſio poterat a quolibet fieri, immo & ſeipſum poterat quis circumcidere, Ioſue tomo 1 88.c.4.G

Iſraelitę, omittẽtes circũciſionẽ in deſerto, nõ peccauerũt, &c. Nec Leuitę circũciſi ſunt ĩ deſerto, licet multi Iudęorũ dicãt, ꝙ ſic, Ioſue to. 1. 91.c.4.F

Per circũciſionẽ cõferebãt gratia, & auferebãt macula, & reatus peccati originalis, Iudi. 141.c.3.F

Circumciſio duplex, ſcilicet, carnalis, & ſpiritualis, Mat. tomo 1 65.c.4.G

Circumciſio ſignificabat, & efficiebat. Faciebat enim duo, nam tollebat originalem culpam conferẽdo gratiam, & oſtendebat hominem pertinere ad populũ Dei. Et diſtinguebat ipſum ab omnibus alijs populis, Mat. tomo 1 179.c.3.k

Circumciſio non iuſſa eſt fieri cultro lapideo. vt patet per totum diſcurſum vete. teſtamenti, quare aberrat Magiſter Sent. diſt. 1. quarti dicens ſic, Parado. 41.c.1.C

Chriſtus per ſanguinem ſuæ circumciſionis non inchoauit noſtram redemptionem, vt quidam falſe opinantur, Parad. 41.c.2.D

Circumciſio, & cętera cęremonialia nullius fuerunt efficaciæ poſt Chriſti mortem quo ad obligationem, ſed omnia in Chriſti morte fuerunt exinanita, Parad. 103.c.2.E

Per circumciſionem in ſe non delebatur peccatum originale in vete. teſta. ſed per fidem, quia circumciſio in ſe nihil erat, niſi quoddam ſignum diſtinctiuum populi Dei a cæteris populis, &c. ſed circumciſio valebat, quãdo accipiebatur in fide vnius mediatoris, ſiue iſta fides eſſet in manifeſta proteſtatione, ſiue in occulta, &c. Parado. 114.c.1.A

Adultus multis irretitus, ſi ad Iudaiſmum conuerteretur per dolorem peccatorum ſuorum non ibat ſtatim ad limbum patrum, ſi ſtatim moreretur, ſed prius ad purgatorium, ſecus tamen de nunc baptizato, nam ſi ſtatim moreretur ſtatim euolaret ad cœlum, & in hoc baptiſmus excellit circumciſionem, Parad. 117.c.3.G

Circumciſus. Circumciſi magis tardant in coitu quàm non circumciſi, Gen. 260.c.3.G

Circumciſi, qui poſt Chriſti mortem moriebantur ante Euangelij ſufficientem promulgationem, euolabant ad Cœlum, Parad. 116.c.4.F

Circunuentio. Eſt fraus occulta in verbis, Gen. 326.c.4.I

Circunſtantia. De circunſtantijs, quæ circunſtant actus, prima eſt quis, ideſt quis eſt, qui agit ideſt quis ſtatus perſonæ, quia perſona faciens aggrauat, &c. Exo. tomo 2. 144.c.3.I, Secunda eſt, Quid, non proprie accipiẽdo, ſed per conſiderat onẽ ad intellectum noſtrũ, ideſt, quando agens putat ſe facere id, vel non facere, &c. Tertia eſt, Quantum, quarta quoties, quinta qualiter, de quibus. Sexta eſt, Cum quo, ſeptima Ad quem, &c. Octaua eſt vbi. Nona eſt, Quando, decima eſt, Pro quo, vel ad quid, Et quod bonum eſt, ex omnibus his fit, ideſt, ex integra cauſa, vt dicit Dionyſius, Et malum ex defectibus ſingularibus, ibidem 145.c.3.I

Circunſtantia inquantum huiuſmodi non dat ſpeciem actui morali, ſed obiectum eius, Matthæi tomo 2 145.c.2.C

Circunſtantiæ aggrauant peccata, Matthęi tomo 7 258.c.4.G

Cæteræ circunſtantię præter finem, non faciunt ſem per ſpecialem rationem boni in opere, ſed ſunt ſępe indifferẽtentes, finis autem ſemper facit in opere bonũ vel malum, Mat. tomo 3 1.c.4.G

Non ſunt confitendæ circunſtantiæ peccatorum, niſi quando mutant ſpeciem, Et ingratitudo nõ eſt de his, quæ mutant ſpeciem, quia omni peccato accidit, &c. Mat. tomo 5 74.c.4.F

Cirogrillus. Erat animal immundum in cibis Iudæorum de genere ſeporum, &

rum,& est duplex quidam maioris quantitatis, & grossiorum pilotũ quàm habent cuniculi,qui sunt lepores parui,Leui. 197.c.1.E

Cis. Pater Saulis in Hebræo dicitur quis, sed litera nostra non potest in sono correspõdere quãtum ad omnia linguæ Hebreæ. 1.Regum, tomo 1 185.c.2.E

Cithara. Est iustrumentum habens decẽ chordas,sicut Psalterium,quamquàm alio modo sonans,plectroque percutitur,1.Regum tomo 1 176.c.2.B

Cithara,est instrumentum antiquum,quod vix in vsu venit,& consonat aliqualiter cum Psalterio,sed differt,quia resonat a parte inferiore, & Psalterium a parte superiore,2.Regum 35.c.2.B. 1.Paralipom. 288.c.3.k

Cytropedes. De quibus Leui.11. tripedes sunt, & fictiles, Leuiti. 164.c.1.B

Ciuis. Ad hoc, quòd aliquis sit ciuis oportet, ꝙ participet legibus ciuitatis,ex 3.Poli.Gen. 238.c.3.F

Ciues qui dicantur, secundum Aristotelem, Leuit. 283.c.3.H

Ad esse ciuem bonum requiritur Iustitia , sed ad esse bonum hominem requiritur omnis virtus,quę dirigat actus humanos,Mat.tomo 3 45.c.1.A

Omnes fideles sunt ciues ciuitatis Dei,Matt. tomo 7. 91.c.4.G

Ciues ciuibus inuidere naturale est , Matth.tomo 4. 69.c.4.I

Ciues non sunt,qui non communicant,nam ciuis politiam dicit,De Optima Politia, 1.c.2.A

Ciuitas. Non est sine lege , nec lex sine executore,Gen. 51.c.4.k

Ciuitates,quæ per peccatum contra naturam destructæ sunt,fuerunt quatuor , scilicet , Sodoma , Gomorra,Adama,& Seboim , quarum Sodoma maior erat,Gen. 75.c.4.K

Ad ciuitatem fundandam necessarius est cibus,& potus,sed iam fundata,tã necessarius est iudex, 3.Politi. Gen. 306.c.4.G

Ad ciuitatem & populi vnitatem requiritur loci identitas,& legum vnitas,Gen. 339.c.2.B

Ciuitas non bene consistit in magna multitudine ciuium,9.Ethi.vt si essent decem milliades,Numeri tomo 1 181.c.2.E

Ciuitas non debet esse valde pauper,nec ualde diues, similiter nec rex,Deut. 97.c.3.G

De ciuitatibus refugij, & qualiter collocandę essent in terra Chanaan;Deut. 105.c.1.C

Quadraginta octo ciuitates fuerunt assignatæ Sacerdotibus, & Leuitis,Nu.35.Iosue 10.1. 173.c.3.G

Ciuitates refugij solum fauebant homicidis a casu, & non his,qui tantum vulnerabant,&c. citra mortem.Et homicidæ nò defendebantur ibi totaliter , sed inde educebantur ad ventilandum causam in loco in cuius territorio commissum est homicidium,Iosue tomo 2 134.c.3.I

Ad ciuitatem refugij recipiebatur omnis homicida , si diceret iudicibus illius ciuitatis, qui erant in portis , ciuitatis refugij se casu occidisse, siue diceret verum , siue falsum ; nam tunc nihil probabat , & manebat ibi, quousque accusaretur de homicidio , & illi iudices remittebant ipsum ad iudices illius ciuitatis, in cuius territorio factum est homicidium,Iosue tomo 2 135.c.1.C

Ciuitatis refugij immunitate gaudebat ille,qui volũtarie occidebat alium se defendendo , quia omnibus non reis homicidij dabatur illa immunitas,sed probato , quòd se defendendo, occiderit alium, non tenebatur redire ad ciuitatem refugij, sicut tenebatur redire ille, qui casu occidisset, sed poterat manere vbicunque vellet impune, sic dicunt aliqui,Iosue tomo 2. 135.c.1,E, Sed non applicatur hoc ad literam, quæ loquitur de homicidio casuali,ibidem

Illam immunitatem , quam habebant ciuitates refugij , non debuit habere Sanctuarium in lege vete. Iosue tomo 2 135.c.3.H

Conueniens fuit, quòd ciuitates refugij in veteri testamento, non haberent tantam immunitatem quantam nunc habent Ecclesiæ in nouo testamento,Iosue tomo 2 130.c.2.C

Occidens summum Sacerdotem a casu debebat manere toto tempore vitæ summi Sacerdotis sequentis in ciuitate refugij , Iosue tomo 2 141.c.1.C

Committens homicidium casuale in aliqua ciuitate refugij , debebat fugere in aliam similem , & si in multis ciuitatibus refugij , simile commisisset,debebat fugere in aliam similem , sed quid si in qualibet commisisset , &c. quid deberet facere, Iosue tomo 2 142.c.1.A

Quare homicida casualis deberet manere in ciuitate refugij vsque ad mortem summi Sacerdotis , &c. Iosue tomo 2. 142.c.2.D , Et assignatur etiam causa partim literalis . & partim allegorica, ibidem

Occidens a casu aliquem virum de aliqua ciuitate refugij extra illam & illius territorium , non debebat fugere ad illam , sed ad aliam , & hoc propter hostes , quos haberet in illa ciuitate,Iosue tomo 2 143.c.1.B

Omnis ciuitas refugij erat de prouenientibus ad Leuitas,Num.35. 144.c.3.F

Ciuitates, quæ propria politia viuunt,non debent esse eminenter diuites,nec etiam valde pauperes, vt dicit Aristoteles 3.Polit. Iudi. 180. c.3. F. 2.Paralipo. 16.c.2.A

Ciuitates in sacra Scriptura dicuntur omnia loca murata , siue magna , siue parua sint ; villæ autem dicuntur loca non murata . Nos autem non vocamus vrbes omnia loca murata , sed diuidimus illa in villas , & vrbes ; loca autem sine muris vocantur rura , vel viculi,primo Regũ tomo 1.74. c.2.B Matth.tomo 3 218.c.1.A

Ciuitates Sacerdotum, & Leuitarum non habebant in circuitu agros, nec vineas , sed suburbana duo millia passuum in circuitu cuiuslibet vrbis ad alenda pecora in eis,& ad alias necessitates,&c.1.Paralipom. 92.c.1.C

Ciuitates refugij erant sex , tres ad Orientem Iordanis , & tres ad Occidentem , quarum nomina ponuntur,Iosue 20.1.Paralip. 93.c.2.A

Reliqua de ciuitatibus refugij , uide in dictione Vrbs refugij,

Ciuitates fuisse tempore Iouis probatur contra Ouidium,De Opti.Poli. 2.c 4.I

Homines coacti sunt ædificare ciuitates , & oppida ob vexationem bestiarum , ex Opinione Lactantij in lib.de Natura deorum, De Opti.Poli. 3.c.1.A Cicero tamen dicit causam ędificationis Vrbium fuisse eloquentiam ibi.

Ciuitas non debet esse pauper,neque multum diues, Matth.tomo 6 29.c.4.K

De eiectione de ciuitate in ciuitatem , Matt.tomo 6 246.c.3.I

Prima ciuitas mundi ædificata est a Cayn , & imposuit illi nomen , Enoch , a nomine filii sui Enoch, De Opti.Poli. 3.c.2.B

De duplici ciu'tate Dei, scilicet, & diaboli, vide quid dicat Augustinus, De Optima Politia 3.c.2.C

Clamare. Est verba iactare inutiliter cum quodam turbulento vultu, & mẽte effrenata, Mat.tomo 4 9.c.4.F

Ad clamandum compellit homines timor magnus, Mat.tomo 4. 109.c.3.I

Clamor. Inter clamorem, & vociferationem quid intersit, Iosue to. 1. 104.c.4.H

Clamor est vox confusa, & incerta, Matth.tomo 4. 109.c.3.I

Clamorem in cantandis diuinis officijs fieri vocibus nimis altè resonantibus non decet, Matthæ. tomo 3 66.c.1.B

Clangoris festum. Fiebat, vt dicnnt Iudæi, ad memoriam Arietis, qui oblatus est pro Isaac, Genes.22. quod non omnino improbatur, Nume.tomo 2. 112.c.3.G

In Clangoris festo clangebatur duplici tuba, scilicet, in tubis argenteis, & buccinis, corneis, arietinis; buccinæ seruiebant in festo Clangoris, in memoriam Isaac liberati, & arietis immolati pro eo: deinde fiebat pulsatio in tubis aigẽteis propter duo, scilicet, propter festum calendarum, quod erat in die illa; secundò propter oblationem sacrificiorum &c. Et soli Sacerdotes clangebant his tubis, tam corneis, quàm argenteis, etiam cum ad bellũ ibant. Et clangor huius diei differebat a clangore aliarum festiuitatum in tribus, Numeri tomo 2 112.c.3.H

In Clangoris festo immolabantur viginti tria animalia, & si esset in Sabbatho immolabantur duo agni vltra hæc, idest offerebantur vigintiquinque animalia, Num.tomo 2 114.c.2.B

Dies clangoris non poterat esse prima dies Septembris nostri, nec poterat esse dies expiationis. poterat tamen esse dies decima Septembris nostri, Numeri tomo 2 114.c.3.G

De Clangoris festo, & quomodo fiebat prima die mensis septimi, & de cæremonijs eius, 2.Paralipo. 26.c.1.E, Et de causis institutionis eius, ibidem, 127.c.3.K

Claritas. Christi in transfiguratione non fuit naturaliter ex anima in corp⁹ influxa, in beatis tamen sic. Mat.tomo 4. 208.c.4.I

Claritas Christi in transfiguratione fuit vera claritas, Mat.tomo 4. 207.c.4.F, cum quo stat, quod fuit etiam imaginaria, ibidem 208.c.1.A

Claritas in corpore glorificato, respondet prudentiç, Mat.tomo 4 234.c.1.B

Claritas corporis Christi transfigutati in vestes eius refluebat, Mat.tomo 4 213.c.1.D

Claritas sequitur dotes corporis glorificati, Matth. tomo 4 234.c.3.F

Claritas corporis glorioſi assimilatur claritati Christi in transfiguratione, Mat tomo 4 256.c.4.k

Quomodo claritas Christi transfigurati fuerit claritas glorioſa, aut gloriæ claritas, Matthæi tomo 4. 209.c.1.A

Inter claritatem Christi in transfiguratione, & claritatem in facie Moysi, de qua Exodi 34. multum interest, Mat.tomo 4. 209.c.4.I

Claritas corporis Christi, quomodo glorificauit alios beatos, Mat.tomo 4 211.c.4.k

Claritatem corporum sanctorum comparat semper sacra Scriptura claritati corporum cœlestium, potiusquam claritati elementorum, vel elementatorum, vt Matth. 13. Tunc fulgebunt iusti, sicut Sol, &c. & 1.Corinth.15. Sicut stella differt a stella in claritate, &c. sic, &c. Matthæi tomo 4. 211.c.2.D

Claritatis dos non potest dari viuentibus, Matthçi tomo 4 206.c.2.E

De claritate corporum beatorum scriptura ostendit nobis duo, scilicet, magnitudinem, & differentiã, Mat.tomo 4. 212.c.2.E

Claritas Christi in transfiguratione fuit eiusdem rationis cum claritate gloriæ differens ab ea tantum in modo, Mat.tomo 4 209.c.4.F

Claritas in corporibus glorioſis fuit conueniens propter duo, Mat.tomo 4 235.c.1.A

Clauis. Ligandi, & soluendi, quare sic dicatur, Iudi. 133.c.1.A, Nullas claues habebant Sacerdotes veteris testamenti, Matthçi tomo 1, 186.c.3.F, Mat.tomo 4, 181.c.4.G

Claues metaphoricas regni cœlorum habet Ecclesia, ideſt, ministri eius, vt probatur, Mat.tomo 4 171.c.2.A

Vsum clauium habent hęretici, Matthæi tomo 4, 171.c.2.B

Clauis dicit potestatem, & iurisdictionem, Matthæi tomo 4 171.c.2.D

Claues inferni nõ dicitur habere Ecclesia, sed Deus, vt probatur Mat.tomo 4 171.c.4.F

Clauis Ecclesiæ, vt dicit Hieronymus, est potestas spiritualis ligandi, & soluendi, qua Ecclesiasticus Iudex dignos recipit, & indignos excludere debet a regno. Mat.tomo 4. 172.c.3.F, Quæ definitio probatur bona, ibidem

Tripliciter dicuntur claues regni cœlorum, Matth. tomo 4 171.c.2.B

Claues regni cœlorum, & inferni non sunt eædem, Mat.tomo 4 171.c.4.H

Clauium potestas est in Deo, in Christo homine, & in ministris Ecclesiæ, Mat.tomo 4 172.c.1.A

Clauis Christi, quatenus homo est, non est clauis authoritatis, quia inquantum homo non habet potestatem dimittẽdi peccata, sed a Deo, Mat.tomo 4, 172.c.1.C

Clauis, est quędam potestas, quę datur in ordinatione, & realiter non differt a charactere Sacerdotali, sed secundum rationem, &c. Mat.to.4. 172.c.3.I

Clauis Christi est valde excellẽtior clauibus ministrorum Ecclesiæ, Mat.to.4. 172.c.1.E

Claues nunquam pereunt, sed usus earum, Matth.tomo 4. 172.c.3.I

Partes definitionis clauium declarantur, Matth.to.4, 172.c.4.K

Clauis actus ad duo se extendit, Mat.to.4. 178.c.4.I

Clauis confertur in ordinatione Sacerdotis, sicut potestas conficiendi, quia vtraque est eadem secundum essentiam, scilicet, ipse character potestas verò conficiendi character est, non tamen potestas ligandi, & soluendi, Matth.tomo 4. 173.c.1.D

A claue quomodo differt character, Matth.tomo 4, 172.c.4.I

Claues habet Sacerdos prius quàm habeat materiã, non tamen potest illas pro tunc exercere, & talis vocatur Sacerdos simplex, nec est Iudex Ecclesiasticus. Mat.tomo 4. 173.c.1.E

Clauium actus non est dignis aperire cœlum, sed facere aliquos dignos, vt eis aperiatur cęlum, vel vt in regnum, quod iam apertum est, intrare possint, Mat.tomo 4, 173.c.2.B, & Ecclesia orat pro peccatoribus, vt Deus actus clauiũ boni fiant, & sic possint ad regnum peruenire, &c. ibidem

Claues sunt tantum duæ, scilicet, scientia decernendi & potestas ligandi, & soluendi, vt probatur, Mat. tomo 4, 173.c.3.F, Et istæ duæ claues non sunt tanquam

quam duæ poteſtates ſeparatæ,nam poteſtas clauis eſt eadem eſſentialiter cum charactere Sacerdotali, qui eſt vnicus, differunt tamen ex comparatione ad actus,quia ſunt duo actus quorum vnus alterum præſupponit,ſcilicet,ſoluere præſupponit diſcernere,Mat.tomo 4 173.c.4.I
Quantum clauis agat ad culpæ remiſſionem non eſt arbitrii Sacerdotis,Mat.tomo 4 179.c.1.A
Vſum clauium applicat ſacerdos ad confitentem, & illæ ei proficiunt quantum Deus vult, Matth.tomo 4 179.c.1.D
Clauis ſcientiæ non eſt ſcientia acquiſita,vel infuſa,vt dixit Magiſter Senten.in 4.diſt.19.Matth.tomo 4. 174.c.2.B.Sed eſt poteſtas diſcutiẽdi cauſas in foro conſcientiç, audiendo peccata, & quęrendo conſcientiam peccatoris, & iſta poteſt eſſe ſine ſcientia diſcernendi,ſimiliter & ſcientia diſcernendi poteſt eſſe ſine iſta poteſtate. Et tamen quia exercitium clauis diſcretionis, ſcilicet, iudicare quis ſit dignus non poteſt fieri conuenienter ſine ſcientia acquiſita,vel infuſa pręcedente,ideo clauis ſcientiç non poteſt accipi,ſine peccato in ordinatione, niſi præcedat ſcientia in accipiente,&c.Matth.tomo 4 174.c.2.C
Clauis conſequitur ordinem ſacerdotij, Mat.tomo 4 182.c.1.A
Clauium duplex eſt materia,ſcilicet, immediata, & mediata,materia mediata eſt ipſe homo, qui abſoluitur, & ligatur. Materia verò immediata eſt peccatum,de quo homo abſoluitur, vel ligatur, & iſta nec eſt actus peccati,nec culpa,nec pronitas ad malum,relicta ex actu peccati,ſed macula, reatus, offenſa,tenebrą,pœna,ſed in ratione ſoluendi, reatus eſt materia clauium,Mat.tomo 4 174.c.4.F
Claues regni cœlorum datæ ſunt omnibus Apoſtolis,Mat,tomo 5 192.c.1.A
Claues Eccleſiæ proſunt aliqualiter ad auferendam maculam peccati,vel culpam, accipiendo culpam large, vt aliqui dicunt, quod probatur Matth.tomo 4 175.c.1.E
Clauium poteſtas eodem modo ſe habet in Sacerdote ad effectum ſacramenti pęnitentiç, ſicut ſe habet virtus,quę eſt in aqua baptiſmi, ad effectum ſacramenti baptiſmi,&c.Mat.tomo 4 175.c.2.A
Actus clauium facit ad deletionem maculæ,aut reatus dupliciter,ſcilicet,vt in voto exiſtẽs,vel in actu ſe exercens, de primo patet, vt quando præceſſit ſufficiens diſpoſitio ſiue præparatio,&c.de ſecũdo patet,vt quando quis propoſuit confiteri,& tamen non fuit perfecte diſpoſitus,ſcilicet,quia non habebat plenam intentionem recedendi a peccatis, interdum in ipſa confeſſione, & abſolutione plene diſponitur, quia datur ei plena deteſtatio peccatorum,cum qua infunditur gratia, & hoc fit merito clauium,Mat.tomo 4 175.c.3.G
Clauium poteſtas qualitas quędam eſt,quę reducitur ad ſecundã ſpeciem qualitatis,Mat.to.4 182.c.3.F
Clauis dupliciter accipitur,Mat.tomo 4 182.c.4.F
In actu clauium principale agens eſt ſolus Deus, qui habet authoritatem dimittendi peccata, Matthæi tomo 4 183.c.2.H
Vſus clauium,qui conſiſtit in abſolutione a peccato, non ſe extendit ad mortuos,Mat.to.4. 187.c.1.C
Claues non faciunt ad deletionem maculæ, vel aliorum principaliter,ideſt,vt principale agẽs,quia hoc competit ſoli Deo,ſed agunt,vt inſtrumẽtum, nõ quidem vt inſtrumentum pertingens ad animam, cuius eſt peccatũ,quod deletur,&c. ſed diſpoſitiue in uirtute Dei,Mat.to.4.175.c.3.I. & aliqui putant, q̃ claues ſolum ordinantur ad remiſſionem pęnæ, & non maculæ ſiue culpę, quia dicunt, q̃ requiritur pręcedens pręparatio.per quam tolluntur peccata,ſed oppoſitũ probat,Mat.to.4 175.c.4.F, & C
Per claues poteſt dimittere Sacerdos aliquid de pęna temporali debita pro pctõ,Mat.to.4. 176.c.2.B
Virtute clauium agit Sacerdos ad pęnam ęternam remittendã aliquo modo,&c. Mat.to.4. 176.c.4.I
Quòd claues non habeant ęqualem efficaciam reſpectu cuiuslibet peccati,ſed ſecundum proportionẽ magnitudinis peccati,nõ videtur ſatis rationabile, Mat.to.4.177.c.1.B.põt tamen teneri,q̃ ſm proportionem,vel alias,Mat.to.4. 177.c.2.E
Per claues non remittimus quantum volumus, ſed quantum remitti poteſt per eas,quia non agunt imperio noſtro,Mat.to.4. 177.c.1.C
Per claues poteſt interdum remitti tota pęna peccato debita,Mat.to.4. 177.c.1.A.& ſeq.
Claues ſacramentales magis directe agunt ad pœnã, quàm ad maculam ſiue culpam large dictam, &c. Mat.tomo 4 177.c.4.H
Claues ita ſe habent ad ligandum,ſicut ad ſoluẽdum, Mat.tomo 4 176.c.2.D
Actus clauiũ eſt ligare.& ſoluere,Mat.to.5. 57.c.4.G
Virtute clauium poteſt Sacerdos aliquo modo tã in culpam large ſumptam,quàm in pęnam, Matth. tomo 4 178.c.2.A
Actus clauis non eſt excommunicare, pendet tamen a claue,Mat.to.4. 178.c.2.D
Clauium virtus dependet a paſſione Chriſti,& ab illa directè eſt virtus ſoluendi,non tamen virtus ligandi directè,& ideo nec Sacerdos per claues directè ligat, ſed ligare dicitur quantum ad pœnam reſiduam,quam non tollit.poteſt etiam dici, q̃ uirtus ligãdi,directè ſit a paſſione Chri,Ma.to.4.178.c.3.I
In Chriſto eſt clauis,ideſt ſpiritualis poteſtas ad recipiendum dignos,aperiendo eis vitam ęternã,& ad excludendum indignos, & iſta clauis non eſt ſacramentalis,ſed maior clauis,quæ dicitur clauis excellentiæ,de qua Apoc.3.habet clauem Dauid, aperit,& nemo claudit.&c.Mat.to.4. 182.c.2.A
Virtus clauis eſt in nebis,ſicut virtus inſtrumentalis, quia non per ſe agit ad remiſſionem peccatorum, Mat.tomo 4 182.c.2.C
Clauem propriè ſumptam habent ſoli Sacerdotes, Mat.tomo 4. 182.c.4.F
Clauis eſt poteſtas ſpiritualis ad aperiendum regnum cœlorum,Mat.tomo 4. 182.c.4.H
In actu clauium nullus homo poteſt operari, vt principale agens,quia nec ipſe poteſt gratiam per ſe dare,nec ex actu proprio mereri, vt alteri detur ſufficienter gratia, per quam remittantur peccata, Mat.tomo 4. 183.c.2.C
Claues non habent viri ſancti, qui non ſunt Sacerdotes,Mat.tomo 4 183.c.2.A
Claues Eccleſiæ proſunt ad culpam tollendam,Mat. tomo 4 175.c.1.E
Actus clauium facit ad deletionẽ maculæ,vel offenſę dupliciter,Mat.to.4. 175.c.2.G
Claues non cogunt voluntatem,ſed perficiunt,Mat. tomo 4 175.c.3.I
Sacerdos per claues poteſt aliquid remittere de pœna temporali,Mat.to.4. 176.c.2.D
In ſubijciendo ſe clauibus Eccleſiæ duplex conſurgit meritum,Mat.to.4. 176.c.4.F
Remiſſione,quę virtute clauium fieri ſolet,caret ille, qui moritur ſine confeſſione habens propoſitum confitendi,& optans confiteri, ſed caret copia confeſſoris,Mat.tomo 4 176.c.4.H
Per claues tollitur aliquid de pęna debita cuilibet peccato,Mat.tomo 4 177.c.1.A

Per claues tãtum remittitur quantum remitti poteſt, Matth.to.4. 177.c.1.B
Remiſſio per claues non fit niſi in abſolutione ſacerdotali. Mat.to.4. 177.c.2.A
Quomodo virtute clauiũ ſacerdos habeat virtutem ligandi. Matth.to.4. 178.c.2.A
Excommunicandi poteſtas à claue dependet. Matth. to.4. 178.c.2.D
Vſum clauium habẽt tam mali quàm boni ſacerdotes. veruntamen de neceſſitate præcepti, & de honeſtate debent eſſe iuſti illi, per quos alij iuſtificantur, & ideo in peccato mortali exiſtens ſi miniſtrat ſacramentum pœnitentiæ vel alia ſacramenta, peccat mortaliter, præterquam ſi miniſtret baptiſmũ in articulo neceſſitatis. Matt.to.4. 184.c.1.E
Vſus clauium non prodeſt defunctis, ſ. quo ad ligare vel ſoluere, nec illis obeſt excommunicatio, etiam ſi ex quibuſdam apparitionibus videatur oppoſitũ. Mat.to.4. 187.c.2.C
Poteſtas clauium manet in ſacerdotibus hæreticis, ſchiſmaticis, excommunicatis, degradatis, & depoſitis, & hoc quantũ ad eſſentiam, non tamẽ quoad vſum propter defectum materiæ, qua quidem materia priuat illos eccleſia, quia ſubiectio & prælatio iſtorum ad hũc vel illũ, nõ inſurgit naturaliter, nec ex Chriſti inſtitutione & ordinatione, ſed ex eccleſiæ ordinatione, ideo per eccleſiæ prælatos poteſt alicui ſubtrahi ille, qui erat illi ſubditus, eccleſia tamen priuat hæreticos, &c. ſubditis ſimpliciter, vel quantum ad aliquid, in quo ſuſpenditur quis, &c. Matth.to.4. 184.c.3.K
Vſum clauium non poteſt quilibet ſacerdos exercere in omnes homines indiſtinctè, præterquam in articulo neceſſitatis. Matth.to.4. 185.c.1.E
Materia actus clauium eſt duplex, ſcilicet homo, qui abſoluitur, vel ligatur, & peccatum in quo homo ligatur, vel de quo abſoluitur, ſed materia propria clauium nõ habetur, niſi per iuriſdictionem, cum requirat prælationem in exercente vſum clauium, poteſtas ordinis datur homini immediatè à Deo, ſed poteſtas iuriſdictionis, videtur deſcendere à ſuperioribus ad inferiores. Matth.to.4. 185.c.4.H
Clauium poteſtas duplex. Matth.to.5. 57.c.4.H
Clauis ordinis eſt poteſtas collata per ſacramentum ordinis ſacerdotalis indelebili charactere inſignita ad conficiendum corpus Chriſti verum, cui annexa eſt poteſtas ligandi atque ſoluendi corpus Chriſti myſticum. Matth.to.5. 57.c.4.H
Materia in vſu clauis eſt duplex. Matth.to.5. cap.18. quæſt.117.
Clauis iuriſdictionis eſt poteſtas data alicui, ſecũdum quam reſpicit corpus Chriſti myſticum, modo nõ ſacramentali, & hæc poteſtas data fuit Mat.18. per illa verba, quęcũque ligaueritis, aut declaratur iam fuiſſe datam, quia illud ligare & ſoluere ibidẽ principaliter eſt extra forum pœnitentialem, cum dicatur ſupra de eo, qui admonitus per eccleſiã, vt ceſſet à peccato, & nõ ceſſat, ꝙ habeatur tãquã ethnicus & publicanus. Matth.to.5. 57.c.4.H
Clauis iuriſdictionis cum detur ſine ſacramento ordinis, poteſt dari omni tempore, & ideo potuit dari diſcipulis Matth.18. per illa verba quæcunque ligaueritis, &c. vel ante vel poſt Chriſti reſurrectionẽ. Matth.to.5. 58.c.4.H
Vſus clauiũ nõ erat in Apoſtolis dũ ipſe Chriſtus erat inter hoĩes, licet haberent ipſam poteſtatem. Mat. to.5. 59.c.1.C
Claues non ſignificantur datas eſſe ſoli Petro, vel dandas, per illud Matthæ. 16. Tibi dabo claues regni cœlorum, &c. ſed etiam cæteris. Dictum eſt enim ad ſolum Petrum ad ſignificandum vnitatẽ eccleſiæ, ſed Matth.18. dicitur ad omnes, vt innuatur quòd quilibet prẹlatus eccleſiæ poſſit imponere pœnam delinquenti non ſe emendanti. Matth. to.5. fol.59. col.2. A. Et eædem ſunt claues datæ Petro, quæ & aliis. ibidem.
Clauium poteſtas duplex eſt, ſcilicet ordinis & iuriſdictionis. Mat.to 5. 57.c.4.H
Poteſtas conficiendi corpus Chriſti verum, non dicitur clauis, ſed character, quia effectus clauis eſt aperire & claudere, quod non extenditur circa corpus Chriſti verũ, ſed poteſtas ſecundum quam ſe habet ad corpus Chriſti myſticum, dicitur clauis. Matth. to.5. 57.c.4.H
Clauis & character quomodo differant. Matth.to.5. 57.c.4.K
Clauis proprie, ſiue iuriſdictionis ſiue ordinis, non eſt data à Chriſto omnibus, &c. Mat.to.5. 58.c.2.B
De actibus clauis iuriſdictionis. Matth. tomo 5. fo.58. col.3.H. 57. col.4.G
Claues ſunt in Eccleſia: nam extra eccleſiam nemo habet actum clauium, & ipſa habet claues in partibus miniſterialibus eius, & ipſa eccleſia vniuerſalis exercet actus clauis iuriſdictionis per ſe ipſam, quia concilia generalia excommunicant, abſoluunt, ſuſpendunt, interdicunt, deponunt, cauſas audiunt & definiunt, indulgentias concedunt, quæ omnia pertinent ad clauem iuriſdictionis. Matth. to.5. 58.col.3.I
Clauis ordinis non eſt maior in vno quam in alio, ſecus tamen de poteſtate iuriſdictionis, quæ forte eſſet maior in aliquo apoſtolo, quàm in alio: de quo nihil aſſeritur, tamen non erat alia & alia, &c. Matt. to.5. 58.c.2.C
Claues Eccleſiæ ſunt contra id, quod cauſatur directe ex peccato, inquantum eſt peccatum, Defen. 6.col.3.K
Clauis ſemper habet effectum niſi erret. Matth.to.5. cap.18.quæſt.117.
Claues regni cœlorum ligandi & ſoluendi, non vnus homo accepit, ſed vnitas eccleſiæ vniuerſalis &c. ait Hierony. Defen. 38.c.3.F
Clauis eccleſiæ non poteſt extendi niſi ad ea, quæ eadem eccleſia definiuit extendi. Matt. to.5. cap.18. quæſt.117.
Clauis Dauid vocatur poteſtas aperiendi ſacram ſcripturam propterea quòd Dauid plura myſteria cognouit de Chriſto quàm cæteri prophetæ. Geneſ. 13.c.4.I
Claues regni cœlorum ſunt ad aperiendum & claudendum regnum cœlorũ, claudere autem & aperire eſt ligare & ſoluere. Matth.to.5. 59.c.3.F
Clauſtrum eſt vita Monachi. Matth.to.3. 154.c.1.E

Clementia. Inter clemẽtiam miſericordiã & liberalitatem quid interſit. Ioſue to.1. 48.c.4.I

Cleopatra. Cleopatram reginam Aegypti hynalis ſerpens ſomno necauit. Deut. 170.c.2.A

Clericus. Clerici dicũtur quaſi ſortiti, &c. Gẽ. 11.c.1.C
Clerici, in minoribus conſtituti poſſunt cõtrahere, vt patet extra de clericis cõiugatis per totum. qui etiã poſſunt vouere ſicut laici, & ſi ſint in ſacris non habentes beneficiũ ſimiliter, & etiã habẽtes, ſi beneficiũ non requirat reſidentiã, ꝙ ſi requirat non poteſt vouere peregrinationem ſine licentia ſui ſuperioris. ad intrandum tamen religionem ſufficit quòd petat licentiam ab epiſcopo, ſiue obtineat illam, ſiue non, de clericis autem degradatis, qui

qui aliquid vouerunt,quid dicendum sit. Nu.to.2, 142.c.2.D
Clerici ecclesiarum oriẽtalium,scilicet Græci,& clerici occidentales conueniunt in duobus: & in alijs duobus differunt: cõueniunt primò,quia vtrique, si sint in minoribus tantum possunt contrahere, non tamen si sint in sacris. Differunt primò, quia orientales,cum promouẽtur,non promittunt continentiam, occidentales verò sic: secundò quia orientales, post promotionem ad sacros ordines, possunt vti matrimonio prius contracto, occidentales verò nec prius contracto, nec in posterũ contrahendo. Num.to.2. 150.c.4.E
Clerici,in sacris ordinati, nõ possunt compelli ad bellum,nec monachi.1.Reg.to.1. 92.c.4.H
Clerici non sunt simpliciter liberi in rebus vel in personis: seculares tamen sunt simpliciter liberi. 3.Reg. 142.c.1.E
Habitus clericorum in ecclesia Christi habuerũt originem ex vestibus & habitu ministrorum veteri testamenti.1.Paralip. 174.c.3.H
Clerici quare habeant tonsuram in capite. Matth. to.1. 24.c.3.E
Clerici dicuntur à cleros, quod est sors,vt habetur 21. dist.cap.cleros. Matth.to.2.fol.160.col.1.B. Matth. to.3. 45.c.2.D
Clericis non licet pugnare.1.ad Thim.3. oportet episcopum nõ esse percussorem, & hoc idẽ de presbytero,& de omnibus ecclesiasticis intelligitur. Mat. to.3. 31.c.2.D
Clerici in multis debent excedere laicos.Matth.to.3. 45.c.1.C
Quilibet clericus tenetur esse melior quàm laicus in his,quæ tenetur seruare laicus,& quilibet prælatus melior quam subditus. Matth.to.6. 38.c.2.C
Clerici tenentur præstare laicis exemplum bene viuendi.Mat.to.3. 45.c.1.D
Clerici succedunt loco apostolorum. 35.dist. cap.ecclesiæ principes, & ideo tenẽtur eos imitari. Matt. to.3. 45.c.2.A
Clericus peccat grauius quàm laicus expendendo proprium patrimonium indebite,cum clericus teneatur esse in maiore gradu virtutis, quàm laicus. Matth.to.3. 46.c.1.A
Clerici non sunt domini bonorũ,quæ habent intuitu ecclesiæ,vt sunt fructus beneficiorum, sed dispensatores,vt tenet S.Tho.super Matth.to.3.fol.46.c.1. A.& seq.sed dicẽdum,quòd omnium istorum fructuum licitè acquisitorum clerici sunt domini, & dicitur licitè acquisitorum, quia interdum clerici fructus beneficiorum non faciunt suos, vt si interuenit simonia, vel si nõ dicant diuinum officium, & in aliquibus casibus clerici cõcubinarij, & quantum ad istos fructus sic perceptos clerici non habent aliquã administrationem, nec possunt expendere in necessitatibus suis, neque eleemosynas de eis facere, sed restituere tenẽtur illos illis ecclesijs, quibus debentur. Matth.to.3. 46.c.2.D
Clericus est dominus fructuum beneficij sui, & etiã est dispensator,nec vnũ derogat alteri,dicitur enim dominus inquantum fructus efficiuntur sui, & dicitur dispensator inquantum prædicti fructus proueniunt clerico ab ecclesia, quæ instituit illos principaliter, vt clericus ex illis sustentaretur, quia alias nemo esset,qui ministrare vellet,&c. 1.Corinth.9. Qui altario seruit,&c. nec ecclesia intendit aliquẽ ditare sed solum dare sustentationem. Matth.to.3. fol.46.col.3.K. Si tamen aliqua superfuerint,vult quòd expendantur in vsus pauperum, vt innuitur. 12.quæst.1.cap.illi autem,& c.res ecclesiç,& c.nulli episcoporum, & c.si priuatum. Si autem expendant in alios vsus,peccant, & tamẽ quia clerici effecti sunt domini fructuum licite acquisitorum, transfertur dominium,sicut si darent de bonis patrimonialibus. Et hoc videtur esse de mente Thomæ in Quotlibe.ibidem.
Regula generalis est,quòd quicunque clericus expendens fructus beneficij sui immoderate,peccat mortaliter etiam si expendat in vsus, qui alias essent honesti & liciti, & hoc si fiant illæ expensæ propter laudem humanam vel affectionem, nõ tamen tenetur ad restitutionem,&c.cum sit verus dominus illorum fructuum, & ideo tenet donatio, vel administratio facta, si tamen tantundem restituerit de bonis proprijs, erit securior in foro conscientiæ,&c. super Matthæum tomo tertio, folio 47. col.2.A.
Inter clericum, & laicum diuites ad dandum eleemosynam de superfluis, hoc interest, quia laicus non tenetur quærere pauperes, ad dandam eis eleemosynam, sed quando occurrerint, & petierint, clericus tamen non solum requisitus tenetur dare eleemosynam, sed ipse debet etiam pauperes inquirere,idest,tenetur vigilare in loco,& regione, in qua viuit, vt sciat, qui sunt vere pauperes, vt eis subueniat,&c.vt dicit Hieronymus ad Damasum, & habetur 16. quæstio.1. cap.quoniam, Matth. tomo 3 47.c.3.G
Nec debet intelligi id, quod dictum est, quòd quandocunque clericus possidet aliquod superfluum, sit in peccato mortali, quia potest differre ad alia tempora,&c. vt det, secus tamen si haberet intentionem non dandi pauperibus tunc vel postea, sed intentionem possidendi,vt fiat diues:nam tunc videtur,quòd peccet mortaliter,Mat.to.3. 47.c.4.K
Clericus non potest alienare bona immobilia beneficiorum, sed solos fructus inde percipere, quòd si alienauerit, tenetur ad restitutionem, cum talium non sit dominus,nec administrator, Matth.tom.3 48.c.2.D
Clericus non potest pro sua sustẽtatione accipere de bonis fabricę alicuius Ecclesię,nec de illis dare eleemosynam, & si faciat tenetur ad restitutionem, Mat.tomo 3 48.c.2.D
Clericus faciens se impotentem ad benefaciendum pauperibus, propter aliquos sumptus immoderatos, peccat mortaliter, si illi sumptus sint multum excessiui,si tamen aliqualiter excedant,& non multum,potest fieri hoc bona fide,idest,cum recta conscientia,Mat.tomo 3 48.c.3.F
Clericus habens bona patrimonialia, de quibus possit sustentari,similiter & bona Ecclesiæ, de quibus possit etiam sustentari, tenetur sustentari de quibus voluerit, & alia dare in eleemosynam, & non poterit quædam accipere ad sustentationẽ, & alia relinquere,vt inde ditetur, & hoc verum est quando sufficiũt bona patrimonialia, vel bona Ecclesiastica,si autem non suffecerint, accipiet de vtrisque quantũ sibi sufficiet, & reliquum dabit in eleemosynam & in hoc casu debet clericus expendere de bonis patrimonialibus,& cum non suffecerint, accipere de bonis Ecclesię,2.quæst.1.ca.ex his,& cap. Episcopus,&c.Mat.tom.3 48.c.4.G
Clericus incursu symoniæ perdit decimas Mat.tom.6 220.c.3. F. Similiter si sit notorius concubinarius, ibidem.
Clerici tempore Aduentus ieiunare nõ tenentur,nisi de honestate,Mat.tom.3 95.c.4.G
Omnes clerici debent esse egentes, Matth. tomo 6. 221.c.3.I

Omne,

Omne,quod clericorum eſt, pauperum eſt. Matth. to.6. 221.c.4 H
Clerici ſæculares non ſoluunt decimas de eccleſiæ poſſeſſionibus. Mat.to.6. 228.c.2.E
Quare clericis ſit primo vetita vſura. Matt.to.7. f.54. col.1.B
Plura non licēt clericis,quæ tamen licent laicis. Mat. to.7. 52.c.4 K
Clericis licet vendere,quod emerint,non tamen cauſa negociationis. Matth.to.7. 61.c.2 C
Et licitum eſt illis carius vendere quàm emerint, ibidem.
Clericis vetitæ ſunt negociationes propter lucrum tantum. Matth. tomo ſeptimo. 61.c.3-F
Non licet clericis pauperes nutrire lucris. Matt.to.7. 61.c.3.I
Clerici aduocare cauſas nō poſſunt,niſi Eccleſiæ ſuæ, aut perſonarum coniunctarum, aut miſerabilium, orphanorum,viduarū, cæterorumque pauperum. Exo.to.1. 83.c 4.I
Clericis vetitum eſt turpe lucrum tripliciter. Matth. to.7. 61.c.4.k
Clericorum officio repugnat valde negociatio. Mat. to.7.fol.62.col.1.E. Sed quare clericis vetetur negociatio,vide ibid.
Clerici non poſſunt teſtari de bonis eccleſiaſticis, & ſi teſtentur de illis, non valebit teſtamentum, ſed eccleſia ſuccedit extra de teſtamentis cap. relatum,&c.Matth.to.3. 49.c.1.C
Clericus quicquid & quantumcunque donauerit cognatis ſuis de bonis Eccleſiæ, vel alijs extraneis, tenet donatio,nec habet Eccleſia ius repetēdi mortuo clerico : non tamen licet clerico donare cognatis ſuis quantum voluerit. Nam ſi ſint diuites, nihil eis donare debet, quia habēti dare nihil aliud eſt quàm perdere.1.q.1.c.paſtor,& hoc niſi ſit quid modicum, quod inter amicos donari ſolet, ſicut moderate inuitare,&c. Securius tamen eſt illis nihil dare, quia illi, quibus ſua ſufficiunt, non ſine grandi peccato accipiunt ea, de quibus pauperes erant victuri. Si autem ſint pauperes poteſt illis dare ſolum ad ſubleuandum inopiam, ſed non ad ditandum eos. Matth.to.3. 49.c.1.E
Clericus nihil poteſt dare cognatis, niſi vt pauperibus, ſcilicet victum, & veſtitum. 12.q.2. c.quiſquis apiſcopus. Mat.to.3. 49.c.2.E
Clerici tenentur ad gratiarum actiones pro cibo &c. Matth.to.4. 95.c.1.B
Clerici in conuiuio tenentur non ſolum menſam benedicere, ſed etiam aliquid de ſcriptura ſacra legere. Matth.to.4. 95.c.1.E
Clerici melius faciunt viuentes pauperibus ſua diſtribuendo,quàm eccleſiæ omnia dando. Matth.to.3. 275.c.3.H
Quomodo intelligitur quòd bona clericorum ſunt bona pauperum. Matth.to.4. 278.c.1.A
Clericis aufereudæ ſunt decimæ propter notorium concubinatum, & propter ſimoniam. Matth.to.6. fol.220.col.4.F. Contra cleri.concubi. fol. ſexto. col.1.A
Clerici appellantur pauperes extra de præſcriptio.cap. nihil. ſimiliter & imperator eos ſic vocat. C. de ſacroſanctis eccleſijs, l. priuilegia, & extra de decimis. cap. tua nobis. Matthæi tomo ſexto.fol.221. col.3.I
Clericis non licent multa, quæ licent laicis. Matth. to.7. 52.c.4.k
Clericis vetita eſt negociatio, ſed non commutatio. Matth.to.7. 61.c.2.C
Clericis vetatur negociatio, non quia ſimpliciter mala ſit,ſed quia eis eſſet mala, ideſt impeditiua officij eorum, propter multa. Matthæi tomo 7. fol.62. col.2.B
Contra clericos concubinarios auctor in libello ſuo, eiuſdem tituli ponit quatuordecim concluſiones.
Clerici concubinarij, quorum crimen concubinatus eſt notorium,vno de tribus modis,ſcilicet per ſententiam, vel confeſſionem in iure factam, vel per rei euidentiam talem, quòd nulla tergiuerſatione celari poſſit,&c.ſuſpenſi ſunt ipſo iure quoad ſe,& quo ad alios,Contra Cleri.concubi. 1.c.2.D
Clericus in mortali peccato exiſtens, peccat mortaliter,quandocunque facit aliquid ratione ordinis ſibi commiſſi,miniſtrando. Contra cleri.concubi. 1.c.3.I
Audientes miſſam clerici notoriè concubinarij, vel alia officia eccleſiaſtica, peccant mortaliter. Contra cleri.concubi. 1.c.4.H.& f.2.c.1.E
Parrochianis licitum eſt recedere à ſuo curato, ſi ſit publicus concubinarius, & hoc propria auctoritate,non expectata ſuperioris licentia. Contra cleri. concub'. 2.c.3.I
Sacerdotes notorij concubinarij nullum habent iuriſdictionis exercitium in foro conſcientię,nec valet eorum abſolutio à peccatis, Contra cleri. concubi. 4.c.1.E
Paroeciani tenentur iterum confiteri illa eadem peccata numero alicui habenti poteſtatem, illa, ſcilicet quę confeſſi fuerant notorijs concubinariis,ad hoc quòd ſint in ſtatu gratiæ ſeu ſaluationis, habita informatione de impotentia ipſorum concubinariorum.Contra cleri.concubi. 4 c.4.G
Clerici notorij concubinarij facientes quodcunque officium ratione ordinis, & in apparatu, ſunt irregulares.Contra cle.concubi. 5.c.2.C
Clerici notorij cōcubinarij effecti irregulares, vt præmittitur, per ſolum Romanorum pontificem, vel eius vices habentem, poſſunt ſuper huiuſmodi irregularitate diſpenſationem obtinere.Cōtra cleri. concubi. 5.c.3.G
Clerici publicè concubinarij nō faciunt fructus ſuos, durante illo ſtatu, & tenentur ad reſtitutionem illorum.Contra cleri.concubi. 5.c.4 G
Clericis publicè concubinariis non ſunt dandæ decimæ, & primitiæ, ſed potius epiſcopo, &c. Contra cleri.concubi. 6.c.1.A
Clericus notorius concubinarius,ſi ſic moriatur,non debet ſepeliri in eccleſiaſtica ſepultura, & viuens non debet permitti intrare eccleſiam. Cōtra cleri. concub. 6.c.2.D
Sacerdotes habere fœminas ſaltem publicè, nefariū eſt dicere,& horribile audire, & contra ſanctorum canonum inſtituta,& per eos nomen Dei blaſphematur.Contra cleri.conc. 6.c.3.F
Parrochiani omnino abſtinere debent ab audiendo miſſam, & alia diuina, & ab aſſumendo quæcunque ſacramenta à publicis concubinarijs ſub pœna peccati mortalis, & non debet contrà facere, etiam ſi ſit ſcandalum, & ſi contrà faciant ſunt veri idolatræ. Contra clericos concubinarios. fol.6. col.3.k
Virtuoſum eſt, & laudabile, & valde meritorium iſta de clericis concubinarijs prædicari populis palam, Contra cleri.concubi.fol.6.col.4.k.Et auctor circa prædictas concluſiones. contra cleri.concubi.facit proteſtationem, qua ſubmittit ſe determinationi ſacroſanctę Romanæ eccleſię,& iudicio cuiuſcunque alterius melius ſentientis, credens & firmiter tenens omnia,& ſingula,quæ a catholicis catholice tenentur,contra cleri.concubi. 9.c.1.E

Clibanus. Fumans, de quo Genes. 15. quid significet, Genes. 256.c.3.G

Clima. Nulla duorum climatū loca sunt inter se directe orientalia magis, vel minus vnus respectu alterius, quia duobus climatibus nunquā est eadem poli eleuatio, vel ab æquinoctiali latitudo, Genes. 313.c.3.I

Septem climata terræ habitabilis designantur ab antiquo, sed nunc aliquæ insulæ habitabiles reperiuntur, quæ extra climata ponuntur, vt iam pertineant ad octauum, & nonum, & partim ad decimum clima secundum quantitatem eleuationis poli, & maioritatem diei, quam addit vnum clima ad aliud, Exo. tomo 1 53.c.4.H

In tertio climate est Aegyptus, Exod. tomo 1. 70. col. 3.G

In medio quarti climatis est situata terra Chanaan, Exod. tomo 1 70.c.3.G, & 259.c.3.F

Nos sumus in principio quinti climatis, Exo. tomo 1. 107.c.3.I

In medio climatū dicitur esse Ierusalem, i. in medio quarti climatis, Exod. tomo 2 47.c.2.D

Vnum clima non addit super aliud nisi spacium dimidiæ horæ, Defen. 45.c.4.G

Clima quintum, & sextum continet pro maiore parte nunc terram Christianorum, Defen. 46.c.1.A

Quintum clima, in quo sunt Hispani, Itali, & Græci, commendatur, De Opti. Poli. 6.c.4.F

Clipeus. Saulis fuit vnctus oleo, quo ipse fuit vnctus, in regem, 2. Reg. 7.c.2.E

Clotho. Interpretatur euocatio, quia euocat res de non esse ad esse 4 Reg. 169.c.1.A

Coactio. Nō potest fieri in præceptis moralibus, sed potius est moriendum, quam talia faciēdum, & nulla admittitur excusatio, 4. Reg. 70.c.1.B

Coactio duplex, s. leuis, & sufficiens, sufficiens est illa, quæ cadit in virum constantem, extra de his, quæ vi metusue causa fiunt ca. ad audientiam, & c. cum dilectus, & neutra istarum facit iuramentum inualidum in foro conscientiæ, bene tamen secunda in foro contentioso, Mat. tom. 2. 206.c.2.A

Coactio qualiscunque impedit, vt matrimonium sit validum, Mat. tomo 2 206.c.3.G

Coactio vel necessitas duplex, vna iuris, & alia facti, iuris est, vt si cogatur testis a iudice dicere, quę nouit, in casu, in quo potest de iure cogi, coactio facti est, vt si verberibus, vel donorū datione cogatur quis ad dicendum peccatum alterius, Matth. tomo 5. 52.c.1.C

Coccineum. Quæ coccinea sunt nimis rubea sunt. Nu. to. 1 43.c.4.I

Coccineus color est color rubeus intensissimus, 2. Paralip. 31.c.3.K

Coccus. Nomen vermis est valde rubei, qui vulgariter dicitur grana, quia cum eo tinguntur ea, quæ volimus esse valde rubea, & dicitur bis tinctus, quia intense rubeus est, & videtur esse bis tinctus, & coccus bis tinctus accipitur Exo. 25. pro serico tincto colore illorum coccorum, Exod. tomo 2 15.c.3.I

Coccus bis tinctus est filum valde rubeum 1. Regum tomo 1 16.c.4.G

Coccus bis tinctus vulgariter dicitur grana de scarlata. Leuit. 135.c.3.F

Codrus. Athenienſium rex vltimus fuit tempore Saulis regis, vel Heli sacerdotis, vt alij volunt, Iudi. 24.c.1.D

Cœlum, vide celum cœna, Cœnaculum, cœnare, vide superius cœna, cœnaculum, cœnare,

Cogere cogi. Cogere aliquādo accipitur pro congregare 1. Paralipomenon 20.c.4.K

Dæmones cogi non possunt ab hominibus simulant tamen se cogi, sed quare hoc, Matthæ. tomo 5. 119.c.3.H

Cogitare. Inter cogitare & intelligere quid interſit, Mat. tomo 5 148.c.2.A

Cogitatio. Cogitationes excludit motus festinatio propter duo, Gen. 170.c.1.B

Hominum cogitationes, quomodo possint cognoscere Angeli, & dæmones, Exo. to. 1 48.c.2.D

Cogitationes in mentibus hominum solus Deus potest imprimere, & illas cogemur retinere, si ipse vult, quia solus Deus illabitur essentiæ animæ nostræ, Exo. tomo 1 48.c.2.E

Secretas cognoscere cogitationes, vt esse incipiunt, solius Dei est, Mat. tomo 4 82.c.1.A

Cogitationes puniuntur, quando in dānum sunt reipubli. vel principis, &c. vt patet in Decretis 6. quęst. 1. §. verum, in versū. si quis cum militibus. Et quasi idem habetur C. ad. l. Iuliam maiestatis, in. l. si quis Exod tomo 1 177.c.3.K

Quælibet pœna inferni habet multum de cogitatione, quare si damnati possent non cogitare de malo, quod patiuntur, non essent miseri, Mat. tomo 7. 235.c.1.E

Nemo pro cogitatione peruersa meretur pœnam, secundum leges humanas, sic patet. ff. de pœnis. l. cogitationis, & de pęnitentia dist. 1. §. cogitationis, Mat. tomo 2 138.c.3.I

Cogitationes hominis nesciunt Angeli nec dæmones, sed solus Deus, Mat. tom 3 183.c.1.B

Cogitationes malæ sunt exordium totius mali, Mat. tomo 4 137.c.1.B

Cogitationes nō cognoscuntur per aliquid exterius, sed intuendo cor. Mat. tom. 4 15.c.1.C

Cogitatiua. Virtus cogitatiua quæ sit, & quibus nominibus appelletur, Mat. to. 7. 214.c.1.D

Cognatio. In sacris literis aliquando accipitur pro tribu, & aliquando proprie pro cognatione, vel domo, Nu. to. 1. 240.c.1.E

Cognatio est nomen generale significans congregationem plurium attinētium in identitatem sanguinis. Num. tom. 2 76.c.4.G

Cognatio ad carnem pertinet, & non ad animā, quia quo ad animam omnes homines sunt inter seſe æqualiter cognati, Mat. tom. 2 239.c.2.B

Cognatus. Aliquando est nomen affinitatis, vt patet Exod. 18. Exo. tomo 1. 144. colum. 3.I

In cognatis regula est generalis, ꝙ quandocunq; aliquis superior coit cum aliqua inferiore descendēte lateraliter, vel directe, non grauius peccat, quam si inferior coeat cum ascendente, Leuiti. 213. colum. 4. F

Cognati proprie dicuntur, qui habent attinentiam transuersalem, nam ascendentes aut descendentes inter se, non vocantur proprie cognati, Deuter. 134.c.2.D

Magis laudabile est benefacere cognatis indigentibus, quam alijs pauperibus, cæteris paribus, & clerici magis obligantur hoc facere quam alij, vt patet 86. dist. c. non satis, siue ca. est etiam, Mat. to. 3. 48.c.4.F

Cognitio. Spiritualis dicitur illa, quæ non præsupponit cognitionem corporalem, vt si sortes est prædestinatus, vel reprobatus, Genes. 13.c.2.E

Cognitio directa eſt, quando ipſa potentia paſſiua patitur ab obiecto per ſe ipſum, & ſic non cognoſcimus Deum, & hoc eſt intelligere per eſſentiam, & ſic nulla anima nec coniuncta, nec ſuperata eſt in potentia ad intelligendum Deum per eſſentiam. Gen. 31.c.1.C
De duplici cognitione angelorum matutina & veſpertina, quarum prima eſt rerum cognitio in verbo, ſecunda verò rerum in proprio genere per ſpecies concreatas. Gen. 1.c.4.G
Cognitio in verbo quare dicatur matutina. Gen.fo.2. col.1.A
Cognitio in verbo non ſic dicitur, quòd in ſola conſideratione verbi, hoc eſt, filij conſiſtat; quia omnes perfectiones, quæ ſunt in filio, ſunt in patre, & ſpiritu ſancto, ſed ſic dicitur, quia verbum accipitur à proprietate manifeſtandi, cum ipſum dicentem manifeſtet, & quia illud lumen eſt maximè manifeſtatiuum, & ideo cognitio per illud lumen dicitur in verbo, ſicut dicitur filius ſapientia patris, licet ſapientia patris & filij, & SS. eadem ſit, ſicut & bonitas. Gen. 1.c.4.I
Cognitio in verbo, & cognitio in proprio genere, quare ſic dicantur. Exo to 1. 191.c.2.C
Cognitio noſtra, incipit ſecundum naturam à ſenſatione, quæ conuenit effectibus cauſæ vero magis cognoſcuntur per ſpeculationem. Leuit. fol.145. col.4.K
Cognitio per reuelationem nobilior, & abundantior quàm quæ fit per naturam propriam. Gen.fol.175. col.2.C
Cognitio rei pleniſſima eſt, quando cognoſcitur res in ſeipſa, &c. Deut. 142.c.1.D
Cognitio Dei non importat aliquam neceſſitatem in rebus. Ioſue to.2. 43.c.3.H
Cognitio practica ordinatur ad alterum tanquam ad finem, ſcilicet in ipſum opus 2. Metaphy. cognitio vero ſpeculatiua eſt propter ſeipſam. Matth.to.2. 22.c.1.D
Cognitiuæ virtutis tres ſunt gradus in nobis, ſcilicet ſenſus, imaginatio, & intellectus, & vbi terminatur operatio primi, incipit operatio ſecundi, &c. Matth.to.6. 132.c.2.D
Omnis cognitio fit per aſſimilationem, ſiue ſit ſenſitiua, ſiue intellectiua, ſiue in ſubſtantiis coniunctis, ſiue in ſeparatis. Matth.tomo 7.fol.204.col.4.F. & 211.c.2.D
Omnis cognitio eſt per formam, ſed formæ ſunt dupliciter ſe habentes, quædam ſunt factiuæ rerum: & quædam acceptæ à rebus, & iſtæ aliter & aliter ducunt in cognitionem rerum, &c. Matth. to.7. 208.c.3.k
In cognitione, quæ fit per formas, quæ ſunt cauſæ rerum, vel impreſſiones earum, peruenitur vſque ad cognitionem ſingularium, licet tales formæ ſint immateriales, &c. Matth.to.7. 209.c.3.I
Omnis cognitio ordinatur ad intellectiuam, quia illa eſt vltima & altiſſima. Matth.to.6. 68.c.1.A
Tres ſunt cognitionis gradus, ſcilicet per ſenſum per imaginationem, & per intellectum. Matth. to.6. 132.c.2.D
Ex ſenſatis oritur noſtra cognitio. Matth.to.6. f.132. col.3.F
Vnde aliqui homines recipiant cognitionem rerum occultarum. Matth.to.7. 192.c.4.F
In concilio generali posuit Christus vltimum tribunal ecclesiæ, vt post illud non sit ad aliquem recurrendum, Defen. 38.c.2.D

Concilium generale est supra Papam, & in tangentibus statum Papæ potest adiri generale concilium, quia Christus remisit Petrum ad Ecclesiã tanquã ad suum superiorem, & Petrus concessit se minorem concilio, Defen. 38.c.3.H

Concilium non solum est supra Papam in pertinentibus ad fidem, sed etiam in pertinentibus ad mores, & crimina, Defen. 39.c.2.B

Concilium generale est impeccabile habens iudicare de fide & de actionibus, cuius determinationi nulli fidelium licet resistere, cuius auctoritas maior est omni auctoritate, quæ subest Deo, etiam, auctoritate Angelorum, Defen. 39.c.4.F

Nullum concilium generale celebratum est a tempore Apostolorum vsque ad tempus Constantini, licet fuerint multa concilia prouincialia, & Episcoporum, tam ante Constantinum, quam post similiter & ante Augustinum, in quibus multa determinata sunt, sed talia concilia possunt errare, Et actiones eorũ sæpe corriguntur, & subsun iudicio concilij generalis, & etiã iudicio Papę, Defen. 40.c.3.G

Duo concilia generalia fuerunt ante tempora Augustini, scilicet, Nicenum, & Sardinense, & per nullum illorum determinatũ fuit de die mortis Christi, quando fuerit, & sic non potest dici, quòd esset determinatio Ecclesiæ ante Augustinum, quod Christus mortuus fuerit die Annũciationis, vel octauo Calen. Aprilis, Defen. 40.c.2.D

Concilia Apostolorum fuisse quatuor, dixerunt quidam. Alij vero, quòd fuerit vnum habens quatuor sessiones, Defen. 40.c.3.F

Si res conciliorum solum humanitus ageretur, non assistente specialiter Spiritu sancto, cum ibi sit tanta copia patrum, & virorum perituissimorum in omni disciplina, ex omni parte orbis collectorum, & priusquam aliquid definiatur tot fiant discussiones, & in tanto tempore, difficile esset, ꝙ talis cõgregatio erraret, quãto magis assistente Spiritu sancto, sicut assistit in congregatione, Defen. 41.c.4.K

Concinare. Multa significat, s. componere, cõmiscere, ordinare, separare, lotue tom.1 7.c.3.H

Concionator. Dicitur, qui ad concionem loquitur, quę est turba vel multitudo popularis, Genes. 28.c.2.C

Concipere. Fœminæ non concipiunt naturaliter neque pariunt, nisi a viris cognitæ fuerint Mat.tom.6 163.c.3.I

Concordantia. De concordantia illius Gen. 12. Dixitque dominus ad Abraham, Egredere de terra tua cum illo Actu 7. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham, cum esset in Mesopotamia, & concordantur dicendo, ꝙ fuerunt duæ vocationes Abrahæ. Prima, cũ esset in Hur Chaldęorum, secunda, cũ esset in Aram, seu in Charra, & ꝙ prima apparitio facta fuerit tunc Abrahæ, & Thare, qui erat fidelis tunc, vel melius, quòd soli Abrahæ, sed ille reuelauit patri suo, & tũc exiuit Thare, cum soli Abrahæ mandatum sit exire, &c. & tunc mansit ibi Nachor in Hur Chaldęorum, & potest dici, ꝙ in prima vocatione monstrata est Abrahæ terra Chanaan, sed in Arã seu Charra mansit longo tempore, vsquequo Deus mandauit iterum Abrahæ exire de terra illa, & ire in terrã Chanaan, & põt etiã dici aliter, s. ꝙ in prima vocatione mõstrata est Abrahæ terra Chanaan, & non Charra, & tamen cum Charra esset in itinere, accidit, vt maneret ibi cum patre suo aliquandiu, & istud videtur verius, Et mansit ibi Abraham propter aliquod impedimentum, quod Deus posuit ne transiret Thare in terram Chanaan, quia non expediebat illuc transire propter multa, Genes. 61. col.3.H

Et cessante impedimento, venit Abraham in terram Chanaan, sed non pater eius, ibid. 62.c.3.K

In concordantia illius Genes. 11.s. quòd ducentorum quinque annorum erat Thare, quando mortuus est in Aram, cum illo Genes. 12. quòd septuaginta quinque annorum erat Abraham, cum egrederetur de Aram, & in concordãtia istius literæ, cum illo Actu.7.ꝙ scilicet, post mortem Thare transtulit dominus Abraham in terrã Chanaan, recitatur primo opinio quędã falsa, Genes.59.c.1.C, & tandem ponitur vera concordantia, ibid. 60.c.1.B

Ponitur concordantia illius, Exo.27. quos pones subter arulam altaris, cum illo Exo.38. craticulamque in medio altaris facit æneam, & subter eam in altaris medio arulam, propter æquiuocationem dictionis subter, Exo.tom.2 51.c.1.C

Concordatur Matthæus cum ceteris euangelistis circa verba discipulorum Christi ad Christum, cum eum excitarent a somno, Mat.8. Nam dixerunt, vt Mat.refert, Domine salua nos, perimus & vt Marcus refert, ca. 4. dixerunt, Magister non ad te pertinet, quia perimus? Mat.tom.3 158.c.2.C

Concordatur illud Matt. 8. Quid timidi estis modicæ fidei, cum illo Marci 4. Quid timidi estis, nec dum habetis fidem, & cum illo Luc. 8. Vbi est fides vestra, Mat.tom.3 160.c.1.A

Concordantur Matthæus 8.ca.cum Marc. 5. & Lucæ 8. circa miraculum, quod fecit Christus in regione Gerasenorum, nam Matthæus dicit duos fuisse arreptitios, qui occurrerunt Domino, Marcus vero, & Lucas tantũ de vno loquuntur Mat.to.3.163.c.4.k

Concordatur Matthæus 8.cum Marco 5. & Luc.8 in responsione dęmonum, quia Mat.8. dicitur, quòd dæmones dixerũt quid nobis, & tibi Iesu fili Dei sumni. Adiuro te per Deum ne me torqueas, & Luc.8. dicitur, Quid mihi & tibi Iesu fili Dei, obsecro te, ne me torqueas, & Matth.8. dicitur, si ejicit nos, mitte nos in gregẽ porcorum, & tamen Marci 5. & Luc.8. solum petunt, vt permitteret eos intrare in porcos, Mat.tom.3 167.c.2.E

Concordatur illud Matthæ. 9. Quo modo possunt filij sponsi ieiunare, cum illo Luc 5. Numquid potestis filios sponsi facere ieiunare, Matthæ. tomo 3. 201.c.1.D

Concordatur illud, Mat 9. Nemo mittit commissurã panni rudis in vestimentum vetus, cum illo Luc.5. Nemo commissuram a vestimento nouo, mittit in vestimentum vetus, Mat.tom.3 201.c.4.F

Concordatur illud Matt.9. Filia mea modo defuncta est, cum illo Marc.5. In extremis est, & cũ illo Luc. 8. moriebatur, Mat.to.3 203.c.1.G

Concordantur tres Euangelistæ, s. Mat. 10. & Marc.3. & Luc.6 circa ordinem in nominibus Apostolorũ Mat.to.3 228.c.1.B

Concordatur illud Mat. 10. Nonne duo passeres asse veneunt, cum illo Luc. 12. Nõne quinque passeres veneunt dipondio, Mat.to.3 255.c.4.G

Concordatur Matth. 18. cum Marco. capitu. 9. quia Matthæus dicit, quòd discipuli accesserunt ad Iesum di. quis putas maior erit in regno cœlorum, & Marcus narrat, quòd Iesus quæsiuit ab eis di. qd tractabatis inter vos in via, & ipsi erubuerunt, & huius assignantur quatuor concordantiæ, sed tertia illarum est conuenientior, Mat.to.5. 2.c.1.D

Concordatur Mat.19. dic.si vis perfectus esse, &c. cũ Luca,& Marco di. adhuc vnũ tibi deest,vende,&c. Mat.tomo 5 133.c.1.C
Concordatur Matthæus in 19.cap.circa narrationem libelli repudij,cum Marco 10.cap. Matth. tomo 5. 91.c.3 H
Concordatur illud Mat. 26. scitis quia post biduũ pascha fiet, cum illo Ioã.12. ante sex dies Paschę,&c. Mat.tomo 7 281.c.3.F
Concubina. Agar,& Cetura dicuntur concubinæ Abraham,Genes.25.vel respectu Sarrę,quæ fuit principalis vxor,vel quia nõ fuerunt acceptæ in matrimonium cum ea solennitate,qua accepta fuit Sara,Genes. 294.c.3.F
In habendo concubinas dispensatum est a Deo cum Dauid limitanti illi non esse fornicationem coire cum illis concubinis, Exo.tom 1 211.c.1.C
Concubinæ aliquando dicuntur vxores in sacris literis,Leuit. 222.c.1.A
Concubinarum filij apud Hebræos non computabãtur, vt filij, nec poterant succedere in dignitate parentum,&c.Iudi. 87.c.2.E
Inter concubinas,& vxores,apud Hebræos,quid interat,Iudi. 187.c.2.B
Concubina humano iure,& apud sanctos patres,dicitur vxor non solenniter ducta &c.Iudi. 188.c.1.E
Habere concubinas licuit viris sanctis ex dispensatione,vt patet extra de diuortijs,ca.gaudemus,2.Reg. 31.c.2.D
Concubinas potuit Dauid licite accipere ex dispensatione,3.Regum 4.c.4.k
In veteri testamento dispensatum est aliquando cum viris sanctis habere concubinas,&c.3.Reg.97.c.3.I
Concubina aliquando accipitur pro vxore ducta sine instrumentis dotalibus,& alijs solennitatibus,vt patet in decretis 32.dist.ca.concubinæ,& ca.Christiano homini,1 Paralip. 36.c.1.E
De differentia inter cõcubinam & vxores,2. Paralip. 155.c.1.C
Concubina potest dupliciter accipi, vno modo pro muliere, quæ nulla intẽtione matrimoniali, sed solo desiderio libidinis copulatur. Alio modo pro illa, quæ matrimoniali desiderio copulatur interuenientibus verbis facientibus cõtractum matrimonij,sed non interueniunt pacta dotalia,& aliæ cęremonię iuris humani,& solennitates & talis aliquãdo vocatur vxor,& erat vxor in.l.veteri,& in modo loquendi iuris humani,vt patet in decretis 32. dist. ca.concubina, & ca. Christiano homini 2. Paralip. 157.c.1.C
Sacra scriptura aliquando appellat vxores concubinas,illas,scilicet,quæ non erant assumptæ secundũ ritum vxorum, eo quòd vxor ad hoc, quòd legitime duceretur,debebant intercedere pacta dotalia, & legalia instrumenta, alias etiam si mulier esset vnica,& accipereꝛur affectu coniugali,concubina, & non vxor vocaretur 34 dist.§ concubina,Matth. tomo 2.150 c.4 G. Lex tamen voluit illas sic vocare, quia quandocunque non apparet mutuus consensus,nec dos,vel donatio propter nuptias,nec dotalia instrumenta, secũdum leges humanas, si personæ ipsæ sint inæquales,non presumitur matrimonium,sed concubinatus,vt patet.C.de nuptijs.l.imperialis,secus autem,quando personæ sunt pares,vt patet ff de ritu nuptiarum.l.in libere,modo tamen non vtimur tali nomine, sed coniugem vocamus vbicunque verum intercidit matrimonium, licet apud antiquos in Ecclesia,& inter viros sanctos nomen istud erat,vt patet ex gestis concilij Toletani, 34.distin.ca.si quis,& ca.Christiano homini. Nunc autem vocames matrimonium vbicunque est legittimus consensus. Ad talem vero concubinam, qualem lex vocat,accedere non est peccatum,quia vxor vera est,sic Agar & Cetura dicuntur concubinæ Abrahæ Genes.25.cum dicitur. Filijs autem cõcubinarum, &c. Idem de Iacob respectu Balæ, & Zelphæ,similiter de Dauid, &c. accipiendo tamen concubinam,sicut nos accipimus, nunquam licitũ fuit habere concubinas,Mat.tomo 2 150.c.4 H
Concubina dr̃ mulier nõ solenniter ducta, cũ qua tatem mutuus consensus interuenit, & sic intelligitur illud Isidori,& habetur 34. dist.cap. Christiano homini, Christiano,inquit, homini non dicã multas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi vnã tantum, aut vxorem, aut loco vxoris, si coniux deest,concubinam. Et eadem dist.cap. si quis non habet vxorem, & pro vxore habet concubinam a cõmunione non repellatur,&c. & per concubinam, debet intelligi vxor, non solenniter ducta, cum qua tamen mutuus consensus interuenit, & quòd sic debeat intelligi dicit Glo.& patet eadem dist.§. concubina,s.coniugali affectu habetur,& hanc cõiugem facit affectus, concubinam vero lex nominat, Matth. tomo 2. 150. colum. 3. H, & 151. colum 4 F
Concubina,& vxor quomodo differant,Mat.tomo 5 94 c.1.C
De concubinarum filijs non solet fieri mentio in lege Moysi, quia nullius erant dignitatis in veteri testamento, nec poterant habere aliquam præeminentiam in Ecclesia Dei,vel in populo Dei,Deu.23.nõ intrabit de scorto natus in Ecclesiam Dei,&c.Mat. tomo 6 54.c.4.G
Concubinæ aliquando vocantur focariæ,a foco,quia ad eundem focum manent, scilicet, in eadem domo cum illo,cuius sunt concubinæ &c.1. Reg.to.1. 93.c.3 F
Concubina dupliciter accipitur vno modo proprie, & est illa,quæ ab aliquo cognoscitur sine aliquo fœdere coniugali, & talis copula semper fuit illicita, quamuis de iure humano permitteretur,quem ad modum & multa alia, Et tamen hoc non erat sine ordine, nam ex iure Romano, nõ licebat alicui habere ad plus nisi vnicam concubinam, vt patet in autenti.de triente & semisse.§.consideraumus, & istam concubinam non poterat habere, quando habebat vxorem,& si habere vellet, non poterat ei cohabitare,vt patet.C.de concubi.lege vnica. Alio modo accipitur concubina pro ea, quæ est vxor, circa quam non seruantur legales solennitates, vnde nec habet ius vxoris,& quòd talis dicatur concubina,1.Reg.to.1 147.c.2 E
Et causa, quare ista. cum sit vxor, vocetur concubina est propter aliquas differentias, quæ inueniuntur inter eas,quæ absolute vocantur vxores,& eas,quę aliquando vocantur concubinæ,1.Regum tomo 1. 148.c.1.D
Concubina, secundum legem humanam, non erat vxor,nec erat licitum commiscери ei propter multa, 1.Reg.tom.1. 148.c.4.G
In concubinam sine metu criminis accipitur illa, in quam stuprũ cõmitti non põt 1.Reg.to 1.148.c.4 I
Cum dr̃ in Decretis Ecclesiasticis, qꝑ liceret Christiano habere cõcubinã intelligit̃ de illa cõcubina,quę est vxor,& nõ de illa,q̃ est vere cõcubina,& ob hoc in tali concubina requiruntur ea, quæ requiruntur in vxore quantum ad veritatem vxoris, licet non quantum ad probationẽ,&c.1.Reg.to.1. 150 c.1.C
Non sunt eædem, quæ in lege diuina vocantur concubinæ, & quæ in lege humana, bene tamen illæ,

quæ dicuntur concubinę ſecundum canonem,nec ſimiles ſunt illis,quæ vocantur concubinæ in veteri teſtamento,ſed in canone dicuntur vxores, quæ ſumuntur, quaſi de æquali ſtatu ad virum, & honeſtæ vitæ matronæ,vel virgines,& donatæ,& quæ tales non ſunt, & ſi ſint vxores dicuntur concubinæ, & ita apparet, vnde in canone venerit nomen concubinæ,quia ſcilicet,venit a lege humana, quæ quaſdam vocat vxores, & quaſdam concubinas, 1. Regum tomo 1 150.c.1.E

Nec videtur conueniens dici, quòd iſtud nomen cõcubina veniret in canones ex conſuetudine veteri teſta. ſed veriſimilius eſt, quòd venerit a lege humana,quo ſuppoſito, dicendum, quòd in canone non vocatur concubina, quam lex proprie vocat concubinam,ſed illa,quam præſumit concubinam propter aliquam ſimilitudinem,1.Regum tomo 1 150.c.4.H

Sed nunc non poteſt nobis conſtare an de iſtis concubinis idem iudicaretur, quod de vxoribus, & an filij ſuccederent,&c. tamẽ poſſumus aſſerere rationabiliter, quòd de talibus conſtaret, quòd erant coniuges, quòd filij erant legitimi &c. ſi uero id non conſtaret, præſumebatur concubina, & non vxor, & tunc filij non erant legitimi, nec obſtat, quod dicit de filijs Agar & Ceturæ,ibid 151.c.1.D

Nunc tamen nomen concubinæ redditum eſt abominabile,ſicut nomen fornicationis,vt introductũ eſt per canones moderniores,ibid. 151.c.2.A

Agar & Ceturam ſcriptura vocat concubinas Abrahæ,cum eſſent verę coniuges propter multa,1.Regum tomo 1 151,c.1.E

Multiplex erat differentia concubinarum ad vxores, in veteri teſtamento,1.Reg.tom.1 152.c.1.C

Ad ſtatum concubinarum,vel vxorum accipi mulieres in veteri teſtamento,erat in poteſtate virorum & ipſarum, & aliquando fœmina patiebatur accipi pro concubina,quia ſcilicet, hoc erat illi ſatis, & vir non volebat eam ad majorem ſtatum accipere, vt puta,quia eſſet pauper, & indotata, vel ancilla, &c. Et hoc determinabatur in principio cõtractus 1.Regum tomo 1 152.c.2.C

Concubinę Abrahæ erant veræ coniuges, 1. Regum tomo1 152 c.3.F

Concubinæ Dauid erant vxores eius, & ideo ſcriptura aliquando vocat eas vxores & aliquando cõcubinas,1.Regum tomo 1 153.c.4.G

Concubina Leuitę,de quia Iud.19.erat vera vxor eius & aliquando dicitur vxor,& aliquando concubina &c.1.Regum tomo 1 155.c.1.E

Concubina,in Hebræo dicitur peligues,& in plurali, pilgaſin ideſt concubinæ,1.Reg.to.1 156.c.1.E

Concubinarius. A clericis concubinarijs auferendæ ſunt decimæ,Mat. tomo 6 220.c.4.F

De clericis concubinarijs, vide in dictione, clericus,

Concubinatus. Nomen a lege ſumpſit exordium, vt diſtinctio fieret inter vxorem,& non vxorem,&c.ff.de concubi.l. in concubinatu,1.Regum 149.c.1.E

Concubinatus erat illicitus in vete.teſtamẽto & ſemper fuit illicitus, quia eſt contra ius naturale, & rationem,nec potuit vnquam alicui licere,1.Regum tomo1 93.c.3.H

Concubinatus eſt ſemper illicitus, vt probatur, Mat. tomo 2.148.c.2. E,&c. Et eſt ſemper peccatũ mortale,vt probatur,Mat.tom.2 150.c.1.A

Concubinatus ſemper fuit peccatum,ſicut & quæcũque fornicatio, licet Rabbi Moyſes dicat, ꝙ fornicatio ſimplex ante legem Moyſi non erat peccatũ probans ex facto Iudæ cum Thamar,ſed falſum dicit, immo peccatum Iudæ fuit incæſtus, licet ipſe crediderit ſimplicem fornicationem commiſiſſe, &c.Mat.tomo 2 150.c.3.H

Concubinatus non ſolum eſt contra ſecunda præcepta naturæ, ſed etiam contra prima,quia repugnat bono prolis quantum ad id, quod eſt neceſſarium, &c.Mat.tomo 5 95.c.1.A

Concubinatus ſecundum ſe dicit aliquid inordinatum,etiam contra intentionem naturæ, cum non importet vinculum aliquod, & ideo poſſunt quocunque tempore diſcedere,&c.Mat.to.5.95.c.1.A

Concubitus. Concubitum coniugalem quidam voluerunt debere palam fieri,quia ſcilicet,res eſt honeſta,& per conſequens quòd deberet fieri palam, nec de eo erubeſcendũ, & hoc tenuerunt quidam Philoſophi dicti Cynici, ideſt, canici, quia more canum hanc voluptatẽ peragendam putauerunt, quod feciſſe Diogenem dicunt,Geneſ. 187.c.4.G

Concubitus coniugalis excipitur, ſecundum Tulliũ, ab illa regula,qua dicitur, quòd omne honeſtum vult manifeſtari, poteſt tamen dici,quòd ille concubitus non eſt totaliter honeſtus. Nam licet excuſetur a turpitudine culpę per honeſtatem nuptialem,non tamen a turpitudine pœnæ, in quantum Deus fecit motum illum partis generatiuæ inordinatũ,eſſe in pœnam peccati,&c.Geneſ. 187.c.4.H

Deſiderium perfectum, concubitus carnalis duo importat, primum eſt motus concupiſcentiæ venereorum in membris,ſecundum eſt deliberatio voluntatis in his, ad quæ concupiſcentia mouet, primum non eſt perfectum deſiderium, nam ſecundum,ſufficit ſine primo. In primis parentibus fuit primum ſtatim poſt peccatum,ſed de ſecundo, eſt dubium, quia non conſtat, magis tamen rationi conſonat,quòd tunc non fuerit in illis deſiderium perfectum per deliberationem,&c.Gen.190.c.4.K

Sed quare tunc deliberatio voluntatis eſſet,aſſignantur rationes,ibid. 191.c.2.B

Ad concubitum complendum vltra vim concupiſcibilem & concupiſcentiam & voluntatem imperãtem,& organum & virtutem motiuam, cui imperat ratio, quæ communiter habentur ſemper, vel quaſi ſemper,requiruntur tria,ſ.ſemen,calor,& ſpiritus,Geneſ. 196.c.2.D,&236.c.3.H

De concubitu,vide plura in dictione, Coitus.

Concupiſcere. Non eſt poſſibile diu viuere, & nihil concupiſcere, Mat. tomo 5 120.c.4.K

Concupiſcentia. Turpior eſt,quam ira,quia magis reſiſtit rationi 7. Ethi.ca.4.Geneſ. 192.c.1.E

Contra concupiſcentiam difficilius eſt pugnare, quã contra iram 2.Ethi.Geneſ. 267.c.3.F

Concupiſcentia cur data ſit homini,Geneſ. 193.c.3.I

Concupiſcentia organa quæ ſint,Geneſ. 194.c.1.B

Concupiſcentia ciborum habet pro ſubiecto ſtomachum, pro inſtrumento os, palatum, dentes &c. Geneſ. 194.c.2.B

Ex concupiſcentia omnia mala ſequuntur, vt patet extra de conſtitu.c.nam & concupiſcentiam,Mat. tomo 2 82.c.4.F

Concupiſcentia turpior eſt quam ira, conſiderando iſtas paſſiones ex ſe ipſis, ſiue ex proprijs conditionibus ipſarum, & non per accidens, ut probat Ariſtoteles,7.Ethi. cuius rationes referuntur, Matth. tomo 2 113.c.4.G

Concupiſcentia non audit rationem aliqualiter, ira tamen ſic,Mat.tomo 2 113.c.4.G

In

In hominibus nulla eſt magis fortis paſſio, quam concupiſcentia venereorum, Mat.to.5. 137.c.1.E
Concupiſcientia eſt inſidiatrix, Mat.to.2. 114.c.4 G
Concupiſcentia carnis grauius impugnat hominem, quam amor rerum poſſidendarum, Matth.tom.4. 47.c.4.H

Concupiſcibilis. Vis concupiſcibilis, ad quã pertinet cõcupiſcentia venereorum, eſt virtus alterius generis non communicans cum generatiua, Geneſ. 195.c.1.A
Concupiſcibilium virium duplex organum, Geneſ. 194.c.1.C
Actus, ad quem mouet concupiſcibilis venereorum, eſt commiſceri carnaliter cum emiſſione ſeminis, qui actus non poteſt perfici per ſolam concupiſcibilem. Nec etiam per ſolam rationem, nec etiam per rationem concurrentem concupiſcentiæ, &c. Geneſ. 196.c.2.B
Concupiſcibilis diuiditur in concupiſcibilem venereorum, & in concupiſcibilem ciborum, & potuũ, &c. Geneſ. 197.c.1.A
Per concupiſcibilem magis inclinamur ad peccandũ quam per iraſcibilem, &c. Exo.to.1 86.c.4.F
Motus concupiſcibilis poteſt inſurgere dupliciter, vno modo ex qualitate organi, alio modo ex apprehenſione alicuius delectabilis. Secundo modo dæmon non poteſt in nobis immutare partem cõcupiſcibilem, bene tamen primo modo, Mat.to.1. 246.c.4.F

Condenſatio. In condenſatione, ſicut partes materiæ ſe penetrant, ita & partes formæ, Mat.tom.4 246.c.1.E

Condicere. Eſt componere, vel conuenire, 1. Regum tomo 2 83.c.4.k

Condignum. Quomodo vltra condignũ præmiet Deus, Geneſ. 10 c 2.B

Conductor. Inter conductorem, & cõmodatarium quid interſit, Exod.tomo 1. 234 c .H

Conficere Chriſti corpus. Poteſtas cõficiendi corpus Chriſti verum non eſt de clauibus, ſed eſt character, quia effectus clauis eſt aperire, & claudere, &c. Mat.tomo 5 57.c.4 H

Confidere. Confidentia. Deus ſemper vult vt confidamus ei &c 1. Regum tomo 1 54.c.2.A
Confidere in domino poteſt dupliciter intelligi, vno modo, quòd Deus poterit facere id de quo dubitatur, & iſto modo confidere eſt proprie credere. Alio modo, quòd firmiter teneamus, quòd illud efficiet, & iſtud proprie eſt cõfidere, Et primo modo tenemur omnes confidere &c. tamen ſecundo modo, non obligamur confidere in Deo, niſi circa ea, quæ Deus dixit ſe facturum, de quibus dedit nobis ſpem certam &c. ſecundo Paralipomenon, 215.c.1.C
Confidentiam in periculis conſueuimus vocare audaciam, quia habet magnam ſimilitudinem cum fortitudine &c. ſecundo Paralip. 228.c.4.K
Confidentes in diuitijs ſunt in peccato mortali, Mat. tomo 5 143.c.1.D
De confidentia accedendi ad Chriſtum, Mat.tomo 3. 287.c.4 I
In confidentia duo importantur, ſ. credere & confidere, & ſecundũ non eſt ſine primo, bene tamẽ e cõtra, Mat.tomo 4 159.c.2.C

Configurari. Quomodo Chriſtus cõfigurabit corpus noſtrum corpori claritatis ſuæ, Mat.tomo 4 204.c.3.F

Confirmari. Confirmatio. Id, per quod aliud cõfirmatur dignius, verius atque firmius eſt alio, Exod. tomo 1 255.c.4.k
Confirmatio fit dupliciter, vno modo per amotionem impediẽtium, alio modo per accumulationẽ adiuuantium, vel conferentium, 3. Reg. 15.c.3.F
In confirmatione & extrema vnctione, oleum debet eſſe conſecratum, alioquin non confertur ſacramẽtum, 4. Regum 88.c.4.H
Confirmatio eſt ſacramentum neceſſitatis, nõ quòd per illud conferatur aliquid, ſine quo non ſit aditus ad vitam æternam, ſed quia neceſſe eſt, vt non contẽnatur, & iſtud ſacramentum cuicunque fideli petenti dandum eſt, quantumcunque ſit porcus, ideſt, carnalis, & exiſtens in notorijs, & manifeſtis delictis, ſolum tamen debet admoneri, vt a tali conuerſatione reſipiſcat &c. Mat.to.3 119.c.2.B

Confiteri. Confeſſio.

Confiteri laico tempore neceſſitatis ſecundum Eccleſiæ ſtatuta aliquid confert. Leuit. 166.c.1.C
In veteri teſtamento non magis proficiebat confiteri ſacerdoti, quam hirco, vel lapidi Leuit. 166.c.1.C
Et conuenientius fuit tunc confiteri hirco, quam ſacerdoti ex duobus. primo ad oſtendendum, quòd illa confeſſio non habebat efficaciam, cum fieret illi, qui non intelligebat, quare cum magis proficeret tunc confiteri ſacerdoti, quam hirco, vt hoc crederent Iudæi, ſic factum eſt. Nam ſi confiterentur ſacerdotibus, poſſent credere Iudæi, quòd proficiebat illis illa confeſſio, & ſic errarent. Secundo, quia illud erat figura. Et ita ipſi intelligerent, quòd propter aliquid ſignificãdum factum fuerit, &c. Leuit. 166.c.2.A
Confitens tenetur exponere ſacerdoti omnia, per quæ ille ſcire poſſit modum imponendæ congruæ ſatisfactionis, Mat.tomo 5 74.c.3.H
Confeſſio peccatorum, quæ fiebat per magnum ſacerdotem in die expiationis ſuper caput hirci, non erat confeſſio ſacramentalis, Mat tom.1. 185.c.1.B
Baptizati a Ioanne confitebantur peccata ſua, nõ quidem particulariter, ſicut nos in confeſſione ſacramentali, ſed dicebant, ſe eſſe peccatores dicentes. Ego ſum peccator, & offendi Deum in multis &c. Nec Ioannes aliquem abſoluebat a peccatis, &c. Mat.tomo 1 185.c.3.K
Figura & ſignificatio cõfeſſionis ſacramentalis noui teſtamenti fuit confeſſio illa, quam faciebat ſummus ſacerdos in die expiationis ad aurẽ capri emiſſarij &c. 2. Paralip. 28.c.1.D
Confeſſio ſacramentalis licet ſit de iure diuino, tempora tamen confeſſionis, & aliæ circunſtantiæ non fuerunt limitatæ iure diuino, ſed iure canonico, &c. 2. Paralip. 221.c.1.B
Confeſſionis lex, ſcilicet, omnis vtriuſque ſexus, &c. omnes obligat, potiſſime tamen viros imperfectos pro quibus lex laxior eſt, quam viros perfectos, qui ſequuntur vias cõſiliorum, &c. 2. Paralip. 221 c.1.C
Confeſſio aliquando eſt neceſſaria, & aliquando vtilis, 2. Paralip. 221.c.2.D
Confeſſio ſacramentalis figurata fuit per confeſſionem illam, quæ fiebat hirco emiſſario quolibet anno in die expiationis, Leuit. 16. vt probatur Leui. 165.c.3.H
Sed quare peccata Iudæorum dicerentur hirco, & non ſacerdoti, vide ibid.
Et quare fieret confeſſio peccatorum omnium Iſraelitarum capro emiſſario, vide ibidem. 166. c.4.K
Confiteri peccata nec eſt de iure naturali, neque de

lege veteri, sed de lege noua, & Ecclesiæ determinantis tempus, & modum, & alias cæremonias confessionis, Mat. tomo 3 181.c.4.F
Confiteri proprie est aperte fateri, vel asserere, &c. & scriptura transumpsit ad significandum laudem, vt Psalmus: Confitebor tibi, quoniam exaudisti me, & Psalmus: Confitemini Domino, quoniam bonus, &c. Et post hæc, transumptum est ad significandum expressionem vocalem peccatorum, & cæt. Mat. tomo 3 287.c.2.A
Voce, & opere Christum vtiliter confitemur coram hominibus, Mat. tomo 3 264.c.2.B
Confessio fidei semper est meritoria, & aliquando est necessaria, & aliquando non, Matth. tomo 3 263.c.4.F
Qui se peccatorem non confitetur, Deum vituperat, ac mendacem facit, Mat. tomo 3 287.c.2.B
Qui erubescunt Christum confiteri, peccant mortaliter, Mat. tomo 3 263.c.4.H
Lex de confitendo, solum obligat ad confitendum peccata mortalia, ita quòd nemo tenetur confiteri peccata venialia, etiam si nulla habuerit mortalia, &c. Mat. tomo 4 26.c.2.B
Pie statutũ est ab Ecclesia semel saltem in anno confiteri, &c. Mat. tomo 4 26.c.2.D
Confiteri laico non contingit, nisi in necessitate, quãdo non potest haberi sacerdos. Et tunc licet laico confiteri, Mat. tomo 4 177.c.3.K
Qui confitetur tripliciter, habet remissionem pœnæ, primo satisfactorie, secundo meritorie, tertio sacramentaliter, Mat. tomo 4 176.c.4.F
In Christi confessione ideo meremur, quia in ea est quædam difficultas, Mat. tomo 4 167.c.4.G
In confessione obtinet peccator triplicem remissionem, primo satisfactorie, secundo meritorie, tertio sacramentaliter. Primum est ratione cõfusionis, & verecundiæ. Secundum, quia peccator subijcit se sponte clauibus Ecclesiæ, & in hoc est duplex meritum, scilicet, fidei, & obedientiæ, &c. Matth. tomo 4 176.c.4.F
In iterantibus confessionem eorundem peccatorum non remittitur aliquid de pœna in absolutione secundæ, & tertiæ confessionis, &c. sed totum de pœna, quod dimittitur, est per absolutionem in prima confessione, vt aliqui dicunt, sed hoc improbatur ab Auctore, Mat. tomo 4 177.c.3.I, &c.
Sacerdos non debet audire confessionem illius, cum qua rem habuit, nec illa illi confiteri, &c. Matth. tomo 4 186.c.2.C
In audiendo confessionem, & in absoluendo excommunicatum, qui modus debeat obseruari, Matth. tomo 4 186.c.3.I
Non sunt confitendæ peccatorum circunstantiæ, nisi quando mutant speciem, & ingratitudo non est de his, quæ mutant speciem, quia omni peccato accidit, &c. Mat. tomo 5 74.c.4.F
In confessione dupliciter aliquid contingit dici, Mat. tomo 5 74.c.3.F
Confessionis materia non est nisi peccatum, & cæt. Mat. tomo 5 74.c.4.G
Confessio peccatorum solum introducta est ex mandato Dei, vt puri efficiantur homines ad participandum merita passionis Christi, & cęt. Defensor. 37.c.2.A

Confessores. Vel confessionẽ audiẽtes exhortatur Auctor, Genes. 415.c.3.I
Confessores grauiter errant, quærentes indiscrete de modis peccatorum, potissime circa luxuriam, & auaritiam, Mat. tomo 5 187.c.2.B
Confessores nõ debent se graues ostendere in iniungenda pœnitentia, vbi non est restitutio necessaria, vel debitum speciale alicui, sed sequi conditionem pœnitentis, & si ille vult pro magnis peccatis, paruam sibi imponi satisfactionem, parua imponenda est pœnitentia, &c. Mat. tomo 6 173.c.4.G
Confessores dicuntur interdum, qui in supplicijs non desinunt confiteri veritatem, Et ita dicitur in historia Beatæ Ceciliæ de Vrbano Papa, quòd iam tertio Confessor extiterat, idest, ter fuerat passus supplicia pro cõfessione nominis Christi, sed tunc non dicebatur martyr, quousque moreretur &c. Mat. tomo 4 79.c.4.H

Conflagratio. Ignis conflagrationis erit ad duo, Mat. to. 7 124.c.3.G
Conflagratio generalis non erit ad pœnam, sed ad mutandum statum &c. Genes. 89.c.1.D

Conflare. Duo significat, scilicet, congregare, vel conuertere vnum in aliud per resolutionem. 4. Reg. 220.c.2.B

Conformitas. Ad Deum. Quando res dicantur conformes Deo, Mat. to. 6 73.c.3.G
De conformitate inter nos & Deum, Matth. tom. 6. 73.c.3.G

Confortari. Pertinet ad acquirere fortitudinẽ & esse robustum ad manendum in ea. Iosue tomo 1 206.c.2.E

Confringere. Inter confringere, & conterere, quid interfit, Matth. tomo 5. 269.c.1.E

Congregat. In omnibus Congregationibus Israelitarum, quæ fiebant, vocabãtur potissime maiores natu. 2. Paralipom. 63.c.2.B
Quia nulla est congregatio, in qua non sit opus semoribus &c. ibidem
Qui dicantur congregari in nomine Christi, Matth. tomo 5 62.c.1.B
Congregatio hominum ad iudicium duas habebit conditiones, Mat. tomo 6 297.c.4.F
Congregatio iudicandorum erit duplex, Mat. tom. 6. 306.c.4.G

Coniux. In conuersione alicuius cõiugum infidelium, etiam existente diuortio, quæ forma debeat teneri, 1. Regum tomo 1. 96. colum 2.C
Coniux fidelis tenebatur habitare cum infideli, etiã cum contumelia creatoris, tempore, quo domini temporales non erant Christian, hodie tamen nõ, nisi vbi principes sunt infideles, 1. Regum tomo 1. 97.c.2.B
Et quando infidelis non vult cohabitare cum cõuerso ad fidem, vel non sine contumelia creatoris, tunc licet fideli transire ad alia vota ex dispensatione Dei absoluentis fidelem ab onere matrimoniali dissoluendo matrimonium. Et tamen infidelis non est liberatus ab onere matrimoniji, immo manet obligatus ad sequendum fidelem, cum priuilegium non sit datum in fauorem infidelium &c. Et si fidelis requirit infidelem ad cohabitandum secũ, & infidelis non vult, tunc fidelis habet duas vias, quarum vtranque potest eligere, prima est transire ad alia vota, si voluerit. Secunda est compellere infidelem, vt ipsum sequatur. Et cogetur infidelis per iudicem ecclesiasticum, vel temporalem manere cum fideli, cum matrimonium non sit iam dissolubile, neque repudium licitum, &c. 1. Regum tomo 1 97.c.3.G
Si fidelis coniux, infideli nolenti secum cohabitare, transierit ad alia vota, tunc potest infidelis transire, etiam ad alia vota, sed non prius, quam fidelis transeat,

seat,&c.1.Regum tomo 1 98.c.1.A

Apud infideles non sunt coniuges mulier repudiata, & vir, cui illa post repudium nupsit, si conuertantur ad fidem,nec vnquam fuerūt,sed adulteri semper. Nam fides non efficit matrimonium vbi nullum erat,prçcipue dissoluendo matrimonium prçexistens, extra de diuortijs, cap.gaudemus. Et illa tenetur requirere virum infidelem, si vult illam sequi, & si velit cohabitare illi absque contumelia creatoris,redibit ad illum quòd si sic,poterit illa ex tunc esse legitima vxor viri, quem tenebat, & cum quo conuersa est ad fidem, si de nouo copulentur, & ipse ad fidem conuertatur. Nec obstat,quòd eam per adulterium polluit, iuxta illud extra de eo. qui duxit in matrimonio,&c. per totum,quia istæ sunt constitutiones canonicæ, nec sunt de iure diuino. Secundo,quia quando polluit per adulterium erat in tali statu,in quo non reputabatur adulterium Et in his opinio prævalet veritati, 1. Regum tomo 1 98.c.2.B

Quando alter coniugium fornicatus est, alter poterit intrare religionem, inuito fornicario, 1. Regum tomo 1 104.c.3.G

Si alter cõiugium fidelium fiat infidelis, & relinquat vxorem fidelẽ, & postea fiat fidelis, & repetat vxorem,potest vxor,non obstante illo, ingredi religionem,extra de conuersione coniugato. cap.mulier. Secus tamen est, quando ambo erant infideles, & vnus conuertitur ad fidem, & alius non, qui si sit requisitus de cõuersione, vel cohabitatione extra contumeliam creatoris, & non vult. Si tamen postea resipiscat, & conuertatur, poterit impedire ne alius fidelis transeat ad alia vota, vel intret religionem &c.1.Regum tomo 1 104.c.4.H

Quòd si tamen iam intrauerit religionem, etiam si non sit professus, non tenetur exire, vt cohabitet, &c.potest tamẽ exire si voluerit,ibidem 105.c.2.A

Quando vterque coniugum fornicatur, non potest alter alteri opponere fornicationem, &c. 1. Regũ tomo 1 106.c.4.F

Quando alter coniugum infidelium conuertitur ad fidem manente alio in infidelitate, potest fidelis cohabitare infideli, si voluerit, Maxime si hoc faciat sperans de illius conuersione. Et tamen nõ cogitur manere cum eo, sed liberum est sibi cohabitare,vel recedere,vt patet 28.quæst.1.cap.siquis gẽtilis &c.Et assignatur ratio. San.Thomæ, quare liceat fideli cohabitare infideli, vel recedere ab eo, scilicet, diuersitas vitæ &c. sed non multum satisfacit,vt probatur 1.Regum tomo 1 109.c.4.I

Et assignatur alia ratio ab authore,ib d.

Iura vocant coniuges socios humanæ, & diuinæ domus.1.Regum tomo 1 110.c.1.E

Ad hoc,quòd alter coniugum transeat ad fidem,non oportet, quòd habeat licentiam alterius coniugis, iuxta illud,qui non dimittit patrem, vel matrem, vel vxorem,&c.propter me &c.1.Regum tomo 1. 111.c.2.C

Coniux fidelis non cogitur habitare coniugi infideli propter prolem susceptam, ne sit ei periculum salutis animæ, nam etiam sine ista cohabitatione, prouisum est de iure hoc, 1.Reg.to.1. 111.c.2.C

Coniugum filij qui nati sunt vel concepti, cum parẽtes eorum erant fideles,& postea parentes vel alter eorum fiat infidelis,coguntur filij baptizari,si vero nati, vel concepti sunt de parentibus tunc infidelibus, qui parui sunt cum parentes eorum conuertuntur ad fidem, debent baptizari, secus si tunc essent adulti, &c.1.Reg.to.1 111.c.2.C

Coniugem fidelem manere cum infideli bonum est, dicit Sna. Tho si sit spes de illius conuersione, in quo innuit malum esse,si non sit spes,& cæt. quod non videtur sane dictum,nisi intelligatur sic,quòd melius sit recedere,1.Regum tomo 1 108.c.3.G

Circa coniugem repellendum, non est simile de fornicatione carnali,& de fornicatione spirituali, scilicet,de infidelitate,&c. 1.Regum tomo 1. 112.colum.1.E

Contra coniugem solum habet obijci fornicationem commissam post matrimonium, vel post sponsalia,& non illam,quæ præcessit.Extra de iureiurã.in c.quemadmodum,1.Regum tomo 1. 121.c.2.B

Generale est, quòd coniux fidelis nunquam tenetur cohabitare coniugi infideli.1.Reg.to.1. 122.c.3.F

Conuerso altero cõiugum infidelium ad Christum, quòd ambo maneant in coniugio malum esse, & contra mandatum Christi,dixit Polentius,dixit secundo, quòd Apostolus illud asseruit mandans ꝙ manerent copulati, quæ sunt incompatibilia, sed vtraque pars dicti Polentij falsa est, vt probatur. 1.Reg.to.1. 124.c.1.D

Coniugi fideli,in primitiua ecclesia,non licebat separari ab infideli propter duo. fol.125.c.2.D. Sed nũc licitum est,nec extant illa duo.ibidem. fol.126.c.2. E.& 126 c.4 G

Nullus coniugum tenetur alteri debitum offerre,sed exactus debet reddere. Matth.to 5. 48.c.2.A

Quando dixit auctor,quòd non licebat coniugi fideli recedere ab infideli, quandiu infidelis cohabitare vult sine contumelia,&c. Nec vult trahere ad peccatum mortale, dupliciter vult intelligi; vno modo,quòd tenetur manere, idest nõ trãsire ad aliud matrimoniũ, licet possit cessare à cohabitatione, si autem infidelis recedat, licitum est tunc fideli, recedere à cohabitatione infidelis transeundo ad aliud matrimonium. Alio modo, quòd licebat etiam recedere à cohabitatione infidelis, quandiu ille sine contumelia cohabitat, s.tempore Apostoli in principio ecclesiç, & hoc non, quia tunc turbaretur status fidelium, secus tamen nunc. 1.Reg. to.1. 126.c.1.B & c.4.G

Coniugem conuersum ad fidẽ cohabitare cum coniuge infideli, esse contra doctrinam vete. & noui testa. dixit Polentius, quod probatur esse falsum. 1.Reg.to.1. fol.128. col.1.D. Similiter falsum est, quod rursum dixit,s.quòd Apostolus iusserat fidelibus manere cum infidelibus. Et quòd nullo modo recederent ab eis,ibidem. 128.c.4.K

Non potest homo separare cõiuges sine iniuria Dei. Matth.to.5. 80 c.4.k

Coniuges infideles copulati matrimonialiter in gradibus vetitis a constitutione canonica, si conuertantur ad fidem, permittuntur manere copulati. Et non secundum dispensationem, sed ipso iure. Et de rigore. Et male fieret, contrarium faciendo. 1.Reg.to.1. 136.c.3.H

Coniugatus. In quo casu sit melior, quàm virgo. Matth.tomo 7. fol.24. col.4.F

Coniugatorum, & maximè diuitum,desiderium maximum est habere filios,&c. 4.Reg. 35.c.4.H

Coniuratio. Coniurare contra dominium est contra ius naturale. 4.Reg. 100.c.1.A

Coniuratio importat compositionem multorũ contra aliquem,iuramento firmatam.1.Reg.to.2.f.99. col.1 C

Coniuratio & conspiratio,secundum se, non significant aliquod malum, sed solum ex fine, ad quem fiunt. Nam coniuratio est multorum congregatio

ad se

ad se iuuandum in aliquo cum iuramento, conspiratio vero est multorum concordia, s. quia spiritus multorum idem sentiunt, &c. Iura tamen humana accipiunt semper coniurationem & conspirationē in malam partem, vel significationem. 4. Reg. f. 99. col. 4 K

Consanguinitas. Consanguinitatis iura, quo ad coitum, quare non obseruent bruta. Gen. fol. 231. col 3. H. Quia non est inter bruta consanguinitas. Ruth. 267. c. 2 B

In secūdo gradu consanguinitatis matrimonio coniungi licitum erat tempore Abrahæ propter idolatriam. Gene. 288. c. 1. E

Ad identitatem vel diuersitatem graduum consanguinitatis nihil agit natum esse ex matrimonio legitimo, vel aliter Leuit. 180 c. 2. H

In cōsanguinitate principium est pater &c. ex 8. Ethi. Leuit. 181. c. 4. I

Consanguinitas est maius vinculum, quam affinitas, cum affinitas ex cōsanguinitate nascatur, &c. Leui. 214 c. 1. C

In arbore cōsanguinitatis cautissime & non sine mysterio, vna domus vacua relicta est, quæ vocatur à iuristis ioachin siue truncus. Deuter. 120. c. 1 C

Consanguinitatis gradus aut affinitatis nullos distinxit Christus. 1 Reg. to. 1. 129. c. 3. k

Quod de consanguinitatis & affinitatis gradibus expressum est in lege Moysi, fuit cæremoniale, nec est de lege naturæ determinatio illorū graduum, quia si sic, nunquam licuisset contrarium. Et tamē licuit, nam aliquando cōtraxerunt fratres qui sunt in primo gradu &c 1. Reg. to. 1. 131. c. 3. F

Aliquid tamen est de iure naturæ, vt s. inter aliquas personas sit vetitus coitus propter reuerentiam, sed determinatio harum vel illarum, de iure positiuo est ibidem.

Cōsanguinitatis & affinitatis gradus, quos Deus prohibuit. Leuit. 18. vetat nunc ecclesia & plures alios propter multa. 1. Reg. to. 1 fol. 31. c. 4 k. Et potest papa in illis dispensare, non tamen inter ascendentes & descendentes. ibid. 132 c. 1 E

Consanguinitas nascitur ex affinitate & ecō ra. Matt. to 2. 157 c. 1. B

Consanguinitatis graduum determinatio ad contrahendum est de iure humano. Et ideo ecclesia permittit conuersos ad Christum & coniunctos matrimonialiter in gradibus prohibitis, manere in illo gradu post conuersionem. Matth. to. 5. 88 c. 2 A

In secundo gradu consanguinitatis contrahebant Iudæi, quia non erat illis prohibitus, vt patet Leui. 18. & 20. super 2. Paralip. 156. c. 2. D

Consanguinitas est duplex, scilicet naturalis & legalis, &c. Ruth. 267. c. 1. B

Consanguinitas non solum dicit conformitatem naturalem in genitis cauiatam ex semine eodem, sed etiam recognitionem istius habitudinis, vel possibilitatem ad recognitionem cum amore reciproco naturaliter insurgente ex tali nexu. Ruth. f. 267. col 1. E

Consanguinitas legalis non differt à naturali secundum essentiam, sed solum in assignatione graduū, quo ad prohibitionem matrimonij & successionē hæreditariam. Et determinatio ista non est eadem secundum leges omnium gentium: nam inter quasdam gentes nullus gradus est vetitus. In veteri vero testamento solus primus gradus inter descendentes collaterales interse prohibitus erat: in nouo verò testamento à principio fuerunt determinati septem gradus consanguinitatis ad impediendum & dirimendum matrimonium, sed postea propter multa inconuenientia, quæ sequebantur, restricti sunt ad quatuor, & vltra non est impedimentum, vltra quos non vocamus aliquos consanguineos, &c. Ruth. 267. c. 2. D

Aliquando consanguinitas naturalis magis procedit quam legalis, & interdum econtrario. Ruth. f. 267. col. 3. G

Cætera de cōsanguinitate, & affinitate. vide in dictione Gradus.

Conscientia. Qui contra conscientiā agit, ædificat ad gehennam, vt patet extra de restit. spolia. cap. literas, & extra de præscrip quoniam omne Exo. to. 1. fol. 85. col. 3. F. 1. Paralipo. 121. c. 3 F

Agens contra conscientiam credens actum de se licitum, ex errore iudicij, esse illicitum, non oportet quòd peccet mortaliter, licet putet se peccare mortaliter, vt determinat sanctus Thomas in Quolibe. Exo. to. 1. 85. c. 3. F

Conscientiam dedit Deus tanquam iudicem particularium, quæ alio iudicio legis iudicari non possunt. Et ideo per conscientiam ligamur. Et per cōscientiam absoluimur, vt patet 2. Corinth. 1. hæc est gloria nostra testimonium conscientiæ nostræ, & ad Rom. 14. omne, quod non est ex fide, peccatum est. Exo. to. 1. 86. c. 3. F

Conscientia est lex, vbi lex deficit. Iudic. fol. 77. col. 4. K

Conscientia est præferenda famæ. Matth. to. 5. f. 51. col. 2. A

Conscientia absque lege dictat esse cauēdum ab operationibus malis. Exo. to. 1. 7. c. 1. B

Consecrare consecratio.

Consecrari accipitur dupliciter, vno modo large pro quacunque applicatione rei ad Deum. Et isto modo omnia, quæ offeruntur vel vouentur Deo, dicuntur consecrari. Alio modo propriè: & sic idē est, quòd applicari aliquid ad cultum Dei totaliter, ita quòd vsus illius rei sit immediate actus cultus diuini, & huiusmodi erant animalia, quæ immolabantur domino, & vestes sacerdotales, & omnia, quæ erant in sanctuario. Et sic accipitur consecrari Leui. 27. cum dicitur: Omne, quod domino cōsecratur, &c. Leuit. 354 c. 4 k

Cum quis rem aliquam consecrabat domino in veteri testamento non poterat illam postea alienare, nisi forte esset aliqua res, quæ posset commutari vel redimi &c. 1. Paral. 212 c. 1 E

Consecrare est sacrum efficere. Et illa res dicitur sacra per hoc, quòd transit specialiter in ius Dei, 1. Paralip. 307. c. 2. B

Vbicunque in litera nostra habetur, consecrare manus sacerdotū vel initiare, in Hebræo dicitur complere, &c. 2. Paralip. 175. c. 2. D

In consecratione summi sacerdotis, & aliorum sacerdotum, qui ritus seruarentur. Exo. tomo 2. fol. 71. col. 2. D

De consecratione sacerdotū veteris testamenti, vide in dictione Sacerdos.

In consecratione Eleazari filij Aaron, non fuerunt obseruata, quæ mandauit dominus, Exodi 29. propter temporis necessitatem, &c. Exo. tom. 2. f. 85. col. 1. C

Consecratio dicit aliquas cæremonias speciales vltra sanctificationem, &c. Exo. to. 2. 86 c. 2. E

In consecratione episcopi vel papæ non imprimitur Character, cum non sint ordines. Exodi tomo 2. 87. c. 4. H

Consecrationem sacerdotalem desiderare in veteri testa-

teſtamento, tale erat ſicut deſiderare epiſcopatum in nouo, vel eccleſiaſticum beneficium, quia ſunt honor, & onus ſimul. Exo.to.2. 211.c.4.K

In cõſecratione calicis, ly æterni nõ reperitur in euangelijs vel epiſtolis, determinatum tamen eſt ab eccleſia, quòd Chriſtus illud dixerit, vt patet extra de celebratio.miſſarum.cap.cùm Marthæ. Leui.f.263. col.4.G

Conſecratio dicitur quælibet applicatio ſpiritualis ad Deum. Nu.to 1. 68.c.2.D

In conſecratione altaris holocauſtorum plures fuerunt factæ cæremoniæ, quàm in cõſecratione aliorum vtenſilium, quia ſeptem diebus durauit conſecratio ſpecialis altaris holocauſtorum. Nu.to.1. 77.col.4.G. Nam generalis facta eſt prima die erectionis tabernaculi. Nu.to.1. 81.c.4.I

Sæpiſſime fiebant conſecrationes ſacerdotum & leuitarũ inter Iudæos, ſicut inter nos collationes ordinum. Num.to.1. 91.c.3.G

De verbis conſecrationis, quòd omnia fuerint à Chriſto dicta. tradit Innocẽtius III. de celebratione miſſarum.cap.cum marthę. cuius ratio & probatio reperitur ſuper 1.Reg.to.1. 124.c.3.G

Conſecratio rerũ, quæ fiebat domino ab aliquo Iſraelita, fiebat per votum, vouendo illas dare domino, & nulla alia cæremonia fiebat, & ſi illæ res non applicabantur immediate vſibus diuinis, licebat illi Iſraelitæ applicare illas ad vſus ſuos, dum tamen illas non alienaret, ſed ſemper manerent pro domino, ſecus tamẽ ſi immediate applicarentur vſibus diuinis, &c. 1.Paral. 212.c.1.A

Conſecrationis verba non faciunt conſecrationem, ſed Deus & ſummus ſacerdos facit illã ad præſentiam verborum. Matth.to 4. 247.c.3.G

Verba conſecrationis, quibus vtitur Eccleſia, licet nõ habeantur ita formaliter in euangelio, Eccleſia tamen ſuſcepit illa ab apoſtolis, qui ea ſuſceperunt à Chriſto, vt patet extra de celebratione miſſarũ cap. cum marthę. Defen. 16.c 4.K

Cum fit conſecratio ſecundum morem Eccleſiæ neceſſe eſt, quòd ſacerdos totum Chriſtum conſecret &c. Parado.fol.26.c.4.I. Sed quare hoc, ſimiliter & quare ſub ſpecie panis, vide ibidem.

Conſecratum. Conſecrata dicebantur quæcunque offerebantur, vel donabantur, aut vouebantur, vel qualitercunque in ius Dei tranſibant &c. Leuit. fol.234.col.2.C. Et oblationes conſecrabãtur per hoc, quòd tradebantur ſacerdoti, & quæ donabantur vel vouebantur, per ſolam donationem vel votum conſecrabantur, & tranſibant in dominium Dei, nec poterant in alios vſus conuerti. Et ea, quę ad Deum pertinebant ex lege, non poterant Deo donari vel voueri cuiuſmodi erant primogenita pecorum, &c. Leui. 234.c.2.C

Conſecrata Deo ex donatione ſine voto, eadem, quæ donata eſſent, &c. debebant dari. Et idem dicendum eſt de rebus voto traditis. Et eſt regula generalis, quòd quandocunque res, quæ vouentur, pertinent determinatè ad Deum, & non poſſunt commutari. Qui vtitur illis applicãdo illas ad ſuos vſus, contractat rem ſacram, & peccat, ſi tamen eſſent conſecratæ per oblationem, iam non poterat offerens tangere illas poſt actualem oblationem in ſanctuario, niſi ex Dei ſpeciali donatione, vt patet in victimis pacificis, &c. Leuit. 235.c.4.H

Conſecrata Deo, & oblata habent ſe ſicut ſuperius & inferius, omne oblatum eſt conſecratum, ſed non è contra. Leuit. 235.c.4.k

Ex conſecratis Deo quædam applicabantur ei per oblationem, & proueniebat aliqua pars domino de illis, & iſtæ res erant multum ſanctificatæ, aliæ erant, quæ dabantur domino, ſed non offerebãtur Deo illa, nec pars illorum, ſed ſolum miniſtris, vt decimæ & primitiæ, & illi, qui de primis debebant comedere, debebant eſſe mundi. Non tamen qui de ſecundis, immo talia poterãt cõuertere in alios vſus & vendere. Nam quilibet leuita poterat vendere, vel comedere decimas poſtea quàm diuidebantur. Leuit. 236.c.1.B

Tangens res conſecratas, ſi ſit laicus, peccat. Nu.to.1. 269.c.1.B

Conſentire. Melius eſt omnia mala pati, quã malo conſentire. Matt.to.5. f.49. col.4.I

Conſequentia. Nũquam ſequitur aliqua neceſſitas conſequentiæ niſi ex aliqua neceſſitate abſoluta. Ioſue tomo 2. fol.12. col.3.I

Non debet tradi in conſequentiam, quod ex ſpeciali conceſſione factum eſt, extra de elect. cap.cum in cunctis. Iudi. 60.c 4.G

Conſequi. Illud, quod naturaliter conſequi non poſſumus, naturaliter deſideramus. Marth.to.6. 79.c.1.D

Conſeruare conſeruatio.

Conſeruare ſe in vita, maxima cura omnium mortalium eſt, &c. Ioſue to.1. 160.c.4.k

Quo ad conſeruationem ſic ſe habẽt res omnes comparatę ad Deum, ſicut ſe habent ſubſtantiarum accidentia comparata ad ſubſtantias, &c. Exo.to.1. 291.c.2.C

Quælibet res creata indiget conſeruari in eſſe, quod ab alio accepit. Matthæi to.5. 146.c.4.E

Ab opere cõſeruationis nec vnquam ceſſauit Deus, nec in æternum ceſſabit. Exo.to.2. 112.c.3.I

Nihil magis deſiderat natura quàm ſe ipſam conſeruare. Matth.to.5. 116.c.1.A

Cuius præſentia eſt cauſa conſeruationis eius, abſentia eſt cauſa deſtructionis. 1.Reg.to.1. 53.c.4.H

Conſideratio. Dupliciter poteſt conſiderari corpus noſtrum. Matt. to.6. 138.c.3.G

Conſideratio aliquarum rerum aliquando cognitarum duo facit. Matth.to.7. 217.c.1.E

Conſilium. De conſilijs euangelicis. Num. to.1. 76.c.1.D

Rara conſilia reperiuntur in veteri teſtamento in nouo autem multa. Num.to.1. 76.c.1.E

Inter conſilium præceptum & admonitionem quid interſit. 1.Reg. to.1. 127.c.3.H

Conſilium ſeniorum, de quo. 1.Paralip. 26. erat domus quædam magna, quæ vocabatur domus conſilij vel iudicij, & iſti erant ſeptuaginta iudices, qui conueniebant cum ſummo ſacerdote, & definiebant omnes cauſas arduas Iſraelitarum. 1.Paralip. 302.c.2.A

Conſilium & deliberatio nõ eſt de neceſſarijs, ſed de cõtingentibus agibilibus per nos. 3.Ethic.c.de cõſilio, & elect.2.Paralip. 18.c.1.D.& 157.c.3.D

Sub conſilio cadunt arduæ, & nõ ſub præcepto. Matt. to.7. 116.c.1.A

Conſilia ſunt de iuſtitia ſuper abundanti. Matth. tomo 2. 232.c.1.A

Conſilium non ſolum eſt de faciendo opus bonum ſuper erogationis, ſed etiam de vitãdo minora mala, &c. Matth.to.3. 10.c.1.D

Ea, quæ ſecundum ſe ſunt conſilia, efficiuntur præcepta, ſecundum animi præparationem, ita ꝙ nihil

eſt

est tam perfectum inter omnia cõsilia, ad quod nõ teneatur homo habere animum præparatum, vt est ponere animam suam pro fratribus suis,&c. super Matth.to.3. 48.c.1.K
Christus non posuit consilia expresse, nisi de illis rebus, quæ pertinẽt ad excellentem charitatem &c. Matth.to 3. 85.c.1.D
Consilia in lege Christi neminem obligant nisi volentem se obligare Matth.to.3. 291.c.4.F
Consilium, prout venit à consiliando, est actus prudentiæ,non tamen prout venit à consulendo. Mat. to.5. 39.c.4.H
Quando consilia sint necessaria alicui Christiano. Matth.to.5. 23.c.2.A
Quomodo in consiliis consistat perfectio. Matt.to.5. 135.c.1.D
In consiliorum obseruatione includitur obseruatio præceptorum,& totum bonum,quod est ex obser uatione eorum,& additur aliquid plus. Matt.to.5. 135 c.2.B
In actibus consiliorum nõ consistit perfectio,sed perfectionis dispositio, nam perfectionis instrumenta sunt consilia, quia per ea tolluntur impedimenta actus perfecti charitatis, sic dicit abbas Moyses in collationibus patrum,sieiunia, vigiliæ, meditatio scripturarum, nuditas atque priuatio omnium facultatum,nõ perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt,&c.Matth.to.5. 136 c.3.F
Correctio fraterna quando dimittenda sit propter scandalum, & quando non, Mat. tomo 5. 23.c.1.E

In fraterna correctione voluit Christus tenere ordinem illum, de quo habetur Mat. 18. vt primò secretè admoneretur. Et postea coram testibus, & deinde coram tota Ecclesia, vt non infamaretur delinquens, si cum leuioribus remedijs, ex quibus non consurgit infamia, posset emendari, non procederetur ad maiora, quæ infamant, ex quo sequitur, quòd imposuit nobis onus, vt quantum posse mus euitare infamiam fratris, euitaremus. Et ideo nõ solum debemus conari euitare eam per istum ordinem assignatum a Christo, sed etiam in quolibet leuiori remedio insistendo quantum valuerimus, vt non procedamus ad aliud, quod est grauius. Et ita quando quis secretè admonet, non dicitur statim post primã monitionem procedere ad testes, sed toties admonere, quandiu putauerit per talem admonitionem secretam posse corrigi, cũ aũt putauerit verisimiliter, ꝙ delinquens noluerit emẽdari per talẽ modũ, poterit tũc procedere ad testes adhibẽdos. Et tñ quoties debeat dicere in secreto, nõ est determinatũ, sed quoties videat expedire. Et ita adhibitis duobus testibus, si nõ audierit illos, nõ statim debet procedere ad dicẽdum Ecclesiæ, nec etiã adhibebit plures, cũ nõ sit licitũ adhibere vltra duos, sed illos eosdẽ adhibebit sæpe, quousq; verisimiliter credat corrigẽs, ꝙ etiã per admonitionẽ testiũ nõ corrigetur; nã tũc dicet Ecclesiæ: nisi verisimiliter putet, quòd dicendo Ecclesiæ etiam non corrigetur, sed ꝙ deteriorabitur, quia tũc magis cessandũ est a correctione, quia iã incipit militare cõtra charitatem, Mat. to. 5. 55.c.4.H

Admonitio fraterna magis conceditur in alijs criminibus, quàm in hęresi propter communionem periculosam. Nam in hæresi solũ bis admonet quis; ad Titu. 3. hęreticũ hoĩem, post vnã, vel alterã admonitionẽ, deuita. In alijs verò necesse est saltẽ ter admonere, quia primò secretè, secũdò coram testibus, tertiò corã Ecclesia, vel potius ab Ecclesia admonetur; & ita Ecclesia ad excommunicationem trinam præmittit monitionem, & ita excommunicatio videtur esse pœna, quæ hic infligitur, & ideo plus admonetur in alijs criminibus; quàm in hæresi, Matth. tomo 5. 56. c. 1. A. Defen. 39.c.2. D

Ecclesia, in ordine fraternæ correctionis, potest quadrupliciter accipi. vno modo pro multitudine: alio modo pro prælato. tertio pro aliqua speciali multitudine. quarto pro tota multitudine in Christo credentium, sed communiter accipitur pro prælato, &c. quia illi faciliter potest dici, & ille potest corrigere delinquentem. Matth. to. 5. 56.c.2.E

In correctione fraterna peccatũ Papæ deferendũ est ad Ecclesiã vniuersalẽ. s. ad cõciliũ vniuersale, vniuersalẽ Ecclesiã repręsentãs, Mat. to. 5. 56.c.3.H

Quando per fraternas correctiones frater putatur incmendabilis, iubemur eũ deferere, & eũ a Deo curãdũ relinquere, propter infectionẽ ad alios, & hoc ẽ fieri, sicut ethnic⁹ & publican⁹, Ma. to. 5. 56.c.4.G

Põt dici, ꝙ processus fraternę correctionis nõ intẽdit ad pœnam, sed solum ad emendationem delinquentis, &c. Secũdo põt dici, ꝙ ponitur pœna. s. excõicatio:

eõicatio:tertiò,q; Ecclesia punit criminũ pœnas, siue peccãtes cessent, siue non, Mat.to.5.56.c.4.K
Et admonitus ab Ecclesia debet haberi tanquã ethnicus,& publicanus vno modo,vt corrigatur per pœnam,qui per admonitionem non se correxit, & ita est de excommunicatione, quia contumax excommunicatur, vt tædio affectus veniat respõsurus,Ita ille,cum viderit,quòd priuatur communicatione hominum propter peccatum,per pœnã emendabitur &c. Secundò fit hoc, vt consulatur non peccantibus, ne mali efficiantur per communicationem cum talibus,& ideo cessãdum est a conuersatione illorum, quia conuersatio trahit ad delicta 1.Corint.5.Corrumpunt bonos mores colloquia praua, Mat.tomo 5 57.c.1.E
Lex de correctione fraterna in omnibus peccatis habet locum,& etiam in peccato hæresis, sicut tota obseruat Ecclesia,Defenso. 39.c.2.D

Corrumpi. Non potest corrumpi id quod non habet contrarium, Matth. tomo 6 92.c.1.A
Non potest forma corrumpi, si maneat vltima dispositio.Mat.tomo 6.92.c.1.A. Nam si forma corrumpatur non manebunt in materia dispositiones propriæ illius formæ,ibidem.
Quomodo elementa,secundum se tota, ne queant corrumpi,Mat.tomo 7 145.c.1.B
Nihil a seipso corrumpitur, Mat.tomo.7 159.c.3.k

Corruptio. In rebus animatis euenit ex defectu cibi.3.Reg. 177.c.4.k
Corruptio fit ex actione cõtrarietatis,& forma substantialis non habet contrarietatem, & ideo non corrumpitur directe,sed id,quod directe corrumpitur,ante formam corrumpitur,& ita non potest manere ante formam &c.Mat.tomo 6 92.c.1.B
Corruptio fit per alterationem, Matthæ. tomo 7 146.c.2.E
Omnis corruptio fit per contrarietatem,& ideo in illo,qui nullam habet contrarietatem non potest esse corruptio,Parado. 66.c.1.D
Impossibile est,quòd sit aliqua corruptio in diuinis, Parado. 63.c.3.F
Corruptio libri fit dupliciter,vno modo addẽdo aliquid,quod non erat,vel alterando id,quod erat,in aliam sententiam 1.Paralip. 8.c.4.H

Corruptibile. Corpus corruptibile dupliciter reddit incorruptibile, Mat.to.7 146.c.2.B
Corruptibile,& incorruptibile differunt plus quàm genere, quando incorruptibilitas venit alicui ex sua natura secus si alias,Mat.tomo 7 156.c.2.E

Cortina. De cortinis tabernaculi, ansulis & circulis,Exo.to.2. 191.c.2.A
Cortinę tabernaculi factæ erant opere plumario, & textili,& non opere pictorio, vt quidam putant, manifeste aberrantes, vt probatur Exod.tomo 2 37.c.4.F
De cortinarum tabernaculi religatione,Exo.tomo 2 39.c.1.I
Duæ magnę cortinę tabernaculi iungebantur per cẽtum ansulas hyacinthinas, quarum quinquaginta erant in vna cortina,,& quinquaginta in alia, quæ iungebãtur per quinquaginta anulos aureos,Exodi tomo 2 39.c.3.H

Corus. Musicum instrumentum inuentum est in Græcia tempore Abimelech filij Gedeonis.Et dicit Strabus,quòd corus est pellis cum duabus cicutis,per quarum alteram inspiratur, & per alteram redditur sonus,& scribitur,secundum quosdam,sine aspiratione.Sed quãdo capitur pro voce canentium,& pro mensura,& vento, scribitur cum aspiratione,Iudi. 125.c.3.I
Corus apud Hebræos mensura est continens decem ephi,& ephi decem gomor,Sed quantitas gomor determinata nescitur. Secundum tamen Isidorum, & Papiam gomor continet tantum, quantum continet quarta, & dimidia Parisiensis, Nume.tomo 1 154.c.3.H
Et est corus nomen mensuræ non valde magnæ, de qua habetur Ezechielis 45.quæ cõtinebat decem batos,vel decem ephi,& ephi decem gomor &c. 3.Reg. 41.c.2.B
Corus mensura accipitur interdum pro mensura rerum liquidarum,& interdum pro mensura rerum aridarum,2.Paralip.231.c.2.A. Et post corũ erant duæ mensuræ minores,scilicet,batus & ephi, batus pro liquidis,& ephi pro aridis, & erant tam ephi quàm batus decima pars cori.Mat.tomo 6 236.c.2.B

Coruus. Corui emissio, quam fecit Noe,fuit mense vndecimo eiusdem anni die vero duodecima, vt patet per computationem, Gen.45.c.1.A. Qui nunquam redijt ad Noe, ibidem Parado. 3.c.2.A
De coruo emisso, & non reuerso,quid dicant impudentes Iudæi,Gen. 45.c.1.E
Inter corui missionem, & columbæ, interceserunt septem dies,Gen. 45.c.3.K
Solus coruus,inter aues,habet sexaginta quatuor vocis mutationes,Leui. 108.c.3.k
De coruo,& eius proprietatibus Leui. 108.c.4.F
Corui quomodo pascerent Eliam,& vnde afferrent panes,& carnes,3.Reg. 157.c.2.B

Coruinus. Marci Coruini refertur historia Exo.tomo 1 294.c.3.H

Costa. Adæ erat superflua respectu Adæ, erat tñ necessaria respectu formationis Euæ. Gen.16.c.4.K.& 141.c.2.D
De costa Adæ quomodo potuerit formari Eua,referuntur opiniones,Gen. 17.c.1.C
De costa Adæ vnum de duobus dicendum est aut,q; non fuit Adam formatus cũ pluribus costis quàm nos,& ablata vna manserunt pauciores costæ in eo quàm sint in nobis;aut quòd Adam habuit a principio plures costas quàm nos habeamus, sed quid horum sit verum dubium est. Secundum tamen videtur verũ propter multa, Gen.141.c.2.D.Nec propterea fuit monstruositas in Adam,ibidem.
Locus costæ Adę de qua formata est Eua,quare fuerit carne repletus,& quare hoc referat scriptura, assignantur rationes,Gen. 149.c.3.I
Costa Adæ,in quo resurget in die iudicij, Mat.to.6. 110.c.4.G
Quare ex costa superabuudante in Adam formata sit Eua,& non ex costa,quæ est ad integritatem indiuidui,Gen. 150.c.1.C

Coturnix. Innumera coturnicum multitudo reperitur iuxta sinum arabicũ maris rubri, Exodo tomo 1 130.c.2.C
Quare Deus dederit potius coturnices Hebræis petentibus carnes, quàm alias carnes vel aues, Nume.tomo 1.155.c.2.B.Et quare per mẽsem, & nõ vltra,nec quotidie,ibidem Et quare non saturabat Israelitas quotidie,cum posset,sicut saturabat Eliã pane, & carnibus, ibidem.Et de bonis Israelitis, non desiderantibus carnes, Num.to.1. 156.c.2.D
Iudæi fuerunt bis saturati coturnicibus,primo,quando datum est manna a principio,secundo quando fuerunt in mansione, quæ dicitur sepulchra concupiscentiæ, Mat.tomo 4.99.c.2.D.Sed quomodo coturni-

do coturnices veniebant ad castra Israelitarum, ibidem.

Cras. Pro tempore futuro accipitur, Exo.13.& Gen.30.Cras respõdebit mihi iustitia mea, Exo.tomo 1 102.c.1.B

Cras aliquando significat totum tempus futurum, sicut heri omne tempus præteritum, Iosue tomo 1 71.c.2.C

Crastinum. Potest accipi pro quocunque tempore futuro, vt Iosue 22- Cras dicent filij vestri filijs nostris &c.Et Matth.6. Nolite soliciti esse in crastinum, Matthæ.tomo 3 114.c.1.E

Crassari. Squire est, vel grauem fieri 2. Regum 173.c.4.F

Crassus. Fuit inter Romanos ditissimus:nam ante Christum natũ per quinquaginta annos,intrans in Ierusalem tulit omnia vasa aurea,& argentea templi quasi duo millia talentorũ, qui cum Romam veniret ex decreto senatus morti adiudicatus est,quia vasa abstulit,a quibus Pompeius abstinuit,& Cassius aurum lique fecit, quod in guttur Crassi infudit dicens:Crasse, aurũ sitisti, aurum & bibe,&c.Gen. 32.c.4.K

Crassus in Iudęam veniens pecunias sacras templi, quas Pompeius tangere noluerat, vsque ad duo millia talentorum,& totum reliquum aurum vsque ad octo millia talentorum abstulit. Accepit etiam trabem de auro puro versatilem, pondere septingentorum,& quinquaginta librarum Mar. tomo 1 151.c.4.G

Crassum ducem Romanorum interfecerunt Persę aurum lique factum in guttur eius infundentes, & dicentes;Crasse aurum sitisti,aurum dibe.Mat. tomo 1 151.c.4.H

Cratera. Craterę dicuntur magna vasa fictilia, siue metallina,& ampla ansas habentia,& sunt magnę capacitatis,& dicuntur a cratim, quod est connexio,quia talia vasa fiebant antiquitus ad conseruandas res aridas, & erant de virgis connexis.Nunc autem omnia vasa magna, & ampla crateres vocantur,Exo.tomo 2 7.c.4.H

Inter crateras,& cyathos quid interfit,Num,tomo 1 43.c.1.C

Craticula. Circa Craticulà, de qua Exo.27. Refertur opinio quædam, & improbatur Exodi tomo 2. 50.c.2.A.Sed dicẽdum, quòd craticula non erat aliqua lamina aurea perforata posita intra concauitatem altaris, sed erat facta ex laminis tenuibus,& perforatis,& ponebatur ad pulchritudinem in altari,& non ad necessitatem,scilicet,in parte exteriore altaris,& extendebatur à pauimento per cubitum,& dimidium,scilicet,per medietatem altitudinis altaris, & reliqua medietas altaris,secundum altitudinem,tegebatur laminis æneis,& altare replebatur terra vsque ad summitatem craticulæ,& parum plus.Aliquę glosæ Hebraicæ ponunt craticula etiam ad sanguinis victimarum distinctionem &c. ibidem, in eadem quęst.

Quare super Craticulam,& sub ea erat arula, Exod. 200.c.3.G

Creagra. Creagræ, de quibus 2.Paralippo.4. sunt tuscinulæ.2.paralip. 58.c.2.D

Creare. Ad quid Deus hominem creauerit, Mat.tomo 7 141.c.4.H

Creandi potentia non est communicabilis creaturæ, Exo.tomo 2 19.c.4.I

Res, quæ nunc sunt,non potuerunt sic creari, vt haberent totum esse simul,ideſt, quòd haberent simultatem,& non potentialitatem ad aliquid,Iosue tomo 2 23.c.1.A

Creatio. Creationis opus,secundum communem opinionem,ante omnem diem fuisse creditur.Et opus distinctionis tribus primis diebus, & opus ornatus tribus sequentibus,Genesim. 2.c.2.E

Creatio est eductio de non esse ad esse,nulla materia præsupposita,sed solo agente,& sic res, quæ creatur,non habet potentiam absolutam, vel respectiuam quæ est aliquid positiuum, quia istæ ponuntur in fundamento naturæ,scilicet, in materia, quæ ante creationem non præexistebat, Genes. 4.c.1.B.

Quòd Creatio incæperit die dominica, necesse est dicere, quia sabbato requieuit Deus,& illud fuit septima dies,sed nulla dies est prçcedẽs sabbathũ, nisi dominica,igitur,&c.Nec verum est,quòd die dominica hora completorij Deus incæperit creationem,vt aliqui dicunt,quia ante primam rerum creationem non fuit aliquod tempus,Si tamẽ dicamus,vt aliqui dicunt,quòd lux fuerit vnum de primis creatis,tunc dicẽdum est,quòd prima rerum creatio non fuit tacta in aliquo tempore, sed fuit cum aurora,ideſt,cum existit lux,in orizonte suæ creationis, Gen.5.c.1.C.Num.tomo.2. 38.c.2.D

Creatio est infinitæ potentiæ,Gen. 8.c.3.H

Inferia sexta ad Solis occasum,incipiente iam sabbatho,dicunt Iudęi,quòd Deus creauit decẽ res,quarum prima fuit os terræ,secunda os putei,qui semper patebat Iudæis viuẽte Maria sorore Moysi, tertia os asinæ Balaam,quarta Iris seu arcus Cælestis. Quinta aries,quem immolauit Abrahã pro Isaac, Gen.23.sexta virga Moysi,septima manna,octaua tabulæ legis, nona dęmones apparentes hominibus,decima fuere forcipes,vel tenaculę,vt ait,rabichuda,dicit enim primas forcipes de cęlo descendisse nec potuisse aliquid fieri,& secundum istam insaniam, soluitur vulgaris quęstio.s,quid fuerit prius martellus an tenaculæ. Sed isti valde errant, vt probatur Nu.tomo 2 38.c.2.D

Creatio multoties accipitur pro factione in sacris literis,Num.tomo 2 38.c.3.k

Creationis beneficium maius est quam redemptionis. Et hoc considerãdo beneficia Dei in se ipsis,si autem considerentur beneficia,vt quantitatem accipiant ex affectione,vel charitate tribuentis, maius fuit beneficium redemptionis, quam omnia alia simul sumpta,&c.Deu. 113.c.2.D

Non oportet,quòd quandocunque est creatio actiua,sit creatio passiua rerum,Iosue to.2. 43.c.2.B

Creator. Primus,qui legitur Deum appellasse creatorem,fuit Melchisedech, Genes.14.Gen. 251.c.4.I

Creatum. Creata solum fuerunt ea,quę pertinent ad primam diem, siue ad principium.s,cœlum & terra, quia ante ista non erat materia, ea autem, quæ in alijs diebus facta fuerunt,non sunt creata,sed producta.s, factio firmamenti, diuisio aquarum,&c.nec valet ista consequentia,res ista non fuit creata,& fuit producta, ergo poterat naturaliter produci, vt patet de primo homine, de sole, de corporibus cœlestibus, supposito,quòd habeant materiam eiusdem rationis cum istis,&c.Gen. 4.c.1.B

Creati fuerunt Angeli ante omnem diem, Numer. tomo 2 39.c.1.D

De decem rebus, quas dicunt Iudæi creatas fuisse vespere sabbathi 5.Terra,quæ deuorabit Dathan, & Abiron.Os putei. Os asinæ Balaam. Iris. Aries quem

quem Abrahã immolauit, Virga Moysi. Manna. Tabulæ legis. Dæmones, Forcipes, Num. tomo 2. 38.c.2.D

Creatura. Quanto aliqua creatura est perfectior, tanto est Deo similior, Matt. tomo 4 52.c.2.B

Et aliquid perfectionis est in Deo, quod non est in creaturis, Mat. tomo 6 73.c.3.H

Creatura potest dupliciter accipi, Matthæi tomo 6 200.c.4 G

Creatura complacet nobis dupliciter, sed quæ sit ordinata creaturę complacentia, Matthæi tomo 7 252.c.3.G

Credere. Inter credere Deum, credere Deo, & credere in Deum, hoc interest, nam credere Deum est credere Deum esse, credere Deo est credere verbis eius, credere in Deũ est intellectu, & voluntate Deo totaliter adhærere, non quidem per amorem, quia hoc pertinet ad charitatem, sed fide, vt scilicet voluntas nostra, velit, & mandet intellectui nostro assentire omnibus, quæ Deus dicit, Exo. to. 1. 116.c.3.G

Credere Deo, quomodo sit meritorium, & quomodo non, Exo. tomo 1 116.c.3.G

Credere Deum esse, & remuneratorem esse, sufficiebat gentibus ad salutem, ad Hebræ. 11. Quod naturaliter poterant cognoscere, ad Rom. 1. Inuisibilia enim ipsius, &c, Num. tomo 2 182.c.1.E

Quomodo intelligitur, quòd credẽti nihil est impossibile, 4. Reg. 39.c.4.K

Credere dupliciter accipitur, vno modo, vt dicit actum fidei; alio modo pro confidere. Et tunc credere est magis actus spei, vel cõfidentiæ, quàm fidei. Credere primo modo est perfecto corde credere omnia, quę credenda sunt, absque errore. Et cum ista fide potest stare omnimoda diffidentia. Secũdo modo ille dicitur credere corde perfecto, qui totaliter confidit in Deo quantum ad aliquid, ita quod nihil dubitet, quòd si dubitauerit aliquid nihil consequetur, &c. 2. Paralip. 216.c.3.F

Si credens non operatur, iuxta quod credit, in causa est aliquod impedimentum timoris, vel amoris, Mat. tomo 4 55.c.4.K

Maior numerus erit credentium quàm electorum, Mat. tomo 4 64.c.4 F

Credenti in Christum necesse est, vt recedant aparentibus ipsum solicitantibus ad hęresim, Matthęi tomo 5 168.c.2.B

Omnes credentes sunt filij Dei adoptiui, Matthęi tomo 6 313.c.2.E

Credibile. Aliqua credibilia sunt, quorum causæ sunt ipsa Dei voluntas, vt quod Deus creauerit mundum, & filius carnem humanam assumpserit, &c. Exodi tomo 1. 281.c.1.D

Nullum credibile possumus demostrare, licet ad quædam credibilia sit persuasio, &c. Exodi to. 1. 281.c.2.A

Credulitas. Quantumque vehemens nõ est modus iuridicus conuincendi aliquem, &c 2. Paralip. 159.c.3.H

Creditor. Dicitur, qui pecuniam dat, debitor vero, qui accipit. Et vocantur creditores, quia credere idẽ est, quod cõmittere, & qui cõmodat pecuniã alteri, cõmittit illam illi, vel dicuntur a credendo, quia dant pecuniam suam alijs, credentes, quòd illi restituent sibi, 4. Regum 31.c.3.F

Crepido. Dicitur locus præruptus, vel scissus apud alueũ fluminis scisionibus aquarum, & quotidianis ruinis, &c. Et dicitur a crepo, as. Et aliquando significat summitatem, vel altitudinem, a qua ad cęteras partes descensus est, &c. Exodi tomo 1. 10.c.2.D, Leui. 15.c.4.I

Crepusculum. Duo sunt crepuscula, scilicet, matutinum, & vespertinum, & vtrunque est æqualis durationis, scilicet, per vnã horam, & per quintam partem vnius horæ, secundum Ptolemęum, & secundum Alacensem per horam, & plusquam per quartam partem horę, &c. Iudi. 190, c.3. D. 2. Reg. 14.c.3.K

Crepusculum matutinum incipit ante ortum Solis, quasi per horam & quartam partem horę, Matth. tomo 4 31.c.1.B

Cresus. Fuit Rex Lydorum, fuitque ab orbe condito anno quater millesimo sexcentesimo septuagesimo, de cuius filio muto mirabile quoddam narrat Solinus, &c. Gen. 32.c.4.I

Creticum. De creticis diebus medicorum, Genesis 35.c.4 H

Crimen. De crimine pessimo fratrũ Ioseph, de quo accusauit eos apud patrem, Gen. 37. referuntur opiniones Hebræorum, Gen. 348.c.2.C

Aliquod crimen puniebatur a Deo grauius quàm aliud magis graue crimen, vt crimen cognoscentis matrem, & filiam, siue vtranque per matrimonium, vel vnam, vt vxorem, & aliam vt concubinam, vel vtranque, vt concubinam, quàm crimen cognoscentis matrem suam, vel sororem, & hoc ad euitandum maiorem promptitudinem, &c. Leui. 211.c.3.H

De criminum diuersa punitione, secundum leges vete. testamen. Deut. 132.c.1.A

Ad criminis publici accusationem quilibet de populo admittitur, Iudic. 189.c.3.H, Matthæ. tomo 6. 52.c.2.E

In locis, in quibus aliqua crimina sunt commissa, nõ sunt exercenda sacra, nisi prius purgentur, Matth. tomo 7 123.c.3 F

Criminum correctio aliquando differtur propter scandalum, 2. Reg. 79.c.4 F

De criminibus, quantumcunque antiquis, potest quis accusari, quia crimina sola morte extinguuntur, exceptis tribus casibus. Primo in peccato hęresis. Secundò si hæreticos instituat quis in hæredes. Tertiò si notorio crimine decesserit, &c. 3. Regum 9.c.4.H

Crimen alterius non licet notificare in aliquo de quator casibus, 1. Paralip. 14.c.4 G

Tripliciter potest in crimine procedi, scilicet, per accusationem, inquisitionem, & denunciationem, In accusatione requiritur inscriptio, & non monitio fraterna. In inquisitione requiritur infamia præcedens, & non monitio Euangelica. In sola aut denunciatione requiritur ordo euangelicus, vt patet extra de accusationibus, cap. qualiter, & quãdo. 1. Paralip. Mat. tomo 5 107.c.4.K

Crimina, secundum iura, extinguuntur morte quãtum ad hoc, vt agatur de delicto contra mortuum, etiam quia non potest suscipere pœnas legis pro delicto, Mat. tomo 5. 54.c.2.A

Criminale. In criminalibus debent esse testes luce clariores, vt patet extra de probationibus, cap. fina. & in l. sciant cuncti. C. de probationibus, Exodi tomo 1, 216. c.2. C. 2. Regum, 51.c.1.E

Criminalis sententia non traditur publicæ executioni in diebus Dominicis, extra de ferijs, cap. omnes dies Dominicos, 2. Regum 26.c.4.I

Ad

Ad hoc, quòd aliquis in criminalibus conuincatur, debent probationes esse clarissimæ, vt dicunt iura, scilicet, luce clariores. 2. Paralip. 251.c.3.G

Criminator. De quo Leuiti. 19. duo significat, vel criminum impositorem, vel de criminibus accusatorem, vel eorum narratorem. Primo modo est simpliciter prohibitum. Sed de secundo est distinguendum, quia aut accusat coram eo, qui ista debet corrigere, vel coram aliquo alio. Si secundum illicite facit, nisi faciat secundum modum Euangelicæ correctionis, de qua Matth. 14. Si primum, aut dicit corrigendorum criminum causa, aut liuore motus, vel ira, vel alias. Si secundo modo illicitum est semper. Si vero primo modo, aut vera, aut falsa enunciat. Si vera, aut sunt talia, quæ nisi corrigerentur, redundarent in damnum Reipub. scilicet, ad magnum scandalum patriæ, vel perditionis eius. Et in isto casu tenetur enarrare crimina. Si vero sint crimina non sic se habentia, non debet aliquis de talibus criminibus accusator fieri, nisi fortassis sit ille, ad quem damnum, vel iniuria ex tali crimine proueniebat, quia tunc accusare poterit, Leuit. 190.c.1.E

Criminoso non licet se defendere a iudice, ipsum iudicem impugnando, Iosue tomo 2 10.c.2.A

Crisma. Et oleum infirmorum solum conficitur in sedibus Episcopalibus, & inde omnes Ecclesiæ minores recipiunt illud, Num. tomo 1 268.c.3.G

Crocodilus. Crocodili habent pedes. Et aliquando morantur in terra, & aliquando in aqua. Et plurimi nutriuntur in Nilo, & nocte aquas exeuntes, segetes depascunt, & homines occidunt. Horum tanta est durities, vt si magna lapidum mole eorum terga premantur, nō sentiant, Gen. 8c.1.A

Crocodilum necat quidam piscis dictus serra per partem teneram ventris, Leui. 102.c.3.G

Crocodilus dicitur esse equus marinus quadrupes, & magnæ quantitatis per diem in vndis habitans, & per noctem inter segetes depascens, vnde & magnum nocumentum Aegyptijs infert, Leuiti. 102.c.3.F

De crocodilo, & eius proprietatibus, Leuiti. 110.c.4.I

De crocodilis vide perpulchra, Exodi tomo 1. 109.c.2.E

Delphines interficiunt crocodilos in Nilo, Exodi tomo 1 109.c.3.G

Crocodili in hieme nullum sumunt cibum, Exodi tomo 1 109.c.3.H

Cromatius. Ad quem Hieronymus dicauit trāslationem libri Paralip. erat summus Pontifex, vt patet in 2. lib. contra Ruffinum, 1. Paralipo. tomo 1 8.c.1.B

Crudelitas. Non vocatur crudelitas, nisi quando pœna excedit culpam, 2. Regum 76.c.2.A

Crux. Est vexillum Christi regale, Matth. tomo 6 303.c.1.C

Crux adoranda est adoratione hyperduliæ, Exodi tomo 1 168.c.3.H

Crucis fulgor in die Iudicij qualis erit, Matt. tomo 6 303.c.3.F

Quanta erit Crucis eminentia, & magnitudo in die Iudicij, Mat. tomo 6. 303.c.3.G. Sed ex qua materia præfata crux conficietur, vide ibidem.

Crucis titulum quare fecit Pilatus in tribus linguis, Num. tomo 1. 264.c.3 F, Parado. 97.c.4.H

Criminosi Cruci affigendi, apud antiquos, portabant crucem humeris suis vsque ad locum supplicij, & ibi configebantur in ea, Mat. tomo 4 196.c.1.H

Crucifigere. Christum crucifixere Iudæi in die azymorum, in quo Romani omnes Iudæos collectos occiderunt, Matthæi tomo 6 287.c.2.C

Cubitus. Geometricus habet sex cubitos de nostris, & de cubitis Geometricis intelligitur mensura arcæ Noe, vt dicit Augusti. lib. 15. de ciuita. in fi. Nicolaus tamen de Lyra dicit fuisse cubitos vsuales continentes duos pedes, vel pedē cum dimidio, & intelligendo de cubitis illius temporis, sed fallitur Nicolaus, vt probatur Genesis 37.c.3.k

Cubitus, de quo Genesis 7. dicitur, quòd 15. cubitis altior fuit aqua, cubitus geometricus erat, iuxta August. 15. de Ciuita. cap. vltimo, & iuxta Originē, sed de hoc dubium est, & magis videtur quòd fuerint communes, ideſt, humani. Gen. 42.c.4.K

Cubiti arcæ testimonij mensuratiui, de quibus Exo. 25. non erant cubiti geometrici, sed cubiti ipsius Moysi, Exodi tomo 2. 21.c.4.I. Et idem nititur probare Magister historiæ Scholasticæ dicens arcam prædictam esse iuxta altare Laterañ. sed fallitur Magister. vt probatur ex 2. Machab. cap. 2. vbi dicitur, quòd ipsa arca fuit sepulta per Hieremiam ante tēpus captiuitatis Babylonicæ, & postea nunquam fuit inuenta, nec erat inuenienda, &c. Exodi tomo 2 22.c.4.G

Nullus homo est, qui habeat quinque cubitos in altitudine, intelligendo de cubitis ipsiusmet, immo nec quatuor, Exo. tomo 2. 53.c.2.G. Sed omnes manent inter tres, & quatuor nisi pessime essent commensurati, 1. Reg. tomo 2 30.c.1.E

Cubitus vsualis, secundum quosdam, est spacium pedis, & dimidij, & secundum alios est spacium duorum pedum, Iosue tomo 1 57.c.1.B

Cudere. Multa significat, Iosue tomo primo, 5.c.3.G

Cudere monetam pertinet ad principes regionum, vel ad solas ipsas, quæ non habent superiorem immediatum &c. Mat. tomo 6 24.c.3.G

Culex. Parua musca est, quæ ab aculeo sic dicitur, quoniam persodit, & perforat, & sanguinem excutit longo aculeo, Matthæi tomo 6 202.c.2.A

Culmen. Est trabes domus principalis, supra quā totum pondus, & omnes tigni domus pendent &c. Gen. 269.c.1.A

Culpa. Quomodo dicatur felix, iuxta Gregorium, Gen. 128.c.3.F

Culpam timere, vbi culpa non est, bonarum mentiū est, vt dicit Gregorius, & habetur extra de obseruatione ieiuniorum. ca. consilium, Gen. 398.c.3.K

Ex qualibet culpa elicit Deus aliquod bonum, Exodi tomo 1 58.c.1.A

Pro culpis æqualibus leges dare solēt pœnas inæquales. ſ. pro illa culpa maior pœna, ad quam maior pronitas est, vt homines magis exterreātur, Exodi tomo 1 229.c.1.E

Culpa est deuiatio a rectitudine actus debita inesse, & rectitudo est bona habitudo omnium circunstātiarum alicuius actus, Exodi tomo 2 145. col. 3. K Mat. tomo 4. 174.c.4.F. & tomo 5. 69.c.2.B. Defen. 3.c.3.k

Culpa est formale in peccato, & ipsa est non ens, quia est priuatio, &c. Exo. to. 2. 145.c.4.F

Culpa transit cum actus transit, vnde qui dicunt culpam manere post actum elapsum, & hanc esse, quę

in pœnitentia deletur, errant, vt probatur Exodi tomo 2.145.c.4.I.Mat.tomo 5, 154.c.1.B
Non potest quis absoluere a culpa per sacramentum cõfessionis,nec Deus potest absoluere a culpa per contritionem de peccato habitam. Vnde quando Ecclesia dicit, quòd per contritionem remittitur culpa,vel quòd Sacerdos simplex absoluit a culpa, & Papa a pœna, & a culpa, intelligendum est in sensu sano,scilicet,quòd per contritionem deletur reatus,vel obligatio ad mortem æternam, qui quidem reatus manst pro culpa. Similiter,quòd Papa absoluit a reatu ad pœnam æternam, & a pœna quæ debebatur pœnitenti in hoc sœculo, vel in purgatorio loco pœnæ æternæ, quam habere debuerat,nisi pœnituisset,Exo.tomo 2 146.c.1.B
Culpæ remissio,vel ablatio,non est per aliquam operationem sacramentalem, sed per solam actionem cordis hominis contriti, Leui. 10.c.1.C
Culpa est maius malum quàm pœna,propter duo,primo quia per culpam qualemcunque,& quantamcunque offenditur Deus,&c. secundo qua per culpam meretur homo pœnam æternam, vbi punietur in æternum cum diabolo, & Angelis eius, 1. Paralipo. 132.c.4.F
Culpa tandiu manet, quandiu manet actus peccati, Defen. 7.c.3.G
Culpa nõ est,qđ necessitas intulit,Mat.to.5.104.c.1.A
Quòd a culpa nemo possit absolui duplex est causa, prima, quia nemò potest absolui ab eo, quod non est,&c. Defen.7.c.2.E.secunda causa est, quia absoluere,vel soluere secundum propriam rationem idem est, quòd tollere vinculum; culpa tamen nõ dicit rationem vinculi, sed priuationem quãdam. Defens. 7.c.4.G
Culpa in peccato dicit priuationem debitæ rectitudinis in actu,idest,priuatio, vel carentia omnium bonarum circunstantiarum regulantium actum, Defen.3.c.3.K.Et ab ista priuatione, &c.Nemo absoluitur,nec absolui potest,nec tollitur, neque dimittitur, sed ipsa per se cessat esse. Nam sicut actus positiuus peccati non durat, nisi per paruum tempus,vel per momentum, ita & culpa, quæ est accidens eius priuatiuum, & sic impossibile est, quòd culpa tollatur,vel dimittatur per Deum, non quidem quasi Deus non possit tollere, vel nolit tollere,sed quia priusquam conuertatur homo ad Deũ per contritionem, & Deus infundat illi gratiam, culpa desinit esse,Defen. 4.c.3.F
Quòd aliquis absoluatur a culpa, nunquam sub his verbis reperitur in sacris literis, sed solum habetur, quòd peccatum dimittatur, auferatur, remittatur, tollatur, deleatur, relaxetur, donetur, Defenso. 6.c.4.G
A culpa nemo absoluitur, nec absolui potest consideratis proprijs rationibus istorum terminorũ, scilicet, Absoluere, & Culpa: Et quando conceditur, quòd homo absoluitur a culpa, capitur ibi culpa æquiuocè,scilicet,pro toto, quod est in peccato, præter pœnam, quia sic capiendo aliquid includitur in culpa, a quo propriè peccator absoluitur,scilicet,reatus. Et potest dici alio modo, quòd culpa accipiatur pro macula, vel reatu, vel pro solo reatu,Defen. 8.c.2.A
De culpæ absolutione, vide in dictione Absolutio.

Cultor. Plura significat,scilicet, amatorem,honoratorem siue decoratorem, agricultorem, & habitatorem, Numeri tomo primo, 185.c.3.K
Cultor Dei debet Deo exhibitionem operis, & hoc in reuerentia,vt non assumat nomen eius in uanũ, Exodi tomo 1 164.c.4.K

Cultus Dei. Multa continet præcepta, Exodi tomo 1 164.c.4.k
Cultus Dei licet multa dicat,scilicet,fidem, & spem, charitatem,& multa exteriora obsequia. Tria tamen principaliter concernit,scilicet,fidelitatem,reuerentiam,& famulatum.&c. Ad fidelitatem concernit non habere deos alienos: Ad reuerentiam pertinet non habere nomen eius in vanum. Ad famulatum pertinet sanctificatio sabbathi, Exodi tomo 1 165.c.4.F
Cultus Dei principaliter est in anima, non tamen est perfectº, donec per aliquas cęremonias exhibeatur in opere ad extra,Exodi tomo 2 20.c.2.C
Cultus Dei spiritualis,qui fit per fidem,spem, & charitatem, nec loca secernit, nec tempora, Exodi tomo 2 179.c.3,K
Cultus Dei significat, scilicet ornatum, & ministerium, Exodi 35.cum dicitur in cultum, &c. Exodi tomo 2 187.c.2.A
Cultus laborem, vel seruitium denotat, Matthæi tomo 2 21.c.4.I
Cultus Dei principaliter consistit in anima, scilicet, in fide, spe, & charitate, manifestatur tamen in quibusdam operibus exterioribus, quæ sunt purè cæremonialia, scilicet, adoratione, & oblatione Num.tomo 2 100.c.4.F
Cultus Dei maxime monstratur in sacrificijs, Iosue tomo 2 262.c.1.D
Cultus exhibendus est Deo, quia Deus est, & non propter beneficia,Iosue tomo 2 178.c.2.B
A cultu Dei interiori, qui consistit in fide, spe,& charitate, nemo deobligatur. sed vltra istum cultum tenetur homo Deum etiam colere exterius, sed iste cultus exterior non est determinatus de iure naturæ,4.Regum 53.c.4.G
Cultus Dei in duobus consistit,scilicet,quòd homo se habeat bene ad Deum, & ad proximum, Matt. tomo 3 196.c.1.B

Cuneus. Dicitur acies nimis glomerata in dẽsum,vt facile rumpi non possit. Et ad subintrandum aduersas acies promptissima, & dicitur cuneus, quasi cocuneus de coeo is, idest, iungo iungis,Deut.108.c.1.D.Iosue to.1.75.c.1.A 1.Regum, tomo 1 179.c.3.I
Cuneus dicitur bellicus apparatus,1.Regum,tomo 1 210.c.4.G

Cupere. Pauca cupit, qui pauca possidet,qui vero multa possidet, cupit maiora, Matt. tomo 5 141.c.4.H
Quanto quis aliquam rem magis cupit, tanto magis torquetur de eius carentia, Matthæi tomo 7 224.c.3.k

Cupiditas. Quando sit peccatum mortale,Mat. tomo 5 193.c.4.k
Cupiditas radix est omnium malorum, Matthæi tomo 6 12.c.4.G

Cupido. Cupidinis potentiam describit Seneca Tragœdia 4. cuius versus referuntur, Genesis 17.c.4.I

Cura. Maior esse debet animæ, quàm corporis, Mat.tomo 5 105.c.2.D

Curare. Curatio. In omnibº,quos Christus curabat,signa curationis ostendebat,Mat.tomo 4.148.c.2.B. Et triplicitet solebat curare homines,&c.ibi. 262.c.4.F
Deus curat in instanti, Mat.tomo 5 248.c.1.B
Curatio hereos difficilis est,Mat.to.7 18.c.4.k
De bona curatione maleficiorum,Matthæi tomo 5 120.c.2.E

In curatione ſpirituali non apponitur violentia, quia nemo inuitus poteſt ſpiritualiter curari, bene tamen in curatione corporali, quia inuitus poteſt violenter curari,&c. Mat. tomo 5 49.c.3.K

Curatus. Curati, quibus pertinet ſacramenta miniſtrare,&c. non debent fugere tẽpore peſtis, ſed manere cum ouibus, Matthæi tomo 3 252.c.4.K

Omnes curati ſunt commiſſarij Epiſcoporum, nam tota iuriſdictio eſt Epiſcoporum immediate, Mat. tomo 4 186.c.1.C

Curatus animarum in quinque caſibus debet remittere ſubditum ad ſuperiorem, Matthæi tomo 5 186.c.1.E

Curia principum. A Curiis principũ debent fugere viri religioſi, niſi ibi poſſint manere abſque hoc, quòd diſſoluantur a rigore virtutis ad molliciem,& teneritudinẽ, & hoc ad expediendum negotia miſerabilium perſonarum, quæ alias peritura eſſent, & pro vtilitate publica,& cauſis pijſſimis, 4.Regum 35.c.3.I

Curioſitas. Curioſus. Curioſitas dicitur cura, vel deſiderium ſciendi, Num. tomo 1 49.c.1.D

Curioſe petentes Deus non exaudit, Matth. tomo 4 153.c.3.G

Curioſi vani ſunt, ſed non mali, Matthæi tomo 4 155.c.1.D

Currus. Apud antiquos, bellicum fuit artificium, nam erat quadriga falcata, ideſt habens falces, ſiue gladios acutos in rotis, vt in circuitu quidquid obuium haberent ſcinderent, atque ſecum traherent, erant etiam in quolibet curru quatuor equi armati, quorum duo priores habebant in frontibus gladios fortes, & longos, vt quidquid obuium haberent perfoderent, & ſuper quemlibet currum erant tres aut quatuor pugnatores armati, Exodi tomo 1. 111. col. 2. A. & 1. Palipo. 207.c.2.A

Primus inuentor curruum fuiſſe creditur Critonius, & quadrigæ Troylus; ſed falſum eſt, Exo. tomo 1 117.c.3.F

De curru falcato, Deut. 54.c.2.C. Ioſue to 2 2.c.4.H

Contra currus falcatos opponendi ſunt vepres & ſentes, vt ait Vegetius in lib. de re militari, Iudic. 14.c.?.k

Currus falcati non fuerunt inter Hebræos a principio, ſed poſtea tempore Salomonis, 1. Regum tomo 1 91.c.4.I

Curſus rei naturalis. Poteſt mutari dupliciter, vno modo per aliam cauſam naturalem impedientem talem curſum, &c. Alio modo per cauſam ſupra naturalem, vt accidit in miraculis, Matthęi tomo 5 94.c.2 A

Cuſtodire. Cuſtodia. Cuſtodire dupliciter accipitur. Uno modo idem eſt quod cauere ab aliquo, Alio modo idem eſt quod tenere in corde, Leuiti. 209.c.2.E

Cuſtodia Angelorum duplex, Matth. to. 5. 27.c.4.k

Cuſtodia totius ſpeciei humanę pertinet ad ordinem principatus, Mat. to. 5. 27.c.4.K

Cuſtos. Dupliciter adhibetur homini, Matth. tomo 5 28.c.3.k

Cyclops, vide Cyclops.

Cyclus, vide Ciclus.

Cycleus, vide Cineus.

Cymbalum, vide Cimbalum.

Cyniphes, vide Ciniphes, & reliqua huiuſmodi.

Dadan.

DADAN populi, apud Arabiam, deſcẽdunt a Dadam ſecundo filio Regma nepotis Cham, & iſti abundant in dentibus eburneis, & hebeninis, 1. Paralipomen. 31.c.1.E

Duplex gens vocata eſt Dadam quædã de filijs Chã, & alia de filijs Iactã, 1. Paralip. 35.c.1.E

Dedalus: vide Dedalus.

Dæmon. vide Dęmones.

Dagon. Per excellentiam dicebatur Deus Philiſtinorum. Ruth 241.c.2.B

Dagondeus Philiſtinorum habebat caput piſcis, vt dicunt Iudęi dí. quòd Dag. in Hebræo ſignificat piſcem, ſed motiuum eorum eſt ſatis leue, 1. Regum tomo 1 62.c.3.k

Quare manus,& caput dagon idoli Philiſtinorum abſciſſę ſint in præſentia Arcæ Domini, 1. Regum tomo 1 63.c.3.F

Dalida. Matrimonium contractum inter Dalilam,& Sanſonem erat ſimpliciter illicitum, niſi aliquid aliud excuſaſſet, ſcilicet, motio Dei, Ioſue tomo 1 118.c.4.K

Dalida peccauit grauiter tradendo Sanſonem in manus Philiſtinorum, Iudi. 165.c.2.E

Dalmanuta. Et Mageda, idem locus eſt varia habens nomina, Mat. to. 4. 152.c.3.H

Damaſcus. Ciuitas Metropolis in regno Syriæ, vt dicitur Iſaiæ 6. caput Syriæ Damaſcus, eſt in parte Meridionali terræ promiſſionis, & eſt in monte Seyr, & caput idumeæ, hanc ciuitatem, vt quidam aiunt, condidit Eliezer procurator domus Abrahæ, qui etiam Damaſcus dicebatur, in qua habitauit Ełau filius Iſaac Geneſis, 7.c.3.G,& 53.c.2 E, Deuterono. 24.c.1.E, 3. Regum 93.c.4.I

Damaſcus condita fuit, vt dicit Nicolaus de Lyra ab Hus filio Aram, filij Sem, ſed non videtur verum, Geneſis 53.c.2.E

Circa Damaſcũ p vnã Leucã, eſt locus, vbi apparuit Chrs Paulo, di. Saule Saule,&c. Ger. 251.c.1.D

Damaſcus ciuitas eſt in Idumęa principaliter ſub mõtibus Seyr, ſed vocatur caput Syrię in Iſaia, qa Syria erat illo tpe caput Idumeę, Geneſis, 251.c.1.D

Damaſcus Auſtralis eſt reſpectu terrę Chanaam, Geneſis 251.c.2.A

De Damaſco duplex eſt opi. qdã dicũt eã cõditã eſſe tpe Noe, a quodã de nepotibus Noe, & ſi ſic, dicẽdũ eſt, qp Eliezer, procurator domꝰ Abrahæ dr Damaſcus, Gen. 15. ideſt Damaſcenus, alij dicũt, qp abiſto Eliezer fuit ædificata, & a nomine illius vocata Damaſcus, Geneſis 252.c.4.k

Damaſcenus. Damaſceni dictũ. ſ. corpus Chriſti formatũ eſſe ex puriſſimis ſanguinibus Virginis matris, dupliciter exponitur, Leui. 116.c.4.F

Damaſus. Papa fuit vir ſanctiſſimꝰ, & Hiſpanus natione, qui nimis dilexit Hieronymum, Mat. tomo 1 33.c.1.A

Damnatio. In damnatione ſunt duo. ſ. qp aliquis cõdẽnat, & qp certũ gradũ pęnæ recipiat, Mat. tomo 7 100.c.4.H

Nunquam Deus reuelat alicui ſuam damnationem, Ioſue tomo 1 141.c.1.A

Damnatus. Dãnatis nõ põt aduenire maior dãnatio, qdqd faciãt, aut velint, qa nõ peccãt, qdqd faciãt aut velint, Gen. 171.c.1.D

In

In damnatis non manebit fames & sitis, neque corruptibilitas & mors. Sed dolor acerrimus & continuus, qui eos intensè affliget, sed non dissoluet, & fere nulla pœna erit in eis, & in nobis eiusdem generis. Gen. 188.c.2.G

In damnatis vnica pœna in sensu est maior omnibus simul, quas nos habemus hic. Gen. 188.c.2.H

Damnatorum corpora, post resurrectionem erunt spiritualia, & non animalia, vt significatur. 1.Cor. 15. Nam generale est hoc ad omnes resurgentes. Nam sicut omnium corpora erunt immortalia, ita, & erunt spiritualia omnia, quia immortalitas, & spiritualitas non sunt dotes beatorum. Nam per dotes differunt corpora beatorum à corporibus damnatorum, &c. Gen. 188.c.2.I

Damnatorum, & beatorũ corpora post resurrectionem erunt spiritualia, quia secundum Augustinũ. super Gen. ad literam, nec cibos sumunt, nec cibis indigent, & anima nullam operationem habet circa corpus nisi quòd reddit corpus viuum, & ideo cessabit omnis actus nutritionis augmẽtationis generationis, neque erit generatio spermatis, in viris, neque menstrui in mulieribus, & erunt Damnati quasi neque membra habentes, neque vires naturales. Gen. 188.c.2.K

Inter Damnatos esse futuras fœminas, sed non inter beatos, dixerunt quidam Gen. 237.c.1.C

In Damnatis non erit verecundia de nuditate membrorum, sicut neque in Beatis. Gen. 237.c.4.k

Inter damnatos non erit principatus & subiectio, & per consequens neque communitas. Gen. fol.240. col.1.B

Totus damnatorum cruciatus, ante iudicium, consistit in apprehẽsione ignis, prout est aliquod triste, & semper flecti super hoc, neque vnquam laxari ab hac cogitatione, quam Deus imprimit & conseruat. Exo.to.1. 48.c.3.F

Damnati non eodem modo obstinãtur, quo Dæmones. Nu.to.1. 224.c.4.G

Non possunt damnati de aliquo conqueri, nisi quòd Deus eos non elegit, nec propter hoc cõqueri possunt, iuxta illud ad Rom 9. Quis est homo, qui Deo respondeat, &c. Deuter. 30.c.1.D

Qui orat pro eo, quem scit æternaliter damnatum, grauiter peccat. 4 Reg. 47.c.1.C

Damnatos morti à iudice potest Ecclesia defendere, si ad eam confugiant, idest ad viros ecclesiasticos. 25.q.5. cap. reos nisi in casibus, qui ponuntur extra de immunita. ecclesiarũ cap. inter alia, &c. Vt sunt latro publicus & nocturnus depopulator agrorum vel si seruus est, &c. Matth. to.3. 41.c.2.D

In animabus damnatorum manent affectiones, quas traxerũt ex corporibus, vt patet in diuite Epulone. Luc.16. Matth. to.4. 16.c.4.F

Inter damnatos non est ordo principatus, sicut inter dæmones, & hoc propter tria. Matth.to.4 fol.16. col.1.C

Damnatorum maxima pœna designatur per fletum dentium stridorem. Mat. to.4. 60.c.4.G

Quidquid damnati patiẽtur in sensibus, erit secundũ esse spirituale, & nõ secũdum modum, quo in hoc mundo patiuntur homines. Matth. tomo 4. f.243. col.3.G

Necesse est ponere damnatorum corpora esse incorruptibilia, & illa incorruptibilitas accidet illis non ex miraculo, sed naturaliter, immo cõtra naturam esset quòd corrumperentur. Matth.to.7. fol.146. col.2.B

Damnatorum corpora erunt passibilia, & causa principalis huius passibilitatis erit diuina iustitia; sed causa secunda, & immediata erit naturalis dispositio, & non patientur passione corruptiua. Nam quiescente motu cœli post resurrectionem generalem nullum corpus poterit alterari a sua naturali qualitate, eo ꝙ cessabit omnis actio corruptiua, quę est per cõtrarietate, & hoc impassibilitatis modo, conuertuntur impassibile & incorruptibile; patientur tamen passione, quæ est per modum receptionis spiritualis, & per modum animæ. Nam ista passio manebit, cessante motu cœli, tam in beatis, quàm in damnatis; in beatis tamen non affliget, bene tamen in damnatis, & hoc ponitur in beatis dos impassibilitatis, & afflictiuæ. Matth.to.7.fol.147. col 3 k. &c.

Nullus est sensus, in quo non affligentur damnati. Matth.to.4. 243.c.3.G

Quòd damnatorum pœna sit æterna, nõ est propterea quia peccatum illorum sit contra Deum, qui est bonum infinitum. Nec etiam propter dispositionem peccantis, neque quia homo peccauit in suo æterno, vt quidam dicunt, nec propterea, ꝙ peccator vellet perpetuo manere in peccato, &c. Matth. to 7. 170.c.4.H

Sed ideo pœna est æterna de per accidens, & non de per se, qa quiliber moriẽs in peccato mortali semper manet in peccato, quia post mortem non deletur. ibidem.

Damnatorum pœna erit æterna sine dubio, multi tamen circa hoc errauerunt. Matth.to 7. 172.c 3.G

Damnati multas alias pœnas patiuntur, præter pœnã ignis, vt constat ex sacris literis. Matth. to.7.f.174. c.2.B

Dãnatus quomodo poterit affligi à calido & frigido simul, & hoc sine calefactione & in frigidatione. Matth.to.7. 175.c.2.B

Vna damnatorum pęna est vermis, iuxta illud Isa 66. vermis eorum non morietur. Matth.to.7. fol.177. col.1.E

Et ille vermis nõ erit corporalis, sed necesse est, quòd sit quid spirituale, vt probatur ibid. fol.177 c 2.B. Et vermis iste est remorsus qui damnatus de corruptione peccati ipsam animam rursus stimulans & pungens, ignis vero tam quo ad animam quã quo ad corpus pertinet. Matth.to 7. 177.c.4.G

Et talis pœna dicitur vermis ex duplici ratione sumpta à vermibus corporum. ibidem. 225.c.3 [

De pœna damnatorum quæ dicitur fletus. Mat.to 7. fol.178. col 1 B. Et ille fletus non erit resolutio lachrymarum, &c. sed erit fletus quo ad commotionem & turbationem capitis & oculorum. ibidem: 178 c.2.E

In damnatis quomodo erit stridor dentium. Matth. to.7. 178.c 4.F

In damnatis nulla erit bona voluntas electiua, quæ dicitur voluntas deliberata, erit tamen voluntas naturalis de bono, nec vult malum sub ratione mali: sed id, quod malum est, bonum existimat. Matth. to.7. 181.c.4.G

Dãnati nõ pęnitẽt de peccato ea rõne, qua peccatum est, ꝙ est per se pęnitere de peccato, sed de per accidens, quatenus ipsum peccatum est causa pęnæ ipsi peccãti, vel alicuius alteri⁹ mali. Mat.to.7.182.c.2.B

Damnati volunt per se peccatum, quod commiserũt. Matt.to.7. 182.c.2.B

In damnatis manet voluntas immutabilis, sicut & in dæmonibus. Matth.to.7. 182.c.2.D

Dãnati, quia inuidi sunt, vellent dãnari oẽs illos, quos hic non dilexerũt, siue beati sint, siue viuant adhuc in hoc mundo. Matt.to.7. 183.c.1.C

Damnati vellent absolutè omnes non dãnatos damnari,

nari,& hoc tam incognitos q̃ illos,quos aliquando dilexerunt, & huius causa est magna illorum inuidia.Quia tamen sciunt, q̃ omnes non damnantur, sed aliqui saluantur, vellent potius q̃ saluarentur cognati sui, & sic intelligendum est illud de diuite Epulone. Luc.16. Matth.to.7. 183.c.1.C

In damnatis manebit idem inordinatus amor,quem hic habuerunt,quia praua affectio nunquam corrigitur apud damnatos, & si eorũ affectus mutetur, quia ipsa prauitas facit eos instabiles, nec propter hoc corrigetur in eis praua affectio. Matth.tom.7. 183.c.3.H

Damnati possunt Deum odio habere,& habẽt. Matt. to.7.fol.184.c.1.D.Et similiter dicendum est, quòd Deus potest odio haberi à viuẽtibus,sicut & à damnatis,apprehendendo illum in suis effectibus. Mat. tò.7. 184.c.2.E

Multos damnatos suscitauerunt Apostoli, & multi sancti noui testamenti,qui tamen postea salui facti sunt,&c.4.Reg. 46.c.2.C

In damnatis non potest esse demeritum,sicut nec potest esse meritum post diem iudicij, tamen ante diẽ iudicij accrescit illis aliqua pœna per accidens,quę est,s.de damnatione multorum, qui quotidie damnabuntur vsque ad diem iudicij, sicut & beati lætabuntur de beatificatione multorum. Matth.to.7. 184.c.4.G

In damnatis nullus actus vitij relinquitur, nisi mala voluntas.Matth.to.7. 185.c.3.H

Velle non esse in damnatis potest dupliciter considerari, s.aut voluntate naturali aut deliberata. primo modo neque volunt non esse, neque velle possunt, &c. Secundo modo contingit aliquid velle volũtate deliberata dupliciter: per se primo,& per se non primo, sed per accidens. Primo quidquid vult volũtas,vult sub ratione boni positiue. Secundo modo vult carentiam mali, etiam si ratio non apprehendat in illa aliquam rationem boni positiuam,&c. Tertio potest voluntas appetere deliberate non esse, quatenus ad non esse sequitur carentia pœnæ,quam carentiam voluntas per se appetit, primo & secundo modo damnati non volunt non esse: quia non esse non est appetibile per se primò, nec per se non primo, bene tamen tertio modo. Matth.to.7. 186.c.3.H

Damnati non cupiunt de facto non esse propter culpam,s.vt sic manentes non offendant Deum &c. bene tamen propter pœnam, quam sustinent,propter quam bene eligunt nõ esse, vt probatur super Matth.to.7. 186.c.4.G

Et non esse est obiectum voluntatis,non in quantum non esse, sed inquantũ facit carentiam omnis mali,& istud potest à damnatis apprehendi vt obiectũ voluntatis,idest vt bonum. Matth.tom.7. fol.187. col.1.D

Ad vitandum malum pœnæ non deberent damnati appetere non esse secũdum rectam rationem,idest seipsos annihilare,vel quòd Deus eos annihilet. & de culpa dicendum quòd non licet damnatis seipsos annihilare, si possent se annihilare, vt nõ essent in culpa: bene tamẽ velle annihilari,idest sustinere annihilationem,vt non essent in culpa,nam sic appetere licitum est.Matth.to.7. 188.c.1.D

Magis deberent damnati secundum rectam rationẽ, appetere carentiam culpæ cũ nõ esse, q̃ habere esse cum culpa, non tamen appetere carentiam pœnæ cum non esse &c. Matth.to.7. 188.c.2.C

Damnati de facto eligunt non esse, vt euitent pœnã, & tamen non est in potestate eorũ non esse. Matt. to.7. 188.c.4.G

Damnati appetunt beatitudinem in generali naturaliter,& hoc appetitu quodam debili & exili, & iste appetitus est magis ad eorum afflictionem.Matth. to.7. 189.c.1.C

Damnati voluntas non est deordinata ab omni bono,cum velit bonum. Matth.to.7. 199.c.2.E

Quòd in damnatis maneat aliqua notitia earũ rerũ, quas hic habuerunt, nulli dubium est,vt patet Lucæ 17.de diuite Epulone, & non solum manent in damnatis huiusmodi notitiæ acquisitæ in vita, sed erit etiam conueniens, quòd maneat ex dispositione diuinæ prouidentiæ, quatenus facit ad pœnas damnatorum, quas Deus vult esse magnas &c. super Matth.to.7. 217.c.1.C

Damnati quomodo de Deo cogitabunt, & quomodo non.Matth.to.7. 217.c.4.I

Communiter dicitur, quòd damnati ante diem iudicij videbunt gloriam beatorum,sed finito iudicio, non videbunt, vt patet 4. sententiarum dist.5. sed dicendum, q̃ doctores intelligunt de visione per oculos corporales, si quis attendat dicta Augustini & Gregorij leui consideratione, & sic nec ante iudicium, neque post damnati videbunt gloriam beatorum &c.Matth.to.7. 218.c.2.C

Damnati nunquam videbunt gloriam beatorũ, siue ante iudicium,siue post, capiendo videre pro intelligere, cognoscent tamẽ animas beatas existentes in cœlo empyreo,non tamen earũ gloriam. Matt. to.7. 218.c.3.H

Quam gloriam,& si non videant, dicuntur tamen eã cognoscere ante diem iudicij,vt sonat sacra scriptura,& non cognoscent per reuelationem, sed naturali cognitione, & hoc, modo quodam confuso, cognoscentes,s.illos esse in quodam bono ineffabili, sed nescient quale illud sit, quia nihil experti sunt de illo, sicut nos cognoscimus nunc gloriam sanctorum.Mat.to.7. 218.c.4.K

Sed,quòd istam cognitionem, non habeãt ante diem iudicij, neque post, non constat ex sacra scriptura, constat tamen quòd cognoscant. sed Augustino & Gregorio visum est incõueniens quòd damnati post diem iudicij cognoscant gloriam beatorum, q̃ si hoc non obstaret, diceremus q̃ dãnati semper cognoscant gloriam beatorum, vt probatur super Matth.to.7.fo.219.c.2.D. Et exponitur dictum Augustini,& Gregorij.ibid.

Inter damnatorum pœnas maior est pœna vermis,i. remorsus conscientiæ, q̃ pœna ignis. Matth.to.7. 223.c.1.A

In damnatis maior pœna est carentia visionis diuinę, quàm pœna sensus.Mat.to.7. 223.c.2.C

Damnatorum pœnæ non erunt æquales, sed inæquales iuxta conditionem peccatorum. Apoc.18.quantum glorificauit se, & in deliciis fuit: tantum date ei tormentum & luctum. & hoc tam de pęna damni quàm de pœna sensus,& non solum de carentia beatitudinis, sed etiam de carentia boni, quod in hac vita cõcupiuit, quod posset habere, nisi fuisset damnatus,&c.Matth.to.7. 223.c.4.H

In dãnatis pœna vermis est inæqualis, & ista inæqualitas prouenit ex peccatis; quia secundum proportionem peccatorũ est remorsus proportio, & iste remorsus venit ex omnibus peccatis, quæ veniunt in recordationem &c. Matth.to.7. 225.c.3.F

Et ad istum vermem damnatorum duo requiruntur, vnum est,quòd damnati cogitent peccata, propter quæ damnantur, vel q̃ recordentur illorum: aliud est, quòd ex illis peccatis in memoriam venientibus,sequatur pœna. Primum à Deo infligitur in pœnam. &,q̃ ex illis peccatis venientibus in recordationem

dationem sequatur pœna naturaliter cõtingit, sed quòd tanta vel tanta à Deo procedit, &c. Matth. to.7. 226.c.1.B

Et quòd pœna vermis non sit æqualis vel inæqualis in damnatis, secundum æqualitatem vel inæqualitatem in naturalibus, neque secundum multitudinem vel paruitatem actus eliciti, sed secundũ maioritatem vel minoritatem conatus in peccato. Matth.to.7. 226.c.1.E

In damnatis pœnæ sensus sunt inæquales secundum inæqualitatem demeritorum,&c. Matth.tomo 7. 226.c.3.K

Et erit idem ignis, in quo patientur omnes damnati, sed inæqualiter affliget, eo quòd non aget totaliter sicut agens naturale, sed potius vt instrumentum diuinæ iustitiæ, & potest dici quòd actio ignis ad omnes damnatos est æqualis,& tamen, per eandẽ actionem & æqualem, inæqualiter patientur damnati, eo ꝙ reddit illos inæqualiter passibiles, subijciendo illos inæqualiter illi igni. ibidem. fol.226. col.4 I

Ignis inferni nõ aget in damnatos totaliter, vt agens naturale, sed potius, vt instrumentum diuinæ iustitiæ dantis vnicuique pro meritis, & ille ignis, quasi intelligens diuinam voluntatem, obediet ei, scilicet vt agat inæqualiter in eos, qui inæqualiter peccauerunt. Matth.to.7. 226.c.4.K

Pœnarum damnatorum tres sunt causæ, prima est inæqualitas demeriti. secunda est voluntas Dei, quæ iuste retribuit &c. tertia est ignis, & quodlibet aliud afflictiuum, &c. Matth.to.7. 226.c.4.k

Neque in damnatis, neque in beatis manebit appetitus, gustus, & tactus post resurrectionem. Matth. to.7. 228.c.1.B

In damnatis manet ardor amoris, quem prius habebant circa illa bona, propter quæ damnati sunt. Matth to.7. 232.c.4.I

Damnati ante diem iudicij torquẽtur per dæmones, sed postea à solo Deo torquebuntur. Matth. to.7. 242.c.2.B

Damnatis quomodo non prosunt opera bona, quæ fecere. Matth.to.7. 267.c.1.D

Damnatis quomodo nocebunt opera bona, quæ aliquando fecerunt. Matth.to.7. 101.c.4.F

Damnati nõ habent generaliter amicitias ad eos, ad quos hic habuerunt, manet tamẽ peruersa eorum voluntas, quia, vt sibi ipsis placerent, amauerunt illa, & nunc peruersitatem istam retinent, quia in damnatis nõ potest corrigi voluntas, cum nunquã sint habituri charitatem. Matth. to.7. f. 269.c.3.H. & 183.c.1.C

Animæ damnatorum inuident viuentibus,& vellent eos damnatos esse, & tamen non peruenit ista inuidia ad talem gradum, vt conentur se tradere officio dæmonum ad perdendum nos, quia deficit illis naturalis industria ad hoc, &c. Matth.to.7.fol.272. col.1.C

In damnatis non erit maior pœna post iudicium quã ante iudicium. Matth. to.7. 274.c.1.A

Quanto plures fuerint damnati, tanto maior est eorũ pœna, vt communiter tenetur, sed hoc non prouenit ex compassione, propterea quòd sint eiusdem speciei, quia damnati vellent omnes homines esse damnatos,& angelos,& Deũ si possibile foret,&c. Matth.to.7. 274.c.4.I

Nec propterea, quia quanto plures damnati sint, tanto sit ignis vehementior, & eos magis cruciat,&c. ibidem. 275.c.1.B

Sed eorum pœna fit maior ex consideratione, quia cõsideratio rerum tristium & malarum infert pę-

nam, sicut rerum bonarum & pulchrarum consideratio facit naturaliter delectationem in considerante,& ideo quanto mala fuerint maiora,&c. tanto &c. Et hoc inquantum sunt mala, quia quilibet damnatus cognoscit tormenta omnium aliorum damnatorum,& omnia illa sunt malum. Mat.to.7. 275.c.2.E

Damnati non habent odio damnatos, neque inuidẽt eis, neque etiam viuentes odiunt, sed inuident viuentibus, quandiu viuunt, vt non efficiantur felices,&c. Matth.to.7. 276.c.1.A

De pœna damnatorum, quæ dicitur vermis. Parad. 84.c.3.F

Damnati descendent in infernum in die iudicij per miraculum absque terræ apertione. Parado. f.125. col.1.E

Damnati possunt habere pœnitẽtiam infructuosam. Matth.to.7. 15.c.4 F

Damnati resurgent in corporibus ponderosis, qualia nos habemus. Matth.to.7. fol.80. col.2.E. & 164. col.3.F

Qualis sit pœna damnatorum, vide super Matt. to.7. 92.c.3 k

Damnati videbũt gloriam humanitatis Christi. Mat. to.7. 94.c.3.G

Nullum bonum manet damnatis. Matth. tomo 7. 118.c.4 F

Sicut damnati nunquam sunt sine pœna, ita neque beati sine beatitudine. Matth.to.7. 161.c.3.I

De modo pœnæ, quam patiuntur damnati. vide super Matth.to.7. 162.c.1.A

Si damnatus exiret ab inferno, nõ puniretur realiter igne inferni, sed affligeretur apprehensione illius ignis tanquam nociui,&c. Matth.tomo 7.fol.163. col 1.E

Damnatorum maxima multitudo est, quia stultorũ infinitus est numerus. Matth.to.7. 63.c 2 E

Ignis inferni non calefacit corpora damnatorum. super Matth.to.7. 174.c.1.D

Dæmones non torquebunt damnatos post diem iudicij. Mat.to.7. 175 c 1.E

Damnati non habent finem rectum, in his, quæ volunt. Matth.to.7. 181.c.4.H

In damnatis non potest esse electio recta. Matt. to.7. 181.c.4 k

Peruersitas voluntatis in damnatis, in quo existat. Matth.to.7. 182.c.3.F

De maxima damnatorum inuidia. Matth. tomo 7. 183.c.2.B

Dãnati vellent quòd nemo esset beatus, neque Deus si fieri posset. Matth.to 7. 182.c.2.D

Fœlicitas beatorum est tormentum damnatorum. Matth.to.7. 182.c.3.G

Quare electio praua in damnatis nõ corrigitur. Matt. to.7. 182.c.3.K

Sola mala voluntas relinquitur damnatis apud inferos. Matth.to.7. 185.c.3.H

Quòd damnati vellent non esse, dupliciter considerari potest. Matth.to.7. 186.c.3.I

In damnatis est duplex malum. Mat.to.7. 187.c.4.F

Dãnati ita in pœnis absorpti sunt, vt nihil nisi pœnas cogitare possint. Matth.to.7. 189.c.1.D

Damnati dupliciter tristabuntur ex malis factis. Mat. to.7. 217.c.2.B

Damnati habebunt notitiam quãdam confusam de gloria beatorum. Matth.to.7. 219.c.1.E

Damnati, exacto iudicio, non videbunt gloriam beatorum. Matth.to.7. 218.c.3.F

Damnati, exacto iudicio, cognoscent substantias separatas. Matth.to.7. 219.c.4.G

Pœnas damnatorũ cognoſcent beati in verbo, Matt. to.7. 221.c.2.B
Beatus eadem viſione videt in verbo aliquem damnatum de nouo. Matth.to.7. 221.c.2.A
De duplici damnatorum pœna, vide ſuper Matthæũ to.7. 221.c.3.F
Nullo modo debemus compati damnatis, Matth. to.7. 221.c.4.I
Beati nullo modo compatientur de pœna damnatorum, ſiue ante iudicium, ſiue poſt. Matth, tomo 7. 222.c.1.A
Id quod damnatus viuens hic ardenter amauit, illud idem poſt mortem manebit. Matth. tomo 7. f. 224. col. 4. G
Deus non permittit damnatis aliqua bona de ſeipſis cogitare. Matth. to.7. 225.c.2.A
Inæqualitatis pœnarum damnatorum tres ſunt cauſæ. Matth. to.7. 226.c.4.k
Quare damnati ſuſtineant pœnam damni. Matth. to.7. 233.c.1.B
Damnati non torquebuntur ab angelis, nec à dæmonibus poſt diem iudicij. Matth. to.7. fol. 242.c.2.A. & 175.c.4 E. Bene tamen à dæmonibus ante diem iudicij torquentur. ibidem. 242 c.2.C
Pœna damnatorum ſemper erit in igne. Matth. to.7, 242.c.4.G
Damnati ſemper manebunt in gehenna. Matth. to.7, 250 c.4.G
Damnati non habent amicitiam ad eos, ad quos habuerunt in vita. Matth. to.7. 269.c.3.H
Homini damnato poſt reſurrectionem duplex erit principium ſentiendi pœnam. Mat. to.7 f. 274.c.1.B
Cuilibet damnato augetur pœna ex aduentu alterius damnati. Matth. to.7, 275.c.2.E
Damnati non oderunt alios damnatos, Matth. to.7. 276 c.1.B
Damnati non diligunt ſeipſos charitatiuè, Matt. to.7. 276.c.1.C
Dæmones nũc gaudent de pœnis damnatorum, ſed exacto iudicio, non gaudebunt. Matth. to.7. f. 276. col. 4. F
Damnatorum voluntas eſt valde peruerſa. Matt. to.7. 277.c.2.C

Damnum. Diſtinguitur ab iniuria, quia iniuria reſpicit perſonam: damnũ verò res perſonæ. Exo. to.1. 120.c.2.B
Ad damnum tenetur ille, cuius negligentia vel imperitia, factum eſt malum aut damnum, &c. vt patet extra de damno facto & iniuriis. c. ſi tua negligentia. Exo. to.1, 126.c.2.E
Damnum dicitur à diminutione rerũ, &c. Exo. to.1. Leuit. fol, 145.c.4.G. Et hinc eſt, quòd pœna paruulorum decedentium cum originali vocetur pœna damni. Parado. 12.c.2.D
Qui damni occaſionem dat, damnũ feciſſe videtur, vt patet extra de iniurijs & damno facto cap. ſi culpa tua, Exo. to.1. f. 123.c.4.H. Exo. to.2. 135.c.4.F
Damni reſtitutio eſt de iure naturali, ſicut reſtitutio rei furtiuæ. Matth. to. 3. 28.c.1.E
Omnis iniuria vel damnum, homini illatum, contra Deum eſt. Matth. to.5. 179.c.4.G
Damnum duplex eſt: vnum in iactura rerum, quando perdimus aliquid eorum, quæ habemus, vel eorum, quæ nobis de iure competunt, licet nondum habeantur, aliud eſt in æſtimatione eius, quod quis poterat lucrificare. primum vocatur propriè damnum, ſed ſecundum non ſic. Matth. tomo 7. fol. 49. col. 4. K
De pœna damni & ſenſus. Matth. to.7. fol. 223. col. 2. E
Nec iſtæ pœnæ ſunt æquales in damnatis. ibidem.
Et duplex eſt carentia inæqualis damnatorum. ibi. 224.c.2.B

Dan. Locus eſt in extremo terræ promiſſionis, & eſt vnum caput fontale Iordanis apud mõtem Libanum, & in iſto loco poſuit Ieroboam vnum de vitulis aureis, & reliquum in Bethel. tertio Regum 12. ſuper Gene. 251.c.1.A
Dan erat ciuitas in ſorte Dan in latere Septentrionali terræ Iſrael &c. ſuper ſecundo Regum. fol. 17. col. 2. B
Dan interpretatur iudicium. primo Paralipo. fol. 42 col. 2. B

Danaus. Danai & Aegypti fratrum refertur hiſtoria quorũ Danaus habuit quinquaginta filias, & Aegyptus totidem filios, &c. Exo. to.1. 117.c.3.G

Daniel. Vt quidam dicunt, cœpit prophetare anno 2. captiuitatis Babylonicę, & Ezechiel anno quinto, & tamen Daniel ponitur poſt Ezechielem, non propter tempus, ſed quia litera Danielis non eſt ita auctẽtica ſicut litera Ezechielis, quia Ezechiel computatur inter libros prophetales, Daniel vero inter agiographos. Gene. fol. 27. col. 2. D
Sed hæc opinio falſa eſt, vt probatur: quia Ezechiel præceſſit Daniel tempore. ibid.
Daniel, extremus inter prophetas maiores, fuit ex ſemine regio ex tribu Iuda & prophetauit in captiuitate Babylonis, qui à tempore ſuo vſque ad paſſionem Chriſti deſcribit ſeptuaginta hebdomadas annorum, continentes quatuorcentos nonaginta annos. Gen. 27.c.3.H
Daniel vocatus eſt vir deſideriorum, vt patet Danielis 9. quia deſiderabat ſcire ſecreta populi ſui, & Meſſiæ. Gen. 34.c.1.B
Inter Daniel, & Ioſeph circa ſomniorum interpretationem, poteſt dici, quòd fuerit aliqua differentia, & poteſt dici, quòd nulla. Gen. 366.c.1.B
Danielis hebdomadæ de Meſſia erãt adimpletæ tempore, quo Chriſtus venit. Matth. to.6. 296.c.3.I
Danielis liber non computatur inter libros prophetales, ſed inter agiographos, inter quos tenet ſextum locum, vt patet in prologo Galeato Hieronymi. Ioſue to.1. 1.B
Daniel translatus eſt in Babylonem, quando translatus eſt Ioacin rex Iuda. 11. annis ante totalem trãſmigrationem. Qui Daniel erat de cognatione regia; & fuit hoc ante Chriſti natiuitatẽ annis 612. & ab orbe condito annis 3351. Et quinque annis poſt hoc cœpit prophetare Ezechiel, ſcilicet anno quinto tranſmigrationis Ioacim regis Iudæ in Babylonem. Mat. to.1. 144.c.1.D
Daniel anno ſeptimo poſt tranſmigrationem cœpit haberi tanquam propheta, &c. & anno 18. a tranſlatione ipſius in Babylonem. Mat. to.1. 144.c.3.G
Daniel vixit longo tempore in Babylone. ſ. 80. annis, vel quaſi. Mat. to.1. 144.c.3.H
Daniel non tranſiuit in Iudæam, quia erat Præpoſitus regni Perſarum & Medorum poſitus per Darium regẽ, & in ciuitate Acbatanis terræ Medorũ ædificauit ſibi pulcherrimũ ſepulchrũ, ibiq; eſt, in quo poſtea ſepeliebantur reges Medorum, vt ait Ioſephus 10. Antiquitatum. Matth. to.1. 144.c.3.K
Danielis hiſtoria à fine 12. cap. vſque ad finẽ libri non habetur in Hebræo, ſed de Theodotionis trãslatione eſt, vt ſolet annotari ex rubro in omnibus Biblijs, immo Iudæi irrident eos, qui dicunt volaſſe Abacuch. Matth. to.1. 235.c.4.K
Daniel ex magnitudine viſionum cadebat in terram. Matth. to.4. 228.c.1.B

Dare. Interdum licitum est dare aliquid alicui, quando alteri nō licet illud accipere, &c. 127.c.1.D

3.Reg.

Dare Deo aliquid, stat dupliciter, s. dare actus nostros, vel dare erogando res nostras : per primum dare meretur homo nimis. 1.Paral. fol 339.c.1.A. Si secundo modo, stat dupliciter, vno modo dando illas ipsi Deo, vel dando alicui propter Deum. Primo modo meretur homo dupliciter. primo ex voluntate'. secundo ex re, quam dat, secundo magis placet Deo erogatio bonorum nostrorum, si fiat proximo quàm si fiat Deo, & in erogatione bonorum nostrorū, quæ fit proximo pp Deū meremur dupliciter. primo ex bona voluntate. secundo ex ipso opere, nam ibi homo dat de suo, &c. Ibidem.

Eorum, quæ dantur à Deo, quædam dantur per modum naturæ, & alia dantur gratuitò. Matth. to.5. 32.c.1.D

Dare habenti nihil aliud est, quàm perdere. Matth. to.5. 139.c.2.B

Datan, & Abiron quomodo mortui sunt iuxta interpretationem Hebræorum Exodi to.1. 25.c.3.K

Datio. Duplex est datio quædam, quæ respicit debitum quædam, quæ nō. Et prima est duplex, quædam, quæ respicit debitum existens, cū scilicet aliquis offert alicui, quod illi debet. alia respicit futurum. Cum aliquis dat aliquid vt faciat aliquam rem sibi debitā, vt in emptione, & vtraq; datio pertinet ad iustitiam siue commutatiuam siue distributiuam, aliqua est datio, quæ non respicit debitum aliquo modo, & ista dicitur donatio, eo ꝙ respicit liberalitatem, & ad hāc donationem nihil inclinat nisi voluntas dandi, & ideo dicitur gratuita, & tali donationi proprie competit gratiarum actio, s. vt quis pro gratia sibi facta faciat retributionem, iuxta modum suum, & quia ista gratiarum actio est debita, vbi præcessit gratuita donatio, & priuatio gratiarum actionis dicitur ingratitudo, & quanto quis magis recesserit ab ista gratiarū actione, tanto magis dicitur ingratus, & ideo in ipsa ingratitudine assignantur quatuor gradus, &c. super Matth. to 5. 21.c.1.A

In dationibus & acceptionibus penes bonum, & malum consistit iustū, & iniustū. Mat. to 5. f. 179.c.4.H

Penes dationem potest esse peccatum. Matth. to.6. 33.c.3.G

Dator formarum. Non oportet ponere datorem formarum. vt quidam ponebant. Exo. to.1. 277.c.1.B

Darius. Constitutur in regem Persarum propter hinnitum equi, qui cœpit regnare anno à transmigratione in Babylonem fere centesimo quarto, & regnauit triginta sex annis, &c. super Matth. to.1. 145.c.4.G

Darius, contra quem pugnauit Alexander Macedo, cœpit regnare ante Christum natum. 311. annis. Matth. to.1. 147.c.2.A

Dauid. Quare dicatur Symonides Pindarus & Alceus, &c. Gen. 27.c.4.I

Dauid fuit manser in tertia generatione, capiendo manser, pro vt Chaldæi exponunt illud Deuter. 23. scilicet non ingredietur manser, &c. sed non bene exponunt, vt probatur super Deut. 118.c.3.F

Dauid plures psalmorum fecit, sed non omnes. 1.Regum to.1. 12.c.3.G

Dauid in quibusdam psalmorum, quos composuit, fuit propheta, & in quibusdam, nō : sed magis fuit sapiens vel dictator, quam propheta. 1.Regū. to.1. 175.c.3.F

Dauid fuit ter vnctus in regem : primo in domo patris sui à Samuele. 1.Regū. 16. secundo à tota tribu Iuda in Hebron. 2.Regum 5. Tertio à toto Israel. 1.Reg. to.1. 164.c.4.k

Dauid non peccauit maledicendo montes Gelboe : quia non habebat intentionem, vt sic eueniret, sicut dicebat, sed ex amaritudine cordis, & ad exprimendum dolorem dicebat ista. Nam huiusmodi dolentes multa dicunt, quæ nollent euenire, sed dolor impellit ad loquendum, nec maledictio illa fuit completa, licet aliqui dicāt oppositum. 2.Reg. 7.c.2.B

Dauid mānsit in Hebron sex annis cum dimidio, mortuo Saule, ex concessione sacerdotum, quorū erat vrbs illa Hebron. 2.Reg. 8.c.4.I

Viri Iuda vnxerūt Dauid in regem in Hebron. primo ex affectione, secundo vt implerent voluntate Dei, neque peccauerunt vngendo Dauid in regē. 2 Regum. 9 c.1.A

Dauid, potuit licitè accipere in vxorem filiam regis Iessur. 2.Reg. 16 c.1.A

Dauid cur voluerit reducere ad se Michol, quā alius tenebat à multo tempore. 2 Reg. 18.c.2.A

Dauid & Salomon regnauerunt super duodecim tribus Israel Mat. to.5. 223.c.1.B

Dauid fuit Bethlehemites. Matto. to.5. 226 c.3.k

Nemo fuit excellentior Dauid inter Hebræos. Matt. to 6. 158.c.1.C

Dauid fuit vnctus ter in regem. primo per Samuelē, secundo per tribum Iuda, tertio per totum Israel, sed per primam vnctionem fuit illi collatum magis de iure regnandi, quā per aliàs. 2.Reg. f.28.c.3.F

Dauid potuit licitè facere Moabitas tributarios &c. 2.Reg. 50.c.2.C

Quòd Dauid nō peccauerit cognoscendo carnaliter Bethsabee, nec Ruben. &c. dicunt Talmudistę, &c. sed probatur falsum. 2.Reg. 64.c.2.A

Circa adulterium Dauid quid dicat Epiphanius, vt refert historia Scholastica. 2.Reg. 65 c.1.A

Quomodo fuit verum, quòd in domo Dauid gladius maneret in æternum. 2.Reg. 70.c.1.C

Peccatum Dauid quomodo fuerit translatum quo ad pœnam in posteros eius, vide super 2. Regum. 71.c.2.B

Dauid peccauit non corrigendo neque increpando Amon de incęstu cum Thamar sorore sua. 2.Reg. 79.c.4.K. Et ideo videtur ꝙ Deus tradiderit Amon occidendum per manus Absalon. & simile fuit de Heli & filiis suis. 2.Reg. 80.c.1.C

Pater Dauid fuit trinomius, nā vocatus est Iesse, Isai, & Naas. 2.Reg. 13.c.2.A

Dauid, lugens Absalom, non dixit sex vicibus, fili mi Absalom, Absalom fili mi, propter causas, quas assignāt Hebræi, nec pp illas, quas assignāt Nicolaus, immo pluries quàm sex vicibus dixit illa verba, &c. 2.Reg. 120.c.2.C

Dauid non fuit periurus iubens Salomoni, ꝙ occideret Semei. 2.Reg. 127.c.3.F

Dauid peccauit tradendo Sibæ medietatem hæreditatis Miphiboseth, & tenebatur ad restitutionem. 2.Reg. 128.c.3.I

Dauid non fuit periurus tradendo Sibæ medietatem hæreditatis Miphiboseth, vt probatur. 2.Regum. 129.c.1.A

Dauid non peccauit cessando à punitione Ioab propter tria, &c. super 2.Regum. 136.col.2.D

Dauid, numerando populum peccauit in duobus. primo quia sine causa computauit, &c. secundo quia cum computaret non faciebat, quòd computati soluerent siclos, &c. 2 Reg. 168.c.2.E

Index in omnia Opera

Dauid noluit bibere de aqua portata ex ciſterna Bethlehem propter tria.2.Reg. 161.c.1.C

Quomodo valeat hoc argumentum, Chriſtus eſt filius Dauid,ergo non eſt filius Dei. Matth.tomo 6. 158.c.1.A

Dauid,cur potius elegit peſtem pro peccato numerationis populi quã famem vel bellum.2.Reg. f.170. c.3.K.quæ quidem peſtis, dimiſſis opinionibus,durauit per tres dies,vt probatur.2.Reg. fol.171.c.1.B & multa circa prædictam peſtem, vide in dictione, peſtis. & Matt.to.7. 47 c.4.H

Dauid non peccauit mandans Salomoni vt occideret Semei,&c. quia non deſiderio vindictæ, ſed amoris iuſtitiæ id fecit,vt probatur ſuper 3.Regũ. fo.19. col.4 H

Quòd Dauid opertus veſtibus non calefieret, multiplex aſſignatur cauſa, ſed præcipua eſt, quod ſcilicet illud prouenerit ex aliqua infirmitate. 3.Reg. 4.c.3.H

Dauid potuit licite accipere concubinas ex diſpenſatione.ſuper 3.Reg. 4.c.3.K

Dauid quomodo iurauerit, quòd Salomon eſſet regnaturus poſt eum, vide ſuper 3 Regum. fol.10. col 2.F

Quòd Dauid fuerit prohibitus ædificare templum domini,multæ aſſignantur cauſæ ab aliquibus, ſed quædam earũ improbantur.ſuper 3.Reg. f.4. c.3.H & dicendum, quòd præcipua cauſa fuit bella imminentia tempore Dauid : & propter prohibitionem Dei, ſed hanc prohibitionem eccleſia & ſancti doctores dicunt fuiſſe propter ſanguinis effuſionem,ſed mihi videtur,ait auctor,ſub emendatione cuiuſque potentis emendare, ℘ nõ fuerit propter hoc prohibitus, vt probatur ſuper 3.Reg. f.4.c.3.k Sed dicendum,quòd illa prohibitio fuit, quia Dauid erat intentus bellis,& non poterat vacare ædificationi templi. ſuper 3.Regum. 4 c.4.H

Dauid quomodo habuerit cor perfectum cum domino,vide ſuper 3. Reg. 136.c.4.I

Dauid,quomodo potuit componere amicitiam cum Hyran rege Tyri, cum eſſet illud regnum de terra Chananæorum.3.Reg. 4.c.3.F

Quòd Dauid fuerit ſanctior omnibus regibus Iuda, probatur ex multis.4.Reg. 179.c.2 D

Dauid ponitur tanquam menſura omnium regum Iuda,in bonitate.4.Reg. 220.c.4.F

Melior fuit Dauid quam Ioſias, licet de Ioſia dicatur 4.Reg.23. Similis illi nõ fuit ante eũ rex, nec poſt fuit exit ſimilis illi.vt probatur ſuper 4.Regũ.f.240. col.3.H

Filius Dauid ex Abigail, quæ prius fuerat vxor Nabal,vocabatur Daniel. 1.Parali.3. & tamen.2.Reg. appellatur Zelaad, quod interpretatur vindicans patrem, & ex hac interpretatione gloſa ordinaria & Rabbi Salomon dicunt multa fictitia. Similiter & Nicolaus de Lyra & Hebræi, quæ confutantur. ſuper 1.Paralip. fol.53.c 4.F. Sed dicendum, quòd iſte filius Dauid habuit duo nomina, ſicut de multis alijs legimus in ſcriptura, quòd habuerunt duo vel tria nomina.ibidem.

Cũ Dauid regnauerit quadraginta annos & ſex menſes,ſcriptura non facit mentionem illorũ ſex menſium in computatione annorum regni eius,quæ in totali ſumma maiorum numerorum non curat de modico,& tamen in ſummis particularibus ponit illos ſex menſes, ſcilicet quãdo ponit tempus,quo regnauit in Hebron. 2.Reg.5. & 1.Paralip.3. 1.Paralip. 54.c.3.F

Filius Dauid natus ex adulterio, non computatur inter alios propter duo.1. Paral. 55.c.1.A

Dauid fuit ter vnctus in regem,primo,viuente Saule, & tunc habuit ius aliquod ad regnum: non tamen poſſeſſionem.ſecundo illico, vt mortuus fuit Saul, ab omnibus viris Iuda in Hebron.2.Reg.2. tertio à toto Iſrael etiã in Hebron poſt mortem Isboſeth. ſuper 1.Paral.122.c.3.K. & prima iſtarũ vnctionũ facta eſt oleo communi.Secũda oleo cõi vel ſacro, quod potuit confici ab Abiatar ſacerdote.de tertia etiam poteſt dici, ℘ fuit oleo communi vel ſacro. Prima vnctio facta eſt per Samuel,ſecũda per Abiatar,tertia per Abiathar vel Sadoch. Nam tunc ambo erant ſummi pontifices.1.Paral. 123.c.1.A

Dauid aſſumptus eſt in regem ab omnibus tribubus Iſrael propter multa 1.Paral. f.123.c.4.F. Ad quod faciendum ad duxerunt tres rationes, quarum prima probat, ℘ licitũ erat ipſum aſſumere in regem. ſecũda, ℘ honeſtum & vtile. tertia, ℘ neceſſarium. 1.Paral. 124.c.1.B

Iſraelitæ tenebantur ſuſcipere Dauid in regem, mortuo Isboſeth.1.Paral.fol.124.c.3.H. Et Dauid habebat ius ad pugnãdum contra Iſraelitas & ſubijciendum eos ſibi, vt tenerent eum in regem, ſi ipſi nollent,&c ibidem.

Refertur hiſtoria Dauid à tẽpore, quo ipſe duxit Michol filiam Saul in vxorem, vſque ad tempus,quo vnctus eſt in regem à toto Iſrael.1.Paral. f.131 c.3.F

Dauid nunquã fuit rex Iuda nec Iſrael,viuente Saule. 1.Paral. 113.c.3.k

Ad Dauid confluebant multi,etiã de tribu Beniamin tẽpore, quo eum perſequebatur Saul, & hoc propter multa.1.Paralip.fol.132.c.4.F. Et potuit habere certitudinem de fide illorum circa eum, aliquo de tribus modis, qui referuntur. ibidem. & iſti ſic venientes in auxilium Dauid, non peccauerunt, vt probatur ibid.

Ad coronationem Dauid in regem ſuper toto Iſrael venerunt in Hebron ex omnibus tribubus pluſquã trecenta millia virorum.1.Paral. 141.c.4.I

Dauid voluit cõſulere populum,priu ſquam transferrent arcam domini de Cariathiarim in Ieruſalem, propter multa.1 Paralip. 143.c.4.I

Dauid contriſtatus eſt de morte Oza, & hoc propter multa.ſuper 1.Paral. fol.151. c.4 F. Et timuit dominum,pluſquã prius,propter caſum iſtum incidẽtẽ, quia illa,quæ præſentia ſunt ſenſibus, magis immutant,&c.ibid. Et timor iſte fuit ſeruilis.ibid.

Dauid non peccauit ponẽs arcam in domo Obededõ propter multa.1.Paral f.152.c.4 F. Nec timuit Obededom ſuſcipere eam in domo ſua, ſed gratãter accepit,&c.ibid. Et iſte Obededom erat de ſtirpe Leuitarum.ibid. 153.c.2.A

Dauid conſuluit dominum, an deberet aſcẽdere contra Philiſthinos, volentes facere bellum contra ipſum,propter multa.1.Paral.fol.157.c.4.k. Et de tribus modis conſulendi dominum,vide ibidem.

Dauid, cum induit ſe ſtolã byſſinam.1.Paral.15. nihil vſurpauit, quia illa non erat veſtis propria Leuitarum,ſed erat communis. 1.Parali. fol.174.col.3.G. Et Dauid vſus eſt illa tunica byſſina, in portatione arcæ,propter multa.ibid.

Dauid aliquo modo miniſtrabat ad portationem arcæ, quia ipſe habebat ſecum ſeptem choros canentium.ſecundo Regum 6.ſuper 1.Paralipo. fol.174. col.4.F

Dauid dedit cibos populo, qui comitabantur arcam domini,dum portaretur, propter multa. ſuper primum Paralip.fol.176.col.4 F. Dedit etiam potum vini. ibidem.

Dauid non erat propheta,de numero eorum, quibus Deus loquebatur per ſe. Sed dicebatur pro-

pheta

pheta large, scilicet, in laudando Deũ faciens Psalmos, vel cantica, nam isto modo Dauid erat Propheta, & excellentior omnibus Prophetis, nam nemo fuit, qui tot Psalmos componeret, sicut Dauid, vt patet ex titulis Psalmorum. Et Prophetæ isto modo non habebant reuelationem a domino, ita vt loqueretur eis, & ideo quando dubitabat super aliquo consulebat dominum, sicut ceteri non Prophetæ, interdum tamen inspirabat Deus istis Prophetis aliquid, & canebant aliqua futura, in quibus concordabant cum illis, qui proprie dicuntur Prophetæ, & Dauid multa cecinit futura, & Psalmos fecit Dauid nõ humano ingenio nec eruditione, & studio, sed diuina inspiratione, licet Deus non loqueretur illi, 2. Paralipo. 192. c. 3. G, & 240. c. 2. A

Dauid loquens ad Nathan Prophetam, super ædificatione domus domini, primi Paralipomenon, 17. nõ loquutus est ei, vt consuleret Dominum, sed vt petens consilium, tanquam a viro prudente. Et ita respondit Nathan prudẽtia humana, & quia Deus nolebant, vt Dauid ædificaret ei domum, locutus est nocte illa ad Nathã, vt diceret ipsi Dauid, quòd non voueret facere domum Domino, vt dicunt Hebræi, vel vt non inciperet sequenti die facere aliquam dispositionem, &c. & Deus reuelauit hoc Nathan potius quam alteri, propter duo, vel quia forte non erat tunc in Ierusalem alius Propheta, similiter & vt Nathan humiliaret se cognoscens se errasse, cum responderet Dauid &c. 1. Paralipom. 192. c. 4 G

De oratione Dauid circa perpetuitatem regni sui, & quomodo multis modis possit intelligi 1. Paralip. 204. c. 3. K

Dauid licite pugnauit contra Moabitas, & licite fecit eos tributarios, 1. Paralip. 206. c. 3. F

Et iuste mouit bellum contra illos absque requisitione, vt probatur ibid. 221. c. 1. E

Non est prohibitus Dauid ędificare templum domino, propterea, quia vir sanguinis esset, sicut dicunt Iudæi, sed propter multa bella, quibus erat occupatus, &c. 1. Paralip. 206. c. 2. C

Dauid ad numerãdum populum habuit causam impulsiuã, s. Satan, qui stimulabat cor Dauid ad hoc, sed causa finalis fuit delectatio quædam pertinens ad inanem gloriam &c. 1. Paralipomenon 233. colum. 4. k

Et numerati sunt omnes, qui maiores erant anno vicesimo, etiam si senio confecti essent, vt probatur 1. Paralip. 234 c. 2 B

Dauid merebatur mori propter populi numerationem, & ipse fuisset principaliter mortuus illa peste, nisi propter duo, primo quia doluit nimis de peccato, & orauit sibi remitti, secundo propter nimiã charitatem eius ad populum in conditionibus pœnæ sibi oblatis &c. 1. Paralipomenon, 236. colum 1. E

Dauid peccauit in numeratione populi in duobus, primo in vanagloria, secundo quia cum numeraret populum, non collegit pecuniam debitam pro numeratione, &c. 1. Paralip. 236. c. 2. C

Dauid cognouit peccatum suum, in numeratione populi, propter Dei stimulum 1. Paralip. 239. c. 3. G

Dauid, si nollet eligere vnum de tribus malis, pro numeratione populi, poterat peccare, & poterat non peccare, 1. Paralip. 240. c. 3. l. Et si famem elegisset septem annorum potest dici, quòd fames illa posset venire partim naturaliter, & partim supranaturaliter, & hoc dupliciter, &c. ibidem 241. colum. 1. C

Et an solum illa fames veniisset super Israelitas tãtum vel super alios, & si super Israelitas tantum, quomodo esset illis in plagam, vide ibidem 241. c. 3. K

Et si eligeret hostium persecutionem, quomodo venirent contra Dauid, & quomodo non posset gladium eorum effugere, & quomodo cessaret ista persecutio post tres menses, & an isti hostes essent iuste a Deo concitati contra Dauid, & si peccarent pugnando contra eum, vide ibid.

Mors, quæ inflicta est populo propter peccatum Dauid in numeratione populi, non fuit ex corruptione aeris, quia non erat tunc aer dispositus ad talem corruptionem, similiter quia eadem ipsa die de mane vsque ad horam prandij mortui sunt septuaginta millia virorum. Sed dicendum est, quòd Angelus domini quemlibet particulariter percutiebat, & moriebatur, & sic dicitur 1. Paralip. 21. aut tribus diebus gladium domini &c. & Angelũ domini interficere in omnibus finibus Israel. Sed modus percussionis poterat sic fieri, quòd Angelus Domini apponeret cuilibet illorum, quos interfecit, aliquod pestiferum, quo appositio statim moreretur &c. Et mors ista populi non durauit per vnum diem, vt est communis opinio, sed dicendum magis videtur, quòd duraret per tres dies, 1. Paralip. 243. c. 3. F

Dauid, pro peccato numerationis populi, elegit potius pestem, quã reliqua duo, vt non excluderet se a pœna, cum ab alijs se posset defendere, vt dicit Iosephus, Sed fallitur Iosephus. Et non elegit famem, quia visa est sibi nimis importabilis propter multa, & elegit etiam pestem potius quam plagam hostium, propter multa. Et plaga pestis tolerabilior erat, quam plaga hostium, & plaga famis, & plaga hostium peior erat, quam plaga famis. Et de inæqualitate temporum istarum plagarum. Et si Dauid eligeret aliam plagam potius quam pestem, non peccaret. Et dixit Dauid melius est, vt incidam in manus domini, propter executionem, quia quo ad ordinationem omnes tres plãgæ erant a domino, sed quare dixit melius est &c. cum videatur per hæc verba non comprehendere tres omnes illas plagas, sed tantum duas, videlicet, pestem & manus domini, & hostes per manus hominum 1. Paralipo. 244. c 3. F, &c.

Præcepit Deus Dauid, quòd faceret altare in area Ornam Iebusæi, vt ille locus haberetur valde venerabilis, quia in eo placabatur dominus ab ira sua, & istud fuit, quia Deus volebat, vt postea ędificaretur ibidem templum per Salomonem, quod debebat esse valde venerabile, 1. Paralip. 250. c. 4. H

Dauid quare non obtulit sacrificium pro peccato, sed holocausta, & victimas pacificas in area Iebusæi, 1. Paralipomenon 253. colum. 3. F. Et exauditus fuit Dauid a Deo per ignem, quod dupliciter intelligitur ibid.

Dauid tãpe obtulit sacrificium in area Ornam Iebusæi, 1. Paralip. 254. c. 2. E

Dauid obtulit sacrificium extra sanctuarium in duobus locis, scilicet, in area Ornam Iebusæi, & coram arca, quando portabatur de domo Obededom in domum suam, & postea &c. 1. Paralipom. 254. c. 4 F

Dauid fuit filius cuiusdã agricolæ, scilicet, Iesse. Mat. tomo 4 68. c. 4. F

Dauid propter magnum timorem, quem conceperat, cum vidit Angelum gladio euaginato, non valuit ire in Gabaon, vbi erat tabernaculum, & ideo fecit sacrificium in area Iebusæi &c. 1. Paralipom. 254. c. 4. I

Et

Et dato, quòd postea licitum esset offerre ibidem sacrificium, non tamen sacrificium necessitatis, sed de sacrificijs spontaneis,potest teneri,quòd sic, & quòd non 1.Paralip. 255.c.1.A
Dauid quomodo cognouerit, quòd in area Ornam templum esset ædificandum, cum dixit, 1. Paralipomenon 22. hæc est domus Dei, & hoc altare in holocaustum Israel, 1. Paralipomenon,256. c.1.D
Et quare per prædicta verba significauerit Dauid illic fore templum ædificandum, vide ibidem 256. col.2.C
Dauid fecit congregare omnes proselitos de terra Israel ad parandum materiam pro templo ædificando, quia isti erant minoris dignitatis quã Israelitæ &c. 1.Paralip. 256.c.3.G
Dauid fecit parari lapides, & ligna ad ædificandum templum domini, sed non ad hoc, quòd ipse ædificaret illud, quia iam erat prohibitus, sed ad hoc, quòd Salomõ filius eius ædificaret illud ex illis materijs,1.Paralip. 257.c.1.B
Dauid non est permissus ædificare templum domino, propterea, quia erat nimis occupatus in bellis, 3.Regum 5.bene tamen concessum est illi congregare materias, scilicet, Aurum, & Argentum, & vasa ærea pro fabrica templi,&c.1. Paralipomenon 258.c.1.E
Mox, vt Dauid obtulit sacrificium in area Ornam, Deus misit de cœlo scripturam ipsi Dauid omniũ, quæ fabricanda erant in templo, & cæpit congregare illa, & cum magno tempore congregasset, iam omnibus paratis, vt sibi videbatur, vocauit Salomonem,& principes Israel,& dixit eis,quòd iam parauerat omnia necessaria pro ædificatione templi, & hortatus est Salomonem ad opus, & principes, vt adiurarent eum, &c. 1. Paralipomenon 258.c.4.I
Cum dicitur 1. Paralip.22.quòd Dauid prohibitus est ædificare templum propter effusionem sanguinis, Nicolaus, & Hebræi dicunt, quòd intelligitur de sanguine, quem effuderat impie, & dicunt, quòd hoc fuit in sacerdotibus Nobe,& in Vria &c.sed fal luntur,vt probatur,1.Paralip. 259.c.4.G
Dauid non fuit prohibitus ædificare templum domino propter sanguinem,quem effudit in bello,quia in hoc non peccauit, nec etiam propter irregularitatem contractam ex effusione sanguinis, quia in veteri testamento non erat aliqua irregularitas, vt probatur,1.Paralip. 260.c.1.A
Dicendum ergo,quòd nõ fuit vere prohibitus a Deo ædificare templum,sed solum denunciatum est ei, quòd in diebus suis nõ poterat ædificare templum eo quòd esset occupatus in bellis, & istud opus requirebat magnam occupationem, & vacationem a laboribus. Etsi velimus dicere, quòd Dauid fuerit prohibitus ædificare &c. dicendum, quòd fuit ista prohibitio propterea, quia non poterat ipse vacare ædificationi propter bella, &c. 1. Paralipom. 260.c.3.I
Sed quare fuerit simpliciter prohibitus ædificare tẽplum domino,vide ibid.
Dauid, volens ordinare totum cultum diuinum, vt debite se haberet,fecit primo numerari sacerdotes & leuitas, vt postea assignaret eos certis officijs, & sacerdotes minores diuisit in viginti quatuor partes, vel sortes, quarum quælibet habebat certum nomen, & in familia Eleazari, quæ erat magna, fuerunt decem, & sex sortes, & in familia Ithamar octo, & sacerdotes istarum sortium ministrabant per diuersa tempora, secundum ordinem sortium suarum, Leuitæ vero diuisi sunt per officia sua. Nã quidam facti sunt ianitores alij thesaurarij, & alij cantores, & cantores diuisi sunt per 24. sortes, ianitores vero & thesaurarij per alios modos sortiũ, &c. Et causa motiua ad faciendum istam differentiam, & ordinationem fuit duplex. Prima,quia sacerdotes, & leuitæ erant vsque tunc deordinati. Secunda propter mutationem modi ministrandi, &c.1.Paralip. 266.c.2.B
Et iste ordo non fuit datus a Deo a principio in deserto &c.propter duo. Dauid habuit authoritatem a Deo ad faciendum istum ordinem,qui fecit istam ordinationem, & misit eam Dauid scriptam de cẽlo, & postea Dauid promulgauit eam omnibus de Israel.Sic enim fuit de forma ædificationis templi, &c.ibidem.
Et ista ordinauit Dauid cum esset in anno vltimo suæ ætatis,ibidem.
Et congregati sunt sacerdotes principes, & leuitæ ad Dauid propter multa,ibid. 267.c.2.C
De Dauid, quare dicatur, quòd mortuus sit plenus dierum,cum solum vixerit septuaginta annos 1.Paralip. 266.c.4.K
Dauid habebat multa genera possessionum,& habebat colonos, vel dispensatores circa illa, & præficiebat vnum in quolibet genere possessionũ 1. Paralipomenon, 318.c.2.B
Dauid fecit congregationem principum regni sui, 1. Paralip. 28. & congregauit tunc filios suos propter multa,1.Paralip. 320.c.4.F
Dauid dedit Aurum, & Argentum necessarium pro toto templo, & etiam superabundans, nam factis vasi templi, & tota ædificatione, adhuc superfuit aliquod Aurum, & argentum de eo,quod dederat Dauid, vt patet 3. Regum 7. 1. Paralipomenon 331.c.3.G
Dauid habuit de cœlo aliquam scripturam siue in lapidibus siue in membranis siue in alia materia, & ista scriptura continebat duo, scilicet, scripturam, & figuram omnium partium templi,& atriorum, & vasorum, & de qua materia & pondere & magnitudine essent facienda de modo fabricationis, &c.1.Paralip. 332.c.3.G
Et ista omnia, qualiter dicantur scripta esse manu Dei vide ibidem,Et 2.Paralip. 40.c.2.D
Cum Dauid fecit Deus Misericordiam in multis, scilicet, in duodecim quæ referuntur, 2. Paralipom. 14.c.1.A
Dauid & Salomoni, quomodo licuerit contrahere amicitiam cum Hiram rege Tyrij absque peccato 2.Paralip. 35.c.1.A
Dauid non peccauit, sed meruit, offerendo sacrificiũ coram arca domini in via, qua portabatur de domo Obededom in domum suam 2. Reg.6.2. Paralipom. 67.c.3.H
Quomodo solus Dauid electus fuerit a Deo in ducẽ, idest,in regem super Israel,vt dixit Salomon 2. Paralip.6.vide 2.Paralip. 80.c.3.H
Ad Dauid non loquebatur Deus per se, sed per Prophetam, licet ipse esset Propheta, non tamen de illis, quibus Deus loquebatur, sed de Prophetis facientibus cantica, & Psalmos 2.Paralipomenon 81.c.1.A
Ipsi Dauid promisit Deus solium regni Israel pro posteris eius sub conditione, si seruarent &c. qui, quia non seruauerunt conditionem illam, Deus non seruauit pactum suum &c. 2. Paralipomenon 84.c.1.E
Dauid fuit melior oĩbus alijs regibus Iuda,& Israel,vt probatur 2.Paralip. 226.c.3.K
Dauid fuit maximus inter Prophetas secundi ordinis,

nis,qui erant Prophetæ ad canendum, non tamen de Prophetis primi ordinis, per quos scilicet, recipiebantur reuelationes, & annunciabantur futura populo &c. Matth. tomo 1.3.c.3. k, & tomo 2.75. colum.1.C

Dauid solet vocari Propheta per excellentiam. Sic & Paulum vocamus Apostolum. Euangelium dicitur per excellentiam liber quatuor Euangeliorum,Mat.tom.1 7.c.1.A

Dauid excelluit Abraham in multis, Matth. tomo 1. 72.c.3.k

Dauid habuit 15.filios 6.in Hebron.& 9.in Ierusalem præter filios,quos suscepit ex concubinis 2. Reg. & 1.Paralip.3.Mat.tom.1 79.c.3.I

Pro peccato Dauid in numeratione non fuit punitus populus,sed forte,qui puniti sunt tunc,alias puniēdi erant pro peccatis suis, sed Deus voluit tunc punire,vt in vna punitione essent duæ pœnæ, scilicet, populi,qui puniebatur pro peccatis suis, & Dauid, qui puniebatur in punitione populi,quia mors populi pœna erat principis,vt habetur 1.quæst.4.cap. Dauid,Mat.tom.2 244.c.4.G

Dauid habuit plus quam viginti vxores, & concubinas,Mat.tom.5 86.c.1.C

Dauid erat in magna reputatione apud Iudæos tanquam prophetarum princeps, & cui Messias promissus erat futurus de semine suo, & de quo Deus specialiter dixerat. Inueni virum secundū cor meū 1.Reg.13.Mat.tom.4 3.c.3.H

Dauid, quando accepit gladium Goliath, non intrauit tabernaculum,sed Achimelec intrauit,& dedit Dauid,Mat.tom.4 6.c.2.D

Dauid fuit præcipuus quam Abraham, saltem in dignitate regali,Mat.tom.6 157.c.2.B

Dauid quare dicatur Propheta per excellentiam vide Mat.tom.6 160.c.3.I

In Dauid concurrunt tres dignitates, quæ in nullo viro Iudæo concurrunt,nisi in eo,s.regia, Patriarchatus,& prophetiæ,Mat.tom 6 165.c.1.E

Dauid non fuit Propheta de illis,per quos consuleretur de dubijs, & responderetur &c. sed de Prophetis,per quos Deus pronūciabat laudes suas, Defen. 31.c.1.A

Deambulatio. Domini, de qua Genes. 3. erat Angeli Dominum repręsentantis,Genes.165.c.2.A 198.c.2.A

Et præfata deambulatio domini, ad auram, significabat, vt dicunt quidam, voluntatem Dei punire volentis, & motum Dei tardum ad puniendum peccatum primorum parentum &c. sed hoc non pertinet ad sensum literæ, alij dicunt, quòd aura illa erat signum aduentus Dei,qui in aura venire solet, vt habetur 3. Regum 19. sed nec hoc videtur verū Genes. 198.c.2.k

Dicendum, ergo quòd hoc dicitur ad reddendum rem verisimilem, nam dicitur, quòd primi parentes latuerunt,audita voce Dei, & tamen ad hoc, ꝙ laterent deberent multo ante audire vocem, quā Deus eis appropinquaret,&c.ibid.

Debitor, In lege veteri,si quis esset debitor,& nō esset aliquis dominus rei debitæ, cui redderet, tenebatur dare illud sacerdoti, vt patet, Num.5.1.Reg.tom.2 86.c.4.G

Debitor secundum leges communes, tenetur dare operas suas creditori, vsque quo soluat, si non habet aliunde vnde soluat. Si tamen ipse moriatur, non tenebuntur filij eius dare operas creditori patris, si velint renunciare hereditati paternæ, si autem nolint, tenebuntur sicut pater præstare operas, sed non sic erat apud Hebræos, 4. Regum, 32.colum.1.A

Debitum. Non tenetur semper reddere vir vxori, quia vir non est semper in soluendo, bene tamen quando est soluendo, vxor tamen semper tenetur reddere debitum viro, quia semper est soluendo,Genes. 231.c.1.B

Quo ad debitum soluendum adhuc manet aliquod imperium penes virum, quia potest sibi determinare locum,& non illum, in quo illa petit,& aliud tempus dum tamen parum differat solutionem, Genes. 231.c.1.C

Debitum non peteret mulier in Paradiso terrestri,bene tamen extra,vt probatur,Genes. 231.c.4.I

Debitum reddere quoties teneatur vir vxori, distinxerunt Talmudistæ, secundum status, & officia virorum,Exo.tomo 1 212.c.4.F

Quo ad reddendum debitum qualiter se habuerit Iacob cum vxoribus suis,Exod.tom.1 212.c.4.I

Aliquid esse debitum dupliciter accipitur,vno modo pro esse necessario, alio modo pro esse iustum, & rationabile,1.Regum tomo 1 68.c.3.H

Si vir non reddat debitum vxori potest excommunicari,1.Regum tomo 1 106.c.2.E

Duplex est aliquid debitum,vno modo est debitum, vt impleatur ab vnoquoque, & hoc debitum non potest præteriri sine peccato aliud est debitum, vt impleatur a multitudine,& non ab vnoquoque, & tale debitum non obligat quemlibet de multitudine, nec est a quolibet implendum, Mat.tomo 7. 21.c.4.F

De his,quæ debita erant in vete.lege.Matth.tomo 6. 25.c.3.G

Debitum defuncti efficitur debitum hæredibus,Mat. tomo 7. 73.c.3.K

Debitum fit per hoc, quòd quis accipit ius alienum, siue volente, siue nolente illo, Matthæ. tomo 3. 74.c.4.F

Duplex est debitum, quoddam, quod non est numerandum in bonis debitorum, sed in bonis eius, cui debetur, & tale debitum soluere est magis necessarium, quam beneficium, vel eleemosynam gratis dare,nisi occurreret pauper in extrema necessitate. Aliud est debitum, quod est in bonis debitoris, & non eius, cui debetur &c. & bene facere, vel eleemosynam dare interdum magis est necessarium, quam rependere talia debita,& hoc modo, si pater egeat, & alius a quo recepit beneficium æqualiter egeat,magis benefaciendum est patri quam soluere tale debitum benefactori,vt probatur,Mat.to.3. 38.c.3.I

Debita sunt duplicia, quædam sunt determinata, vt sunt illa,quæ vocantur debita legalia,quia veniunt ex legali contractu, vt ex mutuo commodato, depositio, locato, præcario, empto, vendito &c. quia semper ex talibus causatur determinatum debitū: alia sunt indeterminata, & ista causantur moraliter,s.iure naturali 9.Ethi.vt quando quis fecit bonū alteri, reddit illum obligatum tacite ad retribuendum,non tamen potest iure repeti,similiter nō est determinatum naturaliter quantum sit debitū,&c. Primum istorum debitorum debet pręferri cuicūque eleemosynæ secundum similiter cæteris paribus, & ita est de benefaciendo parentibus, Matth. tomo 4 127.c.4.I

Debita Deo sunt subiectio,& reuerentia, Mat.tom.5 8.col.3.F

Inter debitum,& eleemosynam quid interfit,Matth. tomo 4 127.c.4.H

In debitis tam spiritualibus,quam temporalibus quādo debeamus quęrere creditores ad reddendū,&c.

&

& quando non Mat.tom.5 48.c.1.C
Debitum pœnæ non constituit aliquem extra charitatem, Mat.tom.5 48.c.3.I.
Debitum coniugale solum fit debitum, cum petitur, & non alias, Mat.tom 5 48.c.1.E
Datio, quę debitum respicit, est duplex, Mat.tomo 5. 21.c.1 A
Debita sunt duplicia quædam spiritualia, vt recte viuere, quædam corporalia, vt iura, quæ debentur ministris Dei, vt sunt decimę, & primitię &c. & ista sunt fauorabilia, & præcedunt alia, Matth.tomo 6. 25.c.4.F
Vnus coniugum non tenetur alteri debitum offerre, sed exactus debet reddere, Mat.tom.5 48.c.1.E
Decalogus. Vltra ea, quę sunt in decalogo multa alia sunt ad vitam æternam, necessaria, Mat.tomo 5 131.c.1.B
Præcepta decalogi primæ tabulæ regulant hominem in dilectione Dei, & præcepta secundæ tabulæ in dilectione proximi, Mat.tom.5 128.c.4.F
In decalogo dato a Deo solum data sunt illa præcepta, in quibus apparebat manifesta ratio debiti ad illa seruanda, Mat.tomo 5 47.c.4.G
Decalogus magis ponitur, vt exemplum quoddam moralium, quam vt expresse cõtinens omnia moralia, Mat.tomo 6 127.c.1.D
Per decalogum ordinantur vires, quæ sunt in homine, scilicet, concupiscibilis, & irascibilis, Mat.tom.5. 128.col.3.F
Decalogis duo continet, vnum, per quod homo ordinatur in Deum, & aliud, quo ordinatur in proximum, Mat.tomo 5 130.c.4.K
Decalogus continet duplicia præcepta, Mat.tomo 6. 131.c.2.B
Ad quæ omnia alia præcepta reducuntur, quæcunque illa sint, ibid.
Decapolis. De qua Marc. 7. est terra decem ciuitatum, quæ incipit a Sydone in parte Occidẽtali in mari Galileę, Mat.to.4.147.c.1.B
Decem. Quid per decem, & quid per vndecim significetur, Mat.to.5 64 c.1.C
Decima. Decimæ. Decima dupliciter accipitur vno modo pro decima Ephi. alio modo pro decima cori. Num.to.2. 106.col.4.I
Decimæ proprie sumptæ, quomodo differant ab alijs decimis, vide Mat.tomo.6 206.c.2.A
Decimæ, quas Deo dedit Iacob, quomodo differant ab alijs decimis, & quomodo conueniant, Matth. tomo 6. 206.c.2.C
Causa præcipua taxationis decimarum a Deo fuit, qa dando decimam leuitis, videbatur Deus dare tantum de sustentatione cuilibet leuitæ, quantum cuilibet homini de populo, eo quòd 12. erãt filij Israel, quorum vnus erat Leui. Mat.tom.6 207.c.1.A
Tres decimæ erant, apud Iudæos, s. decimæ leuitarum decimæ laicorum, & decimæ paupertum, Mat.to.6. 207.c.2.E, & istæ differebant adinuicem. Et duæ illarum dabantur singulis annis. Tertiæ vero per triẽnium, ibidem 208.c.2.E
Præceptum de decimis non est morale, vt probatur, Mat.tomo 6 209.c.3.H
Respondet author ad authoritates pontificum sonãtes decimas esse de iure diuino, Matth.tomo 6.209. colum.4.K
Decimarum institutio non manet nunc, licet maneat ipsa institutionis ratio. Mat.to.6 210.c.2.B
Decimarum institutio in ecclesia Christi est de iure canonico, Mat.tomo 6 210.c.3.k
Refertur sententia Theologorum de decimis, & præcipue sententia Sanct. Tho. Matth. tomo 6. 210.c.4.H
Apostolus approbat decimas, Matth. tomo 6. 210. colum.4.K
Decima dicit solutionem certæ partis omnium fructuum terræ, &c. Mat.tomo 6. 210.c.4.k
Decimæ datæ sunt a tota communitate ad sustentationem sacerdotum, &c Genes. 394.c.1.D
Decimas omnium fructuum, maxime frugum, gentiles exhibebant sacerdotibus quolibet anno post collectas fruges in autumno Genes. 394.c.1.C
Decimæ dantur Deo in recognitionem beneficiorũ ab eo receptorum, quòd scilicet, ista quæ decimamus ab eo receperimus, & debent dari ministro Dei, scilicet, sacerdoti, q ex efficio suo gratias Deo agit pro tota multitudine, quæ non potest tantum diuinis laudibus vacare, Genes. 251.c.3.I
Duas decimas soluebant Iudæi quolibet anno, & in anno tertio tres decimas, vt habetur Deuteronom. 14. Sed has decimas nunc non soluunt Iudæi, Exo. tomo 1 95.c.2.B
Decimarum & primitiarum solutio ad duo proficiebat, Exo.tom.1 241.c.3.K
Decimæ sunt quædam debita, & tanquam debita exigi possunt, vt patet extra de decimis, in cap. parrochiani, Exo.tomo 1 241.c.4.G
Magna erat vtilitas his, qui decimas, & primitias Deo offerebant, nam eorum bona multiplicabantur, & eorum, qui non soluebant, minuebantur, vt patet Malachi.3. cum dicitur si affigit homo Deum, &c. vsque ibi dicit dominus exercituum, Exod.tomo 1. 262.c.2.E
Decimæ non dabantur a Iudæis anno septimo remissionis, vel quietis, bene tamen primitię, cuius assignatur causa, Exod.tomo 1. 262.c.3.G. Leuiti. 269. colum.2.B
De decimis nihil habebant sacerdotes, sed ad leuitas pertinebant, qui decimam partem decimarum suarum dabant sacerdoti magno. Num.18. Leuit 45.c. 3.F. Num.tom.1. 60.c.4.I
Solas decimas habebant leuitæ pro hæreditate, Leuit. 236.c.1.D
Decimæ, & primitiæ frugum, quando separatæ iam erant, vt darentur domino, consecratę erant, & nihil de illis poterat iam comedere laicus, & si comederet, peccabat, nec satisfaciebat, si daret tantumdem, sed tenebantur ad pœnam, de qua Leuiti. 22. & 5 sed si decimæ essent de animalibus, non erant consecratæ, quousque Deo darentur, vt habetur Leuit. 27. cum dicitur, onus decimarum ouis, & bouis &c. iam non licebat vti in prophanos vsus, nec mutari pro alijs, neque vendere, neque lanam earum accipere poterant, nec poterant vti eis ad laborandum, si essent animalia laboris, vt boues &c. & similiter dicendum est de primo genitis, Deute. 15. Leuit. 235.c.3.G
Decimas, cum iam essent distributæ leuitis, poterant vendere leuitæ, quia leuitæ eas habebant solũ pro hæreditate, Num.18. Leuit. 236.col.1.D, & 239.colum.3.F
Decimæ erant iura leuitarum, & magni sacerdotis, Num.18. Leuit. 340.c.3.F
Decimæ personales, quæ apud nos soluuntur, forte non erant apud Iudæos, vt patet extra de decimis, cap. ex transmissa, Leuit. 357.c.1.A
Decimas esse de iure diuino, dixerunt aliqui, per illud extra de decimis, in cap. parrochianos dist. cum decimæ ex iure diuino sint, tanquam debitum exigi possunt, sed ista propositio duplicem habet sensum quorum primus est, ideſt, sunt a Deo mandante solui,

solui, & sic dicemus, quòd circuncisio sit de iure diuino &c. secundus est, quòd sit mandatum Dei firmum de soluendo decimas, quemadmodum præcepta decalogi sunt præcepta permanentia, primo modo non, nam iam abolitæ essent sicut cæremonialia, Leuit. 340.c.1.C

Nec præceptum de decimis est permanens, vt præcepta decalogi, vt probatur ibid.

Sed dicendum, quòd est pure positiuum, non tamen ab homine, sed a Deo volente, quòd semper darentur decimæ, & primitiæ seruis Dei, vt probatur, ibidem.

Contra decimas admittitur præscriptio, scilicet, contra quotam decimarũ, scilicet, quòd soluatur duodecima, vel vigesima, secundum quòd est conclusio iuristarum, Leuiti. 357.c.2.C

Decimæ possunt vouerì, vt patet Genes. 28. cum dicitur, si fuerit dominus mecum, &c. Leuit 357.c.2 D

Decimas interpretata est Ecclesia esse de iure diuino quo ad quotam, & de iure naturali quo ad substentandum Dei ministros, & quo ad quotam de iure diuino positiuo dicens, quòd Deus non solum voluit obligare eos, qui erant in veteri testamento, sed etiam eos, qui erant in nouo, & hæc interpretatio conueniens est, ex eo, quòd eadem ratio manet dandi decimas in nouo testamentò, sicut in veteri, Leuiti. 257.c.3.H

Decimarum fructus poterant redimi, sed non ius, scilicet, quòd poterat quis certam summam pecunię dare pro fructibus &c. Et hoc non toto tempore vitæ suæ, sed fiebat hoc in quolibet anno, ita quòd pro fructibus cuiuslibet anni daret certam summã pecuniæ, & fiebat hoc, collectis fructibus, & cognita quantitate eorum, & tunc debebat redimens tantum dare leuitis, quantum accepturi erant de decimis suis, & insuper quintam partem, nunc autem possunt redimi fructus decimarum non ius, ita vt aliquis det certam summam pecuniæ pro decimis suis in quolibet anno, ita verisimiliter non lædatur Ecclesia, sed potius fiat conditio eius melior, tamen non oportet computari fructus & super addi quintam partem, &c. Leuiti. 357.c.4 I

Dantes decimas, & primitias, & non de prioribus partibus frugum suarum, peccant mortaliter, & fortassis non satisfaciunt, Num. tomo 1 257.c 4 F

Decimæ, in vetere lege, erant iura leuitarum & non sacerdotum, nunc autem sunt sacerdotum, & Ecclesiarum, Num. tomo 1 256 c.1.A

De modo decimandi leuitarum summo sacerdoti veteri testamento in pecoribus, & iumentis, Nu. to. 1. 257.c.4 I

Decimæ nostræ successerunt decimis leuitarum, sed in nouo testamento non est aliquis modus decimãdi sicut in veteri, siue de pecoribus, siue fructibus, Num. tomo 1 258.c.1.D

Et author assignat modum, qui tenendus sit in solutione decimarum, tam in pecoribus & iumentis, quam in fructibus, ibidem.

Decimæ sunt duplices, scilicet, prædiales & personales, Deuteronom. 65.c.3.I

Decimæ non sunt institutæ ob homine, sed a Deo, & ideo tanquam debitum exigi possunt, extra de decimis in ca. parochianos, Deut. 63.c.3.I

An meretrix, & quicunque faciens rem suam, quam lucratus est turpi lucro, debeat dare decimas, an nõ, sunt opiniones, quidam dicunt, quòd non, alij vero quòd sic, quibus assentit author, Deuteronom. 63. colum. 3 k

Apud Iudæos solum erant decimæ prædiales, & non personales, Deuteronom. 66.c.1.B

Decimæ & primitiæ afferebantur in loco, vbi erat sanctuarium, in veteri testamento, Deuter. 66.c.2.B

Tres decimas soluebant Iudæi, quarum duas primã, scilicet, & secundam quolibet anno soluebant, tertiam vero de triẽnio in triẽnium, secundam tamen decimationem negat Nicolaus. Sed fallitur, vt probatur, Deuteronom. 67.c.3.I, & 140.c.3.G

Quilibet Christianus tenetur dare decimam partem ex his, quæ licite acquirit, vt patet extra de decimis in cap. ex transmissa, Deuteronom. 68.c.4.F

Decimas colligebant leuitæ per propinquas ciuitates vrbibus suis, vt videtur, Deuteronom. 81.c.4.G

De tribus generibus decimarum, Iosue tomo 2. 149. colum. 2. B

Decimas esse nunc de iure diuino, tenet Alexander tertius, quod tamen probatur esse falsum, 1. Regũ tomo 1. 135.c.1.C

Decimæ soluuntur nunc ex sola institutione ecclesię, quæ ad hoc legitime, & sufficienter potuit obligare &c. 1. Regum tomo 1 135.c.3.G

Decimæ impositionem non licet constituere nisi ad solas regis necessitates, regulariter, si tamen interdum euenerint aliquæ magnæ necessitates, & rationabile, licèret regi decimam imponere, consentientibus subditis, pro illo tempore, quo fuerit in necessitate, postea vero non licet, scilicet, per plures quam quadraginta, vel quinquaginta annos, & postea cessare, & primi regis successores non poterunt se iuste tueri exigendo talem pensionem, quoniam præscriptio nihil eos iuuaret, 1. Regum tom. 1 156 col. 3. I

Ad decimas personales, quæ dantur ratione personæ, tenentur Iudæi habitantes in domibus Christianorum, quia licet Iudæi non sint personæ pertinentes ad Ecclesiam, ex eo tamen, quòd incipiunt habitare in domibus, in quibus prius habitabant Christiani, tenentur &c. alias defraudaretur Ecclesia parrochialis illa, cui habitatores Christiani illarum domorum soluebant decimas personales, 4 Regum 168.c.2.A

Decimas & primitias non soluebant Iudæi in Babylone, 4 Regum 267.c.2.B

Decimæ non debent dari de illicite acquisitis, etiam si transeant in dominium acquirentis, extra de decimis cap. ex transmissa, bene tamen potest de talibus fieri eleemosyna, Mat. tomo 3. 20. col. 4. K

Et hoc ideo, quia in rebus sacris non solum vitandum est malum, sed etiam inhonestum quodcunque, & indignum, Mat. tom. 3 20.c.3.G

Decimæ sunt annexæ spiritualibus, & tamen Ecclesia in quibusdam regionibus cessat a repetitione earũ, propter scandalum, quia non fuit ibi consuetũ decimas solui, ideo scandalizarentur nimis, si ibi de nouo peterentur, & timor istius magni scandali detinet Ecclesiam, ne petat, ne forte fiat aliqua scissura in Ecclesia, & potissime, quia si in talibus regionibus nunquam succepta fuit lex Ecclesiæ de soluendis decimis forte non obligabãtur, &c. Mat. tomo 5 25.c.2.B

Decimæ, & primitiæ sunt iura, quæ debentur ministris Dei, & ista sunt fauorabilia, & præcedunt alia, Mat. tomo 6 25.c.4 H

Decimæ, tanquam debitę, exiguntur extra de decimis, capitu. parrochianos, Matthæ. tomo 6. 25. colum. 4. I

Decimę, in veteri testamento, non fuerunt de iure naturę, sed solum de iure diuino positiuo institutę &c. vt probatur Mat. tom. 6 205.c.3.G

Decimarum obligatio ad solutionem fuit instituta a Deo anno primo ab exitu de Aegypto, vt colligitur

thr Exod. 19. sed non inchoata est toto tempore, quo manserunt filij Israel in deserto, quia tunc Iudei non seruauerunt aliquas cæremonias legis, sed postquam intrauerunt in terram promissionis, vbi manerent secure, Deuteronom. 12. Capiendo tamen decimas large, cæperunt ante legem datam, nec constat quis primus dederit, quia aliquis dedit illas, etiam si non sit scriptum, sed ille, de quo primo legitur, qui decimas dederit, fuit Abraham, deinde Iacob, Genes. 14. & 28. Sed multum differunt illæ decimæ a decimis proprie dictis, Mat. to 6 206.c.1.B

Quolibet anno dabat decimas Iacob post votum factum &c. Mat. tomo 6 206.c.2.A

Decimas iussit Deus dari in veteri testamento, tanquam necessarias ad sustentationem ministrorum suorum, vt ostenditur, Mat. tomo 6 206.c.2.B

Causa præcipua dationis decimarum ad sustentationem leuitarum, & in numero decimæ, fuit quia Deus vidit, quòd dando decimam leuitis, dabat tantum de sustentatione cuilibet leuitæ, quantum cuilibet homini de populo &c. Matth. tomo 6. 207.c.1.B

Apud Iudæos soluebantur tres decimæ de eisdem fructibus, vt colligitur Deuteronom. 14 prima dabatur solis leuitis, secunda erat ad vsum laicorum, tertia erat pro pauperibus, prima erat magis nominata in scriptura, quæ vocabatur absolute decima, neque istæ decimæ erant similes, sed differebant multipliciter &c. Matth. tomo 6. 207.colum.2.E

Decimas non soluebat tribus Leui, sed cæteræ tribus, & de decimis suis leuitæ dabant decimas summo sacerdoti, Nu. 18. quia Deus voluit facere summũ sacerdotem, vt esset vir magnus, & magni status, Mat. tomo 6 207.c.3.E

Decimæ dabantur, quolibet anno, de omnibus fructibus, & de pecoribus, scilicet, primæ & secundę decimę, tertię vero decimę de triennio in triennium, Mat. tomo 6 208.c.3.H

Decimæ sunt a Deo institutæ, Mat. tomo. 6. 236.c.4.I

Decimæ soluebantur in veteri testamento de omnibus plantis & herbis, quæ veniunt in vsum hominum, vt ostenditur, Mat. tomo 6 208.c.4.F

Non omnes modi decimarum, qui erant in veteri testamento, manent in nouo nec in nouo testamento soluuntur decimæ, quæ in veteri soluebantur ex prȩcepto &c. Mat. tom. 6 209.c.1.A

Decimæ in nouo testamento non sunt de iure naturali, neque de iure diuino, vt distinguitur contra ius naturale, quod est ius scriptum a Deo institutũ, quia illud præceptum veteris testamenti de decimis, Num. 18. & Leuiti. 27. non potest ibi esse præceptum morale, ergo vel erit cęremoniale, vel iudiciale, sed ista non obligant nunc. Nec est prȩceptum noui testamenti soluere decimas, nam illa solum debent seruare homines in nouo testamento, quę a Christo per se, vel per Apostolos suos, mãdata sunt, Mat. tomo 6 209.c.2.A

Sed contra hoc sunt fere omnes iuristę dic. decimas esse de iure diuino, & sub debito cadere, vt nititur ostendere Hostien. in summa, titu. de decimis, & Innocentius eodem tit. in prin. & post eos fere omnes alij, & allegant authoritates veteris testamenti, & dicta sanctorum. Dicunt etiam de iure canonico deberi decimas, & non soluentes peccare. Sed quòd decimę debeantur in nouo testamento nullus dubitat, nisi, qui indisciplinatus est, nam omnia decreta, & decretales Epistolæ in titu. de decimis hoc clamant, quibus non assentire ad hæresim vel schisma pertinet, sed quo iure debebantur, cõtentio est, neque esset tamen contentio siquis recte vellet attendere, vt probatur, Matth. tomo 6. 209.c.3.F

Quod decimæ sint debitæ de iure canonico, patet, quia Papa habet plenam potestatem circa solutionem decimarum, similiter consuetudo, & præscriptio habet locum in illis, Mat. tom. 6. 210.c.3.k

Circa decimas cadit dispensatio, vt aliquis non soluat decimas, & valet circa illas pactum, consuetudo, & præscriptio, Mat. tomo 6 109.c.4.F

Dicere an solui debeant decimæ, vel non, aliquid iurisdictionis est, & ideo circa hoc magis standum est vni decretali, quam omnibus expositoribus scripturæ, quantumlibet sapientibus. Dicere autem an solutio decimarum sit de iure diuino, vel non, non est iurisdictionis, sed sapientiæ, ideo super hoc magis credendum expositoribus sacræ scripturæ, quam dictis Romanorum pontificum, & illud extra de decimis cap. parrochianos, quòd cum decimæ non ab homine, sed a Deo sint institutæ, quod est Alexandri tertij, intelligendum est quantum ad primam institutionem veteris testamenti, quæ tamen iam cessauit, &c. & secuta est alia in nouo per summos pontifices & concilia generalia, & quantum ad istam institutionem sunt ab homine, & nõ a Deo, Mat. tomo 6 210.c.1.B

Licet institutio decimarum, quæ fuit in veteri testamento, non maneat nunc, manet tamen ratio institutionis, s. sustentatio ministrorum Dei, Matth. tomo 6 210.c.2.A

Illud cap. tua nobis extra de decimis, vbi dicitur, quòd decimas dominus sibi reddi præcepit in signum vniuersalis dominij, facit ad hoc, quòd decimæ debeant solui integraliter, non deducto semine, nec sumptibus factis in agricultura, Mat. to. 6. 110.c.3.F

In cap. aliquibus, extra de decimis, expresse voluit decretalis facere differentiam inter decimas, scilicet, quòd quædam debentur diuina lege, aliæ autem tanquam approbatæ consuetudine locorum, & nõ est sensus, quòd nunc debeantur aliquæ decimæ diuina lege, sed est sensus, quòd nunc omnes decimę debentur tam prædiales quam personales ex iure canonico. Sed circa prædiales non attenditur consuetudo &c. secus tamen circa personales, Matth. tomo 6 110.c.3.H

Decimas esse debitas potuit facere authoritas Ecclesię potissime cum fuerint prius institutę de iure diuino, & nunc ex eadem causa instituantur in iure humano, Mat. tomo 6 110.c.3.k

Decimas partim esse de iure naturæ partim de iure diuino, & partim de iure humano positiuo dicit sanctus Tho. & quãtũ ad primũ esse præceptũ morale, & quantum ad secundum esse partim præceptum morale, & partim indiciale, & partim cęremoniale, Mat. to. 6. 110.c.4.H. Sed probatur, ꝙ nullo modo sint de iure diuino, sed tantum ex institutione Ecclesiæ, Mat. tomo 6 211.c.1.D

Modi decimarũ, in vete. testa. erant quatuor, quos dicũt iuristę manere in nouo testamẽto, nõ in se, sed in aliquo simili. Sed adaptationes eorũ sunt multũ largę, & superuacaneę, Mat. to. 6 211.c.3.E

In nouo testamento sunt tres species decimarũ, s. prędiales, personales, & mixtæ, Mat. to. 6. 211.c.3.k

Decimæ personales dantur de necessitate præcepti, extra de decimis capitu. peruenit, nec ista obligatio est de iure diuino, nec vnquam fuerunt decimæ personales de iure diuino, in veteri testamento, neque debebantur, sed solæ prædiales, Matth. tomo 6. 211.c.4.H

Decimarum prædialium ſolutio eſt nunc de pręcepto Eccleſiæ, ad ſimilitudinem decimarum illarum,quę erant in veteri teſtamento, & ideo cum agitur de ſolutione iſtarũ allegatur ius diuinum, vt patet extra de decimis.cap.Parrochianos, & cautua nobis,& cap.in aliquibus.ſ,ꝙ decimæ iſtæ diuina conſtitutione debentur,Mat.tomo 6 212.c.2.E
Decimę mixtæ,vt nos vocamus, quia non ſunt totaliter prędiales,neque totaliter perſonales, ſcilicet, de pecoribus, dandę erant in veteri teſtamento, ideſt,de illis, quæ in cuſtodiam hominum erant, & ſub eis per generationem multiplicabantur, vt de bobus,capris,camelis, &c. Leui.27. & de omnibus alijs manentibus ſub cuſtodia humana, de porcis autem non dabatur decima, neque eos alebant Iudęi,Matthęi tomo 6 212.c.3.H
Decimæ de Lana dabantur in veteri teſtamento, ſicut in nouo,vt patet Deute.18.& extra de decimis. cap.peruenit, & dicebantur huiuſmodi decimæ mixtę, ſed magis pertinebant ad prędiales, quàm ad perſonales,quia ſunt quidam fructus, in quibus plus natura operatur,quàm manus humana,vel ſolicitudo,aut labor,Matthęi tomo 6 212.c.4.F
Decimę dabantur in veteri lege de quibuſcunque dabantur primitiæ,Matthęi tomo 6 212.c.4.F
Decimę debentur de rigore de palea integra, vel cõminuta per triturationem,Mat.tomo 6 212.c.4.G ſed,hoc non obſtante, non ſoluitur decima de palea propter multa,ibidem 213.c.1.A
Decima debetur de omni fructu, extra de decimis.c. nuntios,Matthęi tomo 6 213.c.1.A
Decimæ debentur de paſcuis, ideſt, de pratis, & alijs locis herboſis,& ſi datur de pecunia, de paſcuis debetur decima extra de decimis. cap. commiſſum, & de paſcuis, Matthęi tomo 6 212.c.1.C
Ad decimas ſoluendas tenentur religioſi de illis locis,quę occupauerunt, ſi loca illa erant prius decimalia,extra de decimis,cap.commiſſum. Secus tamen ſi erant noualia, extra de verborum ſigni.ca. quod per nouale,Matth.tomo 6 213.c.3.G
Decima debetur de terra,quæ erat ſub vna diſpoſitione, ſi mutetur in aliam,ſi illa erat olim decimalis, vt ſi terra, in qua erat domus, mutetur in agros, qui colantur,vel ſi de agris fiant domus, nam habitantes non tenebantur ad decimas perſonales, & hoc verum eſt, niſi enormiter lęderetur Eccleſia. ſimiliter de terra, quę colebatur ſi mutetur in paſcua,tenetur ad decimas ex paſcuis, &c. Similiter ſi mutetut terra paſcualis in agros, qui colantur, tenetur, &c. qui proprie noualia vocantur, niſi facientes noualia ſint religioſi, vel viuentes in cõmuni, extra de decimis, capit.ex parte tua. & hoc intelligendum eſt de noualibus, quę proprijs manibus colunt, vel ſuis expenſis, ſecus tamen, ſi alijs locent illa noualia colenda, nam tunc tenebuntur ad decimas illorum agrorum,Mat.tomo 6 213.c.3.K
Ad ſolutionem decimarum tenetur, qui exulit ſegetes iniuſte, ſcilicet, in bello iniuſto, vel alias ſine cauſa iuſta, vel ad totam ęſtimationem, ſi ſegętes erant maturæ, vel in aręis, ſi vero ſegetes erant in herba,debet haberi totalis ęſtimatio ſecundum reſpectum aliorum annorum, vel ſecundum quòd veriſimiliter putatur fructuum multitudo in illo anno ex eis, quę apparuerunt ante damna data, Matthęi tomo 6 214.c.2.B
Ad decimas tenetur, qui emit rem non decimatam, vt agrum habentem fructus, aut gregem, cuius erant iam nati fœtus, & non decimati, nam regula generalis eſt, quòd tranſit res cum onere ſuo, extra de decimis,cap.tua. & cap.paſtoralis, & Eccleſia habet actionem contra emptorem, & contra venditorem, & ſoluente altero ipſorum, liberantur ambo, & quando emptor teneatur, & qñ venditor,Matthæi tomo 6 214.c.2.E
Decimæ vini non ſoluuntur in vino,ſed in vuis,Mat. tomo 6 214.c.3.G
Decimam de rebus immobilibus non debere dari, tenent omnes Doctores, vt communiter, licet ſit alia opinio tenens oppoſitum, ſed prima opinio tenenda eſt etiam de rigore iuris, cum ius non reſtringat ad hoc, quia de huiuſmodi immobilibus non debebantur decimæ in veteri teſtamento, nã iura poſuerunt regulam, quòd illæ decimæ, & de illis rebus ſolum debeantur, quæ debebantur in veteri teſtamento, & quæ poſtea ex conſuetudine approbata dantur, extra de decimis, cap.1. aliquibus,&c.Matthęi tomo 6 215.c.1.A
Circa decimas perſonales, vt in plurimum ſtandum eſt conſuetudini,Mat.tomo 6 215.c.2.E
Quando ſint ſoluendæ decimæ de piſcatione,& quãdo non,Mat.to.6.215.c.3. F. & talis decima non dicitur prædialis, ſed perſonalis, vel mixta, vel magis declinans ad prædialem, quàm ad perſonalem ibidem.
Decimæ debentur de venatione, & huiuſmodi decimæ, vt ait Innocentius, magis ſunt perſonales, quam prædiales, ſed cui Eccleſiæ decimandum ſit, ſtandum eſt conſuetudini,Hoſtienſis tenetur, quòd talis decima eſt mixta, &c. Matthæi tomo 6 215.c.4.G
De omni molendino, tam aquæ quàm venti, dandæ ſunt decimæ, de molendino aquæ patet extra de decimis, capitulo peruenit, & capitulo paſtoralis, &c. de molendino ad ventum, patet, capitulo ex tranſmiſſa, &c. Et tales decimæ dicuntur perſonales,Mat.tomo 6 215.c.4.I
Decimæ de lucro dicuntur perſonales,quia prędiales dicuntur decimę de fructibus,cap.ad Apoſtolicæ, Matthæi tomo 6 216.c.1.C
De lacte dandæ ſunt decimæ,ſimiliter & de caſeo,extra de decimi,capitu.peruenit, Matthæi tomo 6. 216.c.2.B
De butyro, quod fit de lacte, danda eſt decima, de butiro vero porcorum, vel anſerum, non, & talis decima eſt mixta, ſed magis eſt prædialis, & eadem eſt cum decima de lacte, & caſeo, Matthæi tomo 6 216.c.2.C
De melle, & cera debetur decima, quæ eſt perſonalis,Matthęi tomo 6 216.c.3.k
Nihil eſt,de quo non debeantur decimæ, ſi in eo aliquid lucrorum peruenit licitum,vt oſtenditur diſcurrendo per ſingula.Mat.to.6. 216.c.4.F
De ꝙbuſcũq; pẽſionib.ſiue redditibus, ſiue ĩ pecunia denẽ,ſiue ĩ fructu debenẽ decimę.Mat.6.217.c.1.C
De negociationibus & artificijs debẽ decima, ſimiliter de militia, de lectura, de aduocatia, de ſeruitio,&c.Mat.to.6. 217.c.1.C
De fructibus malè acquiſitorum, etiam ſi ſint immobilia, debetur decima, & dẽ mobilibus, quæ ferunt fructum. Sic Iudæi de fructibus prædiorum coguntur dare decimas,extra de decimis. capitulo de terris, ſimiliter de omnibus alijs, de quibus debetur decima prædialis, vel quaſi:ſimiliter de penſionibus, & redditibus, ſi autem ſint res mobiles, de quibus vt communiter ſunt decimæ perſonales, quæ ex induſtria hominum perueniunt, eſt diſtinguendum de illicite acquiſitis, quia vel tranſeunt in dominium, vel non. ſi non, poteſt de illis dari decima. ſi ſic, aut competit repetitio

contra acquirentem, ſi ſic, non eſt danda decima, vt de acquiſitis per ſymoniam, vel vſurã,&c, ſi non, vt de meretricio, & hiſtrionatu, non recipiuntur decimæ propter turpitudinem ſuam, ne Eccleſia videatur approbare factum, illæ tamen non debent decimas, & hoc, ſi peccatum meretricis ſit notorium, ſed, ſi ſit occultum, ipſæ meretrices debent decimas, & poſſunt recipi decimę illarum ab Eccleſia, Matth. tomo 6 217.c.2.D

Decima non eſt ſoluenda de illicite acquiſitis,& quę illicite retinentur, Mat. tomo 6 218.c.2.C

Decimæ prędiales de fructibus ſtatim debent dari, 16.quæſt. 1.cap. decimæ, & extra de decimis,capi. cum homines, quòd ſi ex mora ſoluendi periculum accidat, tenebitur dominus fructuum ad ſoluendum, nam poſterior mora nocet ei, per quem fit.ff.de pericu. & como.rei vẽd.l.illud. & ff.de vſu. l.debitor. Mat.tomo 6 218.c.3.H

Si quis rem prædialem perdiderit, vel furto. aut rapina ablata fuerit, priuſquam decimetur, aliquando tenetur ad valorem decimæ prædialis reddẽdum, & aliquando non, Mat.tomo 6 218.c.4.F

Decimæ perſonales debent ſolui in fine anni, vt dici ſolet, Mat.tomo 6 218.c.4.K

Decimæ perſonales non dabantur in veteri teſtamento, bene tamen in nouo dantur, Matthęi tomo 6 219.c.1.B

Decimæ, tàm in nouo, quàm in veteri teſtamento dantur eiſdem perſonis, & ex eadem ratione accipiendo in generali, accipiendo tamen in ſpeciali, nec eſt eadem ratio nec eædem perſonæ, Matthæi tomo 6 219.c.2.C

Decimę dantur nunc Sacerdotibus Eccleſię habentibus alia iura pręter decimas, & ſolæ decimæ erant iura Leuitarum, & nihil aliud in veteri teſtamento, cuius aſſignantur cauſæ, Matthæi tomo 6. 219.c.3.H

Sacerdotes, habentes non ſolum patrimonia, ſed & quaſcunque diuitias, licite accipiunt decimas, niſi aliquid aliud obſtet, Mat. tomo 6 220.c.1.A

Ratio pręcipua dandi decimas non fuit paupertas, ſed miniſterium, Mat.tomo 6 220.c.2.A

Decimæ non ſunt auferendæ clericis malis, conſiderata malitia in generali, bene tamen propter aliqua ſpecialia crimina, vt propter ſymoniam, & notorium concubinatum, &c. Matthæi tomo 6 220.c.2.B

Decimæ prædiales dantur illi Eccleſiæ, in cuius parochia decimæ ſunt ſitæ, i. prædia, de quibus decimatur, & hoc ſiue dominus fundi habitet ibi, vel percipiat ſacramenta ibi, vel alibi, perſonales vero decimæ dantur, vbi dominus ipſe, qui dat decimas, audit diuina, & recipit ſacramenta, ſiue ibi habeat aliqua prædia, ſiue non, Matthæi tomo 6, 220,c.3.K

Decimas Eccleſiarum non percipit Papa, quia ipſe habet alios redditus, cum autem tamen ipſe præſit omnibus particularibus Eccleſijs, primatum earum habens, & ſolicitudinem gerens, ſed cùm indiguerit, poteſt decimas accipere, vel maiores impoſitiones ſuper clericos facere pro neceſſitatibus ſuis,& Eccleſiæ,dum tamen illę ſint verę, & iuſtæ neceſſitates, alias autem nulla poteſtatis celſitudo excuſat, quin apud Deum reus habeatur,& importunus exactor, & malignus ſubditorum ſpoliator, Matth.tomo 6 220.c.4.H

Decimæ non debentur pauperibus, ſed ſolis Eccleſijs dandę ſunt,& ibi clerici beneficiati eas recipiũt, & hoc omnia iura teſtantur,&c. Mat.to.6. 221.c.2.A

Laici non poſſunt tenere decimas iure proprio, neq; recipere quaſi ius hoc poſſit competere eis directe, bene tamen ex conceſſione Eccleſię,& ex priuilegio, vel conſuetudine. & ſi laicus non oſtendit priuilegium, vel conceſſionem Eccleſiæ, nulla tpis diuturnitate iuuatur ad accipiendum decimas,&c. Matthæi tomo 6 222.c.2.A

Circa decimas perſonales multum iuris tribuit cõſuetudo, vt ſoluantur, vel non ſoluantur, & de quibus rebus,& quantum, Mat.tomo 6 222.c.3.F

Papa poteſt concedere decimas laico ad tempus, vel in perpetuum, vt tranſeant ad hęredes,& hoc ſiue in feudum, ſiue in ſimplici donatione, & talis conceſſio tenet.& Laicus, cui conceduntur, nõ peccat percipiendo eas,&c. Mat.tomo 6 222.c.3.k

Papa poteſt vniuerſalem cõſtitutionem facere, quòd nullus Laicus ſoluat decimas, dum tñ reliquerit miniſtris Eccleſię congruam ſuſtentationem, &c. Matth.tom.6. 223.c.1.A

Epiſcopus poteſt dare priuilegium vni Eccleſiæ, aut perſonæ de percipiendis decimis alterius Eccleſiæ ad tempus, vel in perpetuum: dummodo hoc faciat cum conſenſu capituli,& obſeruata illa ſolennitate tota, quæ habetur de rebus Eccleſiæ nõ alienandis, cap.dudum. Mat.tomo.6 223.c.1.k

Quando Laicis conceditur priuilegium percipiendi decimas aliquarum Eccleſiarum, percipiunt eas licite iuxta formam priuilegij ad tempus vel in perpetuum, niſi priuilegium perdiderint, quòd ſex modis contingit perdi. Matthæi tomo 6.223.c.2.A Nec prętextu talis priuilegij poſſunt huiuſmodi Laici petere decimas de noualibus, quia huiuſmodi priuilegia ſunt arctanda,& non amplianda, cum ſint odioſa, extra de decimis, capitu. tua, &c. Matthęi tomo 6.223.c.2.B. ſecus tamen, quando decimæ conceduntur ex cauſa fauorabili, quia tunc non ſolum noualia, ſed & decimæ de nouo, quæ de nouo pręſtantur, ibidem 223.c.3.F

Si præſcriptæ ſint decimæ in aliqua parochia, non ſunt pręſcriptę decimę, quæ de nouo incipiunt poſtea, Matthæi tomo 6 223.c.3.H

Si decimæ detineantur iniuſte ab aliquo licitum eſt ei, ad quem prędictę decimę pertinent, eas redimere, dato aliquo pro eis, ſine periculo ſymoniæ, dum tamen fiat hoc auctoritate Epiſcopi, ad cuius diſpoſitionem res Eccleſiæ pertinet, quia auctoritas iudicis multum excuſat in his, &c. Matth. tomo 6 223.c.3.K

Eccleſia põt accipere in pignus a Laico decimas, quas violẽter laicus detinet,& q̃ ad ipſam Eccleſiã pertinẽt, & nõ tenet interim fructus cõputare in ſortẽ, quia ius decimãdi datũ eſt pignori, & non ipſi fructus, & nulla alia ꝑſona ſęcularis, vel Eccleſiaſtica põt hoc, niſi decimę ad ſuã Eccleſiã pertineãt. Si aũt Laicus iuſte teneat decimas, ſi tñ dederit eis pignori ꝑ pecunia mutuata tenebit eas Eccleſia, quouſq; ſoluat ei debitũ, & ſi nõ ſoluit debitum redit feudũ ad ius Eccleſię,& tpe medio cõputabuntur Laico fructus in ſortẽ, ſi ſeruitiũ ſolitũ recipit Eccleſia a laico feudatario, alias nõ, ſed tenebit feudatari ad ĩtegrã ſortẽ extra de feu.c.1.Ma.t.6.223.c.4.I

Quid faciet Eccleſia cũ laico paupere, longo tempore, decimas poſſidente iniuſte, ac detinente, qui ſe peccaſſe confitetur,& decimas receptas ſibi dimitti poſtulet, Matthęi tomo 6 224.c.1.E

De decimis perſonalibus, communiter tenent iuriſtæ, quòd cõſuetudo de nõ ſoluendo in aliqua regione, vel loco, excuſat.& hoc quia decimę perſonales non debentur ex pręcepto iuris diuini, ſed ex interpretatione, & circa talia, quæ ſunt de iure humano, magnas vires habet conſuetudo.

facit

facit enim de legitimis perſonis illegitimas ad matrimoniũ, extra de cognatione ſpiri. ſuper quo, &c. Matthæi tomo 6 224.c.2.C

Sed circa decimas prædiales, dicunt Iuriſtæ, vt communiter, quòd cum ſint illæ de iure diuino, conſuetudo non valet circa illas, & ideo, ſi multo etiam tempore ceſſauerunt aliqui a ſolutione decimarum non ideo ſunt exempti a ſolutione, ſed iſti incidunt in multa inconuenientia, quæ non poſſunt ſoluere propterea, quia dicunt ſolutionem decimarum prædialium eſſe de iure diuino, aliter tamen reſpondet San. Thom. 2.2. quæſtio. 87. Articu. primo ad vltimum, quòd Eccleſiæ miniſtri maiorem curam habere debent ſpiritualium bonorum colligendorum, ideo Apoſtolus noluit vti poteſtate ſibi a Domino tradita, vt acciperet ſtipendia victus ab his, quibus Euangelium prædicabat, &c. Tamen nec hoc videtur ſufficere. nec eſt ſimile de Paulo prædicante, & eis quibus prædicabat, ad non ſoluentes decimas, &c.

Quare dicendum eſt, quòd decimæ prædiales non ſunt nunc de iure diuino, ſed de mero iure poſitiuo canonico, licet in veteri teſtamento fuerint de iure diuino, & ideo conſuetudo longæua generalis poſſet tollere obligationem longæuam ſoluendi decimas, maxime, ſi a principio non fuit recepta lex de ſoluendis decimis, &c. Sed magis in hoc Eccleſiæ ſententiam audire quàm nobis definire placeret, ait Auctor, ibidem 225.c.1.A

Ruſtici dantes decimas ſuas Laicis credentes, quòd illi licite recipiant decimas auctoritate Eccleſiæ non peccant, quia bona fide ſoluunt, ad quod valde confert, quòd Eccleſia videt Laicos recipientes decimas, & tolerat, non procedendo contra eos. ſi autem ruſtici ſciant, quòd Laici iniuſte recipiunt, & ſponte dent illis decimas, peccant. Si tamen cogantur dare, non peccant: ſi autem dent propter timorem non coacti, ſed quia timent mala ſibi inferri, ſi non dent Laicis, & ſic licet excuſentur a tanto, non tamen a toto, Matthæi tomo 6 225.c.1.C

Laicus retinens decimas, ſibi conceſſas ex priuilegio Papæ iuſte retinet, etiam ipſum ius decimandi ſiue temporaliter, ſiue perpetuo, extra de decimis, capitu. ex parte tua. ſi autem illud habeat ab inferiore a Papa, vt ab Epiſcopo, &c. valet, etiam ſi fructus decimarum concedantur ad tempus vitæ, ſcilicet, illius Laici, extra de iure patronatus, capitu. ex literis, & extra ne prælati vices ſuas, capit. finali. Si autem concedatur ius recipiendi decimas in feudum, ob aliquam cauſam, & vt portet aliquod ſeruitium, ſi tale feudum fuit factum ante tempus Concilij Turoneñ, celebrari ſub Vrbano Papa Secundo, tenet, quia non erat interdicta poteſtas infeudandi bona, & iura Eccleſiarum, ſi autem poſt illud Concilium fuit, non tenet fedum. Et fuit celebratum prædictum Concilium anno a Natiuitate milleſimo centeſimo nonageſimo ſexto, ſi autem illud feudum fuerit ante illud Concilium, vel poſt, dicunt aliqui, quòd tenet, ſed contrarium tenetur communiter, Matthæi tomo 6 225.c.1.D

Decimarum conceſſio Laico facta a poteſtate Laicali non tenet, Matth. to.6 225.c.2.D

Laicus non poteſt præſcribere decimas quantocunque tempore detentet, extra de præſcriptio. capitu. tamquam, & 16. quæſtio. 1. capit. peruenit, quia ſine poſſeſſione non currit præſcriptio, de regulis iuris. lib. 6. capitu. in poſſeſſione, etiam quando contra ipſum facit ius commune, &c. Matthæi tomo 6 225.c.2.E

Decimę perſonales Eccleſię, vel perſonæ Eccleſiaſticæ poſſunt prę ſcribi contra aliam Eccleſiã, dicunt Iuriſtæ, eo ꝙ conſuetudo multum facit cõtra eas, ſi tñ decimæ ſint p̃diales, dicũt Iuriſtæ, aliquos Theologos dicere, ꝙ circa has decimas valet cõſuetudo, quantũ ad quotã. ſ. vt minus quid ſoluaẽ, ſed nõ quã tam ad totum, Iuriſtæ vero, vt communiter tenẽt, ꝙ decimæ prædiales ſunt de iure diuino, ſed dicendum, quòd tantum ſunt nunc, de iure humano poſitiuo, & ideo præſcriptio aliquid facit per conſuetudinem diuturnam. & forte iſta ſola cauſa eſt, quæ excuſat gentes illas, quæ decimas nullas ſoluunt, &c. Matthæi tomo 6 225.c.3.F

Clericus tenetur ſoluere decimas de reb⁹ prophanis, & põt etiam cadere prę ſcriptio in illis. ſecus tñ de poſſeſſionibus beneficiorum, Mat. to.6. 225.c.3.K

Circa ſoluendas decimas non põt prę ſcribere monaſterium contra Eccleſiam Sęcularem, bene tamẽ vna Eccleſia ſęcularis contra aliam Eccleſiam ſęcularem, &c. extra de præſcrip. cap. ad aures. & capit. de quarta, & tamen quia taliter præſcribens contra ius commune facit, non ſufficit ei bona fides ad præſcribendum, quia requiritur titulus, de reſtitu. ſpolia. cap. ad decimas. & de præſcriptioni. capi. Epiſcopum. lib. 6. vel probare titulum. ſed nõ ſic eſt, ſi Eccleſia contra Eccleſiam præſcribat, &c. Matthæi tomo 6 225.c.4.F

De iure communi non debentur decimæ religioſis, ſed Eccleſijs ſęcularibus, quia decimæ perſonales non debentur illi Eccleſiæ, in qua quis audit diuina, & vbi percipit ſacramenta. prædiales vero debentur illi Eccleſiæ, in cuius parochia ſita ſunt prędia: nam de iure communi omnes decimę ad Eccleſiam parochialem pertinent, extra de decimis, capitu. quòd in tua, &c. Secus tamen, quando Monachi habent plebem ſibi commiſſam, de qua habent curam animarum, ſimiliter quando ex priuilegio dantur ſibi decimę in aliquibus parochijs, vel locis, &c. Matthęi tomo 6 225.c.4.H

De decimis noualibus non eſt idem ius, quod de alijs, vt patet tam quantum ad præſcribẽtes, quàm quo ad priuilegiatos: nam tales pertinebant ad Eccleſiam parochialem, extra de decimis, cap. licet, & cap. tua. Sed in religioſis videt fallere eodem titulo, capitu. ex parte tua, &c. ſi autem noualia ſint extra terminum alicuius parochiæ poteſt Epiſcopus applicare decimas illorum noualium, cui voluerit Eccleſiæ, vel ad vſum ſuum, capitu. quoniam, & ad vſum ſuum non poteſt ille applicare: nam in re propria non habet auctoritatem, ſed recurrendum eſt ad Archiepiſcopum, qui interueniat loco prælati, &c. Mat. tomo 6 226.c.1.D

Quilibet Laic⁹ tenet p̃ſtare decimas extra de deci.c.a nobis, & hoc tã pſonales, q̃ p̃diales, M.1.6.226.c.3.F

Clerici nõ obligantĩ ad decimas pſonales, nec curati tenent̃ ad decimas p̃ſtandas epiſcopis de fructibus beneficiorũ ſuorum, vt probat̃, Mat. to.6.226.c.4.k

In participatione decimarum epiſcopus, & ſacerdos ſunt ſocij, Matthæi tomo 6 227.c.ò.A

Epiſcopus tenetur ſoluere decimas prædiales de prędijs ſuis prophanis, ſiue in ſua, ſiue in aliena diœcesi, non annexis dignitati, Mat. tomo 6 227.c.4.F

Papa nõ tenet̃ ſoluere decimas, tã prędiales, q̃ perſonales de rigore iuris, etiã de p̃dijs ꝓphanis, bene tñ de ęquitate, in quantum lex eſt iuſta, quia debet quis pati legẽ quã tulerit, extra de præben. c. pro illorũ. & Imperatores dixerũt, licet legibus ſubiecti nõ ſimus, legibus tñ viuimus, Mat. to.6. 227.c.4.H

Religiosi tenentur ad omnes decimas soluẽdas tam prædiales, quàm personales, nisi in aliquo, in quo eos ius eximit, quibus dantur duo priuilegia, vnũ, quòd possint habere Ecclesiam propriam, quando multi fuerint in vna congregatione, &c. & proprium habere presbyterum. Secundum est, vt de hortis suis, & nutrimentis animalium non soluant decimas, de cęteris autem soluant, &c. vt Laici, Matthęi tomo 6 227.c.4.k

Religiosi non tenentur soluere decimas personales, sed de prædialibus obligati sunt de iure communi, nisi ex priuilegio aliter concessum sit, &c. Et loquimur de priuilegijs in corpore iuris clausis, & circa exemptionem istam distinguuntur tria tempora. Primùm ab Ecclesia primitiua vsque ad tempus Paschalis secundi, &c. scilicet, quòd monachi, & quicunque religiosi soluerent decimas de prædijs, & laboribus suis, sicut Laicus, tempore vero Paschalis secundi in Concilio Maguntinẽse sancitum est, quòd nec Monachi, neque religiosi, nec aliqui in communi viuentes soluerent decimas de laboribus suis, 16. quæst. 1. cap. questi. & cap. decimas. postea vero Adrianus Papa solis Cistertien. & Templarijs atque hospitalarijs concessit, quòd de laboribus, quos proprijs manibus excolunt, non teneantur soluere decimas: alijs autem monachis concessit solum decimas de nualibus suis, quæ suis manibus colunt, & de hortis, & de nutrimentis animalium suorum, & istud tenetur hodie, extra de decimis, capitu. ex ex parte tua. Et intelligitur proprijs manibus, id est, suis, vel suorum familiariorum, aut proprijs sumptibus colant, secus si terras locauerint, &c. extra de decimis, capitu. licet, & intelligitur, quòd terræ sint ipsorum religiosorum, &c. & quòd fuerint acquisitæ ante Concilium generale sub Innocentio Tertio, anno Domini millesimo ducentesimo quinto decimo in Basilica Laterañ. &c. Matth. tomo 6. 228. c. 1. A, & alia de religiosis circa decimas vide ibidem.

Decimæ prædiales præstantur ratione prædiorum, Matthęi tomo 6 228.c.4.I

Infideles, habentes prędia intra terminum alicuius parochiæ, tenentur dare decimas prædiales illi Ecclesiæ, vel cogentur ad dimittendum prædia, extra de decimis, cap. de terris. Matth. to. 6. 228.c.4.K Sed infideles, viuentes inter Christianos, non tenentur ad decimas personales, tamquam ad decimas, sed vt ad interesse quoddam Ecclesiæ, possunt teneri ad illas, scilicet, quia habitant in domo aliqua, quæ est intra limites Parochiæ, in qua si haberet aliquis Christianus, soluere decimas personales, &c Matt. tomo 6 229.c.1.E

Decimæ prędialas de iure communi pertinent ad Ecclesiam Parochialem, in cuius territorio sita sunt prædia, extra de paroehia. cap. significauit. & extra de decimis. cap. tua & cap. cum contingat. & cap. cum tua, & hoc verum est, nisi aliud obtineat ex consuetudine, præscriptione, aut priuilegio, &c. Matthęi tomo 6 229.c.2.D

Decimæ personales dandę sunt illi Ecclesiæ, in qua quis audit diuina, & recipit sacramenta, extra de parochia. cap. significauit, & extra de decimis. cap. nouum. & cap. ad Apostolicæ, & vocantur personales illæ, quæ veniunt ex sola operatione personæ, vt ex artificio, militia, negociatione, & similibus, cadit tamen circa istas decimas consuetudo, & circa istas decimas semper est attendendus locꝰ domicilij, &c. vel si sit de familia alicuius habentis domicilium, quòd si habeat diuersa domicilia quid faciendum sit, Matthæi tomo 6. 229.c.3.I

In decimis mixtis seruanda est consuetudo, si est circa locum vbi sunt soluendæ, & vocantur mixtæ, quia non sunt determinatæ omnino prædiales, neque omnino personales, licet magis sapiant naturam prędialium, quàm aliarum, & sic est de pecoribus, & nutrimentis quorundam animalium, Matthæi tomo 6 229.c.4.G

Decimæ de pecoribus, vbi sint soluendæ, Matthæi tomo 6. 229.c.4.G. Similiter, & decimæ de animalibus domesticis, scilicet, de pullis, porcis, & alijs auibus, quæ in domo pascuntur, & manent, Matt. tomo 6 229.c.4.K

Decimæ de venatione dantur in pecunia Ecclesiæ, in qua venator est parochianus, si autem feræ habeantur sine venatione, vt quia nutriuntur inclusa, &c. Vide quid sit dicendum, Matthæi to. 6. 230.c 1.A

Decimæ de lana, lacte, caseo, & butyro, cui debeãtur Ecclesiæ? Matthæi tomo 6. 230.c.1.E. Similiter decimæ de fœno, & palea, & locis pascuorum, ibidem 230.c.2.C

Decima de melle, & cera est personalis, & debetur Ecclesiæ, in qua parochia moratur dominus apũ. Matthæi tomo 6 230.c.3.F

Decimæ de molendinis piscarijs, aurifodinis, & quibuscunque minerijs, de cęsione arborum, de pensionibus domorum, & agrorum, & aliarum rerum de quibus debeantur, Matthæi tomo 6. 230.c.3.G

Colonus, qui pro aliquo dato, colit agros cui Ecclesiæ debeat soluere decimam de eo quod percipit, Matthęi tomo 6 231.c.1.A

In qua parochia soluendæ sint decimæ arborum, vel plantarum, vel olerum, quæ seminantur in vna, & in alia transplantantur, Matthæi tomo 6. 231.c.1.D

Decimæ iubentur dari sine diminutione, vt patet extra de decimis, capitu. commissum, & capit. peruenit cum similibus, propterea, quia praui homines multas diminutiones faciebant circa decimas, quæ referuntur, Matthæi tomo sexto, 231.c.2.B

In decemis prædialibus nunquam sunt expensæ subtrahendæ a decimante, nisi in decimis personalibus, & hoc nõ nisi in negociatione, Matth. tomo 6 232.c.2.B

Soluentes decimas, an debeant portare illas in domum decimatoris, iura nihil determinatum statuerunt, & ideo standum est consuetudini singularum Ecclesiarum, Mat. tomo 6 232.c.3.F

Decimę nõ sunt dãdę de melioribus, neq; de deterioribus, sed de mediocribus, vt de pecoribus, nã in fructibꝰ segetũ, & vinearũ, nõ vĩ differre bonũ, & malũ, vel parũ differũt, & ĩ his q̃q̃d hõ dederit, satisfacit, si bona fide agat, secꝰ si mala, Ma. to 6. 232.c.4.H

Decimę nõ soluunt nũc, qa ĩperatę erãt in vete. testa. sed quia Ecclesia illud postea fieri decreuit. Matt. tomo 6 233.c.1.E

Non omnis tenet determinate dare eleemosynã pauperi, secus ifi est de decimis, Mat. to. 6. 224.c.4.I

Consuetudo longæua põt tollere obligationẽ soluendi decimas, Mat. tomo 6 225.c.1.A

Ius cõe dupliciter obstat religioso soluere decimas, Matthæi tomo 6 225.c.4.K

Duplices sunt decimæ, scilicet, personales, & prædiales, Matthæi tomo 6 225.c.4.K

Monasterijs non debentur decimæ, nisi in duobus casibus, Matthæi tomo 6 226.c.1.A

Laicis competit vtrasque decimas soluere. i. personales, & prędiales, Mat. to. 6. 226.c.3.G

Leuitæ non accipiebant decimas a Leuitis in vete.te ſta.ſed ſolum a populo,Mat.tomo 6 226.c.4.I
Seculares clerici non ſoluunt decimas de Eccleſiæ poſſeſſionibus,Mat.tomo 6 227.c.2.E
Quare Innocentius Tertius reſtrinxit priuilegium religioſorum de decimis,Mat.tomo 6 227.c.3.F
Quare Iudæus teneatur ad decimas perſonales,Matt. tomo 6 229.c.1.E
Triplices ſunt decimæ,Mat.tomo 6 229.c.2.E
Conſuetudo decimarum quantum valeat,Matth.tomo 6 229.c.2.E
Præſcriptio decimarum quantum valeat,Matthæi tomo 6 229.c.3.F
De priuilegio decimarum,Mat.tomo 6 229.c.3.G
Omnibus religioſis conceſſum eſt retinere ſibi decimas de noualibus illis, quæ proprijs manibus colunt,Mat.tomo 6 229.c.3.H
De decimis proprie perſonalibus, Matthæi tomo 6 229.c.3.I
Cui Eccleſiæ debeantur decimę de melle, & cera, Mat.tomo 6 230.c.3.F
Decimæ de furnis ſunt perſonales, Matthæi tomo 6 230.c.3.k
De molendinis debentur decimæ, Matthæi tomo 6 230.c.3.F
De omni licite acquiſito debet ſolui decima, Matth. tomo 6 230.c.3.F
Multas diminutiones faciebant praui homines penes decimas,Mat.tomo 6 231.c.2.B
Quòd ex eadem re detur bis decima nõ inconuenit, cum competit duplici iure, Matthæi tomo 6 231.c.4.H
Non eſt bis decimandum decima prædiali, Matth. tomo 6 232.c.1.E
De horreo, & portatione decimarum in templum Domini,Mat.tomo 6 232.c.4.F
Dando decimam in rebus mediocribus ſeruatur numerus,& menſura decimæ,Mat.to.6. 233.c.1.B
Qui decimas bene ſoluunt remunerãtur in quatuor, Mat.tomo 6. 233.c.2.E.Et non ſoluentes decimas multa mala conſequuntur,ibid.
Decimæ,& primitiæ quomodo dicantur debitę de iure diuino,Mat.tomo 6 236.c.4.H
Quomodo decimæ vete.teſta.maneant in nouo, iuxta ſententiam omnium Iuriſtarum, Matthęi tomo 6 211.c.2.E
Tres ſunt ſpecies decimarum in nouo teſtamento, ſcilicet, prædialium, perſonalium, & mixtarum ex his,Matthęi tomo 6 211.c.3.k
Decimæ perſonales non ſunt de iure diuino,Matthęi tomo 6 211.c.4.K
Decimæ ſoluuntur de leguminibus, & de minutis oleribus,Mat.tomo 6 212.c.3.F
Non ſunt decimæ ſoluendæ de adipe, & ſepo, Matt. tomo 6 216.c.2.E
Danda eſt decima de alimento.Mat.to.6. 216.c.3.G
Decima lactis,caſei,& butyri, an ſit prædialis,vel perſonalis,Mat.tomo 6 216.c.3.I
Decima danda eſt de paſcuis, venationibus, & piſcationibus,Mat.tomo 6 216.c.4.H
Decima debet̃ de balneis,Mat.tomo 6 217.c.1.A
Decimæ debentur de montibus, Matthæi tomo 6 217.c.1.B
De negociationibus, & artificijs debentur decimæ Matthęi tomo 6 217.c.1.C
Decimæ debentur de militia, Matthæi tomo 6, 217.c.2.A
De ſeruitio ſoluitur decima, Matthæi tomo 6, 217.c.2.B
Aduocati non ſunt exempti a decimis, Matthæi tomo 6 217.c.2.B
De omni lucro ſoluitur decima, Matthæi tomo 6 217.c.2.B
Iudæi inter Chriſtianos degentes coguntur a Chriſtianis de ſuis prædijs ſoluere decimas, Matthæi tomo 6 217.c.2.E
Decima eſt onus reale, quod ager ipſe dat,& nõ perſona,Matthęi tomo 6 217.c.4.F
Non ſoluitur decima, neque datur eleemoſyna de lucro vſurario, ſymoniaco, & aleatorio, Matthæi tomo 6 217.c.4.K
De meretricio non tenetur meretrix ad decimas, ſi peccatum eius ſit notorium, vel ſaltem publicum ſecus,ſi ſit occultum,& quomodocunque ſit ex illo,bene tamen poteſt elargiri eleemoſynam,Matthæi tomo 6 218.c.1.A
Clericus in caſu ſymoniæ perdit decimas,Matt.to.6. 220.c.3.F. Similiter ſi ſit notorius concubinarius, ibidem
Quare in veteri teſtamento ſtatutum fuerit dari decimas ſummo Sacerdoti, & non in nouo, Matthæi tomo 6 221.c.1.B
Quomodo intelligitur decimas eſſe pauperum,Matthæi tomo 6 221.c.3.F
Papa poteſt priuilegiare quos voluerit de non ſoluendis decimis perſonalibus, ſed male faceret ſic diſpenſando,Matthæi tomo 6 222.c.3.F
Laici ſex modis perdunt priuilegium de percipiendis decimis,Matthæi tomo 6 223.c.2.B
Non licet perſonis Eccleſiaſticis recipere decimas in pignus,niſi fuerint Eccleſiæ,Ma.tomo 6.224.c.1.B
Laicus aliquando tenet decimas iuſte, Matthæi tomo 6 224.c.1.C
Quando Leuitæ dabant decimam ſummo Sacerdoti,debebant dare de melioribus, Matthæi tomo 6 233.c.1.E
Bene ſoluentes decimas remunerantur in multis,ſed quatuor exprimuntur ab Auguſtino. Primum eſt abundantia fructuum. Secundum eſt ſanitas corporis. Tertium eſt remiſſio peccatorum. Quartum eſt acquiſitio regni Cœlorum, & habetur 16. quęſt.1.cap.Decimæ, eos vero, qui non ſoluunt, vel non bene ſoluunt, multa mala conſequuntur. Primum eſt præuaricatio diuini mandati. Secundum, quòd merentur, vt fructus reddant ad decimam partem priorum fructuum, vel eorum quos alias habiturus eſſet, ſi recte decimaret.Tertiũ eſt rapina. Quartum homicidium. Quintum eſt ſacrilegium. Sextum eſt brucus æruca locuſta,&c. Septimum eſt oppreſſiones a poteſtatibus temporalibus. Octauum eſt infamia. Nonum eſt excõmunicatio,&c.Mat.tomo 6 233.c.2.D
Illud c.parochianos, extra de decimis.ſ.cum decimę nõ ab hoĩe,ſed a Deo inſtitutę tãquã debitũ exigi poſſunt,quo modo ſit intelligendum.Matthæi tomo 6 236.c.4.I
Illud Greg.16.qõ.7.c.decimas,ſ.oportet decimas, & primitias ab oĩ populo accipere, quas fideles Dño prȩcipiente offerunt,iuxta illud vaticinium Malachię 9. inferte omnẽ decimã, &c. Quomodo ſit intelligendum,Matthæi tomo 6 236.c.4.K
Clericis prohibetur,vt accipiant in pignus decimas pertinentes ad alias Eccleſias,Mat.tomo 7 53.c.4.G
Decimæ, & primitiæ non ſunt dandæ clericis publice concubinarijs, ſed põtiũs Epiſcopo. Contra cleri.publicè concubi. 6.c.1.A
Decimæ,& oblationes non debentur ex lege diuina, niſi illis,qui officium ſuum debite exequuntur, & faciũt ea,q̃ ex ordine tenent̃, alias ſunt detẽtores, & iniq; agentes cõtra cleri.concu. 8.c.4.G

Decimatio. Mentæ, & anethi a Iudæis facta, potest tripliciter intelligi, Matth.tomo 6 202.c.2.E

Decipere. Decipi nõ est nescire solum aut ignorare solum, sed iudicare de re aliter quàm se habeat.vnde decipi est aliqualiter affirmatio,quia ponit aliquid.s.iudicare. Gen. 180.c.3.G

Decipitur enim quis, cum credit de re aliter, quàm res se habeat,Gen. 207.c.2.C

Decipi accipitur dupliciter vno modo large, & sic dicendum est,quòd Adam sit deceptus. Alio modo proprie: & sic non, & isto modo intelligitur illud 1.ad Timo.2. Adam non fuit seductus, &c. Genesis 209.c.2.F

Declaratio. Dubiorum in vete. testamen. magis pertinebat ad Prophetas: quàm ad Sacerdotes, potissime de casibus, in quibus nullo modo prouisum erat in lege,2.Paralipom. 105.c.2.A

Decor. Trahit ad se naturaliter appetitum, & iocunditatem causat,3.Reg. 5.c.2.C

Decorum. Inter decorum, & pulchrũ quid interst,2.Reg. 89.c.2.B

Decretum. Ad illud decretum quod habetur, 28.q.1.capite Iudæi,non videtur cõueniens expositio Sancti Thomæ circa hoc, &c. 1.Regum tomo 1.109.c.1.A. Sed expositio Glos. est melior.ibidem.

Non omnia, quæ habentur in decretis, tenentur ab Ecclesia,1.Regum tomo 2 167.c.4.H

Decretum illud Apostolorum Actu.15.s.Visum est Spiritui sancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quã hæc necessaria, vt abstineatis ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione.Quidã dicunt,quòd fuit permissum, & non præceptum. Alij, quòd fuit præceptum, sed postea reuocatum fuit a Paulo. Alii dicunt, quòd adhuc obligat. Alii, quòd fuit obligatorium in sensu morali,& non literali. Alii,ꝙ intelligendum est, sicut iacet,sed quòd non fuit præceptum, sed quædam prouisio ad conseruandum pacem,& communem vitam inter Iudæos, & Gẽtiles,sed hæ opiniones improbantur, Mat.tomo 2. 77.c.2.A

Dicendum ergo, quòd fuit præceptum obligans tũc omnes de Ecclesia, & hoc propter pacem conuersorum ad Christum de Gẽtilitate, & de Iudaismo, Mat.tomo 2 77.c.4.F

Et credendum,quòd pauco tempore mãsit,& quòd reuocatum est ab Ecclesia, licet non sit scriptum. Et necesse est dicere,quòd viuente Paulo, fuerit reuocatum,Mat.tomo 2 78.c.1.A

Dedalus. Carpentator fecit quasdam imagines ligneas,& artificiosè spiritu incluso,faciebat eas per se moueri, atque trepidare, Exodi tomo 2 118.c.3.H

Dedalus,ex inuidia,peremit Perdicam filium sororis suæ,Mat.tomo 7 183.c.3.F

Dedicatio. Idem est,quòd consecratio, Numer. tomo 1.84.col.3.k.2. Paralipomen. 99.c.2.D

Dedicare proprie est nouiter applicare aliquid ad aliquem vsum,2.Paralip. 201.c.3.I

Defendere defensio. Iura humana quãcumque personam suscipiunt ad se defendendum, quantumcunque illa sit pessima, & infamis, sed non quamcunque suscipiunt ad defensionem aliorum,Exodi tomo 2 80.c.3.H

Si potens se defendere,nulla mala meritus permittat se mori,cũ se possit honeste defendere,peccat, qa ipse est sibi hostis,& homicida,Iosue to.2. 9.c.1.B

De duplici defensione.s.per solam fugam, & per impugnationem,Iosue tomo 2 9.c.3.G

Non est iusta defensio contra Iudicem, ipsum impugnãdo,vulnerãdo,vel occidẽdo,Iosue to.2.10.c.4.I

Quamuis pro defensione rerum,sit licitum pugnare, non tamen est obligatorium,sicut pro tutanda vita,Iosue tomo 2 11.c.1.E

Defensio nobis licita est sine interuallo,non tamẽ cũ interuallo,Num.tomo 2 64.c.2.A

Inter defendere, & resistere quid intersit, Iudic. 35.c.4.H

Nemo prohibẽt vti pluribus defensionibus, vt patet de reg.iur.in 6.regula,nullus,Iudi. 124.c.3.F

Defensio fauorabilior est quàm actio,1.Reg.tomo 2 99.c.2.B

Defensio est omni homini licita, etiam si mortem mereatur,1.Reg.tomo 2 99.c.2.B

In duobus casibus iuste se defendit quis in bello. primo quãdo alius vult inferre bellum sine causa, manifestum est,ꝙ licet per omnem modum se defendere,& occidere, & prædari, &c. Secundo quando aliquis vult se defendere ab alio, quem læsit offerẽdo prius satisfactionem iustam, ne pugnet contra ipsum,& paratus est eam dare illico, peccat, qui mouet bellum, &c. & alius iuste se defendit, &c. Si autem non offert se satisfacturum vere, & sine fraude non potest iuste se defendere, 1.Paralipo. 220.c.2.A

Ad hoc, quòd aliquis in defensione sua licite proponat malum de alio, duo requiruntur, primum, ꝙ malum illud,quod proponit de alio,sit verum,&c. Secundo ꝙ ille,qui proponit malum de alio, proponat illud sub necessitate,ꝙ scilicet aliter se defendere non posset. Nam alterius crimen non debet notificari,nisi tripliciter,vel quadrupliciter.Primo cum quis cogitur iuridice crimen alterius notificare,sicut est in testibus, vt patet extra de falsarijs capi.falsidicus testis.Secundo quando quis ad correptionem alterius vult crimen denunciare Ecclesiæ, &c. Tertio si quis in casu, in quo ei competit de iure,velit accusare proximum de crimine,bono zelo.quarto si quis nullo modo posset se defendere,nisi proponendo crimen alterius verum, & intentione solum se defendendi, &c. 1.Paralipom. 14.c.4.G

Defensio ab hoste cuilibet permissa est, 1.Paralipo. 209.c.1.B

Quòd defensio sit in oĩbus licita in bello,tenet in duobus casibus.primo qñ ille, qui lędit nihil mali intulit:Secũdo qñ intulit aliquid mali, & tñ paratus est iustã prẽstare satisfactionẽ,alioquin vim vi repelle nõ licet,1.Paralipo. 220.c.2.B. Et est tertius casus, quando lędens,& lęsus habẽt iudicem communẽ, 1.Paralip. 220.c.4.I

Nulli deneganda est defensio animæ, & corporis, Mat.tomo 5 105.c.1.A

De lege naturæ est dare copiam defensionis etiam dã natissimis omnium hominum, & in crimine etiã notorio.Defen. 1.c.2.E

Defensor. Defensori plura licent quàm aggressori,Iosue tomo 1 44.c.3.F

Defectus. Defectũ suũ cognoscit homo tripliciter,Mat.tomo 5 9.c.4.K

Multi erant defectus in lege veteri,quia data est populo imperfecto,Mat.tomo 5 92.c.3.K

Deficere. Significat mortem mansuetam veniẽtem paulatim per cõsumptionem humidi radicalis.Gen. 295.c.1.D

Humana natura dupliciter deficit, vno modo, quia nondum consecuta est perfectionem vltimam, alio modo, quia ab vltima perfectione iam recessit &c. Mat. tomo 6. 118.c.2.C
Nihil deficere perfecto contingit dupliciter, vno modo, quòd nihil desit eorum, quę natum est habere, siue potest habere, secundo modo, quòd nihil desit eorum, quæ debet habere, &c. Mat. tomo 6 153.c.1.E
Defectus naturæ deducunt in memoriam naturę dupliciter, Mat. tomo 5 117.c.3.k
Si defectus naturę tollerentur, multa bona de vniuerso tollerentur, Mat. tomo 5 118.c.1.A
Nullus defectus erit in corporibus resurgentium, tam damnatorum quàm beatorum, Mat. tomo 6 116.c.4.k

Definire. In omnibus, in quibus lex non definierat, pertinebat ad summum pontificē, & ad iudices, apud Hebræos, & ad Papam in nouo testa. Mat. tomo 4 123.c.3.G

Definitio. Rei simplicis est veritas eius significatæ, per terminum 1. Regum tomo 1 98.c.4.K
Conceptus definitionis, vel proprie, vel improprie, compositionem includit, Deutero. 77.c.2.E
Definitio maxime debet accipere causam finalē, eo quòd per causam finalem res quęlibet valde innotescit, Iudi. 122.c.1.A

Defloratio. Requiritur ad permixtionem sexuum, Mat. tomo 5 117.c.2.B

Defunctus. De suffragijs, & Eleemosinis, quas defunctus pro se fieri iussit in testamēto, si executor retardat illas facere, an defunct⁹ patiatur detrimentum, Mat. tomo 3 50.c.2.B
Defunctis non prodest vsus clauium, quo ad absoluere, & ligare, vt probatur, Mat. tomo 4 187.c.2.F
Defunctis non potest obesse excommunicatio, Mat. tomo 4 187.c.4 H
Defuncti debitum efficitur debitum hæredibus, Mat. tomo 7 73.c.3.k
Defunctis quomodo valeant indulgentię, & quomodo non, Mat. tomo 4 188.c.2.E
Pro defunctis non orat Ecclesia, vt deferantur in purgatorio, sed. vt deferantur in vitam æternam, quia pręsupponit eos, pro quibus orat, esse ī purgatorio, cum alias non prosit, & ante mortem Christi orabat, vt deferrentur in sinum Abrahæ, Mat. tomo 7 261.c.3.H

Deitas. Est natura bonitatis, Matthæ. tomo 7 95 c.3.G
Deitas quomodo, & cui communicatur, quia ad intra, non ad extra communicatur, Exo. tomo 1 39.c.4.I

Debbora. Soror fuit Abel vterina, quæ alteri viro postea copulata est, Gen. 28.c.2.B
Debbora quomodo fuerit cum Iacob, vt sepeliret eam Iacob subter quercū. Gen. 35. Gen. 341.c.2.B
Quòd Debbora fuerit iudex in Israel, vt habetur Iudi. 4. & 5. fuit hoc illi specialiter a Deo concessum, quia erat Prophetissa, &c. vel potest dici, quòd nō imperebat, vt iudex, sed per modum Prophetiæ respondebat ad dubia, idest, Deus per mulierem illam, sicut Samuel cum esset adhuc puer, item Debbora non sola fuit iudex sed cum illa fuit barach filius Abinoe Iudi. 4. &. Gen. 145.c.4.K
Debbora non computatur proprie inter iudices, sed Barac, qui fuit tempore illius Iudi. 6. A. & 38.c.2.B
Debbore erat Prophetissa, Iudi. 6 A
An Debbora fuit vxor Barac, problema neutrum est, nam Hebræi, & ferè omnes doctores nostri tenēt quòd sic, & alij tenent, quòd non, dicentes quòd Barac, & Lapidoth vir Debboræ, fuerunt duo viri, & hoc magis mihi placet, inquit, autor, Iudic. 38.c.3.G
Debboram iudicasse Israel quomodo habeat intelligi, Iudi. 39.c.1.A

Delectatio, & Delectari.

In vito delectatio circa venerea est in duobus, similiter in alijs duobus delectatio fœminæ, Genes. 353.c.4.F
Præsentia obiecti conuenientis delectat sensum, Mat. tomo 4 239.c.4.I
Delectatio est coniunctio conuenientis cum conuenienti cum sensu eiusdem, Nu. to. 1. 212.c.1.B
Delectatio causatur ex operatione naturali perfecta, non impedita Ex 7. Ethico. & ex coniunctione obiecti perfecti ad potentiam dispositam, Deute. 152.c.1.D
Delectamur maxime in eo, quod conuenientissimum est, & illud summe diligimus, Mat. tomo 4 232.c.2.C
Quòd vna delectatio non possit tolli per aliam delectationem, nisi magna esset, vel tristitia per delectationem, declarat, Aristo. 10. Ethic. 1. Reg. tomo 2 24.c.2.E
Delectatio morosa, in tentatione carnis peccatum est, Mat. tomo 1 251.c.1.C
Delectatio consequitur beatitudinem, sicut accidens proprium consequitur suum subiectum, Mat. tomo 2 14.c.1.A
In delectatione, siue corporis, siue animę non consistit beatitudo, vt probatur, Matthæ. tomo 2 14.c.1.B
Si delectationes spirituales essent ita perfectè cognitæ, sicut corporales, impossibile erat, ꝙ quis in delectationibus corporalibus beatitudinem constitueret, Mat. tomo 2 14.c.4.I
Delectationes apposuit natura in illis operationibus animalium, quæ sunt manifestè ordinatę ad finem necessarium, sicut in vsu ciborum ad conseruationem individui, & in vsu venereorum ad conseruationem speciei, Mat. tomo 2 20.c.1.E
Delectatio est perfectio operationis, non tanquam rei habentis speciem, &c. sed est similis perfectioni, quæ ordinatur ad habendum speciem, & est similis illis, quæ faciunt ad meliorem vsum rei, &c. Mat. tomo 2 21.c.3.I
Delectatio perficit beatitudinem, sicut decor perficit iuuentutem, idest, addit et aliquid bonitatis, secundum quam, sit magis elegibilis, quàm prius, & hoc loquendo de beatitudine imperfecta, quæ potest haberi in hac vita, secus autem de beatitudine perfecta, quæ est in patria, Mat. tomo 2 21.c.3.K
Delectatio eodem desiderio desideratur, quo vltimus finis, licet aliquo modo potest dici, quòd desidetetur propter operationem, in qua est, Mat. tomo 2 21.c.4.G
Deus in corde nostro delectatur, Matthæi tomo 6 239.c.1.A
Maior delectatio, facta simul cum minore, non permittit sentire minorem, si multum excedat, Mat. tomo 6 67.c.4.F
Delectatio intellectualis est perfecta, Matth. tomo 6 67.c 4.I
Delectationis finis est operatio, Matthæi tomo 6 122.c.1.A
In delectatione venereorū sunt tria. primum est violatio signaculi virginalis. secundum est resolutio seminis. tertium est propositum veniēdi ad talem

delc-

delectationem,&c.Mat.tomo 7 16.c.3.G
Ad delectationem peruenire,& illi ſubijci, differunt, Mat.tomo 7 16.c.3.G
Delectatio Dei vna eſt, & ſimplex, & ſemper permanens,Mat.tomo 7 37.c.1.B
Delectatio perficit operationē 10.Ethi.ſed non perficit tanquam aliquid extrinſecum,ad quod ordinetur operatio, ſed ſicut pulchritudo con decorat iuuentutem,Mat.tomo 2 45.c.2.D
Ordo, quo delectatio ordinatur in operationem, vt illa non negligatur,eſt ordo naturæ ſimpliciter rectus,alius tamen eſt ordo naturæ,quo operatio accipitur propter delectationem, ſ.in quātum in operatione eſt delectatio quædam,& iſtæ ordo eſt datus a natura ipſis animalibus, & iſte ordo non eſt ſimpliciter rectus,Mat.tomo 2 45.c.3.F
Appetentes delectationem,ſuper omnia,vt ſunt animalia bruta,recte iudicant,quia non valent iudicare de fine ipſarum operationum, Matth.tomo 2 46.c.2.A
Delectatio non eſt vltimus finis voluntatis, ſed viſio. Mat.tomo 2 46.c.2.E
Delectatio dicit complacentiam quandam ad coniunctionem conuenientis cum eo, cui conuenit, Mat.tomo 2 60.c.3.I
Delectatio magna trahit totum hominem ad ſe, Mat.tomo 4 219.c.1.C
Duplex eſt delectatio in ſenſu,quædam per redundātiam,&c.& alia per obiecti pręſentis conuenientiam,Mat.tomo 4 239.c.4.I
Delectatione venerea, vide in dictione, Venerem.
Delectationes,ſecundum ſenſum, dicuntur medicinales, & ęgritudinales 7.Ethico.Matthæ.tomo 6 121.c.4.K
Delectationis finis eſt operatio,& non econtra,Mat. tomo 6 122.c.1.A
Sicut magnitudo delectationis conſideratur ex tribus,ſcilicet, ex magnitudine boni coniuncti,ex bona diſpoſitione potentiæ ad ſuſcipiendum delectationem,& ex perfectione coniunctionis ſic magnitudo doloris ex tribus conſideratur, Mat. tomo 7 222.c.4.k
Delectatio in coitu, vnde proueniat, vide ſuper ecce virgo. 1.c.4.E

Delectabile. In pręſentia rei delectabilis coercere paſſionem,opus eſt magnę virtutis,& propter iſtud periculum admonet Ariſt.2.Ethi.ne faciamus iudicium de elegibili in pręſentia rei delectabilis,ſed abſente ea,& ponit exemplum de iudicio Troianorum, quando educebatur Helena in concilium 1.Paralipom. 129.c.1.C

Delegare. Cum alicui delegatur aliqua cauſa definienda,committuntur etiā eius poteſtati omnia,quæ pertinent ad expeditionem illius cauſæ,vt cogere contumacem, & ſimilia, dato quòd iſta in mandato non committantur,&c.vt patet extra de officio, & poteſtate iudicis delegati.cap.prętерea in principio,Exo.tomo 1 51.c.1.A
Quando alicui delegatur cauſa,vt ſententiet in ea,delegantur etiam omnia,ſine quibus non poteſt ſententiare,extra de officio delega. cap.prętерea,Iudi. 70.c.4.k

Deliberatio. Plena requiritur ad peccatū mortale,ſed non eſt plena deliberatio,quando prętente obiecto,potuit aliquis tranſgredi,& non eſt tranſgreſſus, Sed ſecus eſt, quando quis deliberat in abſentia obiecti, quia ſi quis tunc conſenſerit fornicari,& poſtea non conſentit, peccauit & fuit plenus conſenſus hic,ſed impedita eſt executio propter abſentiam obiecti 1.Reg.tomo 2 128.c.1.E

Delictum. Ad delicta trahit conuerſatio, Mat.tomo 5 57.c.2.B
Delictum difert a peccato, quia peccatum conſiſtit in commiſſione,& delictum in omiſſione, Leui. 54.c.3.k,& 138.c.4.F
Delicta aliena facile quilibet cognoſcit, ſed non ſic propria,Matthæi tomo 6 241.c.3.I
Propter delictum comiſſum ab aliquo in aliquo loco,ſortitur forum illius loci,Leui. 283.c.3.k

Delphinus. Delphini in Nilo interficiunt Crocodilos,Exo.tomo 1 109.c.3.G
Delphinum piſcem in cœlo collocauit fabuloſa gentilitas,ſimiliter & duos piſces,qui ſunt vltimum ſignum Zodiaci,Exo.tomo 1 166.c.3.H

Demereri. Ante mortem ſemper eſt locus merendi,& demerendi,Matthęi tomo 6.304.c.2.D & tomo 7.136.c.2.B

Democritus. Appellatus eſt Abderites ab Abdera ciuitate Cretenſium,Iudi. 23.c.4.F

Dæmon. Dęmoni non datur pœna pro qualibet tentatione,qua nos tentat,Geneſ. 21.c.3.H
Dęmon quidquid faciat non peccat, quia eſt in termino,& obſtinatus,Gen. 21.c.3.I
Dęmones,quomodo fiant ſuccubi,& incubi,& primum ſuccubi,quàm incubi,& quomodo ſic dicātur generare,Gen. 35.c.2.A
Dęmones incubi ſolent apparere fœminis in vigilia, ipſas improba vexantes libidine,ſuccubi vero raro apparent viris,niſi in ſomnijs,Gen. 35.c.2.B
Contra dęmonis tentationes fortiores ſumus nos ad reſiſtendum eis, quàm primi parentes, ſed contra tentationes carnis, ipſi erant fortiores,Gen. 157.c.2 B
Dæmon poteſt formare vocem cauſando organa, vbi non ſunt organa,& vbi ſunt imperfecta,perfecta reddere,Gen. 163.c.1.A
Dęmon cupit hominem occidere,& ſi non facit eſt, quia a Deo non permittitur,quidquid enim mali eſt,quod dęmon non facit,ideo eſt,quia illud facere non permittit Deus,Gen. 163.c.4.F
Dęmon,in tentatione per ſerpentem,duo prętendebat,& vnum illorum volebat manifeſtare,ſcilicet, quòd mulier comederet de arbore,& alterum occultare,ſcilicet,id propter quod volebat,vt comederet,primum manifeſtauit inducens rationes ad hoc,quòd deberet comedere, ſecundum tacuit, quod erat,vt mulier peccaret,Gen. 164.c.2.E
Dęmones,poſt diem iudicij, non torquebunt alios damnatos,ſed omnes pariter torquebuntur a Deo Gen. 213.c.2.B
Dęmoni non eſt illata pœna propter tentationem Euæ,Gen. 213.c.4.I
De dęmone,vide plura in dictione, diabolus.
Dęmones non poſſunt facere vera miracula, vt probatur Exo.tomo 1 44.c.2.C
Dęmones operantur per modum artis,Exo.tomo 1 44.c.3.I
Quidam Philoſophi putauerunt dæmones eſſe animalia corpore aerea,mente rationalia,ęterna tempore,animo paſſiua,de quibus Apuleius in lib.de Deo Socratis,Exo.tomo 1 44.c.4.F
Dęmones, & omnes intelligentias poſſe inducere formas ſubſtantiales,& accidentales in rebus,credidit Auicena,cuius ratio refertur,& impugnatur Exo.tomo 1 44.c.4.G

Dęmonum operatio in rebus non est sua, sed naturę, & ideo non est valde miranda, sed scientia eorum est valde miranda, eadem enim, quæ ipsi faciunt, & nos faceremus, si tantam cognitionem rerum, vt ipsi, haberemus, Exo. tomo 1 45.c.1.E
Dęmones in operando assimilantur medicis qui operantur per modum applicationis, Exo. tomo 1 45.c.2.B
Dæmonum signa diferunt a signis Dei tripliciter, Exo. tomo 1 45.c.2.A
Dęmones faciunt quędam mirabilia assumentes corpora, quæ sibi vniunt ad motum, & nunquam possunt assumere corpora animata, licet possint ea localiter mouere impellendo, nec in istis corporibus assumptis possunt comedere, nec angeli, de quibus Genes. 18. & 19. vere comedebant, Exodi tomo 1 45.c.2.D
Dęmones possunt generare, tanquam ministri, scilicet, mouendo semen de loco ad locum, vt in generatione Merlini, Exo. tomo 1 45.c.3.G
Dęmones, quos Galli Drusios vocant, incitant mulieres ad virilem concubitum, & peragunt, & eas improba vexant libidine, vt dicit Augustinus lib. 15. de Ciuitate ca. 24. Exo. tomo 1 45.c.3.I
Per dęmones incubos, & succubos geniti sunt viri viribus fortiores, & statura proceriores, Exo. tomo 1 45.c.4.G
Dęmones quonam modo nobis immittant malas cogitationes, Exo. tomo 1 48.c.2.D
Dęmones quonam modo sint incentores malorū, Exo. tomo 1. 89.c.2 E. & 48.c.3.I
Dęmones quomodo incitent ad iram, & quomodo ad libidinem, Exo. tomo 1 48.c.4.G
Dęmones elegerunt æqualitatem Dei, vel iudicauerunt se esse principium boni sui, & sic sunt damnati, Exo. tomo 1 182.c.1.B
Ad hoc, quòd aliquis dęmon debeat loqui in aliquo corpore mortuo, requiritur vt illud corpus sit recenter mortuum, vt probatur 1. Reg. tomo 2 27.c.3.K
Dęmones quandoque faciunt nubes descendere, in quibus de loco ad locum, facto aliquo pacto, homines ferant, vt sæpe, & publice visum est. Exo. tomo 2 217.c.4.F
Dęmonum peccata, & damnatorum non possunt remitti, quia non possunt conteri de peccatis, Num. tomo 1 223.c.4.K
Dęmones obstinantur ex vnitate potentiarum iudicatiuarum, & electiuarum, Nu. tomo 1 224.c.4.F
Multa dęmonibus reuelātur, vt prosint mēbris Christi, saltem indirectè, Deute. 72.c.2.E
Dęmones sunt acutiores nobis naturali cognitione, Deutero. 72.c.4.F
Dæmones non possunt tenere cęlos, ne moueantur, Iosue tomo 1 201.c.1.A
Dęmon dicitur spiritus multipliciter 1. Reg. tomo 2 24.c.2.B
Dęmonis descriptio assignatur, ex sentētia Platonis, 1. Reg. tomo 2 26.c.2.D, & c.3.F
Dęmones non possunt cogi per quascunque cęremonias 1. Reg. tomo 2 26.c.2,C
Dęmones dantes signa, per quæ significant se ad corpora nunquam redituros, non ex hoc sunt astricti ad non redeūdum, sed si non redeunt ideo est, quia nolunt redire, vel ex aliqua alia causa, quę eos cogit 1. Reg. tomo 2 26.c.3.G
Atmonia, secundum se, non habet virtutem expellēdi dęmones de corporibus, vel eos conuocandi 1. Reg. tomo 2 26.c.4.G
Ille, qui dęmones per artes nefarias, & illicitas cęremonias, ab aliquo excludit, non ipse dęmonem exclusit, sed ipse dęmon seipsum excludit, quia voluit 1. Reg. tomo 2 27.c.1.A
Ad expellendos dęmones nulla res naturalis habet efficaciam, similiter neque ad congregādos 1. Reg. tomo 2 27.c.1.B
Dęmones aliquando loquuntur per cadauera recenter exanimata 1. Reg. tomo 2 27.c.3.K
Dęmon tria potest facere in homine viuēte. 1, ipsum cruciare, localiter mouere, & per illum loqui, quādo vult, &c. 1. Reg. tomo 2 27.c.4.H
Dæmones non possunt loqui in arreptitijs nisi sint intra eos; bene tamen possunt vexare homines, ipsis exterius existentibus, vt probatur 1. Reg. tomo 2 161.c.3.F
Dæmon potest esse intra terminos quantitatis alicuius rei, non tamen intra terminos essentiæ eius, 1. Reg. tomo 1 162.c.1.D
Ex dæmonibus succubis, Adam genuisse alios dęmones, dicunt insani Iudæi 2. Reg. 45.c.4.G
Dæmones non differunt ab Angelis bonis per condi tionem naturæ, sed per maculam peccati 3. Reg. 31.c.3.F
Dæmones sapientiores sunt Salomone in duobus, primo quantum ad res gestas, &c. secundo quia dęmones non solum cognoscunt proprietates rerū, sed etiam proprietates indiuiduorum 3. Regum, 31.c.3.G
Dęmones possunt loqui per cadauera mortuorum recentia, adhibitio sanguine, & quibusdam lotionibus, non tamen possunt loqui per cadauera multorum dierum 4. Reg. 42.c.2.C
Dæmones, & Angeli, quando apparēt in corporib⁹, sunt pulchriores, quàm nos 4. Reg. 65.c.2.E
Dęmones non dicuntur absolute, Angeli Domini, sed angeli Domini mali 1. Paral. 250.c.4.G
Dęmones non mittuntur a Deo ad decipiendos homines, sic, quòd velit homines decipi, bene tamen permittit, quòd decipiant, & tentent 2. Parali. 248.c.1.D
Dæmonibus non dat Deus officium decipiendi, vel tentandi homines, bene tamē dat officiū puniēdi animas in inferno 2. Paralip. 248.c.2.D
Dæmones, & Angeli non possunt illabi animæ nostrę 2. Paralip. 30.c.3.k.
Dæmones vocantur hęduli, & hirci, quia istud nomē potest æquiuocari ad hircum, & dęmonem, vel vocantur sic, quia sæpe apparent dęmones in specie hircorum, vnde & dęmones appellantur capripedes 2. Paralipo. 251.c.4.k
Qualiter dęmones se habeant circa nos 2. Paralipo. 161.c.1.C
Dæmon maxime tentat hominem, quando eum solitarium inuenit, Matthęi tomo 1 218.c.1.E
Dęmones ignorauerunt multa de Christo, quæ cæteris hominibus nota erant, vt probatur, Matthæi tomo 1 228.c.1.E
De dęmonis iniquitate, Mat. tomo 1 228.c.2.B
Dęmon duplicem causam habuit ad tentandū Christum, scilicet, motiuam & finalem, motiua fuit ratio dubitandi, quam dæmon habebat de Christo an esset Deus, quia multa signa erant ad hoc, scilicet, impletum esse iam tēpus aduētus Christi, &c. causa vero finalis erat, quia expediebat diabolo valde scire, an Christus erat filius Dei, quia sciebat ex sacra scriptura, quòd per mortem filii Dei, homines redimendi erant de potestate diaboli, Mat. tomo 1 228.c.2.E
Dæmon dicens Christo, si filius Dei es, quærebat an esset filius Dei naturalis, Mat. tomo 1 230.c.1.A

Diaboli tentationes tulit Christus patienter, propter multa, Matthæi tomo 1 230.c.2.D
Dæmon non erat superandus a deitate Christi, sed ab humanitate, vt dicit Hilarius, Matthæi tomo 1 230.c.3.G
Dæmonis tentationes superauit Christus autoritatibus sacræ scripturæ propter multa, Matthęi tomo 1 230.c.3.k
Primæ tentationi dæmonis Christus sufficienter respondit, vt probatur, Mat.tomo 1 231.c.1.A
Dęmon, finita prima tentatione, non cessauit eũ tentare propter multa, Mat.tomo 1 231.c.3.F
Dæmon vere portauit Christum a deserto in pinaculum, & a pinaculo in montem excelsum, & hoc corporaliter, & visibiliter, nec dæmon putauit, ꝙ per hoc impediretur tentatio, quia vidit Christum promptum ad hoc, quòd permitteret se portari, & dæmon volebat persuadere Christo, quòd ipse erat Angelus, & portabat Christum tanquam filium Dei, vt per hoc extolleretur in vanam gloriam, & non expaueſceret se portari, Matthæi tomo 1.232.c.4.I, & c. Et permisit se ab eo Christus portari propter multa ibidem, 233.c.3.G
Dæmon quare in primis duabus tentationibus apposuerit, si filius Dei es, & non in tertia, assignatur causa, Matthæi tomo 1 233.c.4.I
Ad quid dæmon suaserit Christo se de pinaculo prȩcipitari, Matthęi tomo 1 234.c.1.D
Dæmon in secunda tentatione vsus est autoritate sacræ scripturæ, & non im prima nec in tertia, propter multa, Matthæi tomo 1.234.c.2.A. Quam autoritatem licet non allegaret ad bonum finem, neque sensus eius concordabat proposito dæmonis, vt probatur ibidem 234.c.3.G, Christus tamen noluit redarguere dæmonen de falso intellectu scripturæ, propter multa, Matthęi tomo 1 234.c.4.K
Omnes dęmones in hoc fine, & desiderio maxime conueniunt, vt scilicet, homines fallant, & ad inferos perducant, Matthæi tomo 1 235.c.4.F
Dæmon per tertiam tentationem noluit scire, an Christus esset Deus, sed ideo tentare voluit vsquequo Christum superaret, vel nihil maneret, de quo tentare posset, &c. sic dicit Chrysosto. Matthæi tomo 1 236.c.3.K
De quo loco dęmon assumpserit Christnm in montem excelsum, dici potest, quòd dupliciter potuit fieri, vno modo, quòd Christus descenderit de pinaculo per gradus, dęmone hoc vidente, licet Iudæi hoc non viderent, & quòd de pauimento dæmon tolleret eum inde in montem, &c. alio modo, quòd de pinaculo assumpserit in montem, sed veri similius videtur secundum, Matthęi tomo 1 236.c.4.G
Dęmones possunt per diuersa loca tã per diẽ quàm per noctem homines ducere, aliquando volentes, aliquando inuitos, & aliquando hoc fit de facto, vt probatur, Matthęi tomo 1 237.c.2.B
Qualiter dæmon ostenderit Christo omnia regna mundi, recitantur opiniones, & improbantur, Mat thæi tomo 1.238.c.1.A, Et tandem concludit auctor, quòd diabolus solum de monte illo faciebat eum respicere ad diuersas partes mundi di. ei versum illam partem est regnum persarum, & versum aliam est, &c. ibidem, 239.c.2.E
Dæmon non potest facere de nouo, quod non fuerit in se, neque in materia sua, nam qui hoc crediderit, infidelis erit, vt definitum est in concilio Acquiren. & patet 26.quæst.5.c. Episcopi, scilicet, de Domino nostro, Matthæi tomo 1 239.c.1.E
Dæmon di. Christo, Mat.4.omnia hæc tibi dabo, &c. mentitus est, quia nihil dare poterat, vt probatur, Matthæi tomo 1 239.c.4.F
Dæmon tentauit Dominum de auaritia, & idolatria propter multa, & ista tentatio licet non fuerit verisimilis simpliciter, fuit tamen verisimilis ex suppositione, Matthæi tomo 1 240.c.2.D
Dæmon voluit adorari, propter multa, Matthæi tomo 1 240.c.3.k
Dęmon illum ordinem seruauit in tentando Christum, quem tenuit in tentando primos parentes, Matthæi tomo 1 241.c.3.H
Dæmon in vltima tentatione, de duobus tentauit Dominum, similiter, & in alijs tentationibus, Matthæi tomo 1 241.c.4.F
Dęmon, finita omni tentatione, recedere iussus est, & etiam ipse recessit, propter multa, Matthæi tomo 1 242.c.3.k
In dęmonis tentatione est triplex finis, Matthæi tomo 1 244.c.2.B
Quòd dęmon tentet hominem, probatur, Matthęi tomo 1 244.c.3.F
Dęmones impugnant homines dupliciter, primo, vt ad peccatum deducant, secundo solum ipsos puniendo, primo modo non mittuntur a Deo, sed bene secundo, Matthęi tomo 1 244.c.3.G
In dæmonis pugna, contra hominem, Deus recompensat ex parte hominis id, quod deest, primo per diuinæ gratiæ auxilium, secundo per custodiam Angelorum, Matthæi tomo 1 244.c.3.k
Dęmones cogi non possunt, Mat.tomo 5.119.c.3.H
Dæmones volunt tentare homines, & torquere propter inuidiam, & superbiam, Matthæi tomo 1 244.c.4.G
Dęmonum congregatio dicitur regnum quoddam, Matthęi tomo 1 244.c.4.k
Dęmonibus non conuenit tentare ex officio sibi a Deo imposito, permittit tamen Deus tentationes istas ad augmentum gloriæ electorum, Matthæi tomo 1.245.c.1.G, Et hoc officium tentandi voluntarie assumũt propter inuidiam, & superbiam, & hoc prȩcipue exercent, & cum maiori desiderio, & solicitudine, Mat.tomo 1 245.c.2.A
Peccata nostra sunt quodam modo a dæmone, & alio modo quędam sunt a dęmone, & alio non, indirecte tamen, & occasionaliter dęmon est causa omnium peccatorum nostrorum, quia ipse instigauit primum hominem ad peccandum, & non peccasset, nisi ille suasisset, & nos nõ peccaremus, nisi primus homo peccasset, directe vero est causa aliquorum, & aliquorum non, Matthæi tomo 1 245.c.4.I
Omnes peccatores quomodo dicantur filij diaboli, Matthæi tomo 1 246.c.1.H
Dęmonis tentatio non est peccatum, vt probatur, Matthæi tomo 1 246.c.2.C
Dęmon quomodo possit mouere partem concupiscibilem, & quomodo non, Matthæi tomo 1 246.c.3.K
Si dęmones tentantes superentur, an tunc cessent a tentatione, vel potius tentent, recitantur opiniones, vna, quòd omnino cessent in illo, a quo superatus est, & de quocunque: secunda quòd cessent solum a tentatione illius peccati, in qua superatus est, non tamen cessant a quocunque alio vitio tentare, tertia quòd non potest eundem hominem tẽtare de illo vitio in quo superatus est, sed potest de quolibet alio, & alio tam de illo, quàm de alijs, & hanc opinionem habere causam manifestam dicit sanctus Thomas 2. sentẽ. disti. 6. arti. 5. est quarta opinio, quæ videtur probabilior, quòd diabolus superatus

ſuperatus ab aliquo poſſit tentare alios homines, ſed non illum, a quo ſuperatus eſt, & hoc non ſemper, ſed vſque ad tempus aliquod, & poſt illud tempus poteſt tentare, &c. vt probatur, Matthæi tomo 1 246.c.4.G
Sicut dęmon non permittitur tentare quādiu vult, Sed quandiu Deus vult, ſic non permittitur tentare quantum acriter vult, ſed quantum Deus vult, Matthæi tomo 1 247.c.2.D
Dęmones non poſſunt aliquid imprimere directe in intellectu noſtro, bene tamen Angeli boni, Matthæi tomo 1 252.c.4.k
Dæmon. Et Angelus quomodo differant, Matthæi tomo 6 44.c.1.D
Dæmones, & falſi Prophetæ non faciunt vera miracula, Matthæi tomo 6 294.c.4.G
Deus non permittit, vt dæmones fallant bonos, aut facere miranda circa ea, in quibus poteſt pręiudicari ſaluti humanę, & ſi aliquid permittit, hoc ſolum eſt, quantum ad eos, qui mali ſunt, & perituri, Matthęi tomo 6 295.c.3.G
Refertur opinio Platonis de dęmonibus, Matthęi tomo 7 215.c.4.G
Omnes dæmones retrudentur perpetuo in inferno, Matthęi tomo 7 92.c.3.H
De principatu inter dęmones, & quòd ignotum eſt nomen principis dęmoniorū, Mat.to.7.120.c.1.A
Quæ ſint nomina cuilibet dæmoni conuenientia, Matthęi tomo 7 120.c.1.E
Dæmones poſt diem iudicij non habebunt principem, Matthæi tomo 7 120.c.3.H
Dæmon non habet materiam, vt partem ſui, Matthæi tomo 7 160.c.1.C
Dęmones ſunt executores iræ Dei penes genus humanum, Matthęi tomo 7 161.c.3.H
Dęmones tripliciter cognoſcunt aliqua, Matthæi tomo 7 203.c.4.F
Dæmones intelligunt perſpicacius, quàm anima, Matthæi tomo 7 204.c.1.E
Dęmones poſt iudicium non torquebūt damnatos, Matthæi tomo 7. 175.c.1.E, & tomo 4 65.c.3.K
Dæmones quomodo cognoſcant, quæ apud nos ſunt, Matthæi tomo 7 215.c.3.k
Exiſtentes, in purgatorio non torquentur a dęmonibus, nec ab Angelis, Matthęi tomo 7 241.c.4.k
Quid faciant dęmones, cum animæ a corporibus egrediuntur, Matthæi tomo 7 243.c.2.B
Dęmones aſſiſtūt animabus, quę ſunt in purgatorio, non tñ eas torquent, Matthęi tomo 7 243.c.2.D
Cur in vita præſenti, boni non nunquam a dæmonibus vexentur, Matthæi tomo 7 243.c.3.k
Anima poſt mortem cognoſcit dęmones, ſed non ad præſens, Matthęi tomo 7 243.c.4.I
Dæmones ſemper gerunt ſecum infernum, Matthęi tomo 7 266.c.1.E
Quòd vexemur a dęmonibus, ex diuina prouenit prouidentia, Matthęi tomo 7 266.c.1.B
Quanta ſit dæmonum inuidia, & odium circa homines, Matthæi tomo 7 276.c.2.E
Dęmones interdum nos odiunt, ſicut hoſtes, Matthęi tomo 7 276.c.2.E
Dæmones gaudēt nūc de pęnis damnatorū, ſed exacto iudicio, nō gaudebūt, Mat.tomo 7 276.c.3.K
Dęmones ante diē iudicij habēt quędā parua gaudia doloribus admixta, Matthæi tomo 7 276.c.4.k
Dæmon, cum fuerit cauſa omnium malorū de malis omnibus dolebit, Matthæi tomo 7 277.c.1.A
Dæmon eſt potentior anima quo ad motum, Matthæi tomo 7 278.c.4.G
Animæ portantur a dęmonibus ad infernum, Matthæi tomo 7 280.c.1.A
Dęmonū tentatio, qūo fiat, Mat.tomo 1 252.c.3.H
Solus dęmon dicitur habere officium tentandi, Matthęi tomo 1 253.c.1.B
Dęmon mille uias habet ad nocendum, Matthæi tomo 7 267.c.2.C
Dęmones non eſſe cauſam oīs peccati, dicit Origenes, cuius aſſignatur cauſa, Mat.tomo 1 249.c.4.F
Dęmones qualiter poſſent eſſe cauſę pollutionis nocturnę, Matthęi tomo 2 185.c.3.k
Dęmones, & ſi poſſint orare, nunquam tñ orāt, nec pro ſe, nec pro alijs, non pro ſe, quia ſciunt nunquam exaudiendos neque pro alijs, quia ſunt inuidi. Matthęi tomo 3 56.c.2.B
Dęmones quę cognoſcant naturaliter, Matthęi tomo 7 203.c.4.K
Dęmones nō cognoſcūt deſideria, & cōceptus cordis, niſi quatenus exteriori ſigno, ſ. verbo, vel nutu exprimuntur, vnde ipſi tradebant formā ſacerdotibus ſuis, qua a cultoribus ſuis oraretur, & ſic ipſi inelligerent, quod peteretur, & poſsēt ludificare petentes, faciendo aliquid vel non faciendo, Matthæi 3 66.c.1.C
Nullus dęmon alium dęmonem eijcit proprie, ſ. per violētiam, ſed bene per colluſionē, quia. ſ. dęmon conſentit exire, &c. Matthęi romo 3 130.c.2.C
Aliquis exiſtens in mortali peccato poteſt eijcere dęmonia, vt patet Actu. 19. de quibuſdam Iudęis, qui eijciebant dęmonia, quia eijcere dęmonia eſt gratia gratis data, Matthęi tomo 3 130.c.2.C
Dęmon nihil poteſt ſupra voluntatem humanam, Matthęi tomo 3 165.c.2.C
Dęmones ſemp torquent̄, & ideo, quocūque vadār, infernū ſuū ſecū portāt, nec poſſunt vnquā carere ſupplicio, ſed quare dixerūt Chro Mat. 8. cur ante tempus veniſti torquere nos, Mat.to.3. 166.c.2.E
Inter dęmones dicuntur eſſe legiones, ſimiliter, & regnū, nam ſicut Angeli boni ſunt ordinati ad bonum faciendum, ita dęmones ad inferendum malum, Matthęi tomo 3 167.c.1.C
Dęmones deſiderant valde habere aliquā poteſtatē nocendi hominibus, Matthęi tomo 3 166.c.3.k
Dęmones volunt inter ſe imitari Angelorum ordines, Matthęi tomo 3 167.c.2.A
Dęmones arripientes hoīem, poſſunt eſſe intra corpus, vel extra, & hoc nō poteſt patere niſi ex operatione, qa cū ſit ſubſtātia ſpiritualis, non poteſt cognoſci niſi, p quędā ſigna, q̄ relinquit, & iſta ſunt ipſę operationes, quas in corporibus arreptitiorū oſtēdūt, & ſunt aliquę operationes, ex qbus nō apparet, an intra, vel extra ſint, vt cū cogūt eos cadere, &c. alię ſunt, ad quas neceſſe eſt dęmonē eſſe intra corpus, vt log. Mat.to.3.167.c.4.E. Regulariter tamen ſunt intra arreptitios ibidem. 168.c.1.A
Dęmones, qui per arreptitios loquunt̄, ſunt intra vētrem arreptitiorū, Matthęi tomo 3 167.c.4.k
Dęmones ſunt in arreptitijs, quandiu eos torquent, Matthęi tomo 3 167.c.1.B
Dęmones quare non imprimāt in intellectum, cum poſſint, Matthęi tomo 3 170.c.1.C
Dęmon eſt in corpore arreptitij non, vt forma in materia, ſed vt motor in mobili, Mat.to.3. 168.c.1.E
Dęmon, & ſi poſſit eſſe circa animam, non tamē intra eam, quia eſſe intra aliquid, eſt eſſe intra terminos eius, Matthęi tomo 3 168.c.2.A
Dęmones poſſunt loqui tripliciter p corpora, in quibus ſunt, primo p res, quę nec poſſunt loq, nec habēt aliqua organa ad loquēdū, ſecūdo pilla, quę p ſe nō poſſunt loqui, habēt tñ aliqua organa ad loquendum, tertio per illa, quę habent organa ad loquendum,

loquendũ,& possunt per se loqui,vt homo, & de hoc tertio ponunt signa ad cognoscẽdũ,qñ dęmones loquunt,& non homo, Mat.to.3. 168.c.2.E
Dęmon,cum possit corpus alterare,potest etiam,& sensus immutare, non tamen per se ipsum in illis operatur,nam nulla substãtia potest,per se ipsam, operari alterando,vel gignendo, nisi solus Deus, Matthæi tomo 3 168.c.4.F
Dæmon solet immutare visum in pręstigijs ludificãdo oculos nostros,vt videatur esse serpens, vel leo id,quòd est lignũ,vel lapis,& formę illæ, per quas vident ludificati,non sunt in rebus, quæ videntur, nec in aere, vt probatur, Mat.tomo 3.168.c.4.H Sed sunt solum in sensu,idest, in organo sensus, vel in pupilla,& potest hoc fieri per operationem dęmonis dupliciter, vno modo per species, quæ sunt reseruatę in thesauro imaginationis,vt operatione dęmonis decurrant vsque ad organa sensus & tũc necesse est,vt appareat,quòd illa res est præsens,& hoc licet interdum accidat,non tamẽ possunt per istum modum saluari omnia,quę apparẽt in præstigijs,vt probatur,Mat.tomo 3 169.c.1.A Alio modo potest fieri perturbãdo sensum, quod fit per fumum quarundam rerum,quæ immutant oculum,nam ita est in cęteris sensibus, quòd ex corruptione organorũ praue iudicãt,& iste mod⁹ sufficit,& est cõueniens,vt probat ibidẽ.169,c.1.B
Dæmones possunt immutare fantasiam, & omnes potentias sensitiuas interiores,vt probatur, Matthęi tomo 3.169.c.3.F,& tomo 4. 56.c.2.E
Dæmon non habet virtutem,nisi supra corpus,& ea, quæ consequuntur conditionem corporis,& ideo dęmon non potest directe operari in intellectum corporis,&c. Matthęum tomo 3.169.c.4.E,Bene tamen indirecte,quia si turbet species existentes in fantasia,quæ sunt obiectum intellectus,tunc poterit sequi turbatio in operatione intellectus, vt puta quia fantasmata,a quibus immutatur, non immutant debite,exemplo illius qui legit leges ꝑ librum mendacẽ,&c.& hoc modo immittit nobis cogitationes,quas vult,alterãdo phantasiã nostrã & illustrãdo fantasmata,nec ꝑ̃ꝑ hoc intellect⁹ noster cogitur accipere ꝑ̃istas cogitationes,&c. ibidẽ.
Quomodo dęmoni immittere dicatur cogitationes, Matthæi tomo 3 169.c.4.K
Dęmon non potest in voluntatem directè, nec indirectè,Matthæi tomo 3 170.c.2.A
Dęmones possunt ita vexare homines, ꝙ interdum eos occidant,vt patet de dęmone,qui occidit.7.viros Saræ,Tobiæ tertio.Et primo genitos Aegypti in vna hora, Exodi 12.&c.sed non permittuntur tantum torquere hominem,quãtum volunt, &c. Matthęi tomo 3 171.c.1.A
Dæmones desiderant intrare in hominem primo ad vexandum hoĩem,secũdò ꝑ̃ꝑ honorem, tertio,vt ostendant hoĩbus potestatem suam,vt per hoc ab eis adorentur,Matthæi tomo 3 171.c.1.B
Deus permittit homines torqueri a dęmonibus propter multa,Matthæi tomo 3 171.c.2.A
Quòd circa dęmones Christus faceret miracula,fuit conueniens propter multa,Mat.tomo 3.171.c.3.F
Dęmones permittebat Christus interdum loqui Christi potestatem, & suam subiectionem dicendo,& hoc erat vtile, vt patet,Mat.8.& Marci.5.& Lucę 8.Matthæi tomo 3 171.c.4.G
Dęmones in arreptitiis existẽtes,& dicẽtes se esse animas defunctorũ,mẽtiunt,Mat.to.3 172.c.4.G
Quòd dęmones petierint intrare in porcos, Mat.8. Marci.5.& Lucę 8.assignantur rationes, Matthæi tomo 3 173.c.2.A
Dæmones petentes se mitti in porcos, non meruerant id assequi,impetrarunt tamen, quia id,quod petebant, concordabat diuinæ voluntati, immo Deus mouebat dęmones ad petendum. Similiter, & aliquando mali homines impetrant aliqua,quę pertinent ad exaltationem ipsorum,& ad pœnam proximorum,quia sic Deus exaudire disposuit ex causis occultis, & dæmones petierunt magis intrare in porcos,quàm manere in aere desiderio nocendi,Matthæi tomo 3 173.c.4.F
Quòd dæmones petierint magis intrare in porcos, Mat.8.quàm in alia animalia, assignãtur quædam causæ Mysticæ, a quibusdam, Matthæi tomo 3 174.c.1.E.Sed causa vera fuit ad ostensionem miraculi,nam ad hoc,quòd appareret multos dęmones esse eiectos ab homine,oportuit, quòd intrarent in multa animalia, & quòd illa essent in præsentia Christi,& arreptitiorum, vt qui erant cum Christo,videntes petitionem dęmonum, quòd subito,permittente Christo,precipitarentur in mare,manifeste cognoscerent, quòd dęmones arripuerant eos:nec hoc permisit Christus inclinatus precibus dęmonum,quia non merebantur exaudiri,& quia rem malam petebant,& malo animo, sed concessit illud, quia conueniens erat propter multa,Matthęi tomo 3 174.c.2.B
Dęmones petierunt, ne mitterentur in abyssum. Luc.8 propter multa,Mat.tomo 3 174.c.4.F
Dęmones quando tentant aliquẽ,& supperant̃ mittuntur in abyssum,Mat. tomo 3 174.c.4.G
Dęmones,qui inter nos sunt,manent ad nocendum, quia alias proprius locus eorum est abyssus, Matthęi tomo 3 174.c.4.G
Dęmones petierunt a Christo Marci 5. ne expelleret illos extra regionem,& hoc propter multa, Matthæi tomo 3 174.c.4.k
Quòd dæmones permitterentur a Christo occidere duo millia porcorum,Mat.8.non fecit, vt homo, sed vt Deus,& Dominus omnium,habens vniuersalẽ prouidẽtiã,& potuit occidere istos porcos ꝑ̃pter peccata dominorũ illorũ porcorũ,potuit euã facere sine pc̃tõ,quia Deus dat nobis oĩa gratis,vt ea pręcario possideamus.i.quãdiu ei placuerit sine tẽporis p̃finitione.Tertio põt dici,ꝙ fuerit factum ad solam ostensionem veritatis. Primò, quia domini porcorum peccauerunt,secundo,quia Christo fuit opportunum ostendere gloriam suam in gregem porcorum,& propter hoc secundum prę cipue factum est,Matthęi tomo 3 175.c.2.C
Quomodo multi dęmones possint esse simul ĩ eodẽ homine,declaratur,Mat.tomo 3 175.c.4.G
Dęmones torquent homines per motum localem, Matthęi tomo 3 175.c.4.I
Quòd dęmones p̃cipitarẽt porcos in mare Mat.8.& nõ aliter occiderẽt fuit cõueniens ꝑ̃ꝑ multa,Mat. to.3.175.c.4.K,& voluit Chr̃s nõ solũ,ꝙ porci p̃cipitarent̃,sed ꝙ ẽt interficerent̃ a dęmonibus in mari,& hoc ꝑ̃ꝑ multa,ibidẽ 176.c.1.A,Et fuit conueniẽs,ꝙ dęmones occiderẽt porcos ĩ mari,& nõ in terra ꝑ̃ꝑ duo,primò ne putaret̃,ꝙ aliquo morbo, & non a dęmone occiderent̃, &c. secundò vt appareret ferocitas dęmonum,ibidem 176.c.1.D
Dęmones non possunt mortuos suscitare, leprosos mundare,&c.& si possent non facerent,quia nulli volunt prodesse,Mat.tomo 3 217.c.4.I
Dęmones dicuntur spiritus immundi propter multa,Matthęi tomo 3 225.c.3.I
Dęmones eijcere differt ab alijs miraculis in duobus, Matthęi tomo 3 237.c.1.A
Supra dęmones nõ cõcessit Chr̃s Apostolis absolutã potesta-

poteſtatem, ſed tantummodo limitatã, ſcilicet ad eijciendum eos de corporibus obſeſſis, Mat.to.3: 238.c.1.E
Quòd a dæmonibus tententur homines pertinet ad ordinem diuinæ prouidentiæ. Et Apoſtoli tentabantur a dæmonibus, Mat.to.3 238.c.1.E
Dæmon poteſt dici mutus dupliciter, vno modo quia hominem mutum efficit. ſecundo quia per arreptitium nihil loquitur, licet eum loqui non prohibeat, Mat.to.4 12.c.2.B
Dæmon, quando poſſit loqui per mutum, & quando non, vide Mat.to.4. 12.c.3.G
Dæmonum miniſterio Deus ſæpe vtitur ad multa, Mat.to.4. 14.c.1.E
Dæmonũ bellum eſſet pax ſumma hominum Mat. to.4. 14.c.3.G
Dæmones nihil agunt propter hominem, &c. Mat. to.4 14.c.4.F
Dæmon neminem vere diligit nec etiam ſeipſum Mat.to.4. 14.c.4.G
Dæmonis voluntas nullo iure regi poteſt, Mat.to.4 15.c.3.k
Dæmon licet vinci poſſit, fatigari autem non poteſt, Mat. to.4. 15.c.3.I
Dęmones habent regnum ſuper homines, non tamẽ poteſt cognoſci a nobis niſi per exteriora, ideſt inquantũ nobis valde nocent, &c. Mat.to.4. 16.c.1.C
Inter dæmones eſt ordo, Mat.to.4 15.c.4.F
Iſte ordo non poteſt a nobis cognoſci, niſi per exteriora. ibidem, & to.7. 119.c.4.k
Dæmones principantur, ſecũdum quòd ſunt viribus, & ingenio maiores, Mat.to.4 15.c.4.G
Quomodo minores dęmones a maioribus puniantur. vide Mat.to.4 16.c.1.A
Dęmones magis odiunt homines, quã ſeipſos, Mat. to.4. 16.c.4.G
Vnus dęmon poteſt alium dęmonem eijcere de corpore hominis, &c. immo vnus dęmon poteſt torquere alium, Mat.to.4 16.c.3.H
Dæmones differunt ſpecie, Mat.to.4 16.c.4.F
Inter dæmones ſemper eſſent iurgia, niſi aliquid obſtaret, ſcilicet ordo ad nocendum hominibus, & regnum ſuper homines, Mat.to.4 16.c.4.F
Vnus dæmon quare nõ eijciat aliũ Mat.to.4. 16.c.4.G
Dæmones non habent noĩa propria, ſicut nec Angeli, ſed nos interdũ imponimus eis aliqua nomina, vt pro nouem ordinibus Angelorum nouem nomina, & pro quibuſdam ipſorum ſpecialiter, aliqua nomina vt Raphael, Michael, licet nomina propria non valeamus congrue eis imponere, cum illos nõ cognoſcamus particulariter, vt ſciamus cuius Angeli ſit hoc nomen: quia tamen quidam Angeli fecerunt aliqua opera ſpecialia, impoſuimus eis aliqua nomina ſpecialia, vt Gabriel, Raphael, ſed inter illos nullam diſtinctionem ſcimus, niſi, quòd conſtat nobis quoſdam actus factos fuiſſe per illos Angelos, & ſimiliter dicendũ eſt de dæmonibus, Mat.tomo 4 17.c.1.A
Dæmonum nomina, quæ putantur eſſe nomina propria ipſorum, & alia, quæ putantur nomina communia, non ſunt determinata ad eſſe propria vel communia, ſed interdum accipiuntur vt propria, & interdum vt cõmunia, vt patet de hoc nomine diabolus, & de his nominibus, Satan, Satanas, Leuiathan, Belial, &c. Mat.to.4 17.c.1.C
Integram dęmonum legionem ſemel eiecit Chriſtus ab eodem homine Mat.to.4 18.c.3.G
Circa finem ſeculi habebunt dæmones maiorem nocendi poteſtatem, quam nunc, Matth.tomo 4. 18. colum.4.I
Dæmonis vaſa diripuit Chriſtus dupliciter, Mat.to.4 18.col.4 K
Dæmones habere corpora aerea dixit Apuleius Platonicus, Matth.to.4. 32.c.1.C
Dæmones, manent obſtinati in peccato, quod ſemel commiſerunt Mat.to.4. 32.c.2.E
Dæmones quanto ſunt natura maiores, tanto ſunt peiores circa homines, Mat.to.4 32.c.2.E
Dæmon habitat in homine ſicut motor in mobili, Mat.tomo 4 32.c.2.A
Quomodo dæmones permittantur nocere hominibus, Mat.tomo 4 33.c.1.A
Dęmones, qui ſunt inter nos, non habent aliam occupationem niſi circuire, vt inueniant quis ſit ab Angelo deſtitutus: vel debiliter cuſtoditus ,ppter demerita ſua, ſic dicitur 1. Petri 5. aduerſarius veſter diabolus, &c. Mat.to.4 33.c.1.B, & 65.c.3.G
Ille a dęmone inuaditur, qui a Deo deſeritur: & ſtatim, vt deſeritur, Mat.tomo 4 33.c.1.E
Impoſſibile eſt dęmones delectari in venereis, &c. Mat.tomo 4 46.c.4.K
Dęmon non poteſt operari circa intellectum, & voluntatem, bene tamẽ circa phantaſmata, quia phãtaſia eſt organum corporale, Mat.to.4. 56.c.2.E, & to.3. 169.c.3.F
Dęmon quomodo poſſit auferre verbũ a corde credentium, Mat 13. Mat.to.4. 56.c.3.F
Poſſunt dęmones auferre verbum Dei de corde credentium, phantaſmata rerum auditarum confundendo, & deſtruendo, &c. Mat.tomo 4 56.c.3.F
Dęmon magis inimicus eſt Dei: quam hominum, immo non eſt inimicus hominum, niſi propter Deum, vt dicit Chryſoſtom. Matthæ. tomo 4. 61.c.4.G
Dęmones in ſacris literis non vocantur Angeli abſolute, ſed Angeli mali, vel ſpiritus nequam, Mat. tomo 4. 65.c.3.H. Oppoſitum videtur dicere, Mat. tomo 7 120.c.2.E
Quilibet dæmon, ſi a Deo permitteretur poſſet occidere omnes homines, & vellet, Matth. tomo 4. 142.c.1.D
Quando dęmones eijciebantur a diſcipulis Chriſti, dicebant, pręcipio tibi in Nomine Ieſu vt exeas de homine iſto, & amplius nõ introeas, ſic fecit Chriſtus vt habetur apud Marcum ſic Paulus actuum 16. Mat.to.4 264.c.2.A
De modo, quo dęmones in homines ſęuiunt, vide Mat.tomo 4 271.c.3.G
Nulla eſt ſub cœlo poteſtas, quę dęmonibus comparetur, Mat.tomo 4 271.c.3.H
Cur dęmones lunatici non poſſunt expelli abſque ieiunio, & oratione, Matthę.tomo 4 271.c.4.F
Dęmonẽ mutum eijcere reputabatur maximum miraculum apud Iudęos, Mat.tomo 4 271.c.4.G
In dęmonibus ſunt dolor, & triſtitia large, non proprie Mat.tomo 5 34.c.3.H
Dęmonum eſt intenſum deſiderium ad nos infeſtãdum, & Angelorum ad nos adiuuandum, Mat.to.5 34.col.2.C
Dęmones cognoſcunt omnia ſecreta naturalia, & etiam propter longam rerum experientiam multa cognoſcunt, quę homines neſciunt, &c. Mat. tomo 5 119.c.4.D
Dęmones, qui ſunt auctores veneficiorum, intendunt per illa, vt homines ad ipſos afficiantur, & ad hoc innuunt ſe poſſe cogi ab hominibus, vt veniant ad ipſos, cum vocati fuerint, & vt reſpõdeant, & faciant, quod iubetur, quod tamen falſum eſt, nam fingunt ſe ſubditos eſſe, vt fallant, &c. Mat.tomo 5 119.c.3.H

Dæmones circa coitum illicitum raro ponunt impedimentum, quia placet illis ille coitus,&c.Mat.to. 3.120.c.1.D

Quare Deus permittat dæmones operari maleficia circa copulam carnalem, quam circa alios actus actus humanos, Mat.to.5 120.c.1.D

Dæmonis opus interdum impedit opus Dei ex permissione eius, Mat.to.5 120.c.1.E

Dæmon aliquando appellatur homo, in sacris literis Mat.to.6 9.c.3.G

Dæmon est agens volũtarium, Mat.to.5 120.c.3.I.

Inter dæmones est principatus, secundum naturam Mat.to.7. 119.c.4.K,& to.4.15.c.4 F & potest dici, quòd princeps dæmonũ multis nominibus nuncupetur,scilicet deabolus, Satan,Belzebub, Behe mot,Leuiathan,Belial,&c.sed hæc nomina communia sunt, & dicuntur de principe dæmonum per excellentiam, &c.ibidem.

Dæmones post diem iudicij nõ habebunt principem Mat.to.7. 120.c.3.H

Dæmones tripliciter cognoscunt aliqua, vno modo per reuelationem bonorum Angelorum, alio modo per naturalem vim intellectus, tertio per experiẽtiam longi temporis, & circa hęc omnia dęmones excedunt animas separatas non beatas, &c. Mat.to.7 203.c.4.G

Dæmones habere corpora opinatus est Augustinus in multis partibus operum eius, quod tamen improbatur, &c.Mat.to.7. 215.c.4 B.

Dæmones non mouentur localiter ad sciendum aliquid,&c.Mat.to.7. 215 c.4.F

Per dæmones torquentur animæ damnatorum ante diem iudicij, sed post a solo Deo torquebuntur Mat.to.7. 242.c.2.B,& 175.c.1.E

Dæmones, & si nõ torqueant animas in purgatorio, assistunt tamen pœnis earum, quia gaudent, & satiãtur aliquomodo de illarum pœnis, &c.Mat.to. 7.243.c.2.D

Quòd a dæmonibus vexentur nunc homines,& cũm eis cõtendãt, non inconuenit propter multa Mat. to.7 243.c.3.K

Dæmonum receptaculum nõ est aer caliginosus, sed infernus, Mat.to.7 266.c.1.D

Illi dæmones manent inter nos, quibus cõcessum est officium tentandi, alij vero manent in abyssõ Mat. to.7 272.c.2.A

Dæmonibus augetur pœna ex dãnatione cuiuslibet damnati, & tamẽ damnationem omnium procurant, licet expresse sciant ex illa sibi ipsis pœnam augendam, & ista est causa totius tentationis eorum, quam circa nos faciunt, & exercitij, & nocumentorũ,quæ impendunt, &c.& interdum non solum inuident,sed etiam odiunt,&c.Mat.to.7.276.c.2.D

Dæmones gaudent de pœnis damnatorũ: & torquẽt eos vsque ad diem iudicij, sed postea dolebunt de pœnis damnatorum, &c.Mat.to.7 276.c.3.K

Dæmones ante diem iudicij habẽt quædã gaudia lenia mixta doloribus suis, sed post diem iudicij nõ habebunt illa, & hoc quia nunc præsident nobis in tentando, & in tormentis, &c.de quo gaudent, tũc vero in nullo pfidebũt.&c.Mat.to.7 276.c.4.k

De dæmonibus incubis, & succubis vide in Parado, 7.col.4.k

Dæmones non expellũtur a corporibus per exorcistas, vel alias, virtute hoĩs, sed virtute Dei, &c. Paradox. 59.c.2.E

Dæmones sunt bipartiti: nam quidam sunt tentantes & quidam punitores: primi sunt in aere, & alij sunt in inferno, &c.Parad.98.c.1.E.De Statu Animarum 10.c.4.K

Dæmones,vbicunque sint, infernum secum portant, Paradox.98.colum.1.E, De Statu Animarum. 10. col.4.k

De dæmonum peccatis,quare dicantur irremissibilia remittit se Auctor ad quinq; rationes, quas ponit Sanctus Thomas 3. Senten.dist.1. articulo 2. in resonsione ad quintum argumentum, Paradoxa, 114.c.2.D

Inter dæmones semper esse ordinem prælationis prouenit ex parte naturæ suæ,& ex parte diuinæ sapientiæ,& ex parte iniquitatis propriæ, Matth.tomo 4. 16.c.1.A,& seq.

Cetera de dæmonibus,vide in dictione Diabolus.

Dæmoniacus. Dæmoniaci interdum dicũtur lunatici propter duo. Matth. tomo 1 273.c.1.C

De dæmoniacis vide in dictione Arreptitius

Demosthenes. De Demosthene, & Eschine oratoribus Atheniensibus, Genes. 8.c.2.A

Denarius. Vnde dicatur, vide Matth. tomo 5. 65.c.3.F

Denarius est numerus perfectus, Matth. tomo 6. 211.c.1.A

Densum. Densioribus rariora cedere, naturale est,Mat.tom 7 131.c.1.B

Denominatio fit a digniori, Mat.to.6. 158.c.1.A

Dens. De magna quantitate dentis molaris cuiusdam gigantis,quem dẽtem vidit Augustinus,& multi alij,Genes. 33.c.4.I

De dentium stridore, Mat.tomo 7.178.c.4 H,& quomodo stridor capiatur dupliciter, sicut fletus, vide ibidem. Et quare non ponatur in purgatorio, vide ibidem. 249.c.2.C

Deordinatio. Quid sit, Matth. tomo 7. 258. col.2.C

Deperditio. Quomodo in corpore humano fiat deperditio per actionem caloris naturalis, Mat.to.6 109.c.4.F

Depositum. Romanorũ furatus est Caius Marius cõsul Romanus tempore sui quinti consulatus.Exo.tom.1 232 c.1.D

Depositа strictius custodiuntur, secundum leges humanas quam secundum diuinam, de qua Exo. 22. Exod.tomo 1 232.c.3.I

Depositarius. Casus fortuitus non imputatur depositario, nisi pactum, aut mora,aut culpa interciderit,vt patet extra de cõmodato capitu. bona fides &c. Exod. tomo 1. 233.colum.1.D

Depuratio. Post depurationem quodlibet elementum manebit in sua dispositione naturali,Mat.tom.7 137.c.1.C

Derelinquere. Quòd Apostoli omnia dereliquerint, dupliciter intelligitur Et quomodo sit bonum omnia derelinquere,Mat.tomo 5 159.c.3.F

Pro derelicto. In quo cognosci potest res haberi pro derelicto, Mat. to. 3. 25.c.4.F

Derisor. Dicitur, qui per verbum, vel gestum, aliquem despicit, non tamen dicendo aliqua verba, quæ specialiter pertineant ad iniuriam, & subsanator est abundans derisor &c. conuitiator vero est, qui alterius vitia improperat, dicendo ei ea,de quibus valde confunditur,Mat.to.2 119.c.4.G

Deriuari. Id, quod deriuatur, perfectius est in causa,quam in causato,Mat.to.4. 213.c.3.F

Descensus. Christi de cœlo ad incarnandum, vt dicitur in symbolo, s. Descendit de cœlis, debet intelligi parabolice, seu Metaphorice, Paradox. 126.c.4.F

Descendere. Deum de cœlo quid significet, Parad. 15.c.3.I

Deserere. Quare Angeli interdum deserant homines, vide Mat.to.5. 33.c.3.K

Homo nunquam deseritur totaliter a diuina prouidẽtia, Mat.tom.5 33.c.3.G

Res possessa potest dupliciter deseri, Matth.tomo 5. 166.c.4.K

Desertum. In deserto non fuit facta immolatio nec facienda erat, sed in terra Chanaan, nisi illæ, quæ factæ sunt in confirmatione legis Exod.24. & quæ factæ sunt in consecratione tabernaculi, & sacerdotum, de quibus Exo.29. Exod. tomo 1 100.c.2.E

Desertum Etham & desertum Sur idem est, contra Nicolaum, vt patet ex cõcordantia Exo.15. & Nu. 33. Exod.tom.1 116.c.1.E, & 124 c.4.K

Desertum Sur siue Etham non erat magnę latitudinis, & longitudo eius est a mari rubro versus terrã Philisthinorum contra Occidentem, Exod.tom.1. 125.c.1.A

Desertum Sinai, & desertum Sin non est idem, quia sin est inter Helin. & montem Sinai, vt patet, Exod. 16. Exod.tomo 1 127.c.4.F

Duo sunt deserta Sin, vnũ quod est circa principium Arabiæ in latere meridiano, de quo Exo. 16. aliud est circa terminos terræ ædon, in quo est cades barne, de qua Num.20. Exod.tom.1.127.c.4.I, Nu.to.2 178.c.4.H

In deserto non fuit seruata lex de sacrificijs, nisi in mõte Sinai, eo tempore, quo consecrati fuerunt sacerdotes, ante quod neque postea in toto deserto facta fuerunt sacrificia, Leuit.227.c.1. E, Licet bene seruata sit lex moralis, & iudicialis, non tamen cæremonialis, quia nõ obligabat in deserto, Deut.12. ibidem, & 261.c.3.F

In deserto eijciebantur leprosi extra castra, & viri fluentes semen &c. & vitula ruffa in deserto cremabatur, quia immunditia super mortuo durabat in deserto, Leuit. 227.c.4.H

In deserto non fuit seruatum festum Propitiationis, vt probatur, Leuit. 228.c.1.E

In deserto obseruabatur purificatio in pollutione nocturna, vt habetur in Deuteronom. 23. Leuiti. 228.c.2.A

In deserto nulla fuit indigentia ciborum nec vestiũ, nec erat ibi mutuum necessarium, vel contractio alicuius debiti, similiter, nec fuit ibi seruitus ex debito, vel alias, Leuit. 286.c.4.I

In deserto magis laborabant Leuitæ, quam sacerdotes, & opposito modo fuit in terra promissionis Leuit. 289.c.1.E

In deserto obligabant præcepta moralia, & iudicialia Iudæos, & aliqua cæremonialia illa, scilicet, quæ nullum impedimentum habebant, vt seruarentur, &c. Num.tomo 1 58.c.1.A

Desertum, per quod ambulauerunt Israelitæ factum est habitabile, postquã in Raphidin factus est fons erumpens de petra percussa a Moyse Exo.17. nam ille fons irrigat totam terram illius vallis magnæ, in qua sunt quam plura oppida Arabum &c. Nu.to.1. 117.c.3.F

Eadem mansio in deserto dicta est incensio & sepulchra concupiscentiæ ob diuersas causas, Num.to.1. 126.c.2.D

Desertum, per quod ambulauerunt filij Israel vocatur nunc Arabia, & est nunc terra habitabilis propter aquas exeuntes de petra in Raphidin, quæ vsque hodie fluunt &c. Num.tom.2 3.c.2.F

In deserto, quę cęremonię obseruarentur, & quę non Deuter. 62.c.4.K

In deserto oĩa p̃cepta obligabãt, & seruabãtur pręter illa, quæ ibidẽ seruari nõ poterãt Iosue.to.1.84.c.1.C

Desertũ, vbi Christus ieiunauit, est in terra Iudæ non multũ longe a Iordane, & solet vocari vulgariter, quarantana, id est locus in quo Christus ieiunauit, 40. diebus & nõ longe ab illo, est mons excelsus ad quẽ diabolus duxit Iesum, & istud desertũ est circa Galgala in latere vrbis Bethel, & Hai, non longe ab vrbe Hierico &c. Mat.tom.1 214.c.3.k

In desertum multis de causis iuit Christus, Matth. tomo 1 217.c.2.E

Desiderare. Aliquid naturaliter desideramus, quod naturaliter consequi non possumus, Mat.tomo 6 79.c.1.D

Quando aliquid desideratur, quod solum est onus, & non honor, non est peccatum in desiderando illud, secundum quòd huiusmodi, nec est semper peccatum desiderare aliquid, quod est honor, Exod. tomo 2 211.c.2.E

Desiderare episcopatum non licet, immo inuitus accedere debet, quod significatur, cum interrogatus si vult episcopari, respondet, quòd non vult, Exod. tomo 2 211.c.3.K

Licet Deus permittat hominem desiderare, quodcunque vult, nõ tamen permittit patrare quodcũque vult, 1. Reg.tom.2 105.c.2.A

Nulla res desideranda est, quæ nullo modo est necessaria ad vitam, & peccatum est illam desiderare, nisi ipsa res sit Deus, & id per, quod peruenit ad ipsum &c. 1. Paralip. 197.c.1.E

Quando aliquid desideratur, & ad illud laborioſius conamur, dulcius, illo obtento, fruimur, Matt.to.4. 108.c.1.A

Desiderium. Dupliciter accipitur, Mat.tom.6. 79 c.1.E

Desiderium non est ordinatum ad impossibile, Mat. tomo 6 79.c.2.B

Desiderium dicitur exaudiri, quatenus ipsum est causa petendi, & ipsa oratio est interpretatiua, vel significatiua desiderij &c. Mat.tom.3 53.c.3.k

Desiderius. Episcopus petijt a Hieronymo, vt Pentateucum de Hebræo in Latinum transferret, erat enim de Græco in Latinum trãslatus, & scriptorum primorum translatorumque imperitia vitiatus &c. Gen. 33.c.3.G

Desolatio. Desolationis abominatio, vnde sic dicta sit, Mat.to 6 291.c.2.E

Despectum. Qñ res despectæ offerunt Deo, ĩdignat ꝯ offerẽtẽ, Mat.to.7.292.c.3.k

Desperare. Ille dr̃ desperare, q nõ agit tanta pro conseruanda vita, quanta, salua honestate, agere potest, quod dupliciter contingit, 1. Reg.tomo 2 173.c.3.F

De nullo desperandum est, dum viuit, & hoc ex parte Dei, nam ex parte hominis, de quibusdam peccatis posset de homine desperari, Mat.to.4. 21.c.1.B

Desperatio. Est directe contra Deum, quia per eam creditur Deũ non habebere tantam potentiam, vt possit peccata dimittere, vel non habere tantam bonitatem, vt non velit dimittere, Genes. 27.c.4.F

De desperatione, & modis eius, Mat.tom.4. 22.c.3.F

Licet ex conditione speciei dilectionis sint magis diligendi,qui magis boni sunt,quàm magis coniuncti,tamen ex conditione agentis,seu diligentis intensius diliguntur cognati quàm extranei,quibus etiam possumus optare maiora bona,quàm extraneis,&c.& ita per omnem modum poterunt magis diligi cognati,quàm extranei, licet in beneficiendo, circa omnia, non seruetur hoc semper, Matthęi tomo 6 149.c.4.F

Inter propinquos sunt magis diligendi consanguinei ex charitate, quàm non consanguinei, sicut propinqui magis quàm non propinqui magis,quidem,ideſt,ad maiora bona,& intensius, & pluribus modis,Mat.tomo 6 150.c.1.A

Pater magis diligit filium quàm econtra propter multa,quæ assignat Philosophus 8.Ethi.Matthæi tomo 6 150.c.4.F

Filii magis diligunt parentes, quàm è contra considerando dilectionis gradum ex parte obiecti. Sed considerando dilectionem ex parte diligentis,oppositum

positum fit, Mat. tomo 6 151.c.1.E
Amore naturali, & ex charitate pater magis diligit filium, quã filius patrem. Et filius ex amore naturali, & ex charitate magis diligit patrem quàm pater filium, diuersimodè tamen secũdum, quòd amor cõsideratur, quasi ad alterũ, aut quasi ad aliquid, sui potest tamen dici, quòd simpliciter filii magis amentur a parentibus suis, quã è contra, Matthæi tomo 6 151.c.3.F
Pater, vt pater, magis est diligẽdus ex charitate, quàm mater, si tamen considerentur, vt particulares personæ, contingit interdum, quòd magis sit diligenda mater, &c. Mat. tomo 6 151.c.4.H
Magis sunt diligendi parentes, quàm vxor a viro, vel vir ab vxore, considerando gradus in dilectione ex parte obiecti, sed ratione coniunctionis diligentis ad dilectum magis inclinatur homo ad diligendũ vxorem, & è contra, quàm ad diligendos parẽtes, quia sunt vna caro, &c. Mat. 19. Licet non in ratione tanti boni, Mat. tomo 6 152.c.2.D
Dupliciter aliquis magis diligitur quam alius, vno modo ratione obiecti, scilicet, quia habet rationẽ excellentis boni, alio modo ratione coniunctionis, &c. Mat. tomo 6 152.c.2.D
Benefactorem magis debemus diligere in ratione obiecti, quam beneficiatum, in ratione tamen coniunctionis, magis beneficiatum quam benefactorem, vt probat Aristoteles. 6. Ethico. Multis rationibus, quæ referuntur, Matthæi tomo 6 152.c.4.G
Dilectionis ordo manebit in patria, &c. Matthæi tomo 6 153.c.3.H
Reliqua de dilectione ex charitate, vide in dictione Charitas.
De dilectione inimici, vide in dictione Inimicus.
Finis dilectionis hominis est Deus, Matthæi tomo 6 130.c.2.E
In dilectione proximi est tota lex, Matthæi tomo 6 131.c.4.F
Ad dilectionem, tria requiruntur, Matthæi tomo 6 133.c.3.k
In dilectione Dei est duplex totalitas, Matthei tomo 6 135.c.1.E
Dilectionem per se ipsam nõ diligimus sed per aliã, Matthæi tomo 6 137.c.1.A
De distinctione graduum dilectionis, quam assignat Ambrosius, Matthei tomo 6 148.c.2.D
Mandata de dilectione sunt maiora omnibus aliis, Matthæi tomo 6 127.c.4.G
Deus est dilectionis principium, Matthæi tomo 6 147.c.1.E
Dupliciter consideratur gradus in dilectione, Matthæi tomo 6 151.c.1.D, & 153.c.4.G
De dilectionis differentia, quæ est inter propinquos minus bonos, & extraneos magis bonos, Matthæi tomo 6 149.c.2.E
Quomodo charitas, & quomodo natura diligant Deum, Matthæi tomo 5 148.c.4.F
Excellentior modus diligendi Deum est per charitatem, quàm per naturam integram, Matthæi tomo 5 148.c.4.G
De amore, quo Deum diligimus, Matthæi tomo 5 149.c.1.B
Vxor magis tenetur diligere virum, quàm e contra, & ideo, apud Hebræos, magis tenebatur ad suscitationem feminis, quàm quisquam aliorum, Matthei tomo 6 57.c.3.F
Causa diligendi Deum est diuina bonitas, Matthæi tomo 6 134.c.2.E
Boni teiptos diligunt, mali vero non, vt probat Philosophus 9. Ethico. per nouem conditiones amicitiæ, Matthæi tomo 6 139.c.3.I
Nemo diligit nisi specie prædelectatus, Matthæi tomo 6 144.c.3.F
Vnusquisque debet diligere Deum plusquam seipsum, Mat. to. 6. 145.c.3.F, Et Deum debemus diligere amicitia charitatis ibidem. 148.c.1.C
Aliquem magis teneor diligere, quam me ipsum, Matthæi tomo 6 149.c.2.B
Quare pater diligat magis filium, quam e contra, Matthæi tomo 6 150.c.4.G
In beatitudine qlibet intensius diligit seipsum quàm alium, Matthæi tomo 6 154.c.1.A
Bene passus magis obligatur diligere benefactorem, quàm e contra, & tamen benefactor magis diligit bene passum, Matthæi tomo 6 153.c.2.B
Ex charitate Deum diligimus, Matthæi tomo 7 35.c.4.I
Inimicos iubemur diligere secundum legem Christi, Matthei tomo 7 45.c.2.A
Beati dupliciter diligunt Deum, Matthæi tomo 7 240.c.1.D
Christiani multos ex charitate diligunt, quos ex inclinatione naturali non amant, Mat. to. 7 269.c.3.F
Aliquid diligitur ex charitate dupliciter, Matthæi tomo 6 140.c.4.k
Aliquid potest ex charitate quadrupliciter diligi, Matthæi tomo 6 146.c.3.K
Infideles diligendi sunt ex charitate, Matthei tomo 6 148.c.1.E
Quomodo proximi sint gradualiter diligendi, Matthæi tomo 6 148.c.2.A
Deus est maxime diligibilis, Mat. to. 6. 148.c.2.A
Vxor quantum diligenda sit a viro, Matthei tomo 6 152.c.3.H
Bonum publicum magis debet diligi, quam bonum priuatum, Matthæi tomo 7 113.c.1.B

Diluuium. Homines ante diluuium audiẽtes ab Adam seculi excidium futurum esse per ignem, & aquam consignabant labores inuentionum suarum columnis latericiis, & marmoreis, vt Tubal fecisse legimus, Genes. 29.c.1.A
Diluuii causa fuit multitudo incorrigibilium peccatorũ, per quę Deus iratus est humano generi, &c. Genesim, 34.c.2.E
De diluuii causa, quam assignat Iosephus, Genes. 34.c.4.k
Diluuii causam extensius assignat Methodius martyr, Gen. 34.c.4.k
Diluuii vna causa fuit vitium sodomiticum, iuxta illud Gene. 6. Omnis caro corruperat viam suam, Gen. 37.c.1.A
Per diluuii aquas salsas fertilitas terræ diminuta est, nam sal reddit terram sterilem, &c. Gen. 35.c.4.I
In diluuio, quare pisces non fuerint puniti, sicut animalia terrę, Gen. 37.c.2.A
Terra in diluuio fuit deleta iuxta illud Genes. 9. disperdam eos cum terra. Et hoc ideo quia virtus germinatiua terræ fuit valde diminuta, Genes. 37.c.2.B
Diluuiũ dr̃a delendo, & Hebraicę dicit̃ mabul, quod sonat subuersionem, &c. Gen. 39.c.1.A
Diluuii aquas ideo distulit Deus p̃ septẽ dies mittere sup̃ terram, vt dicunt Iudæi, vt. l. exequię Mathusalem viri iusti perfectè fierent, Gen. 40.c.3.I
Diluuium habuisse causam naturalem, dixerunt quidam, s. coniunctionem planetarũ humidorũ, &c. Similiter dicũt, q̃ conflagratio futura habebit causam naturalẽ, s. coniunctionẽ planetarũ siccorum, & cali-

& calidorum, ſed iſti multum aberrant a veritate,&c. Gen. 40.c.3.I,246.c.4.G
Aquæ diluuii incæperunt anno ſexcenteſimo vitæ Noe decima ſeptima die menſis ſecundi illius anni,Gen. 41.c.1.E
Diluuium incæpit menſe Octobris,ſed quo die non eſt notum nobis,etiam ſi.Gen.7.dicatur,ꝙ incępit 17.die,quia Iudęi non incipiũt mẽſes,ſicut nos,ſed per lunationes,& ideo lunatio,quæ eſt ꝓpinquior æquinoctio autũnali, quod fit,intrãte Sole primũ gradum libræ,& eſt quaſi in medio Septẽbris noſtri,& principiũ Septẽbris, ſiue illa lunatio ſit ante ęquinoctium,ſiue poſt,&c.Gen. 41.c.3.k
Diluuii aquas non aſcendiſſe ſuper montem Olympum,qui eſt in Theſſalia,vel potius in Macedonia Græcię,qui & excedit nubes in altitudine ſua,&c. dixerunt quidam,ſed falſum eſt,cùm ſit cõtra ſcripturã dicẽtẽ,ꝙ opti sũt oẽs mõtes altiſſimi,ad quã dicunt,quòd ly,oẽs,non diſtribuit ſemper ſecundum omnem viam in ſacris literis.Sed tenendum eſt oppoſitum,nã alias dubitaremus de multis aliis montibus altiſſimis,Gen. 42.c.4.F.& 87.c.3F
Aquę diluuii non aſcenderunt in locum Paradiſi terreſtris,vt probatur,Gen. 42.c.4.G
De illis cẽtũ quinquaginta diebus,de quibus Gen.7. dicitur,quòd aquæ obtinuerunt terras centũ quinquaginta diebus,variæ ſunt opiniones,nam quidã dicunt, quòd aquæ continuo creuerunt per dies centum quinquaginta,in quorum,fine aquæ fuerunt altiores terra quindecim cubitis, quæ opinio non videtur vera. Alii dicunt,quòd per quadraginta dies creuerunt continuè,& peruenerũt ad ſummam altitudinem,ſed deinde ſteterunt per centũ quinquaginta dies illo augmẽto.Et poſt illos.150. dies cęperunt minui,& hoc videtur verum,Nicolaus tamen de Lyra dicit,quòd illi.150. dies cõputantur a die,quo incęperunt pluuiæ,ſed non videtur verum,Gen. 43.c.2.A
A prima die diluuij vſquequo cęperunt decreſcere aquæ, fuerunt dies, centum nonaginta, Gen, 44 c.1.B
Diluuij aquarum decrementum nõ fuit finitum decimo menſe illius anni,de quo Gen.8.ſed ſecundo menſe anni ſequentis, die vigeſima ſeptima,ſed mẽſe decimo fuit diminutio aquarum vſquequo apparuerunt cacumina montium, computando decimum menſem a principio anni, & non ab ingreſſu in arcam,Gen. 44.c.2.D
Poſt diludium ante hominum magnam multiplicationem,continentia,& virginitas fuiſſet peccatũ, & intendere generationi,propter bonũ finẽ, eſſet dupliciter meritorium,Gen. 46.c.2.A
In diluuio dicitur ceſſaſſe tempus,non tamen in ſeipſo,ſed quantum ad qualitatem,ſed poſt diem iudicii ceſſabit omnino,Gen. 47.c.1.E
Diluuium , & purgatio futura quomodo differant, Matthæi tomo 7 124.c.4.G
Aqua diluuij quomodo peruenit vſque ad quindecim cubitos ſuper montes altiſſimos,Matthæi tomo 7 129.c.2.C
An aquæ diluuij peruenerint vſque ad Paradiſum terreſtrem,Matthæi tomo 7 129.c.4.I
In diluuio fuerunt ablati de ſuperficie terræ, quaſi duo palmi,vel plures,Gen. 48.c.3.K
Primus populus hominum , poſt diluuium , fuit in Armenia apud taurum,& caucaſum montes, &c. Geneſ. 49.c.4.F
Ante diluuium fuit politia , ſed an fuerit aliquis rex neſcitur,Gen. 51.c.4.k
De diluuio vniuerſali nulla niſi ſacra ſcriptura fecit mentionem,Gen. 103.c.1.E
Poſt diluuium non erant fructus,& herbæ ſufficientes ad nutriendum propter eorum virtutem exiguam,ex duabus cauſis,Gen. 114.c.4.H
A diluuio vſque ad natiuitatem Abrahæ fluxerũt anni ducenti nonaginta duo,Gen. 115.c.1.A
Quòd poſt diluuium debuerunt homines manducare carnes apparet ex hoc, quia non erant herbæ nec fructus ſufficientes ad nutriendum,Geneſ, 114.c.4.I
Poſt diluuium animalia dicebantur munda, quæ ad eſum erant conuenientia, & immunda illa, quæ non,Gen. 116.c.2.E
Poſt diluuium vetuit Deus manducare animalia per ſe mortua,aut ſuffocata, quæ non eſſent iugulata, Gen. 117.c.4.F
Poſt diluuium homines biberunt vinum,& non ante,nec prius fuit vinum,&c.Gen. 120.c.3.H
Diluuium vniuerſale poſſe fieri negat Ariſtoteles,cõcedit tamen,quòd poſſit fieri diluuium particulare,Deutero. 168.c.4.G
Et bene negat,quia illud miraculoſe, & non naturaliter contigit, ibidem 170.c.3,F.3.Reg.156 c.1.A De Opti.Poli. 2.c.1.B
Diluuium vniuerſale nulla gentium cognouit hiſtoria,nec a tempore illo ſcripta fuere,per quę cognoſci poſſet,ſed ſola Geneſis, & Exodi hiſtoria plenã nobis fidem fecerunt de factis illorum temporum,&c/Deut.170.c.1.A.De Opti.poli, 2.c.1.B
Inter diluuii vniuerſalis cauſas , aſſignatur vna ab hiſtoria Scholaſtica,ſcilicet, quòd mulieres in inſaniam verſæ ſuper greſſæ viris ſuis abutebantur, Matthæi tomo 2 175.c.1.E
Diluuium non immiſit Deus ad purgandum mundum,ſed ad occidendum viuentia,ideſt,animalia, Matthæi tomo 7 124.c.3.k
Quomodo diluuium non inundauerit Paradiſum terreſtrem,triplex ratio aſſignatur ſed prima,& ſecunda eſt veriſimilior, Mat.tomo 7 129.c.4.I

Diluuium particulare. Quoddam diluuium particulare fuit in Achaia, anno ætatis Iacob ſexageſimo, qui fuit annus ante Chriſti natiuitatem, milleſimus ſeptingenteſimus octuageſimus ſecundus, Gen. 340.c.2.B
Aliqua diluuia particularia fuerunt in Græcia tempore regis Ogigi, & in Theſſalia ſub rege Deucalione, quæ naturaliter fieri potuerunt propter coniunctionem aliquorum planetarum dominantiũ illi terræ,ſed naturaliter nõ potuit fieri diluuiũ vniuerſale,&c.Gen.40.c.4.F,& 43.c.4.F,& 48.c.3.H
Diluuium in Theſſalia contigit anno octingenteſimo decimo ante vrbem conditam, qui eſt annus milleſimus quingenteſim.50. ante Chriſti natiuitatem.Et refertur fabula Deucalionis,& Pyrrę,& multa, illo tempore contigerunt, & hæc fuerunt annis quinque ante plagas Aegypti, Exo.tomo 1 117.c.1.A
Ad diluuio, quod contigit tempore Ogigi regis, Marcus Varro contexit hiſtoriam, quod fuit a creatione mundi per tria milla, & ſeptingentos fere annos, & multo poſt fuit diluuium Deucalionis, a quo incæpit Ouidius, Deuteronom. 168.c.3.H
Diluuium, quod contigit tempore Ogigi regis,fuit contemporaneum Iacob, & fuit annis mille ſeptingentis octuaginta duobus ante Chriſti natiuitatẽ,& hoc diluuiũ fuit in Græcia,Deu.169.c.4.H. De Opti.Poli. 1.c.4.I
Diluuium , quòd contigit tempore Deucalionis regis

regis Thessaliæ, fuit annis quinque prius quàm liberarentur Iudæi de captiuitate Aegyptiaca, & annis mille quingentis, & quinquaginta ante Christi natiuitatem. Deuterono. 169.c.4.I, De Opti. Poli. 1.c.4.G

Diluuia particularia non solum fatentur Philosophi, sed necessaria esse credunt ad ponendam mundi æternitatem, &c. Deute. 169.c.4.H, De Opti. Poli. 2.c.3.G

Dimensio. De dimensionibus interminatis, Mat. tomo 6 91.c.3.F

Dimensiones interminatę non sunt de natura alicuius formæ, & ideo non corrumpuntur, corrupta aliqua forma, Matthæi tomo 6 192.c.1.B

Dimensiones interminatæ non corrumpuntur, quia non habent contrarium actiuum, quia sunt quantitas, nec etiam præsupponunt contrarietatem, eo quòd illæ non sunt alicuius mixti, neque compositi, sed præintelliguntur materiæ inexistere areaduentum omni formæ, &c. Matthæi tomo 6 192.c.2.A

Dimensiones interminatæ in quolibet mixto, & cõposito præcedunt omnem contrarietatem, & ideo non possunt perire per contrarietatem, Matthæi tomo 6 192.c.2.E

Dimensiones interminatæ sunt ante omnem compositionẽ, & mixtionẽ, & ideo sunt solius materiæ primæ, Matthæi tomo 6 192.c.3.H

Dimensiones terminatæ faciunt materiam esse propriam formæ alicuius speciei, Matthæi tomo 6 192.c.3.H

De dimensionibus interminatis ita loquimur, sicut de materia prima, &c. Mat. tomo 6 92.c.4.F

Dimensiones interminatę nunquã desinũt esse, &c. Matthæi tomo 6 92.c.4.I

Dimensiones interminatæ sunt idem realiter cum dimensionibus terminatis, sed differunt secũdum rationem, sicut eadem numero est materia prima, & materia actuata per formam, &c. Matthæi tomo 6 93.c.1.A

Si per impossibile daretur, quòd dimensiones interminatæ solæ essent actu, illæ facerent corpus non terminatum ad certam magnitudinem, & figurã, ideſt, essent longitudo latitudo, & profunditas, quæ corpus constituunt, sed illud non esset tantæ, aut tantæ magnitudinis, neque figuræ, & assignatur ratio, Matthæi tomo 6 93.c.1.B

Dimensiones interminatæ ponuntur vt possit saluari distinctio in partibus materiæ, Matthæi tomo 6 93.c.2.A

Dimensiones ierminatę non conùeniunt materiæ primæ, sed consequuntur speciem compositi, vel mixti ex determinatione formæ, Matthæi tomo 6 93.c.2.C

Dimensiones interminatæ non faciunt materiam esse propriam formæ alicuius speciei, Matthæi tomo 6 92.c.3.H

Si in materia nõ præcederẽt dimẽsiones interminatę non esset generatio, Mat. tomo 6 92.c.4.F

Dimensiones interminatę eædem sunt cum terminatis, sed differunt secundum rationem, Matthæi tomo 6 93.c.1.A

Diminsiones interminatæ quare sic dicantur, Matthęi tomo 6 91.c.3.F

Duplex est dimensio, scilicet, interminata, & terminata, interminata conuenit materiæ ante omnem aduentum formæ substantialis, terminata vero conuenit ei post aduentum formæ substantialis, vel simul cum ea, Matthæi tomo 6 117.c.2.E

Eædem dimensiones termimatæ, quæ erant in viuẽte redeunt in resurgente, &c. Marthæi tomo 6 117.c.3.F

Dimittere. Nemo potest dimittere vxorẽ in septem casibus, Matthæi tomo 5 103.c.4.F

Dina. Filia Iacob die illa, qua exiuit videre mulieres illius regionis, erat festum, vbi congregabantur mulieres regionis illius, & fiebant festa, & gaudia, vt dicit Iosephus, Gen. 337.c.1.E

Dina, & Ioseph nati sunt in eodem anno, Genes. 339.c.3.I

Dina poterat esse quindecim annorum ad summũ, quãdo fuit stuprata a Sichen filio Emor, Gen 24. Gen. 339.c.3.H

De Dina post occisionem Sichimitarum, quid factum fuerit, non legimus in sacra scriptura, nec in aliqua historia authentica, licet aliqui dicant, vt Rab. Salom. eam copulatam fuisse Simeoni fratri suo, & genuisse ex ea filium nomine Saul, de quo, Genes. 46. Gen. 339, c.4.F, sed non videtur verum, ibidem.

Diogenes Fuit princeps Cynicorum Philosophorum, Deut. 36.c.3.G

Diogenes dictum refertur de paupertate, quod refert Valerius Maximus, Mat. tomo 3 273.c.2.A

Dyonisius. Syracusanus fuit Tyrãnus crudelissimus, de quo Valerius libro. 6. refert, quòd pulsus a patria, ppter Tyrannidem, coactus inopia, docuit literas pueros Corinthi. Genes. 4.c.4.F

Dyonisius Areopagita tenet maiorem fuisse diem tempore Ezechiæ regis, quando retrocessit Sol, quàm tempore Iosue, quando stetit, sed fallitur, vt probatur Iosue tomo 1 203.c.4.k

Dipondium. Vel dipõdius dicitur, a dia, quòd est duo, & pondus quasi duo põdera, & quodlibet illorum duorum ponderum dicitur as, Matthęi tomo 3 255.c.4.H

Dipsas. Est serpens paruus, qui cum aliquem momorderit, siti facit eum deficere, Deuronom. 41.c.4.F

Dirigere. Tota lex dirigit hominẽ in operationibus suis, Mat. to. 6. 203.c.1.C

Disciplina. Est instructio in moribus, vt dicit Glo. super illud ad Hebręos. 12. Omnis disciplina in præsenti, &c. Exo. to. 1. 183.c.3.G

Ad disciplinam multum disponit paupertas, Matthæi tomo 5 165.c.4.I

Disciplina dupliciter dicitur, &c Leui. 316.c.1.C

Disciplinæ non sunt ita permanentes, sicut virtutes, Matthæi tomo 5 157.c.4.F

In disciplinis, & historiis præsupponitur id de quo tractatur an sit, &c. 2. Reg. 142.c.1.D

Discipulus. Dicitur ab addiscendo, Matthæi tomo 5 2.c.4.F

Discipuli Christi erant ipsi Christo propinquiores, cùm audierent eius doctrinam, propter multa. Primò, quiam erant ei magis noti, & familiariores. Secundo, quia ministri Christi. Tertiò, quia illis erant magis necessaria verba Christi, quàm cęteris, quia ipsi erant prædicaturi illa post modum. Quarto, quia plurima de verbis Christi dirigebantur ad eos, &c. Quintò propter turbam, quæ Christum comprimebat, ne, scilicet, permitterent turbam pro libito accedere ad Christum, ne eum sic comprimerent, &c. Matthæi tomo 2 3.c.3.I

Ad hoc, quòd aliquis sit perfectus discipulus Christi, quinque conditiones requiruntur. Primo, quòd

quòd audiat doctrinam eius. Secundò, quod firmiter adhæreat illi doctrinæ credens eam esse veram. Tertio requiritur aliqua familiaritas, &c. Quarto requiritur vocatio specialis. Quintò assignatio specialis alicuius officii, Matthæi tomo 3 149.c.2.B

Discipulos suos aliquando Christus increpauit publicè, quia publicè peccauerant, vt patet Mat.17.& Luc.6. Matthæi tomo 3 157.c.1.B

Discipuli euntes in Emmaus putabant, quòd Messias non esset moriturus, quem errorem Christus eis soluit, Matthæi tomo 4 111.c.2.D

Discipulis suis Christus vitauit occasionem gloriandi in multis, Matthæi tomo 4 113.c.3.H

Quòd discipuli Christi non lauarent manus, quando reprehensi sunt a Pharisæis, Matthæ. 15. Contigit propter multa, Matthæi tomo 4 124.c.2.E

Discipulorum Christi incredulitas aliquando prodest nobis ad credendum, Matthæi tomo 4. 151.c.1.A

Discipuli Christi in via, non solum panes soliti erant portare, sed etiam aliqua pulmenta abstinentibus conuenientia, Matthæi tomo 4 156.c.4.K

Quãdo Christus quęrebat aliquid a discipulis, ab omnibus illis quærebat, nisi in duobus tãtum casibus, Matthæi tomo 4 276.c.2.D

Discipuli Christi non ieiunabant ieiunia supererogationis, sicut Pharisęi, & discipuli Ioannis propter multa, Matthæi tomo 3 199.c.1.D

Duplex fuit discipulorum Christi conuocatio, vna fuit, quando Christus conuocauit omnes discipulos suos, vt ex eis eligeret duodecim Apostolos, alia fuit apostolorum iam electorum, vt scilicet, mitterentur ad prædicandum. Prima fuit ante sermonem Domini in monte, & illa est, quæ ponitur Lucæ 6. secunda fuit multo tempore post, de qua habetur, Matthę. 10. & primam Matthæus subticuit, Matthæi tomo 3 223.c.4.I

Discipulorum Christi vita erat parca in cibis, Matthæi tomo 4 2.c.2.D

Discipuli, & Apostoli in officio missionis communicant, quia vtrique prædicauerunt, in nomine tamen non communicant, vt appareat, quòd non sint eiusdem gradus, &c. Matthæi tomo 3 227.c.2.B

Discipuli Christi vescebantur piscibus, vt communiter propter multa, Matthæi tomo 4 91.c.1.C

Discipuli Christi interdum videntes ipsum, Miracula facientem, non cognoscebant illa, Matthęi tomo 4 108.c.3.F

Discipuli Christi omne id, quod crediderunt de Christo ante resurrectionem eius, totum fuit debiliter creditum, & ideo faciliter dimouebantur ab eo, quod crediderant, &c. Matthæi tomo 4 167.c.3.G

Et post Christi mortem perdiderunt fidem, quam de eo habebant, Matthęi tomo 4 167.c.4.F

Christi discipuli eiiciebant dęmones, sic dicẽtes, pręcipio tibi in nomine Iesu, vt exeas de hoĩe, & amplius non introeas, sic præcepit Chrs Marci.16. sic Paulus Actu.16. Sic ẽt extranei qui nõ erãt discipuli Christi eiiciebant, Luc.9. & Actu. 19. Matthæi tomo 4 264.c.2.A

Discipuli illi, qui erãt 72. semp dicunt discipuli, & nõ habent aliud nomẽ. 12. vero interdũ vocant Apostoli, & interdum discipuli, Mat.to.5. 2.c.4.F

Discipuli Chri, ipso viuente, habebãt vxores, & post mortẽ illius, illas retinebãt, & in prędicatione aliqui eorũ eas secũ ducebant, vt colligitur. 1.Cor.9. cum dicitur. Nunquid non habemus potestatem mulierem sororẽ circunducendi, &c. Mat. tomo 5 137.c.1.A

Septuaginta duo discipuli Christi scandalizati de doctrina eius, & angustiis, recesserũt ab eo, & manserunt soli duodecim, quia Chrs dixerat Ioan.6. Nisi mãducaueritis carnẽ filii hoĩs. Et subdit multi discipulorum eius abierunt retrorsum, & iam cũ eo nõ ambulabant Nã dixit tũc Chrs ad duodecim, nũquid, & vos vultis abire &c. Matthęi tomo. 5 162.c.2.D

Quare Christus non induxerit discipulos suos abstinere simpliciter a venereis, Mat.to.5. 137.c.1.D

Discipuli Christi dicuntur accedere ad Christum iuxta phrasim Hebręam Matthæi, quoties volebant loqui Christum, licet Christo essent propinqui, Matthęi tomo 6 256.c.4.K

Discipuli Ioannis murmurauerunt cõtra Christum multis de causis, Mat. tomo 3 197.c.4.F

Discipuli Christi ante eius passionem non crediderunt eum esse Deum, Matthęi to.5.245.c.4.F Parado. 133.c.2.E

Christus quater monuit discipulos suos contra inanem gloriam, Matthæi tomo 6 182.c.4.k

Christi discipuli erant plusquam Prophetę, Matthæi tomo 6 242.c.1.B

Discipuli Christi, qui erant Apostoli, in quo excederent alios discipulos, Mat. tomo 6 245.c.1.A

De discipulorum Christi crucifixione, Matthæi tomo 6 246.c.3.G

Discipuli Christi putabant ipsum regnaturum temporaliter. Matthęi tomo 6 260.c.2.E

Discipuli Christi perperam sentiebant de Christi aduentu, Matthæi tomo 6 260.c.3.K

Duplex erat Christi aduentus, quem discipuli putabant, vnus, scilicet, falsus, quo putabant ipsum venturum ad regnandum temporaliter, alius verus, scilicet, aduentus ad iudicium, Matthæi tomo 6. 262.c.1.B. Et Christus non abstulit credulitatem discipulorum de aduentu falso, Matthæi tomo 6 263.c.2.A

Bonitas discipulorum Christi erat in duobus, scilicet, in abstinendo ab offensa omnium, & in benefaciendo omnibus, Matthæi tomo 6. 275.c.1.A

Ad discipulos Christi quædam tribulationes specialiter pertinebant, Matthæi tomo 6 175.c.1.B

Discipuli Christi haberi odio propter nomen eius, potest dupliciter intelligi, Matthæi tomo 6 275.c.1.D

Quare Christus vetuit discipulos suos portare baculos in via, Matthęi tomo 7 294.c.1.A

Discordia. Et contentio pertinẽt ad iram, & ad inanem gloriam, sed diuersimode, Matthæi tomo 3 7.c.3.F

Necesse est sequi discordiam ex prædicatione Euangelii, Matthæi tomo 3 264.c.3.F

Discretio Est maxime necessaria in sacerdote, vt sciat, quos debeat ligare, & soluere, & in quibus casibus, Matthæi tomo 4 180.c.4.k

Discumbere. Est iacendo manducare secundum antiquum morem, Matthæi tomo 4 91.c.4.F

Discumbere dicitur, quasi in diuersa cubare, scilicet, quia multi cubant, ideſt, inclinantur, Matthęi tomo 6 2.c.1.D

Dispensare. Dispensatio.

Iudices, quantæcunque potestatis sint, non poterunt dispensare, vt vnus tollat licitè res alterius sine causa extrinseca subeunte, quæ faciat licitum talem actum: bene tamen Deus. Exo.to.1. 189.c.2.E

Dispensare circa matrimonium, vt dissolui possit, ad quem pertineat. Mat.to.5. 94.c.1.D

Dispensare cum diuitibus,& non cum pauperibus,in gradibus prohibitis ad matrimonium,non est acceptio personarum. Mat.to.6. 36.c.4.K

Quòd dispẽsari possit ius naturale, potest intelligi dupliciter,vno modo per additionem, alio modo per subtractionem. Exo.to 1. 187.c.3.F

Dispensare in eo,quod malum est,vt non sit malum, pertinet ad illum respectu cuius,quæ fiunt,sunt bona vel mala, cuiusmodi non sunt legislatores humani. Nu.to.1. 66.c.3.k

Ecclesia non potest dispensare in his, quæ inducunt defectum sacramenti vel significationis. 1.Regũ to.1. 106.c 3 F

In quibus Papa non possit dispensare, etiam si vtatur plenitudine suæ potestatis, & in quibus possit, sed non decet,ꝙ dispenset. Et quando Papa abutatur potestate sibi commissa cum peccato,& nihil prosit dispensatio,& quãdo erret clauis,& quando nõ, vide.1.Reg.to,1. 133.c.3 H

Aequalis potest dispẽsare in lege sui æqualis, quando in eadẽ iurisdictione vel potestate succedit. 1,Reg. to.1. 133.c 4.F

Dispensare cum monacho, vt proprium habeat non potest Papa. Mat.to.3. 42.c.2.C

Papa potest dispensare contra statutum generale Ecclesiæ,immo tollere in totum, & Innocẽtius fecit sic, constitutionem Ecclesiæ de non contrahendo in septem gradibus cognationis reducẽdo ad quatuor gradus. Extra de consanguinitate, & affi. cap. non debet, & ita dicit glosa.25.q.1. cap.sunt quidã. 1.Reg.to.1. 133.c 4.k

Dispẽsare potest ecclesia in omni statuto suo, immo illud cassare & tollere, & per consequens Papa. 1.Reg.to.1. 132.c.1.E

Papa potest dispensare in omnibus gradibus consanguinitatis & affinitatis, sed non expedit, vt dispenset: quia multa licẽt, quæ non expediunt.1.Cor.6. 1.Reg.to.1. 132.c.2.A

Papa non potest dispensare, vt sit coniugium inter ascendentes & descẽdentes,bene tamen inter trãsuersales.1.Reg.to.1. 132.c.2.B

Dispensatio fit in aliqua lege, quando tenendo verba legis,sequeretur aliquod incõueniens contra intentionem cõdentis legem, nam intentio legislatoris non verba legis, debet seruari, vt patet. ff.de legib. in l.non dubium, & extra de regulis iuris in sexto regula vltima.Exo.to.1. 187 c.1.B

Dispensatio non est possibilis in præceptis vniuersaliter positiuis concernentibus bonum commune,& ordinem virtutis dirigentis ad illud bonum cõmune, sed bene vbi ponuntur alij modi, siue determinationes particulares. Exo.to.1. 187.c.1.C

Dispensatio nõ cadit in præceptis decalogi. Exo.to.1. 187.c.1.B

Dispensatio non cadit in iuribus naturalibus, quæ directe continent intentionem naturæ. Exo.tom.1. 187.c 2.E

Inter dispensationem Dei, & dispensationem hominum quid interest. Exo.to.1. 188.c.2.B

De dispensatione, quomodo recte fiat à Deo & non ab homine pulchra tradit auctor. Exo.to.1.fo.188. c.2.E.In dispensatione ius cõmune relaxatur,ita vt non liget tantum, quãtum prius ligabat. Exo.to.1. 190.c.2.D

Dispensatio in votis, intelligenda est ad modum dispensationis, quæ fit in obseruantia alicuius legis. Nu.to.2. 151.c.4.F

Dispensatio videtur importare quandam distributionem, vel applicationem commensuratam alicuius communitatis ad ea, quæ sub ea continentur. Nu. to.2. 151.c.4 F

Cum dispensatur in aliqua lege humana, non fit, vt legi humanæ nõ obediatur,quod est contra legem naturæ,& mandatum diuinum sed fit ex hoc,ꝙ illud,quod prius erat lex,fit in casu non lex,similiter est dicendum in dispensatione voti. Nu.to.2.f.151. col.4.I

In dispensatione debet esse aliqua causa rationabilis, quod,si non sit, non est tutus ille, apud Deum,qui dispensationem recipit. Nume. tomo 2. fol.151. col.1.E

Aliquando in veteri lege fiebant aliqua ex dispensatione, quæ directe erant contra præcepta legis, licet non appareret dispensatio, vt immolare extra altare sacrificiorum. super Iosue tomo 2. fo.96. col.4.G

Dispensatio facilius cadit in iuramento, quam in lege Dei. Iudi. 215.c.3.F

Dispensatio est iuris communis relaxatio. 1.Regum to 1. 136 c.3.I

Relaxatio, inquam, cum causæ cognitione. 4 Regũ. 55.c.2.C

Et tunc relaxatur, quando aliquis obligatus est ad aliquem rigorem iuris, & fit, quòd non sit obligatus ad illum.4.Reg. 55.c 2.C

Dispẽsationis necessitas est ex eo, quòd id, quod vniuersaliter positum est, in aliquo particulari casu non conueniat. Mat.to.3. 88.c.2.E

Per dispensationem receditur a cõmuni cursu legis illius,contra quam dispensatur,Matth.to.5. fol.94. col.1.D

Dispensatio in præceptis primis iuris naturæ non potest fieri nisi per Deum, secus tamen in secundis præceptis.Mat.tomo 5 94.c.2.D

Dispensatio dicit potestatem, quam nemo habet supra legem,nisi conditor eius, vel æqualis illi, cum tamen interpretari legem nemo possit nisi conditor eius, a fortiori ergo neque dispensare, Mat. tomo 5 94 c.3.K

Inferior nõ potest dispensare,vel ordinare in eis, quæ sunt tradita per superiorem Mat.tomo 6 212.c.4.K

Circa dispẽsationes, quæ fiunt ad habilitandum personas, vel legitimandum eas, potest interdum cadere acceptio personarum, Mat.to 6 36.c 2.E

Omnis dispensatio est voluntariæ iurisdictionis, Mat. tomo 6 36.c.3.A

Dispensationes proueniunt ex eadem radice, ex qua ius commune. Mat.tomo 6 36.c.3.F

Et circa istas dispensationes assignãtur certę regulę, scilicet quinque, Mat.tomo 6 36 c.3.G

Si dispenset Papa non attendendo ad bonum publicũ,videtur quòd peccet, &c. Mat to.6 36 c.3.K

Si prælatus dispenset circa ea,in quibus de iure potest, & ex dispensatione non sequatur aliquod bonum publicum directe, vel indirecte, nec etiam obuietur alicui damno publico, peccat: quia contra intentionem iuris facit, Mat.tomo 6 36.c 4.K

Et si prælatus non cogatur dispensare cum aliquo,tamen si ipse videt dannum publicum imminere circa aliquid,si non dispensetur, peccat non dispensando, si petatur dispensatio, vel pertineat ad eum illa facere, nullo petente, Mat.to.6 36.c.3.K

Omnes cauſæ mouentes de iure ad diſpenſationem, & conditiones perſonarum, cum diſpenſati poſſit, obſeruandæ ſunt, alioquin peccat, qui diſpenſat. Mat.to.6. 36.c.4.F

Cauſa generalis in diſpenſatione eſt fauor publicus, ſcilicet euitare malum publicum vel procurare bonum publicum. Mat.to.6. 36.c.4.G

Si prælatus diſpenſat cum aliquo, non ſeruatis conditionibus iuris, neque cauſa motiua, ſ. fauore publico, peccat. Et eſt acceptor perſonarum. Matt.to.6. 36.c.4.H

Si in aliquo, qui petit diſpenſationem circa aliquid, inueniantur cõditiones ſpeciales iuris, ſi quæ ſunt, & inſuper fauor publicus, & prælatus non vult diſpẽſare cum illo, non propterea erit acceptor perſonarum, nihilominus tamen peccat. Matth. to.6. 36.c.4.I

Diſpẽſatio in gradibus prohibitis ad matrimonium, fit propter pacem procurandã, vel vitandas aliquas diſcordias, quæ vniuerſaliter vitari non poterant, niſi coniungendo extremos & diſtantes per vinculum affinitatis & cognationis mediæ. Mat. tomo 6. 37.c.1.A

Diſpenſatio duo importat, vnum eſt ipſa relaxatio alicuius iuris, cum diſpenſatio definiatur ſic, ſ. quòd eſt communis iuris relaxatio, & ita nunquam eſt diſpenſatio niſi ius præcedat: ſecundum eſt, quòd actus, qui cadit ſub diſpenſatione, erat alias futurus malus, niſi præcederet diſpenſatio. Matth. tomo 7. 45.c.1.B

In lege veteri fuit diſpenſatio quantum ad aliqua, vt patet de libello repudij, & de occiſione inimicorũ manu propria, & ſine hoc, quòd conſtaret, an reus eſſet mortis. Mat. to 7. 45.c.4.K

Diſpẽſatio eſt relaxatio iuris communis à rigore ſuo, vel tenore in aliquo caſu ſpeciali, ita quòd lex per diſpenſationem non tollitur ſimpliciter; tollitur tamen quantum ad illum caſum, & quantum ad illam perſonam, cum alias lex illa obligaret generaliter, & illam perſonam, & in illo caſu. Et talis diſpẽſatio habet fieri per illum, qui legem condidit, vel per illum, qui maior eſt eo. Nam eiuſdem poteſtatis ſunt de iure legem condere, tollere, interpretari, & diſpenſare in ea. Mat. to. 1. 23.c.3.I

Non poteſt Eccleſia diſpenſare in Euangelio. Matth. to.1. 23.c.3.K

Chriſtus poterat diſpenſare in præceptis euangelicis, non ſolum inquantum euangelica ſunt, ſed etiam inquantum ſunt legis naturæ, tamen nũquam tollentur, nec in eis fiet diſpenſatio, Matt. to. 1. fol. 24. col. 2. A

Papa poteſt diſpenſare contra Apoſtolos, non tamen contra omnia dicta eorum, ſed contra aliqua. Mat. to.1. 24.c.3.F

Quomodo papa poſſit diſpenſare in homicidio, Mat. to.2. 87.c.4.K

Diſpenſatio non cadit ſuper illis, quæ in iure conceduntur, vel prohibentur, ſed manẽt immobilia, niſi fiat per illum, qui eſt conditor iuris, qui alias poterat tollere ius, cuiuſmodi eſt Papa reſpectu iuris eccleſiaſtici; in caſibus verò, qui de iure non reperiuntur prohibiti, diſpẽſatio pertinet ad epiſcopos. Mat. to. 2. 89.c.1.B

Epiſcopi non poſſunt diſpẽſare in homicidio faciendo, bene tamen in facto, ſi eorum diſpenſatio non ſit in iure prohibita, poſſunt committere, ſi ſint domini terrarum habẽtes iuriſdictionem ſecularem, & hoc in generali, dando, ſ. iudicibus ſuis commiſſionem in ciuilibus & criminalibus, in qua cõmiſſione datur poteſtas procedendi contra malefactores, & occidere eos, non tamen exprimitur hoc, neque debet exprimi. Mat. to 2. 89.c.1.D

Diſpenſare ſonat iuriſdictionẽ, quia eſt nomen actus publicæ poteſtatis, & ideo non poteſt fieri niſi per illum, qui habet publicam poteſtatem; & ideo nõ per quemcunque, ſed per illum, qui eſt iudex eccleſiaſticus: quia rex nec imperator nõ poteſt diſpenſare in iuramẽto. Et leges, quæ videntur dare laico poteſtatem diſpenſandi in iuramento, vt ff. ad municipales. l. imperatores, &c. Corriguntur etiam de mẽte iuris ciuilis. Ar. in authen. vt clerici ad proprios epiſcopos. §. Si verò eccleſiaſticum. colla. 6. Mat. to. 2. 208.c.2.C

Diſpenſatio nunquam eſt ſimpliciter neceſſaria in iure, ſed eſt neceſſaria ſub conditione, vt ſi quis ſit illegitimus, & vult obtinere beneficium vel ordinẽ ſacrum, indiget diſpenſatione. Matth. to.2. fol. 209. col. 1. A

Diſpenſator. Cum diſpenſatore dominus non debet particulatim inſiſtere circa computum expenſarum ne illiberalis & paruificus videatur & reputetur. Gen. 238.c.1.A

Ad diſpenſatorem duo bona requiruntur. Mat. to.6. 323.c.4.k

Diſpenſatorem fidelem vocamus, non à fide, ſed à fidelitate. Mat. to.6. 324.c.1.A

Et difficilius eſt huiuſmodi diſpenſatorem inuenire, quam diſpenſatorem prudentem, ibid.

Diſpenſator Chriſti fidelis a multis debet abſtinere, ſ. a quinque, primo, vt honorẽ ſibi non vſurpet, ſecundo, vt dominationem non exerceat, tertio, vt recta intentione, & non propter temporalia miniſtret, quarto, vt ſpiritualem poteſtatem ſibi non aſcribat, quinto vt rem domini non negligat, Mat. tom. 6 327.c.2.A

In quo aliquis ſit malus diſpenſator, Matth. tomo. 6. 330.c.4.F

Prudentia diſpenſatoris Chriſti in quibus conſiſtat, Mat. tom 6 327.c.2.B

Diſperdere. Eſt totaliter deſtruere, vel delere, Geneſ. 37.c.2.B

Diſperdere eſt totaliter perdere, vel in diuerſa perdere. Leuit. 317.c.4.E

Diſpoſitio. De diſpoſitionibus præuijs in materia ad formam, Leui. 175.c.3.F

Si vltima diſpoſitio maneat, non poteſt forma corrumpi, Mat. to.6 92.c.1.A

Si forma aliqua corrumpatur, non manebunt in materia diſpoſitiones propriæ illius formæ, Mat. to.6. 92.c.1.B

Diſpoſitiones vltimatæ in corpore animalis ſunt duę ſcilicet, humidum radicale, & calidum naturale, in quibus duobus fundatur vita animalis, quæ magis reperiũtur in ſanguine, quam in aliquo alio humore, Leuit. 175.c.4.K

Nulla diſpoſitio media requiritur in patiente reſpectu Dei, 2. Paralip. 10.c.4.G

Diſpoſitio in naturalibus reducitur ad genus formę ad quam diſponit, Mat. to. 1 176.c.4.H

Omnes diſpoſitiones materiæ pertinent ad quantitatem & qualitatem, Mat. to. 6 91.c.3.F

Diſſerere. Significat ſapienter loqui, cõfirmare, & diſtinguere, Ioſ. 10.1. 9.c.4.F

Diſsipare. Dupliciter diſſipatur ſubſtantia domini, Mat. to. 6. 330.c.4.F

Diſtare. Diſtantia. Entia, quæ maxime diſtant, ſunt actus purus, & pura potẽtia, ideſt, Deus & materia prima, Mat. tomo 7 192.c.3.G

Quorum diſtantiam non percipimus, illa videntur nobis

nobis esse coniuncta. Deut. 20.c.2.D
In rebus distantibus non potest esse contactus. Matt. 216.c.4.H

Distributio. to.7. In distributione semper debet obseruari dignitas, & secũdum illam debet mensurari æqualitas geometrica. Nu. to.2. 80.c.3.G
Vbicunque in scriptura ponitur distributio pro partibus subiectiuis vel integralibus tenenda est tanq̃ distributio, nisi ex aliquo loco scripturæ conuincatur non posse intelligi distributiue vniuersaliter, vel ex ratione conuincatur. Iosue to.2. 71.c.1.D

Diuersorium. Vnde dicatur. Gen. fo. 373. col.2.C

Diuersitas. Rerum est propter diuersas formas, & diuersæ formæ propter diuersas dispositiones, & diuersę dispositiones propter diuersas alterationes, diuersæ verò alterationes sunt à qualitatibus diuersis in specie, & in gradu actionis. Exo. to.1. 270.c.4.G

Diues. Omnis diues, aut iniustus aut iniusti hæres. Mat. to.3. fo.21.c.1.A. & to.5. f.141. c.2.C
Diuitibus licitum est cibos delicatos manducare, & grossos cibos pauperibus dare, 41. distin. cap. non cogantur. Matth. to.3. 101.c.1.C
Diues epulo quare volebat fratres suos saluari, Matt. to.7. 183.c.3.H
Rari diuites sequebantur Christum, pauperes tamen multi. Matth. to.4. 83.c.1.B
In Israel nemo erat ditior summo sacerdote, nisi rex. Matth. to.6. 208.c.2.A
Qui diuites sunt difficulter intrant in regnum Dei, primo quia vt non perdant, quæ habent, committunt quæcunque mala. Amant enim tam ardenter possessa, quòd etiam si aliena non ambiant, potius volunt quæcũque committere quàm diuitiis expoliari. Secundò, quia per illas impediuntur, ne tendant ad bonum. Matth. to.5. 141.c.2.E
Difficilius est diuiti ascẽdere ad perfectionem, quàm pauperi. Matth. to.5. 141.c.4.K
Diuites non sunt honorandi propter diuitias, quia est peccatum, sunt tamen multa alia propter quæ possunt honorari, quæ referuntur. Matth. to.6. fol.29. col.4.H
Quis sit corporaliter diues. Matth. to.5. 43.c.2.A
Diuitem honorare propter diuitias peccatum est. Matth. to.6. 29.c.4.H
Præferre diuites pauperibus in sessione: Augustinus vult non esse peccatum, vel saltem ponitur sub dubio. Matth. to.6. 31.c.2.B
Sed dicendum quòd contingit aliquando esse peccatum mortale & esse acceptionem personarum, & aliquando non, Mat. to.6. 31.c.3.F
Duæ sunt conditiones diuitum, quidam in pecunijs sperant, in eis finem imponentes: alij qui non sic, sed vtuntur eis. Matth. to.5. 142.c.3.K
Diuites difficile effugiunt decipulas diaboli. Matth. to.5. 142.c.4.I

Diuitiæ. Non satiant mentem cupientem. Ge. 32.c.1.E
Contra desiderium diuitiarum non est difficile pugnare, si mortem ad memoriam reuocemus, sic reuocauit beatus Ioannes quosdam discipulos suos ad se. Gen. 33.c.1.A
Diuitiæ non sunt simpliciter bonæ. Gen. folio 332. col.3.K
Diuitiæ, secundum se non sunt malæ, sed per accidẽs. 2. Paralip. 134.c.3.I
Diuitiarum vsus debet esse ordinatus ad subueniẽdũ necessitatibus huius vitę, & ordo iste debet attendi quantum ad duo, s. ex parte eorum, quibus subuenitur, & ex parte necessitats, pro qua subuenitur. Matth. to.3. 18.c.2.C
Diuitiæ quare dicantur iniquæ. Matth. to.3. fol.21. col.1.E
In diuitijs necessitas vtendi debet esse mensura. Mat. to.3. 74.c.1.C
Diuitiæ suffocant verbum Dei. Matth. to.3. fol.239. col.2.A. & to.4 fol.50.c.2.A
Diuitiæ quare Matth. 13. dicantur fallaciæ. Matt. to.4. 50.c.2.B
Diuitiæ cupiditatem immittũt, & qui possident multa, magno tenentur ardore possessorum. Matth. to.5. 140.c.3.H
Diuitiæ ad hunc finem ordinantur, scilicet vt inopes sustententur. Matth. to.5. 138.c.1.A
Diuitias penitus contemnere est contra honorẽ Dei. Matth. to.5. 138.c.1.B
In amore diuitiarũ est triplex modus, vnus est, quòd amentur secundum conditionem suam, s. quatenus sunt vtiles, & tunc talis amor nec est peccatum mortale, nec veniale. Secundus q̃ amentur vt vtiles, ardentius tamen quam oportet, quasi faciendo ipsum quod vtile est, esse bonum delectabile, non tamen constituendo ipsum vt finem, neque præponendo amori diuino, & tunc erit peccatum venale. Tertius est quando toto animo ferimur in diuitias velut in finem, præponẽdo ipsas diuino amori, ita vt potius vellet offendere Deum, quàm carere illis &c. & tunc est peccatum mortale, quia est frui vtendis. Matth. to.5. 140.c.4.H
Diuitiæ possessæ ardentius amantur, quàm non possessæ cupiantur. Matth. to.5. 141.c.1.B
Diuitiæ sitim augent. Matth. to.5. 141.c.3.F
Diuitias non possidere turius est, quam possidere: quia non possidere, non ingerit difficultatem aliquam ad vitam æternam: possidere verò sic. Mat. to.5. 141.c.4.F
Diuitias habens & non amans illas, nullum periculũ ei est. Matth. to.5. 141.c.4.G
Confidentes in diuitijs sunt in peccato mortali. Mat. to.5. 143.c.1.D
Ad diuitias abijciendũ pro Christo tenetur quilibet ex præcepto habere animum paratum, si expediat. Matth. to.5. 167.c.1.C
Diuitiæ, & res possessæ tripliciter possunt relinqui, vel deseri; vno modo sic, vt parum amẽtur: secundo modo quantum ad præparationem animi, &c. tertio modo, quando venduntur, & dantur pauperibus, vt sine curis sæculi dominus illarum sequatur Christum. Primi duo modi regulariter attinẽt ad præceptum, licet aliquomodo attinere possint ad consilium. Tertio modo solum ad cõsiliũ, &c. Matth. to.5. 166.c.4.K

Diuidere. De quo Gen.1. Et diuisit lucem a tenebris non attribuitur Deo sed luci, quia lux distinguitur a tenebris: cum tenebra sit priuatio lucis, & est sensus q̃ lux creata diuisit inter lucem & tenebras ideſt inter diem & noctẽ: quia motu illius nubeculæ distinguebatur dies a nocte. Gen. 5.c.2.E

Diuisio. Diuisor. Ad diuisionem terræ Chanaan, quare fuerit vn⁹ distributor assignatus de qualibet tribu, vel index ad distribuendum. Nu. to.2 f.187.c.4.K. Sed quare nullus de Leuitis fuerit assignatus, vide ibid. Et quare dominus assignauerit diuisores cum terra esse diuidenda per sortes, vide ibidem.
Nec isti diuisores fuerunt illi, qui lustrauerunt terram

Chanaan, ad distribuendum eam in volumine, vt postea ponerentur sortes, de quibus Iosue 18. Nu. to.2.fol.188.c,3.F. Nec etiam isti diuisores fuerunt principes tribuum,ibid.

Diuinatio. Quare in dormiẽtibus fiant, quædam somnia ad diuinationẽ pertinentia. Mat.to.7. 194.c.2.B

Diuinum. De diuinis melius est concedere pronomina in plurali, quam nomina,vt probatur in De Beata Trini. 4.c.1.C

Diuina debent ordinatissime ordinari. Matth.tom.3. 237.c.4.G

Si vni diuinæ personæ addatur dictio exclusiua respectu termini essentialis, non excludit reliquas,secus tamen si termini notionalis. Matt.to.3.f.289.c.1.A

Diuortium. Per diuortium, qui erant coniuges, desinunt esse coniuges secundum leges. Gen. 235.c.1.E

Diuortium causabatur in lege veteri, aliquando sine libello repudij. Ex quo sequitur ꝙ matrimonium in vete. non erat ratum sicut nũc, vt patet extra de diuor. in c.gaudemus.Exo.to.1. 207.c.4.F

Diuortium, quo ad thorũ, solum fuit ꝓp duo crimina.s.propter fornicationem : & propter errorem circa fidem.1.Reg.to.1. 121.c.3.I

Et non propter quodcũque aliud peccatum, vt patet extra de diuortiis.c.quæsiuit. de fornicatione patet Matt.19. cùm dicitur excepta causa fornicationis. De errore circa fidem,patet 1.Corin.7. vbi dicitur, si infidelis discedit,discedat,& hoc siue errans in fide nitatur alium coniugem inducere in errorem siue non.1.Reg.to.1. 121.c.3.K

Diuortiũ de rigore iuris, deberet fieri inter eos, quorum alter alterum inducit ad peccãdum, & tamen de quadam iuris æquitate reductum est ad solum errorem in fide.1.Reg.to.1. 122.c.2.A

Diuortium fit inter eos coniuges, quorum alter in mortem alteri⁹ machinatur, extra de diuortiis. c.si qua mulier 1.Reg.to.1. 122.c.2.B

Diuortium fidelium ab infidelibus, tẽpore Apostoli, & in primitiua ecclesia, erat prohibitum sub præcepto, sed nunc non, vt probatur super 1. Reg. to.1. fol.126.c.2.E.Sed cùm esset tũc sub præcepto, Apostolus tamen dixit; Ego dico,non dominus; ostendens illud esse consiliũ, propter multa. 1.Reg.to.1, 126.c.4.F

Ista nomina diuortium, repudium, aliter accipiuntur secundum leges humanas, & aliter secũdum nos. Nam secundum leges humanas tam diuortium, q̃ repudium dicunt plenam separationem & dissolutionem vinculi, sed ista est differẽtia, quia repudiũ accipitur inter sponsos,nondum consummato matrimonio, diuortium verò inter coniuges post consummationẽ matrimonij, & tamen promiscuè accipiunt, & interdum vnum pro alio ponitur, vt patet ff. de verb.signi.l.interdum. §.diuortium. Et ita dicit glo.in ff.de diuortijs, & repudijs. Matth.to.5. 103,c.1.C

Diuortium tamen nõ sic sumitur à nobis, sed pro separatione coniugum, quantum ad thorum, & cohabitationem; ita tamen, quòd inter eos integrũ maneat vinculum matrimonij; & hoc modo concedimus fieri diuortium in Ecclesia inter cõiuges; nunquam tamen repudium. Matth. to.5. fol.103. col 1.E

Diuortium dicitur à diuertendo, ideſt recedẽdo,quia vnus coniugum ab alio discedit, vel dicitur diuortium à diuersitate mentium, &c. Et repudium dicitur,quasi repullium quia repellitur coniux. Mat. to.5. 103.c.1.E

Diuortij causa est fornicatio, Mat.to.5 103.c.2.C. Et excipiuntur septem casus,de quibus, vide ibidẽ

Dimittens per diuortiũ vxorem fornicantem,in foro conscientiæ potest peccare, & potest non peccare Mat.tomo 5 104.c.1.C

Diuortiũ est introductum in fauorem eius, qui caste viuit, si vult absolui a debito eius, qui fornicatur, Mat.tomo 5 104.c.1.E

Diuortium nõ cõceditur pro peccato simpliciter,sed pro peccato commisso contra matrimoniũ: & in fauorem coniugis caste viuentis, & in odium alterius agentis contra matrimoniũ, & cõtra coniugẽ Mat.tomo 5 104.c.2.B

Diuortiũ potest fieri per sodomiã,vel per bestialitatẽ, vel mollitiẽ, quia fornicationis nomine omnis illicitus cõcubitus, & indebitus mẽbrorũ vsus continetur,vt habetur 32 quæst.4 cap. meretrices. Similiter,& per sodomiã passiuã, quamuis multũ interſit inter sodomiam actiuam, & passiuam,Mat. tomo 5 104.c.3.F

Diuortiũ fieri nõ potest per solũ desideriũ fornicãdi, etiã deliberatũ, Mat.tomo 5 104.c.3.K

Diuortiũ quid sit,Mat,tomo 5 105.c.1.A

Diuortiũ fit per fornicationẽ spiritualẽ proprie, quæ est hæresis, extra de diuortijs ca.quæsiuit. Et idem innuit in cap.quanto.Sed dicendũ, ꝙ per hæresim non fit diuortiũ inquãtũ hæresis est fornicatio spiritualis, sed qa cohabitatio est in magnũ p̃iudiciũ rectè credentis, s. cum nititur peruertere vxorem, alias non; sim le patet quantũ ad cohabitationẽ in fideliũ,& fidelium conuersorum ad fidem, quãdo fit cũ contumelia creatoris, Mat.to.5 106.c.2.A

Diuortium nõ fit propter hæresim, eo ꝙ sit fornicatio spiritualis,sed inquãtũ solicitat fidelẽ ad errorẽ, Mat.tomo 5 105.c.3.F

Nec tunc debet dici diuortiũ, sed separatio ad defensionem cõiugis fidelis, sicut qñ timetur mors, aut inferri vulnus vni coniugũ ab altero; quia tunc est dare tutelã necessariã, & non diuortiũ facere, sed non põt aliter fieri securitas, nisi per separationẽ, & ideo fit diuortiũ per accidens: Christus aũt locutus est de diuortio directe facto in pœnam criminis ibidem

Nec tenetur facere diuortiũ,si semel tantũ suasit,sed si sæpius: in fornicatione tñ carnali semel tantum sufficit ad diuortium, Mat.to 5 106.c.2.B

Diuortium potest fieri per vitio cõtra naturã, quodcunque illud sit 32. quæst.7.cap.omnes cautiones, & nomine fornicationis intelliguntur omnes illiciti coitus 32.q.4ca.meretrices. Mat.to.5.105.c.3.k

Vir non habens testes, ꝙ vxor sua sit fornicata, nõ potest eam dimittere tãquam fornicariam. Mat.to.5 106.c.1.A

Nõ tenet vir absolute dimittere vxorẽ fornicariã; qa dimittere fornicãtẽ est permissionis, & non pręcepti, vt dicit Glo.1.Corin.6. ꝙ Dominus permisit causa fornicationis dimittere vxorem, sed non tenemur ad permissiones, cũ non sint pręcepta, & fiant in fauorẽ nostrũ, Mat.to.5 105.c.4 K,&c.

Pro fornicatione carnali, ẽt semel tm̃ facta, põt alter cõiugũ petere diuortiũ, ꝓ spirituali vero nõ, nisi ꝓseueret, Mat.tomo 5 106.c.2.A

Diuortiũ ꝓprie dictũ nõ põt fieri nisi ꝓ iudiciũ ecclesię,& non propria autoritate, Mat.to.5 106.c.4.G

Dupliciter põt quis dimittere vxorẽ: vno mõ quantũ ad thorum solum: alio modo quantum ad thorum, & cohabitationem. Primum potest maritus agere statim absque iudicio Ecclesiæ,cũ constat sibi de fornicatione. Et non tenetur amplius reddere debitum petenti, nisi cõpelleretur per censuras

furas ecclesiasticas; & tunc si reddat obediendo ecclesiæ, nullum præiudicium sibi generatur. Secundo modo non potest dimitti sine iudicio Ecclesiæ, quod si secus fecerit, tenetur illam recipere, mandante Ecclesia, si illa petat restitutionem, etiam si opponat fornicationem, nisi offerat probationes in continenti paratas, sic colligitur in simili, extra de restitutione spoliato.cap.literas. Et si non paret mandatis excõmunicatur, vt patet extra de diuortiis.cap.significasti. Petit tamen ius restitutionis, si illa postea sit fornicata, & maritus interim non sit fornicatus.Matth.to.5. 106.c.4.H

Iura concedunt vxori diuortium contra virum, fornicantem probata fornicatione, sicut viro cõtra vxorẽ, extra de diuortijs.c.quæsiuit.Mat.to.5.108.c.2.B

Per diuortium æqualiter punit lex humana ecclesiastica adulterium viri sicut vxoris.Matth.to.5.f.109. col.4.K

Diuortium in lege Christi nõ propriè datur loco repudij, cùm non detur ex eisdem causis, nec eodem modo, nisi accipiatur sic ꝙ in lege Moysi permittebatur repudium, in lege autem Christi non permittitur nisi solum diuortium: & tunc dicẽdũ, ꝙ repudium permittebatur, nõ tanquam bonum & æquum, sed ad duritiem cordis virorum &c. Diuortium verò datur in lege Christi, tanquam bonum & æquum, & æqualiter datur, etiam si in adulterio magis peccet vxor, quàm vir, &c. Matt.to.5.f.100. col.1.A.Et datur similiter propter multa alia. ibid.

Post diuortium, elapso certo tempore, si vir vxorem non reconciliet sibi, includitur ad agendum pœnitentiam intra monasterium aliquod. Matth.to.5. 110.c.1.C

Facto diuortio, semper potest fieri reconciliatio, consentientibus ambobus, quandiu non mutauerint statum, idest quandiu non transierit alter illorum ad religionem, & fecerit professionem, nam alias etiam post ingressum religionis, si ambo cõsentiãt reconciliabuntur, & ratio est, quia sententia diuortij nõ fertur de necessitate iuris, sed ad petitionem partis; si verò ambo non consentiant, tunc aut petit reconciliationem, qui fornicatus est, & tunc nõ tenetur alius reconciliari; si verò, qui petiuit diuortium, petat reconciliationem, tenetur alter reconciliari, immo ipso inuito, Matth.to.5. 110.c.3.G

Diuortij sententia non transit in rem iudicatam statim, vt profertur, sed altero eorum profitente ordinem aliquem, petens diuortium potest transire ad religionem, nec alius poterit impedire intrantem, neque repetere ingressum, quia per fornicationẽ perdidit ius, quod habebat in eũ. extra de conuer. con.cap.veniens. Et si petens diuortium sit vir, poterit statim post sententiam diuortij promoueri ad sacros ordines, dum nihil obsistat: & vxor non poterit repetere eum, siue intrauerit monasterium, siue factus fuerit clericus sæcularis: extra de conuersione coniu.cap.constitutus. Et tamen illa manebit adhuc vxor eius, vt prius, & tenebitur continere, & si non faciat, adulteratur. Sed ille, contra quem lata est sententia diuortij, non potest intrare religionem nisi ex alterius licentia. Et ad hoc, ꝙ inter debet peti ab alio coniuge, vt eum reconciliet, & si non vult: tunc poterit intrare: extra de conuersio.coniu. cap.gaudemus. Et ingressam in monasterium ante professionem poterit vir eam sibi reconciliare, & illa tenebitur tunc exire à monasterio.Matth.to.5. 110.c.4.G

Per diuortium, qui fornicatus est: perdidit ius petendi debitum, alter vero non, neque cogitur discedere à fornicante, sed absoluitur à seruitute reddẽdi alteri debitum, quia prius tenebatur & poterit sine reuocatione sententiæ diuortij recõciliare sibi fornicantem, & tamen, si semel reconciliauerit, non poterit amplius repellere prætextu diuortij facti, quia illi renũciauit per reconciliationẽ, &c. Matth. to.5. 111.c.1.A

Post diuortium factum ab ecclesia ex petitione viri, si vir fuerit fornicatus, dicunt, ꝙ ex rigore iuris vir non cogetur redire ad vxorẽ; quia iam tenuit sententia diuortij, & tamen secundũ æquitatẽ iuris vir debet cogi à iudice, vt redeat ad vxorem, vt caueat periculum animæ suæ, & scandalo aliorum, & hoc facit iudex ex officio. Nam vxor non potest reconciliationem petere, facto semel diuortio contra eã. Matth.to.5. 111.c.1.C

Vir committens occultè fornicationem peccat si petat diuortium cõtra vxorem suam fornicariã, licet illa non possit probare adulterium viri, & si fuerit lata sententia diuortij, tenetur vir reconciliari sibi vxorem volentem.Matth.to.5. 111.c.2.B

Facto diuortio non licet alicui coniugum transire ad aliud matrimonium.1.Corin.7.his, inquit, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, & si discesserit manere innuptam, vel viro reconciliari, &c. Matt. to.5. 111.c.3.F

Circa diuortium differt fornicatio carnalis ab hæresi, quæ dicitur fornicatio spiritualis; quia pro carnali fornicatione, facto diuortio, nõ cogitur vnus coniugum redire ad alterum, i. ille qui non peccauit, non cogitur reconciliare sibi peccãtem, etiam iam emendatum. extrà, de conuer.coniu. c gaudemus. Sed in diuortio facto pro hæresi, tenetur ille, qui mansit in fide, recipere reuertentem iam emendatum, vel transire ad religionẽ. Et fit grauius diuortium in fornicatione; eo ꝙ si vir post fornicationẽ cognosceret vxorem, non potest promoueri, quia efficitur bigamus, & ita præiudicatur ei.34.dist.cap. si laici, sed hoc non contingit in spirituali fornicatione, cum per pœnitentiam purgetur, nec quia in carnali fornicatione anima & corpus polluatur, & in spirituali anima sola, vt probatur. Matth. tom.5, 112.c.1.A

Nec quia per carnalem fornicationem delinquitur in corpore & anima, vt non placeat viro, & per spiritualem non nisi in anima, sed quia fornicatio est, quæ magis scãdalizat coniuges, & quã minus possunt in alterutrum tolerare, & etiam est directius contra bona matrimonij, quã alia peccata, & ideo pro hac fit grauius diuortiũ. Mat.to.5.fo.112.c.1.E

Circa diuortium refertur error impositus Ambrosio a falsatoribus scripturarum eius in epistolã ad Corinth.Matth.to.5. 112.c.2.C

Facto diuortio, si ille, propter quem lata est sententia diuortij intret monasterium, & faciat professionẽ, & ille, contra quem lata est, probet ꝙ decepta fuit ecclesia per falsos testes, reducetur ad coniugalem statum ille, qui ingressus est religionẽ, vt colligitur extra de conuer.coniug.c.quidã intrauit, & cap. veniens, &c. Matth.to.5. 112.c.4.H

Diuortium in nouo testamento nõ datur ex eisdem causis, & eisdem personis, quibus dabatur repudiũ in lege Moysi.Matth.to.5. 113.c.1.A

Quare facto diuortio non transeatur ad aliud matrimoniũ, vide ex rõne Hieronymi. Ma.to.5.113.c.1.E

Docere. Docendi officium in veteri lege non solum pertinebat ad sacerdotes, sed etiã a Leuitas & laicos. 2.Paral. 119.c.1.B

Docentibus sacram scripturã debetur aureola. Matt. to.4. 46.c.2.A

Docens habet se aliqualiter ad discentem, sicut se habet intellectus agens ad intelligere, &c. Matt. to. 6. 185. c. 1. A

Docens nō agit intrinsecè pertingendo ad animam, sed extrinsece reddendo ipsa obiecta intelligibiliora, &c. Matt. to. 7. 198. c. 2. A

Dubitatio in docēte est valde nociua, sed non in addiscente. Matt. to. 4. 101. c. 2. A

Ad Christum nulli conueniebant, quin docerentur. Matth. to. 5. 76. c. 4. F

Nullus potest docere exterius, nisi Deus interius doceat. Matth. to. 5. 147. c. 2. A

Inter docere Dei & docere hominis quid intersit, vide super Matth. to. 6. 184. c. 4. I

Docens non pertingit ad intellectum. Matth. tom. 7. 203. c. 1. B

Doctor. Assimiliatur monstranti viam. Gene. 15. c. 1. B

Triplex est modus doctorum circa moralia, quidam sunt, qui male viuunt, & male docēt circa legem; aliqui, qui bene viuunt, & bene docent; aliqui, qui bene docent, & male viuūt, de his tribus habetur. Matth. 5. cum dicitur; Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, &c. Matth. to. 2. 8. c. 2. E

Status doctorum & pastorum non deficient in ecclesia vsque ad finem sæculi. Matth. to. 5. 174. c. 1. E

Doctoribus debetur aureola. Matth. tomo 4. fol. 46. col. 3. F

Doctorib⁹ debetur duplus honor. Matt. to. 6. 30. c. 4. H

Sanctorum doctorum dicta, vt Hieronymi, Augustini, quæ textui sacræ scripturæ videntur dissona, repudianda sunt. Et si reuerentiam tantorum doctorum seruare volumus, possumus fateri nos illa non intelligere, potius quam illa redarguere. Exo. to. 1. 141. c. 1. B

De peccato, quòd maxime à Doctoribus cōmittitur, vide super Matth. to. 6. 190. c. 2. B

Omnis bonus prælatus est doctor. Matth. to. 6. f. 329. col. 1. D

Modus loquendi doctorum ecclesiæ est loqui interrogatiue, ad infirmandum id, quòd volunt. 1. Reg. to. 2. 43. c. 4. G

Doctoribus nihil magis auctoritatis tribuendum est quàm inquantum ratione vel auctoritate possunt aliquid melius probare, quàm alij, non tamen credendum est aliquid sic esse, quia ipsi dixerunt, vt patet 9. dist. in cap. ego solis, &c. 2. Reg. 48. c. 3. G

Doctoribus duplex præmium assignat Paulus. Matt. to. 4. 47. c. 4. F

Libros doctorum, etiam sanctorum, nō sic approbat Gelasius Papa, in cap. sancta Romana ecclesia. 15. dist. vt definiat, quòd omnia contenta in illis sic habeātur, ac si essent per ecclesiam determinata &c. Defen. 41. c. 2. E

Et quando ecclesia approbat opera alicuius doctoris, non approbat omnia contenta in illis, nec asserit omnia illa esse vera, imo nec vnam propositionē. Et huius assignantur septem causæ, quæ referūtur. ibidem. Sed in approbatione eorum, quinque faciēt ecclesia, quę referuntur. ibidem. Nec licet nobis sentire contrarium dictis alicuius libri approbati arbitrio nostro, &c. Nisi ex parte nostra adducerem⁹ auctoritatem Bibliæ, vel rationem inequitabilem, secus tamen si esset dictum fidei, nam circa ea, quæ sunt fidei captiuandus est noster intellectus, &c. Defen. 44. c. 1. A

Doctrina. Quæ spectant ad hanc dictionem vide paulo inferius, cum hæc & alia per errorem ab auctore ordine perturbato sic posita sint.

Doctoratus. Gradus aut magisterij quomodo appetatur cum peccato. Matth. to. 6. 184. c. 1. A

Dominus. Nomen est potestatis & gubernationis. Exo. to. 1. 965. c. 2. A

Dominus seruo suo Hebræo non poterat dare vxorē de filiabus Chanaan propter duo, &c. Exo. tomo 1. 206. c. 4. H

Dominus nomen timoris est. Leuit. 177. c. 4. K

Nemo est dominus sui ipsius, neq; seipsum possidet sicut res possessas, quoniam non potest esse dominus etiam vnius membri sui, vt patet ff. ad l. Aquil. in l. liber homo, poterat tamen seipsum vendere secundum legem diuinam Exo 21. & 25. etiam secundum iura humana potest, quando. s. est maior 20 annis ad participandum precium, vt patet Insti. de iur. perso. Et ita poterit de se facere omnes contractus minores venditione, vel æquales, ita autem est de voto: quoniā cū aliquis vouet seipsum Deo non tantum obligatur, quantum si esset seruus venditus alicui homini, quare si alicui est potestas vendendi se homini a fortiori inerit sibi potestas vendendi se Deo, &c. Leuit. 323. c. 2. A

Nemo secundum legem est dominus suorum membrorum. Matth. to. 5. 120. c. 4. H

Inter dominum & iudicē hoc interest, quia dominus dicit illum, qui simpliciter habet potestatem, & qđ vult, hoc pōt etiam, si lege cautum non sit; iudex autem non habet aliquam libertatem ad mandandum, sed hoc solum potest, quod iura imperant, & tradita est illi potestas definiendi secundum ius, & ideo, qui subest iudici, non subest viro, sed iuri, qui verò domino subditus est, subditus est viro, &c. Iudi. 6. a

Si dominus imperat subdito euidenter bona: tenetur illi semper obedire. Si verò imperet euidenter mala, nūquam debet illi obedire, etiam si mortem infligere velit. Si verò imperet dubia debet domino obedire propter domini auctoritatem. 2. Regum. 166. c. 1. C

Deus, quanquam sit dominus omnium gētium, specialius est tamen dominus Hebræorum, quia aliæ gentes erant subditæ Deo secundum naturam debentes ei timorem & reuerentiam: Iudæi tamen vltra hoc, Deo voluntarie se subiecerunt facientes cum eo pactum vt acciperent legem eius, & specialiter obedirent ei. Exo. 19. Et ideo Iudæi quādo peccabant contra Deum in eodem genere delicti grauius peccabant, quam aliæ gentes, cum magis obligarentur Deo obedire. Leuit. 177. c. 4. H

Inter dominum & dominatorem, hoc interest, quòd dominus dicit dominium in habitu vel virtute, sed dominator dicit dominium in actu aliquid actualiter imperando, & Deus dicitur sic dominus & dominator. Exo. 34. qui etiam dicitur dominator in populi directione, & defensione, & dominus in legislatione, &c. Exo. to. 2. 166. c. 4. I

Dominium. De dominio hominis super animalia bruta. Ge. f. 9. c. 4. G & fo. 113. c. 1. C

Dominium hominis super animalib⁹ in habitu nō in exercitio. Gen. 113. c. 1. C

Dominium hominis super animalia bruta constituit dominus etiam post peccatum. Gen. 9. cū præcepit homini, ꝙ occideret de brutis, & comederet. Gen. 9. c. 4. I

Dominia rerum habuisse originem a principio mundi, aliqui dixerunt, ex illis verbis Ge. 3. in sudore vultus tui vesceris pane tuo, quia alias non diceretur pane tuo, sed isti falluntur credentes ex illo probari,

bari,vt oſtenditur,Geneſ. 22.c.4.F
Dominium hominis ſuper piſces,aues & reliqua animalia, eſt, quòd homo ſe cognoſcat maiorem, & ſuperiorem illis naturaliter,& cognoſcat ſuperioritatem,& poteſtatem ſibi a Deo traditam ſuper illa &c.Geneſ. 111.c.4.I
Dominium ſuper animalia bruta fuit duplex in homine, vnum, ſcilicet, verum & perfectum in ſtatu innocentiæ in actu,vel exercitio,& habiturus eſſet illud,ſi maneret in illo ſtatu, ſed hoc ablatũ eſt per peccatum,poſt quod habet homo præfatum dominium ſecundum habitum & imperfectum,Geneſ. 113.c.1.A
Dominium hominis ſuper mulierem, Geneſ.233. colum.1.E
Sub Dei dominio magis proprie ſunt mali, quam boni,&c.Exod.tom.1 30.c.2.B
Quandiu aliquis manet ſub dominio alterius, non licet ei manum erigere in dominum ſuum, etiam ſi ab illo iniuſte patiatur, niſi forte defendendo ſe a morte &c.1.Regum tomo 2 125.c.3.I
Dominiorum diſtinctio non eſt in caſu neceſſitatis, ſed tunc omnia ſunt communia &c.Iudi.219 c.1.C
Homines dominium habent aliquarum rerum,ſi fiat comparatio hominis ad hominem. Et ſi hominis ad Deum,homo eſt dominus,non tamen proprie, ſed large &c.1.Paralip. 338.c.2 C
Dominiorum diuiſionem quidam putant cauſatam eſſe ſolum ex iure poſitiuo,& quòd de iure naturali nihil ſit proprium, & ita videtur innui in decretis,cap. quo iure diſt.8. ſed dicendum, quòd etiam eſt ex iure naturali, ad iſtum ſenſum, quòd dominia rerum erãt tempore, quo nulla lex erat niſi lex naturæ,vt patet in Cain,& Abel,& modus introducendi dominium fuit per rei ſolam occupationem verum eſt tamen, quod de iure humano inuenti ſunt plures modi titulorum ad cauſandum dominium &c. origo tamen dominij nõ fuit ex iure poſitiuo, ſed in lege naturæ fuit, & habuit ortum ex Dei permiſſione &c.1.Paralip.338.c.2.C,& illa propoſitio, omnia ſunt communia de iure naturæ, debet intelligi negatiue, & non poſitiue, &c.1. Paralipomenon 338.c.3.F

Domus. Alicuius ſolent appellari congregationes multorum deſcendentium ab illo Geneſ.389.c.2. D,& Exod.to.1.2.c.4.F,& 51.c.2.D Et œconomica communicatio ſolet proprius appellari domus,1. Poli.ibid.

De domibus, quas dominus ædificauit obſtetricibus, Exod.1.Exod. 6.c.3.G
Apud Hebræos, ſi domum exiſtentem intra vrbem muratam quis venderet, & intra annum non redimeret,emptor illius manebat dominus eius in perpetuum,nec in anno Iubilei reuertebatur ad venditorem,ſecus tamen de domibus,quæ erant in locis non muratis, vel quæ eſſent in agro, Leuiti. 299.c. 3.F, Et domus Leuitarum erant exceptæ ab iſta lege &c.Leuit. 300.c.2.A
Domos,quæ erant intra vrbes, poterãt habere in poſſeſſionem perpetuam conuerſi ex Gentilitate ad Iudaiſmum, nam poterant emere a Iudæis,& vendere,Leuit. 299.c.4.F
Domus dupliciter accipitur, vno modo pro œconomia,ideſt, pro congregatione viri, & vxoris, & bouis aratoris,vel ex patre,filijs, viro,vxore, domino, & ſeruis &c. Alio modo pro quadam congregatione multorum,quæ ſpecialior eſt quam familia, &c.Num.tom.1 4.c.3.K
Domus ſex modis accipitur, Deuteronom. 54. colum.4.I
Domus multipliciter accipitur in ſacra ſcriptura &c. Ioſue tom.1. 49.c.1.A,Mat.tomo6 191.c.1.B
Per domum patris in ſacris literis ſignificatur tota congregatio omnium deſcendentium ab aliquo ſuperiore, adhuc ſuperſtite. Ioſue tomo 1. 51.colum.2.E
Domus, vt dicit vnitatem œconomię, habet ſex terminos,ſcilicet, virum & vxorem, patrem & filium dominum & ſeruum.1. Politi. Ioſue tomo2. 51. colum.3.F
In domibus maiorum conſueuerunt diſponi loca pro omnibus quatuor temporibus anni, & potiſſime hibernalia & æſtiua,Iudi. 32.c.1.E
Domus in ſacris literis, eſt nomen cognationis, & eſt minor cognatio quam familia,& quam tribus, & interdum capitur pro tota tribu, & interdũ pro omnibus tribubus,1.Paralip. 84.c.4.F
Domus dicitur eſſe in omnibus progeniebus, in quibus eſt ius primogenituræ,1.Paralipomenon 198. colum.4.F
Domus, & familia in quo differant, Exod. tom.1 72.c.4.I
De more Arabum in ædificandis domibus,2.Paralip. 231.c.3.F
Domorum tecta in Paleſtina ſunt plana, & æqualia, & non acuta,Mat.tom.3 288.c.1.C
Domus ſaltus libani, quam ædificauit Salomon, deſcribitur,3.Regum 60. col.1.C,Similiter & domus alia regis,& alia,quam ædificauit Reginæ vxori ſuę filiæ Pharaonis regis Aegypti,ibidem 60.c.2.D
Domus ſaltus libani, quam ædificauit Salomon, erat in Ieruſalem,ſed dicebatur ſic,quia conſita erat arboribus, & viridarijs mirabilis recreationis &c. vel quia tota facta erat de cedris libani &c.3. Regũ 61.c.1.A,2.Paralip. 114.c.3.K
Domus conſilij,apud Hebræos, erant ſeptuaginta ſeniores,1.Paralip. 77.c.2.D
Repugnat bonis moribus, quòd aliquis intret in domum ignotam,prius quam quid clamet,Exo.to.2. 69.col.2.A
Domus Dei eſt cor iuſti.Mat.tomo 5 270.c.1.D
Domus magna multa indiget ſolicitudine, vt gubernetur Mat.tom.6 325.c.4.F
Domus ad duo eſt neceſſaria,ſcilicet,ad defenſionem a nociuis,ſiue ex parte tẽporis,ideſt, frigoris, & caloris,& pluuiarum,& ventorum,vel hominum,ſecundum eſt ad operiendum turpitudinem, & ea, quæ nollet homo alijs manifeſtari &c. Mat. tom.7 110 c.4.K

Doctrina. In doctrina inueniuntur duo, &c. Mat.tom.5 21.c.4.K
Doctrina ſalutis eſt doctrina fidei, Matth. tomo7. 78.c.1.E
Duo ſunt,quæ doctrinam faciunt admirabilem. Primum eſt ætas tenera. Secundum ſi ille,qui docet, literas non didicit, & prius erat Idiota, & iſta duo erant in Chriſto &c.Geneſ. 10.c.2.B
Doctrina,quæ ad vitã dirigit,nulli peccatori denegan-da eſt,Mat.tom.4 53.c.3.K
Doctrina Chriſti in magno rigore introducta eſt per orbem,Mat.tomo 3 251.c.4.H
Quid proprie dicatur doctrina, Matth. tomo6. 187. colum.1.A
Inter doctrinam, & mandata quid interſit, Mat. to.4 129.c.3.F
Doctrina mala quare dicatur fermentum, Mat.to.4 158.c.2.D
De doctrina mala Phariſæorum, & Sadducęorum, Matth.tomo 4 158.c.4.G
Omnis doctrina a Chriſto data manet in æternum, Matth.

Matth.tomo 5 130.c.1.B
In doctrina duo considerantur, scilicet, res, quæ docetur, ideſt, concluſio vel regula doctrinæ, & ipſe actus docendi: Primum pertinet proprie ad veritatem doctrinæ, & illud eſt de neceſſitate ſalutis, ſcilicet, vt nihil contrarium illi doctrinæ prædicetur, aut doceatur, ſed illud, quod continet illa doctrina ſecundum congruentiam locorum, & temporum, & perſonarum proponat, vel prędicet ille, cui officium docendi competit, propter nullum ſcandalum, vel periculum aliquod debet quis contra veritatem doctrinæ illius docere. actus vero docendi non competit per ſe veritati doctrinæ, ſed pertinet ad veritatem vitæ, cum cōputetur inter actus eleemoſynæ, vel miſericordiæ ſpiritualis, & ſicut illi actus, interdum dimittuntur propter ſcandalum, ita & actus docendi, Mat.tom.5 23.c.1.C
Doctrina Chriſti erat manifeſte vera, Matth.tomo 5 252.c.2.C
Doctrina moralis eſt infinita, quia nunquam aliquis peruenit ad finem eius, nec etiam peruenire poteſt 1.Paralip. 5.B
Aliqua doctrina dupliciter dicitur doctrina regni celorum &c. Mat.tom.6 279.c.4.K
Doctrina legis Moyſi ad tria ordinabatur, Primo ad cognitionem Chriſti promiſſi &c. ſecundo ad ſalutis conſecutionem per impletionem mandatorum. Tertio ad vnius Dei cultum obſeruandū, Mat. tomo 7 188 c.3.K
Illud primi Poſteriorum, Omnis doctrina, & omnis diſciplina ex præexiſtenti fit cognitione, exponitur Parado. 93.c.1.B
Dodo. In Hebræo eſt nomen æquiuocum, interdum proprium, & interdum commune & vt eſt commune ſignificat patruum eius, Iudic. 126.c.4.k 1.Paralip. 126 c 4 K
Doeg. Vt creditur, fuit armiger Saulis, qui ſe interfecit, viſo Saule mortuo, 2. Regū 2. c.4. G
Sed filius iſtius Doeg, vt dicit Andreas, Nicolaus hiſtoria ſcholaſtica, & Glo. ordi. fuit ille iuuenis Amalechites, quem miſit pater eius cum diadema & armilla ad Dauid, putans quòd per hæc inueniret gratiam apud Dauid &c. 2 Regum 2.c.4.H
Dolere. Qui dolent, pro modico, faciunt propoſitiones vniuerſales, &c. vnde ſi paucū malum eis adſit, dicunt ſibi omnia mala adeſſe, & ſi pauca bona deficiant, dicunt omnia ſibi bona deficere, Geneſ. 374.c.1.A
Dæmon dolebit de omnibus malis, cum ſit cauſa omnium malorum, Mat.tomo 7 277.c.1.A
Quicunque videns offenſas Dei, non dolet de illis ſaltem in corde ſuo, peccat mortaliter, 4. Regum, 225.c.4.F
Dolor. Doloris magnitudo ex tribus conſideratur, Mat.tomo 7 222.c.4.k
Dolor non eſt niſi de malo, vel de his, quæ nobis nolentibus accidunt, ſiue bona, ſiue mala ſint, Iudic. 218.c.1.C
Dolor ſumitur dupliciter, Mat.tomo 5 34.c.3.K
Dolor parturientis cur vocetur a Chriſto preſſura, Geneſ. 227.c.2.B
Dolor vnde proueniat Gen. 144.c.1.D
Dolor de ſe mortem non cauſat Geneſ. 342.c 4.k
Omnis dolor, & pœna eſt ſecundum immutationem ſpiritualem, Mat.tomo 7 148.c.3.F
Dolor proprie nec eſt in Angelis, nec in dæmonibus, Mat.tomo 5 34.c.3.H
Dolor eſt ſenſus nocumenti, Matthæ. tomo 7. 148. c.2.E, & Geneſ. 343.c.1.A
Dolor non eſt læſio, ſed læſionis ſenſus, Mat.tomo 7. 240.col.3.K
Quia dolor eſt ſenſus, ſeu ſenſatio nocumēti, ibidem 149.c.1.E
Dolor ſequitur ex diuiſione continui, Paradox. 41. c. 3. k, Ecce virgo concipiet, 1.c.4.H
Dolores leuius patimur, ſi nobis quiſpiam compatiatur, Parad. 49.c 2.D
Dolent magis homines cum iniuſte patiuntur, Paradox. 35 c 4 G
Præ dolore antiqui lacerabant veſtes, 4. Regum 14. colum.2.A
Dolus. Nemo committit dolum in re ſua, Matt. tomo 6 218.c.3.F
Domare. Qui artem domandi equos primus inuenit, fuit Ixion centaurus, vt dicunt poetæ, & aliqui hiſtorici. Et ipſe cum ſuis vocati ſunt centauri, ideſt, homines mixti equis, quia cū homines infiderēt equis videbantur vnum animal mixtum ex homine & equo, Nume. tomo 2. 36. colum.4.F
Quomodo. liceat dicere, dominatio veſtra loquendo in tertia perſona, Geneſ. 381.c.2.A
Homines non vtuntur dominationibus, Matt.tom.6. 327.c.1.B
Dominator. Inter dominatorem, & dominū hoc intereſt, quia dominator ſignificat dominium in actu, & dominus in potentia, Exod.tomo 2 166.c.4.H
Dominica dies. Dominicę diei obſeruatio nō eſt de iure diuino, Matthæ. tomo 6. 209 colum.4.H
De dominica die, vide in dictione dies dominica.
Dominus. Sunt homines naturaliter domini, & alij naturaliter ſerui, 1. Poli. Geneſ. 144.c.2.E
Dominus occidens ſeruum, non erat legis reus, ſi nō moreretˉ in manibus eius, & ſuperuiueret vna die Exo.21.Gene. 233.c.3.G
Domino tenetur ſeruus, & ſubditus prælato, ſicut filius patri, 4. Regum 219 c.2.B
Chriſtus vulgariter vocabatur Dominus, & Magiſter Mat.tomo 5 216.c.4.G
Nec eius humilitati derogabat, quòd ſic vocaretur, ibidem 217.c.2.A
Deus vocabatur Dominus in veteri teſtamento, & in nouo vocatur pater, Mat.tomo 5 258.c.3.I
Domini ſubſtantia dupliciter diſſipatur, Mat.tomo 6. 330.c.4.F
De gaudio, & laude Domini in ſeruum, Mat.tomo 7 36.c.3.I
Chriſtus dupliciter eſt nobis Dominus, Matt.tomo 7 93.col.2.C
Dominus rei bonæ dupliciter gaudet, Matth.tomo 7 275.col.3.F
Populus gaudet mutare dominos, Matth. tomo 6. 296.c.1.E
Chriſtus eſt Eccleſiæ dominus, Matth.tomo 6. 326. colum.4.k
Domicilium. Ad conſtituendum domicilium requiritur animus permanendi Ruth. 235.c.1.D
Donari. Libentius donantur, quæ gratis dantur quam quæ ex debito, Matth. tomo 5. 177.c.2.D
Donatio. Simpliciter alicuius rei immobilis nō permittebatur apud Iudæos, cum in anno Iubilęi deberet redire ad illum, qui donauit, nam in donatione ſimpliciter, tranſit dominium in ęternum, & non ſolum non poterat fieri dona-
tio,

tio,ſed neque votum &c.Leuit. 299.c.1.D
Donatio eſt libera præſtatio ex nulla obligatione facta,licet aliqua poſſit eſſe donatio,& ſolutio reſpectu diuerſorum, vt declaratur exemplis,Nu.tom.1 20.c.4.G
Donationes reuocantur per magnam ingratitudinē, &c.2.Regum 101.c.1.B
Quod donatur alicui,manet apud donatarium,& trāſit in poteſtatem eius,4.Regum 233.c.3.I
Non omnis donatio ſpontanea transfert dominium, vt patet in ſimonia &c.Mat.tomo3 28.c.2.E
Inter donationem propter nuptias,& dotem quid interſit,Mat.tomo4 229.c 3.G
Donationem propter nuptias dant viri, &c.& dotem dant feminæ,vt patet extra de dote poſt diuortium reſtituenda per totum,Exo.to.1 235.c.1.C
Donatio propter nuptias, & dos pro eodem accipiuntur,vt patet extra de dote poſt diuortium reſtituēda,in cap.ſi neceſſe ſit &c.Exo.to.1 235.c.1.D

Donatum. Inter donatum, & commodatum quid interſit,Exo.to.1. 20.c.3 K

Donum. Innocentiæ conſeruatæ ex parte ſui maius eſt, quam pœnitentiæ donū, Mat. tomo 5 22.c.1.A
Inter donum & munus hoc intereſt, quòd munus eſt id, quod aliquis dat ſub coactione, quia ſ. ſic a lege conſtitutū eſt.Et donum dicitur id,quod mere gratuite datur,Exo.tomo 2 19 c 4.H
Donum recipere malum ſignum in muliere, Geneſ. 290.c.3.I

Donum Spiritus ſancti. Dona hominia Deo conceſſa ſunt memoranda,& confitenda,Mat.to.5. 7.c.3.G
Nemo eſt tam miſer, in quo non ſit aliquid donum Dei,Mat.tomo 5 7.c.4.F
Septem dona Spiritus ſancti ſignificantur per ſeptem proprietates columbæ. Mat tom.1 206.c 1.D
Dona, & virtutes non differunt ſpecie ex parte obiectorum,nec ſicut magis perfectum & minus perfectum, ſed ex modo, quia alius modus operandi eſt per virtutes,& alius per dona. p virtutes modo humano, & per dona modo diuino, Matth. tomo 2, 65.col.3.I
Nullum Dei donum,manens in nobis, conſtituit nos egentes diuino auxilio,Mat.to.5 157.c.1.B
Homines in ſtatu naturæ lapſæ recipiunt donum,per quod perſeuerare poſſunt in bono, Mat. tomo 5. 158.c.1.B
Omnia dona vocantur Spiritus ſanctus,Mat. tomo 6. 160.c.2.E
Primum donum datum hominibus eſt capacitas: nā cętera ſequūtur capacitatē, &c.Mat.to.7. 34.c.2.A
Solus Deus,qui bona tribuit, eſt menſurator eorum, Mat.tomo 7 36.c.3.G
Quomodo dona,& beatitudines inter ſe conueniant, Mat.tomo 2 68.c.1.A
Dona manent hic, & in patria, & ita habebit quodlibet donum duos actus, vnum hic,& alterum in patria, & cum beatitudines ſint actus donorum, in qualibet beatitudine ponuntur duo, quorum vnū pertinet ad præſentem vitam,& aliud ad futuram, & iſta duo ſolemus vocare meritum,& præmium. Nā in qualibet beatitudine id, quod vocatur beatitudo eſt meritum,& illud,quod vocatur præmium eſt actus,qui conuenit donis in patria, &c, Matth. tomo 2 68.c.2.B
Donorum actus ſunt beatitudo inchoata,Mat.tom.2 68.c.4.G
Dona computantur incipiendo a perfectioribus, beatitudines verò è contra,Mat.tom.2 68.c.4.k
Beatitudines ſunt ſeptē ſicut dona,Mat.to.2.68.c.4.K
De donorum ordine inter ſe,Mat.to.2 70.c.2.C
Dona Spiritus ſancti, beatitudines, & præmia quomodo ſe conſequuntur,Mat.tom.2 70.c.2.D
Dona, quæ dantur ſanctis in hac vita, non vocantur dotes,Mat.tomo 4 230.c.1.E
Quædam dona dat Deus ſimul cum eſſe hominis, & alia dat,poſtquam iam homo eſt,prima non dantur ſecundum menſuram,vel virtutem capacitatis &c. Mat.tomo 7 33.c.3.I
Dona vel bona ſpiritualia augentur dupliciter, vel in ſeipſis,vel in fructu inde proueniente &c.Mat.to.7 34.c 4.K

Donec. In illo Gene.28. Donec compleam vniuerſa,non includit aliquam affirmationem ſed capitur negatiue ſolum, id eſt quòd non dimitteret eum vſquequo compleret, omnia quę promiſerat ei: ſed non dicit, quòd poſtea dimitteret, vel non dimitteret eum. Sic etiam capitur Mat.1. cum dicitur, Ioſeph autem non cognouit coniugem ſuam donec peperit filium ſuum vnigenitum,&c.Geneſ. 311.c.4.K
Iſta dictio, donec, non ſemper taxat terminum, &c. Ioſue tomo 1. 32.c.2.D
Iſta dictio, donec, non ſignat actum ſequi, ſed quòd res non facta ſit, vt habetur extra de Regulis iuris ca.Ioſeph. Mat.tomo 6 163.c.4.H
Donec aduerbium, in contextu poſitum, non inducit actum fuiſſe cōſecutum, ſimiliter nec iſtud aduerbium vſque Parado. 3 c.1.E

Dormire. Non dormiebat Loth quando cognouit filias ſuas virgines, clauſtra earum rumpendo. Nam ipſe bene ſenſit carnem fœmineam apud ſe eſſe in lecto, & conuertens ſe ad mulierem cognouit eam carnaliter,quia tamen erat abſorptus ebrietate, nō conſiderauit vtrum eſſet vxor eius,vel non &c.virgo vel corrupta &c. qa vir vere dormiens fœminam virginem nullatenus cognoſcere pōt clauſtra rūpēdo &c. Gen 272.c.4.F
Adam dormiturus erat in Paradiſo, ſi diu ibi manſiſſet,ſicut & nos hic,&c.Geneſ. 140 c.4 G
Dormire interdum ſignificat mori,& interdum ſepeliri,Geneſ. 395 c.2.A
Dormire facit hominem ira moderata, 3. Regum 176.col.2.E
Homo dormiens videtur eſſe alius homo, vel alterius naturæ a vigilante,Mat.to.2 185.c.3.F
Dormientis ſtatus non vocatur vita abſolute, ſed dimidium vitæ, quaſi tunc non habeat dormiens totam perfectionem ſuam, ſic dicitur primo Ethic. Mat.tomo 4 238.c.3.G
Quòd dormientes, & manētes in ecſtaſi cognoſcant aliquando aliqua occulta,quæ non cognoſcunt vigilantes,ideo eſt,quia tunc anima percipere poteſt influxum aliquem cognitionis in animam noſtrā. Nam ſubſtantiæ ſeparatæ ſemper influunt, ſed non ſemper percipitur earum influxus in animam, ſed ſolum, cum eſt aliquomodo diſpoſita &c. Matth. tomo7. 191.c.3.K
Delectio,& loco, vbi Chriſtus communiter dormiebat,Mat.tom.5 238.c.4.H
Quomodo vox dormientem excitet, Matth. tomo 6. 78.col 1.A
Inter dormire,& dormitare quid interſit, Matt.to.7. 11.c.3.k
Dormientes,amentes,& penitus ebriæ,ſi corrumpantur,nulla voluntate præcedente,non perdunt virginitatem,Mat.tomo 7 17.c 3.K
Dormiendo impoſſibile eſt ſenſationem fieri Geneſ. 274.c.1.D

Nemo

Nemo dormiens fœminam cognoscit illam corrũpens, Mat.to.7.19.c.4 F, & Gen 272.c.3.H
Quare in dormientibus fiant quædam somnia ad diuinationem pertinentia, Mat.to.7. 194.c.2.B
Dormitare. Inter dormitare, & dormire quid interfit, Mat.to 7 17.c.3.K
Dos. Inter dotem, & donationem propter nuptias quid interfit, Mat.to 4 229.c.3.F
Dos dicitur illud, quod datur viro ab vxore sua, quando contrahunt matrimonium ad sustẽtanda onera matrimonij: & donatio propter nuptias dicitur, quod vir donat vxori, quando contrahunt matrimonium ad eandem causam, vt patet de do e post diuortium restituenda ca. nuper. in §. vlti. & ca. de donationibus ante nuptias l. 1. & vltima Gene. 337. col. 4 K
Aliquando vir dat dotem vxori, quod contingit, vel ex nimio amore, vel in pœnam, Mat. tomo 4. 229. col. 3. K
Dos capitur pro donatione propter nuptias Gen. 34. cum dicitur: Augere dotem. Potest etiam dici, ꝙ ibi capiatur dos proprie, scilicet quòd Sichem volebat dare Dinæ dotem, scilicet quòd non solum dare donationem propter nuptias, sed, & dotem, ita quòd Iacob nihil daret. Nam erat lex tempore Hebræorum, vt patet Exo. 22. & nunc est, vt patet extra de adulterijs, & stupro c. 1. Quòd si quis seducens puellam dormiret cum ea, debebat dotare eã, idest dare ei dotem, quam ipsa, & pater daturus erat, & accipere eam in vxorem, & si pater eius dare noluisset, dabat corruptor eius dotem puellæ, secundum quòd accipere consueuerant virgines, & poterat tunc esse lex iuxta, &c. Gene. 338.c.1.A
Dos assignatur sponsę, quando traducitur in domum viri, Mat. tomo 4 230 c.1.E
Dotem dant fœminæ, vt patet extra de dote post diuortium restituenda per totum, sed donationem propter nuptias dant viri, vt ff. soluto matri. quemadmodum dos petatur per totum Exod. to.1 235. col.1.C.
Dos, & donatio propter nuptias pro eodem accipiũtur, vt patet extra de dote post diuortium restituẽda, in ca. si necesse sit, &c. Exo. to.1 235 c.1.D
Dos semper redit ad fœminam, soluto matrimonio, Mat. tomo 2 158.c.3.H
Vsusfructus dotis pertinet ad virum de iure, vt sustentet onera matrimonij, &c. Mat.to.3 34.c.2.C
De dote subtilitatis quid sit Mat.to 4 248.c 2.E
Omnes dotes corporis glorificati habuit Christus adhuc viuens in corpore passibili. Et intelligẽdum est, quòd habuit illas virtualiter vel potentialiter sed non realiter Mat.to.4 208.c 2.C
Et vsus est dote impassibilitatis, cum corpus suũ discipulis tradidit, Mat. to.4 207.c.1.A
Omnes dotes corporis glorioſi præter claritatem nõ possunt dici figuræ, Mat.to.4 207.c.3.H
Christi corpus non habebat dotes, licet anima eius esset glorificata, nec anima eius poterat deriuare quasi naturaliter dotes in corpus, sicut deriuatur gloria beatorum in corpus, & assignatur ratio differentiæ Mat, tomo 4 208.c.4.F.& seq.
Dos claritatis non potest dari viuentibus, Mat.tom.4 206.col.2.E
Dos secundum propriam rationem, reperitur in matrimonio carnali, dona tamen quædam, quæ beatis dabuntur, dicuntur dotes a doctoribus, & dos definitur sic, Dos est perpetuus ornatus animæ, & corporis vitæ sufficiens in æterna beatitudine perseuerans. Et hæc diffinitio assumitur ad similitudinem dotis in matrimonio carnali &c. Matth. tomo 4. 229.c.2.C
Dos datur beatis a patre sponsæ, & non a patre sponsi, & ideo ibi seruatur ratio dotis, Mat.to.4. 229.c.4.F
Et accipiendo totam Trinitatem pro sponso, & ecclesiam pro sponsa, tunc sponsus non habet patrem, & ipsemet sponsus est, qui dat dotem sponsę, quam simul in sponsam, & in filiam habet, & tamen dat hic sponsus dotem ex nimio amore ad sponsam, &c. Mat. tomo 4. 229.c.4.H
Quare non dantur dotes sanctis in hac vita, Mat to.4. 230.c.1.E
In Christo sunt dotes excellentius, quam in hominibus alijs. Mat. tomo 4 231.c.1.B
Duplices sunt dotes in homine, Mat.to 4 231 c.3.G
Tres dotes respondent tribus virtutibus Theologicis Mat.to.4 232.c.2.E
Dotes in matrimonio carnali sunt ad sustentandum onera matrimonij, dotes tamẽ in matrimonio spirituali pertinent tam ad corpus quam ad animam, & in isto dos semp est interior, in carnali vero matrimonio dotes solum pertinent ad res corporales & in matrimonio corporali dos est extra hominẽ, &c. Mat. tom.4 230.c.1.B
Dos quid sit, Mat. tomo 4 229.c.2.C
Dos, & beatitudo realiter differunt, est tamen aliquid præcedens beatitudinem, & ornatum ad eam Mat. tomo 4. 229 c.2.E
Non est dos in vnione, qua vnitur natura humana ad diuinam, Mat. tomo 4 230 c.4.K
Dote subtilitatis vsus est Christus quãdo exiuit clausum virginale, & quando intrauit ad discipulos ianuis clausis, Mat. tomo 4 108.c.3.F, & 117.c.3.H
Claritas est magna corporis perfectio, Matth. tomo 4. 234.c.3.H
Duplices sunt dotes in homine, scilicet, dotes animæ & dotes corporis, dotes animæ, quæ sunt visio, & fruitio, materialiter reperiuntur in Angelis, non tamen dotes formaliter, quia prædictæ perfectiones nõ habent in Angelis rationem dotis, & hoc, quia ratio sponsæ nõ conuenit Angelis ita proprie sicut hominibus, quia inter sponsum, & sponsam requiritur naturæ conformitas, &c. Matth. tomo 4. 231. colum. 3 G
Dotes corporis glorificati sequitur claritas, Mat. to.4 234.c.3 G
Ponendo dotes in anima omnes doctores conformant, quòd sunt tres, scilicet visio, delectatio, fruitio, vel secundum alios, visio, fruitio, comprehensio, sed in idem redit, Mat. tomo 4 232 c.1 E
Alij assignant tres dotes animæ, penes tres vires eius, sed hæc opinio improbatur, ibid. 232.c.2.E
Dotes animæ dicunt immediatas dispositiones beatitudinis, vt per eas efficiatur homo capax illius Mat. tom. 4 232.c.3.G
Dotes animæ sunt quædam dispositiones habitualiter immanentes, perficientes immediate animam ad operationem beatitudinis, & præcedẽtes ipsam beatitudinem, tanquam dispositiones immediatæ, Mat. tomo 4 232.c.4.k
Quòd sint dandę dotes corporis, sicut & dotes animę Mat. tomo 4 233.c.2.E
Et sunt quatuor dotes corporis scilicet, claritas, subtilitas, agilitas, & impassibilitas, & ponũtur esse quatuor dimissis opinionibus, quia faciunt vt corpus sit plene subditum animæ, quod consistit in duobus. Primo quod eam non impediat in operatione sua retardando, aut distrahendo. Secundo, quòd ei coaptetur ad operationes, quas per ipsum vult exercere, Quantum ad primum est dos impassibilitatis. Quantum ad secundum sunt duæ, scilicet dotes

tes agilitatis. Quarta dos, scilicet claritas ponitur dupliciter, vno modo vt consequens ad has, &c. Alio modo non tanquam consequens, sed tanquam per se necessaria ad gloriam corporis. Quare quatuor sunt dotes corporis, & non plures &c? quia per istas sufficienter corpus subditur animæ, & liberatur ab omnibus imperfectionibus, quæ repugnant beatitudini. Et perficitur omnibus bonis, quæ ad naturam corporalem pertinere possunt, Mat tomo 4 234 c 2. E

Dos subtilitatis erit in corporibus beatorum iuxta illud 1. Cor. 15. seminatur corpus animale, surget corpus spirituale, Mat. tom. 4 243. c. 3. E

Dotes animæ proximè eam disponunt, & sufficienter ad beatitudinem ipsam, Mat. tomo 4. 232. c. 4. K

De ratione dotis est, quòd præcedat tanquam dispositio ad beatitudinem, Mat. to. 4 233. c. 1. B

Quatuor dotes corporis glorioſi respondent quatuor virtutibus Cardinalibus, Mat. tomo 4 234 c. 1. B

Dotes corporis glorificati dabuntur electis in die iudicii, Mat. tomo 6 307. c. 4. I

Quare necesse sit ponere dotem impassibilitatis, Mat. tomo 7 148 c. 3. G

Corpora humana non sunt in potentia naturali ad dotes corporum glorificatorum, Matth. tomo 7. 228. col 3. F

Dotes corporis glorificati, quæ & quot sint, Mat. to. 7. 274. c. 3. F

In quatuor dotibus consistit gloria corporis, Mat. to. 7 94. col. 2. C

Per dotem subtilitatis non possunt duo corpora esse in eodem loco, & conceditur, quòd corpus gloriosum possit esse cum alio corpore in eodem loco, sed hoc non erit per dotem subtilitatis, sed solum per miraculum, Mat. tom. 4 245. c. 1 C

Dos subtilitatis secundum Scotum non est nisi ordo debitus ad existẽdum vnum corpus cum alio corpore, & est ordo extrinsecus, &c. Mat. tomo 4 248. col. 3. G

Ratio præcipua, quare dos subtilitatis ponatur in corpore glorioso, est vt sit plene subditum animæ ad omnes operationes, quas anima volet exercere per illud, Mat. tom. 4 249. c. 4. I

Per dotem agilitatis corpus subijcitur animæ, vt motori, vt expeditum, & habile sit ad obediendum ei in omnibus motibus, quos exercere vult per corpus, sicut per dotem subtilitatis subijcitur ei totaliter, in quantum est forma, ideſt, quantum ad omnes operationes, quarum forma secundum conditionem suæ speciei est principium in corpore, Mat. tom. 4 251. c. 3. k

Dos agilitatis non est ad mouendum organice &c. Mat. tom. 4 255 c. 1. B

Dos agilitatis quid sit, Matthæ. tomo 4. 255. colum 3. I

Dotes corporis beati pertinent etiam ad præmium essentiale, Mat. tom. 4 39. c. 4. H

Dotes corporis non sunt ipsa beatitudo, nec pars eius, sed sunt redundantia quædam in corpus ex plenitudine beatitudinis animæ, Matth. tomo 4. 47. c. 1. C

Quòd nonnunquam Christus vteretur dotibus, quomodo sit intelligendum, Mat. to. 4 108 c. 3. G

Dotes in corporibus beatorum resurgentiũ non sunt aliqua gloria data a Deo corporibus ipsorum, sed sunt quidam refluxus gloriæ animæ in corpus, &c. Mat. tom. 7 274. c. 3. F

Dotes corporis glorificati habuit Christus post mortem suam, non tamen ante mortem, vtebatur tamen eis, cum volebat, ante mortem suam, quia Deus erat, & habebat illas in potestate sua &c. Parad. 130. c. 1. C

Dōtare. Mulier nullam actionem habet in patrem, vt eam dotet, Mat. tomo 7. 55. colum. 1. E

Dothain. De quo Genes. 37. est quoddam territorium pascuale apud Sichem, Gene. 350. c. 2. B

Draco. Draconibus vescuntur Aethiopes, Gene. 48. c. 1. B

Dramma. Significat cantionem iuxta illud cantico, frequentate nobis dulcia cantica drammatis, Mat. tom. 4 274 c. 2. E

Dubitatio. Discipulorum necessaria fuit circa Christi resurrectionem, Mat. to. 6. 261 c. 1. D

Dubium. In rebus dubijs fauorabilius eligẽdum est. Iudic. 107. c. 3. I

In dubiorum discussione, quæ circa articulos fidei, aut alia pertinentia ad sacram scripturam veniunt, duo possunt considerari. Vnum est inuentio, & definitio veritatis, aliud est coertio ad tenendum id, quod determinatum fuerit, vt verum: quãtum ad primum multi sunt, qui facilius, & verius sciunt determinare dubia, quam Papa, sed non quantum ad secundum &c. 1. Reg. to. 1 135 c. 4. G

In dubijs, vel quæ æqualiter se habent ad vtrumlibet tenendum est id, quod fauorabilius est, & maxime vbi agitur de peccato. 4. Regum 23. c. 4. G

Dubiorum declaratio in veteri testamento magis pertinebat ad Prophetas quam ad sacerdotes, potissime in casibus, de qbus nullo modo prouisum erat in lege, 2. Paralip. 105. c. 2. A

Omnia dubia sunt interpretanda in meliorem partẽ, quando sunt signa leuia, quæ non concludunt sufficienter aliquem esse malum, etiam si essent æqualia signa pro, & contra s. ad absoluendum, & condemnandum, extra de fi. instru. cap. inter dilectos in fi. & de probatio. cap. ex literis, nisi in casibus ibi notatis. Et istud est in iudicio contentioso, & idem in iudicio, quo quis iudicat proximos suos in corde suo, quòd semper in meliorem partem interpretãdum est, extra de reg. iuris c. scito te &c. Mat. tom. 3 117. c. 2. A

Omnia dubia, vel relinquenda sunt, vt dubia, nihil iudicando, vel si iudicauerimus, debemus iudicare ea esse bona, vel saltem, quòd illa signa, quæ nos mouent ad malum, non sint sufficientia ad probandũ malum, quod suspicamur: Melius tamen est, quòd abstineamus iudicando proximum in rebus dubijs, Mat. tomo 3 117. c. 2 B

Dubitatio in docẽte est valde nociua, in addiscente vero minime, Mat. tomo 4 101 c. 2. A

Ad dubiorum certificationem habuerunt Iudæi multos modos, primo tempore Moysi de quibus, vide Defen. 29 c 3. H

Post mortem vero Moysi habuerunt sex modos, Primo per Prophetas, de quo vide ibidem 29. colum 4 H

Et alios tres modos per sacerdotes, de quibus, vide ibidem.

Et duos alios per somnia, & per sortes, de quibus ibidem. 30. c. 2. E

Et omnes isti modi cessauerunt apud Iudæos multo tempore ante Christi aduentum, Defenso. 30. colum. 3. K

Ducere. Inter ducere, trahere, & ire quid interest, Mat. tom. 1 216. c. 1. A

Ductile. Se habet vt genus ad productile, nam qđ est ex alio ductile est, necessario p-

ductile

ductile est,quia ductile est ex alio ductile;Et ponũtur exempla, scilicet Nu.ca.10. vbi dixit dominus Moysi: Fac tibi duas tubas ductiles argenteas. Idẽ in Psal.97. Psallite Domino in cithara, & cithara in tubis ductilibus, & in voce tubæ corneæ, vocauit ibi tubas ductiles,quia quælibet earum erat per se facta ex vna parte materiæ argenteæ: & non erat continuata vna alteri. Exod.to.2 29.c.1.D

Duellum. Est simpliciter illicitũ in clericis, &c. Nã deponi debent, & si clerici duellantes sic se habeant: quòd nondum fuerint promoti ad sacros ordines, non debent promoueri, quia sunt irregulares, extra de clericis pugnãtibus in duello per totum: in laicis vero est dubium. Et est controuersia inter doctores, an sit in aliquo casu licitum. Nicolaus tenet, quòd nunquam licet alicui petere duellum: tam in causa ciuili, quam criminali, suscipere vero sic, in aliquo casu. 1.Re.to.2 42.c.3.K

Ostiensis tenet, quòd in nullo casu licitum est duellũ, siue quantum ad petentem, siue quãtum ad suscipientem, siue quantum ad iudicem dantem licentiam. siue quantum ad consulentes, vel assistentes, siue in causa ciuili, siue in criminali: & dicit, quòd secundum legem Romanam reprobantur duella. C.de gladiato.l.1. quia in talibus Deus videtur manifeste tentari 2.quæst.5.ca.mena. & extra de purgatio. vulgari ca. cum suscepit 1.Regum tomo 2 42.colum 4.F

Et eandem sententiam tenet Henricus ti. de clericis pugnantibus. cap.Henricus. Et allegat sex causas. Idem tenet Alanus. ibidem.

Guilelmus vero tenet, quòd aliquando in causa criminali liceat suscipere duellum,non tamen in causa ciuili. ibidem

Sed hoc confutatur ab Ostiensi. Dicendum ergo, dicit Abulen. quòd duellum nullo modo est licitũ, tam quantum ad offerentem, quam quantum ad suscipientem,iudicem prẽstantem,fautores,& cõsiliatores duelli, siue in causa criminali, siue in ciuili,&c. Minus tamen peccat, qui suscipit in causa criminali, potissime cum aliter nõ potest effugere mortem. Et ipse est innocens, potius tamen debet pati mortem quam suscipere duellum: & respondet auctor ad rationes Nicolai, 1. Reg. tomo 2. 43 colum.2.D

In duello vterque est aggressor, & vterque intendit alterum occidere. Nam conditio duelli talis est, quòd qui alterum occiderit: iudicetur iustam causam fouere,&c.1.Reg.tomo 2 43.c.3.k

In duello datur potestas personæ priuatæ licite occidendi alterum, & volendi occidere:atque laborandi ad occisionem: quod nunquam iura concesserunt, & ideo peccatum est 1. Regum tomo 2 43. colum.4.F

In quo casu liceat iudici permittere duellum sine peccato 1. Regum tomo 2 44.c.1.B

Dupla moneta aurea.

Dupla moneta auri, valebat tempore auctoris cẽtum Morapetinos: & quilibet Morapetinus duas albas:& quelibet alba tres coronatos Genes. 286. colum.1.A

Duplicatio. Duplicatio eiusdem sententiæ est causa semper certitudinis Iosue tomo 1 19.c.1.D

Dupliciter. Duplo.

Dupliciter,& duplo differunt: quia duplo dicit quantitatem continuam:dupliciter, vero dicit causam, & numerum, &c. Mat.tomo 6 195.c.3.K

Duratio: Est triplex, scilicet æternitas, æuum, & tempus Iosue tomo 2 15.c.4.H

Nulla res potest habere minorem durationem, quã Deus Iosue tomo 2 29.c.2.E

Et illa duratio indiuisibilis est maior, alijs omnibus durationibus, non quidem proprie loquendo,quia indiuisibile non est maius aut minus aliquo diuisibili, aut indiuisibili Iosue tomo 2 30.c.1.E

Durities. Duritia.

Quid vocet Christus duritiam cordis, Mat. tomo 7 46.colum.2.E

Quod aliquid duritiem cordis permittitur quoddam malum est, Mat.tomo 5 96.c.2.D

Cordis durities quid, Mat.tomo 5 92.c.2.C

Duritia dupliciter accipitur, Matthæ. tomo 7. 30.colum.2.B

Durus. Dupliciter accipitur, Mat. tomo 7.39.colum.1.D

Duri, & molles qui dicantur in sacris literis Parado. 57.colum.1.C

Durus corde dicitur, qui habet passiones indomitas, cuiusmodi sunt Iudæi Deu. 124.c.1.E

Dux. Primus dux Hebræorum de tribu Effraim, fuit Iosue Gene. 409.c.1.E

Duces duodecim, de quibus Genes.17. filij fuerunt Israel, qui dicti sunt duces, quia multum in prole creuerunt,&c.Genes. 261.c.3.G

In duce nihil perniciosius quam timor, Num.tom.2. 30.c.2.E

Ducem ab hostibus vinci nihil magis facit, quã auaritia in suos, Deut. 109.c.1.A

Magnum,quod in duce requiritur, est quòd non extimescat cor illius,Iosue tom.2 3.c.1.A

Duces nunc habent tertiam partẽ prædæ de eo,quod milites sui prædantur, & ista vocatur portio ducis, & est ius antiquissimum, quod vocatur ius militare,4 Regum 83.c.4.I

In duces eliguntur senes,& non iuuenes, propter defectum prudentiæ,Mat.to.6 31.c.1.B

Duces belli honorandi sunt propter tria, Mat. tom.6. 30.c.4.F

Ebrietas.

EBRIETAS, Et gulositas non vitantur in lege,quia non pertinent ad iniustitiam Exod tom.1 178.c.1.A

Ebrietas, quomodo contingat, Genes. 377.c.4.I

Quidquid sequitur ex Ebrietate, quando sine culpa est,non imputatur,vt dicitur 15. quæst.1.c. inebriauerunt,Mat.tom.3 170.c.3.I

Ebrij. Cur non irascuntur, Matthæ. tomo 2. 102. colum.2.D

Ebriorum. Somnus est innaturalis, Genes. 50. colum.2.A

In Ebrijs cur cessat iudicium,Genes. 377.c.4.k

Inter ebrios, & ebriosos quid interfit, vide Mat. to.6. 319.c.2.E

Cum ebriosis potest prælatus dupliciter manducare, Mat.tomo 6 330.c.3.G

Puellæ penitus Ebriæ, vel dormientes, aut amentes, si corrumpantur, nulla voluntate præcedente, non perdunt virginitatem, Matthæ. tomo 7. 17.col.3.K

Ebrius sustinet duplices increpationes, Mat. tomo 7. 186.c.2.B

Ebron. Distat a Ierusalem decē, & sex milliaribus, siue octo leucis, & in territorio huius ciuitatis Deus formauit Adam, & ibidem ipse, & Eua sepulti sunt, & vocatur Cariatharbe, ideſt ciuitas quatuor virorum, quia ibi quatuor Patriarchæ sepulti sunt, scilicet, Adam, & Eua vxor eius: Abraham, & Sara, Isaac, & Iacob, & vxores eorum, Genesis 248.c.3.F

Ebur. Ebur vocantur ossa Elephantorum, quę sunt albissima, & solidissima, & ob hoc pulchra valde, 2. Paralip. 130.c.1.A

Ecclesia. Christi solum fundata est in existentibus in charitate, qui autem a charitate cadit, cadit ab vnitate ecclesiastica, quātum ad meritum, licet non quantum ad numerū, & cadit inuisibiliter: visibiliter autem cùm per excommunicationem denunciatur esse pręcisus ab ecclesia, & maxime per hæresim, quæ totaliter prę scindit, quia tollit fundamentum vnitatis ecclesię, scilicet, fidem, Genesis 10.c.1.D

Ecclesiam Christi multum ædificant, vel constituunt iusti, merito vitæ, Genesis 10.c.2.C

Ecclesia significatur allegoricè per candelabrum aureum, de quo habetur apud Zachariam, Genesis 25.c.3.H

Ecclesia Græcè significat totam gentis congregationem, & vocatur totus populus ecclesia. Deute. 23. quando dicitur: non intrabit Moabites, & Amonites in ecclesiam Dei, hoc est in populum, accipientes ibidem principatum, vel ducentes vxores ex filiabus Israel, sic Aristoteles 2. Poli. non faciunt, inquit, quædam politiæ ecclesiam, ideſt, congregationem popularem, Genesis 28.c.3.F. Et propriè vocatur ecclesia multitudo congregata, Iud. 200.c.4.I 1. Reg. to. 1. 13.c.3.K. 1. Paralip. 334.c.1.B

Ecclesia Christi potius fundata est de Christo viuēte, quàm de iam mortuo Christo, quia redemptio nostra ex meritis est passionis Christi, in qua passione omnia sacramenta, a Christo instituta, habent efficaciam, sed passio Christi in viuo est, & non in mortuo; quia mortuus nihil pati potest sensitiue; & ideo sanguis Christi de corpore Christi viuentis, & pœnalitates suæ tunc profuerunt ad redemptionē nostrā, sed quod in Christo fuit post mortē, nihil fecit ad nostram redēptionem effectiue, eo quod non fuerit ibi aliqua actio meritoria, sed solum facit ad significationem, Gen. 139.c.4.k

In ecclesia Christi noluit Christus, vt præesset mater sua, sed quæ potestatis erant in ecclesia. concessit viris, & non illi, eo quod esset fœmina, sic dicitur extra de pœniten. & remis. cap. noua quædam, Gen. 144.c.3.G

Ecclesia, quam facit congregatio fidelium, vocatur aliquando corpus Christi, vel membra eius, aliquādo vocatur virgo, sed nunquam vocatur vir, nisi collectū ex corpore & capite simul, Gen. 238.c.3.H

Duplex est ecclesia secundum Augustinum, scilicet, ecclesia cōtemplatiuorum: significata per Rachel, & ecclesia actiuorum significata per Liā, & ecclesia contemplatiuorum mercenariorum significatur per Balam ancillam Rachel, & ecclesia actiuorum mercenariorum significatur per Zelpham ancillæ Liæ. Nunc autem solam vnam vxorem habere licet, qa alia significatio reperit in mrimonio, put est sacramētū nouę legis, de qua hr, extra de bigamis, c. debitū, in textu, & in glo. Gen. 320.c.1.B

Ecclesia in ordinandis prelatis sumpsit quendā actum a Gentilibus, Gen. 394.c.1.A

In ecclesia primitiua, qñ aliquis excōicabat, tradebat Sathanæ ad cruciādū, vt p illū cruciatū lueret pęnā demeritā, & sic tādē saluaret, Exo. to. 1. 89.c.4.K

Ab ecclesiis non possunt abstrahi, nisi, qui fuerint publici latrones, aut nocturni, aut depopulatores agrorum, aut per insidias occidentes, &c. vt habet de immunitate ecclesia. in c. inter alia. & in ca. immunitatem, Exo. to. 1. 215.c.1.C

Cum aliqua ecclesia dicitur contaminari, per effusionē sanguinis in ea, vel seminis, illa contaminatio nō est realis, sed per opinionē, Leui. 163.c.1.A

Ecclesia interdum punit aliquos absq; eorū culpa, vt filios presbyterorum, &c. Leui. 320.c.2.A

Ecclesia quare in principio horarum Canonicarum dicat, Deus in adiutorium meum intende, Num. tomo 1 125.c.4.k

Ecclesia habet iurisdictionem principaliter, & radicaliter, Petrus vero, vel Papa non, nisi tanquam minister ecclesiæ, Num. to. 1. 227.c.2.A

Cum Papa eligitur a Cardinalibus, a tota eligitur ecclesia. Num. tomo 1 227.c.3.F

In ecclesia sunt claues, sicut in domino rei, in Papa vero sicut in vsufructnario vsuario, Num. tomo 1 227.c.3.G

Ecclesias pulchras, & magnorum ædificiorum esse decet, Deuter. 86.c.1.C

erat vestis quædam pertinens ad honestatem ipsorum, quam induebãt sacerdores super vestes suas, etiam si non ministrarent, & poterant vti hac veste extra Sanctuarium: erat autem omnino comparatio huius vestis ad vestes sacerdotales, sicut comparatio vestis candidę, qua nunc vtuntur sacerdotes, & ministri ecclesię, &c. primo Regum tomo 2 105.colum.1.A

Ephod lineum commune erat ad sacerdotes, & cęteros Leuitas, primo Reg. tomo 2. 105.c.1.C,& 119 colum.3.F

Forma ephod describitur 1.Regum to.2 110.c.3.k

Ephod dux.t secum Abiathar filius Achimelech,quã do fugit ad Dauid, & duxit secũ illud propter multa 1.Regum tomo 2 111.c.1.B

Ephron. Nomen est ciuitatis, similiter & viri, 2. Paralipom. 182.c.4.H

Epicurus. Negauit esse Deos, vt ait Augustinus 9.de Ciuita. capit.1. Exodo tomo 1. 116.colum.3.G

Epicurus ponebat beatitudinem in voluptate, Mat. tomo 2 14.c.3.F

Epicurei. Deridebant Paulũ predicantem Athenis mortuorum resurrectionem, vocantes eum semini verbium, Actuum 7. Genesi 9.colum.2.D

Duplices erant Epicurei,quidam viri grauissimi: qui dicebantur magni Epicurei, de quibus Aristoteles primo Ethi. Alij erant, qui turpissimi Epicurei dicebantur ponentes beatitudinem in gustu Genes. 8 colum.1.D

Epilogus. Omnium, quę contigerunt Israelitis a tempore, quo venerunt ad montẽ Sinai vique ad tempus, quo inde recesserunt Nu. tomo 1 97.c.2.C

Epiphanius. Historicus clarissimus, & perscrutator Sacrę scripturę, qd de Oseę Propheta referat,4.Reg. 155.c.1.D

Epyrion. Ista dictio Epyrion, de qua primo Paralipomenon,15.non significat,victori Deo triumphus, vel palma, vt quidam male interpretantur,sed potius significat,ad fortificandũ, vel ad augendum, siue superandum, 1. Paralipom. 170.col.1.E

Episcopus. Episcopi, qui Apostolorum locum tenent, nouum & vetus testamentum,se scire in sua institutione profiteri debẽt, &c. Genes. 8.c.1.B

Episcopus in primitiua ecclesia dicebatur presbyter, Genes. 9.c.3.I

Episcopi tenentur scire totam legem, quia in sua consecratione profitentur se scire vtrũque testamentũ &c.Genes. 10.c.3.H

Episcopi succedunt Apostolis, Exo.to.1 83.c.3.G

Cęteri Episcopi a Papa vocantur in partem solicitudinis, sed Romanus pontifex ad plenitudinem potestatis,vt patet in c.cleros, 21.dist. &c. Exo.tom.1. 152.c.3.H

In episcopi, vel Papæ consecratione non imprimitur character,cum episcopatus, & Papatus non sint ordines, sed dignitates, vel gradus ecclesiasticæ præeminentiæ, & talis consecratio debet fieri semper cum missæ celebratione secundum statum ecclesiæ,vt patet supra de elec.& electi potestate c. quòd sicut, quæ tamen missa, vt dicit Bernardus ibidem, non est de necessitate consecrationis &c. Exo.to.2. 87.c.4.H

Ad episcopos, & sacerdotes Christi applicantur per tropologiam septem illi dies, quibus sacerdotes veteris legis non debebant exire sanctuarium ex præcepto domini,Leuiti.8. Leuit. 71.c.1.A

Episcopi quare vngantur in capite, & minores sacerdotes in manibus,Leuit. 69.c.3.H

Episcopi tenentur eligere idoneum ad beneficium conferendum &c. Num.to.1 20.c.4.H

Episcoporum status maioris est perfectionis quam status monachalis,vt patet extra de renun. cap.nisi cum pridem. §.nec putas,& de regula.c.licet.§.pe. Num.tomo 2 138.c.4.H

In episcopum Hierosolymitanum creatus est Simon occiso Iacobo Alphei.Mat.to.6 286.c.1.E

Ad episcopatum nullus se debet reputare dignũ, Nu. tomo 2 139.c.1.A

Episcopus non potest aliquid vouere, propter quod dissoluatur vinculum inter eum, & ecclesiam suã, nisi ad hoc sit expressus consensus Papę, extra de regula.cap.licet,§ illa semper & de renunciatio.ca. cum pridem,Num.tomo 2 142.c.3.K

Episcopus non est dominus rerum ecclesiasticarum, sed procurator, & administrator, & ideo nõ potest de eis libere testari,nec viuens potest donare in immensum, de rebus acquisitis intuitu episcopatus, &c.Nu.tomo 2 156.c.2.C

Nulli licitum est desiderare esse episcopum, & in signum huius,quando aliquis consecratur in episcopum ecclesia iubet illi, quòd dicat bis, nolo, cum petitur ab eo si vult episcopari, & in tertia vice dicit,volo, quasi obediendo, & non cupiendo, Iudic. 108.c.3.F

In episcopum non potest promoueri coniugatus,nisi vxor eius profiteatur religionem &c.1.Reg.tom.1 111.c.1.A

Mortuo episcopo ea,quæ sunt iurisdictione, pertinẽt ad capitulum ecclesiæ, nisi sit datus aliquis visitator, quia tunc pertineret ad eum administratio, 4. Regum 219.c.3.F

Omnes redditus episcopi qualiter dicantur esse de mensa episcopi,4.Reg. 261.c.1.E

Electus in episcopum efficitur episcopus per confirmationem etiam si non sit consecratus, tenetur tamen de iure petere munus cõsecrationis infra certum tempus a iure statutum, non tamen est episcopus per hoc, quòd sit electus rite quousque confirmetur,licet ei competat ius adesse episcopum,2.Paralip. 138.c.1.A

Episcopo mortuo nõ statim conueniunt canonici ad electionem,nisi prius tradatur corpus sepulturæ,& exequijs factis funeralibus,quę de more fiunt,tunc conueniunt,& hoc est de iure,2. Paralipomenon, 138.c.2.A

Episcopi non possunt dispensare in homicidio faciendo, bene tamen in facto, si eius dispensatio non sit in iure prohibita. Si tamen sint domini terrarum, in quibus habent iurisdictionem secularẽ possunt in generali dare commissionem alicui in ciuilibus & in criminalibus,non tamen debet ibidem exprimi homicidium,Mat.tomo 2 89.c.1.D

Si episcopus non est liberalis in largiendo eleemosynas, non habet digne nomen episcopi, immo vacuum nomen habet, vt ait Gregorius, & habetur, 85.distin.cap.fratrem nostrum. Et est tam necessaria liberalitas, & eleemosyna in episcopo, quòd si quis sit electus ad episcopatum, & probatur, q̃ sit nimis auarus repellitur a promotione, vt ait Gregorius eadem dist.cap.Florentinum &c. Mat.tomo 3. 9.c.2.B,& 19 c.3 H,& 45.c.3.I

Episcopus tenetur facere eleemosynas, ipsis subditis scientibus,Mat.tomo 3 9.c.2.D

Episcopus tenetur præstare subditis exempla bonę vitæ,Mat.tomo 3 9.c.3.F

Episcopi sunt Dei dispensatores. Matth.to.6. fo.328. col.2.C
Episcopi conditiones referuntur. Matth.to.7. fo.111. col.1.C
Episcopo nunquam licet venari. 34.dist. cap.quorundam Mat.to.3. 26.c.2.A
Episcopus debet dare victum & vestitum infirmis & pauperibus, quantum sibi possibile fuerit. 82.dist. cap.episcopus, seruata tamē decentia status sui, &c. Mat.to.3. 44.c.3.K
Officium episcopi est orationi, lectioni, & prædicationis verbo tantummodo vacare. 88.distin. c.episcopus nullam. Mat.to.3. 69.c.2.A
Episcopi occupatio necessaria quæ sit. Mat.to.3.f.111. col.2.A
Episcopus tenetur prouidere omnibus pauperibus & infirmis de suo episcopatu quantum potuerit, illis, scilicet, qui suis manibus laborare non possunt. 82. distin. cap.episcopus. Ista tamen non debet prouidere per seipsum, sed per archipresbyterum vel archidiaconum. 88.dist.c.episcopus. Mat.to.3.fo.111. col.2.A
Nec debet habere aliquam curam de re familiari, sed orationi, lectioni, & prædicationi vacare. 83.distin. cap.Episcopus nullam. Matth.to.3.fo.151.c.1.B. & to.6. 328.c.2.A
Quando episcopus ordinat aliquos in episcopatu suo submittit eos in adiutores. Mat.to.4. 186.c.1.A
Episcopus est prælatus immediatus omnium de suo episcopatu. Mat.to.4. 185.c.4.K
Quid principalius debeat episcopus procurare, Mat. to.6. 36.c.1.A
Non est assumendus in episcopum, qui nō fuerit sufficientis literaturæ, vt Apostolus docuit, & cōsequēter sacri canones declaratuerunt, extra de electio. cap.cum in cunctis, &c. Matth.to.6. 327.c.3.F
Episcopus tenetur aut pe seipsum prædicare verbum Dei subditis, aut prouidere, quod alij prædicent, ipso occupato vel non potente vbique prouidere. Matth.to.6. fo.327. c.4.K. Tenetur etiam definire dubia circa fidem. Tertio tenetur pascere subditos exemplo vitæ. Quarto tenetur pascere sacramentorum sustentatione. Quinto corrigere. Sexto reficere illos cibo corporali, ideſt, alere pauperes & ministrare eis de substantia sua, &c. Matth.to.6. 328.c.1.A
Cætera de episcopis, vide in dictione prælatus.

Episcopatus. Qui episcopatum vult habere vel cōsentit sibi dari, in quo tales sūt personæ, quas ipse corrigere se posse desperat, vt sæpe accidit, vtpote quia potentes sunt & magnum fauorem habēs apud dominos sæculares vel maiores prælatos, peccat valde, quia voluntariè suscipit vel suscipere procurat id, in quo, quod status requirit, facere non potest. Exo.to 1. 148.c.1.C
Qui episcopatum suscipit, si remissus & mollis sit, & qui magnum vigorem in corrigendis animi vitiis non apponat, mortaliter peccat, nisi suscipere cogatur à prælato, nam tūc tenetur se disponere melius, quo poterit &c. Exo.to.1. 148.c.1.C
Episcopatum desiderare prope semper peccatū mortale est. Exo.to.2. 211.c.3.H
Episcopatus non est proprie ordo; nec in illo imprimitur character. Mat to.4. 172.c.4.G
Episcopatus nunquam est desiderandus, etiam si propter prodesse desideretur, & nō propter præesse &c. Exo.to.2. 211.c.4.F
Ad episcopatum debet quis inuitus accedere, & id, significat ecclesia, cum ad interrogationem si vult episcopari respondet quòd non vult, &c. Exod.to. mo2. 212.c.1.A
Quare, cum aliquis in episcopum consecratur, interrogatus bis si vult episcopari, respondet quòd non, & in tertia vice respondet quòd vult. Exo.tomo 2. 212.c.1.B
Episcopatum vel dignitatem optare non licet & multo magis nec petere. Leuit. 62.c.4.C
Episcopatum cupere non licet, nisi ab idoneo, & idoneum se putare præsumptio quędam est. Mat.to.5. 204.c.4.G

Episcopale. Episcopalis potestas, non est proprie ordo, neque sacramētum, nec est character, quia episcopus per potestatem, quam recipit in cōsecratione sua, non configuratur Christo sed subditis; quia non est ad corpus Christi verum, sed ad corpus Christi mysticum, ideſt ad subditos, &c. vt possit facere aliqua, quæ prosunt ecclesiæ, & quæ alij sacerdotes facere non possunt. Mat. to.4. 172.c.4.G

Epistola. Hieronymi ad Paulinum toti Bibliæ, quasi pro argumento, præponitur, quia in illa fit mētio de omnibus sacræ scripturæ libris, cuius argumentum explicatur. Gen. 3.c.2.A
De epistola ad Hebræos, quid Hieronymus sentiat in prologo super oēs epistolas refertur in quo quorundam insania percutitur. Gen. 29.c.4.F
De epistolis canonicis Iacobi, Petri, Ioannis, & Iudæ, vna Iacobi, Petri duabus, Ioannis tribus, Iudæ vna, & quare dicantur canonicæ & catholicæ, & quomodo dicātur breues & longę, breues litera & longæ sententia. Gen. 30.c.1.C
Epistolam ad Hebræos quidam dixerūt non esse Pauli, quia nomen Pauli in ea non reperitur scriptum, contra quos arguit Hieronymus dicens, sic ergo nullius est, ex quo in illa nullius nomen est scriptū. Leuit. 346.c.4.H
Omnes fere epistolæ, quæ scriptæ sunt à Paulo, fuerūt ad tollendum dubia multa & errores. Mat.tomo 1. 23.c.2.A
Epistolæ Iacobi, Petri, Ioannis, & Iudæ quare dicantur canonicæ, ideſt regulares, & non epistolæ Pauli. Mat.to.1. 4.c.1.A

Epitome. Epitomes per declinationem græcam vel epitoma epitomatis, dicitur abbreuiatio quædam ab epi quod est supra & tomus qđ est sectio, vel diuisio quasi præcisio, quia breuis sententia & præcisa sit. Gen. 28.c.3.F

Epulæ. Dicuntur solennes cibi. Deuterono. f.140. col.2.B

Aequalitas. Iustitia siue distributiua siue cōmutatiua debet accipi in eo, quod est materia iustitiæ, siue distribuendo siue commutando, & ideo multi falluntur. Exo.tom.1. fol.222. col.2.B
Aequalitas duplex est, scilicet æquiparātiæ & proportionis, & sic est inæqualitas duplex. æqualitas æquiparantiæ nō est semper inter amicos: quia sic nunquā esset amicitia ad maiores, nec ad minores &c. sed est vel æquiparantię vel proportionis æqualitas inter amicos. Mat.to.6. 142.c.3.G

Aequinoctialis. Quod nulla sit habitatio vltra æquinoctialem cōuincit auctor, quia Apostoli iuerunt in omnem terram, vt patet ex Psalmo 18. f. in omnem terram exiuit sonus eorum, sed constat ex historia quòd nullus eorum pertransiuit æquinoctialem. Gene. fol.6. col.3.I
Equinoctialis est linea diuidens totum Zodiacum in duo æqualia, scilicet ad punctum principij arietis & punctum principij libræ, & illam decurrit sol bis in an-

in anno scilicet in die, quo intrat Arietē & in die, quo intrat Libram, sed nūquam eam perfecte decurrit. Gen. 24.c.4.F

Aequinoctium. Duplex est æquinoctium in quolibet anno, vnum est in Martio, quādo Sol est in capite Arietis, & alterum est in Septembri, quando Sol est in capite Libræ. primum contingit vndecima die Martij, vel decima. Similiter, & aliud in mense Septembri, & circa vtrunque æquinoctium errat Calendarium, dicēs quòd die decimaoctaua tam mensis Martij, quam Septembris sit æquinoctium, &c. Defen. fol. 45. col.1.D

Ab æquinoctio ad solstitium est vna quarta anni, idest nonaginta & vna dies, & portio quædam vnius diei, &c. Defen. 48.c.3.G

Aequitas. Aequitas dicitur esse rectitudo quędam in opere, cū quis agit quod secundum se iustum est, & bonum ad proximum. 3.Reg. 82.c.3.H

Equiuocatio vitanda ob scientiæ certitudinem. Exo. to.1. 116.c.1.B

Aequiuocum. Quando æquiuocum ponitur in cōtextu debet accipi significatio eius, per ea, quæ coniuncta sunt. 4 Reg.f.89. col 2.C

Equus. De quatuor solis equis, & eorum nominibus, & quare dabantur soli quatuor equi, &c.4 Reg. 233.c.4.k

Salomon habebat equos ad duplicem vsum quoidā, scilicet ad ponendum eos in curribus, & alios ad equitandum, & vterque vsus erat bellicus. 2.Paral. 114.c.3.G

De summa equorum Salomonis habetur in quatuor locis sactæ scripturæ, & duo loci à duobus aliis videntur discordare, sed concordantur ab auctore. 2.Paral. 13.c.1.D

Aera Dicitur spacium quinque annorum, in quo singulis annis tributum Romanæ ciuitati tribuebatur, & de varus rebus, nam vno anno dabatur tributum de auro, alio de argento, &c. Exo. to.1. 71.c.2.E

Aeræ singulæ de famosis in astrologia habent tabulas suas pro mediis motibus Planetarum incipiendo à principio illius æræ.4.Reg. 206.c.2.A

Aera Christi est bissextilis, vt supponunt astrologi & computistæ ecclesiastici. Defen. 52.c.1.A

E regione. Ista dictio erregione significat situ, idest cōtra talem, vt talem partem, hoc est econtra vel à fronte Leuit. 162.c.4.F

Ergastulum. Dicitur ab erge, quod est labor & termino, quod est status, quasi status laboris. Exo. to.1. 37.c.1.B

Ergo. Ista dictio, ergo, vel, igitur, multoties ponitur non vt coniunctio illatiua, sed vt inceptiua. Exo.to.1. 18.c.2.A

Error. Quorundam fuit quòd animę exuiæ à corporibus, vnirentur postea corporibus cœlestibus Mat.to.6, 91.c.1.E

Error personæ quomodo matrimonium dirimat. Gen. 308.c.1.E

Cum aliquis est in aliquo errore, cupit vt omnes imitētur eum, vt per aliorum imitationem error suus honesterur.2.Paralip. 160.c.1.A

Errores introducti sunt à principio, nemine aduertēte. Mat.to.4. 57.c.2.E

Error, cui non resistitur, approbatur super Mat.to.6. 224.c.2.E

Deus interdum est auctor erroris. Matth.to.6.f.314. col.2.A

Erubescere. Erubescentia.

Quod non erubescerent primi parentes in statu ante peccatum, cum vterque illorum nudus esset tunc, non fuit tamen propter ignorantiam, vt dicit Iosephus sed ex conditione status originalis iustitiæ, in quo non erat aliquis motus inordinatus in membris, propter quem erubescerent. Gene. fol.18. col.4.F

Non erubescimus de cōcubitu coniugali, quòd sciatur, sed quòd videatur. Gen. 202.c.1.C

Erubescere & nudū esse se consequuntur, & est prius erubescere, nam qui de nullo erubescit non habet quod tegat. Gen. 155.c.2.F

Quod non erubuerint de nuditate Adam & Eua ante peccatum, assignantur rationes, & hoc explicuit scriptura propter multas causas. Gene. fol. 155. col.3.K

Quare nos de nuditate nostra non erubescamus coram Deo, quem scimus vbique esse, & tamen primi parentes erubuerunt Dei præsentiam. Gen.3. assignantur rationes. Gen. 202.c.1.D

Nos non erubescimus quòd cognoscantur nostra verenda intellectualiter & tamē erubescimus, quòd videantur. Gen. 202.c.2.A

Erubescentia est de aliquo turpi vel, quod turpe putatur. Gen. 155.c.2.D

Cur homo verecundetur pudenda sua videri. Gen. 20.c.2.B & 194.c.2.E. & 50.c.1.C

Erubescentia ob genitalia an sit naturalis, an supranaturalis. Gen. 195.c.1.D

Eruca. Est vermis quidam, qui nascitur in oleribus & arboribus, & desiccat folia, & consumit omnia comburendo, vnde dicitur eruca quasi vruca de vro vris. Gen. 21.c.3.K

Erugo. Est vermis quidam, qui nascitur in foliis arborum & omnia desiccat & consumit, & vocatur erugo quasi vrugo ab vrendo, quia est naturæ calidæ, & omnia desiccat, & incinerat. 2.Paralip. 89.c.1.C

Æs. Illa, quæ ex ære, facta sint in opere tabernaculi, referuntur. Exo.to 2. 15.c.2.D

Aes Corinthum quid sit & qualiter fiat. Exo.tom.2. 17.c.2.B

Inter omnia metalla æs fuit primum inuentum ab hominibus. Iosue to.1. 117.c.1.E

De ære Corintho. 2.Reg. 52.c.1.E

Aes Corinthum componitur ex auro argento & ære. 2 Paral. 162.c.3.G

Esaias. Qui de genere fuit regali, ornatissime inter oēs Propheras locutus est, de quo Hieronymus in prologo super eundem. Gene. fol.10. col.4.G

Esaias non tam propheta quàm euangelista dicēdus est, vt ait Hierony. prologo super eundem. Gene. 14.c.3.H.1.Reg.to 1. 10.c.4.G

Esaias clarissime, & per modum narrationis res gestæ locutus est, & non tam Propheta, quam Euangelista dicendus est, maxime in enarrando mysteria passionis Christi, vt patet Isaiæ c.54. & 63. & in alijs locis, Gene. 26.c.1.E

Esaias Prophetauit tempore, quo Oseæ, scilicet sub Ozia, & Ioatan, Genes. 26.c.2.A

Esaias interpretatur saluator mundi, quia saluatorem clare, & amplius, quam cęteri annunciauit. Genes. 27.colum.4.K

Esaię 19. vbi nos legimus, Et tradam Aegyptum in manu Dominorum crudelium, in Hebræo dicitur Ponam super Aegyptum Dominos durum, &c. Iosue tomo 1. 41.c.1.C

Esaias, vt dicitur, fuit occisus a rege Manasse 1.Reg. tomo 1 10.c.4.G
Esaias serra diuisus est, Mat. tomo 2 5.c.4.k
De Isaia Propheta, & quo tempore prophetauerit 4 Regum 155.c.1.E
Esaiam occidit Manasses, vt est opinio Hebræorum, & Latinorum: sed auctor tenet, quòd non. immo tenet, quòd non potuit occidi a Manasse 4.Regum 216.colum.1.A
Circa illud Isai.7. Ecce virgo concipiet, &c. Auctor agit tria, de quibus vide in dictione Abulensis.
Esaiæ 7.vbi nos legimus: Ecce virgo concipiet, &c. in Hebræo dicitur: Eccę alma concipiet, &c. Et ly, alma significat iuuenculam, siue virginem siue corruptam, vt dicunt Iudæi, sed falsum dicunt: nam tã in prædicta auctoritate: quam in alijs, vbi ista dictio, alma ponitur, debet capi pro virgine tantum, Super Ecce virgo 4.c.2.A
Illud Isai.7. Ecce virgo concipiet, &c. varie exponunt Hebræi: quidam de rege Ezechia dicentes, quòd fuit genitus ex quadam puella, & vocãt alma, quia paruæ ætatis erat, & quòd hoc fuit regi Achaz in signum, quòd vxor sua conciperet, & pareret, &c. sed hęc expositio falsa est, Super Ecce virgo concipiet. &c. 5.c.3.H
Alij vt Rab. Salo. exponunt de filio Isaiæ, quod etiam probatur esse falsum, ibidem 6.c.1.C
Alij vt Rabbi Kimhi dicunt, quòd ille natus non fuit Ezechias, nec filius Isaiæ. sed quidam alius filius Achaz, quod similiter improbatur, ibidem 6.c.2.D
Illud Isai.7. Butyrum, & mel comedet; quomodo sit exponendum Super Ecce virgo concipiet 6.c.3.H
Esaias sepultus est iuxta fontem Rogel sub quercu, sed causa quare ibidem sepultus fuerit, diuersimode assignatur 4.Regum 210.c.1.C
Esaias mortuus est tempore Ezechiæ regis plusquam per centum annos ante captiuitatem Babylonis 4. Regum 246.c.2.E
Esau. Habuit tria nomina, scilicet Esau, Edõ, & Seyr Gen. 22.c.3.K, & 344.c.3.F, Nu.to.2.6.c.1.H
Iosue tomo 2 180.c.2.D
Esau dictus est Edom siue rubeus, quia desiderauit lẽticulam rubeam, & dictus est Esau a nomine proprio, & Seyr a corporis dispositione: quia hispidus erat Genes. 23.c.2.D
Eo die, quo Esau vendidit primogenituram ipsi Iacob pro pulmento ex lenticulis, mortuus fuit Abraham, vt dicunt quidam Iudæi, & ideo comedebant lentes, vnde nunc, quando aliquis ex Iudæis moritur, illa die mortis, & exequiarum parantur lẽticulæ in cibum, sed nõ videtur verum dictum istorum, vt probatur super Genes. 297.c.4.I
Esau, secundum Hieronymum, vocatur Edom idest rufus siue rubeus, vel sanguineus ob ruborem corporis, vt patet in quodam prologo super Abdiam, qui incipit Iacob Patriarcha, Gene. 297.c.4.K
Esau, vendendo primogenitarum, commisit symoniam, Genes. 298.c.2.C
Esau pilosus erat, ita vt videretur pellis animalis bruti, vnde nominatus est Seir. Genes. 305.c.2.A
Esau quare occurrerit Iacob cum quatuorcentis viris recitantur variæ opiniones, sed tandem dicendum est, quòd hoc fecit vt ostentaret fratri suo potentiam suam Genes. 331.c.4.k
Esau quando osculatus est Iacob, Gene. 33. dicit Rab. Salomon, quòd voluit eum mordere, sed hoc dictum vanum est, & ridiculũ, Gene. 335.c.3.G
Filij Esau habuerunt tres status, nam primo fuerunt duces 2. reges, deinde reducti sunt ad duces, & sic fuerunt filij Israel, Gene. 345.c.4.H
De progenie Esau. 1.Paral. 37.c.1.D
Esca. Quæ sit causa, ꝙ escæ sanctificentur. Matth. to.5. 122.c.4.K
Eschines. Et Demosthenes floruerũt in arte oratoria sub secundo Xerxe rege Persarũ anno ab orbe condito 4840. & hoc secundum Septuaginta interpretes: nam secundum literam nostram claruerunt anno 3604. &c. Gen. 8.c.2.A
Esculapius. De Deo æsculapio veritas est, & nõ fictio, quòd apparebat in figura serpentis. Num. to.2. 42.c.4.F
Aesculapius in figura colubri cristati de Epiro Romã transuectus est, vbi in insula Tiberis colebatur. Deut. 20.c.4.K
Esdras. Et Neemias inter agiographa cõputatur, aliquæ tamen Bibliæ vnum tertium librũ Esdræ habẽt, qui valde apochriphus est, liber Neemiæ ponitur post primũ librum, Esdræ 2. post quẽ sequitur. 2 liber Esdræ. Gen. 29.c.1.B
Esdras adiutor interpretatur, & Neemias consolator, nam fuerunt in adiutorium & consolationem omni populo Iudæorum de captiuitate in patriam redeunti. Gen. 29.c.1.B
In libro Esdræ & Neemiæ multa signantur allegoricè, & tropologicè. Gen. 29.c.1.D
Esdras fuit verus & catholicus trãslator sacræ scripturæ. Nu. to.1. 161.c.2.A
Esdras, post destructionem & combustionem librorũ legis per Babylonios, spiritu diuino afflatus legem scripsit, & multa addidit. Deut. 15.c.4.I
Post tempora Esdræ non surrexit prophetã in Israel'. Deuter. 184.c.1.C
Esdræ liber Quartus, qui in quibusdã Biblijs ponitur, est penitus apochryphus. 1.Reg. to.1. 3.c.3.H
Esdras, spiritu Domini afflatus, scripsit totam legem à Chaldæis combustam, &c. 1.Reg. to.1. 7.c.1.A
Esdras natus est in Babylone, & venit in Ierusalem cũ redeuntibus de captiuitate, vt colligitur ex processu duorum librorum Esdræ. 1.Paral. 6.a
Per Eldram non sunt suppletæ nisi historiæ, quæ fuerunt vsque ad captiuitatem Babylonis, præter historiam Tobiæ, quæ non habetur in canone veteris testamenti. 1.Paralip. 6.a
Esdras fecit librum Paralip. 1.Paralip. 4.b
Esdras scripsit illa, quæ habentur Gen. 36. & illa, quæ habentur Deut. vltimo, & non Moyses, vt est sententia auctoris. 1.Paral. 41.c.1.B
Esdras in narrando tribuum progenies, in 1.Paralip. sequitur ordinem continuitatis habitationis tribuum, &c. 1.Paral. 80.c.4.F
Esdras in libris Paralip. sæpe remittit ad libros illos, è quibus transcripsit historiam. 2.Paralip. fo.72.c.1.B Et vtitur verbis illorum, & sic cũ dicitur. 2.Paral.5. fuitque arca ibi vsque ad præsentem diem, intelligitur vsque ad præsentem diem, scilicet illorum, qui hoc scripserũt, idest post mortem Salomonis, & non refertur ad tempus ipsius Esdræ. ibid. f.116. c.2.D.
Esdras, rediens de captiuitate Babylonica, voluit reintegrare canonem sacræ scripturæ, sed nõ per libros personarum priuatarum, quia in illis poterant esse multi errores propter negligentiam & inaduertentiam scribentium, & ideo dedit illi Deus spiritum propheticum ad restaurandum omnes libros legis, qui ante captiuitatem fuerant scripti, &c. 2.Parali. 137.c.1.A
Esdras, quare non suppleuit in libris Paralip. defectus historiæ reg. Israel, sed solum regum Iuda. 2.Paral. 170.c.1.A
Quartus liber Esdrę reiectus est de libris veteris testamenti,

menti,&c Mat.to.1. 3.c.1.A
Esdras fuit in Babylone tẽpore Artaxerxis regis Persarum, cuius gesta referuntur Matth.to.1. fol.146. col.2.B

Eseni. Esenorũ secta, inter Iudæos habebatur tanquam sanctissima,vt dicit Iosephus. Leuit. 326.c.3.H
Eseni nec tentabant Christum, nec aduersabantur ei. Mat.to 6. 40.c.3.F
De Esenorum secta. Deuter.fo.121.c.3.I. Matth.to.1. 101.c.1.B

Esse. Esse est inter omnes formas perfectissima & simplicissima, & in qualibet alia forma includitur,&c.Exo.to.1. 19.c.3.I.& 35.c.4.F
Esse non est quid compositum, bene tamen essentia. Deut. 152.c.3.G
Esse rerum creatarum habet aliam mensuram durationis,quam esse Dei,&c.Iosue to.2. 15.c.3.F
Esse est fundamentum omniũ perfectionum & ideo, secundum modum eius, sunt cætera. Iosuæ to.2. 43.c.2.C
Esse rerum dependet à Deo in conseruari, sicut esse rerum, quæ fiunt, dependet ab agente vel artifice in fieri.2.Paral. 90.c.3.F
Esse simpliciter acceptum prout includit in se omnẽ perfectionem mũdi excellit ipsum viuere sentire, & intelligere, &c. quia dicit plures perfectiones, q̃ quodlibet eorum. Si autem consideretur vt participatio ab ista re vel illa, &c. sic esse est minus perfectum,quàm viuere &c. Matthæi tomo 2. fol.13. col.2 A
Esse conuenit Deo propriè, sed non sic aliis rebus. Mat to 4. 110.c.2.D
Esse dupliciter accipitur, vno modo pro quidditate vel natura rei, sicut cùm dicimus, quòd ad esse cõpositi requiritur materia & forma, alio modo pro actu entis,quo ens est, & actu existit. Primo modo esse est compositum: quia quidditas vel natura in composito,est composita &c. Secundo modo esse est quid simplex, & nihil potest simplicius cogitari, quam esse & primo modo esse hominis totalis non est esse animæ intellectiuæ bene tamen secundo modo. Mat.to.6. 97 c.1 B
Vbi modicum est de esse modicum est de bono. Mat. to 5. 53.c.4.K
Esse hominis non desinit esse per mortem quia illud erat esse animæ, quo etiam anima subsistit post separationem. Mat.to.6. f 97.c.1.C. Et corpus existit per participationem esse ipsius animæ. esse vero materiæ & esse formę in alijs compositis ab homine,est ab esse totius.ibidem.
Esse humanitatis & hominis non est aliud, quam esse animæ.Mat.to 6. 98.c.1.E
Esse rerum tripliciter designatur, sicut distinxit Augustinus Gen.cap.1.Mat.to.7. 201.c.2.D
Duplex est modus essendi rei, scilicet, rei in seipsa, & rei in intellectu,&c.Mat.to 7. 201.c.3.F
Esse animæ nihil aliud est quam viuere. Matth.to.6. fol.70.c.1.A.Parad.fo.33.c.2.E
Totum esse hominis saluari potest in anima, licet nõ tota essentia.Mat.to.6. 72.c.4.F
In anima separata à corpore totum esse hominis manet,& idem numero.Mat.to.6. 72.c.4.F
Esse Dei est scire Dei. Mat.to.7. 98.c.4.H
Res tunc sunt,cum actu sunt. Parad. 33.c.3.F
Quid sit formam habere esse naturale & intentionale,& quomodo differant huiusmodi esse.Mat.to.7.
De his.quæ non sunt, nõ iudicamus malum esse non esse.Mat.to.7. 187.c.1.B
Ablato esse, auferetur omne bonũ.Mat.to.7.187.c.2.C
Esse,natura, virtus, & operatio per ordinem se habẽt Mat.to.7. 192.c.4.K
Esse non est indiuiduum.Mat.to.7. 199.c.4.G
In separatis à materia esse & quidditas distinguuntur. Mat.to.7. 199.c.4.G
In Deo quidditas, indiuiduum, & esse sunt idem penitus.Mat.to.7. 200.c.1.A
In Deo speciale est, quòd in eo non distinguantur quidditas & esse. Mat.to.7. 200.c.1.A
Duo sunt modi essendi rei.s.in seipsa, & in intellectu. Mat.to.7. 201.c.3.G
Non est minor virtus substantiæ spiritualis in intelligendo,quàm entium in essendo. Mat.to.7. fo.201. col.3.H
Esse rei mensuratur tempore. Matthæi tomo 7.f.216. col.2.E
Esse spirituale excellentius est esse naturali. Matth. to.7. 237.c.3.F

Essentia. Est quid compositum non tamen esse. Deute. 152.c.3.H
Essentiam diuinam intelligere in se solam maius est, quàm quidquid aliud ab ipsa est, vel esse potest intelligendo illud,vt est in seipso,& non in Deo.Mat. to.2. 34.c.1.A
Essentia à diuina agnoscitur à beatis vniuocè,sed creaturæ in ipsa essentia æquiuocè cognoscuntur. Mat. to.4. 239.c.2.B
Non est maius cognoscere diuinam essentiam cum effectibus, quàm sine illis, sed cognoscere eam cũ effectibus est magis difficile, quam sine illis, Matt. to.2. 34.c.1.B
Essentia diuina non potest videri ab aliquo ex puris naturalibus,bene tamen ex gratia Dei. Matt.to.2. 37.c.2.E
Essentia diuina vnitur beatis sicut species intelligibilis intellectui nostro.Mat.to 4. 39 c.4.I
Essentia diuina non potest videri sine gaudio.Matth. to.7. 95.c.1.E
Essentiam diuinam generari plurima includit absurda,non tamen aliquam personam generari. Parad. 62.c.3.k
Deus non beatificat nos, vt persona, sed vt essentia. Mat.to.5.
Visio essentiæ diuinæ est omne bonum. Matth.to.6. 329.c.3.G
Essentia diuina diuersimode datur nobis, & filio Dei. Mat.to.6. 329.c.4.G
Videns diuinam essentiam non est necesse, q̃ omnia intelligat per illam visionem, licet diuina essentia omnia eminenter contineat. Mat.to.7. 206.c.3.I

Æstimatio rei. Non debet fieri per vendi-torem, sed per emptorem & sic in omnibus contractibus ad recipiẽtem pertinet æstimatio 9.Ethic.cap.1.Leuit. 336.c.4.k

Æstas. Inter æstatem & ver impossibile est esse tempus medium. Iose tomo 1. fol. 192. col.4.K
Aestas fit decurrẽte Sole per tria signa,scilicet à principio cancri, vsque ad principium libræ. Mat.to.2. 248.c.2.D
Esther : vide Hester.

Ætas. De tribus ætatibus, quarum Ouidius facit mentionem 1.Metamor. quarum prima, scilicet aurea incepit a principio rerum, vsque ad finem regni Saturni, secũda incepit a principio regni Iouis,& tunc nouiter incepit distingui tempus in quatuor tempora &c. tertia ætas computatur a tempore, quo inceperunt arma bella & dominia. Gen. 17.c.2.A
In prima ætate homines, vt quidam dicunt, comederunt

rũt carnes, & referuntur rationes eorum. Gene. 114.c.1.A. Sed oppoſitum tenendum eſt, quòd nec comederunt carnes nec piſces, neque biberunt vinum, ſed aqua erat eis potus. herbæ & fructus arbórum cibus &c. Gen. 114.c.1.B

Aetates ſeculi diſtinguunt poetæ in quatuor: primam vocant auream, cuius ætatis auctor fuit Sybilla Cumana, & eam ſequitur Virgilius, Ouidius, & Boetius, ſed iſti contradicunt ſacræ ſcripturæ. Gene. 114.c.1.E

Primam ætatem non cognouerunt hiſtorici prophani, quia nulla hiſtoria Græca, Latina, aut Barbara loquitur de principio ſeculi, ſed omnes incipiunt a temporibus Nini regis. Geneſ. 114.c.2.B

In prima ætate, terræ naſcentia erant magnæ virtutis, & ſufficiebant ad cibum & ſuſtentationem optime, vt probatur ex viribus quas dabãt hominibus, & ex longa vita, &c. Gen. 114.c.4.F

Aetas ſecũda durauit per duc ẽtos nonaginta & duos annos, vt colligitur Gen. 11. Gen. 125.c.1.A

In fine ſecundæ ætatis orta erant iam tria regna. ſ. Aſſyriorum, Aegyptiorum, & Sicioniorum &c. Gen. 124.c.4.F

Aetatis primæ homines, quare tandiu viuebant, aſſignantur cauſæ. Gen. 33.c.1.D

Prima ætas ab Adam vſque ad diluuium habuit annos duo mille ducentos quinquaginta duos, iuxta computationem ſeptuaginta interpretum, quod ſubſtineri non poteſt, iuxta literam hebraicam habuit annos mille ſexcentos quinquaginta ſex, vt dicit Auguſtinus 15. de Ciui. cap. 21. Gen. fo. 20. c. 3. I Inde optima Poli. 3.c.2.D

In tota prima ętate, quæ fluxit ab orbe condito vſque ad diluuium, fuit maior temperies temporum, quã fuit vnquam poſtea. Exo. to. 1. 58.c.3.I

Prima ætas finita eſt anno ſexcenteſimo vitæ Noe, & & ſecunda incœpit in ſequenti anno, quę per ſolos filios Noe computantur. Gen. 59.c.4.H

In prima ætate ponitur vnus filius vſquequo deueniatur ad Noe, in ſecunda ætate ponuntur plures, ſed vnius, ſ. Sem, cuius progeniem principaliter intendit ſcribere Moyſes vſque ad Abrahã, qui fuit principiũ tertiæ ætatis, & finita eſt in Thare. ſed in tertia ætate ponuntur tres filij Thare. ſ. Abrahã, Nachor, & Aram, ſed vnius, ſ. Abrahæ genealogiam intendit ſcribere ſacra ſcriptura, &c. Gene. fo. 59.

Secunda ætas. ſ. a Noe vſque ad Abraham ſolum durauit annos ducentos nonaginta duos ſecundum veritatem Hebraicam & Bibliam noſtram, ſed ſeptuaginta interpretes ponunt in ſecunda ætate annos mille ſeptuaginta duos. Gene. 57.c.4.F

Tertia ætatis caput fuit Abrahã, tamen incœpit computatio tertiæ ætatis in Thare, vt fiat mẽtio de duobus aliis filiis Thare, fratribus Abrahæ, ſ. Aram, & Nachor propter miraculum factum in Aram & Abraham. Gen. 57.c.4.G

Primam ætatem incœpiſſe a Saturno credit Ouidius vt ipſe proponit in principio Metamor. Deuter. 16.c.2.A

A principio mundi vſque ad Chriſtum fuerunt quinque ætates, prima ab Adam vſque ad diluuium, & finita eſt annis mille ſexcentis quinquaginta ſex, ſecunda a diluuio vſque ad natiuitatem Abrahæ, & finita eſt annis ducentis nonaginta duobus, tertia ab Abraham vſque ad natiuitatem Dauid, & finita eſt annis nongentis viginti vno, quarta a Dauid vſque ad captiuitatem Babylonis, quæ fuit vltimo anno regis Sedechiæ. 4 Reg. 25. & finita eſt annis quatuorcentis nonaginta tribus. Quinta ætas incępit a prædicta captiuitate vſque ad Chriſtum, & finita eſt annis ſexcentis & vno, &c. Mat. to. 1. f. 105. col. 2. A

De ætatibus mundi, quas quidam dicunt eſſe ſex, primam ab orbe condito vſque ad diluuium, ſecũda a diluuio vſque ad Abrahã, tertia, ab Abrahã vſque ad Dauid. Quarta a Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis. Quinta, a tranſmigratioue Babylonis vſque ad Chriſtũ. Sexta, a Chriſto vſque ad finem ſęculi alij aſſignant octo ætates, ſcilicet duas alias præter iſtas quarum vnam dicunt eſſe ſtatum mortuorum, ſcilicet toto tempore, quo animæ manent ſolutæ a corporibus, & iſta incæpit a die, quo occiſus eſt Abel, & durabit vſque ad finẽ ſęculi, & a die iudicij incipiet octaua ætas, alij aſſignant ſeptimam ætatem a quiete animarum, ideſt a die paſſionis Chriſti vſque ad diem iudicii, ſed magis proprie ponuntur ſex ætates, quã octo, Mat. tomo 4 199.c.1.B

Et poſt iſtas ſex ætates decurſas erit generalis reſurrectio mortuorum ibidem.

Aetates ſęculi comparantur ætatibus hominis, &c. Super Matth. tomo 6 82.c.2.E

Quælibet ætas hominis habet finem determinatũ, præter ſenectutem. Mat. tomo 6 82.c.3.F

In prima ætate ſęculi homines erant longioris vitæ, quã poſtea cuius aſſignatã ratio Mat. to. 6. 112.c.1.D

Aetas hominis accipit dupliciter, vno modo pro numero annorum vel temporum alio modo pro cõditione corporis quantum ad robur, & ſanitates, & cæteras operationes ſecundum competentiam ad ætatem, &c. Primo modo capiendo, non erit eadẽ ætas reſurgentium, ſed bene ſecũdo modo, vt probatur Mat. tom. 6 118.c.1.E

Aetas ſenii non habet certam periodũ, ſed alię ætates ſic: & ſic eſt de ętate ſenii huius mundi, &c. Matth. tomo 7 88.c.4.K

In prima ętate ſęculi non fuerunt idola Parado. 101. colum. 4. H

Quatuor ętates fuiſſe ponit Ouidius. 1. Meta. ſcilicet auream, argenteam, æneam, & ferreã. in De Opti. Poli. 2.c.3.H

In prima ętate ſaluabantur homines per legem naturalem, Mat. tomo 7 250.c.1.D

Aetas dupliciter accipitur, Mat. to. 6 118.c.1.D

Nulla eſt ætas in qua homo non vocetur a Deo Mat. tomo 5 173.c.4.I

In ætate triginta duorum annorum, & trium menſium ſurrexit Chriſtus: ſed parum addendum eſt, &c. & in illa ætate reſurgent homines Mat. tomo 6 118. colum. 1. A

Vltima ætas ſęculi computatur ab aduentu Chriſti vſque ad finem mundi Mat. tomo 6 82.c.2.E

Aeternitas. æternum.

Aeternitas ſecundum Boetiũ, eſt interminabilis vitę ſimul tota, & perfecta poſſeſſio Exo. tomo 1. 263 colum 3. K

Ioſue tomo 2 52.c.4.F, Parado. 33 c.4.I 13.c.2.D

De ratione ęternitatis eſt ſimultas totalis vitę, ex Boetio li. 5. de Conſolatione proſa vltim. dicen. ſic. Aeternitas eſt interminabilis vitę ſimul tota, & perfecta poſſeſſio, quare neceſſe eſt vt Deo detur ſimultas in eſſendo, & in agendo. & ſic Deus non habebit aliquem actum nunc, quem ante nũquam habuit, &c. Leui. 151.c.3.G

Aliquid de conditione ęternitatis in rebus creatis eſt inſtans fluens, quod eſt ſubſtantia temporis, & eſt vnicum in qualibet re naturali, & aſſimilatur æternitati in multis, & in hoc rés temporales comparantur Deo in ſimultate Ioſue tomo 2 15.c.3.k

Aeter-

Aeternitas Dei, & hominis mensura, quomodo differant, & quomodo conueniant homo cum æternitate. Iosue to.2. 19.c.4.F

Quomodo æternitas Dei & Angeli mẽsura differãt. Iosue to.1. 22.c.3.F

Aeternum in sacra scriptura aliquando accipitur pro pauco tẽpore vt patet Deute. 15. de seruo Hebræo cuius auris perforabatur subula, nam ille seruiebat in æternum, idest per totam vitã vsque ad annum Iubilei.de quo Leuit.25.&c. Gen.fo.100.c.2.B. Iosue to.2.fo.84.col.2.B. 2.Reg.fo.70. c.1.C, 1.Paral. 183.c.1.C.& 200.c.3.G

Aeternum, de quo habetur Gen.3. capitur secũdum proprietatẽ vocabuli, quod semper durare dicitur, nam non est recedendum à significatione vocabuli nisi propter causam manifestam,vt si accipiendo æternum secundum proprietatem vocabuli, scriptura redderetur falsa,&c.Gen. 101.c.2.E

Aeternum de quo Gen.17. capitur pro multo tempore,sicut & sempiternum,Gen. 260.c.4 K

Ethai. De quo 2.Reg.15. erat Philistheus de vrbe Geth.2.Reg. 96.c.4.F

Ethan. Eman, Asaph,& Idithum, fuerunt viri famosi & principes cantorum, & prophetæ, nam psalmi eorum habentur inter sacras scripturas,& progenies eorum describuntur ab Esdra. 1.Paralip. 91.c.2.F

Ethan aliquando est nomen viri, & aliquando nomẽ regionis.1.Paral. 60.c.3.H

Ethari. Descendunt a Gether filio Aran, filij Sẽ. Gen. 52.c.2.E

Ethica. Tertia specie ethicæ laborantes sunt incurabiles,eo quod in illis nõ restauratur humidum radicale.Mat.to.6. 106.c.4.H

Aethiopia. In Aethiopia barbararum gentium multiplicitas reperitur, nã sunt ibi Garamantes, qui matrimonio non vtũtur,sed quãlibet quilibet licitè accipit, & ideo filij non cognoscunt nisi matres,quare Garamantes inter cæteros orbis populos ignobiliores & degeneriores sunt. Sunt deinde Serbetæ gẽtes duodecim pedum longitudine.Sunt & Azachæi, qui captos Elephantes venatione deuorant, sunt & Sanebares,apud quos nullum animal quadrupes aures habet,&c. Gene. 7.c.1.D

Aethiopia,proprie sumpta, describitur. Gene.fo.14. c.2.A. Similiter & Aethiopia large sumpta. ibidẽ.

Reginarum Aethiopiæ nomen commune erat Candax, sicut Pharao regum Aegypti. Gene. fol. 14. col.2.E

Duæ sunt Aethiopiæ, vna quæ est in Asia coniuncta Aegypto a latere Meridionali contra Orientẽ longe porrecta, & per hanc labitur Nilus, & inde in Aegyptum venit, alia est in Africa apud Libyam tendens vsque ad occidentem, & ista est magis nota in libris, & ad hanc nullo modo potest transire Nilus, quia Asia & Africa Mediterraneo mari seiunguntur, vt quidam dicunt, sed non est verum, quia inter Asiam, & Africam non est pertranseundum mari Mediterraneo, sed diuiduntur in terra continente,&c. Gen.fo.15.col.1.C. & 103.c.1. D. 4 Reg.fo.189.c.4.I.

Aethiopia est nimis meridionalis respectu terræ Chanaan,cum sit in primo & secundo climate.2.Paral. 125.c.1.B

Aethiopes. In viuis arenis morantur,&c. Gen. 7.c.1.D

Aethiopes sunt circa æquinoctialem sub vngula tauri vt dicit Lucanus in 3.Gen. 14.c.2.A

Aethiopes comedunt dracones. Gen. fo.48.c.1.C. & 116.col.1.E

Aethiopes descendunt a Chus filio Cham, & sicut Hebræo Aethiops Chus dicitur.Gen. 51.c.3.G

Aetna. Aetna aliquando est nomen montis, & aliquando viri 1.Paral. 59.c.4.F

Aetna Siciliæ mons, &c. non est ostium inferni, vt quidam putant, sed quædam voragines illius montis habẽtes materiam sulphuream, quæ naturaliter ignem concipit,& inflammatur, & foris apparent flammæ,&c.Matth.to.7.fo.166.c.3.G. Parad.fo.99. c.3.G.& 123.c.2.C

Aetna & Vulçanus montes in Sicilia non sunt aperturæ ad eum locum, qui a nobis vocatur infernus, vt probatur De Statu animarum. 11.c.2.E

Aetnã montem Virgilius dicit esse os inferni.6. Eneidos. Similiter & vulgus. Similiter & Franciscus Maironis in 4.Senten. De Statu animarum. fo.11. c.4.F

Aetna mons & Vulcanus, similiter & Vesuuius vnde eructuent flammas. De Statu animarum.f.12. c.1.A

Aethnicus. Ethnici sunt Gentiles, vt inquit Rabanus,quia ethnos Græcè gens est: & dicuntur Gentiles quia tales sunt, quales geniti sunt, quia sub peccato manent, sicut sub peccato sunt geniti. Vel dicuntur gentiles quia nihil habẽt nisi, quia sunt gentes, idest homines. Iudæi verò tempore suo habebant legem a Deo: sicut nunc Christiani, secundum quam colunt Deum. Matt. to.2. 248.c.3.K

Ethnicus est Gentilis, & Publicanus, publicus peccator.Mat.to.5. 56.c.4.G

Eua. Quare Eua fuerit formata de viro, assignãtur quatuor rationes.Gen. 9.c.1.C.& 141.c.3.K

Circa Euæ formationem narratur error quorundam Iudæorum, & confutatur. Gen. fo.9.col.2.C. & 15. col.4 F

Eua quomodo potuerit formari de costa, recitantur opiniones. Gen. 17.c.1.A

Eua in sui creatione quam cognitionem a Deo consecuta sit.Gen. 165.c.3.I.& 177.c.3.K

Euam quare sic incœperit tentare diabolus dicens; Quare præcepit vobis Deus,&c. Et non suggessit immediatè vt comederet, assignatur ratio. Gene. 18.c.3.H.& 166.c.3.K

Eua ex verbis diaboli, dicens, quare præcepit vobis Deus,&c. mota fuit quadam elatione, & inclinata ad displicentiam præcepti,& per hoc ad dubitationem de pœna comminata,quod pertinet ad superbos.Gen. 18.c.2.I

Eua, per displicentiam mandati diuini, deuenerat ad dubitationem, vtrum Deus secundum verba, quæ prædixerat mortem infligeret, & ideo respondit, ne fortè moriamur, quod dubitare fuit magnum peccatum.Gen. 18.c.3.I

Eua quid crediderit, quum audiuit a Diabolo dicẽte, eritis sicut Dij. Gen. 19.c.1.A

Eua antequam gustasset de cibo vetito, multiplicter peccauit. Primò in elatione & displicentia diuini mandati.secundo dubitando de verbis Dei. teriò immoderate honorem & excellentiam appetendo. quartò de cibo vetito eligendo comedere,& in ista peccata incœpit cadere. mox vt serpens incœpit persuadere,&c. Gen. 19.c.1.3

Euę peccatum, quod ad intemperantiam pertineæ ostenditur.Gen. 19.c.3.K

Euam compulit Diabolus ad comedendum de arbore vetito, dicit Rabbi Salomon. sed ridiculum est. 19.c.3.K

Eua dedit viro suo vt comederet de ligno vetito, ex quodam

quodam amore inordinato, vel melius ex Dæmonis perſuaſione Gene. 19.c.4.F
Eua enarrauit viro ſuo, quæ ſerpens locutus fuerat, ſed non credidit Adam dictum ſerpentis: comedit tamen, ne vxorem contriſtaret, &c. Gene. 19.c.4.F
Euæ excuſatio fuit, ſerpens decepit me, dicens mihi, ꝙ non peccabam: ne morerer. Gene. 20.c.3.H
Hoc nomen Eua de quo Geneſ. 3. & vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Euam, in Hebræo habetur Haua, quod deſcendit de hay, ideſt, vita, quia, vt redditur ratio in littera, ipſa eſt mater omnium vjuentium Gene. 23.c.4.I
Eua quolibet partu geminos pariebat, vt dicunt Iudæi maſculum, & fœminam, & poſt illi duo erant vir, & vxor, &c. Gene. 28.c.3.G
Eua quare fuerit formata in Paradiſo aſſignantur rationes Gene. 92.c.4.F, & 93.c.1.A
Eua non fuit formata in Paradiſo, quaſi dignior, ſed quia fuit de latere viri formata exiſtētis in Paradiſo a quo non fuit expulſus, neque exiit vſquequo peccauerit, &c. Gene. 92.c.4.K
Si Eua formaretur de terra, & non de Adam, illa formaretur extra Paradiſum, ſicut vir, cum non eſſet aliqua cauſa formandi eam in Paradiſo, Geneſ. 93.colum.1.A
Eua fuit formata de latere viri, & non de pedibus neque de capite, ad deſignandum, ꝙ non formabatur vt domina neque vt ancilla, ſed vt ſocia, &c. Gene. 93.colum.1.A
Euam eſſe formatam extra Paradiſum, dicunt aliqui, contra communem opinionem, quod forſan nō poſſumus conuincere: quia licet cōſtet Euam eſſe formatam ex coſta Adæ, non conſtat tamē an fuerit huiuſmodi formatio in Paradiſo an extra. Gen. 93.colum.2.E
In Euę tētatione potius fuit arboris pulchritudo: quā ſuauitas cibi, & pulchritudo viſa: & ſuauitas credita Geneſ. 95.c.1.E
Eua fuit obligata ſub illo præcepto de nō comedēdo de ligno ſcientiæ boni, & mali Gene. 128.c.4.K
Eua nō didicit primum idioma a viro ſuo, ſed a Deo accepit, ſicut, & Adam: & Eua plenius accepit illud idioma a Deo quam Adam, &c. Gene. 139.c.2.A
Euæ peccatum primum fuit quia ipſa comedit, & dedit viro ſuo. Sed per peccatum Euæ non introiuit peccatum in mundum, &c. Sed non per peccatum primum introiuit peccatū in mūdū, ſed per primū peccatum Adæ iuxta Apoſtolū ad Romanos quinto. Quia in Adā fuit tota natura humana, &c. Gen. 142.colum.4.I
Euę peccatū ſolū fuit perſonale, ſieut peccatū Cain, & cæterorū. Peccatū vero Adæ tranſiuit in omnes homines, quia peccāte illo, condēnatū fuit totum genus humanū, quia Adā ſolus erat in quo tota natura humana fuit Geneſ. 143.c.2.D
Quòd Eua potius formata fuerit ex coſta Adæ, quam de alia parte corporis aſſignantur rationes, Gen. 143.colum.2.E
Eua erat perſona ſingularis non vt continens totam naturam humanam Gene. 143.col.1.A
Eua quando formata fuit a Deo, habuit tantam magnitudinem corporis, quantam poſtea per totam vitam, ſicut, & Adam formatus fuit in ætate virili Geneſ. 147.c.4.K
Corpus Euæ tam magnum, quomodo fieri potuit ex vna coſta parua, quidam dicunt, hoc factum eſſe per rarefactionem materiæ, &c. quod improbatur Geneſ. 148.c.1.B
Alij dicunt, quod factum fuit per additionem extraneæ quantitatis: ſed hanc poſitionem impugnat Magiſter in 2. Sent. diſt. 18. & dicit Magiſter quod fuit factum per multiplicationē illius coſtæ in ſeipſam, ſicut & quinque panes, & improbatur poſitio Magiſtri, & cōcluditur, ꝙ poſitio, quam improbat Magiſter, eſt vera & eſt Auguſtini. Sed quomodo illa materia extrinſeca trāſierit in corpus Euæ, ſunt duæ opiniones, quarum ſecunda magis placet. Sed prima videtur magis conſonare ſecundum modū loquendi ſcripturæ ad euitanda incōuenientia &c. Gen. 148.c.1.D
Euæ corpus fuit immediate formatum ex coſta Adæ, & ex materia extrinſeca, mediate, conuertendo illam materiam in coſtam ita vt coſta efficeretur tātæ magnitudinis ſicut corpus Euæ, & tunc de illa coſta formatum eſt corpus mulieris. Et iſta eſt intentio doctorum, & ſic applicatur exēplum de embrione &c. & exemplum de frugibus, & exemplū de conuerſione vini in ſacramento Euchariſtiæ, vbi aqua per ſe non cōuertitur in ſanguinē, ſed per accidens, inquantum mixta vino, conuertitur in vinum, quia, ſi non conuerteretur in vinum: non conuerteretur in ſanguinem &c. poteſt etiam quis tenere, ſi velit, quod vnica conuerſione tam coſta quàm materia extrinſeca conuerſa fuit in corpus Euæ, diceretur etiam ꝙ ex coſta Adæ fuerit formatum, quia coſta erat materia principalis, & alia per acceſſionem, & huic conſonat exemplum de grano & ſegetibus. Gen. 148.c.4.G
Eua fuit producta diſtanter ab Adam. Gen. 151.c.2.D
Eua quare ſola ducta fuerit ad Adam aſſignantur cauſæ. Gen. 151.c.2.E
Hoc nomen Eua, eſt nomen proprium primę mulieris, vt probatur Gen. 153.c.4.K
Quod hoc nomen Eua fuerit impoſitum ab Adam potius q̄ à Deo, aſſignantur rationes. Gen. 154.c.2.B
Euæ tentator fuit Diabolus, & nō ſerpēs. Ge. 155 c.4.K
Quod Eua non timuerit ſerpentem aſſignātur rationes. Gen. 161.c.2.E
Eua nō admirata eſt de locutione ſerpētis, & nō ideo quia tūc ſerpēs loqueretur, ſed quia putauit nō eſſe cōtra naturā ſerpētis loqui, & hoc tenet Aug. 11. ſuper Gen. & Magiſt. Sent. lib. 2. diſt. 21. & potuit hoc putari propter inexperientiam & nouitatem rerum &c. Gen. 165.c.3.G
Euā quare ſit aggreſſus Diabolus ad tentandū, & non ipſum Adam. Gen. f. 165.c.4.G. Sed vnde cognouerit Euā eſſe debiliorē ad reſiſtēſtū tentationi. ibidē. fo. 165.c.4.H. Sed quare ſolitariam fuerit aggreſſus Diabolus ibid. 166.c.1.A
Eua tentata fuit non à carne, ſed à Dęmone. Gene. 166.c.2.D
Euam quare tentauerit Diabolus de eſu cibi vetiti, & non de materia alicuius præcepti iuris naturæ. Ge. 168.c.1.E
Quod Euæ datum ſit præceptum de cibo vetito, per virum immediate, multi dicunt. Gen. fo. 168.c.2.D
Non Euæ, ſed Adæ datum fuit præceptū immediate, & perſonaliter de nō comedendo &c. quidā dicūt, ſed Adā illud poſtea dedit Euæ. pōt etiā dici ꝙ Adę datū eſt præceptū &c. cum primo formatus eſt, & poſtea formata Eua repetiuit Deus præceptum coram ambobus, &c. Gen. 170.c.1.A
Eua reſpondens Dæmoni addidit dicens, ne tangeremus illud Gene. 3. quidam dicunt quòd non vetuit Deus ne tangerent, ſed ne comederent, &c. Gene. fol. 170.col.2.C. Poteſt etiam dici quòd mulier nō addidit ſed putauit, quòd eſſet ſibi præceptum de non tangendo, &c. ibid. fo. 170.c.3.I. ſed primum eſt veriſimilius.
Eua cur dixerit ne fortè moriamur, apponēdo ly fortè,

tè,cum Deus non apposuerit, quidam dicunt, Euã apposuisse propter temperamentum locutionis, vt sapientes solent facere,& non quia dubitauerit, sed hac opinionc confutata, dicitur, ꝙ mulier ideo dixit: quia dubitauit, sic dicit Aug. & Magister. 2. Senten. dist. 21. Et solet dici qđ istud præceptũ cœperat displicere Euæ qñ tentabatur, & ideo addidit aliquid, quod videbatur facere præceptum graue, dicens præcepit nobis Deus, ne comederemus, neque tangeremus, cum Deus non vetuerit tactum. secundo abstulit certitudinem de illatione pœnę mortis & transgressione præcepti, dicens, ne forte moriamur,&c. Gen. 170.c.4.K

Eua quare credidit comedendo, non esse morituram. Gen. 172.c.2.B

Eua credidit diabolo ex ignorantia naturæ Dei. Gen. 172.c.2.C

Eua, ex verbis Diaboli, multa credidit. Primò Deum mentiri. secũdò Deũ inuidere homini. tertiò ꝙ gustato cibo, efficerentur homines sapientes. quartò ꝙ homo posset æquari Deo. quintò credidit rem impossibilẽ &c. Gen. 170.c.2.B.C

Quòd Eua appetierit diuinã excellentiam, dicit Aug. lib. 11. super Gen. & Magist. Sent. lib. 2. dist. 21. & fere omnes. Gen. 173.c.3.K

Eua totam suam perfectionem accepit in sua formatione, sicut Adam, sed non accepit tantam plenitudinem scientiæ, quantam Adam. Data tamen est ei cognitio omnium necessariorum, ita vt nihil ei deesset,&c. Gen. 177.c.3.G

Eua, cum seducta fuit, nõ erat in statu innocentiæ &c. Gen. 178.c.1.E

Euam non credidisse serpentẽ accepisse vsum loquendi à Deo, dicunt aliqui, & ideo in hoc non fuit decepta, nec sciuit vnde haberet serpẽs ꝙ loqueretur. nec tñ ꝓp hoc est decepta, ꝙa non est deceptio hominẽ nescire, sed solũ, qñ nesciẽs asserit rẽ aliter se habere q̃ se habeat,&c. Gen. fo. 179.c.3.F. Et sic dicentes,& bene, oportet negare dictũ Aug. & Mag. dicẽtes ꝙ Eua credidit serpentẽ diuinitus accepsse, quod loqueretur. ibidẽ. Vel si saluare volumus dictũ Augu. &c. dicendũ, ꝙ in hoc decepta fuit; sed iam erat in illo statu, in quo decipi posset,&c. Gen. 179.c.3.I

Eua creditur peccasse in illo die, in quo fuit formata, similiter & Adam. Gen. 179.c.3.k

Quòd Eua putauerit serpẽtem, locutionem accepisse diuinitus, idest per ministerium alicuius substantiæ spiritalis, dicunt aliqui, vt saluent dictum Augusti. & Magistri, sed falluntur. Gen. 179.c.3.K

Eua nolebat comedere de fructu arboris, propterea, quia Deus dixerat ꝙ moreretur si manducaret, aut tangeret, vt ipsa asseruit, impulsu tamen serpentis corporali, tetigisse, dicit Rabbi Salo. & alij, & hoc vt crederet Eua, ꝙ si erat peccatũ in tangendo, iam nõ dubitaret comedere, quia non poterat iã magis peccare, sed probatur hoc esse falsum & ridiculũ. Gen. 181.c.3.I

Quòd Eua, postq̃ comedit de ligno vetito, dederitque viro suo, ex inuidia hoc fecisse, dicũt aliq, quia vidit virum suum ea feliciorem, sed hoc non constat, vt probatur Gen. f. 181.c.4.F. Sed dicẽdũ, ꝙ dedit viro suo, ex quodam amore quem ad virũ habebat,&c. secundò ad manifestãdum suã lętitiã, credens esse verum quod serpens ei dixit, & falsum quod Deus dixerat. s. in quacunque hora,&c. Gen. fo. 181.c.3.K Et hanc dationem explicuit scriptura propter multas causas. ibid. 182.c.1.C

In Euæ tentatione, quis ordo fuerit, ostenditur. Gen. 182.c.4.F

Eua credidit verbum diaboli verum esse, etiam post comestionem, & ob hoc dedit viro suo de fructu, licet non haberet aliquam cognitionem, quã prius non habuisset, quæ esset perfectior intellectiua, & si habuerit experientiam defectuum de nouo aduenientium, nam hanc habuit Eua prius quam ambo comederent. Gen. 182.c.4.I

Eua post comestionem non est admirata, eo quod nõ facta sit sicut Deus sciẽs bonum & malum, & hoc quia nondum lapsum fuerat tempus, quod dixerat serpens, s. in quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, &c. & tamen dies ille, in quo comederat, nondum lapsus erat &c. Gen. 182.c.4.K

Eua, cum dederit viro suo comedere, nõ dixit de qua arbore esset ille fructus, vt dicunt quidam, sed falluntur. vt probatur. Gen. 183.c.1.B

Eua postquam comedit, iuit ad virum suum ferẽs fructum, & hoc fecit, quia voluit virum suum fieri participem tanti boni, vt efficeretur sicut Deus &c. Et exposuit viro suo per ordinem omnia, quæ dixerat ei serpens, & quòd ipsa iam comederat; & tamen nihil mali ei acciderat, propter quod credebat certissime futurum ꝙ efficerentur sicut dij,&c. si ambo comederent, & ideo orauit virum, vt comederet,&c. Gen. 182.c.2.A

Euæ peccatum fuit grauius peccato Adæ. Gen. f. 182. col. 1. E

Eua quomodo seducta est nõ Adam. Gen. 244.c.2.D

Euæ quare nõ fuerint oculi aperti, vt cognosceret se nudam esse statim vt peccauit. Gen. 184.c.1.E

Euam non solum persuasit Serpẽs, vt comederet, sed etiam ꝙ daret viro suo comedere, vt ex verbis Euæ constat. Gen 3. quibus ipsa respondit, dicens, Serpẽs decepit me,&c. Gen. 206.c.2.D

Euæ quare dixit Deus, quare fecisti hoc, s. quod vir tuus dicit, & non potius petijt ab ea, an ita esset, vt dixit vir suus, vel an fecisti hoc, quod dixit Adam, duplex assignatur responsio. Gen. 207.c.1.E

Eua in multis decepta est à serpente, primo, quia credidit se non esse morituram,&c. secundò quia credidit futuram esse sicut Deus, &c. tertiò, quia credidit Deum dixisse falsum,&c. Gen. 207.c.2.C

Eua, multis de causis, dixit se deceptam: primò, quia ita fuit. secundò in excusatione peccati &c. tertiò ad transferendum culpam. quartò, quia secuta est Adam in excusatione &c. quintò, quia nõ inuenit aliam excusationem &c. Gen. 207.c.2.D

Quod Eua voluerit se excusare, fuerunt duæ causæ, prima vt se alleuiaret à pœna. secundò vt se exoneraret à verecundia, & ideo dixit, serpẽs decepit me, & comedi, sed hoc quare dixerit Eua cum non videatur dictum ad propositum. Gen. 207.c.2.D

Eua dicens, Serpens decepit me, & comedi plenè respondit ad ea, quæ Deus quęsiuit, & ad ea quæ non quæsiuit, nam Deus quæsiuit ab ea cur dedit viro suo comedere, & ipsa respõdit quod comedit; sed quare comederit, respondit, serpens decepit me, & propter illa, quæ dixit ei serpẽs, comedit, & propter eadẽ dedit viro suo, vt scilicet fieret particeps eorundem bonorum, quibus, ipsa, vel quia putauit virum debere comedere ad hoc quod fieret illud, quod serpens dixerat,&c. Gen. 208 c.1.B

Eua peccauit in duobus, s. quia superbiuit, & quia comedit, & ideo punita est in duobus, sic dicit Historia Scholastica, & hoc aliqualiter applicari potest. Gen. 226.c.3.K

In Eua foret aliqua subiectio ad Adam in statu innocentiæ, non tamen pœnalis, quia non foret coacta, nec ad bonum Adam imperantis, sed ad Euæ aut saltẽ amborum, nec esset labor, vel difficultas in exequen-

exequendo. Gen. 229.c.4.G
Eua circa copulationem in statu innocētiæ staret determinationi Adæ, & debebat stare, s. q̃ cū Adam iuberet copulandum, obediret vel assentiret Eua, & vbi ille iuberet & quoties, & ita de alijs circunstantijs, quia vir & caput mulieris erat, & magis intelligens &c. Gen. 229.c.4.I
Eua erat vt pars animæ rationem participās, & Adam vt ratio per essentiam. Gen. 229.c.4.k
Eua subijceretur viro quo ad filiorum educationem in statu innocentiæ, nec esset subiectio pęnalis &c. Gen. 229.c.4.K
Illa, quæ in Euæ maledictione prænunciata sunt, verè mala sunt, sed non ea, quæ prænunciata sunt in maledictionem serpentis, &c. Gen. 232.c.2.D
Euæ nomen nondum positum erat primæ mulieri, cum Deus maledixit eam & Adam, sed postea illud imposuit Adã, & patet ex ordine literæ. Gen. 3. vbi dicitur, vocauit Adam nomen vxoris suæ Euã. Gen. 244.c.3.H
Eua pariebat simul matrem, & fœminam eodem partu, & isti postea in matrimonium iungebantur; nunc autem non expedit fieri hoc propter multa. Mat.to.5. 80.c.4.G
Euę formatio non fuit facta per solam multiplicationem costæ Adæ, vt dicunt nonnulli, sed super conuersionē alterius materiæ, &c. Mat.to.4. f.95.c.4.F
Euangelium. Euangelicam legem præfigurat liber Deuter. sed quomodo hoc. Gen. 18.c.4.K
Euangelium esse conficta quædam mendatia, dicunt Iudæi. Exo.to.1. 253.c.1.C
Euangelium scripsit Mat. in Hebræo. Exo.to.1.f.255. col.4 I
Euangelium, quomodo excedat Thorath. Exo.to.1. 258.c.1.C
Euangelica lex omnes homines obligat. quia omnes voluit Christus ad illam obligari. Mat.28. ite in vniuersum mundum, &c. Exo.to.2. 101.c.4.H
Euangelica lex vocatur lex perfectionis, non q̃ omnibus perfectionem præcipiat, sed quia omnem imperfectionē prohibet, s. omne peccatum, quia nullum vitium in nouo testamento permittitur. lex vero vetus non omnem imperfectionem prohibebat, quia multa, quæ alias vitia essent, permittebat vt libellum repudij. Deut.24. vsuras. ibidem. & purgationem vulgarem zelotipiæ. Nu.5. & vindictam. ita vt posset quis manu ppria occidere aliū. Nume. 35. vocatur etiam lex euangelica lex perfectionis quia tota est spiritalis, lex verò vetus considerabat temporalia, & temporalibus bonis ponens prędmia. Nu.to.1. 75.c.4.H
Ex euangelio Ioan.cap.14. Arriari raserunt illud; Ego in patre & pater in me est, & illud. 1.Io.9. Et hi tres vnum sunt; dicentes hoc non esse ex sacra scriptura, &c. Deu. 18.c.3.H
Quatuor euangelia recipit ecclesia, alia autem, quæ ab hæreticis conficta sunt sub nomine apostolorū, non recipit, scilicet, euãgelium Andreæ, Barnabæ, & Thadæi, &c. Deut. 18.c.4.I
Lex euangelica omnem malum prohibet, quia respicit cuiuslibet personæ bonū spirituale, & Deus potest dare aliquod adiutorium ad præseruationem ab omni malo &c. Deut. 126.c.4.G
Vnicum est euangelium, sed quatuor fuerūt scribentes. Mat.to.6. 279.c.4.F
Fides euãgelij prædicata est per totum orbem, viuente Petro, vt dicit Nicolaus de Lyra, & q̃ per S. Sauinianum & socios eius prædicata est fides in Gallia, & per Paulum in Hispania, cuius oppositum tenet Augustinus, & Origenes. Mat.to.6. 280.c.3.E
Quomodo intelligatur illud Mat.24 p̃dicabitur euangelium in testimonium omnibus gentibus. Matt. to.6. 280.c.3.G
Lex euangelica non dirigit sibi subiectos ad bonum, quod in præsenti est, vt leges humanæ, sed respectu alicuius boni futuri, s. vitæ æternæ. & ideo vult vt, qui illam assequi debent, sint immaculati. Deuter. 127.c.1.E
Inter legem euangelicam, & legem veterem assignatur discrimen. Deut. 126.c.4.F
Lex euangelica fuisset introducta, dato etiam quod Iudæi non peccarent contra legem suam. 3.Regū. 81.c.2.A
Euangeliorū liber excedit alios libros noui testamenti in duobus. Primò, quia principaliter continent facta & dicta Christi, q̃ alij libri &c. Secundò, quia ibi cōtinentur dicta & facta Christi, prout ab eo dicta vel facta sunt, &c. Mat.to.1. 6.c.2.B
Euangelium est nomen Græcum significans bonam annunciationē vel bona noua, vt vulgariter loquimur, & licet sic significet, aliqñ tamen accipitur diuersimode. Nam sæpe capitur euãgelizare pro annunciare vel prædicare. Psal 67. dñs dabit verbum euangelizantibus, idest prædicantibus. Et Naum.1. Ecce super mōres pedes euãgelizãtis, &c. & 1.Cor. 9. si nō euangelizauero veh mihi. & ad Ro.10. quã specioſi pedes euangelizantiū pacem. aliqñ accipit pro mala annūciatione ad Gala.1. miror q̃ sic tam cito transferamini in aliud euangelium, &c. & ibidem, si quis vobis euangelizauerit, &c. Matth.to.1. 6.c.4.F
Euangelium Christi aliquando vocatur euangelium pacis, aliquando euangelium æternum, aliquando euangelium regni Dei Mat.4. & 9. & Mar 1. & ad Eph.9. In præparationem euangelij pacis. Mat.to.1. 6.c.4.H. Et vocatur euangelium regni Dei. quia ad regnum cœlorum introducit. Mat.to.6 279.c.4.K
Liber euangeliorū dicitur euangeliū per excellētiā, sicut Dauid dicitur propheta per excellentiam inter omnes prophetas secundi ordinis, & sic Paulus dicitur Apostolus. Mat.to.1. 6.c.4.K
In euangelijs annunciantur bona multipliciter. Mat. to.1. 7.c.1.B
Libri veteris testamenti non possunt vocari euangelium propter multa. Mat.to.1. f.7.c.1.E. Et alij libri noui testamenti possunt dici euangelium largè, nō tamen strictissimè, & per excellentiam sicut liber quatuor euangeliorum. Mat.to.1. 7.c.2.E
Multa fuerūt euangelia scripta præter quatuor: nam apud Aegyptios reperiebantur euangelia, quæ dicebātur scripta vnum à Beato Thoma, aliud à Bartolomæo, & singula alia, quæ nominabantur ex singulis nominibus duodecim Apostolorum. Aliud euangelium fecit Basilides. Aliud Apelles; fecit quoque codicem euangelicum Lucianus; fecitq; Hesichyus, & multi alij. De hoc Hieronymus in libro Illustriū virorū, & in prologo suo super Matth. qui incipit; Plures fuisse. Et in quadam epistola ad Damasum Papā, quę ponitur inter prologos super Matth. & incipit. Beatissimo Papæ Damaso. Et ista longo tempore permanserunt in Ecclesia, s. vsque ad tempus Hieronymi, & legebantur ab aliquibus: ecclesia tamen nunquam recepit in auctoritatem, nisi quatuor: & illos posuit in canone librorū suorum, vt patet in Decretis 15.dist.cap.sancta Romana Ecclesia, & in c. sicut Sancti Euangelij, & causæ quare non fuerint recepta alia Euangelia, fuerunt multæ, scilicet octo, quæ referuntur, Matth. tomo 1 114.c.3.F. & 29.c.1.A

Index in omnia Opera

Quod tantum quatuor sint Euangelia, & non plura nec paùciora, probatur ex multis causis mysticis, & literalibus, Mat. tomo. 1. 12.c.2.B, & 29.c.2.B

Euangelijs non adhibemus fidem nisi propter Ecclesiam, Mat. tomo 1 16.c.2.E

Absque Euangeliis fuit Ecclesia certo tempore post mortẽ Christi, cuius triplex assignatur causa, Mat. tomo 1 17.c.4.F

Euangelium scripsit Matthæus, in Hebræo priusquã iret in Aethiopiam: quod reliquit Iudæis, quibus prædicauerat· Marcus vero scripsit Euangelium Romæ, rogatus a quibusdam, vt illud scribere, & illud scripsit, sicut Petrus prædicauerat, quod, & Petrus approbauit, & assumpto Euangelio iuit in Aegyptum, Mat. tomo 1. 17. col. 4. I. Lucas scripsit postea Euangelium, qui etiam, & ipse Dominum nõ vidit; quod scripsit in Græcia, sicut a Paulo accepit, scilicet in partibus Bæotię, & Achaiæ ad preces Theophyli Domini ciuitatis Antiochiæ, quod postea approbauit Paulus, vt patet 2. Corin. 8. &c. ibi.

Vltimus, qui scripsit Euangelium fuit Ioannes, multo tempore post alios tres, rogatus ab Episcopis Asiæ, vt de Christi deitate Euangelium scriberet ibidem 18.c.1.C

Euangelia non fuerunt semper in hac forma, in qua nunc sunt; quia apud nos omnia sunt Latina lingua scripta, in principio vero non, sed tria Græco sermone, & vnum Hebraice, scilicet, Matthæus: & postea fuerunt in Hebræo, Chaldæo, Græco, & Latino, & in multis aliis linguis, Qui autem fuerit, qui Euangelium primo transtulit in Latinum, nõ constat, & postea secuta est magna discordia inter ipsos libros noui testamenti, quod ex multis accidebat, Mat. tomo 1 20.c.4.K

Euangeliorum libri sunt necessarii tam ad integritatem fidei, quam ad statum noui testamenti, Mat. tomo 1 22.c.3.F

Præter Euangelia necesse fuit, vt essent alii libri sacrę scripturæ, siue noui, siue veteris testamenti, Mat. tomo 1 22.c.4 F

Non potest Ecclesia dispensare in Euangelio, Matth. tomo 1 23.c.2.I

Quod Euangelium legatur, & audiatur discooperto capite, non est præceptum sed consuetudo Ecclesiæ laudabilis propter multa, Mat. to. 1 24.c.3.I

Cum per impositionem Euangeliorum aliquis sanatur, non fit hoc per aliquam virtutem, quam Deus cõmunicet Euangeliis, sed per virtutem infinitam Dei, quod fit propter fidem eorum, qui imponunt &c. Mat. tomo 1 25.c.4.H

Euangelium non solum fuit necessarium prædicari, sed, & scribi propter hæreticos, Mat. to. 1 27.c.1.E

De duratione Euangelicæ legis, refertur error Porphirii, & aliorum, Mat. to. 6 84.c.3.k

Tempore vitæ Christi in hoc mundo non debuit scribi Euangelium propter multa, Mat. to. 1 27.c.2.A

Euangelium scribitur principaliter ad memoriam, vt, scilicet non obliuiscamur ea, quæ Christus prædicauit, Mat. tomo 1 27.c.3.I

Euangelii scripta fuerunt necessaria, etiam non existentibus hæreticis, propter quatuor, Mat. tomo 1 28. colum. 4. k

Qui post quatuor Euãgelistas scripserunt Euangelia, peccauerunt grauiter ex multis causis, Mat. tom. 1 29 colum. 2. E

Euangelium fuit prædicatum per quatuor partes terræ habitatæ. Mat. to. 1. 29.c.4.I

Per Euangelium liberamur a triplici morte. s. naturæ, culpæ & gehennæ & ciuili, vt patet inductiuè. Mat. to. 1. 30.c.2.D

Euãgeliorum libri, quos Hieronymus tradidit emendatos, voluit vt modicum discreparent a prioribus libris, & hoc propter multa. Mat. to. 1. 38.c.2.C

Libris euangeliorum Hieronymus apposuit canones ex multis causis, quæ referuntur. Mat. to. 1. 41.c.3.G

Interpretes, qui de Græco in Latinum euangelia primò verterunt, nõ scripserũt canones, quia non erãt tunc in Græco, neque erant facti: immo quasi ad ducentos annos post illas translationes non fuerũt facti canones. Mat. to. 1. 41.c.4.K

Per euangeliorum canones duo inquiruntur. s. quæ sint loca, in quibus omnes euangelistæ, vel aliqui ipsorum conueniunt, & quæ sint loca, vbi singuli ꝓpria habẽt, & soli sũt, &c. Mat. to. 1. fo. 43. c. 3. K. Et ad multa alia sunt vtiles. ibid. 43.c.3.K

Ad hoc quòd aliquis cõuenienter scribat euangeliũ tria requiruntur. Primò, ꝙ habeat potestatem a Deo. Secundò, ꝙ Deus specialiter illum moueat, & inclinet ad scribendum. Tertiò, ꝙ Deus dirigat dictando ei id, quod scribendum sit, ne erret, &c. Mat. to. 1. 56.c.4.G

Ioannes tenebatur scribere euãgelium ex multis causis. Mat. to. 1. 61.c.1.C

Cum Ioannes euangeliũ rogatus vellet scribere euangelium, fecit ecclesias ieiunare, & orare priusquam inciperet scribere, & scripsit illud in campo sub dio &c. Mat. to. 1. 62.c.1.A

Quando in euangelio ab euangelistis dicitur, hoc totum factum est, vt adimpleretur, quod dictum est per prophetam, &c. particula, vt, non tenetur causaliter, sed concomitanter. Mat. to. 1. 94.c.1.E

Ex euangelio duo debẽt principaliter colligi, scilicet, ꝙ Christus redemit nos, & qualiter ad participãdũ fructum istius redemptionis perueniendum sit, s. per vitæ rectitudinem regulatæ per prẽcepta Christi, &c. Mat. to. 1. 167.c.4.H

Nulla scriptura est tantæ auctoritatis sicut euangeliũ, vt dicit Augustinus lib. 1. de Concordia euangel. in principio, & ideo per euangelium maximè cõsueuimus iurare quando iuramẽtum solenniter præstatur. 63. distinct. cap. tibi domino, & 1. quæst. vlt. cap. sentimus. & 1. quęst. 7. cap. quoties, &c. Matth. to. 2. 217.c.1.A

Nihil melius est homini q̃ doctrina euangelica. Mat. to. 3. 236.c.2.D

Ad euangelicæ legis obseruationem tria conducũt, scilicet imploratio diuini auxilij, conatus liberi arbitrij, euitatio mali cõsortij, &c. Mat. to. 3. 122.c.2.E

Euangelium Matthęi non fuisse visum a Marco, nec a Luca, quidam dicunt. Mat. to. 3. 164.c.1.E

Doctrina Christi dicebatur euangelium regni Dei. Mat. to. 3. 219.c.1.E

Ex euangelij prędicatione necesse est sequi discordiã. Mat. to. 3. 264.c.3.G

Euangelium, tempore Petri, prędicatum est in Italia, & etiam in Gallia, quia sanctus Sauinianus vnus de septuaginta discipulis missus est a beato Petro in Galliam in ciuitatem Senonensem, quæ tunc erat metropolis Galliæ & conuertit ad Christum habitatores vrbis illius &c. Mat. to. 6. 280.c.3.H

Euãgelium prędicauit Paulus in Hispania. Mat. to. 6. 280.c.3.F

Euangelium prædicari per totum orbem potest intelligi dupliciter, vno modo quãtum ad hoc quòd in singulis regnis aut prouincijs aliquis prædicauerit nomẽ Christi. Alio modo ꝙ ita p̃dicatũ fuerit ꝙ in quacunque parte fundata sit ecclesia catholicorum &c. primo modo fuit prædicatum euangeliũ per totum orbem &c. non tamen secundo modo, quia sic nondum est completa prædicatio per totũ orbem

orbem &c. Mat.to.6. 280.c.3.G
Dicere quod sint aliquæ gentes, in quibus nullus vnquam Christi discipulus prędicauerit euangelium, vel ad quas tunc non peruenerit fama prædicationis doctrinæ Christi nemo sapiens auderet asserere, quia ista negatiua non habet vnde probetur. Mat.to.6. 280.c.4 F
De dicto Augustini: Ego euãgelium non crederem nisi Ecclesiæ auctoritas me moueret. Matth.to.1. 14.c.4.G
Octo reperta sunt euangelia, quatuor, quæ recepit ecclesia, & alia quatuor, quæ ab hæreticis conficta sunt nomine Andreæ Thadæi, & aliorum Apostolorum, &c. Defen. 25.c.4 I
Euangelium nõ vocatur lex propriè, sed gratia, Ioannis 1. Lex per Moysen data est gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Parad. 60.c.1.C
Euangelista. Quatuor euãgelistæ dicũtur quadriga domini, quia sũt quatuor. quadriga enim a numero quatuor equorũ dicitur: quia quatuor equos habet, & Biga, quia duos. Triga quia tres. & dicuntur quadriga Domini, quia in eorum quatuor scriptis portatur Christus per quatuor plagas mundi sicut per quadrigam. Gene. 29.c.2.E
Quilibet Euangelista vocatur Cherubin, quia interpretatur scientiæ plenitudo, quia fuerunt repleti spiritu ad scribendum euangelia, &c. Gene. fo.29. col.3.F
Quatuor euangelistæ significantur per quatuor animalia plena oculis, quæ vidit Ezechiel. Gene. f.29. col.3.F
Euangelistæ nunquam allegant aliquid in sensu allegorico, &c. sed solum in sensu literali &c. Nume. to.1. 102.c.4.I
Euangelistæ. s. Marcus, Ioannes, & Lucas, concordantur. nam Marci 16. dicitur quòd mulieres venerũt ad sepulchrũ, orto iam sole. Ioan. vero. 20. dicitur. ꝙ Maria Magdalenæ, &c. Venit ad monumentum cũ adhuc tenebræ essent. Et Lucæ 24. dicitur: Valde diluculo, &c. Iosue tomo 1. 54.c.2.B
Euangelista dupliciter accipitur, vno modo pro scriptore Euangelij, alio modo pro prædicatore Euangelij, de hoc secundo patet. 2. ad Timo. 4. opus fac Euãgelistę, aliquãdo pro vtroque simul ad Ephe. 4. quosdã dedit Apostolos alios Prophetas, alios verò Euangelistas, &c. Mat.to.1. 8.c.1.A
Euangelistæ non scripserunt, vt notarij, nec vt testes, sed vt historiographi Christi. Matth.tom.1. fo.14. col.1.C.& seq.
Euangelistarum certitudo & auctoritas non est ab ipsis, sed ab Ecclesia. Mat.to.1. 14.c.3.I
Quatuor Euangelistæ quomodo fecerint fidem Ecclesiæ. Mat.to.1. 16.c.2.E
Euangelistis non fuit fides data iuris humani. Matth. to.1. 16.c.3.K.& seq.
Euangelistæ, qui non viderant gesta Christi, erant certi se vera dicere dupliciter. Primò per sufficientem instructionem. Secundò quia sciebant se dirigi a Spiritu sancto &c. Mat.to.1. 17.c.3.F
Omnes Euangelistæ fuerunt contemporanei in vita, licet nõ in scriptura. Primum patet, & secundum probatur, quia Matth. longe ante alios, & Ioannes longe post alios scripsit, & causa & modus scribendi Euangelia refertur. Matthæi tomo 1. fol. 17. col.4.F
Euangelistæ ordinati sunt ab ecclesia secundum ordinem temporis in scribendo, cuius assignatur duplex ratio. Mat.to.1. 18.c.2.E
Euangelistæ in suis euangelijs non habuerunt eadem principia, neque similes prosecutiones scripturæ suæ. Nam Lucas inter cæteros visus est tenere conuenientiorem ordinem, quia incœpit ab illis, quæ prima erant secundum tempus, vt est Christi conceptio, &c. Et inchoauit totam historiam vsque ad Christi ascensionem secundum ordinem temporis. Matthæus genealogiam Christi, deinde eius conceptionem expressit. Marcus discordauit ab his in principio. Nam incœpit a prædicatione Ioannis Baptistæ, & a baptismo Christi, & cõtinuauit similiter vt Matthæus. Vnde Marcus appellatur abbreuiator Matthæi ab Augustino. Ioannes discordauit a cæteris tam in exordio, quam in prosecutione, incipiens a Christi deitate & incarnatione. Et causa huius discordiæ, vt dicit Augustinus, fuit inspiratio diuina, & hoc tam in ordine quam in rebus enarratis. Sed Hieronymus assignat aliam, scilicet, quòd causa fuit, vt vnus suppleret, quod alius omiserat, & hæc causa videtur sufficientior. Mat.to.1. fo.18. col.3.k
Euangelistas distinguit Augustinus per intentiones scribendi, quia Matthæus intẽdebat declarare Christum esse regem, Lucas quòd esset Sacerdos, & Ioãnes, quòd esset Deus, & Marcus, quòd esset abbreuiator Matthæi; sed ratio Hieronymi est magis literalis & verisimlior, scilicet, quòd Euangelistæ posteriores vidẽres ea, quæ priores scripserunt, semper intẽdebant aliquid supplere, quæ deerant prioribus. Mat.to.1. 19.c.1.E.& seq.
Non repugnat aliquem esse Euangelistam, & Apostolum. Mat.to.1. 19.c.2.E
Inter Euangelistas non est maior auctoritas, vt probatur ex quatuor, scilicet nec quo ad certitudinẽ, nec quo ad materiam; quia eadem materia tractatur ab omnibus, s. de actibus, & dictis Christi. Sacri tamẽ doctores solẽt in verbis suis significare quandam excellentiam euangelij Ioannis super cætera, vocando illud diuinum & altissimum &c. Nec tertio est maior auctoritas ex parte ineuitabilitatis rerum traditarum in suis euangelijs. Nec ab ecclesia est maior æstimatio vnius quã alterius, vel aliorũ. Mat.to.1. 20.c.1.C
Est tamen inter euangelistarum personas inæqualitas dignitatis & auctoritatis: quia, qui sunt Apostoli, digniores sunt non Apostolis: libri tamen eorum non sunt propter hoc inæqualis auctoritatis, cum sint de eadem materia, & ęqualis certitudinis. Mat. to.1. 20.c.2.C
Euangelistæ scripserunt in Grẹco prẹter Mat. qui scripsit in Hebræo. Mat.to.1. 20.c.3.G
Ab euangelistis non accipit Christus probationem, ꝙ ipse sit Deus, sed ipsi referunt ea, quæ Christus fecit, per quæ probauit se esse Deũ. & hoc non est testificari vel probare testificata, sed ꝓbata scribere. Mat.to.1. 21.c.3.H
Circa applicationẽ quatuor euangelistarum ad quatuor animalia discordant Augustinus & Hieronymus in Matthæo & Marco; quia Augustinus comparat Matthæus leoni, & Marcum homini. Hieronymus verò è contra: sed ecclesia secuta est Hieronymum, & non Augustinum. Sed quia talis applicatio est magis allegorica quam literalis, nullũ tenemur sequi, & alterum sequẽdo non errabimus. Matt.to.1. 31.c.2.A
Ex euangelistis Marcus est, qui in decimo canone minimum locum habet; quia ipse pauciora propria habet, quã quilibet aliorum, & Ioannes habet maximũ locum in 10. canone &c. Mat.to.1. f.30.c.3.F
Animalium figuræ, quę euangelistis applicantur, magis cõueniunt Christo, q̃ ipsis. Mat.to.1. f.32.c.1.D

Index in omnia Opera

Euangeliſtę male depinguntur apud nos,cum ſingulis aſcribantur ſingula quatuor animalium, vnius faciei vni, & alterius alteri &c. Matth. tomo 1. 62. colum.4.k

Quos vocent Euangeliſtæ principes ſacerdotum, & pontifices,cum tamē eſſet vnus ſummus ſacerdos, Matth.tomo 1 119.c.1.C

Omnium Euangeliſtarum intentio fuit enarrare omnia geſta & dicta Chriſti, inquantum illa ſunt neceſſaria,vel vtilia ad ſalutem noſtram,ſcilicet, ad fidem,& ad inſtructionem neceſſariam in moribus, Mat.tomo 1 167.c.3.G

Nullus Euangeliſtarum tacuit illa,quę omnino erant neceſſaria, licet quidam eorum plura dicant in eadem re,quam alij,Mat.tomo 1 167.c.4.F

Euangeliſtæ quare tot Chriſti miracula narrauerunt, Mat.tomo 1 168.c.1.C,& ſeq.

Aliqui Græcorum dixerunt, quòd vnus Euangeliſta dixit verum in aliquo, vbi cæteri errauerunt, vt quòd Ioannes dixit verum in aſſignatione Paſchali, vbi cæteri errarunt. Sed hoc dicere eſt blaſphemum, & hæreticum. Matth. tomo 1. 196. colum.2.C

Alij dixerunt, quòd Euangeliſtæ mentiri noluerunt, ſed quòd aliqui eorum obliti ſunt veritatem, & aliud pro alio poſuerunt, ſed hoc eſt etiam falſum, & erroneum,Mat.tomo 1 196.c.2.D

Euangeliſtæ licet varia verba Ioannis poſuerunt de calciamentis Chriſti, quia Mat. 3. dixit. Non ſum dignus calciamenta portare. Marcus vero corrigiã calciamentorum eius procumbens ſoluere,Lucas. Corrigiam calciamentorum ſoluere, Ioannes non ſum dignus &c. non tamen obuiant ſibi inuicem, Mat.tomo 1 196.c.2.E

In Euangeliſtis ſæpe contingit,vt omnes eandem ſententiam fideliter narrent, licet non ſemper eadem dicant verba, & hoc parum refert, niſi vbi in ipſa verba inducunt aliquem effectum ſpecialem, quia oportet ipſa verba ad vnguem referre, vt in formis ſacramentorum, Matth. tomo 1.196.c.3.k

Euangeliſtæ magis curant de ſententia,quam de verbis, vt patet de voce, quæ audita eſt in baptiſmo Chriſti,quia Matthæus dixit, Hic eſt filius meus dilectus &c. Marcus,& Lucas dicũt,Tu es filius meus &c.Mat. tomo 1 213.c.3.H

Tres primi Euangeliſtæ omiſerũt omnia geſta Chriſti in primo anno poſtquam baptizatus eſt, ſolum ea ſcribentes quæ geſſit Chriſtus poſtquam Ioannes miſſus eſt in carcerem, Ioannes vero Euangeliſta dicit de Petro & Andreã, & Nathanaele, & de miraculo in Cana Galilææ, priuſquam iret Ieſus in Galileam,quæ omnia cæteri Euangeliſtæ ptermiſerunt,id contexentes ſuis narrationibus,quòd Ieſus reuerſus ſit in Galilæam, Mat.to.1 255.c.4.K

Euangeliſtæ allegant authoritates ſacræ ſcripturæ, quantum ad ſenſum, non curantes de tenore literæ,vt patet in 1.& 2.capite Matth.tomo 1.259.c.4.I

Euangeliſtæ non poſſunt diſcordare in veritate rerũ geſtarum,licet aliquando diſcordent in ordine narrandi,Mat.tomo 3 143.c.3.H

Euangeliſtę in multis non concordant in ordine narrationis,nec propterea dicendum eſt, quòd aliquis eorum errauerit, quia non fuit intentio eorum dicere,ſcilicet, quòd eo ordine acciderint geſta, quo ipſi narrant, ſed quòd omnia, quæ ipſi narrant acciderunt, & etiam plura, quam quæ ipſi narrant, Mat.tomo 3 179.c.1.A

Tres Euangeliſtæ fuerũt mortui ante deſtructionem Ieruſalem, nam Ioannes multo poſt tempore vixit Mat. tomo 6. 259.c.4.I. Immo ſuper alios Apoſtolos vixit,ibid. 261.c.1.B

Quatuor fuerunt Euangeliſtæ,ſed vnicum fuit euangelium,Mat.tomo 6 279.c.4.F

Inter Euangeliſtas nemo eſt breuior Marco, Matth. tomo 6 322.c.4.G

Euangeliſtæ ſæpe ſecuti ſunt ſenſum verborum Chriſti, & in hoc nunquam variant, verba tamen non ſemper referunt eadem, ſed interdum ponunt æquiualentia in ſignificando,Mat.to.3. 188.c.2.C

Euangeliſtarum ſcripta, quare dicantur Euangelia, Mat.tomo 3 219.c.2.A

Inter Matthæum & alios Euangeliſtas circa allegationem authoritatum veteris teſtamenti hoc intereſt, quia alij communiter referunt, quæ Chriſtus allegauit, ſed Matthæus allegat etiam multa, quæ Chriſtus non allegauit,Mat.to.3 279.c.2.A

Euangeliſtæ ſola illa, quæ ad ſalutem noſtram pertinebant,retulerunt,Mat.to.4 73.c.1.E

Euangeliſtæ, ſimiliter & Chriſtus rarò allegauit ſcripturam veteris teſtamenti ſecundum omnia verba ſua,Mat.tomo 4 49.c.2.C

Euangeliſtæ ſæpe poſuerunt ordinem artificialem, & non naturalem in narratione, Matth. tomo 4. 58.c.2.A

Euangeliſtæ ſola neceſſaria, vel vtilia ad naturam humanam ſcripſerunt,Mat.to 4 73.c.2.A

Quidam Euangeliſtæ ſupplent, quod alij decurtant in hiſtoriæ narratione, Mat. to.4.88.c.2.E,& 90.c. 1.E,& 141.c.3.I,& 104.c.4.G

Nemo Euangeliſtarũ plura expreſſit in ſententia quã Marcus circa miraculum ex 5. panibus, Mat.to.4. 90.col.2.A

Rara ſunt,de quibus Euangeliſtæ per omnia concordent,Mat.tomo 4 104.c.2.D

In dictis Euangeliſtarũ magna oritur difficultas propter eorum artificioſos loquendi modos,Mat.to.4 104.col.2.E

Nunquam idem Euangeliſta eandem hiſtoriã refert bis,vel pluries,Mat.tomo 4 84.c.4.H

Euangeliſtæ Ioãnis mortem ſcripſerunt propter quatuor,Mat.tomo 4 73.c.2.E

De veritate Euangeliſtarum in ſcribendo eandẽ ſententiam,Mat.tomo 4 90.c.2.D

Euangeliſtæ raro referunt tempus rerum geſtarum a Chriſto,Mat.tomo 4 161.c.4.K

Quando aliquis Euangeliſtarum vult deſignare ordinem narrationis,magis eſt ſtandum illi,quam alijs tribus,vel duobus nõ narrantibus illo ordine,Mat. tomo 5 1.c.2.B

In Euangeliſtis verba debent ſeruire intentioni ad deſignandum verum, vel falſum, alioqui ſi rigor verborum attendatur multa eſſent falſa, quæ non iudicantur falſa, ſic enim dicimus, Oculi domini ſuper iuſtos &c.Sic eſt in Euangeliſtis,quia veritas, vel falſitas in illis attendenda eſt circa ea, quæ ſunt de intentione eorum, eſt autem intentio eorum oſtendere facta, & dicta Chriſti, & ideo ſi circa illa aliquis variaret ab altero in ſubſtantia facti,falſum eſſet in altero eorum, modi tamen introductionis ad enarrandum illud factum, vel dictum Chriſti non eſt de intentione Euangeliſtarum, & ideo ſi circa illud vnus variet ab altero, nemo mentitur, & conſideratis rebus omnibus,quæ narrantur abſolute falſum diceretur, quia tamen illa non ſunt de præcipua intentione Euangeliſtarum,non dicitur eſſe verum,vel falſum in varietate illa,ita vt aliquis narrantium reprehenſibilis ſit,& ponitur exẽplum,Mat.to.5 2.c.3.K

Apud Euangeliſtas modus introducẽdi hiſtoriam nõ eſt de ſubſtantia rei,quam narrare intendunt, nam aliquando

aliquãdo vnus introducit sic,& alius sic. Mat.to.5. 4 c.4.I
Euangelistarum intentio fuit sequi totaliter rerum gestarum veritatem, & in dictis verborum plenam sententiam, de ipsis materialibus verbis parum curantium.Mat.to.4. 146.c.2.D
Quando vnus euangelista plura dicit quàm alius standum est plura dicenti.Mat.to.4. 265.c.3.H
Euangelistæ nonnunquam variant tempora, narrando aliqua gesta Christi. Matth to.5. 12.c.4.K
Euangelistæ rarò referunt rem eodem ordine, sed vnus anticipat, & alius præposterat. Sed cum conueniant in sententia, nemo dicit aliquem eorum dicere falsum,&c. Mat.to.5. 91.c.4.F
Euangelistę nunquam discordant in re narrata,in ordine tamen narrandi sæpe discordant &c. Matth. to.6. 122.c.3.F
Quando euangelistæ eandem sentētiam non eisdem verbis proferant, Spiritus sanctus fecit ad tollendũ suspicionem de veritate, quæ esset si idem omnino dicerent. Similiter & in testibus non est bona suspitio cum omnino eadem verba dicunt; magis enim suspitione caret, cum eandem sententiã non eisdem verbis proferunt.Mat.to.6. 247.c.1.B
Inter Euangelistas nullus est, qui ita ordinatè scripserit historiam Christi quantum ad connotationem temporum,sicut Ioannes. Nam in omnibus gestis Christi principalibus designat tempora, in quibus fiebant.Defen. 17.c.4.F
Euangelistæ multa omiserunt scribere de factis & dictis Christi,&c. Mat.to.5. 16.c.2.A
Euangelizare. Annũciare,& prædicare idem sunt. Mat.to.1. 270.c.2.C
Eucharistia. Eucharistiæ comestio, per comestionem agni Paschalis, designatur. Exo.to.1. 91.c.1.C
Eucharistia non est danda alicui, nisi sit Catholicus. Exo.12. Exo.to.1. 96.c.1.E
Eucharistia in nouo testamento,succesſit loco sacrificiorum veteris testamenti,&c.Exo.tomo 2.fol.77. col.3.H
In loco vbi est Eucharistia maxima est Deo exhibenda reuerentia. Exo.to.2. 165.c.2.E
Corpus Christi in Eucharistia est modo indiuisibili, vt probatur Iosue to.1. 60.c.3.I
Eucharistia cum quanta sit munditia suscipienda. 1.Reg.to.2. 87.c.4.I
Eucharistiam potest aliquis laicus portare manibus suis de loco ad locum,&c.1.Paral. 150.c.4.G
In Eucharistia quonam modo præsens sit totum corpus Christi. Mat.to.1. 124.c.1.D
Tempore suscipiendæ Eucharistiæ abstinere debent coniuges à coitu, cuius assignãtur causæ. Mat.to.2. 181.c.3.K
Eucharistia tripliciter sumebatur in quolibet anno à fidelibus secundum antiquos canones, scilicet in Pascha,in Pentecoste, & in Natiuitate Domini, & propter hoc per aliquod tempus ante ista festa & post, vacabãt fideles orationi, vt Eucharistia digne reciperetur; & ad hoc interdicebãtur nuptiæ, quæ maxime repugnant spiritali eleuationi mentis in Deum; sed postea, licet dispensatum fuerit semel in anno confiteri,& Eucharistiam sumere.extra de pœni.& remis.c.omnis vtriusque sexus,&c. in temporibus tamen, in quibus interdictæ erant nuptiæ modo dispensatũ est, quia per hoc non solum necessitas ad communicandum, sed etiam occasio sublata maneret.Mat.to.2. 182.c.4.H
Ad Eucharistiæ sumptionem tria requirũtur, vt dicit sanctus Thom.4.Senten.distin.9.arti.4. sub artic.2. primò: Munditia conscientiæ: secundò eleuatio mentis in Deum per actualem deuotionem, quæ per mentis hebetudinem vel occupationem vel euagationem amittitur, & accidit sæpe sine peccato: tertiò munditia corporalis. Vnde celebraturi aliquod sacramentum propter reuerentiam man⁹ lauãt. A susceptione Eucharistiæ homo impeditur tripliciter: primò per peccatum: secundò per indeuotionem: tertiò per corporalem immunditiã; & hæc tria aliquando concurrunt in vna pollutione nocturna, & aliquando duo, aliquando vnum peccatum. Si ex cogitatione, quæ peruenerat ad consensum,sequitur pollutio. Secundo si non peruenerat ad consensum, sed fuit delectatio,vel processit ex crapula, & tunc est veniale: tertiò vt si ex infirmitate, vel ex supfluitate naturæ ꝓueniat, &c. Mat.to.2. 189.c.1.A
Eucharistiæ perceptionem impedit hebetudo mentis & immunditia corporalis, non propter se, sed ex quadam indecentia honestatis, quia indeuotio quædam videtur, sic accedere nisi necessitas vrgeat. Mat.to.2. 189.c.1.E
Ad hoc quòd aliquis Eucharistiam omnino digne recipiat,non solũ debet cauere à mortali,sed etiam à veniali,& ab indeuotione, quæ dicitur hebetudo mentis, & à corporali immunditia. Et quia nunquam est pollutio nocturna saltem sine immunditia corporali, honestius est, quòd talis sic pollutus caueat à suscipiendo, nisi necessitas fuerit sumẽdi, aut scandalum sequatur non sumendo. Matt.to.2. 190.c.1.C
Ab Eucharistiæ sumptione magis abstinendum est propter pollutionem, quam propter veniale,& ad hoc multum facit ipsa hebetudo mentis, quia per pollutionem fit homo carnalis & distrahitur a feruore deuotionis, quod non fit per omnia venialia,&c. Matt.to.2. 190.c.2.A
Ab Eucharistiæ sumptione debet abstinere non solũ petens, sed reddens debitum 33. quæst.4 cap.sciatis fratres. Mat.to.2. 190.c.2.C
Ab Eucharistiæ sumptione debet expectare aliquantulum, qui mox vt peccauit contritus est & simul confessus propter reuerentiam, & maximè in peccatis,quæ causant hebetudinem mentis magnam, sicut luxuria: in aliis autem non oportet tam stricte seruari. Mat.to.2. 190.c.2.E
In Eucharistiæ manducatione spiritali sufficit munditia mentis, in reali vero manducatione requiritur munditia mentis & corporis. Matth.to.2. fol.190. col.4.F
In Eucharistiæ sumptione debet pollutus pollutione nocturna abstinere per vigintiquatuor horas. Mat. to.2. 189.c.3.F
Ad Eucharistiæ susceptionem non ordinatur absolutio à peccatis, sed ad æternam vitam habendam. Mat.to.4. 186.c.4.G
Melius esset Eucharistiam nunquam sumere, quàm de manu infidelium sumere. Mat.to.7. 299.c.4.k
Eucharistiam potest dupliciter petere vsurarius.Mat. to.7. 65.c.3.k
In manducatione Eucharistiæ potius fides quàm caro domini sumitur. Mat.to.7. 291.c.3.G
Esus Eucharistiæ fit intra vnam domum, idest intra ecclesiam, sic enim edebatur agnus paschalis,s.intra vnam domum.Mat.to.7. 299.c.4.I
Ab Eucharistiæ sumptione non debet prohiberi, qui cognouit vxorem nõ propter delectationem, sed solum causa prolis, sed debet relinqui suo iudicio, ipse verò propter reuerentiam deberet abstinere, & etiã laudabilius est ꝙ sumere, nisi subesset scan-

scãdalũ,vel aliqua cauſa ſumẽdi.Mat.to.2.191.c.1.C

Regulariter a ſumptione Euchariſtiæ non debet aliquis prohiberi propter corporales maculas,vel immunditias, quia iſtæ ſunt pœnæ quædam, & non debet dari pœna pro pœna, ſed pœnã pro culpa,& ipſæ immunditiæ non ſunt ſecundum ſe peccata, põt tamen immunditia corporalis diſplicere Deo, non inquantum eſt immunditia, ſed inquantum per eam ſe habet homo irreuerenter,& irreuerentia eſt peccatum. Et hoc de immunditijs,quæ aliquo modo ſunt voluntariæ in homine, nam ſecus de immunditijs, quæ nobis nolentibus accidunt, nec poſſumus eas tollere quouſque ipſæ ceſſent naturaliter, & de perpetuis immunditijs, cuiuſmodi eſt lepra,fluxus ſanguinis,vel ſeminis &c. Vnde qua druplex diſtinguitur immunditia, vel infirmitas, Mat.tomo 2 191.c.3.k

Euchariſtię ſacramẽtum eſt neceſſarium,Ioan.6.Niſi manducaueritis carnem filij hominis &c.Et ex eccleſiæ ſtatuto extr. de pœn. & remiſſio.cap. omnis vtriuſque ſexus, & de iſto habet verum illud Mat. 7.Nolite ſanctum dare canibus, & porcis. Et hoc niſi ſit aliquis in notorijs, & publicis peccatis, nam ſi ſit in occultis, licet conſtet ſacerdoti, a quo publice petitur,danda eſt euchariſtia &c.Si vero ſecrete petat non eſt danda,Mat.to.3 119.c.3.F

Euchariſtiæ ſacramentum quare dicatur viaticum, Mat.tomo 6 328.c.1.C,& tomo 4.187.c.3.F

Modo ſumendi Euchariſtiam applicantur omnes cæremoniæ, quæ concurrebant in comeſtione Agni Paſchalis,Mat.tomo 7 287.c.2.A

Ad Euchariſtiam ordinantur cætera ſacramenta, Mat.tomo 3 275.c.2.C

Non requiritur tanta diſcretio ad miniſtrandum Euchariſtiam ſicut ad abſoluendum de peccatis, Mat. tomo 4 186.c.4.H

Euchariſtia,ad quam ordinantur cætera ſacramenta, appellatur viaticum,extra de pœni. & remiſ.c.quòd in te &c.Mat.tomo 4 187.c.3.F

Melius eſt Chriſtianis abſolui a peccatis, quam Euchariſtiam ſuſcipere,Mat.tomo 4 186.c.4.G

In Euchariſtia eſt corpus Chriſti non per motũ ſuũ, ſed per conuerſionem alicuius in ipſum,vnde nulla mutatione facta in Chriſto, manenti in cœlo empyreo, fit conuerſio panis in corpus Chriſti in loco illo,in quo panis eſt,& quemadmodum ſubſtantia panis manet ibi indiuiſibiliter, ita & corpus Chriſti manet indiuiſibiliter, immo etiam maius miraculum eſſe,ꝙ maneret diuiſibiliter, immo non põt eſſe, ꝙ corpus Chriſti maneat ibi diuiſibiliter, ſi per ſolã conuerſionem ibi manet,& ita nõ debet dici, ꝙ Chriſtus in ſacramento reducat corpus ſuũ ad indiuiſibile,& nõ debet dici,ꝙ corpus Chriſti in ſacramento ſit indiuiſibile,ſed ꝙ eſt ibi indiuiſibiliter, ꝙa indiuiſibiliter tunc nominat conditionẽ eſſendi ibi,quæ eſt conditio materiæ conuerſæ in corpus Chriſti,& non nominat aliquod accidens abſolutum corporis Chriſti, ſiue poſitiuum ſiue priuatiuum &c.Mat.tomo 4 246.c.3.I

Quando corpus Chriſti incipit eſſe in ſacramẽto Euchariſtiæ,non deſinit eſſe in cœlo, Matth. tomo 4. 246.c.3.G

In Euchariſtia verba conſecrationis non faciunt conſecrationem,ſed Chriſtus ſummus ſacerdos facit illam ad præſentiam verborum,Mat.to.4.247.c.3.G

Quod in Euchariſtia maneant accidentia ſine ſubiecto maius miraculum eſt, quã quod duo corpora maneant in eodem loco,Mat.to.4 249.c.1.C

Quando ſacerdos per negligentiã cõmittit aliqd circa ſpecies Euchariſtiæ,vt ſ.de ſanguine aliqd diſtillauerit ſuper tabulã, debet lambi tabula & rad, ſi aũt ſuper terrã debet etiam lambi,ſi poteſt, & terra tota in circuitu debet rad, & cremari, vt conuertatur in cineres iuxta altare,& idem fiet de raſura tabulæ,Mat.tomo 4 179.c.4.K

Nihil de accidentibus hoſtiæ conuertitur in corpus Chriſti,Mat.tomo 4 246.c.3.K

Chriſtus,cum incipit eſſe in hoſtia, non reducit ſe ad indiuiſibile,Mat.tomo 4 246.c.4.F

In Euchariſtiæ confectione duo poſſunt conſiderari, ſ.quid de neceſſitate fieri debeat,& quid fieri cõueniat. Primũ ſunt materia,& forma, & formã recipit eccleſia ab Apoſtolis,& Apoſtoli a Chriſto,extra,de celebra.Miſſa.ca.cum Marthæ.Hæc materia eſt panis triticeus &c. Defen. 16.c.4.k

Chriſtus in Euchariſtia exiſtit indiuiſibiliter Parad.14. c.2.D,Mat.tomo 4 246.c.3.I,& 250.c.4.H

Euchariſtia quare detur laicis tantum ſub ſpecie panis,& non vini, Parad. 27.c.1.D

Euchariſtia quare ſub duplici ſpecie conſecretur, Parad.27.c.2. D. Quare Chriſtus hoc ſacramẽtum ſub duplici ſpecie cõſecrauerit,Parad. 27.c.3.k

In Euchariſtia oportuit poni duas ſpecies ſignificatiuas,& nõ plures,Parad.28.c.1.A. Quare magis ſpeciẽ vini repreſentatiuã ſanguinis, quã alias ſpecies repreſentatiuas aliorũ trium humorum,qui fuerũt in corpore Chriſti,Parad. 28.c.2.E

In Euchariſtia, ſ. in calice non miſcetur aqua vino, propterea,quia aqua fluxerat mixta ſanguine ex latere Chriſti, ſed ad ſignificandũ vnionem corporis myſtici cum capite Chriſto,vt eſt determinatio eccleſiæ c.cũ Mart. de celebra, Miſſa. Parado.29.c.4.I Et aqua vino mixta,i.in vinum conuerſa,conſecratur,quia iam non eſt aqua,ſed vinum,ibid.

Ad Euchariſtiã, nihil attinet ſanguis ille & aqua quæ ex latere Chriſti mortui profluxerunt, ſed ſolum ſanguis ille,qui ab eo effluxit,dum erat viuens, Parado. 30.c.2.D

In Euchariſtia ſub ſpeciebus panis, corpus Chriſti ſolũ exangue eſt, virtute conſecrationis verborũ, cætera aũt, ſ. ſanguis anima verbũ ꝓ adhæſionẽ ſunt, quam habent ad corpus,ſimiliter ſub ſpeciebus vini ſolus ſanguis eſt virtute cõſecrationis,cętera aũt ſ.corpus,anima,& verbum,per quandam adhærentiam,Parad. 30.c.2.E

In Euchariſtia ſolum eſſet corpus exangue, & verbũ, ſi fieret conſecratio in triduo mortis Chriſti, non tamen anima, & ſanguis, & ſub ſpeciebus vini ſolũ eſſet ſanguis, & nõ corpus nec anima, nec verbum &c. quia verbum non fuit vnitũ directe niſi partibus principalibus naturę,ſ. animę & corpori, & nõ ſanguini,Parad. 30.c.4.K

Cum Chriſtum in Euchariſtia videmus, non proprie, & per ſe videmus, ſed ſolum, vt cũ dicimus videre hominem, qui eſt ſub armis cuius nulla pars videtur,Parad.31.c.4. K,& 32.c.3.I, Et proprius Chriſtũ videmus cum videmus hoſtiam quam cũ videmus calicem,ibidem.

Euclides. Fuit Aegyptius, 3. Regum 33. colum.2.C

Heuæi. Heuæorum Dij dicebãtur Nebaas,& Tartach.4.Re.17 4.Reg. 170.c.4.k

Euentus. Proſper reddit homines elatos & incautos.Mat.to.4 114.c.1.A

Solus Deus ſcit rerum euentus, ſed quare hoc Deus ſibi reſeruet,Mat.to.6 84.c.2.C

Euerſio Ieruſalem. De tempore euerſionis Ieruſalem, Matt. to.6. 269.c.4.I

Ante euerſionem Ieruſalem perierunt centum mil-

lia hominum, Mat. tomo 6 311.c.3.I

Euphrates. Quartus fluuius Paradiſi Hebraice dicitur Perath. i. fructificatio, quia loca, per quæ trāſit fructifera reddit & tacuit Moyſes loca, per quæ tranſit, quia valde nota erant Hebræis, tranſit enim per medium ciuitatis Babylonicæ, & per Chaldæam, quæ magis propinqua eſt Iudææ, & per Meſopotamiam, in qua fuit origo Iudæorum, Geneſ. 15.c.2.A

Euphratis & Tigris communem fontem, habent in Armenia, vbi incipientes fluere ſtatim diuiduntur Geneſ. 85.c.1.B, & 256.c.4.G

Euphrates apud nos, & Græcos ſic dictus, apud Hebræos appellatur Berath. i. frugifer, quia fructificare facit terram, per quam tranſit, Ioſephus dicit interprætari florē, vel diſperſionē, nec inconuenit, qa dictiones Hebrææ multa ſignificant, Gen. 103.c.3.K

Euphrates fluuius Meſopotamiæ de Paradiſo exiens copioſiſſimus gemmis, qui per mediā Babyloniā influit. Hic a frugibus, vel ab vbertate nomen accepit, nā Hebraice Euphrate fertilitas interprætatur Meſopotomiā in quibuſdam locis ita irrigat ſicut Nilus Alexandriā hæc Iſidorus, Geneſ. 103.c.4.F

Euphrates concordat cum Nilo in augmentis, vt ait Solinus, non ſolum, quia intumeſcit, ſed etiā quia fere eiſdem temporibus, quibus Nilus, licet non ad tantam altitudinem excreſcat, & ideo Euphratis incrementa non ſunt famoſa ſicut incrementa Nili, Geneſ. 103.c.4.F

Euphratis incrementum incipit, quādo fuerit Sol in gradu. 20. Cancri, quod eſt in principio menſis Iulij, & durat augmentum quandiu Sol eſt in Leone, decreſcit quando Sol tranſit ad virginem, Geneſ. 103.c.4.F, & 300.c.1.A

Euphrates fuit in terminis terræ Chanaan, Ioſue to.2. 178.c.4.K

De Euphrate quare nullam deſignationē fecit Moyſes, ſed ſolum dixit, quòd erat fluuius quartus, aſſignantur rationes, prima quia Iudęis totaliter notus erat, nam a principio ſui ex parte Septentrionis, vſque ad finem ſuum, quia mari rubro immergitur, eſt magis coniunctus terræ promiſſionis, quam aliquis alius trium fluuiorum, nam trāſit per terram Occidentalem Meſopotamiæ, & poſtea per mediā vrbem Babyloniam, & per Chaldæam, quę ſunt regiones propinquæ ad terram Chanaan. Secunda ratio, quia apud fluuium Euphratem conuerſati ſunt parentes eorum, & ipſi conuerſaturi erant, Geneſ. 103.c.4.I, & 256.c.4. G, Dicitur quòd abſorbetur a mari mediterraneo, ibid.

Euphrates erat tam notus Iudęis, quòd interdum ſine nomine ſpeciali, & proprio per nomen generale fluminis cognoſcebatur, nā Ioſue 24. dicitur, Tranſfluuium habitauerunt patres veſtri ab initio, &c. quod de Euphrate intelligitur, Geneſ. 104.c.1.A

De Euphratis ortu vario apud varios authores vide in dictione Tigris, quibuſdam dicētibus, quòd ab vno fonte oriuntur in Armenia & inde condiuiduntur alijs dicentibus, quòd a diuerſis fontibus oriuntur, Geneſ. 105.c.4.k

Euphrates poſt longum decurſum, iungitur cum Tigri, qui ſimul iuncti intrant mare Rubrum, in ſinu Perſico, Geneſ. 106.c.3.F

Euphrates rumpit mōtem Taurum per latitudinem duodecim millium paſſuum, tantus eſt impetus aquarum eius, Geneſ. 106.c.4.F

Euphrates, veniens per vrbem Babylonis, tranſit in Meſopotomiam Syriæ, & deinde fluit per terram Ammonitarū & tranſit per latus ſeptētrionale terræ Chanaan, Nu. tomo 2 33.c.2.B

De Euphrate & ortu eius, Ioſ. to.2 178.c.3.I

Euila. Ab Euila filio Chus filij Cham deſcenderunt Getuli prope Carthaginem Africanā habitantes, in qua terra Beatus Auguſtinus epiſcopus fuit, Geneſ. 51.c.4.I

Heuilath. Prouincia quædam Indiæ eſt, in modum Inſulæ, quæ a Phiſon flumine circundatur, & eſt ex parte ſeptentrionali Indiæ, & ſic dicta eſt iſta prouincia ab Euila filio Iatan, nepote Heber, de quo Geneſ. 11. Geneſ. 14.c.3.F, & 102. c.3.F, & 295.c.4.G

Euilath, in Hebræo dicitur Haauila, Geneſ. 102. colum. 3.G

In terra Euilath naſcitur Aurum optimum; & melior intellectus eſt, Geneſ. 2. qp in terra Euilath, naſcatur Aurū optimum, quam in flumine Phiſon, vel Gange, Geneſ. 102.c.3.H,

Eunuchus. Eunuchi tribus modis fiunt, primo ſunt natura frigidi, ſunt & impotētes coire. Alij qui ad cuſtodiam dominarum caſtrabantur, & vocantur ſpadones, alij autem propter impatientiam libidinis ſibi virilia amputauerunt, quod illicitum eſt, vt patet extra de Corpore vitiatis per totum, & in ca. ex parte Bartholomæi, & in cap. ſignificauit. Alij ſunt qui licet fortes ſtimulos carnis ſentiant illos a ſe repellunt reſiſtendo, & ita fiunt continentes quaſi careant virilibus, de his tribus dicitur, Matth. 14. Geneſ. 14. colum. 1.A, & 351. colum. 4.F

Eunuchi duo Pharaonis miſſi ſunt in carcerem, de quibus Gen. 40 vt dicit Rab. Salo. piſtor, quia in pane negligenter dimiſit vnum lapillum, in quo rex forte dentes offendit, & Pincerna, quia in vino regis cæcidit muſca, ſed iſta ridicula ſunt magis tamē videtur dicendum, quòd iſti fuerunt accuſati de infidelitate, vel quia in ratiocinijs eorum reperti ſunt aliqualiter culpabiles, Geneſ. 359.c.3.F

Eunuchus dicitur Phutiphar, Geneſ. 37. non quia caſtratus eſſet, vel impotens, ſed quia erat ſeruus, & miniſter regis, & generaliter omnes miniſtri domi norum Eunuchi vocari poſſunt, ſic Pincerna, & Piſtor dicti ſunt Eunuchi, Geneſ. 40. Geneſ. 351.c.4.H & 359 c.2.E

Eunuchi dicuntur, qui caſtrati ſunt, vel, qui naturaliter tantum frigidi ſunt, qp nullo modo coire queāt, & ſic dabantur nobiles dominæ in cuſtodiam Eunuchis, i. caſtratis, Deut. 118.c.2.E

Eunuchus aliquando militem ſignificat regi nimis adherentem, 1. Reg. to.1 156.c.4.k

Eunuchus accipi poteſt pro miniſtro habente excellentiam in domo regis &c. Actuum 8.3. Regum 198.c.2.D

Eunuchi dicuntur caſtrati, qui tripliciter accipiuntur vno modo pro caſtratis ab hominibus alio modo pro his, qui naturaliter ſunt impotētes. Tertio pro his, qui in ſe cohibent omnem concupiſcentiam, &c. 3. Reg. 198 c.2.D

Eunuchi in ſacris literis dicuntur milites, vel illi, qui aſſiſtebant dominis ſpecialiter, 4. Reg. 87.c.2.A

Eunuchus tripliciter accipitur, 2. Paralip. 320.c.1.E

Aliquando Eunuchus accipitur pro familiari principis, vt aliqui opinantur, ſed non bene videtur, 1. Paralip. 320.c.2.A

Eunuchi Dauid, de quibus 1. Paralipomenon 28 non erant de genere Hebræorum, ſed erant Gentiles, quos Dauid poterat emere de alijs nationibus, vel poterat eſſe, quòd Dauid acciperet illos in bello, &c. 1. Paralip. 321.c.2.B

Quòd Eunuchi regibus aſſiſterēt cōſuetudo fuit vetuſtiſſima, ſed cur abolita ſit, 2. Paralip. 238.c.1.C

Eunuchus reginæ Candacis, quem baptizauit Philippus, Actu. 8. erat de Aethiopia, quæ dicitur Nubia, in qua prædicauit beatus Matthæus, & ista Aethiopia est meridionalis ad Aegyptum, & manet nunc cum prælatis suis, & in illis cæremonijs, quas ab antiquo habuerunt, cum adhuc maneret patriarchatus Alexandrinus, & floreret ecclesia in Aegypto, Mat. tomo 1 27.c.4.H

De Eunuchis & speciebus ipsorum, Matth. tomo 5. 113.c.2.D

Aliquos esse Eunuchos naturaliter contingit dupliciter, vel quia organo carent, vel quia nulla habent libidinis incentiua. Quibusdam contingit carere organo, sicut & aliæ monstruositates contingunt circa corpora humana, sicut contingit aliquos fieri hermaphroditos, qui interdum ad neutrius opera apti sunt. Alij vero vix habent signa masculini generis, & istos dicimus impotentes ad coitum, sed non frigidos. Alij sunt, qui cum masculinum sexū habeant ad venerea tamen non sunt apti, neque eam vnquam desiderant, quod prouenit ex maxima frigiditate naturæ, nam caliditas est, quæ ad venerea incitat & cæt. & quòd isti sic Eunuchi fiant contingit ex concursu multarum causarum agentium, quæ interdum se impediunt, & non potest natura particularis agere, quod intēdit &c. Et istos defectus licet Deus præuideat, non tamē tollit propter mul[illegible], Mat. tomo 5 118.c.1.D

Quare Deus posuerit distinctionem de Eunuchis, Mat. tomo 5 118.c.2.A

De Eunuchis factis ab hominibus, & de nouem modis talium, Mat. to. 5 118.c.1.E

De Eunuchis, qui per maleficia fiunt, dicendum est, quòd a dęmonibus fiant, vel ab hominibus cooperantibus dæmonibus sibi, Mat. to. 5 118.c.3.I

De tribus modis eunuchorum secundum Hieronymum, Mat. to. 5. 118.c.1.E. Et sunt multi alij modi, ibidem. 118.c.3.F

Euripides. Euripidem poetam irridet Aristoteles 3. Ethico. dicentem, quòd præceptum patris Almeonis cogebat ipsum Almeonem occidere matrem suam 4. Reg. 70 col. 1. C, & 108.c.2.E

Eusebius. Primus historiographus fuit inter Latinos, vt dicit Isidorus lib. 6. Etymo. Genes. 249.c.1.B

De Eusebio Pamphili, Iosue to. 1 9.c.3.I

Tres Eusebij leguntur viri illustres, s. Eusebius Cęsarien. qui fuit cæteris illustrior &c. & Eusebius episcopus Emisenus &c. & Eusebius Sardus episcopus Viterben. 1. Paralipom. 9. c.3.K, Matth. tomo 1. 42.c.4.k

Eusebius Cęsarien. & Eusebius Pamphili idem sunt, Mat. tomo 1 43.c.1.A

Eusebius Cęsarien. fuit episcopus Cęsareæ Palæsthinę &c. Mat. tomo 4 161.c.4.I

Hæuum. Proprie dictum, significat durationem sine motu, tamen cum successione, Iosue tomo 2 62.c.3.k

Exactor. Dicitur coactor & afflictor, Exod. to. 1. 34.c.1.A

Exactores dicuntur ab exigendo, i. cum magna duritie, & austeritate petendo: aliquando dicuntur exactores illi, qui imponunt tributa, & illa cum duritie pauperum afflictione exigunt &c. Exod. tomo 1. 240.c.1.B

Exaggeratio. Magnam vim obtinet in rethoricis, Iudi. 73.c.4.K

Exageratio de miseria mutabilis fortunę, & de iniqua retributione factorum ponitur, Exo. to. 1. 4.c.2.D

Exaltatio. Inter exaltationem, & laudem, id interest, quod inter liberalitatem, & magnificentiam Exo. tomo 1 120.c.1.D

Exaltatio non dicit quamlibet laudem, sed magnam, & de re magna Iosue 59.c.1.B

Exaudire. Deus non exaudit curiosa petentes, Mat. tomo 4 153.c.3.H

Excæcare. Deus sæpe excæcat viros sapientes permittendo eos cadere in magnas imprudentias propter peccata sua 4. Regum 64. colum. 3. K

Quando Deus excæcat nos, & indurat nos non facit nobis iniuriam, &c. 3. Reg. 108.c.4.F

Excæcatio. Vel indurario sunt causa alicuius actus inordinati, sed iste actus potest esse dupliciter: vno modo ad hoc, quòd homo perdat aliquod bonum temporale, vel incidat in aliquas aduersitates, absque hoc, quòd peccet mortaliter; alio modo potest quis excæcari vel indurari propter peccata alterius. Secundo modo potest excæcatio esse causa peccati mortalis, & talis excæcatio nō fit propter alterius peccata, sed propter sua, &c. 3. Reg. 109.c.1.E

Excæcatus. Excæcati sunt Syri ad preces Elisæi ex multis causis 4 Reg. 66 c.3.F

Excellentiam. In excellentiam propriam tenditur tripliciter inordinate, Mat. tomo 5 9.c.4.H

Excelsum. Duplicia erant excelsa, quædam erāt deputata ad cultum veri Dei, & ibi erant sacerdotes boni colentes Deum. Alia erant excelsa, vbi colebantur dæmonia, & militia cęli, & duodecim signa, & statuæ, & ibi erant mali sacerdotes. De ista distinctione habetur 4. Re. 23. c. Exo. tomo 1. 198.c.4 H 2. Paralip. 188.c.2.E, & 208.c.4.I & 229.c.2.A

Excelsa vocantur, quia erant in montibus, & collibus 4. Reg. 139 c.3.K

Excelsum dicitur esse locus vel tabernaculū, in quo Iudæi colebant Deum verum, vel Idola, & vocatur sic, quia talia loca erant communiter in montibus altis, &c. Leui. 317.c.1.E

sed quare sic fierent, Nu. tomo 2 182.c.3.G

2. Paralip. 3.c.4.F

Excelsa secundum consuetudinem legis Moysi vocantur omnia loca, in quibus fiebant sacrificia prętterquam in templo Dei 3. Reg. 113.c.2.C

Et vocabantur sic propter duo, primo quia illa altaria, vt communiter fiebant in montibus, &c. secūdo, qa altaria illa semper erāt in se alta, dato, quòd constituerentur in locis humilibus, nam vocatur altare quasi alta ara, &c. 2. Paralip. 151.c.4.I

Exceptio. Non fit nisi de illis, quæ directe includi debent sub regula Iosue tomo 2 50. colum. 1. E

Facilius conuenit alicui exceptio, quam actio, &c. Iudi. 132.c.4.G

Excitare. Quomodo vox dormientem excitet, Mat. tomo 6 78.c.1.B

Exclamatio. Auctoris contra Aegyptios, & reges eorum propter afflictionem populi Dei ponitur Gen. 394.col.2.D

Exclamatio auctoris contra Aegyptios de ingratitudine in Ioseph. Ibidem

Exclusiuum. Exclusiua dictio addita vni personæ diuinę respectu termini essentialis non excludit reliquas, Matth. tomo 3. 289. colum. 1. A

Excommunicare.

Quando

Quando aliquis excommunicabatur in Ecclesia primitiua tradebatur Satanæ ad cruciandum, &c. vt per illum cruciatum lueret pœnam demeritam, & sic saluaretur, Exod. tomo 1 89.c.4.k
Nullo modo potest laicus excommunicare, Matth. tomo 5 203.c.3.K
Excommunicari potest vir, si non reddat debitū vxori 1. Regum 106.c.2.E
Excommunicare non est actus clauis, licet dependeat a claue, &c. Mat. tomo 4 178.c.2.E
Excommunicandi potestatem non habent soli sacerdotes, sed etiam aliqui non sacerdotes, illi, s. qui iurisdictionem habēt ecclesiasticam, siue ordinarie, siue ex commissione, &c. Mat. tomo 4. 182.c.4.H
Excommunicatio quid faciat in ecclesia Dei, Matth. tomo 4 182.c.4 G
Excommunicandi potestas non potest cōuenire mulieri, &c. Mat. tomo 4 183.c.1.D
Non potest superior committere inferiori potestatem excommunicandi ipsum superiorem, bene tamen potestatem absoluendi, Matth. tomo 4. 187. colum. 2.B
Excommunicatio non inducit irregularitatem, Exo. tomo 1 217.c.3.I
Qui sint canones sententiæ excommunicationis ferendæ, & qui sint canones latæ sentiatiæ, Exo. to. 2. 146.c.3.I
Excommunicatio est sententia, qua priuatur quis participatione sacramentorum, & communione fidelium, Mat. tomo 4 187.c.4.I
Excommunicatio non obest damnatis, Mat. to. 4. 187 colum. 4 I
Excommunicatio quantum timenda sit, ostenditur exemplis quorundam mortuorum, Matt. tomo 4. 187.c.4.G
Excommunicationis sententia assimilatur immundi tijs veteris testamenti, vt probatur Deut. 110.c.3.K
Excommunicationis sententia varie secundum voluntatem iudicis concipitur, & profertur, & secundum hunc diuersum modum varie ligat, dum tamen iusta sit, iniusta etiam ligat, si contemnitur. Iosue tomo 1 106.c.4.G
Non quælibet excommunicatio dicitur Anathema, ex vsu nostro. Sed vltima excommunicatio cum solennitate, in qua excommunicati maledicuntur, sicut Dathan, & Abyron &c. Iosue tomo 1. 122. colum. 1. D
In excommunicatione est ligamen, quod est aliquod positiuum, & ipsa pœna excommunicationis priuatiua, nam excommunicatus non dicitur quātum ad aliud ligari, nisi propter sententiam excommunicationis latam in eum, siue a canone, siue ab homine, obligatur ad tenendum pœnam priuationis cuiusdam, &c. Iudi. 133.col.1.B
Per excommunicationem iteratam homo magis innodatur Iudi. 133.c.1.C
Stat, quòd aliquis excommunicetur iniuste, & Ecclesia eum iuste excommunicet, & tamen non debet consentire Iudici ecclesiastico &c. Iudic. 150.c.1.E
Per excommunicationem ecclesia subtrahit a peccatoribus contumacibus communicationem sacramētorum & omnium hominum, vt sic rubore affecti pareant mandatis ecclesiæ 4. Regum 25 colum 4.G
Excommunicationem cogitur aliquis sustinere in aliquo casu, & si non sustineat, peccat mortaliter, 4. Regum 236.c.4.F
In excommunicatione maiore separatur quis a communione fidelium, & perceptione sacramentorū, sed in minore excommunicatione solum separatur a perceptione sacramentorum. Et non debet quis excommunicare nisi pro peccatis, quæ digna sunt excommunicatione, Mat. tomo 2. 191.c.1.B
Excommunicandi iurisdictio non potest esse in fœminis, Mat. tomo 4 183.c.1.E
Excommunicationis sententia, ideo non fertur in totam communitatem, propterea quia ibidem sunt aliqui innocentes: vt patet extra de his, quæ fi. a ma. pa. ca. c. sentimus, & 1. quæst. 7. c. quoties &c. Matt. tomo 2 240.c.3.K
A nulla excommunicatione potest absoluere simplex sacerdos, Mat. tomo 4 186.c.3.I
Ecclesia ante excommunicationem adhibet trinam monitionem, Mat. tomo 5 56.c.1.B
Cum quis excommunicatur, vt malum faciat, potius debet excommunicatus manere, quam malum facere, Mat. tomo 5 107.c.3.K
Si mortui ab excommunicatione absoluantur nihil prodest illis, Mat. tomo 4 187.c.4.H
In ferenda excommunicatione aliquando ecclesia fallit, & fallitur, vt habetur de senten. excom. cap. a nobis &c. Defens. 27.c.4.I, 28.c.2.A

Excommunicatus.

Excommunicati, meretrices, & infideles, quando dulciter sint tractandi, & quando non, sed dulcius infideles, vt ad fidem conuertantur, Leuiti. 253. colum. 1. E
Præcipitur vt nemo communicet cum excommunicatis, vt verecundentur, & conuertantur respicientes abiectionem suam, & sic obediant ecclesiæ, 3. Regum 116.c.2.A
Supra excommunicatum non potest fieri absolutio sacramentalis, Mat. to. 4 186.c.3.H
Excommunicati iniuste, non priuantur fructu bonorum operum totius ecclesiæ &c. Matth. tomo 4. 187.c 4 K

Excubare. Dicitur quicunque est ad aliquid diligenter attentus, & aliquando accipitur pro vigilare, 1. Regum tomo 1. 40. colum. 3. G

Excubiæ. Hoc nomen, excubiæ aliquando ponitur pro vigilia, aliquando pro cura custodiendi aliquid Num. tom. 1 29.c.1.D

Excusatio. Non est, nisi quando est aliqua lex, contra quam agitur 1. Reg. tomo 1. 146. col. 3. I

Excusatio, & alleuiatio in peccato, quid sibi velint, Mat. tomo 5 277.c.3.K
Non indiget excusatione, nisi quod malum est 1. Reg. tomo 1 146.c.1.C

Exequi, Executor.

Exequi est aliquid facere, quod a superiori potentia determinatum est, Exod. tomo 1 81.c.4.G
Merus executor non debet partes audire, sed solum exequi, quod iustum est, &c. 1. Regum tomo 1. 63. c.4.F. Qui & si non debeat audire partes, & sententiare, debet tamen penes se iudicare de negocio sibi iniuncto, an debeat illud exequi. Nam si mandatum errorem contineat in se intolerabilem, non debet obedire ibid. c.4.G

Executio. Iudici quid sit vide Mat. tomo 7. 91. c 1. A

Exedra. Est camera, vel domus, & istud est nomē vsitatum, 1. Paralipomenon 9. & 28. & in Ezechiele, 4. Reg. 233.c.4 F

Exedræ domus quædam erant in circuitu templi Salomonis per latera eius, & erant domus paruæ existentes intra murum atrij ad custodiendos ibi Thesauros,

ſauros,& veſtes templi, & vt manerent ibi ſacerdotes & Leuitæ tempore ſuæ adminiſtrationis, &c.1. Paralip. 273.c.2.A

Exemplar, Exemplum.

Exemplar idem eſt, quod liber originalis. Ioſue tomo 1 6.c.4 H

Licet Deus ſit cauſa exemplaris omnium, illa tamen non naturaliter, ſed voluntarie repræſentat, Matth. tomo 4 239.c.1.E

Senſibili exemplo erudiuntur rudes ad intelligendū, ſed docti verbis, Mat.tomo 5 4.c.4.k

Exemplum differt, a parabola in duobus, Mat.tom.5. 65.col.4.k

Non oportet, quòd exempla ſemper ſint vera, ſed ſatis eſt, quòd ſint veriſimilia, & ita exempla, quæ adducuntur in Euangelio, cum non conſtet eſſe falſa, rationabiliter poteſt concedi, quòd ſint vera, Mat.tomo 5 66.c.1.A

Exercitatio. Dicitur continuatio doctrinæ ante acquiſitionem habitus, &c. Geneſ. 11.c.1.B

Exercitatio dupliciter prodeſt ad bona, Mat.tomo.7 39.colum 4 k

Exercitus. Conſueuit vocari, in veteri teſtamēto,& in idiomate Hebræo, multitudo virorum ſiue pugnatorum ſiue non pugnatorū Exod.tomo 1 87.c.1.A,& 95.c.1.A

Aliquem exercitum Deum tradere in manus alterius exercitus, poteſt dupliciter intelligi, Num.tomo 2. 15.col.1.A

Exhæreditari. Filii non ſunt exhęreditandi, vt bona tranſeant ad eccleſias, Mat.tomo 5 138.c.4 H

Quando filius meretur exhęreditari, non exhęredat eum iudex, ſed pater 1.Paralip. 76.c.4.G

Exhortatio. Exhortationes Sanctorum patrū cum iam ſint propinqui morti magis recipiuntur quam prius, quia tunc ſunt maioris authoritatis, quam prius, 1. Paralipomenon 326.c.2.B

Exilium. Non inferebatur pro pœna, apud Iudæos, Leui. 293.c.1.E

Exilium iura dant in pœnam, quia pœna eſt manere omnino extra Natale ſolum, & ſuorum conuerſationem, Mat.tomo 1 139.c.1.C

Exytus de Aegypto.

Beneficium præſtitum Iſraelitis in exitu de Aegypto, in duobus conſiſtit, Mat.tomo 7 283.c.1.D

In exitu Iſrael de Aegypto magna beneficia contulit Deus Iſraelitis, propter quæ voluit non ſolum celebrari ſibi ſolennitatem phaſe in Agno Paſchali, ſed etiam voluit offerri primogenita, & ſeparari illa ſibi &c. Mat.tomo 7 283.c.4.K

Exodus. Liber, qui Græce dicitur Exodus, Hebraice dicitur, Helleſemoth, latine vero dicitur, exitus, Geneſ. 18. colum. 3. G. Exod. tomo 1. 1.colum. 1. B. 1. Regum tomo 1. 10. colum.3.G

Inter librum Exodi, & librum Geneſis, aſſignatur ordo, Exod.tomo 1 1.c.1.A

Liber Exo.continet hiſto.a natiuita. Moyſi ducis Hebræ. Exo.tomo 1 2.c.3.F

Liber Exodi ſumpſit initiū a morte fratrum Ioſeph. Exod.tomo 1 1.c.2.A

Quid in Exodo ſummarie contineatur deſignatur, Exod.tomo 1 1.c.2.A

Liber Exodi, & Numerorum pro maiore ſui parte hiſtoriam texunt, Ioſue tomo 1 1.B

Exorziſmus. Per exorziſmos non repelluntur omnes moleſtiæ, & pœnalitates, quas dæmones hominibus inferunt, ſed ſolum illæ, ad quas repellendas ordinantur, Mat.tomo 5. 120.c.3.G

Exorziſta Verba exorziſtarum non habent ex ſe virtutem eijciendi dæmones inuitos de corporibus humanis, ſed a virtute Dei, quæ vult operari, prolatis illis verbis, vt fit in omnibus ſacramentis, &c.1 Reg.tomo 2 26.c.3.K

Artem exorziſtarum veteri teſtamēto qua dęmones eijciebantur, approbauit Chriſtus Matth. 12.di.filij veſtri, in quo eijciunt, 1. Regum tomo 2. 28 c.3.F

A tępore Salomonis fuerunt exorziſtæ apud Iudęos, Mat.tomo 4 18.c.1.A

De exorziſtis melius intelligitur illud Mat.12. filij veſtri in quo eijciunt, Mat.tomo 4 18.c.1.B

Expenſæ. Circa expenſarum computum non debet dominus particulariter inſiſtere, quia in hoc demonſtrat ſe illiberalem & paruificū, &c. Geneſ. 288.c.1.A, 4.Reg. 127.c.3.K

Expenſæ ſunt duplices, Mat.tomo 6 232.c.2.E

Nemo debet in vanum expendere operas ſuas, Mat. tomo 7 60.c.4 K

Experientia. Argumentum ab experientia maximum eſt in his, quæ cadūt ſub experientia, Mat.tomo 4 205.c.2.E

Experientia duplex eſt, altera, qua habitum cognitionis acquirimus altera, qua videmus in rebus id, quod per habitum ſcientię tenemus, Gen.178.c.1.E

Expiatio. De feſtiuitate expiationis, & quomodo erat dies Mœroris, apud Hebręos, Leuit.16. Exod.tomo 2 63.c.1.A

De expiationis feſto, & de Cæremonijs, quæ fiebant in illo, 2. Paralip.26.c.2.A, Et de cauſa inſtitutionis eius ibidem 27.c.4.I

De ſuperſtitione Iudęorum inſanorum, quam faciūt, in die expiationis fundendo ſanguinem alicuius animalis ſuper capita filiorum ſuorum &c.2. Paralipomenon 28.c.1.B

De expiationibus immunditiarum veteris legis, Mat. tomo 7 305.c.2 C, vſque ad 308.c.2.B

De expiationis feſto vide in dictione Propitiatio.

Explanatio. Eſt duplex, quædam per additionem, vt cum aliqua lex obſcura, per additionem alterius notificatur, ſecunda cum aliquod dubium interpretamur, nullo alio appoſito, Deuteronom. 4.c.2.C

Explorator. Exploratores miſſi ſunt ſecundo anno, quo filij Iſrael exierunt de Aegypto, Exod.tomo 1 100.c.4 k

Exploratores miſſi ex deſerto in terram Chanaā, quadraginta dies fecerunt moram in eundo & redeundo & luſtrando terrā Chanaan, Nu.to.1. 118.c.4.K

Iſraelitæ, petendo exploratores, peccauerunt, quia ex diffidentia fecerunt &c. Num.to.1 178.c.4 F

Exploratores miſſi ſunt in terram Chanaan, cum eſſet populus Iſrael in Cades Barne, quæ eſt iuxta terram Chanaan ad partem meridianam, vt probatur, Num.to.1.1.75c.4.H,&181.c.4.F, Et ideo hiſtoria ſcholaſtica aberrat, cū dicit, quòd miſſi ſunt de Aſiongaber. Nu.tom.1 181.c.4.H

Exploratores veſcebantur fructibus, quadraginta illis diebus, quibus luſtrauerunt terram Chanaan, vel aliquando accipiebant cibos a Chananęis, & hoc melius videtur authori, Nu.tom.1 183.c.1.B

Decem ex exploratoribus, quos miſerat Moyſes, graniter peccauerunt, primo, quia quæ dixerunt, malo animo dixerunt, ſecundo quia mentiti ſunt in multis, Num.tomo 1 187.c.2.E

Circa

Circa exploratores quid dicat Iosephus, & in quo discordet a veritate, Numeri tomo 1.198.colum. 2. A
A tempore, quo Moyses misit exploratores de Cadesbarne, vsque ad tempus, quo Iosue misit duos exploratores de Sethin, vel Belsethin ad vrbem Iericho, transierunt triginta nouem anni, vel quasi, vt probatur Iosue tomo 1.34.col.4.G. & Iosue non misit exploratores propter eandem causam, propter quam misit Moyses, ibidem. Sed ad agnoscendum an Chananæi essent parati ad bellum, & an esset aliqua magna multitudo, & an in Iericho essent aliqua noua propugnacula, &c. Et illos duos exploratores, quos misit Iosue, dicit Rabbi Salomo. quòd fuerunt Caleb, & Phinees, sed non constat, licet possit verisimiliter sustineri, ibidem. 116.c.4.F. Et ita dicunt nostri, quòd isti exploratores missi sunt a Iosue: priusquam finiretur planctus de morte Moysi, Iosue tomo 1, 35.c.4.G. Sed oppositum tenent alii, scilicet, quòd miserit illos post iam finitum planctum prædictum, & hoc tenendum est, vt probatur ibidem. Et prædicti exploratores transierunt Iordanem per vadum, & intrantes Iericho elegerunt potius hospitium Raab quàm aliud; quia sic Deus voluit, & direxit propter multa, ibidem. 37.c.1.D
De exploratoribus missis a Iosue quid dicat Iosephꝰ, & in quo concordet, & discordet a sacra Scriptura, Iosue tomo 1 37.c.4.k

Exponi, & Expositio.

Exponitur illud Hieronymi in Epistola ad Paulinum, quæ præficitur toti Bibliæ, tantum nocet si destruentibus non resistat, quod de prælatis, & prædicatoribus, vel tenentibus ecclesiastica officia, vel curas animarum intelligitur, Genesis 10.c.2.C
Exponuntur multa, quæ habentur in Amos Prophe ta, Genesis 22.c.2.C
Si quis in expositionibus breuitati penitus studeat, necesse est id, quod exponitur, prorsus inexpositum relinquatur, iuxta illud Horatij, obscurus fio, dum breuis esse volo, Iosue tomo 2 191.c.2.E
Exponitur illud, quod ecclesia canit, cum orat pro mortuis, scilicet, regem cui omnia viuunt, venite adoremus, Matth. tomo 6 70.c.1.E
De expositione multarum auctori. quæ habentur in Ioele prophe. Gen. 21.c.3.G
Expositio multarum auctorita. in Osee propheta, Genesis 21.c.1.B
Expositio aliquarum auctoritatum in Abdia Prophe ta, Genesis 23.c.2.B
Expositio aliquarum auctoritatum in Michea propheta, Genesis 23.c.3.k
Expositio aliquarum auctoritatum in Naum Propheta, Genesis 23.c.4.H
Expositio aliquarum auctoritatum in Abacuh propheta, Genesis 24.c.1.B
Expositio aliquarum auctoritatum in Sophonia propheta, Genesis 24.c.2.E
Expositio aliquarum auctoritatum in Ageo prophe ta, Genesis 24.c.4.F
Expositio multarum auctorit. in Zacharia propheta, Genesis 25.c.2.B
Expositio multarum auctorita. in Malachia propheta, Genesis 25.c.4.I
Exponitur illud Augusti. Genes. quod dicit Magist. 2. Sent. dist. 21. sic inquit loquebatur diabolus per serpentem ignorantem, sicut per energuminos, & phanaticos loquitur, serpente enim velut organo vsus est mouens naturam eius ad exprimendos so-
nos, & signa, quibus suam monstratet voluntatem, &c. Genesis 163.c.4.H
Exponitur illud, quod cantat ecclesia in officiis mortuorum, scilicet: Sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam, quã olim Abrahę promisisti, & semini eius, quæ promissio accipitur ex illo Gen. 15. sic erit semen tuum, &c. Genes. 253.c.2.C
Exponitur, illa propositio, Deus est vbique per essẽtiam, præsentiam, & potentiam, Exodi tomo 1, 14.c.4.K
Exponitur illud Philosophi 2. Metaphys. Sicut se habet oculus Noctuæ ad lumen Solis, &c. Exodi tomo 1 17.c.4.k
Exponitur illud Senecę in epistola ad Lucillum: Fata volentem ducunt, nolentem trahunt, Exodi to. 1. 30.c.2.B
Exponitur illud Comentatoris in lib. de substantia orbis: Materia substantiatur per suum posse; & hãc appellamus materiam primam, quæ & si non detur secundum actum, consideratur tamen propter naturales transmutationes, Exodi tomo 1. 31.c.1.A
Exponitur illud primo Periher. Voces sunt earum, quæ sunt in anima passionum notæ, Exodi tomo 1 47.c.1 E.& Leui. 42.c.2.C
Exponitur illud Aristotelis in prædicamentis: Proprium est passionis inferri ex actione, Exodi tomo 1 48.c.4.H
Exponitur illud 1. Posterior. Scire autem opinamur vnumquodque, &c. Exodi tomo 1. 195.c.1.C
Exponitur illud Philoso. Species rerum sunt sicut numeri, Exodi tomo 1 199.c.3.F
Exponitur illud primi Poste. Omnis doctrina, & omnis disciplina ex præexistenti fit cognitione, Parad. 93.c.1.B
Exponitur illud 3. de Anima; Intellectus agens est, quo est omnia facere, & intellectus possibilis est, quo est omnia fieri, Exodi tomo 1 288.c.2.F
Exponitur illud tertii de Anima; Secantur scientiæ quemadmodum ea, de quibus sunt, Exodi tomo 2 104.c.4.I
Exponitur illud Philosophi; Habitis habitibus cessat motus, Exodi tomo 2 104.c.4.I
Exponitur illud secundi de Anima, & secundi, & 6. Ethicorum, Actiones sunt suppositorum, Leuit. 32.c.3.I
Exponitur illa regula Philos. Si simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis, & maxime ad maxime, Numeri tomo 1 181.c.2.E
Exponitur illud 3. Ethico. Omnis malus est ignorans, Leui. 31.c.3.G
Exponitur illud, quod habetur 26. quæst. 5. in capitu. Non licet hominibus Christianis, Exodi tomo 1, 77.c.3.F
De duplici modo exponendi vetus testamentum intento a litera, quo ad præcepta cæremonialia, & iudicialia, iuxta duos fines intentos a datore legis, quorum primum dicit auctor se prosecutum, Exodi tomo secundo 18.c.4.I
Tunc aliquis peccat exponendo infantem, quando negato, vel relagato pietatis officio filium ad fortunam exponit, &c. iuxta illud extra de infantibus expositis, & languidis, capit. vnico. Exodi tomo 1, 9.c.2.B
Exponere est negare, vel relegare officium pietatis, capiendo exponere proprie, & exponere sic, semper est peccatum mortale, & isto modo non est intelligendum illud, Exodi 2. & exposuit eum in carrecto ripæ fluminis, sed capitur ibi exponere

largè pro relinquere aliquem ſine ſubſidio, ſiue cum poſſumus eum actualiter conſolari, ſiue cum non poſſumus, Exodi tomo 1. 9.c.3.F.& c.4.F

Extaſis. Vel raptus, in quo differat a ſopore, Geneſis 140.c.4.H

Extaſis, & ſomnus quaſi oppoſito modo contingũt, ſed in aliquo concordant, & in aliquo differunt, Geneſis 152.c.2.D

Extaſim patiebatur Balaam cum prophetaret, Numeri 24.Gen. 152.c.1.B

In extaſi vires rationales nõ ſolum non ligantur, ſed etiam eleuantur potius, & ad hoc ſolum fit extaſis, vt intellectus ad plura intelligendo perueniat, quæ non ſufficeret intelligere in vigilia, Geneſis, 152.c.1.C

In extaſi debilitantur vires naturales, quia minores efficiuntur, quàm in vigilia, & in ſomno fortificantur, Gen. 152.c.1.D

Extaſim facit Deus non natura, ſcilicet, vt ligatis naturalibus, & animalibus viribus, ſolutus maneat intellectus, &c. Gen. 152.c.2.C

Extaſis dicit quãdam alienationem per modum eleuationis. in ſomno non eleuatur anima, ſed potius incuruatur ad operationes naturales, &c. Geneſis 152.c.2.E

Extaſis proprie non eſt ſomnus, quum habeant rationes oppoſitas, Gen. 152.c.3.k

Extaſis large eſt in ſomno, vt ſomnus dicitur opponi vigiliæ, &c. Gen. 152.c.3.k

Extaſis non fuit proprie in Adam, poteſt tamen concedi, quòd large fuit extaſis, vel ſi fuit extaſis proprie, improprie fuit ſopor, Gen. 152.c.4.G

Qui extaſim patiuntur, abſtracti ſunt ab omnibus ſenſibus, & non reperitur in eis aliqua operatio animalis, & cadunt in terram, & neſciunt an ſint in corpore, an extra corpus, &c. 2. Regum 71.c.1.E

De extaſi, Numeri tomo 2. 49. c. 3. I. Et quomodo neceſſaria eſt ad maximum reuelabile, Numeri tomo 2 53.c.4.F

Quare in ecſtaſim aliquando rapiantur Prophetæ, 4.Regum 26.c.4.F

Extaſis fit cum priuatione omnium ſenſationum, quę fit in magnis reuelabilibus, &c. Et de patientibus extaſim, vix poteſt ſciri an ſint mortui, vel non, &c. 1. Regum, tomo 1 166.c.4.H

Extaſis fit propter neceſſitatem, quando, ſcilicet, intellectus debet aliquid intelligere, quod non ſufficit intelligere, niſi anima conuertat ſe totam in illud intelligibile, &c. 2. Paralip. 11.c.2.B

Reuelatio per extaſim non fiebat in viris veteris teſta. &c. 2. Paralip. 150.c.4.K

In extaſi concurrunt duo. Primum eſt, quòd ſit reuelatio alicuius rei valde excellentis. ſecundum eſt ceſſatio omnium operationum ſenſitiuarum, 3. Regum 119.c.1.A

Extimatiua. in brutis eſt primum principiũ operationum, Gen. 219.c.4.k

Exterminare. Eſt extra terminos ponere, Matthęi tomo 3. 80.c.1.C

Extremum. Quanto medium magis accedit ad vnum extremorum, tãto magis recedit ab altero, Matthęi tomo 7, 191.c.3.G

De extrema neceſſitate vide in dictione, Neceſſitas extrema.

Extrema neceſſitas quid ſit, Matthæi tomo 3 153.c.3.F

Extrema vnctio. Extremæ vnctionis Sacramentum neceſſarium eſt, ideo, non debet contemni, ſicut neque confirmatio, & dandum eſt etiam porcis, & carnalibus ſolum in limine mortis exiſtentibus. Si quis ergo morti propinquus de peccatis præteritis pœnitere nollet, non eſt illi conferenda, etiam ſi petat, & Extrema vnctio ſe habet ad pœnitentiam, & Euchariſtiam, ſaltem ad pœnitentiam, ſicut ſe habent alia ſacramenta ad baptiſmum, &c. Matthęi tomo 3 119.c.3.F

Exulare A patria, pœna eſt, Matthæi tomo 1 139.c.1.D

Exultatio. Inter exultationem, & gaudium quid interſit, 1. Regum, tomo 1 47.c.2.D

Exuri. & Exuſtio. Boni, qui in die Iudicii inuenientur viui, inſenſibiliter exurentur, Matthęi tomo 7 135.c.2.C

Exuſtio eſt ferocius genus mortis, Ioſue tomo 1, 115.c.4.K

Ezechias. Rex Iuda cœpit deſtruere idolatriam a Regno ſuo anno 1. regni ſui menſe 1.2.Paralip.29.4.Reg. 175.c.4.G

Ezechias imitatus eſt Dauid in omnibus, 4. Regum 174.c.4.I

Ezechias non deſtruxit templa idolorum, quæ fecit Salomon in monte Oliueti, propter multa, nec propterea peccauit, 4. Regum 175.c.4.k

Ezechias fregit ſerpentem æneum, quem fecit Moyſes in deſerto, 4. Regum 177.c.3.H

Ezechias fuit primus, qui deſtruxit excelſa, & omnem idolatriam, & in hoc non fuit alius ſimilis illi, 4. Regum 179.c.1.C

In Ezechia fuerunt multæ ſingularitates, & magnæ excellentię, 4. Regum 179.c.1.D

An Ezechias fuerit melior, quàm Ioſias, valde dubium eſt, ſed conſiderando, quæ dicuntur de Ioſia, & de Ezechia probabilius videtur, quòd Ioſias fuerit melior, 4. Regum 179.c.3.K

Eliachim, quem miſit Ezechias ad Rabſacem, quarto Regum decimoctano, non erat Sacerdos, ſed Laicus Prępoſitus domus Regis, 4. Regum, 183.c.2.C

Ezechias non peccauit orando contra Senacherib Regem Aſſyriorum, vt probatur, 4. Regum, 193.c.2.B

Ezechiæ ægritudo, & ſanatio fuit poſt aduentum Senacherib in Iudæam, & priuſquam inde recederet, & fuit modico tempore poſt quam venit Senacherib, ſcilicet, in fine anni quartidecimi regni Ezechiæ, vel in principio anni decimi quinti, 4. Regum 197.c.4.k

Ezechiæ ægritudo fuit naturalis, quarto Regum, 198. c.4. k. Et prius confutantur quædam opiniones circa infirmitatem Ezechiæ, ibidem, 198.c.2.A

Ezechiæ miſit Deus dicere, diſpone domui tuę, &c. propter multa, 4. Reg. 199.c.1.D

Ezechias conuertit ſe ad parietem, vel vt non impediretur orare ab aſtantibus, vel forte, quia templum Domini erat ad partem illam, 4. Regũ, 199.c.2.B

Inter orationem Ezechiæ, quarto Regum 20. & orationem illius Phariſęi, de quo Lucæ 18. quid interſit, 4. Regum 199.c.4.F

Quod Deus addiderit Ezechiæ quindecim annos vitæ, poteſt dupliciter ītelligi: vno modo, q̃ Ezechias fuerit talis compoſitionis, quòd non poſſet ei correſpondere periodus vitę, niſi vſq; ad triginta, & nouem annos, etiam ſi non venerit ei accidentaliter aliquis morb⁹. Alio modo, quòd haberet maiorem

iorem periodum vitæ, non incidente aliquo morbo; & tamen nunc, quia inciderat morbus grauis, naturaliter erat moriturus, nec poterat extendi vita eius, nisi supernaturaliter. Accipiendo primo modo, dicendū est ꝙ propriè Deus addidit illi qn decim annos vitæ. Sed si secundo mōdo dicendum, quod non; & quòd solum fuit ab eo ablatum impediens, &c. Et differentia istorum duorū modorum apparet in naturalibus. 4.Reg.201 c.2.C

Et in Ezechię morte postea subsecuta potest dici primo & secundo modo, & rationabilius dicitur, ꝙ fuit secundo modo, ibidem 201.c.3.I

Ezechias in illis quindecim annis additis fuit passibilis, & potuit mori quacunque morte violenta; & tamen Deus sciebat, quòd non accideret ei aliqua mors violenta, sed quòd post illos quindecim annos, accideret ei aliquis morbus, per quem moreretur, &c 4.Regum 201.c.4.H

Ezechias non fuit illico perfectè sanatus per appositionem massę ficorum, quia Deus voluit facere differentiam miraculorum noui, & veteris testamēti. Nam in nouo testō erat futurus status perfectior, & viri perfectiores, & Deus volebat eis concedere perfectiorem modum faciendi miracula, quàm patribus veteris testamenti. Erat aūt differentia perfectionis: quia non mox vt orabant faciebant miracula, sed etiam præmissis quibusdam cęremoniis, vt patet de Elia, &c. Secus in nouo testamento. 4. Regum 202.c.1.A

Ezechias per massam ficorum curatus est supernaturaliter, 4.Reg. 202.c.2.C

Massa de ficubus posita super vlcus Ezechiæ fuit ad maiorem ostensionem miraculi, vt aliqui dicunt. Vel dicendum, quòd factum sit hoc iuxta morem patrum veteris testamenti, qui quando faciebant miracula, pręmittebant aliquas cęremonias, quæ licet viderentur conferre, non conferebant, 4. Regum 202.c.3.I

Quando Ezechias petiit signum de salute futura, potest dici, quod non ideo petiit, quia dubitauit, sed propter maiorem gloriam Dei, & hoc tenet Nicolaus. Potest etiam dici, quòd dubitauit, vt tenet Iosephus 4.Regum 203.c.1.A

Ezechias petendo signum non peccauit, 4. Regum. 203.c.1.C. Et Isaias sciebat hoc signum priusquam loqueretur Ezechiæ, sed orauit Isaias, vt fieret illico, 4.Regum 203.c.2.A

De figura Horologi Ezechię, 4.Reg. 203.c.3.I

Ezechias non intellexit descensionem vmbræ decē lineis, bene tamen retrocessionem, 4. Regum 205.c.2.A

De retrocessione Solis tempore Ezechiæ, 4.Regum 204.c.3.F

Ante Ezechiam non præcesserat nisi vna æra de famosis, scilicet, æra diluuij, cuius radix ponitur in tabulis regis Alfonsi, 4.Regum 206.c.2.A

Ezechias peccauit, quando lætatus est in aduentu nunciorum Regis Babylonis, 4 Regum 20. primo in elatione quadam, &c. Secundo quia superbiuit de beneficio à Deo sibi præstito, volens in illo gloriari, scilicet, de sanitate, & retrocessione Solis, &c. 4.Regum 208.c.3.F

Ezechias peccauit aliquomodo ostendendo nuncijs regis Babylonis thesauros suos, quia non fecerat hoc bono animo, sed ad ostentationem sui, & superbiam, &c. 4.Regum 208.c.3.H. & fuit peccatum eius multiplex, ibidem 209.c.1.D

Ezechię gesta, & ordo eorum, 4.Reg. 210.c.1.A

Ezechias mortuus est, cum esset annorum quinquaginta quatuor: nam viginti quinque annorum

erat cum regnare cœpisset, & regnauit annis viginti nouem, 4.Regum 210.c.1.E

Ezechiæ laudes referuntur, primo Paralipomenon, 56.c.1.E

Ezechias non peccauit, petens signum a Domino, Matthæi tomo 4 155.c.3.I

Ezechiel. Et Daniel prophetauerunt in Babylone cum captiuis suis; Genesis 26.c.1.E

Ezechiel, quinto anno transmigrationis, cœpit prophetare, & Daniel secundo anno, Genesis 27. c.2.D. & vide hoc in Prologo Hieronymi super Ezechielem.

Ezechiel præcessit Danielem tempore, Genesis, 27.c.2.A

Ezechiel obscurior est cęteris prophetis, maxime in principio, vbi agit de illa visione, qua vidit Deum in Solio, & de quatuor animalibus, & in fine est obscurissimus, vbi agit de templi dimensionibus, vt vix intelligi queat, Genesis, 27.c.3.F

Ezechielis principium, & finem, & exordium Genesis, non permittunt Hebræi legere quenquam quantumcunque doctum ante trigesimum annū ætatis illius, similiter & cantica canticorum, Gen. 27.c.3.F. 1.Reg.10.1. 11.c.4.I

Ezechiel interpretatur fortitudo Dei, vel confortatio Dei, Gen. 27.c.4.G

Ezechiel potius prophetat in rebus, quàm in verbis, 3.Regum 103.c.2.D

Ezechiel cœpit prophetare annis quinque post transmigrationem Ioachim regis Iuda in Babylone, Matthæi tomo 1 144.c.1.E

Ezran. De Ezran, de quo 1. Paralipomen. 4. dicunt Hebræi, vt refert Hieronymus & Rabanus, & Glo. ordina. quòd fuerit Amram pater Moysi, & Aaron, sed falluntur, 1. Paralip. 62.c.3.F

F.

Faba. LITERA nunquā apud Hebræos, posita in principio dictionis, Gen. 301.c.2.D

Fabæ seminandæ sunt, sole existēte in Tauro, Exodi tomo 1. 78.c.4.k

Faber. Nomen generale est ad omnes artifices disponentes materiam duram, Genesis 16.c.1.B. Et determinatur interdū per adiunctionem materiæ, vt dicendo faber ferrarius. Et aliquādo ex vsu vulgarium grammaticorum hoc nomen faber si per se profertur, stat pro fabris ferrariis, Exodi tomo 2. 189.c.3.G

Fabula. Nunquam secundum se totam applicatur ad id, de quo agitur, sed satis est, quòd applicetur secundum aliquid, Iudi. 87.c.1.D

Facere. Factio. Facere licitum est cuicūque genti, sicut opinatur, quando nihil est, per quod conuincatur male opinari, Matth. tomo 5 94.c.4.G

Facere aliquando sumitur pro disponere, vel ornare, Leui. 265.c.2.D

Qui facit, quod plus est, totum fecisse videtur, Matthæi tomo 6 131.c.4.I

Facientes aliquid, ex gaudio, faciunt sicut facientes ex habitu, 1.Paralip. 142.c.1.E

Facere pertinet ad rem, quæ æquiuocè producitur, & est extra facientem, & propriè pertinet ad artē Matthęi tomo 1 [68.c.2.B

Nihil possumus sine Deo facere, Matthæi tomo 7, 186.c.2. A. Immo nihil possumus facere, nisi a Deo moti, Mat.tomo 5 156.c.2.B

Facienti, quod in se est Deus reuelat necessaria ad salutem, Matthæi tomo 5 276.c.4.G

Faciens quod in se est, per humanam prudentiam, & negocio incepto diffidit, multum detrahit diuinæ bonitati, & prouidentiæ, Exodi tomo 1 9.c.3.H

Factio est cũ prẽsupponitur materia, Exodi tomo 1 173.c.3.G

Facies. In hominis facie magis demonstratur anima hominis quàm in cẽteris partibus eiº, Cenesis 12.c.2.D

Facies in homine vocatur anterior pars capitis eius, aut vultus, in brutis autem non sic, quia in brutis illa pars non est digna sic nominari, quia nobilior est illa pars in homine, quàm in brutis, sic dicit Aristoteles primo de animalibus, Gen. 230.c.3.k

Facies aliquando significat iram, aliquando hilaritatem, & placiditatem in vultu, ex prima significatione, apud antiquos sctiptores, dicuntur homines facioſi, ideſt, homines monstrantes vultum turbidum, & iratum. De secundo dicitur in modo loquendi vulgari, talis homo non monstrauit mihi faciem; Ecclesiastici 7. Filiæ tibi sunt custodi corpus illarum, & non demonstres faciem tuam eis, ideſt, vultum hilarem, Exodi tomo 2 165.c.1.D

Non est aliquas pars hominis, per quam homo ita distincte cognoscatur, sicut per faciẽ, Exodi tomo 2 165.c.2.A

Facinus. Qui manifesto facinori desunt obuiare, non carent scrupulo societatis occultæ, extra de homicidio, cap. sicut dignum, Deuteron. 27.c.2.C

Facula. Faculæ ardentes, quare naturaliter appareant apud patibula, in cimiteriis, & in nauibus, & nunquam multum eleuatæ a terra, & nũquam per diem, sed in nocte, & nunquam in tempore frigido, & multarum pluuiarum, sed tempore veris, & magis tempore æstatis, & quare tãtum super sepulchra cadauerum. Aliqualiter carnosorum & pinguium, & quare magis tempore pestis, & in eorum sepulchris, in quibus a paruo tempore sunt recondita cadauera, & quare ignis illarum facularum non sit efficax ad comburendum, &c. vide per ordinem Leui. 173.c.1.C

Fallere. Deus non permittit, vt dęmones fallant bonos, aut facere aliqua miranda circa ea, in quibus potest prẽiudicari humanę saluti, & si aliquod permittit, hoc solum est quantum ad eos, qui mali sunt, & perituri, Matthẽi to.6. 295.c.3.G

Ecclesia vniuersalis nec fallit, neque fallitur circa ea, quæ sunt fidei, licet Ecclesia, ideſt, iudex particularis Ecclesiæ sæpe fallat, & fallatur, Matthæi tomo 4 189.c.4.G

Fallacia. Modus fallaciæ compositionis, & diuisionis frequentissimus est in sacris literis, Iosue tomo 1 5.c.1.E

Falsitas. Deum non habet testem, Matthæi tomo 5 254.c.1.B

Falsum. Testimonium minus peccatum est, quàm homicidium adulterium, & furtum, Matthæi tomo 5. 129.c.3.H. Vt patet ex pęna maiore, quæ dabatur in lege Dei, singulis istorum, &c. ibidem

Aliqua, q̃ falsa nõ sunt, phibent̃ credi, nõ pp se, sed qa ex credulitate illorũ deuenirẽt hoĩes ĩ multos errores, & pp hoc multa verba subticent̃, Leu. 201.c.4.I

Falsus Christus. Quibus motiuis falsi Christi homines seducerent, Matthæi tomo 6. 266.c.1.E. Et quomodo illis possunt resistere credentes in Christum, Matthẽi tomo 6 266.c.1.E

De falsis Christis, vide in dictione pseudo Christus.

Falsare. Ille falsare dicitur, qui mutat res signatas ab eo quod significabant termini, quos ante proferebat, Exodi tomo 1 210.c.2.B

Falsarius. Dicitur, qui scripturam falsat, vel qui rem coram eo gestam, falsè scribit, sicut notarii, Matthẽi tomo 1 34.c.1.E

Fama. Famę lęsio magna est apud eos, qui vere existimant, sed secus est apud homines vilissimę conditionis, Exodi tomo 1 179.c.3.G

Fama nil aliud est, q̃ laudabilis nominis diuulgatio, vel celebratio, Deut. 142.c.3.F

Famam suam tenetur quis aliquando perdere, vt restituat famam alterius, 2. Regum 173.c.2.C

Fama est de bonis fortunæ, vel habet magnam connexionem cum eis, & est de maximis bonis fortunę 1. Paralip. 197.c.1.A

Fama, secundum se, bona est, & desiderabilis, non tamen si consideremus eam in ordine ad legem Dei. Et non, quia mala sit, sed quia desiderium eius in nobis malum est, quia fama non est bonum necessarium ad vitam, sed bonum, quo fruimur, quia gaudemus de illo propter se, & sic, qui famam diligunt, constituunt in ea quodammodo fœlicitatem, 1. Paralip. 197.c.1.E

In numero bonorum collatorum a Deo ipsi Dauid, ponitur fama, 1. Paralipom. 17. propter tria, primo quia fama exorta est ex rebus magnis, quas fecit Dauid, Deus tamen dedit illi res illas magnas facere, secundo quia fama prouenit ex diuina dispensatione, nam solum accidit illis hominibus, quibus Deus vult, quòd accidat, &c. tertio quia illam facit conseruari in quibusdam, & in aliis facit perire, 1. Paralip. 197.c.H

Desiderare famam licitum est in aliquo casu, 1. Paralipom. 197.c.2.B

Fama quocunque modo proueniat, siue vere, siue falso, beneficium Dei est: Et ob hoc omnes viri famosi tenentur Deo ad magnas gratiarum actiones, 1. Paralipo. 197.c.4.F

Propter famam habendam, quidam iuuenis Ephesius cremauit templum Dianæ Ephesinæ, 1. Paralipom. 197.c.3.F

Fama est incertus nuncius, sicut, & originem habet ab incerto auctore, & ideo non est confidendum, vt faciat probationem negatiue, 2. Paralipom. 128.c.1.B

Et quia fama est nuncius fallax, ideo, qui soli famæ innititur, facilliter potest errare, 2. Paralipom. 128.c.2.B

Fama non sufficienter enarrat, quæ notoria sunt, quia aliqua fuerunt aliquo tempore notoria, quæ postea obliuioni tradita, nullam habent famam, 2. Paralipo. 128.c.1.E

Quando conseruata totaliter fama, peccatum alicuius potest emendari, debet conseruari, Matthæi tomo 5 52.c.4.I

Vtilius est communitati, quòd manente fama integra peccantis, ipse emendetur, quàm &c. Matthæi tomo 5 52.c.1.D

Fama dicit solum dilatationem nominis alicuius in bonum, & nihil vltra addit, gloria vero addit vltra hoc, quòd talis dilatatio sit cum quadam celebritate, vel laude exhibita nomini nostro, ab eis, ad quos nomen nostrum peruenit, addit etiam quandam frequentiam, vt per ora eorum sæpe frequentetur nomen illud, Matth.to.2. 11.c.4.F

Fama est donũ Dei, quo potentes sumus ad ædificandos proximos, Mat. to. 2. 247. c. 1. D
Famę pferenda est cõsciẽtia, Mat. to. 5. 51. c. 1. C
Fama bona est necessaria homini propter se, & ppter proximos, sed quantum ad se propter duo; primo quia bona fama est principium inter omnia bona exteriora. Secundo quia propter conseruationem famæ interdum abstinet homo a peccatis, &c. Matthei tomo 5. 51. c. 1. C. Et propter alios est etiam necessaria bona fama dupliciter. primo quia homines audientes peccatum alicuius scãdalizãtur, &c. secundo quia ex peccato vnius publicato, multi prouocantur ad peccandum, Matthæi tomo 5, 51. c. 1. E
Fama perdita, quidam homines pro nihilo habent peccare, Matthæi tomo 5 54. c. 1. A
Non licet nobis auferre famam ab aliquo, nisi determinato modo, scilicet, quando in secreto admonitus, non se correxerit, Mat. to. 5. 52. c. 2. E
Fama est bona propter multa, & per oppositum infamia est mala, Mat. to. 5. 54. c. 1. A
Fames. Et sitis non erant in statu innocentiæ, & ideo fuit necessarium dare præceptum affirmatiuum homini de comedendo, quia adhoc non inclinabatur, cum non indigeret, indigentia enim est fames, & sitis, quæ ibi non erant. Nam si homo inclinaretur naturaliter ad sumendum cibũ, non fuisset imperatum, fuit ergo imperatum, vt conseruaretur per cibum, & potum, Ge. 15. c. 3. H
Fames, & sitis essent in statu innocentiæ, ideſt, naturalis inclinatio ad cibum, & potum, quia tunc erat causa naturalis, scilicet, resolutio corporis, & tantam famem posset Adam subſtinere, quòd moreretur, Genes. 109. c. 1. A
Fames & sitis non essent in statu innocentiæ, prout dicunt cruciatum ex defectu cibi, & potus, essent tamen ibi inquantum fames dicit appetitum cibi, & sitis appetitum potus, & iste appetitus esset regula, & sufficiens motiuum ad sumendum cibum, & potum, Gen. 109. c. 1. A
Fames ex penuria alimentorum rarius est in Aegypto, quàm in aliis terris, Gen. 67. c. 4. F
Fames potest dupliciter euenire. s. naturaliter, & supranaturaliter, Ruth 234. c. 4. k
De fame, quæ fuit in Israel tempore Helimelech, de qua Ruth 1. referuntur opiniones Ruth. 234. c. 3. I
Fames est appetitus calidi, & sicci, & sitis est appetitus humidi, & frigidi, & istud prouenit ex digestione consumata in stomacho, 3. Regum, 178. c. 1. B
Circa famen septem annorum, quam misit Dominus in Israel 4. Regum 8. Hebræi dicunt multa falsa, vt læpius facere solent, & confingere, &c. quæ improbantur, 4. Regum. 85. c. 4. G
Fames septem annorum, quam Dominus esset immissurus propter peccatum Dauid in numeratione populi, si eam eligeret Dauid, poterat venire partim naturaliter, partim supra naturaliter, & hoc dupliciter, secundo poterat venire pure naturaliter, & poterat tertio pure supranaturaliter, Paralipom. 241. c. 1. A. Et fames illa veniret solum super terrã Israel, 1. Paralip. 241. c. 4. G. & si sic eueniret quomodo esset illis plaga, cum possent Israelitę sustentationẽ habere a terris vicinis, ibid. 242. c. 1. B
Iudæis accidit magna fames post mortẽ Christi sub Claudio Cæsare, quam prænunciauit Agabus Propheta vnus de Ierusalem non multo tempore post mortem Christi, &c. Mat. tomo 6 271. c. 4. k
Christus prædicens famem futuram, prouidit in illa fame dupliciter, Mat. tomo 6 272. c. 2. A
Centum millia hominum perierunt fame ante euersionem Ierusalem, Mat. tomo 6 311. c. 3. I
Fames dupliciter accipitur, Mat. tomo 7 110 c. 3. H
Fames in homine sano signum est completę digestionis, Matthæi tomo 3 97. c. 1. E
Qui famis extremam necessitatem patitur, si ei non subueniamus, potest propria auctoritate accipere res nostras, vel quorumcunque, & non tenẽt postea restituere, extra de furtis, c. si quis per necessitatem. in textu & glo. Mat. tomo 7 110. c. 3. I
Familia. In familia patris computantur etiam filii, Gen. 394. c. 2. C
Familia semper dicit derivationẽ ab vno aliquo principio, non includens illud, domus autem sic. & isto modo capitur familia, Exodi 12. vbi dicitur, & familias suas, sed nõ accipit sic, Nu. 26. Exo. to. 1. 72. c. 4. k
Familia, apud Hebræos, erat propter hæreditatem, Leui. 244. c. 1. D
Familiæ, in filiis Israel, tot erant, quot erant filii, quos haberet quilibet filius Iacob, vt si 4. haberet 4. etiã familiæ erant, Aliquando denominabatur aliqua familia a nepotibus Iacob, vel a pronepotibus, vt in tribu Manasse, Num. tomo 2. 75. c. 4. K
Familia proprie deriuatur a capite tribus, Num. to. 2. 82. c. 4. I
Nomen prodebatur in familia dupliciter, Num. to. 2. 86. c. 1. A. & 90. c. 2. E
Familia quare magis cognoscebatur per possessionẽ, apud Hebręos, quàm alias, Nu. tomo 2 86. c. 3. F
Familia aliquando accipitur pro tribu, & aliquando econtra, Nu. tomo 2 204. c. 3. k
Familiæ vocantur cognationes magis speciales sub ipsis tribubus, & istæ denominantur a filiis, vel nepotibus illorum, qui nominauerunt tribus, Iudi. 55. c. 1. A
Familiæ describuntur per domos, & istæ sunt minores cognationes, Iudi. 55. c. 1. A
Familia dupliciter accipitur, scilicet, proprie, & large, 1. Paralipo. 98. c. 3. F
Plures familię erant in Israel, quæ aliquando reducebantur ad vnam propter paucitatem virorum illarum, aliquando vna familia diuidebatur in multas, quando erat magna admodum multitudo virorũ in illa, 1. Paralip. 166. c. 1. A
Quæ sint familiæ, super quas prælati constituuntur, Mat. tomo 6 327. c. 4. D
Familia in sacris literis capitur dupliciter vno modo large, & alio modo stricte, 2. Paralipo. 6. c. 3. H
Quædam sunt necessaria familiæ dupliciter, quædam quotidie, & quædam ad certum tempus, Matthęi tomo 6. 324. c. 3. G
De familiarum principibus, & eorum præeminẽtia, 2. Paralip. 63. c. 4. F. G
Familia non est educanda delicate in cibo, sed medio modo, & ad hoc requiritur qualitas cibi, & numerus cibationis, Mat. tomo 6 324. c. 3. F
Familiaritas. Nimia debet esse inter amicos, 9. Ethi. 1. Paralip. 318. c. 3. H
Famulus. Omnes illos appellamus famulos, qui exhibent aliis genus aliquod obsequii quocunque modo, Leui. 301. c. 4. F
Fanum. Fana dicebantur templa Gentilium, a fane quod est apparere, quia ibi fiebant dęmonum apparitiones, 2. Paralipomen. 186. c. 3. H
Farina. Farinæ tria fata, de quibus habetur Matthę. 13. sunt secundum Augustinum illa tria, quæ ad charitatem pertinent, scilicet, ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente, Matthęi tomo 4 58. c. 3. k

Farina conſperſa, de qua Exodi 12. eſt paſta commixta ex aqua & farina, quando nondum eſt fermentata, Exodi tomo 1 92.c.3.F

Faſcinare, & Faſcinatio.

Faſcinare in animalibus prouenit ex aliqua peſtifera qualitate exiſtente in aliquo animali per modum cuiuſdam ægritudinis, Parad. 56.c.3.H
Quæ faſcinantur regulariter, ſunt animalia tenera, & paruæ ætatis, quæ vero dura ſunt, rariſſime, Paradoxa 57.c.2.E
Maxima faſcinandi virtus eſt in baſiliſco, quia animalia tam dura, quàm tenera ſuo intuitu necat, Paradoxa 57.c.2.E
Faſcinatio quomodo contingat, Geneſis. 278.c.2.C
Paradoxa 52.c.4.F
Faſcinatio non fit, niſi de prope, neque fit in homines iam duros, & maturæ ætatis, vel in aliis rebus irrationabilibus, Gen. 278.c.3.F
Faſcinationem eſſe fateri oportet, ſed non ſecundum opinionem vulgarium, qui dicunt, quòd per viſum fiat, ſed fit per ſpiritus infectos, vel ab oculis morbidis, vel ab alijs partibus corporis per oculos exeuntes, Num. tomo 2 20.c.1.A
Circa faſcinationem ponuntur tres concluſiones, ex tribus conditionibus, quæ ad faſcinationem neceſſariæ ſunt, Num. tomo 2 20 c.3.F
Faſcinatio non fit in animalibus duris, ſed in teneris, & paruæ ætatis, Num. tomo 2 21.c.3.H
Inuehitur auctor contra quaſdam, quæ vulgo dicuntur ſantiguaderas, quæ impertinentia verba dicunt, & cæremonias inutiles faciunt ſupra faſcinatos, quibus ſe illos curare dicunt, Nume. tomo 2. 22.c.1.B
Moleſtum erat auctori confiteri publice, poſſe fieri faſcinationem, & ſi verum ſit faſcinationem eſſe, & hoc propter imperitos, nam non fatenda eſt publice omnis veritas, Num. tomo 2 22.c.1.D
Contra curantes faſcinationem verbis, &c. Numeri tomo 2 22.c.1.D
Non eſt danda faſcinatio eo modo, quo opinantur vulgares, Parad. 55.c.2.D. Sed qualiter naturaliter contingat, ibid. 55.c.3.F
Tres conditiones neceſſariæ ad faſcinationem, exprimuntur per tres concluſiones. Prima concluſio eſt, quòd non poteſt quilibet homo, aut quodlibet animalium hominem, aut aliud animal faſcinare, ſed ſunt quædam, quæ virtutem habent faſcinandi, & quædam non. Similiter quædam ſunt, quæ a faſcinantibus pati poſſunt, & quędam, quæ non, Parado. 51.c.4.I. Secunda concluſio, q animal habens virtutem faſcinatiuam, non poteſt quodlibet animal ſibi oppoſitum a propinquo faſcinare, ſed illud duntaxat, quod diſpoſitum eſt ad ſuſcipiendum corruptionem faſcinationis, vt probatur ibidem. Tertia concluſio, quòd non quodcunque animal habet potentiam faſcinandi alia animalia ad faſcinationem ſuſcipiendam diſpoſita in quacunque diſtantia, ſed cum ea epropinquo aſpexerit, Parado. 57.c.2.E
Raro fit faſcinatio ad magnam diſtantiam, Paradoxa 57.c.2.E

Faſcinator. Faſcinatores ſunt baſiliſcus, lupꝰ, & mulier menſtruata, Parad. 51.c.4.K

Faſcinatus. Omnes faſcinatorum curatrices quare prohibeat eccleſia, Parad. 57.c.3.G

Faſti. Vel liber Faſtorum vocatur liber copiarũ, in quibus ſcribebantur omnia nomina, 2, Regum 167.c.2.E
Faſti aliquando dicuntur, quaſi feſti, & ſic vocatur liber Faſtorum Ouidii, ideſt, feſtorum; quia tractat de omnibus feſtis Romanorum diſcurrendo per ſingulos menſes, ſicut fit in Calen. noſtris, & illorum feſtorum ponit cæremonias, & cauſas, & ſtellas, quæ illis diebus oriuntur, ortu Eliaco, 1. Paralipo. 314.c.4.F

Fatigatio. Quibus contingat, Paradoxa. 44. colum 3.F
Nulla eſt fatigatio in potentiis paſſiuis, quia fatigatio in actione, & motu eſt, Parado- 45.c.1.A
In hominibus, & in animalibus perfectis contingit fatigatio, in tribus, ſcilicet, in mouendo pedes, ſiue in progrediendo, in mouendo manus, & in formando quaſcunque voces, Parad. 46.c.1.C
De conditionibus ad fatigationem requiſitis, Parad. 46.c.1.D
Fatigationis paſſio verè fuit in Chriſto, Paradoxa 46.c.2.A
Amor non ſentit fatigationem, ſi ſit ſpiritualis, Matthæi tomo 5 206.c.3.I
Cur fatigamur magis ſtudendo, quàm audiendo, vel videndo. Exodi tomo 1 174.c.3.G

Fatigabile. Virtus corporalis, quæ eſt ſine organo, non eſt fatigabilis, patet de virtute calefactiua ignis, vel infrigidatiua aquæ, Exodi tomo 1 174.c.3.I
Sola potentia organica actiua eſt fatigabilis, Exodi tomo 1 174.c.4.G.& 250.c.4.K
Virtutes corporum homogeneorum nõ ſunt fatigabiles, Exodi tomo 1 134.c.3.k
Virtutes fatigabiles in homine duæ, Exodi tomo 1. 134.c.4.H

Fatum. De tribus fatis ſecundum opinionem Gentilium, ſcilicet, cloto, lacheſi, & antropo. 4. Reg. 169.c.1.A
Fatum vnde trahat nomen, Mat. to. 7. 108.c.3.K
Quę per fata ſtatuta ſunt, mutari nequeunt per aliquã humanam ſolertiam, nec per potentiam alicuius Dei, dixerunt Gentiles, immo dixerunt, quòd acta Deorum cadebant ſub diſpoſitione fatali, 4. Regum, 169.c.1.B.2.Paralip. 238.c.4.H
Multi ad fatum venere ſuum, dum fata timent, Matthæi tomo 4 191.c.3.k

Fatuus. Quinque virgines fatuæ, & quinque prudentes comparantur noſtris ſenſibus, Matthęi tomo 7 10.c.2.A

Fauonius. Et ſubſolanus adiuuant generationem, De Opti. Poli. 6.c.3.G. & Gen. 321.c.4.G

Fauor. Fauores ſunt ampliandi, & odia debent reſtringi, vt patet extra de reg. iur. in 6. in regula, odia. Exo. to. 2. 196.c.1.B
Fauor dī adiutoriũ factum alicui perſonæ ſine meritis in alterius prędiciũ, & hoc in iudicio: nã ī actibus nõ iudicialibus, fauor põt eſſe ſine peccato, Leui. 189.c.4.F. Nam cum ſit liberum adiutorium, videtur pertinere ad libralitatem, ibidem.
Quando dicitur, quòd quilibet poteſt renunciare fauori ſuo, non eſt verum generaliter. ſed ſolum, cum introductum eſt in fauorem totius perſonæ, & non ſit fauor commũms principalius quam perſonæ ſingularis. Num. to. 1. 197.c.3.k
Quod in fauorem alicuius introductum eſt, in eius prędiciũ non debet redundare, iuxta regulam iuris, Iudi. 176.c.2.D

Fauorabile. Fauorabilia ſunt ampliãda, & pęnalia reſtringenda, Ruth 273.c.3.K

Febris. Febrem,& pallorem, atque timorem Tullius hostilius.3.rex Romanorum, vt Deos coluit,ne illi nocerent,cum in bello contra se in fraudem Albanos verti vidit,Exo.tomo 1 158.c.1.E.170.c.1.A.& Leuit. 159.c.3.H

Februarius. Quia paris numeri erat, mali ominis habebatur, & ideo cum diis inferis attribuebant, eumque Februarium vocãtes,quia februa,ideſt, purgationes mortuorũ fiebant in principio illius,& immolationes diis infernalibus,de quo Ouidius.1.lib.Fastorum Exodi tomo 1.71.c.1.D,& 106.c.1.E. Defen. 49.c.3.F

Quare in prima die februarii celebretur a christianis festum candelarum,Exo.to 1. 71.c.1.D

Februarius,vltimus mensis anni ponebatur antiquitus,Exo.tomo 1 71.c.1.E

Mensis februarius, quare sic dicatur.1.Paralipom. 277.c.4.k,& Leuit. 159.c.3.I

Fœdus. De quo Gene.6.ponãque fœdus meũ tecum &c.assecuratio quædam est ne timeat minas hominum,Gen. 39.c.1.B

Fœdus,de quo Gen.17.erat quędam conuentio inter Deum,& Abraham,ita quòd Deus,multiplicaret semen Abrahę, & Abraham susciperet circuncisionem, & omnia alia præcepta Dei, Genes. 159.c.2.E

Fœdus, & testimonium idem sunt materialiter,sed differunt formaliter,Exo.to.2. 109.c.1.B

Multoties Deus pepegit fœdus cum Israel primo in monte Oreb. Exo.19.secundo in campestribus Moab, Deute.29.& Exo.34.Exo.to 2.181.c.2.D, & vnum fœdus fuit factum quantum ad præcepta decalogi,& aliud quantum ad præcepta cęremonialia,Exo.tomo 2 182.c.2.C

Fœdera dicuntur leges,quę ex pacto conuenræ sunt inter Deũ,& Israelitas,Leui. 20.c.4.G

Fœdus proprie est confirmatio alicuius pacti,vel cõuentionis cum animalium occisione,ita quòd ipsi pacisćentes trãseant inter diuisiones animaliũ,&c. & sic Deus bis fecit fœdera cum Iudæis, Deuter. 24.c.3.F,& 154.c.1.C

Cum antiquitus iniretur fędus solemniter inter aliquos,fiebant quidam ritus,Iosue to.2. 186.c.3.F

Vbicunque in tota sacra scriptura dicitur,quod Israelitæ inierunt fœdus aliquod cum Domino,siue illud esset alicuius præcepti noui,siue antiqui, semper fiebat cęremonia fœderum in occisione animalium,Iosue tomo 2 186.c.4.G

Fędus dicitur pactum mutuum inter aliquos de amicitia seruanda in æternum,vel de obseruãda subiectione aut fidelitate,aut similibus,scilicet,de veritate seruanda 1.Reg.to.2. 45.c.3.K

Fędus fit tripliciter, vno modo inter æquales, alio modo inter minores,scilicet,quando minores prę stant fœdus promittentes se aliquid facturos,& illud confirmant fœdere,maiores autem solã obligationem suscipiunt,nihil promittẽtes. Tertiò fit inter maiores,& minores,solis maioribus prędantibus fędus,minoribus verò solum suscipientibus obligationem,1.Reg.to.2. 45.c.4.H

Quando fœdus feriebatur fiebant antiquitus aliquæ cęremoniæ occisionis animalium,1.Reg.tomo 2 45.c.4.K

Fœdus cum iniebatur, apud Israelitas occidebatur aliquod animal,2.Reg. 28.c.1.D

Ioiadas summus sacerdos fecit,vt fieret fœdus inter Deum, & populum propter quinque,4.Regum 122.c.4.k,& de cęremonus obseruatis in fœdere, ibidem. 123.c.2.A

In fędere debebat fieri aliqua cęremonia effusionis sanguinis,& super vtrunque facientem fędus,effundebatur,vt vterque obligatus videretur, 4.Regum. 229.c.3.F

De cęremoniis, quæ fiebant in fœdere,4.Regum 230.c.1.C

De fędere,quod fecit iosias rex Iuda cum populo de seruanda lege,4.Reg. 228.c.4.I

In fędere semper est obligatio,& promissio,& tamẽ interdum est promissio ex vna parte, & interdũ ex vtraque,vt ostenditur 2.Parali. 204.c.3.F

In fędere obseruabantur quinque cęremonię,quę referuntur,2.Paralip. 204.c.3.G

Fędus inuentum est,apud antiquos,post iuramentũ, 2.Paralip. 204.c.4.K

Noua fœdera cum Deo multoties faciebant Israelitæ,& proficiebant ad multa,2.Paral.205.c.2.B Similiter etiam erat consuetudo apud eos sępe facere fœdus cum Domino super diuersis rebus obseruandis,& iterdum super eadem, 2.Paralipom. 205.c.3.G

Non erant prohibita fœdera Iudæis cum omnibus Gentilibus, sed solum cum Chananęis,2.Parali. 212.c.3.F

Fel. Aquilæ est multum medecinale, Leuit. 108 c.1.A,Similiter, & fel accipitris ibidẽ. Similiter,& fel mustellę,ibidem. 110.c.4.F

Fœlix. Fuisse fœlicem magnum genus infortunii est in omni aduersitate fortunę,vt dicit Boetius,2.de Consolatione, Prosa.4.Leuit. 311.c.3.G,Matthæi tomo 7 101.c.4.F

Libentius dicit homo fœlicia de se, quàm tristia, Matthęi tomo 5 187.c.4.k

Fęlices iuxta opinionem Aristotelis si viuentes sint, parua fortuna,aut infortunio non mouentur magna, & si mortui sint fœlicitas eorum non mutatur ex parua fortuna,vel infortunio, bene tamẽ ex magna,&c.Et tantum modo his, qui parum post obitum suum eorum amicis acciderunt, &c.De Statu animarum. 2 c.1.E

Fœlix martyr apparuit visibiliter ciuibus Nolanis, cum obsiderentur a Barbaris,vt refert Augustinus in lib.de Agenda cura pro mortuis, Matthęi tomo 7 271.c.1.D

Fœlicitas. Fęlicitatem non cõsistere in aliquo, de bonis,quibus in prędenti vita fruimur, ostendit Deus in morte calamitosa omniũ illorum, qui in huiusmodi bonis reliquos excelluerunt.2.Reg. 11.c.3.G

Antiquitus creditum est fęlicitatem consistere, in multitudine prolis,Mat.to.6. 290.c.4.G

Fęlicitatis definitio, de qua.1.Ethico.scilicet, quod est operatio secundum perfectam virtutem, intelligenda est de fęlicitate imperfecta,quæ in prędenti haberi potest Matthęi tomo 2 23.c.3.F

Fęlicitas est operatio secundum optimam virtutem in vita perfecta 2.Ethico.De statu animarum. 2.c.2.C

Fœlicitas est humanæ vitæ finis, Matthæi tomo 6 71.c.2.C

Femen. Est pars cruris coniuncta vasi genitali,siue in masculo siue in fęmina,& vocatur alio nomine femur,vnde femoralia dicũtur, Exo. tomo 2 72.c.3.F

Fœminalia. De Fęminalibus, vide indictione femoralia.

Fœmina. Quòd fęmina fuerit materialiter formata de viro,congruit multis rationibus,Gen. 9.c.1.D

Quatuor tantum fęminarum propria nomina ante diluuium habentur in sacris litteris, Eua, Sella, Ada,

Ada & Noema,quæ fuit inuentrix omnis generis lanificii,& hæc filia fuit Lamech,& soror Tubalcayn.Gen. 29.c.1.E
In potestate viri, & fœminæ est custodire virginitatem,Matthçi tomo 5 115.c.1.E
Fœmina est secundum naturam, minoris perfectionis masculo:si enim eiusdem perfectionis in natura esset cum viro,impossibilis, esset generatio per commixtionem eorum &c.Gen. 132.c.2.E
Ex fœmina quare non fuerit vir, sed bene è contra assignantur causę,Gen. 141.c.3.E
Fœminam formari ex viro fuit conueniens propter honorem generis humani,Gen. 143.c.4.F
Fœmina intenta est a natura capiendo naturam pro Deo,qui naturam instituit,&c. Sed accipiendo naturam,vt est aliquid creatum,& vniuersale agens, scilicet,pro intelligentiis,sic etiam fœmina est intẽta a natura. si vero accipiatur natura pro virtute particulari operante circa aliquid in semine ad formandum fœtum, sic fœmina non est intenta a natura,sed masculus &c.Gen. 237.c.1.C
Fœmina,& vir sexu differunt,& non specie, Matthæi tomo 6 120.c.3.H
Fœmina semper in omnibus communicationibus subdita est.Gen. 232.c.3.H
In multis fœmina subiecta viro nunc est,in quibus nõ fuisset in statu innocentię,Gen. 233.c.1.A
Fœmina non est incontinens,Gen. 144.c.3.F
Fœmina dicitur masculus occasionatus,quia scilicet, erat masculus per intentionem, & fuit fœmina per accidens eueniens in operatione, &c. Genes. 237.c.1.E,Matthæi to.6. 120.c.2.A,& 152.c.1.E
Fœminam intendit sola natura vniuersalis, nõ per se, sed inquantum confert ad perpetuationem masculi,sicut corruptio intenditur propter generationem,Gen. 237.c.1.C 2 D.3.H
Quo gradu vir, & fœmina distent.Matthæi tomo 6 120.c.3.H
Fœminas recipere dona a viris, malum signum est, iuxta illud. Quæ recipit dona fœmina nulla bona, Genesim. 290.c.3.I
Cum fœmina contendere vilis animi est, Exo.tomo 1 13.c.2.E
Contra fœminas viros pugnare, quare verecundum sit Exo.tomo 1 216.c.3.H
Quid ministret fœmina in generatione, Matthæi tomo 6 152.c.1.A
In fœmina non est vis sufficiens actiua ad formandũ, & organizandum corpus,vt sequatur anima in semine,tamen viri est virtus sufficiens, & ideo cum illud semen fuerit commixtum materiæ ex fœmina perducit illam ad perfectionem organizando, & formando fœtum,& habet vim actiui,& nõ materię,&c Leuiti. 115.c.3.F
Fœminæ non sunt proprie partes politiarum,Nume. tomo 1 5.c.1.B
Fœminæ non sunt aptæ ad bellum, &c.Num.tomo 1 5.c.1.E
Quod fœminę non possunt esse sacerdotes,ex sola institutione est,Num.tomo 1 35.c.2.B
Nulli fœminę concessus est status prælationis, tam in veteri testamento quàm in nouo Nume.tomo 1 67.c.1.A
Fœmina in nulla politia habuit potestatem repudiandi virum,Iudicum. 149.c.1.A
Fœmina apud Græcos vendipoterat pro ferro, Deut. 170.c.3.G
Fœminę naturaliter non concipiunt, neque pariunt, nisi a viris cognitæ fuerint, Matthæi tomo 6 163.c.4.I
Fœminæ,apud Hebræos, non succedebant in bonis immobilibus,nisi cum quis moreretur nullos habens filios,Num.27.Ruth. 264.c.4.I
Maiora sunt in fœminis quæcunque desideria passionalia,quàm in viris,& hoc propter minorem resistentiam ex defectu iudicii, nam est in eis fantasia debiliter fixa,cum vix habeant opinionem vniuersalem,& quasi non sint proprie incontinentes, sicut nec bestiæ 7 Ethico.& sic facilius, & durius inclinantur ad quodcumque malũ,&c. 4.Regum 117.c.3.F
Fœmina formata est a Deo talis vt viro esset minor secundum naturalem dignitatem;non tamen formata est ancilla, neque ad seruiendum, Genes. 145.c.2.B
Quod semel est fœmina non potest effici masculus, Gen. 236.c.3.G
Fœminæ in suo sexu in paradiso remanebunt,Genes. 236.c.3.H,& 237.c.1.B
Fœminæ per se nunquã principantur uiris, nisi per accidens,Gen 144.c.3.k
Fœminæ regnandi cupidę 4.Reg. 117.c.4.H
Mulieres maxime mouentur a passionibus, & efficiũtur incontinentes 4.Reg. 117.c.4.F
Fœminis filiabus Leuitarum,qui erant cantores,licebat in templo cantare coram Domino, 1.Paralip. 292.c.2.B
Fœmina creata est,vel formata ad procreationẽ prolis Matthæi tomo 2 140.c.4.H
Fœmina non debet consentire viro volenti eam cognoscere in vase non consueto,immo debet vitare omnino,quia est peccatum mortale, & valde detestabile, & contra naturam, Matthæi tomo 2 173.c.1.A
Fœmina seipsam corrumpens peccat peccato molliciei,& cum corrumpitur ab alia muliere facto organo artificiali simili organo virili, similiter & ipsa peccatum est valde graue, quia prouenit ex superabundanti iniquitate, Matthæi tomo 2 176.c.1.E
Fœmina non producitur a natura ex defectu materiæ ad formandum vas genitale, vt aliqui imperiti dicunt, Matthæi tomo 6 120.c.2.C, Sed ex defectu materiæ formabilis, vt alii dicunt,vel quod verius est ex defectu, & impotentia virtutis formatiuæ,ibidem.
Fœmina,& vir non differunt specie,sed sexu; nec sexus est Genitale maris,& fœminę, quia ista sunt signa maris,& fœminæ,non tamen sunt ipsa per quæ differunt,Matthæi tomo 6 120.c.3.H
Fœmina potest dimittere virum quo ad thorum, & quo ad cohabitationem, si ille fuerit sodomita,& hoc videtur Hiero.innuere,vt habetur 42.q.7.cap. omnes. Idem si vir se polluerit per molliciem,vt quidã dicunt,Glo.tñ super 32.q.7.c.omnis.dicit,ꝙ non põt mulier dimittere virum propter aliquod illorum criminum nisi tantum propter fornicationem.Et si vir vellet cognoscere fœminam per vas inconsuetum, & non posset se defendere a viro inferente vim,tunc potest recedere a viro.Sicut dicitur de coniugibus infidelibus, si alter eorum conuertatur ad fidem,& non alter, ꝙ licet fideli manere cum infideli in matrimonio si vult cohabitare sine offensa Dei,si vero non, tunc debet recedere ab eo,vt innuitur.1 Corin.7.& extra de diuortiis.ca.gaudemus,Mat.to.2. 176.c.3.k
Fœminæ a viris quando cognoscendæ, Leuitico. 119.c.4.F
Masculus perfectior est quàm fœmina, Matthçi tomo 5 79.c.3.I

Fęminę impatientes, & ad murmurandum faciles, Ioſue tomo 1 91.c.1.D
Fęmina, licet non ſit de intentione naturæ particularis, eſt tamen de intentione naturæ vniuerſalis, vocatur natura particularis ipſa vis inſita rebus, & natura vniuerſalis vocatur non ſolus Deus, ſecundũ veritatem, ſed etiam ſecundum Philoſophos intelligentia, quæ præeſt rebus corporeis in motibus ſuis naturalibus dirigendo eas, &c. Matth. to. 6. 120.c.2.A, & Gen. 237.c.1.C
Quare Deus maſculum, & fęminam creauerit, Matthæi tomo 5 80.c.4.K
Fęminæ quomodo a peccato originali mundarentur in legi Moyſi, & quomodo melius erat illis, quo ad hoc quàm maſculis, Para. 105.c.3.G
Femur. Aliquando capitur in veter. teſta. pro armo dextro, vt Nume. 6. dicitur, ſicut pectuſculum, quod ſeparari iuſſum eſt, & femur Nu. tomo 1. 76.c.2.C, Et aliquando capitur pro vẽtre, & interdum pro crure, ibidem. 65.c.2.A
Natiuitatis principiũ eſt in femore, Exo. to. 1. 3.c.4.K
Femur pars ſuperior eſt cruris circa vaſa genitalia, Gen. 287.c.4.F
Sub femore Abrahæ ponere manum, non aliud erat, quàm quòd ſeruus eius poneret manũ ſuper aliquod ſedile, & Abraham poneret femur ſuum, ſiue nates ſuper manum ſedendo, Geneſ. 24. Geneſ. 287.c.4.F
Femoralia. Femoralia adinuenit Semiramis regina Niniuæ, Gen. 50.c.2.E, Exo. tomo 1. 202.c.3.H. Ex. to. 2. 72.c.1.C
Feminalia dicuntur a feminibus, & non fęminis, Exo. tomo 2 207.c.1.E
Feminalia, quibus vtebantur ſacerdotes ad miniſtrãdum, erant de numero veſtium ſacrarum, Exo. tomo 2. 27.c.1.C, & 207.c.2.B, Et nullus ſacerdos poterat ſine illis miniſtrare, Leu. 156.c.2.D, & Ex. tomo 1 202.c.3.I
Sine feminalibus nullus miniſtrabat ex antiqua conſuetudine in eccleſia Chriſti, Exo. tom. 2. 72.c.1.C & Exo. to. 1. 202.c.3.I
Verior eſt opinio dicentium, quòd Chriſtus non reſurrexit cum feminalibus, ſeu femoralibus, quã oppoſita, & dicendum, quòd quando apparuit diſcipulis, vel aliis occultauit vaſa genitalia magno quodam ſplendore, Parado. 83.c.2.D, Et probabilius videtur, quòd femoralia Chriſti non manſerunt eum aliis linteaminibus in ſepulchro, ibidẽ.
Sacerdos accidens ad altare ſine femoralibus moriebatur, Leuit. 201.c.2.E
Fœnerari. Solum importat mutuare, ſeu accommodare, nec eſt idem dictu, Nom fęneraberis, & Non fęneraberis ad vſuram, Deuteronom. 123.c.3.K, Matthæi tomo 7 44.c.1.A
Feneſtra. De feneſtra, quæ erat in arca Noe, referuntur opiniones, quibus dimiſſis, dicendum eſt, quòd erat oſtiolum in parte ſuperioris manſiunculæ, in qua manebant homines, & illa erat illita bitumine, ſed taliter facta erat, quòd ſi impelleretur a parte interiore aperiretur, ſed non poterat redire prior compago bituminis, nec erat neceſſaria, quia feneſtra erat clauſa ne intrarent pluuiæ de cœlo cadentes, cum aũt aperta fuit iã nõ pluebat, nec aquæ inferiores accedebant ad locũ feneſtrę. Et per illã nulla lux intrabat, quia tantũ facta fuerat ad emittendum coruum, & columbam, & fortè interius, erant aliqui lapides, carbunculi fulgentes, vel multę feneſtrę criſtalinæ ad manſiones diuerſas, de quibus non fit mentio in litera, Gen. 37.c.3.k
Feneſtrę non ſunt in cęlo, Parado. 124.c.4.F
Fœnum. Quid per fęnum lignum, & ſtipulam ſignificet Apoſtolus, Matthæi tomo 7 245.c.2.E
Feria. Omnium feriarum, & feſtorum catalogus ponitur Leuiti. 23. Exodi tomo 1 74.c.1.C
Ferię quare dicantur ſanctæ Leui. 23. Leui. 256.c.2.B
Quòd ſint feriæ, ideſt, tempus ad colendum Deum de iurę naturę eſt, ſed quę debeant eſſe vel quantę, vel an multum frequentarę, vel rarę, non conſtat, ſed hoc debet eſſe ex determinatione legislatoris. Leui. 255.c.4.F
Eccleſia vocat omnes dies non vacatiuos ferias propter duo. Primò, quia omni die a vitiis ceſſandum eſt. Secundò quia quãtum ad officia eccleſiaſtica, & miniſtros eccleſię omnes dies dicuntur feriæ cum ibi ab omnibus occupationibus ceſſandum ſit, & ſolũ diuino cultui vacandũ, Leui. 256.c.4.K
Ferię legitimæ vocantur, ſecunda, quarta, & ſexta, feriæ cuiuslibet hebdomadę, de conſecra. diſtinct. 5. cad. ieiunia. & 82. diſtin. cap. presbyter Matthæi tomo 2 226.c.4.I
Fermentum. Nunquam apponebatur in ſacrificiis, Leui. 2. Exo. tomo 2. 90.c.1.E, Vt per hoc Iſraelitæ ſemp recordarentẽ exitus de Aegypto, in quo comederant panes nõ fermentatos, &c. Leui. 19.c.4.I, Et p̃p tropologiã, quia fermentũ ſignificat peccati corruptionẽ. 1. Corinthio. 5. Modicum fermentum corrumpit totã maſſam. Corruptionẽ verò peccatorũ longe abeſſe vult Deus a ſacrificiis ſuis, ibi. 20.c.1.D
De fermento Phariſęorum, & Sadducęorum, Matthæi tomo 4 158.c.4.G
Fermentum aliquando ſignificat fidem, aliquando malam doctrinam, Mat. to. 4. 158.c.2.C
Fermentum capitur multipliciter, Matthæi tomo 4 158.c.2.C
Fermentum dicitur nunc lex Moyſi, quæ tamen ſuo tempore non fuit fermentum, Matthæi tomo 4 158.c.4.F
Fermentum appellatur praua doctrina, quæ conſiſtit tam in verbis quàm in conuerſione, Matthæi tomo 4 158.c.4.F
Fermentatum. Qui fermentatum comedebat decima quarta luna, primæ menſis ad veſperam, merebaẽ mortem, ſicut ſi comederet in aliqua ſeptem dierum Azimorum, Exo. tomo 1 80.c.2.B
Quòd fermentatum non deberet eſſe in domibus Hebræorum decima quarta luna ad veſperam, duplex aſſignatur ratio, prima quia iſta comeſtio Azymorum ſignificabat comeſtionem Iſraelitarum, quę fuit in exitu de Aegypto, qui nihil habuerunt ſecum de pane fermentato, &c. Altera quia Deus volebat, quòd nullo modo Iudæi tranſgrederentur hoc præceptum, &c. Exo. to. 1. 87.c.3.F
Omne fermentatum eiicibant Iudæi de domibus ſuis decima quarta luna ante Meridiem, dantes illud beſtiis &c. Defen. 16.c.3.G
Fertilitas. Fertilitatis duplex eſt cauſa, ſcilicet, bona terræ cultura, & bona ſeminatio, & oppoſita iſtorum ſunt cauſa ſteritilatis, Gen. 365.c.4.k
Ferrum. Ferri, & calybis inuentor fuit Tubalcain filius Iamech, & faber in cuncta opera æris, & ferri, Gen. 29.c.1.C
Quare in ſacrificiis non apponeretur Ferrum, Exo. tomo 2 17.c.1.C

Ferrum quomodo esset necessarium ad vsus quotidianos sanctuarii, Exo. tomo 2 50 c.1.C
Ferrum generatur ex terra admixta sulfuri, Nume. tomo 2 23.c.3.k
Ferrum fuit necessarium in templo Salomonis ad aliquam administrationem non sacram, & ad multas alias necessitates templi. 1. Paral. 336.c.1.A
In ferro ignito non manent duo corpora simul, &c. Matthæi tomo 4 247.c.4.G
In ferro ignito, aut qualibet re ignita, non est ignis simul cum corpore ferri, Matthę. tomo 7. 121.c.4.F nec est aliquid de igne in eo, ibidem 122.c.3.F, & c.2.C, Sed ibi sunt calor, & ignitio non tamen est corpus ignis, ibidem.
Feruor. De feruore Christi circa prędicationē, & doctrinam, Mat. to. 5. 240.c.1.D
Festum, vel festiuitas. Tribus Festiuitatibus omnes masculi Hebræi veniebant in sanctuarium, Exo. 23. & 24. & Deu. 16. & aliquid ferebant ad offerendum Domino &c. Geneſis, 71.c.2.E
In festis mandabat Deus Hebræis, vt comederēt lautius, quia carnales erant ad colendum Deum, patet Deut. 12. Exo. tomo 1 71.c.2.A
Qui in festis diebus ambulat vnam leucam aut duas ad venationem, aut in ea morari per maiorem partem diei, crederem mortaliter peccare, ait autor, sed manifestum est peccatum si iter faciat ad expedienda negocia, similiter si in vrbe velit negotiari, nisi circa aliqua valde parua, aut leuia, q̄ quietem festi non impediat, peccatum mortale videtur, nisi sit in pia causa, &c. Exo. to. 1. 82.c.3.G
Qui die festo ratiocinia, & computum facit, peccat: nisi fiat breuiter, vel duobus, vt aiunt, verbis, Exo. tomo 1 82.c.4.H
Qui in die festo pietatis causa docet, non agit opus seruile, non licet tamen tota die vacare doctrinæ, similiter nec studere, Exo. to. 1. 82.c.4.I
Festus dies principaliter inuentus est ad vacandum Deo, magis quàm necessitatibus proximorum, nisi talis sit pietas circa proximum, quæ cōmode dilatari non possit, &c. Exo. tomo 1 82.c.4.K
Qui in diebus festis cantat, quando peccet, & quando non similiter, & prębendatus alicuius ecclesiæ, Exo. tomo 1 83.c.1.C
In diebus festis quomodo sit licitum parare cibos, & quomodo non, Exo. tomo 1 83.c.2.C
Qui in die festo cantat missam, aut recitat solum pro pecuniis, quod dupliciter contingere potest, vtroque modo est Symonia, vno modo implicite, & alio modo clare, non tamen totaliter frangit festiuitatem, Exo. tomo 1 83.c.4.G
Aduocati sunt pure mercenarii, & ideo in die festo non possunt licite condere libellos suos aut cętera clientulorum suorum munimenta, secus si agerēt causam pro miserabilibus personis; aut pro causis valde pijs, vt ecclesiarum, hospitalium, vel monasteriorum &c. & hoc si gratis pro Deo faciant, &c. Exo. tomo 1 83.c.4.k
In diebus festis non possunt actus iudicandi licite fieri, vt patet extra de feriis. c. omnes dies, & per totū titulum, & hoc propter duo, &c. Exodi tomo 1 84.c.1.A
Itinerantes in diebus festis in peregrinatione ad aliquā ecclesiam, quomodo excusentur a peccato, & quomodo non, Exo. tomo 1 84.c.4.k
Opera manualia, vel potentiæ executiuæ facta in festo, quæ sint peccata, & q̄ nō Exo. to. 1. 85.c.1. & 2
De pulsantibus instrumenta musica in diebus festis, an peccent, vel non, Exo. to. 1. 85.c.2.A
Die festo an studere possint prędicatores, Exo. to. 1 83.c.1.A
Omnis artifex, qui operatur in die festo, & sibi soli prodest in sic operando, mortaliter peccat, & festiuitatem soluit, nisi forte id quod facit valde modicum sit, &c. Exo. tomo 1 85.c.2.E
In diebus festis quare prohibitum sit facere nūdinas, & forū, vt patet extra de feriis. c. omnes dies, &c. Exo. tomo 1 85.c.3.I
In diebus festis non debent iudicari causæ nec iuramenta solemnia debent fieri, nisi pro pace tenenda, aut componendis treguis, causæ etiam ciuiles, siue pecuniariæ iudicari non debent, & si iudicentur, processus factus in illis, est nullus, vt patet extra de feriis in. c. constitutus, nisi sint causæ personarū miserabilium, in quibus non tenetur rigor iuris, Exo. tomo 1 85.c.3.I
Diebus festis, & maxime dominicis, non debet vendi vinum ante missam expletam, &c. Exo. tomo 1 85.c.4.F
Devēditione panis in diebus festis, Ex. to. 1. 85.c.4.G
Quòd in diebus festis carnes non venderentur valde licitum esset, sed standum est consuetudini, Exodi tomo 1 85.c.4.K
Legere, docere, aduocare quomodo sint opera seruilia die festo prohibita, Exo. to. 1. 82.c.4.G
Scribentes in diebus festiuis, qui peccent, & qui non, Exo. tomo 1 85.c.4.K
De molendinis an molere debeant diebus festiuis, & de transuehentibus alios per flumina in brachiis, & de fodientibus, & arantibus, & de ædificantibus pontes, & muros &c. Exo. to. 1. 86.c.1.A
In festorum obseruationibus maior strictio fuit in veteri testamen. quàm in nouo, sed quare, sic Exo. tomo 1 171.4.F
Tria festa principalia habebant Iudęi, scilicet, Azymorum, Pentecostes, & tabernaculorum, siue scenophegiæ, quæ dicebantur principalia quia in illis, quædam fiebant, quę non in aliis. primo quia omnes viri ascendebant ad locum tabernaculi, vt patet, Exodi 23. & Deuteronom. 16. Secundum erat oblationes, quia in festo Azymorum offerebatur manipulus messis ordeacæ, & adolebatur coram Domino, vt patet Leuitico. 23. &c. Tertium erat multitudo sacrificiorum, vt patet Numer. 28. & 29. primum festum incipiebat celebrari 15. mensis primi, & durabat vsqne ad. 21. diem inclusiue eiusdem mensis. Secundum fiebat die quinquagesimo post festum Azymorum, Leuitico. 23. & Deuteronom. 16. tertium fiebat de cimaquinta mensis septimi, & durabat vsque ad vigesimum primum eiusdem mensis, Exodi tomo 1 258.c.3.K
In festo Azymorum septem diebus comedebant Azyma, & prima dies, & septima obseruabantur, vt patet, Exo. 12. & 23. & Leu. 23. Exo. tomo 1 258.c.4.H
Festum Pentecostes erat minoris obseruationis, quàm aliæ duæ festiuitates apud Hebræos, quia solum vna die durabat, vt patet Deuteronom. 16. & in isto festo fiebat oblatio de panibus nouis, Leuit. 23. & fiebat hoc festum in memoriam legis data quinquaginta diebus ab exitu de Aegypto, Exo. tomo 1 259.c.1.B
Festum tabernaculorum fiebat in locis patentibus extra domos, vel in solariis aut de tectis domibus, ad significandum, quòd in deserto Dominus fecit eos habitare in domibus arborum, Leuiti. 23. Exo. tomo 1 259.c.2.B
Festa celebranda a Iudæis ex præcepto Domini, sunt sabbathum,

sabbathum, Pascha Azymorum, festum Pentecostes, festum Clangoris, dies propitiationis, festum tabernaculorum. Alia vero festa. scilicet, festum Mardochæi. Festum purificationis factæ a Machabæis sunt postea addita ab Hebræis ex deuotione, propter aliqua facta notabilia, Exo. tomo 1.259.c.3.k, Exo.tomo 2 175.c.2.C

Festum clangoris celebrabatur prima die Septembris, & festum propitiationis decima die, & festum tabernaculorum decima quinta die eiusdem mensis, Exo.tomo 2 279.c.4.F

In festo tabernaculorum congregabatur totus populus, & ab eis colligebantur pecuniæ pro expensis sacrificiorum, Leuit.23.& Num.29.Exo.tomo 1 279.c.4.k

Festiuitas dicitur esse maior, cum maiorem lætitiam designat, & cum maiore colentium gaudio celebratio fit, &c. Exodi tomo 2.62 c.3.K

Sola festiuitas Pentecostes fiebat per computationem hebdomadarum, & durabat vna die tantum, Exo.tomo 2 178.c.1.C

In tribus tantum festiuitatibus ascendere debebat quilibet Israelita ad locum sanctuarii, scilicet, in Martio, Maio, & Septembri, & hoc fiebat primo ad augmentandum, & radicandum cultum fidelium Hebræorum, secundo vt totus populus Deo præstaret obsequium offerendo aliquid in sacrificiis, tertium vt viderētur pertinere omnes ad vnū Deum, & in festiuitate tabernaculorum quilibet offerebat aliquid ad expensas sacrificiorum, vt patet Nume.29. Exodi tomo 2.178.c.3.l, Sed quæstio est de his, qui erant in partibus nimis distantibus a.S. quia si illi deberent ter venite in anno ad locum Sanctuarii, multa magna inconuenientia sequerentur, quæ vt euitarent dixerunt multi Hebræorum, quòd ista lex Exo.34.de comparendo tribus temporibus anni, solum ponebatur pro illis, qui erāt propinqui sanctuario, qui sine magni laboris, & temporis perditione venire possent, & cum illis, qui distabant multum, dispensabatur, vt solum venirent semel, scilicet, in festo Azymorum, &c. ibidem. 179.c.1. D, Et ista positio tenenda est, ipsam aliquo modo restringendo, scilicet, quòd bis quolibet anno ascendebant, qui erant in partibus distantibus, scilicet, in festo azymorum, & tabernaculorum, aut si dicatur, quòd solum semel, est dicere necesse, quòd non erat in festo Azymorum, sed in festo tabernaculorum, vel quòd in quibusdam annis semel, scilicet, in festo azymorum, & in aliis bis, scilicet, in festo azymorum, & tabernaculorum, in anno septimo remissionis cogebantur omnes Israelitæ ascēdere in locum Sanctuarii, in festo tabernaculorum, quia conueniebant tunc omnes, & legebatur coram eis lib. Deuteronom. vt patet, Deuteronom.31. Exodi tomo 2.179.c.3.F, Et ad istas solemnitates soli masculi obligabantur ascendere, & non mulieres, ibidem. Et non omnes masculi obligabantur, sed solum illi, qui ascendere per se poterant, & essent compotes rationis, ibidem.c.4.H Alii Hebræi dicunt aliter, scilicet, quòd Hebræi, qui erant propinqui loco Sanctuarii, ter quolibet anno veniebant, & qui erant valde distantes. 3. tantūm quoque anno veniebāt ter. Sed istorū opinio tanquā falsa repellit, ibi. 179.c.D, Et ista obligatio eūdi ter in anno ad locū Sāctuarii incepit tpe, quo collocatū est tabernaculū a Iosue in Silo, vt patet Iosue.18. Et tunc, cùm veniebant ad locum Sanctuarii, hostes non aggrediebantur loca illa deserta viris, ad occupandum, & prędandū ea, & hoc fiebat, quia Deus immittebat terrorem in corda hostium, vel quia, volūtatem illorum ad alia distrahebat, &c. ibidem. 180.c.2.C

Tria festa, quæ præcepit Deus Moysi, vt obseruarent prēter sabbathum, s. festa Azymorum, Pētecostes, & scenophegię de quib° Leu.23.Nu.28.& 29.nō debebant obseruare Hebræi, quousque intrarēt in terram Chanaā, vt patet ex forma ipsorum mandatorum, &c. Exo.tomo 2 190.c.4.I

Aliqua festa dicuntur esse magna dupliciter, vno modo, quia in illis magna vtilitas prouenit colentibus illa, vel quia sunt magnæ exultationis, etiam si nullum bonum proueniat colentibus. Primo festum Expiationis erat maximum inter Iudæos, Secūdo magna festa erant dies Azymorū, Pētecostes, Tabernaculorū. Sic ēt est in festis noui testamenti vt dies Parasceues. Exēplū secūdi dies natalis, Dñi, Resurrectionis, & Ascensionis, Leui. 157.c.2.A

Festiuitates nullas instituit Christus in nouo testa. cū tamen in veteri testamēto multæ essent institutæ, cuius assignatur causa, Leui. 256.c.1.B

Quòd plures festiuitates sint in nouo testa quàm in veteri, assignatur causa duplex, Leui. 256.c.1.C

Festum Enceniorum institutum fuit a Iudęis, & dicitur sic, idest, renouationis templi reędificati, sub Zorobabel, de quo Ioa.10. Facta sunt encenia Ierosolymis, &c. scilicet, in mense Decembris. Erat & aliud festum, scilicet, dies Sortium, quando Iudæi occiderunt oēs aduersarios suos sub rege Assuero, agēte hoc Mardochęo, de quo Esther.19. Et istud celebratur die decima quinta mensis Adar, qui est mensis duodecimus, & semp est p triginta dies ante solemnitatē Azymorū, & vocāt apud Iudęos, festū Mardochęi. Aliud festū instituerunt Iudæi, quod dicebāt festū purificationis templi qñ Iudas Machabęus, & qui cū eo erāt, purificauerunt templum, quod Gentiles polluerant. Et hoc celebrabāt vigesima die mēsis Octobris, q apud Hebręos Casleu dicit, de quo 2.Machab.1. Erat & aliud festū quod ēt ipsi Iudæi instituerunt, s. festū de Igne, quando venientibus de captiuitate Babylonica inuenerunt ignem altaris per 70.annos in puteo latentem, & in aquam crassam conuersum, &c. de quo 2.Macha.1.Leui. 256.c.1.E

Festiuitates, vel feriæ institutę sunt a Deo in deserto, & tñ nō fuerūt penitus obseruatę prout iubent seruari, Leui.23.s. cū cęremoniis, & sacrificiis. De sabbatho tñ, quo ad vacationē cōstat seruatū fuisse in deserto Ex.16. circa collectionē manna, & Nu.15. vbi habet de lapidatione hominis, qui colligebat ligna in sabbatho. De aliis festiuitatibus, quo ad vacationē ab operibus, nō sic cōstat. Phase festiuitas quo ad omnes suas cęremonias celebrata est in monte Sinai, sed postea non constat, cum steterūt in deserto, &c. Leui, 256.c.2.E

Festiuitates solum ordinatę sunt ad Dei cultum, &c. Leuiti. 258.c.2.C

Festiuitates, quas Deus Iudæis præcepit obseruare, institutæ sunt ad cultum Dei, & certis temporibus in memoriā beneficiorum collatorum illis a Deo, vt ardentius ad illius cultum accenderentur, &c. Leuiti. 258.c.2.D

Festum phase erat primum inter omnia festa Iudęorum, & quantum ad tempus, & quantum ad cęremonias, Leui. 258.c.3.I

Festa dicunt maiora vel minora postquam instituta sunt ex volūtate legislatoris, s. m, q maiores vel minores cęremonias obseruationis habent, similiter ex causa maioris, vel minoris obseruationis in vet. testa.

testa. & significatione beneficiorum, vel rerum gestarum temporibus illis, & ponuntur exempla. Leui. 258.c.4 G
Festum clangoris, vt dicunt Iudæi, fiebat in memoriã liberationis Isaac ab occisione, quę cõmutata est in occisionem arietis. Leui. 260.c.2.C
Festum tabernaculorum institutum est, vt Hebræi recordarentur se habitasse in vmbraculis quando erant in deserto, & Deus adduxit illos ab illis vmbraculis. Leuiti. 260.c.2.B
Festum propitiationis erat æqualis obseruationis cũ sabbatho, & per consequens maioris quàm alia festa cuius assignatur causa. Leui. 260.c.2.C
In festo Clangoris clangebant buccinis in Synagogis, & faciebant magnam solemnitatẽ, & clãgebãt buccinis corneis, & non Metallinis, vt per buccinã corneã esset memoria arietis immolati pro Isaac, & appellatur hoc festũ apud Iudęos, festũ Cornu. Et in hoc festo tria erant, s. vacatio a laboribus, pulsatio in cornibus, & oblatio in animalib⁹, & erat tãtũ vna dies. In Neomeniis clãgebant buccinis argenteis, & in hoc festo offerebant, prout erat festũ Clangoris, & nõ calendarũ, quæ in eadem die concurrebant, s. prima die mensis septimi, vnus vitulus, & aries vnus, & agni immaculati septem cum suis libamentis, & hircus pro peccato. Et prout erat festum Calendarum offerebantur, sicut in omnibus Calendis, & Neomeniis, duo vituli in holocaustum, & vnus aries, & agni anniculi septem, & hircus pro peccato cum suis libamentis, Leui. 267.c.3.F
Festũ clangoris nũc celebrãt a Iudęis, ſm aliquas cęremonias, non tñ secundũ oẽs, sicut & cetere festiuitates, cuius assignatur causa. Leui. 168.c.4.K
In festo Calendarum, quæ sacrificia offerrentur. Leuitico. 267.c.3.F
Festum propitiationis dicebatur, quia in illo propiciabatur Deus Iudæis: dicebatur etiam expiationis respectu Iudæorum, quia expiabantur, & purgabantur a sordibus peccatorum. Leui. 269.c.3.F, In hoc festo non parabantur cibi, quia nihil comedebant Iudæi in illo, neque bibebant, & ideo erat dies magnæ afflictionis, nec aliquod gaudium admittebant, sed orationi, & labori vacabant. Leuitico. 269.c.3.I, Et erat istud festum in die decima mensis septimi, idest, in die decima septimæ lunationis, ibidem. & in isto festo erant duplicia sacrificia, quædam, quæ pertinebant ad expiationem, & alia ad solemnitatem, & non ad lamẽtum, vel expiationẽ, & ad hoc offerebãtur vitulus, vnus, aries vnus, & agni anniculi septem cum suis libamẽtis solitis, & hircus pro peccato, prout habetur, Nume. 29. Leuitico. 270.c.1.A, Et dicunt Iudęi, quòd in hac die propitiationis erant quinque opera prohibita, scilicet, comedere: nam non comedebant tota illa die, vsque ad crepusculum in apparitione, astrorum, & sic adminus abstinebant a cibo per viginti quatuor horas. Leui. 23. secundo abstinebant a potu per totidem horas. Tertio ab vxoribus. Quarto a balneis. Quinto a calciamentis. Et ista nũc obseruãt Iudęi, & habẽt in institutis suis, Leui. 270.c.1.B, Et tenebant Iudęi existẽtes extra terrã ꝓmissionis celebrare festiuitatẽ istã, vacãdo a laboribus, & affligẽdo aïas suas, ibi. 270.c.3.k
Festa oĩa celebrant Iudęi a Solis Occasu vsque ad Solis Occasum quo ad vacationẽ a labore, & ab hoc accepit ecclesia modos obseruationis festorũ suorũ, vt hr̃ extra de feriis ca. 1. & 2. cũ iubent oẽs dies festos a vespero in vesperũ custodiri, quãquàm ecclesia incipiat a celebratione vesperorũ vsq; ad secundos vesperos, Leui. 271.c.1.B
In festo tabernaculorum, ꝙ incipiebat a quinta decima mensis septimi, & durabat per octo dies, in primo autem, & octauo fiebat cessatio a laboribus, & cęteri sex dies erant de solemnitate, quo ad sacrificia, & quo ad mãsionẽ in tabernaculis, vt patet Leui. 23. & Nu. 29. Et de constructione tabernaculorũ, Leui. 271.c.2.E, De sacrificiis, quę fiebant in istis diebus huius festi habetur distincte, Nume. 29. Et vocatur istud festum alio modo, scilicet, scenophegia, idest, comestio in loco publico, a cenon quod est commune, & phegia quod est comedere, quia Iudęi comedebant sub ramis arborum, Et octauus dies non erat huius festi neque in illo manebant sub tabernaculis, sed pertinebat ad cętum, & collectas, quia in illo die colligebãtur a toto Israel pecunię pro Sanctuario, ibidem, 271.c.3.k. Et istud festum nunquam fuit obseruatum in deserto, vt probatur ibidem.
Inter festiuitates, & ferias quid inter sit, Leuitico. 355.c.4.F
Omnia festa, quæ Deus instituit seruãda a Iudęis, fiebãt ad recordationẽ rerum prętaritarum prętter festum propitiationis, quod fiebat ad remissionem peccatorum, &c. Leui. 271.c.4.G
Festum phase, & Azymorum duæ solemnitates erãt distinctæ secundum dies, & ritus obseruationum, Num. tomo 1 98.c.3.K
Ad tria festa obligabant̃ Iudęi ter in anno se ostendere ad locũ Sanctuarii, vt patet, Exo. 23. & 34. scilicet, in phase, Pentecoste, & festo tabernaculorum, & ex his erant duo dispensabilia, vt dicunt Iudęi, scilicet, festum Pentecostes, & tabernaculorũ, Num. tomo 1 101.c.1.A
Quædam festa erant inter Hebræos, quæ solũ semel in anno contingebant, s. illas. 5. phase, Pentecostes, clãgoris, propitiationis, tabernaculorum, alia vero, quæ sępe, s. sabbathum, & Neomenię, siue Calendæ, Num. tomo 1 102.c.4.H
Festum propitiationis, vel expiationis non celebrauerunt Iudæi tempore, quo durauerunt bella cõtra Chananęos, Num. tomo 2 99.c.1.E
Circa festiuitates Iudęorum tria considerant̃, quę fiebant in omnibus illis, aut saltem in quibusdam, eorũ, s. vacatio a laboribus, oblatio sacrificiorũ, & quędã speciales cęremonię aliarũ oblationũ, quę non sunt sacrificia, sed quędã exultationes. de primo, & 3. hr̃ Leui. 23. de secunda habetur, Nu. 28. & 29. & ista duo capitula vocant̃ Cathalogus sacrificiorum, sicut caput. 33. Nu. dr̃ Cathalogus mansionũ, & caput. 23. Leuitic. vocatur Cathalogus festiuitatum, & c. 18. Leui. dicitur Cathologus consanguinitatum, & matrimoniorum non contrahendorum, Num. tomo 2 101.c.2.B
Festiuitates Iudęorũ erant duplices, quędã q̃, sępe accidebãt in anno, quędã quæ semel: quę sępe, erãt sabbathũ, & dies Calendarũ, vel neomeniarũ, erãt vero, quæ semel erant, Num. tomo 2 112.c.2.C
Qui festa credunt esse introducta tantum ad vacandum a laboribus corporis, valde errant, Deutero. 27.c.1.A
Ad tria festa obligabantur viri Israel venire ad locũ, vbi erat Sanctuarium, ter in anno, sed fęminę ex deuotione, Deut. 66.c.2.D
Septem festiuitates solennes celebrabant Hebræi, scilicet, sabbathum, Calendas, phase Pentecosten, festum clangoris, festum expiationis, & tabernaculorum. Num. 28. & 29. Iudi. 226.c.3.F
In tribus festis debebãt venire Israelitæ ad locum Sãctuarii, vbicunque ipsi essent, siue in terra Chanaã, siue

sijue extra si non essent necessario impediti saltem in festo Paschæ Ruth.253.c.2. B.1.Regum tomo 1. 23.c.4 H

Festa Hebræorum,quæ Deus instituit,erant sabbatū, neomeniæ festum azymorum,pentecostes festum tabernaculorum, festum clangoris, festum expiationis 1 Reg.to.2.71. c.2. A. Sed præter hæc multa alia festa habebant Iudæi, quæ ipsi instituerunt, vt festum enceniorum, festum purificationis templi, festum diei Mardochæi &c. licebat enim eis festa augmentare 1.Reg.to.2. 71.c.3.F

In nulla festiuitate Iudęorum obligabantur mulieres venire ad Sanctuarium, sed solum masculi 4. Reg. 86.colum.4 k

Septē festiuitates ordinariæ erant in veteri testamento 4.Regum. 161.c.2. B

Aliqua festiuitas potest vocari celebrior alijs quadrupliciter 4 Reg. 239.c.3. G

Festiuitates non poterant Hebræi plene obseruare in Babylone,quia quælibet festiuitas habebat annexa sacrificia determinata, Num.28.& 29.& similiter quasdam ceremonias,ibi. 261.c.2. A

In festo Azymorum concurrebant quatuor cæremoniæ super 4.Reg. 261.c.4.k

Duplicia festa erant,apud Iudæos,quædam consueta, & ordinaria,de quibus Leui. 23. & alia erant, quæ voluntarie fiebant a populo propter Dei laudē ex aliqua causa &c.1.Paral. 179.c.2.B

De festo calendarum, apud Iudæos, vide 1.Paralipomen.277.c.2.A & istud festum non fiebat ad significandum operationem lunæ in his inferioribus, Sed fiebant propter tria, ibi. 277.c.3.K

De festo propitiationis, vel expiationis 1. Paralipom. 328.c.2. B

Festum cādelarum, quare instituerit ecclesia in principio februarij in die purificationis virginis, 1. Paralipomen. 277.c.4.I

Festa,apud Iudæos,erant duplicia: quædam,quę multoties replicabantur in anno, vt sabbatum, & neomenia;& alia,quæ non replicabantur, sed semel in anno occurrebant,& ista erāt quinque, scilicet phase, pentecostes, festum clangoris:festum propitiationis,& tabernaculorum, siue scenophegię 2. Paralipomen.27.colum.1.A De phase, & aliarum festiuitatum cæremonijs, & celebritate 2. Paralipomen. 25. colum. 4. K. Et omnia ista festa erant vacatiua ab opere seruilli, præterquam festum calendarum, de quo dubium est, an esset vacatiuum 2. Paralipomen.26.colum.4.F,& ita erant septem festa,scilicet sabbatum calendę,phase &c.& tria istorum concurrebant in mense Septembri, ibidem. 64.colum.4.G

In festo Azymorum omnes Iudæi veniebant in Ierusalem Matth.to.6. 289.c.3. H

In festo Azymorum Iudæi crucifixerunt Christum, in quo etiam die collectos omnes Iudæos occiderunt Romani, Matth.to.6. 287.c.2. B

De causis institutionum quinque festorum apud Iudæos 2. Paralipomen. 26.c.4.I

Festum calendarum non vocatur sic proprie, apud Iudæos, sed neomenia, secundo Paralipomenon. 27. col.1. B

Festa quæ pluries in anno contingebant, apud Iudæos, scilicet sabbatum, & neomenia non vocabantur festiuitates,sed solennitates, secus tamen erat de alijs. Paral. 119.c.4. F

Festiuitates Iudæorum institutæ fuerunt ad memoriam aliquorum beneficiorum, quæ a Deo susceperant, secundo Paralipomenon 120. colum. 2. B

Et in istis festiuitatibus Leuitæ, qui erant cantores cantabant varia carmina, & cantiones iuxta festorum materiam ibidem.

Obseruationi festorum debet præponi conseruatio humanæ salutis,Mat.tomo 4 2.c.1.B

Nulla festiuitas apud Iudæos erat tantæ obseruationis sicut Sabbathum,Mat.to.4 3.c.3.K

Festorum obseruatio in veteri testamento incipiebat in ipso solis occasu, & finiebatur in sequenti solis occasu. Leuitic. 23. scilicet, a vespere in vesperum celebrabitis Sabbatha vestra. Sed in nouo testamento non accipitur sic stricte obseruatio festorum, quantum ad principia & fines, sed stādum est cōsuetudini,quando s.incipiant,& finiant,vt patet extra de ferijs,c.quoniā,Mat.to.4 86.c.2.C

Septem erant festiuitates apud Iudæos Leui. 23. & in omnibus his fiebant propria sacrificia,in quibusdā solenniora,& in alijs minus solennia. Ex istis septē festiuitatibus tres illarum poterant eadem die cōcurrere,scilicet,Sabbathum, festum Clangoris, & festum Calendarum,ibid.Defen. 15.c.1.C

Fœtus. Cum fœtus a ventre egreditur, quomodo cognoscitur an sit masculus, vel fœmella,Exod.tomo 1 5.c.4 K

Fœtus materia non est semen masculi, quia illud solum est Agens, & formans,vt ait Aristotiles 15. de Animalibus, nec semen fœminæ, quod est quædā aquositas, quam fœminæ emittunt cum delectatione venerea, & sine tali semine multæ fœminæ concipiunt &c.Leuit.114.c.2.C,& Parado. 8.c.4.H

Sed fit ex sanguine menstruo existente in matrice mulieris,ibid. 114.c.4.F

Fœtus formatur ex materia,quam ministrat fœmina & non ex semine virili,vt probat Aristotiles 15. de Animalibus,Leuit. 115.c.3.F

Licet fœtus dicatur esse ex semine menstruo, tamen proprie non est ex sanguine menstruo, sed solum ex illo, a quo separatur sanguis menstruus, Leuit. 115.col.3.K

Fœtus non dicitur respectu patris,sed respectu matris Leuit. 254.c.2.E

Fœtus in vtero est pars viscerum matris, Mat. tom.5. 32.col 4 G

Fœtus mox formatus vix habet quantitatem vnius muscæ,Mat.tomo 6 120.c.2.D

Fœtus in vtero matris habet Angelicam custodiam, Mat.tomo 5 32.c 4.G

Fœtus regulariter manet in vtero matris nouem mēses, licet interdum aliqui fœtus hunc terminum anticipent, & alij transgrediantur, Defensor. 22. colum.2.E

Fœtus de solo semine virili fieri, opinantur quidam, sed falsum est,Parad. 7.c.4.F

Corpus, vel corpulentia fœtus non compingitur ex solo semine fœmineo,non permixto semini virili, vt medicorū est opinio, sed ex vtroque semine cōpingitur,Parad. 8.c.4 H

Feudum. Fructus feudi sunt ipsius Ecclesiæ, cuius est possessio, Matthæ. tomo 7. 53.colum.4.F

Si quis teneat ab Ecclesia castrum, vel possessiones aliquas in feudum, & postea det eas pignori ipsi Ecclesię pro mutuo,vel pro alio debito soluēdo poterit Ecclesia tenere feudum, & accipere fructus illius non computando eos in sortem, & hoc fit in fauorem Ecclesiæ, vt cito recuperet feudum de manu laicorum,nam in feudatione fit quædam alienatio bonorum Ecclesiæ, quæ est odiosa, & ideo iurant episcopi non infeudare de nouo inconsulto Romano pontifice,vt colligitur extra de feudis,c.ex parte,Mat.tomo 7 52.c.3.K

Idem potest intelligi de quolibet domino feudi recipiente feudum in pignus, ibidem 52.c.4.H
In feudo Ecclesiæ est vsura licita, Matthæ. tomo 7. 52.colum.3.K
Feuda restringit Ecclesia quantum potest, nam si quis habeat decimam in feudum ab Ecclesia in aliquo loco, & superueniant noualia, non habebit feudatarius decimas noualium, vt patet extra de decimis c.tua, Mat.tomo 7 52.c.4.G
Per tēpus constitutionis feudi potest sciri, an teneat vel non Mat.tomo 6 225.c.2.A

Fibula. De fibulis æneis sagorū tabernaculi, Exod. tomo 2 41.c.1.A

Fictor. Fictores vani sunt, qui nullo præsuppositofine agunt, sed fictores mendaces agunt ex habitu & electione, fictores vero iactatores, qui fingūt semper ea, quæ pertinēt ad magnitudinem & excellentiam &c. Sed fictores lucrum quærentes fingunt ea, ex quibus potest lucrum prouenire, Mat.tomo 4 131.c.1.E

Ficulnea. Quod arbor scientiæ boni & mali fuerit ficulnea persuadetur, Genes. 98. colum.4.H
Ficulnearum succus excitat pruriginem in vasis genitalibus si illo vncta fuerint, Gen. 188.c.4.K
Ficulneæ maledictio, de qua Mat.21. & Marci 11. facta fuit solum propter significationem, nam voluit Christus significare maledictionem futuram super sacerdotes, Scribas, & Pharisæos Iudæorum, qui foris ostendebant similitudinem bonorum quasi folia, quædam, interius vero nullum habebant, & ita maledicti sunt & traditi Romanis, deleti sunt cum gente sua, pariter & loco, Genes. 214.c.1.B
Quare dicatur, quòd in ficulnea non reperit Christus nisi folia, Mat.tomo 5 144.c.3.k
Quid per ficulneæ maledictionem significetur, Mat. tomo 5 244.c.2.B
Ficulnea vna die fuit arefacta, & sequenti die fuit visa ab Apostolis, quòd esset arefacta, Mat. tomo 5. 244.col.4 F
De situ ficulneæ quid dicat Hieronymus, Mat.tom 5. 244.col.2.E
Christus maledixit ficulneæ, Mat.21.ex duplici causa, 2.Regum 7.c.1.E
Illam ficulneam, de qua Mat.21.& Mar.11. maledixit dominus ad aliquid significandum, Mat. tomo 5. 242.c.1.E,& 244.c.2.E
Ficulnea magis coniuncta est æstati, secundum folia & fructus, quam cæterę arbores, Matth. tomo 6. 308.col.4.G

Ficus. De cuius folijs, primi parentes fecerunt sibi perizomata, fuit arbor scientiæ boni, & mali, vt quidam dicunt, quod improbatur, immo ficus alia arbor erat, e cuius folijs fecerunt sibi perizomata, vt melius tegerentur, quia perhibetur esse in Oriente ficulneas, quarum folia ad scuti magnitudinem accedunt, Genes. 20.c.2.B, & 189.c.3.K, & 188.col.3.K
Est ficus in Aegypto, inter cæteras arbores mirabilior & q̄ septies in anno fructū fert, Exo. to.1. 109.c.4.G
Ficubus valde dulcibus abundat terra Chanaan, Iudi. 87.col.3.G

Fides. Fides Ecclesiæ nunquam perituram promisit Christus, Luc.22. Ego rogaui pro te, vt nō deficiat fides tua, & habetur extra de baptismo, & eius effectu, Genes. 34.c.2.B
Fides arma defensiua est, qua cōtra malas imaginationes resistimus, & ideo dicimus scutum fidei, loricā fidei, i. fidem esse scutum, vel loricā, quæ arma defensiua sunt, sed fides non est offensiua, quia per solam fidem hostes nō vincimus, licet eis resistamus Genes. 9.c.2.A
Fides fundamentum vnitatis Ecclesiæ est, & in spirituali ædificio posita, Genes. 10.c.1.E
Quosdam fidei articulos tenētur scire laici eos, s. quos ecclesia per festiuitate principales recolit, Genes. 10.colum.3.F
Per fidem, quam accipimus, ædificamur in corpore Christi, Genes. 238.c.4.I
Fides frangenti fides frangatur eidem, vt habetur extra de iure iu.ca.peruenit, Gen.338.c.4.K, Leui.16. c.4.F, 1.Reg.to.2.115.c.3.G, 2.Reg. 144.c.3.k
Vt infidelis conuertatur ad fidem, licet illi dare pecuniam, nec in hoc committitur aliqua symonia, vt patet 23.disti.cap. vltimo, & 25.distin.cap.sincera, Deuter. 69.c.2.C
Non debet quis ponere fidem suam in potestate alterius, Ruth 241.c.4.F
Actus fidei magis se tenet ex parte voluntatis quā ex parte intellectus, & ob hoc possumus mereri per fidem, 3.Reg. 34.c.4.F
Fides rescindenda est in male promissis &c. iuxta regulam Isidori dicentis, in male promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, 4. Regum 70.colum.3.H
Fidei articulos, & si demonstrare non valeamus persuadere tamen possumus, & faciliter defendere, Exod.tomo 1 281.c.1.E
Quando fides, vel gloria nominis Dei periclitatur, tenetur homo mortem sponte subire, 4. Regum 73.colum.1.D
Fides est magni meriti, 4.Reg. 226.c.1.D
Fidei certitudo non est per viam intellectus, sed per voluntatis, quia voluntas iubet intellectui, quòd assentiat propositionibus, quæ habentur in sacra scriptura, licet nulla videat probationes, 2. Paralipom. 9.colum.3.x
Fides securitas & pactum seruanda sunt, etiam inter hostes, 2.Paralip. 165.c.4.k
De ratione fidei est adhæsio firmissima sine vlla dubitatione, nam qui dubitat, infidelis est extra, de hęreticis c.dubius, Mat.tomo 1.2.c.1.A, & 4.c.2.D, & tomo 3.148.c.2.C, & 158.c.4.H
Tota fides periret, si in sacris literis admitteretur aliquod mendacium, etiam leue, vt habetur in Decretis, 9.dist.cap.si ad sacras, & est Augustini in Epistola Hieronymum, Mat.tomo 1 2.c.1.B
Fides est, per quam homo incorporatur Christo, idest efficitur de corpore eius mystico, quod est ecclesia Mat.tomo 1.9.c.1.D, Ista incorporatio habet complementum per charitatem, ibid.
Ad fidem non solum ea dicuntur necessaria, quibus fides declaratur, sed etiam ea, per quæ defenditur a Pagani, & hæreticis, Matth. tomo 1. 22.colum.3.G
Fides explicita istorum duorum articulorum, de quibus ad Hebræo. 11. scilicet, quòd accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quòd quærentibus se remunerator est, fuit necessaria omni tempore, vt dicit Magister in 3.dist.35.& omnes doctorēs, Mat.tomo 1 66.c.3.I
Fides implicita non dicit actum, sed habitum solum, Mat.tomo 1 66.c.3.I
Defectus fidei erat causa etiam maxima, quòd multi petentes a Christo sanitatem, vel alia miracula, nō obtinebant, vt patet de Nazarenis Mar.6. Mat.to.1. 272.c.2 D
Christus semper volebat fidem esse in eis, qui aliquid petebant ab eo, s. quòd posset Christus facere id, quod ab eo petebant, Mat.tomo 1 272.c.3.I

Fides aliquando accipitur pro habitu creditiuo,& aliquando pro actu credendi, interdum pro re credita,Mat.tomo 3 11.c.3.G
Fides ordinat omnes actus noſtros in finem vltimum non ſecundum propriam rationē cuiuslibet actus, &c. ſed ſecundum rationem finis vltimi, ſcilicet, inquantum omnibus competit tendere in vltimum finem, quem proprie, & particulariter cognoſcere pertinet ad fidem, Mat.tomo 3. 104.col. 2.D,& c.4.G
Directio, quæ eſt per fidem, præcedit directionē, quæ eſt per legem, quia lex dirigit, inquantum credita per fidem,Mat.tomo 3 104.c.3.H
Fides & charitas diligunt ad finem,iuſtitia vero & lex ad ea, quæ ſunt ad finem, Matthæ. tomo 3. 104. colum.3.K
Fides dicit duo, ſcilicet, cognitionem, & obſcuritatē & per conſequens fides non fuit in Chriſto, Matt. tomo 3 104.c.3.K
Quandocunque de fide gentium agitur in euangelio, illam Chriſtus extollit in cōfuſionem Iudæorum, Mat.tomo 4 145.c 1.B
Fides Petri accipitur dupliciter, Matth.tomo 4.169. colum.4.H
Per fidem efficimur filij Dei, Matthæ. tomo 4.225. colum.1.B
Sine fide propria, impoſſibile eſt,vt alicui adulto remittantur peccata, & probatur, Matthę.tomo 3: 180.col.2.B
Quare fides infundatur paruulo per fidem Eccleſiæ, Mat.tomo 3 180.c.2.D
Per fidem alienam non dimittitur peccatum adultis, neque per contritionem alienam, Mat. tomo 3. 180.colum.3.I
Sine fide, ideſt, ſine confidentia non poſſunt adulto remitti peccata,Mat.tomo 3 180.c.3.H
Sine propria fide poteſt Deus dare alicui ſalutem corporalem, Matth.tomo 3. 180. colum. 2. D, & colum.4 k
Fides erat totus finis intentus in miraculis Chriſti, & fides proderat dupliciter ad hoc, ſcilicet, quòd fierent miracula in nobis, & ad hoc, quòd fierent per nos,Mat.tomo 3 205.c.3.H
Fidem multoties cōmendabat Chriſtus in miraculis, quæ faciebat,Mat.tomo 3 215.c.2.C
Per fidem, & baptiſmum introitur in regnum Dei, Mat.tomo 3 235.c.4.F
Fides Chriſti non introducta eſt fauore hominum, ſed eis renitentibus,Mat.tomo 3 251.c.4.k
Sicut nemo obligatur ſe offerre ad confeſſionem fidei, ita nemini licet poſtquam ad hoc tractus fuerit occulte fugere. Vnde ſi iudices infideles vellent occulte dimittere fideles de carcere, non deberent de carcere occulte recedere, ſed palam, ne fides fidelium infirmetur, ſic fecit Paulus, Actu. 16. & hoc niſi Deus miraculoſe aperiret illi carcerem, vt fecit Petro Actu. Matth. tomo 3. 253. colum.2.A
Fidei confeſſio ſemper eſt meritoria, & eſt neceſſaria, quando in perſecutione petitur ab aliquo quid de Chriſto credat, alias peccaret mortaliter, ſi autem non interrogetur, non tenetur confiteri &c. quia nemo tenetur ſe ingerere ad martyrium, eſt tamen magni meriti, & ſupererogationis Chriſtum ſic confiteri, ſed extra perſecutionem, ſi interrogetur, ſemper tenetur confiteri, niſi deriſorie, vel iocoſe quæratur &c. ſi autem non quæritur tenentur quidem ex officio confiteri Chriſtum, vt prædicatores tempore debito,quilibet tamen tenetur apud ſe confiteri fidem per ſimbolum &c.Mat. tomo 3 263.c.3.K
Rara eſt fides inter eos, quibus eſt diuerſa fides, Mat. tomo 3 265.c.1.E
Fides dupliciter proficit in operatione miraculorum, Mat.tomo 4 70.c.2.A
Fides aſſimilatur grano ſinapis, Matthæ. tomo 4. 58.col.1.A
Fides non poteſt vocari magna, vel parua, vt accipitur fides pro fide, quæ eſt virtus Theologica, a qua fideles dicimur, & ſic dicitur parua, quia non creduntur omnia, quæ ſunt de neceſſitate, & magna, qua integre creditur &c. Capiendo tamen fidem pro confidentia bene diſtinguitur fides in paruam, & magnam fidem, Mat.tomo 4 115.c.1.E
Habenti fidem nihil eſt impoſſibile, Matth. tomo 4. 112.c.4 F
Prętер fidem, nulla alia virtus ſufficit ad obtinendum miracula, Mat.tomo 4 145.c.2.C
Fides Gentilium commendatur, Matthæ. tomo 4. 146.col.1.A
Inter habere paruam fidem, & nullam nihil intereſt, Mat.tomo 4 115.c.2.A
Fidei defectum ſupplet Deus interdum in petente, & ſic meretur accipere, quod petit, Mat. tomo 4. 120 col 2 E
Sine fide cæteræ virtutes, aut nullæ ſunt, aut inutiles, Mat.tomo 4 145.c.2.E
Sola fides ſine hæſitatione prodeſt ad miracula faciēda, Mat.tomo 4 145.c.2.C
Fides gentium inquo exceſſerit fidem Iudæorum, Mat.tomo 4 146.c.1.A
Minima fides,quæ haberi poteſt,ſufficit ad omnia miracula facienda, Mat.tomo 4 159.c.2.E
In fide ſunt duo,ſcilicet,credere & confidere, Matth. tomo 4 159.c.2.C
Fidei confeſſio ex nobis eſt, & ideo per illam meremur, & maxime in confeſſione Chriſti, Mat.to.4. 167.colum.4 G
Fidem omnes Apoſtoli perdiderunt tempore paſſionis quoad aliquid, Mat.tomo 4 169.c.4.I
Fidem nunquam perdidit Chriſti mater, Mat.tomo 4 170.colum.1.A
Duplex eſt fides quædam, quæ eſt donum, & quædā, quæ eſt virtus Theologica, quarum aſſignātur differentiæ,Mat.tomo 4. 267.col.3.H, & tomo 5.250. colum.2 A
Fides,quæ eſt donum, habetur poſt fidem Theologicam,qua credimus, Mat.tomo 4 268.c.1.B
Fides, quæ eſt donum ad facienda miracula, non eſt neceſsitate ſalutis,Mat.tomo 4 268.c.1.C
Fides, quæ eſt donum, nominat confidentiam quandam, ſcilicet, aliquid, quo certe, & ſine hæſitatione aliqua fidimus, quòd fiet id, quod petimus, & optamus, & coincidit aliquo modo cum actu ſpei, quantum ad aliquid, cum per eam confidamus aliquid futurum, Matthæ. tomo 4. 268. colum.1.D
In fide,quæ eſt confidentia,eſt accipere maius, & minus eo modo, quo accipitur in ſpiritualibus profectionibus,Mat.tomo 4 268.c.4.I
Vna fides poteſt eſſe maior alia dupliciter vno modo quia eſt ad maiora &c. alio modo ardore, vel radicatione,Mat.tomo 4 269.c.1.D
Fides ad facienda miracula non eſt in poteſtate noſtra,ſed eſt donum Dei gratis datum, Mat.tomo 4. 271.col 1.A
Fides Petri poteſt dupliciter accipi, vno modo pro fide perſonali, quam ipſe tenebat ſpecialiter, in quantum erat vna perſona credens, vel vnum membrum Eccleſiæ, & ſic dicendum, quod fide

Petri defecit, ſcilicet tempore paſſionis, alio modo poteſt accipi pro fide, quam cõfeſſus eſt Petrus, quę erat fides communis eccleſię, & iſta nunquam defecit neque deficere poteſt, & tempore paſſionis manſit fides Petri in Virgine beatiſſima, Mat. tomo 4 170.c.1.A
Fides eſt prima omnium virtutum in acquiſitione, Mat.tomo 5 9.c.2.C
Fides, quæ eſt virtus theologica, non intenditur, nec remittitur bene tamen fides, quæ eſt donum Mat, tomo 4 267.c.4.F
Fides, quæ eſt donum, habetur poſt fidem, quæ eſt virtus theologica, Mat.tomo 4 267.c.4.H
In poteſtate noſtra eſt habere fidem, quæ eſt virtus Theologica, ſed non fidem, quæ eſt donum, Mat. tomo 4 268.c.1.A
Fides, quæ eſt donum, non eſt de neceſſitate ſalutis, Mat.tomo 4 268.col.1.C
Fides eſt illa petra, ſupra quã ædificauit Chriſtus eccleſiam ſuam, Mat.16.Mat.tomo 4 170.c.1.D
Fides, quæ eſt virtus Theologica, non eſt de factibilibus a nobis, bene tamen fides, quę eſt donum, Mat. tomo 4 268.c.2.B
Cur fides cõparetur grano ſinapis, Mat.to.4.268.c.3.k
Quomodo in fide eſt accipere maius, & minus, Mat. tomo 4 268.c.4.I
Vna fides poteſt dici maior altera dupliciter, Matth. tomo 4 269.c.1.E
Circa ea, quæ ſunt fidei, eccleſia vniuerſalis, nec fallit neque fallitur, licet eccleſia, ideſt iudex particularis eccleſiæ, ſæpe fallat, & fallatur, Matth. tomo 4 188.colum.4.G
Fides, quæ eſt virtus, & fides, quæ eſt donum multipliciter differunt, Mat.tomo 4 267.c.3.G
Circa declarationem eorum, quæ ſunt fidei ſolum habet poteſtatem eccleſia vniuerſalis, i. Concilium generale, aut per ſummum põtificem, modo quodam certo, extra de Baptiſmo, & eius effectu capi. maiores, &c. Mat.tomo 5 89.c.1.C
In fide errare eſt errare in toto, quia fides eſt fundamentum cęterarum virtutum, Matth.tom.5.105. colum.3.H
Fides, quando vetatur, magis accenditur: & ideo eſt ſecura in periculis: & in ſecuritate periclitat, Mat. tomo 5 208.c.4.G
In perſecutione pro fidei defenſione quid agendum ſit, Mat.tomo 5 22.c 1.D
Quæ fides requiratur ad faciẽda miracula, Matth.to.5 247.colum.3.F
Fides eſt duplex, quædã eſt habitus ſiue virtus Theologica, qua fideles ſumus, alia eſt donum quoddã ſiue gratia gratis data, ideſt quædam confidentia de certiſſime, & ineuitabiliter obtinendo, quod petimus. Primam iſtarum omnes habemus, &c. & rari habent ſecundum, & raro, & ideo non eſt inconueniens, quòd nulla miracula faciamus, &c. Mat. tomo 5 250.c.2.A
Quæ ſit poteſtas eccleſiæ circa fidem, Matth.tomo.5 89.colum.1.A
Circa fidem nihil eſt mutabile, Matth. tomo 5.89. colum.1.B
Bonum prolis in matrimonio maius eſt, quam bonum fidei, Mat.tomo 5 87.col.1.C
Fides, quæ eſt in matrimonio conſiſtit in duobus ſcilicet in reddendo debitum alteri cõiugum, & nulli alii, a primo poteſt abſolui in præiudicium fornicãtis: non tamen a ſecundo, Matt.tomo 5. 103.c.3.G
Fidei lumen eſt cognitio de rebus, quæ creduntur, ſicut lumen Prophetiæ eſt agnitio prophetica, quæ vt plurimum, eſt de futuris contingentibus, Mat. tomo 5 147.c.3.F
In fide eſt aliquis ordo, quia fides eſt per ſe, & primo de Deo, ſecundario autem de alijs rebus, quæ referuntur in Deum, Mat.to.6 143.c.1.A
Ad fidem vnius Dei obligantur omnes homines, Mat.tomo 7 298.c.1.E
Fides de ratione ſua habet duo, ſcilicet, quòd credamus, & ꝙ firmiter & ſine dubitatione credamus, Defenſ. 25.c.1.D
Solum circa ea, quæ ſunt fidei, debemus captiuare intellectum noſtrum &c. & non circa dicta doctorũ, Defen. 44.c.1.C
Fides non eſt neceſſaria in oratione ad impetrandum illa, quæ non ſunt miraculum, quæ tamen ſi adſit, certum eſt, quòd impetrabuntur, & tamen, etiam non exiſtente fide, poterunt obtineri, Mat. tomo 5 249.c.3.G
Quidquid ex fide petierint fideles, impetrabunt ſiue ad faciendum miracula, ſiue ad obtinendum aliquid aliud, ſiue ſit pro ſe, ſiue pro aliquo alio, Mat. tomo 5 249.c.2.B
Duplex eſt fides, ſimiliter & duplex firmitas, Mat to.5 246.col.3.K
Gratia gratum faciens non præcedit fidem, ſed ſimul cum ea infunditur, Mat.tomo 5 156.c.1.A
Nemo poteſt ad fidem Chriſti conuerti, niſi vocatus a Deo, quia conuerti ad fidem eſt venire ad Chriſtũ Mat.tomo 5 183.c.2.A
De fide neceſſaria ad facienda miracula, Mat.tomo 5. 247.col.3.F
Fides ſpes, charitas ſunt virtutes Theologicæ, ideſt, diuinæ, quia de Deo ſunt, & ad Deum ſunt, Matth. tomo 6 129.c.1.D
Fides non ſolum eſt in actu aſſentiendi veris reuelatis, ſed cõſiſtit fides in rebus certis, quas credi oportet, & non plures, quia omnia credere vitium eſt, ſicut nihil credere, ſed determinata ſunt, quę credenda ſunt, Mat.to.6 129.c.2.C
Fides eſt de Deo per ſe primo, Matth. tomo 6. 143. colum.1.A
Fides eſt initium ædificij ſpiritualis, Matth. tomo 6. 203.col.1.C
Fides duplex, ſcilicet, formata & informis, Mat.to.6. 204.col.3.A
Ad cadendum a fide dupliciter mouebat tribulatio, Mat.tomo 6 266.c.3.G
Inter omnes perſecutionis anguſtias fides Chriſti valuit, Mat.tomo 6 279.c.3.G
Fides eſt principium beatitudinis, Matthæ. tomo 7. 260.col.4.G

Fidelis. Fidelium congregatio, quæ facit Eccleſiam, vocatur aliquando corpus Chriſti, vel membra eius, aliquando vocatur virgo, ſed nũquam vocatur vir, niſi collectio ex corpore & capite ſimul, Geneſ. 238.c.3.H
Fidelium ſcandalum maius eſt ſcandalo infidelium Mat.tomo 5 13.c.3.F
Fidelis dicitur dupliciter, ſcilicet, vel a fide, vel a fidelitate, Num.tomo 1 168.c.4.G
Deterius eſt, ꝙ vnus fideliũ pereat, quã ꝙ mille de infidelibus non conuertantur, Mat.to.5. 13.c.3.F
Fideles poſſunt virgines dici iuxta parabolam decem virginum, Mat. 25. Mat.tomo 7. 8.c.2.B
Inter fideles matrimonium eſt verum, & ratum, ſed inter infideles eſt verum, ſed non ratum, Mat.to.5. 111.col.4.F
Difficile inuenitur ſeruus fidelis, & prudens, Matth. tomo 6 323.c.4.G
Inter fideles, qui ſunt prudẽtes, & qui fatui, Mat.to.7. 10.colum.1.A

Omnes fideles ſunt ciues ciuitatis Dei, Mat.tomo 7. 91.colum.4.G
Quid ſit fidelis, Mat.tomo 7 237.c.3.F
Fidelitas. Ad fidelitatem pertinet, vt ſeruus, vel vaſallus dominũ ſuum recognoſcat, & non det honorem domini ſui alicui alteri, Exo. tomo 1 165.c.4.F
Fidelitas alicuius non eſt reſpectu rei ſuæ, ſed reſpectu alterius, 4. Reg. 127.c.4.K
Fidelitas in miniſtris cõſiſtit in hoc, quòd iuxta vires, non permittunt perire rem domini ſui, & procurant meliorare eam quantum poſſunt, Mat.tom.6. 36.col.2.B
Fidelitas eſt hominis ad hominem, & Dei ad hominem, Mat. tomo 6 324.c.1.B
Fidelitas miniſtrorum Dei, in quo conſiſtat, Mat.to.6. 36.col.3.F
Fidelitas eſt hominis ad hominem, Matth. tomo 6. 324.col.1.C
In prælato debet eſſe fidelitas & prudentia, Mat.to.6. 327.col.3.F
Fidelitas parum prodeſt ſine prudentia, Mat. tomo 6. 328.col.3.I
Quid ſit fideliter agere, & quid infideliter, Mat.tom.6 326.col.4.K

Fieri per naturam.

Aliquid fieri per naturam contingit dupliciter, Matt. tomo 7 147 c.2.A
Figura. Sumitur multipliciter, Matthæ.tomo 4. 204.c.1.A
Homo virtuoſus aſſimilatur figuræ quadratæ ſolidæ, Exod.tomo 2 46.c.3.K
Non oportet, quòd quælibet pars figuræ ſeu parabolæ applicetur, Mat.tomo 7 288.c.3.F
Figura non eſt per ſe & directæ cauſa agendi, vel patiendi, Leuit. 196.c.3.F
Illud quod eſt figura alterius poteſt tripliciter conſiderari, vno modo vt eſt in ſe ſolum, alio modo, vt eſt figura alterius, alio modo vt eſt vtrunque, 2. Regum 43.c.3.K
Omnes figuræ veteris teſtamenti ſimiliter, & cæremoniæ quidquid de Chriſto, & de ſtatu noui teſtamenti ſignificant, non literaliter, ſed allegorice ſignificant, Mat.tomo 4 51.c.3.F
Philiſthini. Vocantur Palæſthini, ſecundum cõſuetudinem ſermonis Hebraici, qa licet apud Hebræos ſit litera f. nunquã tamen apud eos ponitur f, in principio alicuius dictionis, ſed vbi cunque poni debet f, ponunt p, & dicunt Palæſthini, ſua lingua, pro Philiſthini, Gen. 301.c.2. D, & 1. Paralip. 118.c.4.H
Filius filia. Filij, quos Deus non caſtigat, adulterini ſunt, Geneſ. 22.c.3.I
Filios punire pro peccatis parentum vetuit Deus in iudicijs humanis, ſed non in iudicijs Dei, qui illi legi non ſubdebatur &c. & vide ad hoc exempla, Geneſ. 221.c.1.C
Filius magis eſt ſub poteſtate patris, quam vxor ſub poteſtate viri, inquantum iuſtum paternum magis accedit ad dominium deſpoticum, quam œconomicum ad vxorem, & ipſum œconomicum magis accedit ad iuſtum ſimpliciter, quam paternum, Geneſ. 235.c.1.A
Quando filius eſt paruus ſic eſt ſub poteſtate patris, ſicut vxor ſub poteſtate viri, Gen. 241.c.2.A
Filiorum procreatio, ſicut eſt de iure naturæ, ita & eorum educatio, vt habetur inſti. de iure naturæ, §. 1. eſt ergo filius in poteſtate patris, Geneſ. 241. colum.3.G
Cum filij iam fuerint adulti, ita quòd ſeſe alant tunc deſinit eſſe iuſtum paternum inter patrem, & filium, & incipit eſſe iuſtum politicum, quod dicit Ariſtoteles 5. Ethi. Gen. ibid.
Filij ad patrem ſubiectio, ſecundum quam eſt iuſtum paternum, non pertinet ad pœnam, & ideo nõ poteſt poni in maledictione, quę eſt malorum datio. Geneſ. 241.c.4.K
Filiorum bona redundant in patres, & etiam mala, Geneſ. 311.c.2.E
Tempore Iacob libentius dabant homines filias ſuas in vxores affinibus quam alijs Geneſ. 314. colum.4.F
Filij hominum, qui ſtudijs nimis incumbunt, vt communiter parui ſunt corpore & viribus debiles, nec multum abundant intellectu, immo aliqualiter de ſtultitia ſuſpecti ſunt &c. Gen. 321.c.4.K
Filii agricolarum, qui magnis laboribus occupantur, parui naſcuntur, & vires paucas habent, Geneſ. 322.c.1.A
Filii hominum, qui ocioſi ſunt, & nullis laboribus dediti, timidi ſunt, infirmi, & indiſpoſiti intellectus, & tardi ad motum, & ratio eſt indigeſtio ſeminis, & ſuperflua humiditas, Geneſ. 321.c.4.I
Filii non puniuntur pro patribus, Geneſ. 221. colum.1.B
Filij quandoque vocantur fratres patris ſui, Geneſ. 295.c.4.k
Sexcentos filios genuit quidam rex, vt refert Franciſcus Petrarcha in libro de Proſpera, & diuerſa fortuna, Geneſ. 320.c.1.E
Filius ſequitur conditionem matris quantum ad honores, ſecundum quòd vulgatum eſt in iuribus, ſcilicet, quòd partus ſequitur ventrem, Geneſ. 333.col.2.A
Filii ſunt maiora bona, quæ patres eorum diligunt, Exod.tomo 1 68.c.4.H
Filii peſſimi quandoque naſcuntur ex bonis patribus Exod.tomo 1 149.c.3.I
Filii, quomodo dicantur puniri pro peccatis parentũ Exod.tomo 1 167.c.2.A
Qui filios inſtruunt in timore Dei, & cuſtodia mandatorum eius multum merentur, Exod. tomo 1. 172.col.4.I
Filii quantum ad ſuſtentationem æqualiter tenentur patri, & matri, & quantum ad honorem ſimiliter æqualiter vtrique, quatenus parentes ſunt, ſed regulariter magis honorandus eſt pater quam mater, niſi in caſu, quo mater ſit valde virtuoſa, & pater ſit vilis valde, ſed quo ad obedientiam in mãdatis regulariter magis tenemur patribus, Exo.to.1 175.col.4.H
In lege veteri filii poterant vendere ſeipſos poſtquam eſſent emancipati, non tamen filiæ nec filii poterant vendi a parentibus, bene tamen filiæ, Exod. tomo 1 208.c.3.K
Non pro quacunque percuſſione parentum, filius erat occidendus, niſi talis percuſſio cauſaret vulnus, aut liuorem, Exod. tomo 1. 115.c.3.H
Filij ſunt de eadem tribu, de qua eſt pater, & non de qua mater, quia nulla fœmina computabatur, vt medium, ad continuandum generationem, ſed fiunt omnes continuationes, & denominationes linearum per filios, vt dicit quædam Gloſa Hebræa, ſuper illud Exod. 32. Conſecraſtis hodie manus veſtras &c. di. quòd mortuo Leuita licitum erat vxori virum de altera tribu accipere, Exo. tomo 2 136.c.1.B
Filii pro peccatis parentum puniuntur in rebus, & honoribus, vt probatur Exod.tomo 2. 168.col.3.I

non tamen punitione corporali, ſcilicet, vt debeãt mori, vel flagellari, licet bene in aliquo caſu, & hoc quando iudex eſt Deus, non tamen pœna æterna, ſed pœna temporali, & non ſolum filij paruuli pœna temporali, vt dicebant quidam Iudæi, ſed etiam adulti facientes iudicium & iuſtitiam, vt probatur Exod. tomo 2 168.c.4.K

Filios bonos interdum punit Deus pro malis patribus, & malos filios reddit proſperos pro bonis patribus, Exod. tomo 2 169.c.4.F

Et patet exemplum in Dauid & ſucceſſores eius, inter quos fuerunt pauci boni. ibidem 169.c.3.H

& de filijs malorum patet exemplum in filijs Iſraelitarum murmurantium in deſerto, & de paruulis mortuis in ciuitatibus ſodomorum & de Datan, & Abiron ibid.

Non ſemper filij puniuntur pro peccatis parentum, licet ſemper Deus miſereatur filijs pro bonitate parentum &c. Exo. tomo 2. 170.c.1.C. Deut. 37.c.1.B

Filijs puniri poſſunt pro peccato parentũ, & pro peccatis auorum, pro auorum, & abauorum tam maternorum, quam paternorum. Exod. tomo 2. 170. c.1.D, Sed in remuneratione filiorum pro meritis parentum non poſſunt aſſignari certi numeri perſonarum, cum non ponantur determinatæ generationes, ſed Deus nouit quantus eſſe debeat, ſecundum quantitatem meriti paterni &c. Exod. tom. 2. 170.c.2.A

Iſta duo multoties ſimul ſtant, ſcilicet, quòd aliquis filius puniatur pro peccatis patrum ſuorum, & ꝙ recipiat miſerationem pro meritis parentum, nam poteſt aliquis habere bonum patrem, & matrem peſſimam. Similiter dicendum eſt de auis, & proauis &c. Exemplum patet de deſcendentibus a Dauid 3. Regum 11. & 15. Exo. to. 2 170.c.3.F

Quanto aliquis filius plures progenitores bonos habet, plus augentur bona illi a Deo, vt patet in poſteris Abrahæ, Exod tomo 2. 170.c.3.F, Et quanto aliquis filius plures habet progenitores malos, cæteris paribus, tanto magis punitur, vt patet in poſteritate Dauid, ſcilicet, in Roboam, & Salomone, ibidem.

Filius & filiabus tenemur ad charitatem naturalem, non tamen ad honorem ſicut parentibus. Leuiti. 218.col.3.F

Filij in ſacris literis dicuntur omnes deſcendentes, & omnes aſcendentes dicũntur patres. Leuiti. 218. colum.4.H

Filijs teneris valde nocet matres ſuas eſſe male morigeratas, Leuit. 223.c.2.E

Filij ne occiderentur pro peccatis parentum etiam in peccato lęſæ maieſtatis prohibitum erat lege diuina, & ponitur exemplum de rege Amaſia 2. Paralip. 25. ſecundum vero leges humanas aliquæ pœnæ infliguntur filijs pro peccato parentum, & ſimiliter ſecundum leges canonicas, Leuiti. 320.c.1.E

Filiæ apud Hebræos non ſuccedebant in aliquã partẽ hæreditatis paternæ. ſi filius eſſet, ſed ipſe ſuccedebat in totum, ſi vero non eſſet filius, filiæ ſuccedebant, & diuidebatur hęreditas inter illas æqualiter, ac ſi eſſent filij ſicut patet in filiabus Salphaat. Nu. 27. Data eſt enim hæreditas filiabus eius in ſorte dimidiæ tribus Manaſſe tranſacto Iordane per manũ Eleazar ſacerdotis magni & Ioſue, vt patet Ioſue, 17. Et tales filiæ cum non poſſent retinere nomen familiæ firmiter, cum fœminæ tranſeant ad familiam virorum, accipiebant viros de domo & familia patris earum, vt maneret ſemper hæreditas in eadem cognatione & ſic fuit in filiabus Salphaat, Num. 36. Leuit. 244.c.2.D

Filiæ, quæ ſunt ſub poteſtate patris nunquam habent peculium proprium, ſecus tamen eſt de filijs, qui nondum ſunt emancipati, qui poſſunt habere peculium caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe &c. Nume. tomo 2 122.c.2.A

Super filios non emancipatos maior erat poteſtas in veteri teſtamento, quã in nouo, Num. tomo 2. 123 colum. 3.G

Filiusfamilias, habens peculium caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe, non eſt in patria poteſtate quo ad illud, & hoc in nouo teſtamento, & ſecundum leges humanas, ſecus tamen in veteri teſtamento, Nu. to. 2. 123.c.3.G

Filius non poteſt interficere, immo neque accuſare parentes perſuadentes ei, vt conuertatur ad idolatriam, vel ad aliquam hæreſim, immo nec in aliquo caſu, propterea quia maiori reuerẽtia tenetur ad patrem, quam ad alios, quia tenetur ad maximã reuerentiam poſt Deum, pater tamen non tenetur filio ad aliquam reuerentiam ſaltem inquantũ huiuſmodi. Secus ſi filius eſſet prælatus &c. Deuter. 75.col.3.F

Filium poteſt pater exhæredare multis de cauſis quæ referuntur, Deut. 112.c.3.F

Filius tenetur parentibus ſicut ſubditus regit, quia principatus paternus eſt regalis, & adhuc magis tenemur parentibus quam regibus &c. Deuterono. 113.col.2.E

Habuiſſe filios mortuos idem eſt ac non habuiſſe filios, ſecundum iura, & ſacram ſcripturam, vt patet de Salomone vocante ſe vnigenitum matris ſuæ; Prouer. 4. &c. Et de his habetur extra de verborum ſignificatione cap. nam & ego, Deuteronom. 133. colum. 3.G

Mori ſine filijs contingebat multipliciter in veteri lege, Deuter. 133.c.3.G

Vt filij fiant boni, requiritur quòd ſit mater virtuoſa, Ioſue tomo 1 117.c.4.F

Filij tam adulti ſeu emancipati, quam etiam parui nõ puniũtur pro peccatis patrum niſi ipſi ſint alias debitores punitionis &c. Ioſue tomo 1. 143.c.3.G

Quod filij pro patribus puniantur, tantũ duæ aſſignatur cauſæ, Ioſue tomo 1 144 c.2.E

In humano iudicio noluit Deus, vt filij occiderentur pro peccatis parentum Deuteron. 24. Iudicum 94.col.3.K

Lex prohibens filios illegitimos non ſuccedere patri, ſemper obſeruata eſt ab antiquo, Iudicum, 106 col.3.F

Filij illegitimi, ab antiquo, & apud Iudæos non poterant ſuccedere patribus in teſtamento neque abinteſtato, poterant tamen inſtitui hæredes in aliqua parte, vel ſaltem poterat eis dari aliquid per modũ legati, magis quam per modum hæreditatis, Iudi. 106.col.4 k

Filii illegitimi vniuerſaliter ſuccedũt matribus Ruth. 272.c.4 k, Mat. tomo 6 55.c.1.E

Filius paruus infidelium, qui nondum venit ad vſum rationis, manebit cum parentibus, ſi ambo eorum conuertantur ad fidem, & ſi alter eorum tantum conuertatur, manebit apud parentem fidelem, & hic ceſſat ratio ætatis, & patriæ poteſtatis ob fauorẽ fidei, vt patet extra de conuerſio. infi. c. ex literis 1. Regum tomo 1. 111. colum. 4. G, Et poterit parens apud quem manſerit facere illum baptizari, &c. ibidem.

Quòd filij infidelium non ſint baptizandi, inuitis parentibus, tota cauſa eſt, quia fieret iniuria parentibus, qui perderent patriam poteſtatem, quam habent in filios, ſi conuerterentur ad fidem, 1. Regum tomo

tomo 1 111.c.4.k
Filij non tenentur pro patribus, actione criminali, præsertim in veteri testamento &c. 1.Reg.tomo 2. 132.c.4.K
Quòd pater non deberet filium occidere, etiam si esset iudex, dixerunt quidam gentiles, sed improbatur hoc ab authore, 2.Reg. 80.c.1.A
Habere multos filios erat fœlicitas magna apud antiquos, & magna infœlicitas carere illis, 2. Regum 15.c.1.D
Filij, & præcipue paruuli, interdum puniuntur pro parentibus, 2.Reg. 36.c.3.G
Filii non occiduntur pro parentibus, iudicio humano, bene tamen iudicio diuino, vt patet de septem viris, ex progenie Saulis, quorum duo erãt filii Saulis ex concubina, & quinque & Merob filia Saulis, & potest dici, quòd illi occisi sunt pro aliquo peccato suo. Et tamen Deus voluit, quòd viderentur occidi pro peccato Saulis, quia si non haberent peccatum, & essent adulti Deus non permitteret illos occidi 2.Regum 143.c.4.k
Nunquam filii magni puniuntur pro solis peccatis parentum, bene tamen paruuli, quia sunt partes patrum, 2.Regum 71.c.4.G
Filij adoptiui succedunt patribus, sicut legitimi, 2.Regum 45.c.1.E
Filij Dei adoptiui non possunt percipere iura filiorũ per successionem, sed per participationem 2. Reg. 45.col.1.E
Filios dicitur habere, qui vnicum habet filium, ex modo loquendi iuris humani, vt patet ff. de verb. signifi.l.liberorum, 2. Reg. 122.c.1.B, & 1. Paralip. 48. col.3 F
Filius Dei naturalis Christus, participat maiora bona patris quã filij adoptiui Dei, & hoc in duobus &c. 2.Regum 45.c.2.A
Non licet filio occidere patrem, vel matrem pro quãtumcunque graui crimine, vt probatur 2. Regum 140.c.3.k
Filius in immensum magis tenetur patri, vel matri, quam pater filio, 3.Reg. 141.c.1.D
Filios magnos non occidit Deus pro peccato patris, nisi ipsi demereantur, secus tamen si sint paruuli, 3.Regum 152.c.3.F
Filij Ahiel, qui reędificauit Iericho 3.Regum 16.mortui sunt violenter, & non naturaliter 3. Regum 152.c.2.B.
Quòd filii puniantur pro patribus extraordinarium est, & ideo necesse est, quòd istud rarius fiat, quando tamen fit, ideo fit, quia patres, aliquomodo sunt idem cum filiis suis, & puniuntur in illis, & ratio quare in quibusdam puniuntur filij pro patribus est duplex. Prima propter magnitudinem peccati, &c. Secunda, & præcipua est, quòd quando Deus vult ponere terrorem circa aliquod peccatum, frequenter ponit pœnam magnam, &c. 4. Regum 60.c.3.k, & 140.c.1.A
Pro filiis non occiduntur patres ētiam in iudicio diuino, vt probatur, 4 Regum 140.c.3.I
Filius succedens in honorem patris, vnde est, quòd dicatur lucerna patris, 4.Reg. 92.c.2.E
Qui filii occidantur pro patribus, & quando 4. Regũ 140.col.2.A
Quidam rex Barbarus, habuit sexcentos filios, vt refert Franciscus Petrarcha in libro de prospera, & aduersa fortuna 4.Regum 105.c.4.F
Filius, qui non baptizatus moritur, habetur tanquam non filius, nec sit ei portio in hæreditate patris: licet sit posthumus, 1.Paralip. 55.col.1.B
Quando filius meretur exhæredari, non exhæredat eum iudex, sed pater 1.Paralip. 76.c.4.G
Dare filios pertinet ad Deum aliqualiter plusquam dare alia bona temporalia, &c. 1.Paralip. 292.c.1.B & 323.colum.2.D
Filius nullo modo potest occidere patrem, vel matrem ob quodcunque crimen, quantumcunque filius sit iudex 2.Paralipo. 207.c.1.B
Ad hoc, quòd aliquis dicatur esse filius alterius, non sufficit, quòd sit de substantia eius: & ꝙ sit similis ei in specie, sed oportet, quòd deriuetur ab eo mediate, vel immediate per propagationem seminalem loquendo de animalibus. nam Eua non dicitur filia Adæ, &c. Mat.tomo 1 195.c.2.D
Filius debet magis prouidere parentibus circa alimẽta, qua sibi ipsi, dicit Aristoteles 10. Ethi. Mat.to.1. 267.colum.4.F. licet tamen ei dimittere parentes, vt ad altiorẽ viuendi viam tendat, nisi patres essent quasi in extrema necessitate, nec aliter eis prouideri nequeat posset nisi per filiorum ministationem, &c. Mat.tomo 1 167.c.4.k
Filij Regũ dupliciter sunt liberi, Mat.to.4. 276.c.4.k
Filius in lege veteri, non poterat renũciare hæreditati paternæ, saltem quantùm ad bona immobilia bene tamen in noua, &c. 4.Regum. 32.c.1.B
Filij aliquando puniuntur a Deo pro peccatis parentum vsque ad tertiam, & quartam generationem, quod an sit intelligẽdum solum de paruulis, aut de adultis, vide multiplicem distinctionem, & quomodo aliquando morte corporali puniantur filii adulti pro peccatis parentum, vt filij Achor: Iosu.7. si filios habebat adultos, &c. Mat.to.2. 238.c.3.F
Filij pro peccatis parentum aliquando puniuntur ab hominibus per legem humanã multiplici punitione, & aliquando capite plectuntur, & similiter multiplici pœna spirituali ab ecclesia, Matth. tomo 2 238.colum.1.D
Filii dicuntur puniri vsque ad quartam generationẽ pro peccatis parentum Exodo 34. cuius assignatur causa, quòd scilicet ideo Deus puniat filios, vt in eis puniat patres, & quia patres non possunt puniri in filijs: nisi quãdo vident eos puniri, & rari sunt, qui videant hoc vltra quartam generationem, ideo vsque ad illam solam puniuntur patres in filiis, &c. Mat.tomo 2 239.c.2.A
Filii puniuntur pro peccatis quindecim personarum, quæ explicantur, Mat.tomo 2 239.col.4.F
Filii ex debito magis tenentur amare parentes suos, quam e contra: quia patres non tenentur filiis ad aliquid, filii autem tenentur patribus in immensum, Mat.tomo 3 266.c.1.A
Filius volens intrare religionem, videns parẽtes suos pauperes, & senes, & quod si intraret religionem, paterentur magnam necessitatem & inopiã, non debet eos deserere: sed differre ingressum, & manere cum eis: vt patet 30.distin. c.si qui filii. Secus tamen si parẽtes haberent vnde viuere possent: etiam si ipse filius intret religionem, &c. Si tamen factus iam professus in religione videat parentes esse in extrema necessitate, & quòd per alios non prouideatur eis, tunc debet petere licentiam a prælato, vt exeat ad subueniẽdum illis, & hoc si parentes sint prope, & non longe, quòd si non obtineat licẽtiam, uidetur, quòd possit exire, inuito prælato. Si autem non sit extrema necessitas, sed magna, ut pote, quia cogentur parẽtes eius pauperem uitam ducere, & mendicare, nisi subueniatur eis, & non posset per alios subueniri commode, quia forte nemo uult subuenire illis, tenetur ille Monachus, si potest obtinere licentiam ad exeundum, ut subueniat eis, si autem non potest licentiam obtinere

non

non debet exire, ſed potius permittere eos mendicare & viuere in paupertate,& non eſt incõueniẽs, quòd ex voto obligetur ad hoc, &c. Matth. to.3. 51.c.1.E.& 153.c.2.D

Filiusfamilias,de bonis paternis, nõ poteſt facere eleemoſinã: bene tamen de peculio caſtrẽſi vel quaſi caſtrenſi, ſi illud habeat, nõ tamen de peculio profectitio,neque de aduentitio, niſi de licentia patris, vel in aliquibus rebus paruis,quæ non inferant notabile nocumentum, vt ſi det paucum de pane vino,&c. Mat.to.3. 34.c.4.F

Filiusfamilias poteſt rebus paternis vti ad ſuſtentationem corporis, quia parentes tenentur alere filios: niſi ipſi propter aliqua crimina demereantur perdere alimenta,&c. Mat.to.3. 35.c.1.C

Quando filius relictis parentibus, poſſit intrare religionem,& quando non. Matt.to.3. 153.c.3.G

Filios ſuos non poteſt dimittere pater, & intrare religionẽ,ſi ſint paruuli, ſecus tamen ſi ſint adulti &c. Mat.to.3. 153.c.3.I

Filij non ſunt exhæreditandi, vt bona tranſeant ad eccleſias. Mat.to.5. 138.c.4.I

Filijs debetur ſucceſſio in bonis paternis de iure naturæ. Mat.to.5. 138.c.4.G

Filij in alimento magis debent prouidere parentibus, quam ſeipſis. Mat.to.5. 139.c.1.C

Filij tenentur parentibus ſecũdum rationem, non ſecundum naturam. Mat.to.3. 154.c.1.A

Quando liceat filijs exire à monaſterio, vt ſubueniant parentibus,& quando non. Matt.to.3.fo.154.c.1.E Et quando expediat,& quando non. ibidem.

Filius nõ poteſt abnegare patrem, bene tamen è contra. Matth.to.4. 195.c.4.H

Filiorum educatio eſt de intentione naturæ, & magis neceſſaria quàm ipſe coitus. Mat.to.5. 80.c.1.E

Sexcẽtos filios habuiſſe fertur rex quidam barbarus. Mat.to.5.fo.89.c.4.K.Opti.poli. 7.c.4.I

Patres valde deſiderant cognoſcere filios ſuos. Matt. to.5. 89.c.4.G

Filijs debetur legitima de lege naturæ. Matth. to.5. 138.c.4.K

Filiorum educatio & inſtructio tandiu durare debet, quandiu per ſeipſos non ſufficiunt vitæ neceſſària procurare. Mat.to.5. 93.c.2.D

De filijs concubinarum non ſolet facere mẽtionem lex Moyſi, nec erãt alicuius dignitatis in veteri teſtamento, neque poterant habere aliam præeminentiam in eccleſia Dei, vel in populo Dei. Deut. 23.non introibit de ſcorto natus in eccleſiam Dei. Mat.to.6. 54.c.4.H

Ad parentes pertinet theſaurizare pro filijs. Mat.to.5. 93.c.2.E

Filij illegitimi non ſuccedebãt in bonis paternis, etiã ſecundum ſtatum gẽtium & veteris teſtamẽti. &c. Mat.to.6. 54.c.4.K

Omnibus animalibus tandiu naturale eſt manere in educatione filiorum, quandiu ipſi per ſeipſos educari non poſſint. Mat.to.5. 93.c.3.G

Filij propter nullum crimen poſſunt accuſare parentes: benè tamen è contra. Mat.to.6. 150.c.3.F

Filij magis diligunt parentes, conſiderando gradum dilectionis ex parte obligati, ſecus verò ſi conſideretur ex parte diligentis. Mat.to.6. 151.c.1.E

Filij & parentes diuerſimode comparantur ita vt aliquo modo magis diligantur filij, & aliquo modo magis parentes: vno modo, vt principium ad principatum & econtra &c. Mat.to.6. 151.c.2.A

Filius ex charitate & amore naturali magis diligit patrem, quàm pater filium: & pater ex amore naturali & charitate magis diligit filium,quàm filius patrem: diuerſimode tamen, ſecũdum q amor conſideratur proprie quaſi ad alterum vel quaſi ad aliquid ſui: ſimpliciter tamen poteſt dici, q parentes magis ament filios quàm e contra. Mat.to.6.f.151. col.2.E

Iſte terminus filius in ſacris literis aliquando capitur abſolute & non relatiue, vt patet Can.2. Sicut liliũ inter ſpinas,ſic amica mea inter filias, &c. Parado. fo.4.c.2.E. Similiter locutione poetarum, ſcilicet Virgil.Ouidij,Statij,&c.ibidem.

Filij iuuenum & ſenum imperfecti ſunt corpore, & intellectu. De Opti.poli.fo 5.c.4.I. Similiter & filij literatorum, qui nimis ſtudent. Similiter & filij illorum, qui vitam ocioſam ducunt, & eorum, qui nimis laborant, debẽt ergo parẽtes laboribus mediocribus exerceri,vt filij validi naſcantur. ibidem.

Filij agricolarum, qui magnis atteruntur laboribus, quare parui & paruas vires habentes naſcantur, & econtrario filij paſtorum. De Optima poli. fol.6. col.2 C

Filij tenentur parentibus ad multa. Matt.to.5. fo.168. col.3.G

Filij tenentur recedere à parentibus ipſos ſolicitantibus adhæreſim. Mat.to.5. 168.c.2.B

Nos ſumus filij Dei per adoptionem. Mat.to.5.f.258. col.3.G

Filij dicuntur ſemen,quia de ſemine ſunt. Matt.to.6. 46.c.2.E

Filij concubinarum nullius dignitatis erant in veteri teſtamento. Nec poterant aliquãdo habere aliquã præeminentiam in eccleſia Dei. Matth.to.6.f.54. col.4.G

In nouo teſtamẽto filii illegitimi matribus ſuccedũt, quando non habent filios legitimos,ſed non ſic in veteri. Mat.to.6. 55.c.1.E

Antiqui,cum habebant filios,putabãt ſe eſſe fœlices: Mat.to.6. 55.c.1.E

Quomodo filius iuxta Marcum excludatur a cognitione diei iudicij. Mat.to.6. 314.c.2.B

Filii non ſunt de progenie matrum,ſed patrum. Mat. to.6. 62.c.3.I

Quare pater diligat magis filium,quam e cõtra. Mat. to.6. 150.c.4.G

Filius nihil parentibus prẽſtitit,ſed recepit ab eis.Mat. to.6. 150.c.4.I

Amor naturalis patris erga filium penes, quid attendatur. Mat.to.6. 151.c.2.B

Non puniuntur filii pro parentibus, nec e cõtra. Mat. to.6. 251.c.2.D

Quomodo valeat hoc argumẽtum, Chriſtus non eſt filius Dauid: ergo eſt filius Dei. Matth.to.6.f.158. col.1.A

Omnes credentes ſunt filii Dei adoptiui. Matth.to.6. 313.c.2.E

Eſſentia diuina diuerſimode datur nobis & filio Dei. Mat.to.6. 329.c.2.E

Quædam filia cõcepit de patre ſuo,vtroque dormiente,vt dicit S.Tho.in quodam Quotlib. Gen.fo.272. col.3.H

Filius gehennæ dicitur, qui gehenna dignus eſt. Mat. to.6. 194.c.4.F

Filij Iſrael. De filiorum Iſrael diuerſa computatione,&c. Leuit. 7.c.2.A

Nomine filiorum Iſrael non intelliguntur Leuitæ, quando fit mentio de aliquo pure temporali,ſecus tamen quando de aliquo ſpiritali fit mentio &c. Leui. 7.c.2.C

Per omnes filios Iſrael interdum intelligũtur ſoli ſeniores. Leuit. 172.c.1.A

Inter filios Iſrael,Iuda, & Ioſeph, habuerunt iura primoge-

mogenituræ. Iudas habuit imperium & Ioseph dona. Nu. to. 1. 7. c. 3. F

Castra filiorum Israel posita erant in quadro & distincta per quatuor vexilla & sub quolibet vexillo erāt tres tribus secundum ordinem qui habetur Nu. 2. Nu. to. 1. 7. c. 3. G

Appellatione filiorum Israel intelliguntur omnes de Israel præter Leuitas, vt patet Nu. 1. & Exo. 29. & xo. tamen 3. Leuitæ etiam comprehenduntur, cum dicitur filiis quoque Israel, &c. Exo. to. 2. fo. 100. c. 4. G & 110. c. 4. K

Filij Dei. De quibus Gen 6. dicitur, ꝙ vidētes filij Dei filias hominum &c. sunt dæmones incubi & succubi, vt dicit Iosephus & historia scholastica, & multi de Iudæis & Rabbi Salo. cuius ratio est, quia vbi nos habemus, filij Dei, Hebræi habent ne filii, ideſt cadentes videlicet angeli mali, qui de cœlo ceciderunt. Gen. to. 35. c. 1. C. Sed istorum opinio est contra sacram scripturam & doctrinam Augustini, vt probatur ibidem. Alii dicūt ꝙ filii Dei ibidem intelliguntur filii iudicum vel potentum &c. sed nec hoc videtur. ibidem. Dicendum ergo ꝙ filii Dei præfati erant filii Seth, quia cæteros sanctitate conuersationis antecellebant, & ex doctrina patrum Deo adhærebant &c. ibidem. 35. c. 2. E

Filiæ hominum de quibus Gen. 6. dicitur. videntes filii Dei filias hominum, ꝙ essent pulchræ erant fœminæ de stirpe Cain. & filii Cain vocabantur homines, quia secūdum carnem viuebant, & fuit peccatum in hoc, quia Seth mādauerat omnibus filiis suis ne coniugerentur matrimonialiter cum filiabus Cain sicut & Deus prohibuerat, ne filii Israel commiscerentur cū filiabus Chananæorum. Exo. 34. &c. Gen. 35. c. 3 F

Mali homines vocantur aliquando filii Dei. Matth. to. 4. 60. c. 2. A

Filii Seth cur vocentur filii Dei. Deut. 171. c. 4. G

Homines dicuntur filii Dei tripliciter: primò per affectionem Dei ad nos: secundò propter gubernationem: tertiò propter adoptionem &c. Mat. to. 5. 258. c. 2. D

Filii Dei tripliciter dicuntur, vno modo, illi, qui magis Deo adhærent: alio modo illi, quibus Deus bona confert, & per vtrūque filii Dei vocamur. Deut. 171. c. 4. G

Filii regni dicuntur prædestinati Mat. 13. Matth. to. 4. 60. c. 1. E

Filius Dei. Quomodo semper gignatur, & semper genitus sit. Ioſue tom. 2. 14. c. 1. E

Vocantes Iesum filium Dauid volebant dicere eum esse Messiam, vt patet Matth. 12. Matth. to. 4. fo. 12. col. 4 K

Filius hominis. Filium hominis se vocabat Christus propter multa. Mat. to. 4. f. 197. c. 1. A. Et filius hominis dupliciter accipitur, vno modo pro persona Christi, quæ est simul Deus & homo, alio modo pro sola deitate. ibidem. 197. c. 1. D

Pater dedit filio omne iudicium facere. Matth. to. 7. 309. c. 1. A

Qualis erit filius hominis in die iudicii. Matth. tom. 7. 78. c. 3. H

Filius hominis & Spiritus sanctus dupliciter accipiuntur. Mat. to. 4. 19. c. 2. B

Filum. Subtegminis, de quo Gen. 14. dicitur, filū super quod tela texitur. Gen. 252. c. 1. E

Fimbriæ, Quid sint, Exo. to. 1. 99. c. 4. I

Fimbrias portabant Iudæi in vestimētis ex præcepto: & Christus portauit similiter, & vocabatur fimbria angulus pallij, vbi erat vna de vittis hyacinthinis. Nu. to. 1. 228. c. 3. k

Christus habuit quatuor fimbrias in vestimento sicut cęteri Iudæi, &c. Mat. to. 3. 204. c. 3. G

Fimbrias habebāt Iudæi ad duo: primò ad distinguendum Iudæos à cæteris. Secundò ad recordationem mandatorum Dei. Mat. to. 3. 204. c. 3. I

Fimbria in vestimentis Iudæorum erat pars quædam quadrata panni hyacinthini apposita in angulis pallij, ideſt vestimenti superioris, quam portabant Iudæi ex necessitate legis. Nu. 15. Mat. to. 4. 120. c. 1. A

Fimbria pars vestis est, quæ terminatur duabus lineis rectis claudentibus angulū rectū, & fiunt istæ fimbriæ ex scissione, vel appertione vestis, & pars vestis, quæ terminatur ad angulū dicitur fimbria: & sic, si fiat appertio vestis in parte anteriori & posteriore iuxta terrā, causantur quatuor fimbriæ, quia quælibet diuisio pāni facit duas fimbrias. Vittæ aūt hyacinthinæ non erant fimbriæ, sed ponebantur in fimbriis, vt dicitur Nu. 15. ꝙ ponerent in fimbriis Vittas hyacinthinas: & Vittæ hyacinthinæ erant quædam pitacia de panno quadrata, quæ ponebantur in extremitatibus vestiū per quatuor fimbrias, & tales vittæ poterāt esse magnæ vel paruę, & erant hyacinthinæ, i. coloris azurini vel cœlestis. Et istæ fimbriæ & vittæ solum erant in veste superiori &c. Mat. to. 6. 178. c. 2. E

Fimbriæ & vittæ hyacinthinæ erant in pallijs Iudæorum primò, vt reducerēt Iudæos in memoriam & & recordationem mandatorum Dei, & ne sequeretur homo passionem ad peccandum, erant etiā ad distinguendum Iudæos ab aliis populis, & hæc erat potissima causa. Mat. to. 6. 178. c. 3. I

Omnes Iudæi obligabantur ad portandum fimbrias & vittas hyacinthinas &c. Matt. to. 6. fo. 119. c. 1. A Et pharisæi dilatabāt fimbriarum vittas hyacinthinas propter multa. ibid. 119. c. 3. F

In fimbriis ponebant pharisæi spinas acutissimas, quibus crura & pedes pungerentur cum ambularent, & sederent, & faciebant hoc propter duo. primo ad ostendendum austeritatem vitæ &c. Secundo vt viderentur seruare præceptū de portandis fimbriis vittis hiacinthinis plenius quam alij quātum ad intentionem præcepti. Mat. to. 6. 119. c. 3. G

Pharisæi portātes fimbrias & vittas hyacinthinas nō peccabant in portando, sed in magnificando & dilatando. Mat. to. 6. 119. c. 3. K

Fimbrias & vittas hyacinthinas portabat Christus, vt prob. Mat. to. 6. 180. c. 1. A

De fimbrijs. vide super Mat. to. 6. 180. c. 1. A

Finees. Occidens Iudæum coeuntem cum muliere Madianitide, non fecit hoc vt persona priuata sed auctoritate iudicis, scilicet Moysi. Nu. 25 Mat. to. 2. 87. c. 3. H

Fingi. fictio Quælibet res potest multipliciter fingi: vno modo arte fictoria: alio modo opere sculptorio: alio modo opere malleatorio: alio modo opere statuario &c. 2. Paral. fo. 43. c. 2. E. Et dupliciter pōt aliqua effigies effici ī pānis: vno mō ope pictorio: alio mō ope plumario. ibid.

Vbi fictio non habet locū, nec legis dispositio habet locum &c. Mat. to. 6. 47. c. 4. F

Fictio iuris vtilis est secūdū quam duo dies sunt vnus dies, & secundum quam mortui iudicantur viuentes, & duæ personæ reputātur vna &c. & tamen realiter non est sic. Mat. to. 1. 199. c. 1. D

Finis vltimus &c.

Finis

Finis in agibilibus mouet vt principium. Exo. to.1. 195.c.1.B.D
Finis est qui mouet agentem, & ad consecutionem illius tota agẽtium cura laborat. Exo.to.1. 30.c.4.F
Finium distinctio in principalem & minus principalem multum valet ad exponendũ auctoritates, quę videntur destruere libertatem arbitrij. Exo.tom.1 61.c.1.C
Finis productionum rerum fuit duplex: primus, vt communicaret nobis Deus sua bonitate &c. secundus ad demonstrandum nobis perfectionẽ suã &c. Iosue to.2. 26.c.1.A
A fine vltimo incipit tota virtus mouẽdi appetitum: sicut à primo motore prouenit tota virtus mouendi. Mat.to.2. 6.c.4.I
Finem vltimum quælibet res consequitur, vel participat secũdum id, quod in illa perfectissimum est. Mat.to.2. 10.c.1.A
Finis cuiuslibet rei est sua propria operatio, &c. Mat. to.2. 10.c.2.B
Duplex est finis, s. operis & intentionis. Mat. tomo 2. 13.c.4.F
Finis hominis duplex, s. exterior, per cuius participationem homo beatus efficitur, & interior ipsa, s. ap propinquatio ad illum. Mat.to.2. 16.c.1.D
Finem prius apprehendit intellectus, quàm voluntas, tamen motus ad finem incipit à voluntate. Matth. to.2. 21.c.1.C
Non inconuenit quòd aliquid fiat propter multos fines, dumtamen non sint omnes æqualiter se habentes, & sub eadem habitudine, &c. Matth. to.2. 202.c.1.A
Finis operum nostrorum debet esse solus Deus, quia ex fine accipiunt bonitatem, vel malitiam operationes nostræ, sicut ex obiecto accipiunt speciem. Mat.to.3. 1.c.4.F
Cæteræ circunstantiæ, præter finem, non faciunt sem per specialem rationẽ boni, vel mali in opere, sed sunt sæpe indifferentes. Finis autem semper facit in opere bonum vel malum. Mat.to.3. 1.c.4.G
Duo vitia sunt, quæ impediunt rectitudinem finis, s. ambitio, & inanis gloria, &c. Mat.to.3. 2.c.1.A
Deus est finis, & principium omnium. Mat. tomo 5. 148.c.3,K
Finis noster est vita æterna. Mat.to.5. 153.c.2.E
Omnis causa conuertit suos effectus in suum finem. Mat.to.5. 155.c.1.A
Finis est optimum rei. Mat.to.6. 71.c.2.A
Finis sęculi non potest sciri naturali ratione. Matth. to 6. 82.c.3.H
Finis sæculi non potest cognosci per sacras literas: bene tamen per reuelatione, sed an fuerit alicui reuelatus, vel in posterum reuelabitur, nõ constat. Mat. to.6. 83.c.1.A
Finis dilectionis hominis est Deꝰ. Mat.to.6. 130.c.2.E
Finis vltimus omnium est Deus. Mat.to.6. 133.c.2.C
In finem ordinare aliquid contingit dupliciter, vno modo ostẽdendo finem, i. qui sit finis, in quem tendendum est: alio modo inclinando ad finem ipsũ, vt illuc eatur: primum conuenit rationi: secundũ voluntati. Et in finem vltimum non potest dirigi intellectus, nisi per fidem infusam, quia habitus naturalis non sufficit, fides autem ostendit quo eundum est, & voluntas dirigitur per charitatem, & ita ad fidem, & charitatem pertinet dirigere vniuersaliter omnes operationes in finem vltimum, & supernaturalem, & quælibet earum dirigit vniuersaliter. Ad finem verò primum naturæ humanæ dirigit intellectum sapientia humana, s. ad fœlicitatem contemplatiuã. 10. Ethi. Et ad fęlicitatem actiuam dirigitur ratio per habitum prouidentiæ ostendendo quò eundum est &c. Mat. to.3. 104.c.1.E
Finis in actionibus moralibus debet esse notissimus, Mat. tomo 5 205.c.1.A
Non datur in fine mensura: sed in his, quæ sunt ad finem 1. Politic. Mat. tomo 5 134.col.4.G
Actio potest non esse cõueniens fini dupliciter, Mat. tomo 5 83.col.4.I
Firmitas. Duplex est firmitas: & duplex fides, Mat. tomo 5 246.c.3.K
Firmitas in habitibus virtutum ad duo deseruit Mat. tomo 7 20.col.4.F
Fiscella. De fiscella in qua positus fuit Moyses, Exo. tomo 1. 9.col.1.B
Flagellum. Non poterat quis flagellari vna vice, apud Iudæos, vltra 40. flagellis pro aliquo delicto 2. Regum 62.col.3.I
Quadraginta solis ictibus flagelli puniebatur quis a iudice in vete. testa. Deut.25. Leui. 193.c.3.F
Flagrare. Inter flagrare, & fragrare qd interfit. Exo. tomo 2 95.c.4.F
Flagrantia ardorem significat, & fragrantia odorem. Genes. 306.col.3.k
Flagitium. Proprie est vitium contra naturam, Iud. 203.c.3.F
Flamma. Iuxta Philosophum 2. de generatione, est fumus ardens vel ignitus, &c. Mat. tomo 7 157.c.3.G
Flãma magis lucet, quam carbo, Mat.to.7. 158.c.3.H
Flamminius. Romanorum dux ad petitionem meretriculæ apud eum in conuiuio sedentis, quæ asserebat se nunquam vidisse hominem decollatum fecit quendam hominem decollari, qui alias erat reus mortis, & propter hoc a censoribus postea pulsus est curia, quòd epulas sanguini misceuerit, &c. Mat. to.4. 79.c.2.C. Sic fecit Herodes qui caput Ioãnismẽsam iussit ferri. ibi.
Flegeton. Fluuius inferni, a quibusdam dicitur esse cœlum Martis, Parado 96.c.2.C
Flegma. Inter flegmam, & coleram est contrarietas solida Iosue to.1 193.col.4.F
Flere. Christus quare fleuerit super Ierusalem 4. Regum 89.c.3.F
Fletus. Aliquando causatur ex viscerum commotione per quandam teneritudinem ex affectione Genes. 382.c.4.F
Fletus dicit lachrymarum emissiones, & mœror interiorem tristitiam sine lachrymis. Deu.153.c.4.F
Inter flere, & plãgere quid interfit, Gen. 284.c.3.H
Inter fletum, & mærorem quid interfit 1. Reg. tom. 1 92.colum.3.F
In fletu concurrunt duo, s. tristitia, & resolutio lachrymarum Mat. tomo 3 142.c.3.H
De fletu, qui ponitur pœna damnatorum, Matt.to.7 178.colum.2.C
Fletus prouenit ex multis malis: immo generaliter ex quæcũque tristitia vel dolore causatur: aut causari potest, Mat.tomo 6 8.c.4.k
De fletu futuro, apud inferos, an erit realis aut non, Mat.tomo 7 178.col.2.C
Fletus, & stridor dẽtium dupliciter accipiuntur Mat. tomo 7 178.c.4.I
Quare non ponatur fletus in purgatorio, neque vermis, &c. Mat.tomo 7 249.c.2.A
Flos. Quare emittat odorem non per noctem, scilicet, ad duas horas noctis, & vltra, neque etiam ad meridiem, aut paulo ante vel post, sed in aurora, scilicet, ad ortum solis vel parum post, & ad solis occasum vel parum post, &c. Gene. 199.colum.1.B

Vites quare non producant flores Gen. 360.c.2.A

Fluctuare. Christus multoties permittit fluctuare hominē, ne superbiat &c. Mat.to.3. 156.c.1.E

Flumen. Fluuius.

Flumen, nomine Alphæus, in Sicilia renascitur, qui prius a terra absorbebatur in Græcia. Gen.f.15.c.2. D,& 105.c.1.B

Quatuor flumina Paradisi, à Paradiso primam habēt originem, & longo tractu terrarum frequētius absorbentur in aliis rursum exundantia locis &c. Ge. 15.c.2.D

De origine quatuor fluminum, quæ procedunt à Paradiso,a varijs doctoribus varia referuntur,&c.Ge. 15.c.2.B

Flumina Tygris & Eufrates communem fontem habent in Armenia, vbi incipientes fluere, statim diuiduntur,&c. Gen. 84.c.3.G

Fluuius, de quo Gen.2. dicitur, fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigādum Paradisum, aliqui dicunt, quòd erat Oceanus, quia de eo nascuntur quatuor flumina,immo & omnia, sed istud falsum est. Gen. 101.c.3.I

De quatuor fluminibus, quæ egrediūtur ex Paradiso, aliqui dicūt, ꝙ intra Paradisum fluuius Paradisi diuiditur in quatuor illa capita, aliqui dicunt,ꝙ extra Paradisum fiat illa diuisio,quæ sententia magis placet & tenenda est. Gen. 101.c.4.I

Duorum fluminum Paradisi nominibus,s.Phison & Gion, quare Hieronymus transferēs sit vsus, & nō nominibus suo tempore notis.s.Nilus & Ganges; & tamē alia duo dimissis nominibus hebraicis eorum, nominauit nominibus notis nobis,s.Tygris, & Eufrates, cum tamē Iosephus. 1.Antiquitatum, qui fuit prius Hieronymo, non dixit Phison & Gyon,sed dixit Eufrates Tygris,Ganges, & Nilus. Gen. 104.c.2.A

Duorum fluminum,s.Phison, & Gyon nomina Hebræa non mutauerunt septuaginta interpretes in Ganges & Nilus, & tamen aliorum duorum,s.Hidequel & Perath verterūt in Tygris, & Euphrates, sed hoc fuit ex ignorantia Græcorum vocabulorū, vel nondum de eis certum erat, cuius duplicis causæ assignantur rationes.Gen. 104.c.2.E

Quod Gyon esset Nilus potuerūt dubitare septuaginta interpretes.Gen. 104.c.4.I

Quod per quatuor flumina Paradisi non possumus venire in Paradisum,assignantur causæ. Gen.f.105. col.1.A

Fluuius, qui Alpheus dicitur, & Arethusa fons, sunt in prouincia Illidis & Pisæ in Græcia, sed cum ibi absorbeantur subterraneo meatu labentes in insula ortigiæ caput emergunt, vbi & rursus absorptæ sub tota Ionij maris profunditate delapsæ demum in Sicilia apud Siracusas caput attollunt &c. Gen. 105.c.1.B

Fluuius Aegypti,de quo Gen.15.nō est Nilus sed paruus fluuius diuidens terminos Aegypti & Palestinæ apud ciuitatem,quæ vocatur Rinocorula. Gen. 256.c.4.F

Omnia flumina Paradisi nascuntur in Oriente versus Septentrionem.Gen. 295.c.4.G

De fluminibus Paradisi & eorum decursu. Gen.f.84. col.3.G

Flumina aliquando modo Hebraico vocantur torrentes. Iosue to.2. 89.c.3.I

De fluminibus Paradisi terrestris. Parado. f.119.c.1.C

Fluxus. De fluxu & refluxu maris proueniente a Luna. Gen. 45.c.4.H

Fluxus & refluxus maris fit quotidie bis a luna per quatuor quartas circuli lunæ,Matth.to.1.272.c.4.I

Focaria. Focariæ dicuntur mulieres parātes cibos 1. Reg. 8. & aliquando accipiuntur pro concubinis, quæ dicuntur focariæ a foco, quia ad eundem focum manent,i.in eadem domo cum illo cuius sunt concubinę, 1. Regum tomo 1. 93.c.3.F.& 156.c.1.A

Fomes. Siue fomentū est materia, in qua ignis fouetur, Num.to.2. 116.c.1.A

Fomes quid sit, Matth.to.7. 251.c.4.K

Fons. De quo Gen.2.dicitur, sed fons ascendebat e terra irrigans vniuersam superficiem terræ, accipitur pro plurali, id est fontes, quia vnus fons, non poterat irrigare totam superficiem terræ &c.Gen. 11.c.4.K

De fonte Paradysi, vide super Gen. 13.c.4.I

Fons est in Epiro ciuitate Greciæ, in cuius aquis faces extinctæ accenduntur &c.Gen. 33.c.3.G

Fons a fundendo aquas dicitur &c. Gen. 101.c.3.K

Fons aquarū, quas eduxit Deus de petra, de quo Nu. 20 habet duo nomina, scilicet, cades, a sanctificatione nominis Dei &c.& mespat à iudicio,propter iudicium factum de Moyse, & Aarō, & quia istius fontis aqua vsque hodie durat,& in abūdantia magna irrigat vallem, & pp eum terra vicina facta est habitabilis, quæ non erat, quando transiuit populus Israel,Gen.150.c.1.A, Exo.to.1. 138.c.2.I

Est quidā fons in Archadia, cuius potus generat obliuionem,Exo.to.1. 289.c.1.B

Fontes & cisternæ, & omnes congregationes a quarum mundæ erant,Leui.11. etiam si aliquæ morticina in illas caderent, & non quia illæ aquæ terræ immediate adhærent, vt quidam Hebræi dicunt, quia terra interdum polluitur, &c. Dicendum ergo, quòd causa huius erat necessitas illius aquæ, Leuitici. 104.c.1.C

Duo fontes fuerunt miraculose facti in deserto,2.Paralipomen. 231.c.3.F

Fontes nequeūt esse sub polis, vt probatur in de Optima politia. 7.c.1.D

Forcipes. Erant in altari sacrificiorū, vt illis cōprehenderent, & disponerēt sacerdotes carbones quocunque vellent &c.Exod. tom.2. 49.c.4.F,& 199.c.3.K

Forcipes sunt triplices,Exo.to.2. 49.c.4.F

Forma. Formas latere in materia dixit Anaximander,& Anaxagoras,Exod. tomo 1. 45.colum.1.A

Formam siue accidentalem, siue substantialem non possunt dæmones sua propria virtute causare,Exo. tomo 1. 45.c.1.B

Forma substantialis est principaliter actiua, Exod. tomo 1. 273.c.3.I

Formarum datorem non oportet ponere, vt quidam dicebant,Exo.to.1. 277.c.1.A

Formam esse in potentia materiæ non est, quòd in materia possit recipi talis forma: vel talis, quia alias anima humana esset in potentia materiæ, & similiter formæ artificiales, Exo.to.1. 278.c.3.F

Formæ, ad quas materia est in potentia naturali, dicuntur educi de potentia materiæ, & educi de potentia materiæ idem est, quòd quasi exire ab ipsa materia, vel per virtutem materiæ, idest, quòd secundum virtutes receptas in materia ab agentibus,ipsa determinatur ad illam formam,& non ad aliam dicitur educi, quia non ponitur ab extra, sed quasi intra ab vtero ipsius materiæ, Exodi tomo 1 278.colum.3.H

Forma, quæ est educibilis de vna potentia materiæ non

non est in potentia alterius materiæ propter duo. Exo.to.1. 290.c.3.K
Soli formæ conuenit deriuare esse. Exo.to.1. fol.281. col.3 K
Formam esse in potentia materiæ nõ aliud est, quam materiam habere quandam siue multas virtutes, quæ non sunt formæ alicuius generis, sed proprietates materiæ, secundum quas, factis ab agentibus naturalibus talibus, vel talibus dispositionibus sequitur forma immediate in materia, illo apponente eam, vel deducente à foris, vel creante ex nihilo &c. Exo. to. 1. 283.c.2 C
Formæ substantiales corrumpuntur per accidens, & qualitates, quæ habent oppositionẽ de per se. Exo. to.1. 284.c.2.E
Duæ sunt formæ in rebus naturalibus, quæ per solam creationem possunt ad esse perduci, s. forma perfectissima, vt anima rationalis & forma imperfectissima, vt forma corporeitatis. Exo.to.1. 285.c.3.F
Esse formarum est, inter perfectiones, minima, Exo. to.1. 289.c.2.D
Forma dicitur educi de potentia materiæ, quia materia est talis cõditionis, ꝙ factis in ea quibusdam naturalibus dispositionibus, sequitur forma ad illas dispositiones. Exo.to.1. 289.c.3.G
Forma instabilius esse habet, quã materia. Exo.to.1. 291.c.3 F
Ad hoc quòd fit forma in materia requiruntur præuiæ dispositiones. Leuit. 175.c.3.G
Quælibet forma habet suum gradum perfectionis. Iosue to.2. 25.c.2.B
Forma est principium actionis. Mat.to.3. 262.c.3.k
Quælibet res talis est, qualis est sua vltima forma. Mat.to.4. 255.c.3.F
Duplex est forma, s. ligata, & libera. Mat.to.4. fo.236. col.3.G
In rebus corruptibilibus nunquam forma plenè dominatur materiæ. Mat.to.4. 236.c.3.G
Sicut formæ materiales differũt inter se gradualiter, ita & proportionabiliter dispositiones requisitæ ad illas formas materiales. Matth.tomo sexto. fol.75. col.3.G
Omnes formas substãtiales esse a datore formarum, dixit Plato, & Auicenna, & quòd non educantur de potentia materiæ. Mat.to.6. 75.c.3.H
Vbicunque est forma, ibi est actio. Mat.to.5. 26.c.4.H
Formæ substantiales exigunt varias dispositiones in materia, itaque impossibile est vnam formam substantialem manere sub dispositionibus, quæ alteri formæ conueniunt, sed tanta est diuersitas dispositionum quanta est diuersitas formarum substantialium. Mat.to.6. 90.c.4.I.&c.3.G
Forma parum differt, secundum naturam ab vltima dispositione materiæ, quæ est necessaria ad illam formam. Mat.to 6. 91.c.4.k
Forma substantialis non habet contrarietatem. Mat. to.6. 92.c.1.A
Forma corporeitatis dupliciter accipitur, vno modo prout est forma substantialis corporis, secundum quam in genere substantiæ collocatur: alio modo vt est forma accidentalis, de prædicamento quantitatis: primo modo corporeitas cuiuscunque corporis non est forma aliqua distincta a forma specifica rei, sed est ipsa forma substãtialis, per quam res in genere & in specie collocatur, & per quam debetur rei, quòd habeat tres dimensiones. Mat.to.6. 94.c.3.I. Corporeitas vero, quæ est de prædicamento quantitatis, est forma accidentalis, ibidem.f.95. col.2.E
Circa permanentiam formarum totius & partis ponitur regula, ꝙ formæ totius habent esse debilius quam formæ partium. Mat.to.6. 97.c.4.F
Formæ operatio propriè dicta est dare esse. Mat. to.7. 150.c.4.G
Forma naturalis est determinata ad vnum. Mat.to.7. 204.c.4.k
Forma intelligibilis tripliciter se habet ad intellectũ, scilicet in pura potentia, in actu puro, & medio modo inter potentiam & actum, &c. Matt.to.7. f.204. col.4.I
Ad hoc quòd forma materialis fiat forma intelligibilis, fit discursus per multa media. Mat.to.7.f.208. col.3.G
Forma non solum tribuit esse materiæ, sed etiam in materia recipit esse, &c. Parado. 24.c.1.A
Quælibet forma specifica requirit propriam figurationem in materia, & debitas qualitates. De statu anima. 6.c.4.F
Aliquæ formæ substantiales & accidentales inducuntur in instanti. Mat.to 5. 210.c.3.G
Ad quas formas sit materia impotẽtia naturali. Mat. to.6. 106.c.3.G
Omnis forma naturalis educitur de potentia materiæ præter animam rationalem. Mat.to.6. 75.c.3.H
Nulla forma præter animam excedit materiam. Mat. to.6. 98.c.4.G
Formæ totius habent debilius esse, quam formę partium. Mat.to.6. 98.c.4.F
Forma corrumpi non potest, si maneat vltima dispositio. Mat.to.6. 92.c.1.A
Forma non diuiditur, nisi ratione materiæ. Mat.to.6. 95.c.2.A
Si forma corrumpatur, non manebũt in materia propriæ dispositiones illius formæ. Matth.tom.6.f.92. col.1.B
Per eandem formam sortes est substãtia, corpus, corpus animatum, animal & homo. Matth.to.6.fo.94. col.4.G
Quædam formæ sunt ad prædicandum, & quædam ad essendum. Mat.to.6. 95.c.1.E
Formæ sunt multiplicatæ in naturalibus. Matth.to.7. 201.c.2.A
In Deo sunt omnes formæ vnitissimæ & simplicissimæ. Mat.to.7. 201.c.2.A
Formarum in subiecto est duplex habitudo: Matth. to.7. 201.c.2.C
Forma mixti potest dupliciter accipi. Mat.to.6.fo.95. col.2.E
Secundum ponentes plures formas substantiales in composito, quomodo saluetur resurrectio. Matth. to.6. 95.c.3.F
Quod forma totius non sit forma partis, tenet Auicenna, & hoc idem tenet auctor. Matth.to.6.fo.97. col.2.A
Operatio est a forma substantiali. Matth.tom.7.f.131. col.4.I
Vna forma non potest informare nisi vnam materiã numero. Mat.to.7. 132.c.4.F
Recipiens denominatur a forma recepta. Matt.to.7. 147.c.4.F.
Formæ receptio, secundum suum esse naturale, fit per modum præcedentẽ. s. per alterationem. Mat.to.7. 148.c.1.E
Quid sit formã habere esse naturale & intentionale. & qũo differãt huiusmodi esse. Mat.to.7. 175.c.2.B
Forma in intellectu est indiuisibilis. Mat.t.7. 204.c.4.G
Forma naturalis est determinata ad vnum. Mat.to.7. 204.c.4.k
Forma intellectualis non est secundum se determinata. Mat.to.7. 205.c.1.C

Formæ sunt duplices, Matthæi tomo 7. 208.c.3.F
A forma accipitur ratio vniuersalis, Matthçi tomo 7 209.c.4.H
Nulla est forma materialis, quæ repugnet materiæ, Matthæi tomo 7 228.c.2.E
Formalista. Formalistæ, qui ponunt formalitatem formarum quomodo causas ordinent, Exodi tomo 2 31.c.1.C
Formalis causa. Multis nominibus nuncupatur, Exodi tomo 1 244.c.3.G
Vicem causæ formalis inhçrentis Deus non potest supplere, Matthæi tomo 4 248.c.4.K
Formica toto auro mundi pretiosior est, Exodi tomo 1 92.c.4.K
Formido. Inter formidinem, & terrorem quid interst, Deut. 58.c.1.A
Fornicari, & Fornicatio. Fornicari est contra ius naturale, ex quo est contra præcepta Decalogi, quæ sunt de iure naturali, Genesis, 316.c.3.H
Fornicari accipitur multoties pro colere Idola p metaphoram, &c. 1. Paralip. 85.c.2.G
Si fornicatio simplex puniretur, per legem humanã, pax publica turbaretur, scilicet, per multa adulteria, & virginum defforationes, & esset prolis incertitudo, & viri de vxore continua suspitio, bella ciuilia, vitæ matrimonialis inquietudo, & masculorũ concubitus, &c. Genesis, 268.c.3.K
Fornicationem puniri a lege diuina, & humana simul non decebat, neque quòd ambæ simul vacarent, homines fugientes punitionem legis humanæ, quæ de præsenti datur conuerterentur ad alia peiora mala occulta: si autem vtraque permitteret homines tanquam ad quoddam licitum, motu effrenato, & bestialiter in libidinem mouerentur, & sic conditio humana vniuersaliter vilior redderetur. Nuncautem, quia lex diuina vetat, illi qui boni sunt, & timentes Deum, fugiunt fornicationem: mali verò non curantes istam prohibitionem ad peiora non conuertuntur, Gen. 268.c.4.F
Simplex fornicatio vetatur per illud præceptum; Nõ Mœchaberis, Exodi tomo 1 178.c.1.E
Fornicationem simplicem quare non prohibuerit lex humana, Exodi tomo 1 178.c.3.F
Si fornicationem puniret lex humana, multa tequerentur inconuenientia, Exodi tomo 1 178.c.4.H
Fornicationem simplicem quare prohibuerit lex diuina, Exodi tomo 1 178.c.4.I
Fornicatio simplex est actus naturaliter malus, Exodi tomo 1 179.c.1.D
Fornicationem simplicem ipsa lex humana reputat malam, & ipsam punit aliquo modo, Exodi tomo 1 179.c.1.D
Cum propria vxore nemo potest fornicari qualitercunque se habeat cum illa, Exo. tomo 1 20.c.4 I
A fornicatione debent cauere Sacerdotes, Exodi tomo 2 73.c.3.H
Pro fornicatione simplici nulla lex, siue diuina, siue humana mortem, aut aliquam pœbam inferendam duxit, nisi ex aliqua circunstantia aggrauaretur delictum, Leui. 225.c.2.A
Gentes videntes Christianos nimis abstinere a fornicatione in Ecclesia primitiua, mirabantur, Leui. 178.c.2.A
Duplex est fornicatio, apud infideles, quædam, q̃ eauiatur auctoritate legis, vt in repudio, & quædam extra repudium. Prima non potest obiici alteri coniugum, post conuersionem ad fidem, bene verò secunda, 1. Regum tomo 1 103.c.2.B
Quare lex humana non puniat fornicationem soluti cum soluta, Matthæi tomo 5 109.c.3.I
Fornicatio, circa matrimonium, capitur dupliciter, vno modo pro fornicatione carnali. Secundo modo pro fornicatione per infidelitatem. Tertio modo pro fornicatione apostasiæ. Prima reputatur grauior, quo ad legem matrimonii, quia semper repellit a cohabitatione, tam inter fideles, quàm inter conuersos ad fidem, & hoc nisi ambo essent fornicati, extra de diuor. cap. significasti. In fornicatione apostasiæ ille, qui non fornicatus est, potest alium recipere ad cohabitationem, & põ etiam repellere, dummodo hoc faciat auctoritate Ecclesiæ, & non propria auctoritate. extrà, de diuor. c. de illa. In fornicatione verò infidelitatis, quando. s. alter coniugum manet in infidelitate, non tenetur alter cohabitare, secus tñ si cõuertat, 1. Reg. to. 1. 106.c.1.A
Sed quare prima fornicatio reputetur maior aliis, deinde fornicatio apostasiæ, & tandem fornicatio infidelitatis, vt minor aliis, 1 Reg. to. 1. 106.c.1.C
Quando vterque coniugum fornicatur non potest alter eorum obiicere fornicationem alteri, 1. Reg. tomo 1. 106.c.4.F
Aliqua est fornicatio, quæ non habet vim repellendi, nisi reputetur fornicatio inter eos, quibus ex ea debet competere ius excipiendi, 1. Reg. 106.c.4.G
Fornicationem solum, quæ sequitur matrimonium, vel sponsalia licet obiicere contra coniugẽ, & non illa, quæ præcessit. extra de iure iurando. c. quemadmodum, 1. Regum tomo 1 121.c.2.A
Omnis fornicatio est contra legem naturæ, 1. Regũ tomo 1 155.c.4.H
Fornicatio simplex dicitur coitus vagus, & ideo est pars luxuriæ, quia contra inclinationem naturalẽ est, Matthæi tomo 2 145.c.c.2.D
Fornicatio simplex semper est peccatum mortale, Matthæi tomo 2 147.c.1.A
Fornicatio accipitur dupliciter: vno modo, vt est genus ad omnem concubitum, alio modo specialiter pro vlu viduarum concubinarum, aut meretricum, vt patet 36.q.1.c.lex illa. Primo modo accipiendo, vocatur fornicatio simplex, & additur, simplex, ad distinguendum ab omni alia specie luxuriæ, Matthæi tomo 2 147.c.1.A
Fornicatio simplex dicitur concubitus, quidam vagus inter virum, & fœminam, qui nullo matrimoniali fœdere iuncti sunt, ad quam tres requiruntur conditiones: prima, quòd sint tales personæ, inter quas alias posset esse matrimonium. Secunda, quòd fœmina sponte cognoscatur. Tertia, quòd sit alias à viro cognita, Matthæi tomo 2 147.c.1.B
Fornicatio simplex, cum sit concubitus vagus, tollit fœtus perfectam educationem, Mat. tomo 2. 147.c.3.G
Fornicationem simplicem crediderunt Gentiles nõ esse peccatum, & propterea non prohibuerunt, Iudæi tamen sic, Matthæi tomo 2. 147. colum. 3.I.
Fornicatio simplex est contra naturam: primò, quia natura non ingeniauit coitum hisi ad generationem, &c. & fornicationis coitus ordinatur ad delectationem tantum. Secundò, quia est contra bonum prolis, quod natura intendit, quia obuiat educationi prolis nascituræ, &c. quæ est naturalis mari, & fœminæ, vt probatur ex animalibus brutis, scilicet, in auibus: in quadrupedibus vero educationis cura soli fœminæ tradita est, quia illa sufficit ad educationem, in auibus

anibus non, neque in hominibus, Matth. tomo 2. Et quando dicitur, quòd fornicatio est contra naturam, debet intelligi, non simpliciter, & per excellentiam, sed cum determinatione, nam coitus contra naturam simpliciter est ille, ex quo non potest sequi generatio, ibi. 149.c.1.D

Fornicatio in ancilla est semper illicita, Matth. to. 2. 149.col.3.F

Quæcunque fornicatio est deterior gula ex obiecto, licet interdum gula sit deterior quam fornicatio per accidens, Matth.to.2. 150.c.2.E

Fornicatio cum meretrice est pecccatum mortale, & semper fuit etiam in lege veteri, & non per illud Deut. 23. Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filijs Israel, sed per illud Exo.20.Non mœchabetis &c. Matth. to.2. 151.c.4.k

Coitus cum vidua est fornicatio simplex, & per consequens peccatum, Matt.tomo 2.153.c.1.B. Et vidua dicitur mulier tradita viro, si vir moriatur post consummatũ matrimonium, vt habetur 24. dist.c. vidua. Nam, si moriatur non consummato matrimonio, non dicitur vidua, ibidem & sequenti cap. & accipientes tales in vxores non prohibẽtur promoueri, ibidem. 153.c.1.C

Inter tria genera fornicationum, s. cum concubina, vidua, vel meretrice, quod dicatur grauius peccatum, non potest dari, si consideretur per accidens. Si vero per se, dicendum quòd fornicatio cũ concubina est simpliciter minus, quam cum meretrice, vt probatur, Matth.tom.2.153.colum.4. F. De fornicatione cum vidua idem est dicendum, quod de meretricio, & concubinatu, quia vidua potest cognosci, vt meretrix, vel vt concubina, ibidem.

Fornicatio proprie est coitus soluti cum soluta, Matt. tomo 4. 138.c.4.k

Quod fornicantem deserat coniux castus ad charitatem videtur pertinere, nam alias præstat ei patrocinium ad fornicandum, vt dicit Chrysostomus, & extra, de iure iuran.ca. quemadmodum &c. Matt. tomo 5. 103.c.3.K

Fornicatio quid sit, Matt.to.5. 105.c.3.K

Duplex est fornicatio, s.carnalis, & spiritualis, Matth. tomo 5. 104.c.4.I

In fornicatione, an peccet magis vir quam mulier, vel è contra non potest absolute dici, quod illorũ sit, quia aliquando plus peccat vir, & aliquãdo plus mulier, sed dicendum, quòd data æquali tentatione, facilius est viro resistere quam mulieri, quia tamen viri habent fortiores cõcupiscentias, cum calidiores sint &c. videntur ex hoc minus peccare. Tamen absolute considerando, maius est peccatũ viri fornicantis quã mulieris, cæteris paribus, Matt. tomo 5 108.c. 2. A

Pro fornicatione carnali, etiã semel tantum facta potest alter coniugum petere diuortiũ, pro spirituali vero non nisi perseueret, Matt. to.5. 106.c.2.A

In fornicatione simplici nemo alicui præiudicat, nisi Deo, & in hac, cæteris paribus, grauius peccat vir, secus tamen si ambo sint coniugati, quia tunc grauius peccat mulier, Matt.to.5. 109.c.4.G

Inter fornicationem carnalem, & spiritualem, quid interfit, Matt.to.5. 112.c.1.A

Fornix. Significat testudinem, vel arcum &c.1. Reg.to.2. 8.c.3.K

Foroneus. Fuit primus, qui leges dedit Græcis, Exo.to.1. 234.c.4.D

Fortasis forte. Forte, & fortassis, ex more sacræ scripturæ in manifestis apponuntur, Leui. 86.c.4.F

Fortis vir. Viros fortes solus amor emollit, Matt.to.5. 90. c.1. C.

Fortitudo. Potest multis modis dari alicui a Deo, qui referuntur, 2. Paralipo. 216.colum.4.F

Fortitudo tolerat molestias ab extrinseco illatas, aggrediendo confidenter, vel sustinendo, Matt.to.3. 82.colum.2.E

Fortitudo confert ad abstinentiã largo modo, Matt. tomo 3. 83.c.3.F

Ad fortitudinem contrario modo se habet humilitas, Matth.to.5. 7.c.2.A

Fortuitum. Fortuiti effectus nõ solum sunt a natura, sed interdum sunt liberi, & quamquam a natura solum essent, quia tamẽ fortuiti sunt, inopinati sunt, & ideo non possunt significaria corporibus cœlestibus, Leui. 202.c.4.I

Fortuna. Bona est quidam instinctus in mentibus humanis a causa superiori prospere dirigente absque aliqua ratione, vel iudicio intellectus nostri, vt quando cor dat nobis, vt faciamus aliquid, & nescimus aliquam rationem, quare magis illud quam oppositum facere debeamus, & post feliciter nobis euenit, bona fortuna tunc vocatur, Gene. 357.c.2.E

Fortunæ aduersæ magis regratiari debemus, quam prosperæ, dicit Boetius, quia amicos veros a falsis secernit &c. Gen. 362.c.1.B

Circa bonam fortunam Aristotiles recessit a veritate propter malum fundamentum &c. Exod.tomo 1. 214.colum.2.A

Non est inconueniens, Deum mouere malos ad bonam fortunam, Exod.to.1. 214.c.3.F

Fortuna sors, & casus habent causas, nobis tamen incognitas, & indeterminatas, Iosue to.1. 131.c.4.K

Bona fortunæ quomodo sint in nobis, Matth. tom.6. 329.colum.3.F

Fortuna, & fœlicitas eorundem sunt subiectorum, s. rerum rationalium: non tamen eorundẽ obiectorum, quia fortuna est circa illas res, quæ propter alterum aguntur, & desiderantur, & est in illis, q̃ prẽter intẽtionem accidunt; beatitudo vero est bonũ vltimum, & maximum, quod propter seipsum desideratur, & oĩa propter illud, Mat.to.2. 10.c.2.E

Fortuna est de his, quæ cogitata non sunt, sicut casus, Matth. to.2. 102. c.3.H

Fortunatus. Quis dici debeat maxime fortunatus, Matth.to.7. 108.c.3.I

Forum. Alicuius loci sortitur aliquis propter delictum commissum in illo loco, Leuitici. 283.c.4.F

Idem erat forum laicorum, & sacerdotum in veteri testamento, eædem pœnæ, & idem iudex, Iosue tomo 2 238.c.1.C

Forum simile, vel dissimile non sortitur quis propter locum originis, quantum ad delictum, sed propter locum, in quo delictum patratum est, Iosue tomo 2 141.c.3.k

Forum contentiosum, & forum conscientię non se impediunt, quo ad irrogandas pœnas, Matth.to.3 27.colum.3.K

Forum conscientiæ est idem cum iure naturali, Mat. tomo 3 28.c.1.D

Forum in parabola vineæ quid sit, iuxta Origenis sententiam, Matt. to.5. 174.c.4.H

Fragmentum. Fragmẽta ex quinque panibus quare dominus nõ dederit turbis, sed Apostolis, Matth.to.4. 101.c.2.C

Fragrantia. Odorẽ significat, & fragrantia arborem, Gen. 306.c.3.I

Fran-

Franciſcus Marlonis. In quarto Sē. :en.diſtin.19. inquirit; an Papa poſſit abſoluere a culpa, & a pœna,& reſpondet, quòd ſic: tamen impropriè quęrit, & impropriè reſpondet,Defen. 3.c.3.F

Frater.Fratres. Frater pietatis, & amoris æqualitatis nomen eſt,Geneſis, 335.c.3.F

Qui fratris defuncti ſemen ſuſcitabat: primogenitū, quem gignebat, nomine fratris ſui nominabat, qui & ad familiam & cognationem mortui pertinebat,Deut.25.Geneſis 354.c.2.A

Aliqui dicuntur fratres tripliciter,ſcilicet, natura, vt Iacob.& Eſau, cognatione,vt Abraham,& Loth, gente, vt omnes Hebrei, ſic dicit Glo.ordinaria, & Hieronymus ſuper Matth. cuius eſt gloſa illa, Geneſis, 75.c.3.F

Fratres dicuntur omnes Chriſtiani inter ſe, iuxta illud Iacobi.i.ſi frater & ſoror nudi ſunt, &c. & iſtū modum accipiendi fratres, non habuit vetus teſtamentum, ſed Chriſtus introduxit illum Matth. 23.omnes autem vos fratres eſtis, &c. ratio huius eſt, quia fratribus duo competunt, ſcilicet, æqualitas & amor,Geneſis, 77.c.3.F

Fratres & ſorores vocantur, ſecundum modum loquendi Hebræorum illi, qui ad eandem cognationem pertinent,Geneſis,301.c.2.A.& 314.c.3.H

Fratres Chriſti minimi, qui ſint, Matthęi tomo 7, 117.c.3.F

Fratres largo modo,dicuntur illi, qui ſunt ab eodem populo geniti,Exodi tomo 1, 11.c 3.G

Frater nomen cognationis eſt, apud Hebræos, nec ſemper ſignificat eos, qui immediate ab eodem patre geniti ſunt, Leui. 84.c.1.D

De fratris coitu cū ſorore,Leui. 212.c.1.D

Per ſolam oſtenſionem verendorum fratris ad ſororem,vel ſororis ad fratrem deberet quilibet plecti morte ex litera,Leui.20. vt videtur auctori, Leui. 212.c.2.G

Fratris vxorem cognoſcere matrimonialiter grauius peccatum eſt,quàm ſi eam cognoſcat, vt concubinam, quia videtur approbare matrimonium illud, Leui. 214.c.3. F. Et grauius peccat vir cognoſcens vxorem fratris, quàm ipſa vxor fratris,ibid.

Fratris mortui vxorem accipere non licebat Iudæis, niſi in vnico caſu,ſcilicet,ſi vir eius ſine liberis moreretur,vt habetur Deut.25.Leui. 214.c 4.k

Fratres accipiuntur quadrupliciter, Matthæi tomo 6 185.c.2.A

Fratres multis dicuntur modis, apud Iudæos, Leui. 305.c.1.

Aliqui dicuntur fratres quadrupliciter ex aliqua ſpeciali ratione,Iudi. 9.c.3.k

Fratres poſſunt dupliciter comparari, Matthęi tomo 6 151.c.3.I

Fratres,in ſacris literis, dicuntur aliquando illi, qui ſunt eiuſdem officii, & eiuſdem communicationis,1.Paralip. 90.c.4.F

Nomine fratris quid intelligatur, Matthęi tomo 5 42.c.1.A

Quatuor modis dicuntur fratres in ſcripturis,ſcilicet, natura, gente, cognatione, & affectu, Matthæi tomo 4.34.c.2.D.Exo.to.1. 10.c.3.G

Angeli non vocantur fratres,Mat.to.7. 116.c.4 I

Multi dicebantur fratres Domini, & ſpecialiter quatuor, ſcilicet, Iacobus, Ioſeph, Iudas, Symon, Matthæi tomo 4. 35.c.2.A

Fratribus, cæteris paribus, tenemur magis bene facere, quàm alijs, Matthæi tomo 5. 67.c.3.I

Sumus Chriſti fratres tripliciter, ſcilicet, natura, affectione,& ſpiritualiter omnes in Chriſto credentes,Matthæi tomo 7 116.c.4.G

Fratres & ſorores abiiciendi ſunt propter Chriſtum, ſi expediat,Matthæi tomo 5. 167.c.4.K

Fraterna correctio. De fraterna correctione,& quādo omittenda ſit,Exodi tomo 1 179.c.4.G

Fraterna correctio,in quo conſiſtat,Matthæi tomo 6 328.c.1.C

De fraterna correctione, vide ad longum in dictione,correctio fraterna.

Fraus. Quam fecit Iacob Eſau, poteſt dupliciter conſiderari vno modo, quantum ad lum cui facta eſt fraus: alio modo quantum ad ipſum, qui fecit fraudem: primo modo non peccauit Iacob, & ſecundo modo diſtinguendum eſt, nam vel conſideratur fraus in verbis, vel in factis, primo modo Iacob peccauit venialiter, ſecundo modo non,qa fuit fraus diuinæ inſpirationis,Gen. 308.c.2.C

Fraus in factis poteſt contingere tripliciter, quia eſt fraus diuinæ inſpirationis, & fraus eruditionis, & fraus noxiæ deceptionis,Geneſ. 308.c.2.D

Fraus & dolus nunquam patrocinantur alicui etiam ſi fiant ad bonum finem, ideſt,nunquam tribuunt aliquod ius,Ioſue tomo 1 166.c.4 H

Fraus non fit volenti, ſecundum regulam iuris, Paradoxa 40.c.3.I

Frigiditas. Maxima frigiditas eſt ſub polo,Exodi tomo 1 269.c.2.A

Frigiditas non ponit pedem in operatione naturali niſi per accidens, vt ait Auicenna, Ioſue tomo 1 187.c.1.B.Matthæi tomo 7 154.c.2.B

Frigiditas adiuuat generationem per antiperiſtaſim. De Opt.Polit. 6.c.4.H

Frigiditas calefacit.De Sta.An. 9.c.4.K

Frigiditas viri perpetua impedit matrimonium contrahendum,& dirimit contractum,Matthæi tomo 5.117.c.1.A. Et vocatur frigiditas omnis defectus naturalis ad coitum,& hoc generali nomine, licet interdum ex aliis radicibus oriatur, ibidem, colum.2.E

Nimia frigiditas eſt in media regione aeris, Parado. 96.c.3.I

Nulla frigiditas maior eſt in toto orbe, quàm illa, quæ eſt ſub polis,de Opti.Poli. 7.c.1.D

Omnis defectus naturalis ad coitum vocatur frigiditas generali nomine, licet interdum ex alijs radicibns oriatur, Matthęi tomo 5 117.c.2.E

Frigiditas impedit vitam Gen. 225.c.2.B

Frigidus. Frigidi non ſunt apti ad matrimoniū quia coire non poſſunt, Matthęi tomo 5 117.c.1.A

Inter frigidos & maleficiatos quid interſit, Matthæi tomo 5 119.c.4.H

Frigidum. Quare non ſentiamus ſimul frigidum, & calidum: cum tamen ſimul videamus album, & nigrum, Matthæi tomo 7 176.c.3.F

Aliquando tamen poterunt ſimul ſentiri calidum, & frigidum, ibidem, G

Fructus. Nati in montibus ſunt ſalubriores, fructibus natis in vallibus, licet non ſint ita pingues, Geneſ. 101.c.1.C

Fructuum vbertatem cauſant duo, ſcilicet, pinguedo terræ, & ros cœli, de quibus Geneſis 27. Geneſis 38. c.4.F. & Leuiti. 315.c.2.D

Fructus fiunt ex materia terrea commixto humido aqueo humido terreo nutrimentali, & illud dicitur pinguedo, quia manet,ſcilicet, quaſi quędam vnctuoſi-

vnctuositas in terra, quæ transit in naturam fructuum, quæ cum defecerit, terra modicum gignit de fructibus, Numeri tomo 1 177.c.2.E
Sunt terræ, quæ bis fructificant in anno, & istę habēt duplicem ver, duplicem æstatem, duplicem autūnum, & duplicem hiemem in quolibet anno, & istæ habent duplicem declinationem Solis, scilicet, Meridianam, & Septentrionalem, nos autem solam Meridianam habemus, & istæ terræ sunt intra tropicum Cancri, & æquinoctialem, Numeri tomo 1 177.c.3.K
Institutio ecclesiæ recipiendi fructus ecclesiasticos fuit primo assignata pro laudantibus in recitando principaliter, & ideo nullus, qui non habet recitare, potest iura talia quasi possidere, Nume. tomo 1 243.c.1.B
Fructus dicitur quoddam prēmium beatorum, quod per metaphoram sic dicitur, Mat. to.4. 41.c.1.E
De fructu centesimo, sexagesimo, & trigesimo, de quibus Matth.13. Mat. tomo 4 41.c.2.D
Fructus consistit in gaudio quod habetur de ipsa dispositione operantis, quæ est quædam spiritualitas eius, in qua ascendit propter semen verbi Dei, &c. Matthæi tomo 4 41.c.2.D
Fructus & aureola solis virginibus competunt, &c. Matthęi tomo 4 41.c.2.E
Multiplicatio fructus ex semine prouenit ex duobus, &c. Matthæi tomo 4 41.c.2.A
Fructus duo significar, scilicet, meritum, & præmium, Matthæi tomo 4 41.c.2.D.
In tota terra Chanaan colliguntur fructus in Martio, Matthęi tomo 5 242.c.4.I
Quomodo computetur fructus in sortem, Matthæi tomo 7 50.c.4.G
Fructus assignatur soli virtuti continentiæ iuxta sanctos Doctores, &, vt dicit Glosa, & secundum tres gradus cōtinentiæ assignantur tres fructus, scilicet, centesimus, sexagesimus, & trigesimus, Matthæi tomo 4. 41. c. 4. F. Et per differentiam trium fructuum, de quibus Matth. 13. Christus voluit ostendere tres gradus continentiæ tantum, sicut Doctores assignant, sed voluit ostendere, ꝙ verbum Dei non prodest omnibus, quibus prædicatur, &c. ibidem,
Fructus, quod est præmium accidentale, solùm conuenit virtuti continentiæ, Mat. tomo 7 25.c.4.G
In quibusdam Insulis Indiæ, scilicet, in Chryse, & Argyria arbores, & segetes bis in anno fructificant, Exodi tomo 2 112.c.2.B
Fruges, Inter fruges & segetes quid interfit, Exodi tomo 1 231.c.1.C
Frui. Est in aliquo vltimate quietari, & delectari, ita ꝙ nihil aliud quęratur, &c. Deu. 32.c.4.H
Fruitio. In omni peccato reperitur fruitio, vel in actu eius, vel in fine illius actus, Exodi tomo 2 104.c.1.A
Frui propriè est actus voluntatis, quod probatur ex analogia ad fructum arboris, Matt. to.2. 60.c.3.K
Fruitio potest pertinere ad intellectum materialiter, sed ad voluntatem formaliter, Matt. to.2. 60.c.4.F
Actus fruitionis est actus charitatis, Ma.to.2. 61.c.1.C
Ad fruitionem concurrunt tria. s. perfecta visio plena comprehensio, & inhęsio amoris consumati, tamen in vltimo consumatur, scilicet, in delectatione & ab illa nominatur, Mat. tomo 2 61.c.1.D
Frui propriè sumptū de solo Deo est, Ma.t.2. 61.c.2.B
Vnica fruitione fruimur Patre, Filio, & Spū sancto, qa fruimur illis nō tamquā tribus obiectis, sed tāquā vnico in ratione vltimi boni. Personæ aūt nō distinguūtur per bonum, quia omnes sunt vnum & idē bonum, Matthæi tomo 2 61.c.4.I
Fruitio perfecta est de vltimo fine, quando realiter possidetur, imperfecta verò, quando non actualiter possidetur, sed solum in intentione, Matthæi tomo 2 62.c.1.B
Frui secundum rationem perfectam conuenit solis naturis intellectuali, scilicet, Deo Angelis, & hominibus, imperfecta verò fruitio reperitur ī brutis, &c. Matthæi tomo 2 62.c.2.E
Non pōt frui Deo existens in peccato mortali, quia non inhęret ei pp se per amorē, cū habeat aliquid, qđ habitualiter magis diligat, q̄ Deū. s. aptam rem, cui inhęret p peccatū mortale, Mat. to.2. 62.c.3.H
Fruitio capit̄ dupliciter, Matthęi tomo 4 232.c.4.F
Fruſtra. Nihil fruſtra fit a Deo, aut natura, Matthæi tomo 7 139.c.3.k
Fucus. Vbi fucus est, ibi turpitudinis formę prę sumptio est, ideo sacra Scriptura ornatu rhetorico non procedit, vt præsumptionem de falsitate refugiat, Gen. 11.c.3.k
Fucus aliqū ponitur ad tollendū aliquā turpitudinē, & hoc non est illicitum, sic tenet S. Tho. 2.2.c.169. art.2. Et hoc verū est, si nō sit cōtra cōsuetudinē regionis, &c. Si aūt ponatur fucus, ad ostendēdū pulchritudinē, semp est illicitū vti fuco, & est deteri⁹ quàm vti ornatu vestiū. Et qū fucus apponīt in cōtēptū Dei, semp est peccatū mortale. Si aūt non apponatur in cōtēptū diuinæ maiestatis, sed vt incitetur libido, aut solū pp inanem gloriā, sed pp libidinem semper est peccatum mortale. Si propter vanitatem, aut mulier est coniugata, aut non, vide sicut in vestitu, &c. Matthęi tomo 3 277.c.4.F
Fuga, Fugere. Fuga de vna ciuitate ad aliam concessa est Apostolis, ante Christi mortem, cùm prædicarent inter Iudæos, Matthęi tomo 3. 252.c.3.F. Nam tunc debebant fugere multis de causis, ibidem,
Fugere malum non est peccatum, dum tñ volendo fugere, non committamus aliquid aliud quod est de se malum aut vetitum, Gen. 202.c.4.I
Fugiēdorū tres sunt mores ex 7. Ethi. s. malitia, bestialitas, & incōtinentia, Exodi tomo 1 291.c.4.F
In Ecclesia primitiua omnes fugiebant principatus, Matthæi tomo 5 200.c.3.K
Adulter fugiens maritum adulterę, vel latro dominū rei furatę, non peccat immo potest fugere, & si nō fugit peccat, &c. Iosue tomo 2 9.c.2.D
Fugere debemus pericula, quando non est necesse illa sustinere, siue quādo sine iniuria diuini honoris, & debiti nostri fugere possum⁹, Ma.to.1. 258.c.3.k
Quando prælatus fugere liceat propter persecutionē & quando non, Matthæi tomo 3 252.c.4.F
Et similiter de personis priuatis, quādo licite possunt fugere propter persecutionem, & quando non, ibidem, 253.c.2.A
Christiani quando debent fugere mortem, & quando non, Matthæi tomo 5 186.c.2.A
Sicut nemo obligatur se offerre ad confessionem fidei, ita nemini licet postquam ad hoc' tractus fuerit occultè fugere, Matthæi tomo 3. 253.c.2.B
Vnde, si iudices infideles vellent occulte dimittere fideles de carcere, non debent recedere de carcere occulte, sed palam, ne fides fidelium infirmetur, vt fecit Paulus Actu. 16. & hoc nisi Deus miraculo se apiret alicui carcerē, sicut fecit Petro, Act. 12. ibi.
Paulus licite fugit de Damasco p murū, qa eius persona quęrebatur, Act. 9. Mat. to.3. 253.c.3.F
Fugiendi sunt persecutores, quando sine præiudicio legis Dei, & honore eius potest esse fuga, Matthæi tomo 4 81.c.3.I

Quando fugienda sit persecutio,& quando non, Matthæi tomo 5 186.c.2.A

Fulgor. Fulgorem habuisse in facie beatissimam Virginem vsque ad partum,dicit quidã, Matthæi tomo 4 210.c.3.I

Fulgor magnus in igne inducit terrorem, Matthæi tomo 4 211.c.2.B

Fulgur. Fulgura vocantur trifida propter eorum tres proprietates,quia scilicet,lucent,cõburunt & diuidunt,vel diruunt,&c. Exodi tomo 1, 59.c.2.E

Fulgor quomodo appareat in cęlo, Matthęi tomo 6 297.c.1.A

Fulgura, & ignis, quæ apparuerunt in monte Synai, non erant vera fulgura nec verus ignis, sed solum secundum apparentiam,Exodi tomo 1. 162.c.1.C

Fulgor est aliquid exterrens homines, Matthęi tomo 6 297.c.1.E

Fullo. Fullones dicuntur,qui pannos candificãt lauando eos in aquis,vel dicitur fullo, qui pannos de textrino adductos expurgat, quibusdã tribulis,& parat,&c. Gen. 16.c.1.D

Fullo dupliciter accipitur,&c.4 Reg. 182.c.3.I

Fuluum. Dicitur propinquum viridi, & pallido, & mediat inter vtrumque, 2. Paralipo. 130.c.1.A

Fumus. Mouetur sursum ex propria leuitate, & raritate, & ex incorporatione virtutis igneę,vel ignis,Matthęi tomo 7 157.c.4.K

Fundamentum. Fundamentum prioriè est in spiritualibus, quia sicut fundamentum prius ponitur respectu illius, quod superędificatur, sic fundamentũ in spiritualibus, scilicet, fides,Christus, vel charitas prior est,&c. Matthæi tomo 7 246.c.4.k

Fundibularius. Fũdibularii proprie sunt non illi, qui habent fundas leues,sed qui quodam artificio ligneo vtuntur, in quo ligata funda lapides magnos iacit, & forti impetu 4.Reg. 30.c.1.A

Funiculus. Dupliciter accipitur vno modo pro quædam determinata mensura, quæ fiebat per funiculum : alio modo pro hę reditate diuisa per funiculos, &c. Iosue tomo 2. 113.c.2.A

Funiculus hæreditatis dicitur possessio alicuius, quia antiquitus, & nunc distinguebantur, & diuidebãtur hęreditates per funiculos,1.Paralip. 182.c.3.F

Funus. In funere multa fiebant olim,scilicet, luare corpus, vestire, condire aromatibus,quod magni viri faciebant, sic factum fuit Iacob,Gen.50.cum portaretur in terram Chanaan, Genesis 284.c.3.K

Fur. Nunquã fur occidebaẽ pro furto in vet.testa. ẽt si sæpissime furaretẽ,4.Reg. 31.c.4.F

Mors dicitur fur,quia furtim venit, Matthęi tomo 6. 321.c.4.F

Maior pęna imponitur furibus,quàm vsurariis,Matthæi tomo 7 73.c.1.A

Fures nocturni cur occidi possint, non autem diurni, Exodi tomo 1 230.c.1.B

Furari. Si duo furentur aliquam rem, quilibet tenetur insolidum ad restitutionem, & si illa res maneat penes vnũm,& alius pœnitere velit & restituere, tenetur hortari participem suum, vt illam restituat,si tamen noluerit non tenetur eã violenter illi surripere, vel occulte furari, &c. 2. Regum 17.c.1.C

Furari, latrocinari, ditari de re aliena, nusquam, & nunquam fieri licuit, Matthæi tomo 5. 231.c.4.F

Furari a diuite,vt detur pauperi,iniustũ est,& illicitũ, vt dicit Greg.& hr̃ in 11.q.1.c.nõ est purãda,& 14. q.5.c.Fortè.& hoc ideo qa nũquã est faciẽdũ malũ pp bonũ. 30.q.1.c.nosse.& 32.q.4. c.sicut nõ sunt, Matthæi tomo 3 29.c.4.G

Furor. Furoris amatorii magnitudo explicari nõ potest,Matth.tomo 5 90.c.2.A

Furor vnde causatur,Gen. 309.c.1.B

Furtum. Assignatur furti definitio,Exo.to.1. 20.c.4.F.& Gen. 360.c.3.H

Furtũ materialiter cõmisertũt Hebræi, accipiẽdo mutuo res Aegyptiorũ,non tñ formaliter, licet aliqui dicant oppositũ,quorũ opinionẽ improbat auctor. nec tñ peccauerunt.primo quia illa per donationẽ Dei receperunt.secũdo quia etiam si Deus nõ mãdasset:ipsi Hebręi possent id facere iure suo, ppter multa,&c. Exodi tomo 1.20.c.4.k.& 187.c.4.k

Furanti hominem infligebatur pœna mortis, apud Hebræos,si post furtum hominem vendidisset, vt Doctores nostri dicũt,si tñ primum faceret, & nõ secũdũ,dabat ei,quẽ furatus fuerat duos homines ad seruiendũ illi,vel pretium duorum hominũ,sed Rab.Sal.dicit,qꝺ solũ pp furtũ merebãt pęnã mortis,sed prima opinio est vera,Exo.to.1. 216.c.1.A

Inter furtum & rapinam,& vsuram quid inter sit? Iudicum 124.c.3.H

Deratione furti sunt duo,&c.Iudi. 124.c.3.H

Furtum procedit,præsupposita distinctione dominiorum,Iudi. 219.c.1.C

Pro furto secundum legem Moysi nemo tenebatur ad mortem,sed ad restitutionem:vel, qꝺ venderet, si non posset restituere,vt colligitur Exo.22.1.Reg. to.1.194.c.1.C.& 4.Reg. 31.c.4.F

Furtum non est dispensabile per hominem,eo quòd includit in se malitiam quandam, cum dicat fraudem quandam,potest tamen fieri, quòd id, quod aliàs est furtum,permittente lege, vel iudice, non sit furtum, vt cum index, vel princeps iubet alicui auferre bona,quæ alias non possunt tolli,nisi clam pp potentiam habentis,quia resisteret, possunt ministri iudicis eo iubente, clam bona illius tollere, quod alias vocaretur furtũ,&c.Mat.to.2. 88.c.4.F

Furtũ ita est in paruo sicut in magno,vt ait Hiero.in epistolã ad Titũ,& 14 q.6.c.furtũ. Et hoc,qa Deus nõ respicit rẽ ablatã,sed animũ eodẽ c.& 14.q.5.c. Si quid inueniſti,&c.Mat.to.3. 29.c.3.I

De furto potest quis facere eleemosynam,quando furatus est rem suam, quia tunc non tenetur fur ad restitutionem,Matthæi tomo 3 29.c.4.F

Furtum minus peccatum est, quàm homicidium & adulterium, Matthęi tomo 5 129.c.3.I

Qui furtum decies committit grauius peccare dicitur iuxta leges humanas, quàm si semel, etiam si semel tantum furetur sicut alius decies, quia grauitas peccati furti non iudicatur secundum legem humanam ex quantitate rei furatæ, sed ex aliis circunstantiis,scilicet,ex loco, tẽpore,& modo, &c. Matth.tomo 3 43.c.2.E

Furtiuum. Res furtiua vbicumq; inuenit a Dño pt vẽdicari.Mat.7.69.c.2.E

Furia infernalis. Quæ dicanẽ furię infernales iuxta doctissimos Poetarum,Parad.87.c.4.H.De Statu aiarũ.4.c.2.D

Furor. Subitaneus tollit consensum, qui requiritur ad hoc, quòd aliquis se obliget, 4. Regum 72.c.1.D

Furnus. Decimæ de furnis sunt personales, Matthæi tomo 6 230.c.3.F

Fuscinula. Fuscinulę dñr instrã ad educendũ carnes de olla,Exo.to.2.199.c.3.K

Fuſcinulæ dicebantur inſtrumenta ad præparandum carnes in olla, quæ neque erant recurua neque habentia dentes, niſi cum eis adiungebatur, dicendo fuſcinulæ tridentes, &c. Et nomine fuſcinularum aliquando intelliguntur tridentes, & vncini, cum pertineant ad idem genus adminiſtrationis, ſed differunt figura, &c. Numeri tomo 1.45.c.4.G. Et dicuntur fuſcinulæ, quia fuſcæ ſunt, & nigrę propter fumum, & inquinamenta coquinæ, &c. 4. Regũ 127.c.1.A

Fuſcinulæ aureæ, de quibus 1. Paralipo. quæ erant in templo Salomonis, quales eſſent, & cuius figurę, 1. Paralip. 329.c.2.A

Futurum. Futurorum notitiam valde deſiderant homines propter duo, Geneſis, 401.c.1.E

Futura præſcire antequam fiant, ius eſt Deitatis, nec poteſt quis id ſibi vſurpare, Leui. 201.c.3.F. Quare procurantes ſcire futura per magicas, & prohibitas artes, magnam Deo irrogant iniuriam, & id prohibitum eſt Leuit. 19. cum dicitur, non declinetis ad magos, &c. ibidem,

Futurum, vt futurum, non cognoſcitur a Deo, Matthæi tomo 7 216.c.2.C

Futurorum prænunciatio qualiter fiat a Deo quo ad temporis præfinitionem, Mat. tomo 6. 83.c.4.F

Futura ad vtrumlibet non ſunt nota, Matthęi tomo 7 216.c.2.B

Futura ad vtrumlibet non ſunt ignota quaſi ſint diſtãtia ſecundum tempus, ſed quia ſunt non entia. nec Deus cognoſcit aliquod futurum, inquantum futurum, quia quicquid Deus ſcit, illud ſcit quatenus præſcens eſt illi in ſua eſſentia, &c. Matthæi tomo 7 216.c.2.C

Futuritio. Et præteritio ſunt ſemper præſentes, licet res, quæ fuit, vel futura eſt, non ſit præſens. & impoſſibile eſt futuritionẽ eſſe futuram, & præteritionem eſſe præteritam, Ioſue tomo 2 34.c.3.H

Futuræ res, quæ dicantur. Ioſue tomo 2 12.c.1.D

Futurum ex præſenti deriuatur, Ioſue to. 2. 12.c.2.A

Gabaa.

GABAA & Cariathiarim, quòd ſint idẽ, Deut. 63.c.4.G. 1.Reg. to. 2. 65.c. 3.F. Et Gabaa eſt nomen commune ſignificans collem, & Cariathiarim eſt nomen proprium vrbis, 2. Regum 35.c.1.A. & 1.Regum tomo 1 78.c.3.K

Gabaa in Hebræo ſignificat collem, 1. Paralipomen. 146.c.4.k

Gabaonitæ. Gabaonitis portantibus aquas & cędentibus ligna prouidebatur ex expenſis Sanctuarii, Leui. 327.c.3.I

Gabaonitæ fuerunt dati a Deo per oblationem, & cõdemnati fuerunt ad illam ſeruitutem ipſi, & eorũ deſcendentes, circa quod interuenit auctoritas Ioſue tanquam Prophetæ, nec tunc erant aliqui aſſignati ad ſeruiendum, quemadmodum illi ſeruiebant, & iſti erant multi, quia quatuor ciuitatum, vt patet Ioſue 9. Leui. 348.c.4.F

Gabaonitæ moti ſunt à Deo ad credendum, Ioſue tomo 1 158.c.3.G

De Gabaonitarum commentis ad fallendum Iſraelitas, & an aliquid oſtenderint de eo, quod ipſi volebant, & an ex illis, quæ cõmenti ſunt, aliqua probauerint, Ioſue tomo 1 159.c.1.E

Gabaonitæ peccauerunt mentientes mendacio oſſicioſo, ſed peccatum fuit leue, &c. Ioſue tomo 1, 161.c.1.C

Iuramentum poſitum cum Gabaonitis debere ſeruari, tenet Nicolaus, Ioſue tomo 1. 164.c.4.6. Sed oppoſitum tenet auctor ibidem, 165.c.1.B

Filii Iſrael non plene ſeruauerũt iuramentum, quod fecerunt Gabaonitis, quia fecerũt eos ſeruos, &c. Ioſue tomo 1 166.c.3.F

Et principes Iſrael in duobus errauerunt per ignorantiam iuris. primo putauerunt ſe eſſe obligatos illo iuramento. ſecundo quia crediderunt ſe poſſe agere contra illud in aliqua parte, ſcilicet, ſubiiciendo Gabaonitas in ſeruitutem, &c. ibidem, 166.c.3.K

Nec principes Iſrael peccauerunt non occidendo Gabaonitas, excuſans eos ignorantia iuris, &c. Ioſue tomo 1 167.c.1.E

Ioſue iuſte ſubdidit Gabaonitas ſeruituti, ſicut Raab, & cognatos eius iuſte dimiſit liberos in Iſrael, Ioſue tomo 1. 167.c.2.B. Et ſubiecit illos Gabaonitas ſeruituti altaris Dei, & ſeruituti populi, vt ſic ſatisfaceret populo volenti eos occidere, &c. Ioſue tomo 1 167.c.3.F

Cum Gabaonitis non eſt obſeruatus rigor iuris, ſed quædam moderatio habita eſt, quæ partim proueniebat ex ignorantia illius temporis, partim ex Dei diſpenſatione, &c. Ioſue tomo 1. 167.c.4.F

Circa iuramentum, factum Gabaonitis, errat Gratianus di. illud fore ſeruandum ab Iſraelitis, &c. Ioſue tomo 1 168.c.1.A

Gabaonitæ conuerſi ſunt ad Iudaiſmum, Ioſue tomo 1 170.c.3.E

Gabaonitæ cędebant ligna, & comportabant aquas pro exercitu Iudæorum, & pro domo Dei, Ioſue tomo 1 170.c.3.I

Multis modis potuerunt Gabaonitæ cognoſcere, quòd Deus promiſerat Moyſi dare Iſraelitis totam terram Chanaan, & diſperdere omnes habitatores eius, Ioſue tomo 1 171.c.1.B

Gabaonitæ aſcripti fuerunt ad miniſterium totius populi, & altaris, ſed non pro eodem tempore. Nam ſubminiſtratio totius populi fuit prior, & illa deſinente incipiebat miniſtratio altaris, &c. Ioſue tomo 1 172.c.4.I

Gabaonitis ſeruientibus Sanctuario dabatur ſuſtentatio de eleemoſynis, & donariis Sanctuarii, quamuis nihil expreſſum ſit de his, &c. Ioſue tomo 1, 173.c.2.B

Gabaonitæ miniſtrabant Sanctuario per vices & ſortes, &c. Ioſue tomo 1 173.c.2.E

Plures Gabaonitarum occidit Saul putans, quòd filii Iſrael non poterant dimittere Gabaonitas viuere, &c. 2. Regum 142.c.3.I

Gabaonitæ habuerunt iuſtiſſimam cauſam decipiendi Iudæos, quia ſcilicet cupiebant viuere, Matthæi tomo 2 204.c.3.G

Gabaonitæ non erant tributarii Iudęorũ, ſed ſerui, Ioſue 9. Mat. tomo 7 297.c.3.k

Gabriel. Angelus fuit ille, qui reduxit Ioſeph errantem in agro, Geneſ. 37. cum dicitur, inuenit eum vir in agro errantem ſic dicit Rab. Salom. Exodi tomo 1 292.c.3.F

Hoc nomen Gabriel, cõmune eſt omnibus Angelis aſſumentibus formã humanã, Ioſue to. 1. 97.c.4.F

Angelus, qui apparuit Danieli & beatiſſimę Virgini, quare dictus ſit Gabriel, Iudi. 139.c.3.H

Potuit eſſe, quòd eſſet idem Gabriel, qui apparuit Virgini, & apparuit Danieli, Iudi. 139.c.4.F

Gad. De quo Gen. 30. nõ ſignificat fęlicitatem, ſed fortunam, vel caſum. Hieronymus tamen catholice tranſtulit, Gen. 322.c.3.H

De

De tribu Gad fuerunt fortiſſimi pugnatores, Nume. tomo 1 16.c.2.E
Prophera Gad ſcripſit hiſtoriam rerũ q̃ contigerunt tempore regni Dauid,& aliarum gentium,3.Regum. 43.c.1.E
Gad interpretatur fęliciter,1.Paral. 42.c.2.D
Viri de tribu Gad erãt laudabiles inter omnes 1.Para. 133.c.3.H
De Gad Propheta non fit mentio in Cathalogo patrum in eccleſiaſtico bene tamen fit mentio de Nathan,& tamen ambo fuerũt tẽpore Dauid,&c. 1.Paralip. 239.c.4.G

Gadara. Ciuitas eſt in Iudæa, Matthæi tomo 3 163.c.3.G

Gades. Herculis ſunt apud montem Athlantem in fine orbis contra occidẽtẽ,&c. Alii dicunt Gades Herculis eſſe montes ipſos inter Hiſpaniam,& Africam,per quorum rupturam abſorbetur æſtus maris Occeani Athlantici, qui eſt ex parte Africę, & calpæ ex parte Hiſpaniæ, Geneſ. 17.c.3.F
Gades Herculeas fixit Hercules inter litus maris Mediterranei in Hiſpania vltra Hiſpalim, quæ nũc per magna ſpatia a litore diſtant in parua parte eminẽtes,Gen. 33.c.3.k

Galaad. Dictio Hebræa ſignificat aceruum teſtimonii,quia Gal,aceruus dicitur, & aad reſtimonium,& id,quod Iacob vocauit Galaad,Labã vocauit,igarſebaduca, quod eſt nomen Syriacum,ſecundum morem Meſopotamię,igar, ſignificat aceruum , & ſebaduca ũgnificat teſtem, &c.Geneſ.329.c.3.k,Deuteronom.14.c.3.F Iudi. 220.c.1.A
Galaad mons eſt ad Orientem terrę promiſſionis ante Iordanem in ſorte duarum tribuum cum dimidia, nam media pars iſtius montis pertinet ad tribum Rũben , & tribum Gad.Et alia medietas ad dimidiam tribum Manaſſe, &c.Geneſ.329.c.4.G & 350.c.3.K
Galaad eſt mons duplex,Deut, 14.c.3.F
Galaad aliquando eſt nomen montis, & aliquando eſt nomen viri,& interpretatur cumulus terreſtris, vel aceruus teſtimonii 1.Parali. 81.c.2.C
Galaad mons protenditur ab Oriente in Occidente, & medietas , quæ eſt verſus Meridiem , data fuit tribui Rubenitarũ,& Gad, & alia medietas , quæ eſt verſus Aquilonem data eſt medię tribui Manaſſe 1.Parali. 82.c.3.F
Galaad nomen eſt cuiuſdam mõtis apud Iordanem ad partem eius Orientalem iuxta terram Moab, qui vocatus fuit ſic a Iacob,cum veniret de Meſopotamia,& interpretatur Cumulus teſtis,vel aceruus teſtimonii,Gen.31.Et ab illo monte vocatur terra Galaad terra illa,quæ adiacet in circuitu,&c. 2.Paralip. 235.c.4.F

Galathæ. Galathas populos in Grecia habitantes,quidam dicunt denominatos eſſe ſic,a Gomer filio primogenito Iaphet filii Noe. Alii dicunt Galatiam dictam a Gallis ſenonibus,a quibus primo fuit habitata,qui duce Breno in Græciam deſcenderunt,&c.Gen.51.c.1.B 1.Paralipome. 29.c.3.F
Galathæ ob ſui ignorantiam ſpreuerunt legem Chriſti, Matthęi tomo 6 276.c.1.A

Galaxia. Græcè Latinè dicit̃ circulus albus, vel lacteus,Parado. 124.c.4.K

Galbanum. Eſt ſuccus herbæ aromaticę, quę ferula dicitur, & eſt optimum, cum eſt cartilaginoſum,&c.Exodi tomo 2 102.c.1.D

Galilæa. Galileæ prouincię ſitus deſcribitur, Deute. 16.c.1.E
Galilęa eſt magna quædam prouincia, quæ partim pertinet ad Zabulõ,& partim ad Neptalim, Ioſue tomo 2 153.c.3.F
Galilęa diuiditur in ſuperiorem,& inferiorem, Matthęi tomo 6 285.c.3.F
Galilęa cur inchoauit Chriſtus ſuã prędicationẽ, Matthęi tomo 1 261.c.4.F
Duplex erat Galilęa, quędam Iudęorum, & altera gentium,vt dicit Hieronymus, ſup Matthæũ,&c. Matthęi tomo 1 268.c.4.K
Galilęa eſt occidentalis ad mare, quod dicitur Galilęæ,Matthęi tomo 3 163.c.3.F

Gallia. In Gallia prędicata eſt fides Chriſti per ſanctum Sauinianum,& ſocios eius,& in Hiſpania per Paulum,viuente Petro,vt dicit Nicolaus de Lyra, ſed oppoſitum tenet Auguſtinus, & Origenes,Matthęi tomo 6 280.c.2.D
Gallia ab Oriente, Germaniæ finibus applicatur,ab Occidente coniungitur Hiſpanię in montibus Pyrenęis, ab Auſtro habet Italiam, a Septentrione freto Hibernico terminatur,Gen. 5.c.1.D

Gallina. De cõparatione Chriſti ad Gallinã, Matthæi tomo 6 254.c.2.E

Gamaliel. fuit vir ſanctus, nã inuentio corporis eius celebratur ab eccleſia ſimul cum inuentione corporis beati Stephani 3. die auguſti, hic Gamaliel audiuit Apoſtolos in ſeditione concitata contra eos in Ieruſalem a ſacerdotibus,& Phariſæis,vt habet̃ Actu.5.Gen.9.c.1.D & 10.c.1.I
Gamalielis regula de diſcipulis Chriſti, quòd dimitterent eos Iudæi, nec perſequerentur illos, &c. Matthęi tomo 6 296.c.2.D

Ganges. De Gange fluuio, vide in dictione, Phiſon.

Garamantes. Populi Ethiopiæ, non vtuntur matrimonio, ſed quilibet quãlibet licite accipit,& ideo filii ſolas cognoſcunt matres,quia impoſſibile eſt cognoſcere patres in tanta comixtionis varietate, &c.Gen.7.c.3.C.1.Reg. 10.1.139.c.2.E,Mat.tomo 5 89.c.2.A
Garamantes antra excauant, in quibus morantur,& Solem ęſtu candentem quotidie maledicũt.Gen. 7.c.3.C
Garamantes opprobrio habentur ab omnibus, quia vxores communes habent, Geneſ.320.c.3.F.De Optim.Poli. 10.c.4.F

Gaudere. Vnus quiſque debet magis gaudere de bono ſuo,quàm de alieno, Matthæi tomo 7 232.c.1.C
Beati gaudent de bono beatorum dupliciter, Matthæi tomo 7 276.c.1.D

Gaudium. Gaudia vitæ ęternæ non ſant ſimilia gaudiis huius vitæ, quia illa ſunt animarum iſta hominis , Numeri tomo 2 5.c.4.F
Inter gaudium,& exultationem quid intetſit 1.Reg. tomo 1 47.c.2.D
Gaudium eſt de bono adepto, Matthæi tomo 4 233.c.1.A
Facientes aliquid ex gaudio,faciunt ſicut agentes ex habitu 1.Paral. 142.c.1.E
Ad gaudium nuptiarum requirũntur conuiuia propter duo,Matthæi tomo 6 3.c.4.K
Gaudium,& pęna pro bonis, & malis diſtribuitur, Matthæi tomo 7 119.c.2.A
Gaudium amor,&c.dupliciter accipiũntur, Matthęi tomo 7 153.c.1.E

Gaudium quandoque augetur in beatis sine meritis, Matthæi tomo 7 185.c.2.B
Quòd gaudium non causetur per accidens ex cognitione fiat dupliciter, Mat. tomo 7 206.c.2.C
Dupliciter potest esse materia gaudii, Matthæi tomo 7 222.c.2.E
Quædam parua gaudia habent dæmones ante diem iudicii doloribus admixta, Mat. to. 7. 276.c.4.k
Gaza. Ciuitas est Metropolitana in terra Philisthiorum 1. Reg. 6. Gen. 22.c.3.k
Gazophylatium. Dicitur arca, vel locus, in quo reponitur thesaurus, & huiusmodi sunt in Ecclesiis. Et aliquando Gazophylatium dicitur camera, vel palatium, in quo seruatur arca præfata. Et huiusmodi palatii, vel loci fecit mentionem Ezechiel. 3. & a cap. 40. vsque ad 47. Et Ioannis 8. cùm dicit: Hæc verba locutus est Iesus in Gazophylatio, Gen. 32.c.4.G
De Gazophilatiis, quæ erant in Sanctuario Iudæorũ, Num. tomo 2 101.c.4.I
Gazophylatium vnde dicatur, Iosue to. 1. 117.c.1.E
Arca gazophylatii facta est a ioas rege Iuda, & durauit semp vsquequo deletus est status Iudæorũ. &c. 4. Reg. 125.c.3.F
Gazophylatium erat ad partem dexteram altaris holocaustorum in atrio sacerdotum. Et sacerdotes deputati, ad custodiendum ostia templi, accipiebant pecuniam, de manu offerentium, & mittebant eam in gazophilatium, &c. 4. Reg. 126.c.1.A
In gazophylatio mittebatur omnis pecunia, quę veniebat in templum pro reparatione templi, præter pecuniam, quę offerebatur pro peccato, & pro delicto, quia istæ duæ proueniebant ad ius sacerdotum, &c. 4 Reg. 128.c.2.E
Ad gazophylatium accedebant laici, & ponebant ibi pecuniam, non per manus sacerdotum, Matthei tomo 6 199.c.1.E
Gedeon. Habuit 70. filios viros. Iudicum 8. & 9. Nu. tomo 1 4.c.4.F
Gedeõ fuit vocatus ab angelo virorum fortissimus, Iudi. 6. propter multa, Iudi. 55.c.2.A
Gedeon non peccauit offerens Angelo sacrificium, quia ipse non faciebat cęremonias sacrificii, sed duxit materiam ad hoc, quòd Angelus faceret sacrificium, &c. Iudi. 56.c.3.G
Gedeonis sacrificium reducebatur ad holocaustum, Iudi. 57.c.2.E
Gedeon non coxit carnes, & panes principaliter ad sacrificium, sed ad comedendum, &c. Iudic. tomo 1 57.c.3.G
Gedeon habuit tria nomina, scilicet, Gedeon, Ierobaal, & Ierobesech, Iudi. 61.c.4.H
In bello Gedeonis non cucurrerunt tot miranda, sicut in bello Iosaphat, de quo 2. Paralip. 20 Iudic. 71.c.4.F
Gedeon peccasset, si accepisset principatum regale, quem ei offerebat populus, Iudi. 8. Et hoc propter multa, Iudi. 78.c.1.B
Populus volens constituere Gedeonem in regem, si id faceret, Deo inconsulto, grauiter peccaret, Iudicum. 78.c.2.A
Gedeonis principatus, si fuisset rex super Israelitas, valde præiudicaret principatui Dei, Iudi. 78.c.3.k
Gedeon fecit Ephod, ex inauribus Madianitarum, ad consulendum Dominum, non quòd ipse vestitus Ephod Dominum consuleret, sed aliquis sacerdos, quem secum hebebat &c. Iudi. 80.c.1.C
Gehenna. De qua Ma. 5. non accipitur pro ęterna pœna, sed Metaphoricè, Matthæi tomo 2 125.c.3.k
Damnati semper manebunt in Gehenna, Matthæi tomo 7. 250.c.4.G, Vbi est perpetua pęna ignis, ibidem. 264.c.3.F
Existentes in gehenna, & in purgatorio, qualem habeant tristitiam, Mat. tomo 7 240.c.1.A
Gehenna nomen loci est, vbi comburebantur corpora mortuorum, & dicitur a gehennon, quæ erat vallis filiorum Ennon iuxta Ierusalem, vt ait Rabanus, & ob hoc vocatur gehenna ignis. Aliquando accipitur pro inferno, eo quòd ibi sit ignis ęternus, sic capitur Mat. 10. cum dicitur Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c. Et in sacra scriptura aliquando capitur Gehenna pro igne temporali, in quo reorum sententia traditur executioni, vt Mat. 5. cum dicitur reus est gehenna ignis. Et non põt intelligi de inferno, sed de pęna tẽporali, &c. Matthæi tomo 2 195.c.4.F
Gehenna Gręcè idẽ, quod terra profunda, quia Ge, terram significat, & Ennon profundum, Parado. 97.c.4.G
Gelu. de Celu, & quomodo generetur virtute aeris, Parado. 96.c.4.F
Gemæ. communius generantur in terra calida, quàm in frigida, vel temperata 2. Paralip. 123.c.4.K
Gemini. In sacris literis non est genitiuus huius nominis Geminus, sed est nomen Hebræum proprium sic terminatum, & sic intelligẽdum est de multis nominibus Hebræis 1. Paralip. 91.c.1.E
Gemini in multis locis sacræ scripturæ est nomẽ proprium Beniamin, & aliquando in isto nomine Beniamin tollitur ben, quod significat filium, & vocatur lamin, siue iemini, quod interpretatur dextera eius, & quia hoc competit ipsi Beniamin, ideo vocatur Gemini; sed quia ideoma latinum non suffert talem prolationem. Posuit Hierony. Gemini pro Iemini, & ideo aberrant qui putant Gemini esse genitiuum huius nominis Geminus 1. Paralip. 313.c.4.G
Genealogia. Bonorum, qui describuntur in Genesi ab Adam per Noe, & Abraham, vtilis est primo ad sciendum lineam Messiæ. Secundo ad persuadẽdum creationem, & mundum inchoasse, &c. Gen. 25.c.2.A
In genealogia Christi non semper a Matthęo describuntur primogeniti, & ratio est, quia ad Saluatoris lineam nullo modo pertinebant, similiter fit in genealogia Noe, Gen. 32.c.4.I
Genealogia Christi, quam describit Lucas designatur per schalam Iacob, Gen. 311.c.1.A
Genealogia, de qua Exo. 6. scribitur propter Amram patrem Moysi, Exo. tomo 1 38.c.3.k
Genealogiæ certitudinem voluit Deus seruari in testamento veteri, & non in nouo propter Messiam ad cognoscendam veritatem Prophetiarum, Nume. tomo 2 86.c.4.H
Genealogiam Christi nemo Euangelistarum deducere posset per lineam Virginis, & dato, quòd haberent talis lineæ generationem, & illam describerent, Iudæi tamen nequaquam cognoscerent talem deductionem stirpis, quia per fœminas nihil computabant, sed per viros, Nu. to. 2. 87.c.2.C
Quòd genealogiam Christi Matthęus descendendo, & Lucas ascendendo explicuerint duę assignãtur causæ, Matthæi tomo 1 67.c.1.C
In genealogia Christi, fit mentio de mulieribus peccatricibus, & non de iustis, vt significetur misericordia Dei, quia de talibus nasci dignatus est, Matthæi tomo 1 67.c.4.H

In principio genealogiæ Chriſti, quare Matthæus poſuerit Abraham, & Dauid, Matthæi tomo 1 72.c.1.D
In genealogia Chriſti nullus iudicum Iſrael intrauit, Matthæi tomo 1 72.c.2.A
In genealogia Chriſti, quare prius ponatur Dauid quàm Abraham, Matthæi tomo 1 72.c.3.K
Genealogiam Chriſti, Lucas reduxit vſque in Adam ex duplici cauſa, Matthæi tomo 1 72.c.2.A
Genealogia Chriſti, ſufficiẽter inchoaretur a Dauid, ſi Matthæo placeret, ſed ex duplici cauſa inchoauit illã Matthæus ab Abrahã, Mat.to.1. 73.c.2.C
In genealogia Chriſti, quare fiat mentio de Zaram, cum Phares, Matthęi tomo 1 74.c.1.B
A genealogia Chriſti tolluntur tres reges, ſcilicet, Ochozias, ſiue Azarias, Ioas, & Amaſias, & huius aſſignatur cauſa, Matth.to.1.74.c.2.B, & 78.c.4.G 1.Paralipo. 44.c.1.E
Quare in genealogia Chriſti ponatur Ruth tres aſſignantur cauſæ, Matthæi tomo 1 75.c.2.A
In genealogia Chriſti quare dicatur, Ieſſe genuit Dauid regem, & non ſic dicatur de cęteris, qui fuerũt reges, referuntur opiniones, & improbantur, Matthæi tomo 1.77.c.1.A, Et tandem aſſignatur ratio ab autore, ſcilicet, hoc ideo eſſe, quia ante Dauid in hac progenie Chriſti nullus fuit rex, ibidem 77.c.2.D
In genealogia Chriſti nominata eſt vxor Vriæ propter multa, Matthęi tomo 1 78.c.3.F
In genealogia Chriſti, quare dicatur, quòd Ioſias genuerit Iechoniam, & fratres eius, Mat.to.1.79.c.3.k Et quomodo fuerint quatuor, & de ordine trium illorum, ibidem. 79.c.4.I & c.
In genealogia Chriſti multi errauerunt circa Iechoniam patrem Salathiel, quorum vnus fuit Auguſtinus lib.1.de Concordia Euangeliſtarum, credẽs illum fuiſſe filium Ioſiæ, cum tamen fuerit nepos, Matthæi tomo 1 82.c.1.A
De illis, qui ponuntur a Matthęo in genealogia Chriſti a Salathiel vſque ad finem excluſiuè, non conſtat ex aliquo loco veteris teſtamenti, &c. Matthęi tomo 1.82.c.3.K. Dicendum tamen, quòd hoc habuit Matthæus ex aliquo loco authentico manifeſto Iudęis, quem negare non poſſent. Nam inter Iudæos erant libri, in quibus ſcribebantur ſingulæ progenies, &c. ibid. 83.c.2.A
In genealogia Chriſti Matthæus, & Lucas diuerſi ſunt in ſeptẽ, primo in pſonis, ſecũdo in progreſſu ſcribendi 3. in modo 4. in tẽpore 5. in ſitu 6. in ſtatu 7. in numero, Mat.to.1. 83.c.4.K, & 84.c.3.I
In genealogia Chriſti ponendæ ſunt ſecundum Matthæum 42. generationes, & non 40. vt dicit Auguſti. cuius numeri quadragenarii aſſignat Auguſtinus cauſam myſticam, ſimiliter aſſignatur ab aliis myſtica cauſa, numeri 42. Sed non ſunt iſtę cauſæ motiuę, quare Matthę⁹ poſuerit quadraginta duas generationes, & Lucas ſeptuaginta ſeptem, ſed aliæ, quæ referuntur, Mat.to.1. 84.c.4.K
Matthęus deſcribens genealogiam Chriſti quare poſuerit genealogiam Ioſeph, refertur opinio quorũdam, & improbatur, Matthæi tom.1.85.c.1.E, Sed cauſa eſt, quia dicendo, quòd Ioſeph erat vir Mariæ conſtat, quòd Maria eſſet de ſemine Dauid, & conſequentur Chriſtus, ibidem. 85.c.2.E
In genealogiis, quæ ponuntur 1.Paralipome. aliquis ponitur, cuius pater non refertur, expreſſe, dicendo ſic, talis genitus a tali, vel talis genuit talem, intelligendum eſt, quòd fuerit filius immediatè præcedentis. Et hæc regula patitur exceptionẽ, 1.Paralipo. 78.c.4.G
Genealogiam Chriſti, Matthæus deſcripſit ad probandum Iudæis Chriſtum eſſe de genere Dauid, vt promiſſum erat, Matthęi tomo 1 105.c.3.F
De genealogia Chriſti, vide multa alia in dictione Chriſtus.
Gener. Quare non cogatur computare fructus pignoris in ſortem dotis numerandæ, Matthæi tomo 7 54.c.2,E
Generare. Gignere. Generantibus in parua ætate coire valde nocet, nõ ſolum futurę proli, ſed etiã genitori &c. propter multa, Geneſ.321.c.3.F, De Opti.Poli. 5.c.1.A
In veteri teſtamento non imponebatur hominibus lex ad hoc, quòd gignerent, Matthæi tomo 6 59.c.3.F
Ad generandum conducit loci frigiditas dum tamẽ nimia non ſit, Exo.tomo 1.269.c.1.A, & Geneſ. 321.c.4.G, & c.3.K
Tempus generandi in viris, tempore Ariſtotelis, extendebatur vſque ad 70. annos, & in fœminis vſque ad quinquaginta, De Optima Poli.5.c.2.B & Gen. 321.c.2.E
Viri deberent incipere generare, ſecundum Ariſto. cum ſint triginta ſex, vel triginta ſeptẽ annorum, paulo ante, vel poſt, & fœminæ, cum ſint decem, & octo, vel viginti annorum, &c. De Optim. Poli. 5.c.3.H, & Gen.321.c.3.H. Et viri deberent vacare generationi ex tunc vſque ad annum quinquageſimum, vel quinquageſimum quartum, & non vltra, quia ſenes, & iuuenes gignunt filios imperfectos corpore, & intellectu. Sed iura humana, & maximæ eccleſiaſtica, non curant hoc tempus ſeruare ad matrimonia, ſed matrimonia concedunt viris decimoquarto anno, & fœminis duodecimo, ibidem.
Qui volunt gignere prolem perfectam corpore, & intellectu, non debẽt ocioſam vitam gerere, ſed mediocres habere labores, & non fortes 7.Poli.c.15. De Opti.Pol. 6.c.1.A
Viri amatores ſunt indiſpoſiti ad generandum, illi.ſ, qui magno tempore amant, nec tamen deſiderio ſuo ſunt potiti, De Opti.Poli. 6.c.2.A
Si a generantibus perfectio prolis requiratur, neceſſe eſt, vt de loco, & poſitione nimium laboretur, & hęc eſt concluſio.4.auctoris, in lib.De Opti.Polit. 6.c.2.E, & Gen. 321.c.4.F
Quòd ex iuuencula poſſit ſenex gignere, & non ex veterana, põt eſſe multiplex cauſa, Ruth.286.c.4.F Matthęi tomo 1 76.c.1.E
Gigni filium, vel filiam prouenit ex multis cauſis, & vna de potiſſimis eſt diſpoſitio feminis, 4.Regum. 37.c.1.E
Ad gignendum poteſt Deus multis modis cooperari alicui, &c. 1.Paralip. 299.c.4.G
Nihil generabitur poſt iudicium vniuerſale, Matthęi tomo 7 177.c.3.F, & 139.c.1.E
Ad hoc, ꝙ aliquis dicat ſupernaturaliter gigni, poteſt Deus tripliciter operari, Iudi. 130.c.4.G
Viri luxurioſi, vt in plurimum, paucum generant, Matthęi tomo 5 86.c.1.B
Eſſentiam diuinã generari multa includit abſurda, & ideo negandum eſt, Parado. 62.c.3.k
Generabile. Indiuidua generabilia, & corruptibilia dupliciter conſeruantur, Matthęi tomo 7 229.c.3.K
Generatio. In generationibus naturalibus illud, quod immediatum eſt genito, determinat ſibi genitum quãtùm ad ſpeciem, & dũ aliqua cauſa eſt magis vniuerſalis, & remota

ta magis æquiuocè determinat genitum, vel assimilat.Gen. 311.c.4.F
Natura non solum intendit generationem,sed etiam prolis educationem,Mat.tomo 5 81.c.4.H
Generatio animalium cessat cessante Deo influere, Matthęi tomo 7 144.c.2.C
In generatione id quod ministrat fęmina se habet ad id,quod ministrat vir, sicut corpus ad animam,i. ad formam,&c.Matthæi tomo 6 152.c.1.A
Generatio dicit consubstantialitatem, Matthæi tomo 6 158.c.2.B
Generatio quomodo accipiatur in scriptura, Matthæi tomo 6 249.c.4.I
Vnius generationis duratio est,quandiu viuunt omnes,qui sunt in tempore, in quo generationem illam assignamus,sicut omnes homines paruuli,& magni,qui nunc sunt, faciunt vnam generationẽ, & vsque quo nemo maneat de eis,q hodie viuũt, durat generatio ista,Matthę tomo 6 309.c.4. k
Generatio non est nisi ad conseruationem eorum, quæ in seipsis manere non possunt, vt maneant in suo simili,Matthæi tomo 7 132.c.4.K
Quare post iudicium vniuersale manebit lux,& non manebit generatio,Mat.tomo 7 139.c.2.B
Diuersitas generationis fit in diuersis locis ex diuersis gradibus caloris,Mat.tomo 7 139.c.3.G
Generationem qualis loci dispositio adiuuet,ac situs habitationis, Genes.321.c.4.F,& Exodi tomo 1 45.c.4.H
Generatio quo tempore fieri, & qua ętate debeat, Exo.tomo 1.175.c.2.C,& De Opti.Polit.5.c.2.I & Gen. 321.c.4.G
Eadem est origo generationis rei naturalis,& generationis scientię,Mat.tomo 7 191.c.1.C
In generationibus vniuocis quare causa vltima assimilet passum, vel effectum secundum speciem, Gen. 362.c.2.D
Generatio,in illo tempore fieri debet, quando filii ad ętatẽ robustam prius possint peruenire, quàm parentes viribus deficiant,Gen. 321.c.2.E
Generatio, quæ solum in senectute sit mala est,& similiter illa, quæ fit in tenera ætate, scilicet, decem, & octo annorum,vel viginti, propter duo, Gen. 321.c.3.F
Aetas conueniens fœminis ad generationem est decem, & octo,vel viginti annorum, & viris est triginta septem annorum, vel modicum infra, siue supra, vt dicit Philosophus 7.Politi. Genes. 321.c.3.H
Si non esset futura generatio, non esset sexuum distinctio in animalibus perfectis,Gen. 238.c.1.C
Generatio proprie est mutatio naturalis ad substantiam respectu formæ, ad quam materia naturalis dispositа est in potentia naturali ad tales formas, Gen. 11.c.3.I
Generatio conueniens, secundum determinationem Philosophorum,& Poetarum, est vsque ad quinquaginta annos, vel quinquaginta quatuor, Gen. 321.c.3.k
Quo tempore,quo vento quibusue locis fiant generationes,Gen. 321.c.4.F
Omnis generatio rei animatæ a caloræ est, Exo.tomo 1 268.c.3.F
Nulla est generatio sub polis, Exodi tomo 1 269.c.3.H
Omnis generatio pręsupponit alterationes, Exo.tomo 1 290.c.1.E
Post diem iudicii non erunt generationes,neque corruptiones,Exo.tomo 1 290.c.1.D
Generatio præsupponit contrarietatem, & vnum contrarium agere in aliud, Exodi tomo 1 290.c.1.E
Vna generatio computatur a tempore, quo homo nascitur, donec habuerit filium, vel filiam,& propagetur linea generationis,& hoc communiter fit in anno vigesimo,vel vigesimo quinto, Exo.tomo 2 170.c.2.B
Omnes generationes ab Adam vsque ad Iacob continuas continet, liber Genes. & in libro, Paralipome. continentur omnes generationes vsque.ad captiuitatem Babylonis, vt sic videatur creatio mundi,Deutero. 168.c.3.F
Per vnam generationem intelligimus tempus, quod intercidit inter illud tempus, quo aliquis genuit filium, & tempus quo moritur, & sic computantur generationes, Genes. 5.1.Paralipome. 183.c.3.F
In sacris literis multipliciter accipitur generatio aliquando pro fructu, aliquando pro gestis hominum, aliquando pro ipsa progenie,vel pro eo,de quo res exit de non esse ad esse, Matthæi tomo 1 71.c.2.C
Generatio fit per coitum, & species secundùm successionem indiuiduorum conseruatur, Matthęi tomo 5 89.c.2.C
Generatio hominis dicitur naturalis, quatenus natura potest producere vltimam dispositionem in corpore,quæ est necessitans ad formam, Matthæi tomo 6 96.c.2.D
Vna generatio est tempus, quo vnus homo viuere potest, & omnes concurrentes tempore illo faciunt vnam generationem, & iste modus est vsitatus in sacris literis, Matthæi tomo 6.249. c.4.I
Generatio secundum nominis significationem dicit recipere esse, & isto modo conuenit Deo,sicut & creaturis,capiendo Deum notionaliter pro aliqua personarum diuinarum,Para. 62.c.4.F
In generatione,quæ reperitur in diuinis,non sunt cõditiones generationis creaturarum, quæ sunt habere esse post non esse, & genitum esse post generantem, & substantiam geniti esse aliam numero a substantia generantis, & genitum, & generantem esse duo indiuidua essentialiter distincta,& genitum esse corruptibile necessario. Similiter, quòd,& si generatio in creaturis fiat in instanti,illa tamen requirit dispositiones pręuias, & altera, tiones, &c.Parado.62.c.4.K,Et est alia conditio. scilicet,quòd ibi sit dans esse,& alterutrum esse suscipiens,scilicet,forma & materia,ibid.
Generationem æternam nullius intellectus creatus comprehendere potest,etiam per reuelationem, Matthęi tomo 4 223.c.3.G
Essentiale, quod generatio secundum se importat, est vt per illam aliquid suscipiat esse simpliciter,& hoc reperitin diuinis,& perfectius quàm in creaturis,&c.Parado. 63.c.2.E
Generatio plerumque capitur pro operatione,& aliquando pro progenie,in sacris literis,De Bea.Trinita. 6.c.2.E
Generatio in diuinis, quo differat a generatione,quæ est in humanis,Parado. 62.c.4 k
Generationem eius quis enarrabit? Quę est auctoritas Isa.quomodo intelligat? De Bea.Trinita. 6.c.3.G
Generatiua virtus. Inter generatiuam potentiam,& vim concupiscibilem, quid intersit, Genes.190.c.3.H & 194.c.3.G
Generatiuæ virtutis tota operatio est circa semẽ, sed generatio

generatio seminis fit per virtutem nutritiuam, & non per generatiuam,Gen. 194.c.3.K
Generatiua virtus seu potentia non solum est in mẽbris genitalibus, sed in singulis membris Exodi tomo 1 82.c.1.A
Generatiuam virtutem non habet mulier, nisi super sanguinem menstruum,Leui. 114.c.3.H
De generatiua virtute, & quomodo differat a nutritiua,Leuitico.114.c.4.F,& Gen. 194.c.3.H
Ad virtutem generatiuam,emittitur aliquid residuũ a virtute nutritiua,Leui. 116.c.2.A
Illa pars,quæ transit ad vasa potentiæ,generatiuę parua est,& tarde fit digestio,Leui. 116.c.2.E

Genitus. Geniti per dęmonem incubum,& succubum,quare fortiores sint viribus,& statura proceriores,Exo.to.1. 45.c.4.G

Genimen. Genimina viperarum idem est, quòd filii viperarum, Matthæi tomo 6 242.c.2.E

Genitale. Genitalia membra quare dicantur turpia,& verecunda,vel verenda,cum secundum se non sint turpia,Exo.tomo 1 202.c.1.C,& Genes. 193.c.1.E
Genitalia membra cur sic appellãtur,Gen. 195.c.1.D
Genitalia membra mandauit Deus celare sacerdotibus propter duo. Primò propter humanam verecundiam,& honestatem.Secundo,vt non assimilarentur sacerdotibus Priapi, &c.Exodi tomo 1 202.c.3.F
Genitale membrum quare dicatur caro turpitudinis,Exodi tomo 2 64.c.1.C
Genitalia membra tantum Gymnosoph istę tegunt, vagantes per opacas Indię,& Aethiopię solitudines,Genesis, 7.c.2.A
Genitalia membra primorum parentum exarserunt secundum concupiscẽtiã venereã in die,qua creati sunt,& peccauerunt,Gen.16.c.2.A,& 190.c.3.G
In genitalibus membris turpitudo quædam est ratione motus eorum contra rationem, quia in eis manifestatur concupiscentia carnis, & ardor venereus,qui non subduntur rationi,quia insurgunt, non iubente ratione, immò contra imperium eius,&c.Genes. 187.c.3.H
Quare in membris genitalibus apparuerit magis nuditas primis parentibus, quàm in aliis membris, Genesis, 189.c.4.I
In solis genitalibus membris est turpitudo, & non in aliis membris,&c.Genes. 190.c.1.C
Genitalia membra ideo turpia redduntur, & nõ alia, quia mouentur a concupiscentia, non imperante ratione,& etiam si ratio cessare iubeat,nõ cessant, & ille motus est pruritus quidam in eis factus,quo in venerea inclinamur, & non solum titillamur, sed fit quidam motus dilatationis, & hoc facit concupiscentia, quæ est in eis. Et quia iste motus incipit in eis non iubente ratione, & non cessat, quando ratio suadet, est motus malum inordinatus, & ideo ista membra dicuntur turpia,in quantum non obediunt rationi,Genesis, 193.c.1.A
De genitalibus erubescimus, non quasi malum per ea perpetretur, sed quia inordinatum est quidquid per ea agitur, scilicet, non obediendo rationi, sic dicit Augustin.lib.14.de.ciui.capi.19. Gen. 193.c.2.D
Quod genitalia membra moueantur inordinatè cõtra rationem potius quàm cęteræ partes corporis, per quas excercentur actus aliarum passionum, non est ideo, vt quidam dicunt, quia concupiscibilis moueat membra inordinatè, & non irascibilis &c.nec propterea, quòd concupiscibilis habeat organa determinata, scilicet, genitalia membra, Genes.193.c.2.D; Sed dicendum est, quòd de his solis erubescimus, quia hæc sola mouentur a concupiscentia,quæ in eis dominatur,vt sine illa moueri non possint. Sed quare ista sola moueantur a concupiscentia,cum illa etiam operetur per alia membra,vel organa, dicendum, vt putatur,quòd causa est vehementia, sed non est totalis causa, sed ex natura speciei passionis prouenit magis quam ex vehementia, & hoc fuit ex Dei prouidentia, quæ voluit dare magnam inclinationem ad cõmixtionem, & ad hoc fuerunt duo mouentia,vnum est voluptas in ipsa commixtione, aliud est desiderium impellens ad ipsam commixtionem, & hoc secundum est efficacius motiuum,Gen. 193.c.3.F
Quòd genitalia moueantur a concupiscentia venereorum, fit propter conditionem organi, Genesis, 194.c.1.A
Genitalia magis seruiunt concupiscibili, quàm potentiæ generatiuæ,quia immediatius. Quia tamen ista concupiscibilis,propter generatiuam est,ideo etiam seruiunt generatiuæ,& ob hoc dicuntur genitalia, quia vltimo ordinantur ad generationem, licet immediatè seruiant concupiscentiæ, &c. Genesis, 195.c.1.G
Quod in genitalibus post peccatum fuisset turpitudo in primis parentibus, & non prius,aliter a Deo venit,& aliter a natura,Nam,quòd illę partes moueantur contra rationem, ipsa non iubente, immo & resistente,& prius non,hoc fuit a Deo, quia priuauit hominem dono dato,fuit etiam a naturà prout in illis erat principium ad faciendum hoc, Genes. 195.c.1.E
In membris genitalibus ordinatio ante peccatum, scilicet, quòd non mouerentur, nisi secundum imperium rationis,non esset naturalis, Genesis. 195.c.2.C
Quòd in primis parentibus fuit erubescentia de turpitudine in genitalibus, fuit naturaliter, sed supranaturaliter fuit illa turpitudo, quę prius non erat contra imperium rationis,Gen. 195.c.1.E
Genitalium membrorũ inordinatio contra rationẽ, potest dici,quod naturaliter sub intrauit, quia irascibilis,& cõcupiscibilis ex cõditione sua habẽt, ꝙ nõ sequantur rationẽ,sed ꝑ se moueantur,& iõ naturaliter fit hoc,& non diuinitus,&c.Gen. 195.c.3.k

Genesareth. Nomen regionis Galilęæ, quæ est in circuitu maris Galilęæ,& ab illo mari nominatur, nam illud mare nominatur,mare Genesareth.Luc.5.Matthæi tomo 4 105.c.1.A

Genesis. Græce, Latine interpretatur natura,& liber Genesis dicitur sic, qnia de rerum creatarum speciebus agitur in suo exordio,quem librum Hebræi vocant bresith,Genesis, 18.c.2.C.& 1.c.2.A, Et bresith interpretatur,in principio,quia liber sic incipit,Exo.to.1. 1.c.1.A
Genesis liber, qui agit de rerũ prima via ad essendũ, sicut generatio rei est via ad esse rei, inter sacras scripturas caput est,Gen. 1.c.2.A
Principiũ libri Genesis,& principiũ, & finẽ Ezechielis,& Cantica canticorum iudęi non permittebãt quẽ quã quantũcunque doctum legere,nisi attigisset trigesimum annum, &c.Gen. 27.c.3.F
In libro Genesis legislator congregat rationalem creaturam legis susceptiuam, vt in sequentibus libris tradat legem directiuam, &c. Genesis, 1.c.3.k

Liber

Index in omnia Opera

Liber Geneſis dicitur liber legis cum aliis quatuor ſequentibus,Gen. 233.c.1.C

In Geneſi ideo dicta ſunt multa per anticipationē, & recapitulationem,quia res non ſcribebantur,quādo fiebant, ſed multo tempore poſt, Numeri tomo 2 167.c.2.B

Totus liber Geneſis texit hiſtoriam,Ioſue tom. 16.

Geneſis apud Hebrēos dicitur Breſith,vel melius Bereſith. Et eſt ablatiuus cum præpoſitione,nam Be, apud Hebræos, ſignificat, in,&,Reſith, ſignificat principium 1.Reg.tomo 1 10.c.3.F

Gens. Vnde ſic dicatur,& quid ſignificet,Matthęi tomo 5 200.c.1.B

Inter gentem,& regnum quid interſit, Matthæi tomo 6 270.c.1.A

Inter gentem, & populum quid interſit, Geneſis, 399.c.3.H

Cuicumque genti licet facere,ſicut opinatur, quando nihil eſt,per quod conuincatur male opinari, Matthęi tomo 5 94.c.4.G

Gentes.Gentiles. Multi Gentiles,videntes idola eſſe mutilia,vnum Deum cęli crediderunt,& in hac fide ſaluabantur,quia ſecundum Apoſtolum ad Hebræ. 11.ſufficit credere,quia Deus eſt, & quòd remunerator eſt,& ſic dicimus multos de gentibus ante Chriſti aduentum ſaluos fuiſſe,quia non obligabantur ad cęremonialia legis Iudaicę,niſi illi tātum, qui deſcendebant de ſtirpe Iacob,Geneſis, 36.c.2.B,Exo.tomo 1 7.c.1.A

Gentiles bene viuentes,non peccantes contra ius naturale,ſcilicet, contra decem præcepta decalogi, & non colentes idola principaliter, & credentes vnum Deum verum eſſe bonorum omnium retributorem,etiam ſi neſcirent Trinitatem perſonarum,& alia,ſaluabantur, & iſti exeuntes de corporibus, ſi nullum peccatum puniendum haberent, in ſinu Abrahæ recipiebantur,vbi nullus dolor, vel triſtitia afflictiua erat. Et ſi iſti Gentiles coluiſſent idola, & exercuiſſent ſcelus, ſi tamen ante mortem pœniteret eos talia contra Deum commiſiſſe, exeuntes de corporibus ad locum purgatorium deducebantur, vt inexpletam ſatisfactionem ſcelerum abundanter ſuſtinendo complerent, & ſecundum iſtum modum, ſatis probabile eſt,quòd multi de Gentilibus tempore legis moſaycę,& ante illam,ſalui facti ſint, quia contritio tunc non fuit minoris potentiæ quàm nunc eſt,Geneſis, 260.c.1.A

Gentiles,qui erant tempore legis moſaycę, ſicut per opera contritionis, & quaſdam cęremonias volūtarias, expreſſiuas cultus diuini, abſoluebantur a peccatis actualibus, & merebantur vitam æternam,ita erat de peccato originali,ſ.q; per idē tollebatur actuale,& originale &c.Gen. 260.c.1.B

Gentiles hónorabant Deos ſuos in vaſis muſicis, Exo.tomo 1 85.c.2.C

Gentiles colentes Deum camporum, vt daret illis multos fructus,ſacrificabant ei.hędum coctum in lacte matris ſuę, & hoc ſe vidiſſe teſtatur Rabbi Moyſes,Exo.tomo 1 266.c.3.G

Apud Gentiles multi erāt dii, & in multiplici differētia,inter quos multi erant ſelecti, & maximi,alii erant ſemidei,&c,Exo.tomo 1 266.c.3.G

Nullus ex Gentilibus,qui tempore legis Moſaycę factus eſt ſaluus in Gentilitate,cognouit Deum Hebrēorum eſſe verum Deum,ſed putabat eū eſſe,ſicut vnum de diis aliarum gentium;nam alias ſuſcepiſſet illam legem,Exo.tomo 2 101.c.3.H

Gentiles cognoſcentes Deum Hebræorum eſſe verum Deum, & agentes contra legem datam Hebrēis, non peccabant; quia ad illam legem ſolum obligabantur Hebræi, Exodi tomo 2 101.c.4.G

Gentiles non ponebant Deos ſuos ſuper altare, &c. Exo.tomo 2 119.c.1.D

Gentiles diis ſuis turpiſſimis turpia ſacra offerebant, vt Priapo aſinum,Phębo equum,Dianę viſcera canis,Exodi tomo 2 119.c.4.k

Gentiles,& ſi in multis vitiis eſſent deordinati, maxime tamen in actu carnis,Leui. 178.c.1.E

Gentes non tenebantur credere, quæ Iudæi credebant; nam multos Philoſophos dicimus fuiſſe ſaluos, quia non colebant idola, & credebant vnicum Deum eſſe punitorem, & remuneratorem, & cum hoc cauendo a peccatis mortalibus, quæ ratio naturalis dictat eſſe peccata, &c. Ruth. 247.c.1.D

Gentilium mos,ne phantaſticis ſomniorum illuſionibus vexerentur,Gen. 296.c.4.G

Gentilium mala erant duplicia, quædam circa Deum errando in cognitione eius, & in cultu ei dando, alia erant mala contra proximos, vel rationem ipſam,prima nullatenus conceſſit Deus, ſecunda vero aliqualiter permiſit,Matthęi tom.6. 46.c.3.I

A Gentilibus bene poterant ſacerdotes veteris legis accipere pecunias ad neceſſaria Sanctuarii, ſimiliter, & animalia,& alias res, vt ſcilicet, venderentur, & pretium earum applicaretur Sanctuario, non tamen, vt offerrentur Domino in Sanctuario ad ſacrificium,nec pro ſacerdotibus,Leuitico.251.c.2.C, Et ratio quare talia, quæ a gentibus offerebantur, non reciperentur, erat quia deficiebat in eis proteſtatio futuri Meſſiæ, & propter multa alia,Leui. 251.c.4.K,& 253.c.3.H

Gentem vnam aduerſus aliam quandoque Deus incitat,4.Regum, 135.c.2.C

Gentibus ſufficiebat ad ſalutem,credere quod Deus eſt,& quòd remunerator eſt, vt patet ad Hebrēos 11. Et iſta faciliter ſciri poſſunt, quia naturaliter cognoſcuntur,ad Rom.1.inuiſibilia enim ipſius, Nume.tomo 2 182.c.2.A

Gentes conuerſæ ad iudaiſmum communes erant cum Iudæis in his, quæ erant obligationis, non tamen in priuilegiis,Numeri tomo 2 178.c.4.E

Omnes gentes obligatæ erant ad colendum Deum, etiam nulla lege impoſita, Deuteronomio. 141.c.4.G

Circa Gentiles poterant ſe habere Iudæi dupliciter, Ioſue tomo 2 167.c.3.F

Gentium opinio vulgaris erat, quòd ipſa idola lapidea, vel lignea eſſent dii, præter aliquam aliam virtutem, ſed alii non credebant hoc, ſed quòd virtutes quædam ſpirituales latérent in eis, & has credebant eſſe Deos. Et iſta erat opinio ſapientum inter gentes,1.Reg.tomo 1 56.c.1.B

Gentiles opinabantur Deos eorum inuicem pugnare.1.Reg.tomo 1 56.c.3.F

Gentiles quamuis non obligarentur colere omnes Deos, ſed ſolum Deos gentis ſuæ, vel eos, quos vellent, tamen obligabantur nemini deorum inferre iniuriam, &c.1.Regum tomo 1 69.c.1.A

Gentibus,& Iudæis multę cęremoniæ,& leges communes erant,&c.1.Reg.tomo 1 130.c.3.G

Gentiles non peccabant repudiando vxores, aut habendo plures 1.Reg.tomo 1 143.c.3.H

Gentiles qui idola colebant, non veniebant in templum Iudæorum ad orandum, ſed quando aliqui veniebant

veniebant ad orandum, & consequebantur a Deo aliqua beneficia, nõ conuertebantur postea ad idola, vt patet de Naaman Syro. 4. Reg. 5. super 3. Reg. 79.c.1.A

Ex gentibus non Chananæis, licebat Iudæis capere vxores, dum tamen conuerterent eas prius ad Iudaismum, &c. 3. Reg. 94 c.2.E

Gentiles diuiserunt deos suos in tres partes, nã quosdam vocauerunt selectos, quosdam semideos, alios verò rustica numina. 3. Reg. 186.c.2.A

Gentiles ponentes multos deos, cuilibet eorũ tribuebant potestatẽ super vnam rem: & in illa erat excellentior aliis. 4. Reg. 4.c.2.B

Gentiles faciebant altaria in collibus. 4. Reg. fo. 165. col. 2. B

Gentes, quæ non conuertebantur ad Iudaismum: honorabant Deum Israel dupliciter: nam quidam veniebant ad Ierusalem in tẽplum, & adorabant &c. Alij non ibant sed ornabant templum muneribus, vt patet de Artaxerxe &c. Mat. to. 6. 193.c.2.E

Seruitutem, quæ dicitur latria, tenentur omnes gentes exhibere Deo, quia omnes sunt possessio Dei. Mat. to 6. 206.c.2.E

Gentiles poterant sacrificare Deo, vbicunque essent, & qualitercunque vellent ipsi & de quibuscunque animalibus, dum tamen essent munda, & sub quibuscunque cæremonijs. 1. Paralip. fo. 186. col. 3. K. Non tamen permittebãtur offerre sacrificia in sanctuario, ibid. 187.c.1.A

Quando in Paralip. aliqua gens denominatur a patre, & a filiis denominantur aliæ, oportet, q̃ ille pater habuerit plures filios, quam explicentur, ita q̃ ille non nominatus continuauerit successionem illius gentis, quæ a patre suo nominata est. 1 Paral. f. 30. col. 3. F

Gentes quid de Deo cognoscere poterant cognitione naturali. 2. Paral. 33.c.4.k

Alaliqui reges eorum honorabant Deum Israel, & iqui Gentiles timebant valde Deum Israel, & ideo templum eius &c. Et ob hoc multi de gentibus veniebãt ad templum Domini, vt orarent. 2. Paral. 91.c.3.B

Salomon non peccauit orando Deum, vt gentes, quę orarent in templo, quod fecit Domino, exaudirentur ab eo, 2. Paralip. fo. 91. c.4.k. Et Deus exaudiebat orationes eorum, sed nunc non exaudiuntur orationes Iudæorum, & Saracenorum, quia necesse est eos nunc esse in peccato mortali, cũ lex euangelica, obliget omnem hominem ad sui obseruantiam. Mat. vlt. & Marci vlti. 2. Paralip. 92.c.1.C

Et cum gentilibus, qui veniebant ad orandum in templum Salomonis, poterant Iudæi communicare in verbo, & non peccabãt, sed potius merebantur eos dulciter tractando, vt scilicet ad Deum verum conuerterentur. Similiter & in cibo poterant communicare, dũmodo gentiles non comederent aliquod immũdum, quod Iudæis non liceret comedere ex lege, vt patet Leui. fo. 11. & Deu. 14. Generaliter tamen Iudæi non manducabant cum Gentilibus. Secundum, in quo cum eis non communicabant, erat, q̃ non solum non permittebantur intrare in templum interius, sed etiam nec in atrio templi, in quod intrabant Israelitæ laici, vt orarent, sed orabant tantum in atrio immundorũ, quod erat quartum atrium in ordine atriorum. Tertium in quo non communicabant Iudæi cum Gentibus veniẽtibus orare in templum, erat in oblationibus &c. Leuit. 22. Poterant tamen dare sacerdotibus pecuniam, ex qua emerent animalia, & omnia necessaria ad sacrificia. 2. Paralip. 92.c.3.F

De opinione, quam gentiles haberent dè diis suis circa victoriam. 2. Paral. 192.c.2.A

Gentiles dicebantur Gẽtes respectu Iudæorum. Mat. to. 1. 26.c.4.H

Gentiles dicuntur, quia tales sunt, quales geniti sunt, hoc est sub peccato manent, sicut sub peccato geniti sunt. Vel quia nihil habent, nisi quòd sunt gentes, idest homines. Nam Iudæi tempore suo, & Christiani legem habent à Deo, secundum quam colunt Deum. Mat. to. 2. 248.c.3.k

Gentiles putabant orationes suas deos non intelligere, nisi verbis vterentur, & quòd multis verbis & orationibus persuaderentur dij eorum. Matt. to. 3. 66.c.1.A

Gentiles errabant dupliciter in orationibus suis. Primò, quia petebant res inhonestas, & inanes &c. Secundò, quia erant multiloqui, cum orabant. Matt. to. 3. 68.c.3.G

Aliqui Gentiles, qui de Deo bene sentiebant, credentes, quia est, & quia remunerator est, ad Hebræ. 11. vtebantur ieiunio ad satisfaciendum Deo pro peccatis, vt Niniuitæ: Ionæ 3. & aliqui se exercebant, circa opera cultus diuini, sicut Iudæi, licet non obseruarent legem eorum, vt patet de illis, qui veniebant ad adorandum Deum in templo Salomonis. 3. Reg. 8 & 2. Parali. 6. & de regina Saba. 3. Reg. 10. quam Christus laudat Mat. 12. Et de Eunucho reginæ Aethiopiæ, Act. 10. Matth. tomo 3. fol. 84. colum. 2. A. Alij vero gentiles, de Deo male sentientes, non habebant ritum Iudæorum, vt probatur ibidem.

Omnia mala, quæ permissa erant Iudæis, erant apud gentes. Mat. to. 5. 95.c.2.A

Apud Gentes in libello repudij scribebantur causæ repudij. Mat. to. 5. 101.c.1.C

Gentiles poterant saluari, etiam si Christus ordinaret, quòd illis non prædicaretur euãgelium. Mat. to. 3. 234.c.2.C

De causa potissima odij gẽtilium contra Christianos. Mat. to. 3. 251.c.4.k

Singuli gentiles singulos cultus habebant. Mat. to. 3. 251.c.4.K

Gentes diuiserunt multos deorum modos. Mat. to. 4. 17.c.4.G

Gentiles putabant, q̃ Christus solo tactu curaret infirmitates. Mat. to. 4. 119.c.3.F

Ad Gentiles ibat nonnunquam Christus sanans eos in opprobrium Iudæorum. Matth. tom. 4. fol. 140. col. 2. D

Illos sacra scriptura appellat Gentiles, qui non erant Iudæi; nã Iudæi collati ad cæteros erant valde pauci, & ideo cæteri, quia plurimi erant, vocantur gentes. Mat. to 5. 200.c.1.B

Vbicunque Christus sanando Gentiles miracula faciebat, ibi fides eorum magis elucebat. Mat. to. 4. 141.c.2.B

Gentiles ante legem nouam poterant saluari quicunque, scilicet morerentur sine peccato mortali. Mat. to. 6. 192.c.3.K

Quare Christus vocauerit Gentiles canes. Mat. 15. vide super Mat. to. 4. 144.c.1.C

Nihil apud Gentes reputatum est tanquam malum, quasi esset contra ius naturæ, quod non esset prohibitum apud Iudæos; immo aliqua concessa erãt gentilibus, idest nulla lege apud eos vetita, quæ apud Iudæos fuerunt vetita, & multa erant apud Gentes, ad quæ non obligabantur aliqua lege, & Deus obligauit Iudæos ad illa ponendo legem &c. Mat. to. 7. 45.c.4.G

Gentilibus post Christi mortem datus est panis ad saturitatem,

turitatem, ideſt miracula & beneficia. &c. Matth. to.4. 144.c.4.k

Si gentiles vellent offerre pecuniam in gazophylatiũ Domini, illa recipiebatur, non tamen animalia, ſi illa vellent offerre ad immolandum &c. Mat.to.7. 296.c.3.H

Vbicunque in euangelio agitur de fide gentiũ, Chriſtus eam extollit in Iudæorum confuſionem. Mat. to.4. 145.c.1.B

Gentiles non tenebantur ad legem Iudæorum, etiam credentes Deum Iudęorũ eſſe verum Deum &c. Mat.to.7. 298.c.1.C

Gentilium animę, quæ erant in purgatorio ante Chriſti mortem, tranſibant inde ad ſinum Abrahæ. Parad. 102.c.3.H

Apud Gentes licitæ putabãtur vſuræ, & leges eorum hoc conceſſerunt, ſicut & nunc leges ciuiles habẽt, & in multis caſibus, ſecundum eos, debentur vſuræ. Mat.to.7.fo.46.c.1.A. Et apud gentes varie ſe habuit vſura. ibidem. & fo.42.c.4.F

Apud gentes licita erat vxorum multitudo. Mat.to.7. 46.c.1.B

Gentes videntes magnalia, conuerterũt ſe ad Deum Iſrael. Matth.to.7. 295.c.4.H

Gentibus quare non erat licitum comedere de agno paſchali. Mat.to.7. 246.c.3.G

Gentiles ponebant paradiſum & infernum, non quia ſic crederent, ſed vt reformarent mores hominum &c. Mat.to.6. 43.c.3.k

Inter leges gentilium, leges Romanorum erant optimæ. Mat.to.6. 47.c.3.I

Gẽtiles erãt in via, & ſtatu ſalutis tẽpore legis Moyſi. Mat.to.6. 192.c.3.K

Leges, quibus gentiles damnabãt virginitatẽ, fortaſſe erant iniuſtæ: quibus nõ obſtãtibus licebat cuilibet ſeruare virginitatem. Mat.to.7. 22.c.2.A

Genua Flectere corpori Chriſti cur debeamus. Mat.to.1. 25.c.2.B

Genua flectere quando debeamus dum in Miſſa dicitur Symbolum. Gen.to.1. 25.c.2.E

Geomantia. Eſt quædam deceptio inuenta a dæmonibus, vt illaquearent animas miſerorum, per quam artem futura aut præterita vel præſentia conantur homines inquirere factis punctis in terra vel papiro, & per numerum horum inueſtigatur conditio incertorum, quod probatur eſſe contra rationem. Leuit.fo.190. col.2.D

Ea, quæ per artem geomantiæ inquiruntur, præcipue dependent a libero arbitrio. Leui. 190.c.4.F

Geometria. Arithmeticam præſupponit. Gen. 15.c.2.E

Geometria a menſuris terræ nomen accepit, idque hoc nomen, geometria ſignificat nam, ge, terram ſignificat, & metros, menſuram, quã primum excogitaſſe fertur Aegyptus, & huius artis fuere tres maximi præceptores, ſcilicet, Thales, Archimenides & Euclides. Gen. 15.c.2.E

Gera Interdum eſt nomen viri, interdum mulieris. 1.Paral. 104.c.2.A

Gerara. Terra eſt auſtralis reſpectu terræ promiſſionis cõtra terram Aegypti apud Cades & Sur, quæ ſunt deſerta quædam, per quæ venerunt filij Iſrael de Aegypto &c. Gene. fo.273. col.3.G

Gerara fuit metropolis Philiſthinorum. Exod. to.1. 102.c.4.I

Geraſa. Ciuitas quædam eſt, quæ dicitur eſſe Galilęæ Orientalis ad mare Galilęæ apud montem Seir in terra dimidiæ tribus Manaſſe, & eſt e contrario ad ciuitatem Tyberiadem, quę eſt a parte occidentali prædicti maris, itaquod inter iſtas duas ciuitates mediat mare, quod dicitur Galilęæ, &c. Mat.to.3. 163.c.3.F

Gergeſei. Quare non nominantur Exo.3. cum vnus eſſet de ſeptem populis, qui ejiciendi erant de terra promiſſionis, &c. Exo. to.1. 18.c.1.D

Gerſon. Nomen eſt Hebræum cuiuſdam filij Moyſi, quem habuit ex Sephora filia Sacerdotis Madian, quod interpretatur peregrinus vel aduena, quia quando eum genuit erat peregrinus: fugerat enim de Aegypto a facie Pharaonis &c.1.Paral. 270.c.3.k

Geſſen. Terra Geſſen erat in introitu Aegypti venientibus de terra Chanaan. Gene. 389.c.3.I

Terra Geſſen eſt vltra mare Rubrum contra terram Chanaan. Gen.fo.391.c.2.C. Et eſt in Aegypto inferiori extra mare Rubrum verſus Septentrionem. Exo.to.1. 104.c.3.K

Geth. Et Acharon, duæ metropoles Philiſthinorum, fuerunt captæ ab Iſraelitis tempore Samuelis.1.Paral. 206.c.1.E

Geth aliquando capitur pro viro, & aliquando pro ciuitate. Nam in terra Philiſthinorũ erat vna de ſex metropolibus, quę dicebatur Geth, & ad eã fugit Dauid, quãdo mutauit faciem ſuam, & collabebatur in terram. 1.Reg.21. Et ad iſtam vrbem poſtea ipſe fugit a facie Saulis & manſit ibi quatuor menſibus vſque ad mortẽ Saulis. 1.Re.27. & 1.Paral.4. capitur Geth pro viro.1.Paral. 59.c.3.k

Gether. Agether filio Aram filij Sem deſcendunt Batriani, qui morantur in Aſia. 1.Paral. 34.c.2.C

Getuli. Habitantes prope Carthaginem in terra illa, in qua Auguſtinus fuit epiſcopus, deſcendunt ab Euila filio Chus filij Cham. 1.Paralip. 31.c.1.A

Gibbus. Eſt duplex vnus in dorſo, & vocatur ſic. Alius in pectore, & vocatur ſtruma, & vterque iſtorum excluſus erat a miniſtratione ſacerdotali in veteri teſtamento. Sed hæc non impediunt in nouo teſtamẽto, niſi ſint monſtruoſa. Leuit. 231.c.4.G

Giezi. Multipliciter peccauit, ſcilicet, octo modis accipiendo munera a Naaman: primò per auaritiam: ſecundò per ſimoniam: tertiò accuſando iniuſte Eliſæum dominum ſuum: quartò, quia mentitus eſt &c. 4.Reg. 56.c.1.C

Giezi non ſolum commiſit ſimoniam, ſed etiam fuit princeps omnium ſimoniacorum, & ipſe fuit primus, qui legitur ſimoniã cõmiſiſſe. 4.Re.f.56.c.2.B

Giezi petiit pecuniam a Naaman, vt venditor rei ſpiritualis, ſed Naaman conferebat vt ſpontaneus benefactor Eliſæi, &c.4.Reg. 58.c.1.B

Giezi quare fuerit data pœna lepræ, potius quam alia punitio.4 Reg. 58.c.2.D

Giezi non habuit aliam cauſam petendi pecuniam a Naaman, niſi quia Eliſæus ſanauerat ipſum &c. 4.Reg. 60.c.1.A

Giezi non peccauit ita grauiter, ſicut Simon magus, & tamen fuit grauius punitus, & aſſignantur cauſæ huius.4.Reg. 60.c.1.C

Giezi quare punitus fuerit in filijs & deſcendentibus. 4.Reg.60. c.4.K. Et cùm dicitur in textu vſque in ſempiternum, non debet intelligi, q̃ illa lepra inficeretur omnes deſcendentes a Giezi, ſed q̃ durauit illa plaga magno tempore puta ad ſummum vſque ad quatuor generationes. ibid.

Giezi non tenebatur ad restitutionem pecuniæ acceptæ à Naaman Simoniace,quia teneri ad talem restitutionem non est ex iure naturæ, sed ex institutione ecclesiæ.4.Reg. 61.c.2.A

Giezi non erat verus dominus illius pecuniæ &c. Quam accepit à Naaman, cum acceperit illam nomine Elisæi,& Naaman non dedit illam pro Giezi, sed ꝓ Eliseo.Sed Elisęus,cuius erat pecunia,permisit, vt illam haberet Giezi ex misericordia &c. 4.Reg. 61.c.3.I

Gigas. Gigãtis molare Augustinus se vidisse refert de Ciui. cap.10. ex quo centum nostrorum molarium fieri posse dicit . Gene. fol. 29. col.1.E

De quodam gigante Palante nomine filio Euandri, qui adiuuit Aeneam in conflictu contra Turnum, vbi & mortuus fuit,refertur,ꝙ fuit sepultus & conditus arte mirabili,cum lucerna ardẽte in loco, vbi nunc Roma est deinde anno quasi octingẽtesimo post Christum, dum quædam ædificia magna Romæ fierent, casu sepulchrum illius inuẽtum est,& deinde cum lucerna ardenti integer eductus, & ciuitatis muro applicatus, altitudinem muri capite excellebat. Gen. 33.c.4 I

Gigantes fuerunt post diluuium multis in locis,& dicuntur sic græce,a ge, quod est terra, tanquã a terra geniti; nam opinantur homines ꝙ nulla mulier tantos viros gignere potuisset.Gen. 36.c.1.A

Gigantes nunquam fuerunt in sæculo quousque filij Dei, idest filij Seth acceperunt vxores de filiabus Cain. Augustinus ex litera septuaginta interpretũ dicit ante fuisse gigantes in terra. 15 de Ciui. c.24. Et potest fieri concordia.Gen. 36.c.1.B

Gigantes vocantur cadentes, vt ait Rabbi Salo. quia erant de genere duorum angelorum cadentium de cœlo.s.Aza & Azael. sed hoc vanum est. Nu. to.1. 186.c.4.F

Tria genera gigãtum distinguebantur apud Iudæos, quidã vocãtur Emin,alij Enachin, & alij Raphain, primi erant minores secundi maiores, & tertij erãt maximi. & primi non dicebantur proprie gigãtes. secundi erant veri gigantes, similiter & tertij. Et de genere tertio erat Og, rex Bassan. De secundo erant gigantes quidam,qui erant in Hebron. Iosue to.2. 50.c.4.F

Gigantes,de quibus Gen.6.geniti sunt, vt quidam dicunt, à dæmonibus refundentibus in vas fœmineũ semẽ decisum a viris per molliciem, vel a dormientibus, qui polluũtur in somno &c. Mat.to.2. f.175. col.2.C

Gymnasium. Dicitur exercitiũ corporale, qđ corpore nudo fit, vt lucta &c. vel dicitur locus in quo ista fiunt,vnde balneũ gymnasium dicitur, quia balneantes nudi sunt. Et hinc transfertur, vt omnium prope artium studia gymnasia dicantur &c. Gen. 4.c.3.H

Gymnosophista. Idem est ꝙ sapiens nudus, & gymnosophistæ ꝓ opacas Indiæ atque Aethiopiæ solitudines vagari perhibentur tegmina tãtum genitalibus adhibentes. A generando se cohibent, & oculorum acutie cæteros homines antecellunt, &c. Gen. 7.c.2.A

Gymnosophistæ, irreuerberatis oculis, solem attentissime & impune speculantur. Exo.tom.2.fo.162. col.2.A

Gion. Fluuius est Nilus, qui dicitur sic a Nilon, quod est limosum, quia tota aqua Nili limosa est,& ideo multum terram fœcundat.Gene. 14.c.3.H.& 103.c.1.A

Gion fluuius Paradisi, est ille, qui vocatur a nobis & a Græcis Nilus, & omnes concordant in hoc, & giõ interpretatur hiatus terræ, vel terreus, quia a terra aliquando absorbetur & alicubi apparet,sicut cę tera flumina Paradisi. Vocatur autem terreus,idest, turbidus, vel lutosus, & idem significat Nilus hoc est limosus, quasi terra lutosa plenus, Genes.103 col.1.A

Gion flumen,quod pro Nilo ponitur nunc apud nos, cum esset coniunctus terræ promissionis non fuit cognitus a septuaginta interpretibus, quòd Nilus esset Gion. Sed dubitabant, & ideo Gion, & non Nilum dixerunt, & eorum assignatur triplex ratio dubitationis,Genes. 104.c.4.G

Gion est fons Syloe, qui est prope Ierusalem. & vocatur natatoria Syloe, Ioan.9. Et ex isto fonte procedebat quidam fluuius, qui magnam quandam lacũ faciebat apud Ierusalem,in qua natabant Iudæi &c. 3 Regum 12.c.2.E

Gladius. De gladio flãmeo, de quo Genes.3. refertur opinio Nicolai, & confutatur,Genes. 24.c.3.H

Gladius flãmeus est ignis circundans Paradisum positus sexto die, Adam iam eiecto & vocatur gladius, quia in extremitate acuitur sicut gladius, & positus est iste ignis ad custodiendum viam ligni vitæ, & hominibus & dæmonibus,Gen. 24.c.4.G

Gladius delphicus habet duos vsus pro paupere, scilicet,scindere & serrare,vt patet ex 1. Poli.c.1. Exod. tomo 1 200.c.1.C

Gladius delphicus ex vna parte erat acutus ad scindẽdum,& ex alia habebat dentes ad serrandũ, & ideo dicebatur paupere pro paupere, Matth. tomo 1. 20.col.1.A

Gloria beatorum.

Gloria est vita æterna,Mat. to.5 192.c.2.B

Pro actibus cuiuscunque debetur ei pœna, vel gloria in corpore & anima,Mat.tomo 7 86.c.2.A

Omnis, qui saluatur assequitur certũ gradum gloriæ, Mat.tomo 7 91.c 4.K

Gradus gloriæ per propria opera datur,& nõ per aliena,Mat.tomo 7 13.c.4.F

Gloria beatorum,& pœna damnatorum potest augeri vsque ad diem iudicij,Mat.tom.7 185.c.2.B

Gloriam beatorum non videbunt damnati,exacto iudicio,Mat.tomo7 218.c.3.F

De gloria beatorum habent damnati notitiam quandam confusam,Mat.tomo 7 219.c.1.D

Deus non dat gloriam animæ, quam daturus est corpori,Mat.tomo 7.274.c.1.E, Neque fit iniuria corpori,si non datur ei gloria ibid.

Corpori non debetur gloria,sed quia homo resurget accidet gloria corpori, quæ licet sit accidentalis respectu corporis,necessaria tamẽ est respectu dispositionis diuinæ,& meriti hominis &c.Mat.tomo 7. 274 c.3.G

Gloria corporis in quatuor dotibus consistit, Matth. tomo 7. 94 c.2. C, Et gloriæ corporis opponuntur duo &c.ibidem 123.c.2.D

De gloria beatorum,vide in dictione Beatitudo.

Gloria, idest, honor. Gloria est laus, vel honor manifestus,Exod.tomo 2 71.c.2.A

Gloria duas habet conditiones,prima est,ꝙ gloria potest esse ad prędentes, & absentes, secunda, ꝙ nunquam ett inter valde paucos,Mat.to.4 2.c.1.E

Gloria domini,de qua Exod.24.dr̃,& habitauit gloria domini, super Sinai, erat quædã representatio magnitudinis eius,& explicat exẽplo,Exo.to.2.11.c.4.G

Cloria quid sit,Exo.tomo 1 112.c.2.C

Gloria eſt effectus honoris & laudis. Mat.to.3.4.c.4.H

Gloria eſt clara cognitio cum laude, &c. 1.Paralip. f.184.c.4 G. & 337.c.2.E. Mat.to.5.fo.193.c.1.C.& & to. 3.fo.3.c.4.D

Gloria propria pertinet ad nominis dilatationem, ſiue famam; & vocatur gloria: vno modo clara alicuius cognitio, & extenſio nominis cum laude, qñ quis à multis cognoſcitur, & ab omnibus laudatur. Alio modo accipitur gloria pro honore cõſurgente ex apparatu magno. Et ſic accipitur Mat.6. cum dicitur. Neque Salomon in omni gloria ſua indutus eſt, ſicut vnum ex iſtis. 2. Paral. 224.c.4.G

Primo modo eſt Ambroſij, & dicit duo, ſ. manifeſtationẽ & laudem, & ſi hoc ſit apud multos eſt propriè gloria, & ſi apud vnum tantum, vel apud ſeipſum reputatione ſua dr̃, gloria largè. Mat.t.3.3.c.4.k

De gloria humana, & quid interſit inter famam & gloriam. Mat.to.2. 11.c.4.F

Gloria comparatur ad honorem & laudem ſicut finis ad ea, quæ ſunt ad finem. Mat.to.3. 6.c.4.F

Gloria vana. Appetitus gloriæ ſimpliciter non eſt peccatum, ſed ſolum appetitus inanis gloriæ. Mat.to.3. 3.c.4.K

Dei gloriam vſurpare ſemper eſt peccatum mortale & grauiſſimũ, nec ſemper, qui inaniter gloriatur, Dei gloriam & excellentiam vſurpat, ſed quandã aliam, quæ competit homini excellenti, vel virtuoſo, ſapienti, potenti, diuiti, &c. Mat.to.3. 6.c.2.A

Quando gloriæ appetitus præcedit opus, ſemper perditur merces operis, quia inanis gloria fuit cauſa eius; ſi aũt talis appetitus ſequatur, ſeu concomitatur actum, & non præceſſit, tunc regulariter non perditur merces operis, quia cauſa operãdi nõ fuit deſiderium gloriæ humanæ, ſed Deus. Si verò inanis gloria ſequatur poſt actum, nunquam perditur merces, licet iſta inanis gloria ſit peccatum veniale, quia opus prius fuit bonum, & operi præterito non poteſt nocere. Mat.to.3. 7.c.4.G

Et talis, qui propter vanam gloriam perdit æternam operis mercedem, non inconuenit, quòd mereatur mercedem aliquam temporalem, nam per opera facta in peccato mortali, poteſt homo mereri multa de congruo, licet non de condigno, & poteſt etiã veriſimilius teneri ꝙ non mereatur bona temporalia. Mat.to.3. 8.c.2.A

Gloriari in Deo, eſt gaudere & approbare opera ſua, inquantũ ſunt digna vita æterna. Matt.to.3.4.c.3.G

Cauſa communis, propter quam quis poteſt appetere gloriam, eſt propter bonum exemplum proximorũ, & vt non ſcandalizent eos. Mat.to.3.4.c.3.K

Inanis gloria opponitur magnanimitati, non ad magnanimum, ſed ad rationem & ad ſeipſum. Matt. to.3.fo.4.c.4.F. Et tamen non oportet, ꝙ omnes effectus inanis gloriæ opponantur magnanimitati, vt ſunt contentio &c. Mat.to.3. 5.c.1.E

Gloria inanis non eſt ſemper peccatum mortale, nec ſemper veniale. Eſt tamen mortale, qñ propter inanem gloriam recedit quis ab eis, quæ tenetur facere propter Deum, cum ſ. quis gloriatur de re turpi, ſcilicet de peccato, per quod Deum offenderat, vel quando gloriatur de aliquo falſo, per quod vſurpat ſibi diuinum honorem, vel qñ gloriatur quis de aliquo temporali bono, quod præfert Deo, vel bonis, quæ habiturus eſt à Deo; vel qñ gloriatur quis de aliquo, quod vere habet, & tamen gloriatur quaſi à ſeipſo habeat; vel qñ operãs refert intentionem ſuam ad gloriam tanꝝ ad vltimum finẽ, ad quem ordinat opera ſua & opera virtutis, & pro qua aſſequẽda nõ omittit facere ea, quæ ſunt cõtra Deum. Veniale eſt, qñ amor inanis gloriæ non repugnat charitati, nec quantũ ad id, de quo eſt, nec quãtum ad intentionẽ quærentis gloriã &c. Mat.t.3.5.c.2.B

Inanis gloria & hypocriſis multũ cõcordant, & inueniuntur ſæpe in eodem facto, differunt tamen &c. Mat.to.6. 174.c.4.H

Chriſtus multoties locutus eſt de vitãda inani gloria, & hoc propter multa. Mat.to.6. 182.c.4.G

Inanis gloria niſi ſit in præiudicium alterius non eſt valde magnum peccatum. 2.Reg. 118.c.2.E

Per omnem inanem gloriam ſiue mortalem ſiue venialem perdit homo mercedẽ operis, nam peccando non põt quis mereri, etiam ſi ſolum venialiter peccet. Mat.to.3. 5.c.4.K

Gloria inanis eſt vitium periculoſiſſimum, nõ quidẽ propter grauitatem ſuam, ſed propter diſpoſitionẽ, quia eſt diſpoſitio ad multa vitia. Mat.to.3. 6.c.2.B

Gloria inanis non eſt vitium capitale ſecundum eos, qui ponũt ſuperbiam vitium capitale, ſed eſt quaſi filia ſuperbiæ. Alij ponunt inanem gloriam vitium capitale, & nõ ſuperbiã, vt Greg. 31. Moral. dicens, ſuperbiam eſſe reginam omnium vitiorum. Et oĩa vitia vocari filias ſuperbię propter illud Iob 41. Ipſe eſt rex ſuper oẽs filios ſuperbiæ. Et poſitio iſta Gregorij vera eſt, Mat.to.3. 6.c.2.E

Gloriæ inanis aſſignantur ſeptem filiæ a Greg. 31. Moraliũ. ſ. inobedientia, iactantia, hypocriſis, contẽtio, pertinacia, diſcordia, nouitatũ prę ſumptio. Et ꝙ iſtę ſint filiæ eius. Mat.to.3.f.7.c.1.A. Et iſta magis ordinantur ad inanem gloriam, tanꝝ ad finem, q̃ tanꝝ ad cauſam. Mat.to.3. 7.c.1.D

Gloriæ inanis finis eſt manifeſtatio propriæ excellentię, quã quis habet, vel ſe habere oſtendit. Et ad hũc finem põt homo tendere directe, vel indirecte &c. Mat.to.3. 7.c.1.D

Ad inanẽ gloriã ꝓtinet iactãtia tanꝝ ad finẽ, & quãtũ ad cauſam eſt ſpecies ſuperbiæ. Mat.to.3. 7.c.2.E

Ad inanem gloriam pertinet diſcordia, & contẽtio: ſimiliter & ad iram, diuerſimode tamen, ſed proprius ad inanem gloriam &c. Mat.to.3. 7.c.3.F

Agẽs aliqđ bonũ opus ex inani gloria, non põt poſtea mercedem recuperare, etiam ſi doleat poſtea de inani gloria, &c. Mat.to.3. 6.c.3.F

Gloriæ inanis proprietates cõiores ſunt quinque; prima eſt, ꝙ illa naſcitur de bono ſolo, vt cõmuniter, & quanto bonum eſt maius tanto inanis gloria facilius naſcitur. Secũda, ꝙ illa vexat magis viros ſanctos, q̃ quodlibet aliud vitiũ &c. Tertia, ꝙ illa eſt vitium pertinax, & cui cũ difficultate reſiſtitur &c. Quarta, ꝙ eſt valde periculoſa; nã omnia bona deſtruit &c. Quinta, ꝙ illa ſecretius inuadit hominẽ q̃ cætera vitia &c. Mat.to.3. 8.c.4.K

Quòd inanem gloriam non appetamus cum ieiunamus, oramus, & eleemoſinam damus, conſilium eſt, non præceptum. Mat.to.3. 10.c.4.F

Inanis gloria eſt morbus quidam virorum bonorum. Mat.to.5. 2.c.4.K

Opus factum propter inanem gloriam non eſt ſatiſfactoriũ apud Deum, & hoc ſi tale opus faciat operans propter ſeipſum, ſecus tamen ſi fiat propter alium, ſ. propter defunctũ &c. Mat.to.3. f.17.c.2.D

Gloria inanis inſidiatur bonis operationibus, vt pereant &c. Mat.to.4. 106.c.2.D

Humanã gloriam in omnibus quærere immoderatũ eſt. Mat.to.4. 130.c.3.F

De gloria inani vide in dictione Inanis gloria.

Inanis gloria vt in plurimũ, reperitur in viris magnis. Mat.to.5. 3.c.1.B

Gloriari. Gloriandũ non eſt niſi in infirmitatibus. Deut. 44.c.2.A

Glorĩadi occaſionẽ Xp̃s vitauit ĩ multis diſcipulis ſuis. Matth.

Matth.tomo 4. 113.c.4.H

Gloſſa ordinaria.

Gloſſa ordinaria deficitexponendo illud Nu.11. Auferam de ſpiritu tuo, ponens exemplum in lucerna.Num.tom.1. 141.c.2.D

Gloſſa ordinaria confutatur iuxta illud Ioſue 1. vt loqueretur dominus,Ioſue to.1. 13.c.4.H

Gloſſa ordinaria, & communiter doctores expoſitores ſacræ ſcripturæ multa nomina dicunt eſſe locorum,quæ ſunt virorum,vt patet de Ciph, & de Hebron.1.Paral.2.1.Paralip. 50.c.2.C

Godolias. Quem præfecit Nabuzardā in terra Iuda.4.Reg.25.erat Hebræus de nobili genere,& vir iuſtus,& benignus &c.4.Reg. 257.c.2.D

Ad Godoliam venerunt quidam principes exercitus Sedechiæ,qui fugerunt manus Chaldęorum,vt peterent ſecuritatem &c.4.Reg. 258.c.4.F

Godoliam interfecit Iſmael propter inuidiam, & ad prędandum ea, quę erant in vrbe Maſphat 4. Reg. 259.col.3.H

Mortuo Godolia Iudæi fugerunt propter timorem. Et fugerunt in Aegyptum propter duo. Et peccauerunt fugiendo in Aegyptum, non tamen Ieremias vadens cum illis. Et de ſtatu, quem tunc habuerunt Iudæi in Aegypto 4.Reg. 259.c.4.G

Gog. Aliquando eſt nomen gentis, & aliquando nomen viri 1.Paral. 78.c.1.B

Goliath. Fuiſſe filium centum virorū, & vnius canis dicunt Hebręi,quod ridiculum eſt,& abſurdum 1.Reg.to.2. 29.c.4.I

Goliath habebat in ſtatura ſex cubitos, & palmum. Et per cubitum non intelligitur cubitus geometricus,ſed cubitus noſter, & non de cubitis ipſius Goliath, quia nemo virorū habuit de cubitis ſuis quatuor,ſed omnes ſunt inter tres, & quatuor, niſi ſit peſſime commenſuratus, intelligendum ergo eſt de cubitis aliorum virorū &c.1.Reg.to.2. 29.c.4.K

Caput Goliath fuit portatum a Saule, per multas vrbes Iſrael,& tandem portatum eſt in Ieruſalem, & ibi manſit &c.1. Reg.to.2. 41.c.4.I

Gomer. A Gomer primo filio Iapheth quędam gētes nominatæ fuerunt Gomeritæ a principio, poſtea vero mutauerunt nomen, & a Græcis nominatæ ſunt Galathæ primo Paralipomenon. 29.c.3.F

Gomer primus filius Iapheth habuit tres filios, ſcilicet, Aſenen, Riphat,& Togorma ab Aſenē deſcēdunt quidam populi iuxta Græciam, qui dicuntur Regini. Et a Riphat ſecundo filio Gomer deſcendunt Paphlagones habitantes in Aſia iuxta montes Ripheos, qui ſic a Riphat appellantur. Et a Togorma deſcendunt Phryges habitantes in Phrygia iuxta Pamphyliam &c. primo Paralipomenon, 20.colum.1.A

Gomor. De quo Exodi decimoſexto, in Hebræo dicitur Homer, ſed latini ſermonis proprietas non patitur litteram multum aſpiratam, & ideo pro h. ponunt g. Exodi tomo 1. 131. colum.4.I

Vnum Gomor ideo dabatur ſingulis Hebræorum, vt locus tolleretur cōtentionis, vt dicit Ioſephus &c. Exod.tomo 1. 132.c.1.D

Gomor ſecundum Rabbi Salomon. continet quantitatem viginti quatuor ouorum, ſed auctor non credit, quòd poſſit nunc ſciri quantitas gomor, & per conſequens nec ephi, cum gomor, vt dicitur Exodi 16. ſit decima pars ephi, Exodi tomo 1. 136.colum.3.F

Gradus. Quindecim gradus, qui ſunt in cantico graduum exponuntur.Gen.fo.22. col.1.C

Gradualis aſcēſus charitatis in Deum habet quindecim gradus, quos ponit Apoſtolus. 1.Cor.13. Gen. 22.c.1.C

De gradibus conſanguinitatis vide in dictione, Conſanguinitas.

Sicut ſunt tres gradus rerum naturalium,ita ſunt tres gradus rerum ſpiritualium. Matth.tom.3. fol.260. col.3.k

Nullos gradus conſanguinitatis & affinitatis diſtinxit Chriſtus.1.Regum.to.1. 129.c.4.F

Quod de gradibus conſanguinitatis & affinitatis expreſſum eſt in lege Moyſi. Leuit.18. fuit cæremoniale, nec eſt de lege naturæ determinatio illorum graduum; quia ſi ſic nunquam licuiſſet contrariū, & tamen licuit, quia aliquando contrahebant fratres,qui erant in primo gradū &c.1.Reg.to.1.f.131 col.3.G

Circa graduum conſanguinitatis & affinitatis prohibitionem. Aliquid eſt de iure naturæ.ſ.vt inter aliquas perſonas ſit vetitus coitus propter reuerētiā, & aliquid de iure poſitiuo.ſ.determinatio harum vel illarum 1.Reg.to.1. 131.c.3.H

In omnibus gradibus conſanguinitatis & affinitatis Papa poteſt diſpenſare &c. non tamen inter aſcendentes & deſcendentes.1.Reg.to.1. 132.c.1.E

Gradus contrahendi matrimoniū in lege veteri pertinent ad cæremonialia mādata. 1.Reg.to.1.f.135. col.4.K

Conuerſi ad fidem permittuntur manere copulati in gradibus vetitis conſtitutione canonica,& non ſecundum diſpēſationem,ſed ipſo iure, & de rigore. Et malefieret,contrarium faciendo 1.Reg.tom.1. 136.c.3.H

De graduum prohibitione ad matrimonium.Matth. to.7. 45.c.4.I

Anglici nouiter conuerſi contrahebant matrimoniū in quarto gradu conſanguinitatis & affinitatis ex conceſſione Gregorij,cuius tempore fuerunt conuerſi ad fidem, ſed poſtea iuſſit vt non contraherēt in illo gradu.1.Reg.to.1. 137.c.1.B

Gradus ſolum computātur inter tranſuerſales, & nō inter aſcendentes &c.1.Regto.1. 139.c.2.A

Gradus affinitatis nō ſunt prohibiti niſi propter conſanguinitatem,vt dicit Auguſtinus, & habetur.35. quæſt.3.cap.ſi vir.1.Reg.to.1. 139.c.3.E

In primo gradu cōſanguinitatis, ſi aliqui infideles copularentur,ſ.frater cum ſorore. iuxta conſuetudinem eorum, vt erat apud Romanos vſque ad tempora Gregorij,tales ſi ad fidem conuerterentur,nō deberent ſeparari, quia talis coniunctio nō eſt contra legem naturæ,&c. 1.Reg.to.1. 139.c.3.H

In ſecundo gradu conſanguinitatis contrahebant Iudæi,quia nō erat illis prohibitus,vt patet Leui.18.& 20.ſed ſolum, quando quis contraheret cum ſorore patris ſui,vel ſorore matris,&c.2.Paral.156.c.2.E

In ſtatu eccleſiæ militantis ſunt diuerſi gradus hominum.Mat.to.5. 171.c.4.k

De quatuor gradibus penes naturam. Mat.to.6.f.75. col.4.I

De diſtinctione graduum dilectionis, quam aſſignat Ambroſius.Mat.to.6. 148.c.2.D

Gradus in dilectione dupliciter conſideratur. Matth. to.6. 151.c.1.C

Gradum & ſapientiam dicit hoc nomen magiſter. Mat.to.6. 183.c.2.E

Gradus magiſterij & doctoratus quomodo appetatur cum peccato.Mat.to.6. 183.c.4.K

Grammatica. Inter grammaticam & rhetoricã multũ intereſt &c. Gen. 15.c.1.D
Grammaticam rhetorica præſupponit, quia pulchrũ non ſit ſine recto. Gen. 15.c.1.D
Verba Quintiliani de grammatica referuntur. Gene. 15.c.1.E
In quatuor linguis grammaticam habemus, ſ. Latina, Græca, Hebraica, & Chaldæa, propter quod ipſe inter cæteras linguas dignitate ſupereminent; poteſt tamen grammatica haberi in qualibet lingua, diſtincta ſola voce à qualibet alia &c. Gen. 15.c.1.E
Grammaticæ artis præceptores præcipui, apud Græcos fuerunt Apolonius & Herodianus, vt dicit Priſcianus in prologo. Gen. 15.c.2.C

Grammaticus. Grammaticorum fundamenta à voluntate humana habuerunt initium. Gen. 1.a
Grammatici ſunt artifices de proprietatibus literarũ, & vocum literarum. Gen. 15.c.2.C
Apud Grammaticos antiquos multa de verbis, quæ nunc ſunt deponentia, reperiuntur in ſignificato communi. Et ſunt vltra ſexaginta, vt ponit Catholicon. Vſus tamen Modernorum, ſola nouem accepit communia. 1. Regum. to. 2. 148.c.3.F

Grando. Grandines & tonitrua de quibus Exo. 9. facta ſunt miniſterio angelorum, quia Deus nõ mutat ordinem miniſtrationis, quam in angelis tenet, quia eſſet ſuperfluum. Exo. to. 1. 59.c.2.A
Grãdinis plaga cui afflictioni Hebræorum correſpondeat in Aegypto. Exo. to. 1. 59.c.3.G
De grandine cadente ſuper Aegyptios. Exo. to. 1. f. 59. col. 2. B

Gratia. Dupliciter accipitur, vno modo pro libera affectione, amore vel retributione ſine meritis, alio modo pro quadam qualitate &c. Exo. to. 1. 20.c.3.F
Gratiæ non appoſitio eſt maxima pœnarum, quę à Deo dari ſolet in hoc ſæculo. Exo. to. 1. fo. 57. c. 4. F Et ſi iſta non appoſitio ſit ad ſemper cauſat obſtinationem. ibid.
Gratia Dei dicitur mollificatiua animæ, qua deficiente, anima noſtra redditur dura, & immobilis & in malo radicatur. Exo. to. 1. 27.c.1.A. & 40.c.2.E
Gratia non tollit mẽdacium officioſum, licet aliqualiter illam diminuat, quia peccatum eſt veniale & non mortale. Exo. to. 1. 6.c.3.G
Primam gratiam ad bonum motricem Deus dare ſolet peccãtibus, vt ad rectitudinẽ conuertantur &c. Et hæc prima gratia, quam dicunt doctores nõ cadere ſub merito, quoniam ipſa præcedit omnem motum liberi arbitrij cui gratiæ ſi liberũ arbitriũ conſentiat, ſecundam gratiam promeretur, & illa eſt, quę in cõtritione peccati infunditur. Exo. to. 1. 27.c.1.D
Qualiter Deus, & qua de cauſa non apponat vel conferat gratiam alicui peccatori. vide ſuper Exo. to. 1. 27.c.2.A
Toties quis poteſt peccare, ꝙ non conferat illi Deus gratiam ſuam &c. ſuper Exo. tom. 1. fo. 27. col. 2. B: Sed quantus ſit numerus peccatorum ex quibus promereatur aliquis vt non conferatur illi gratia, aut quanta ſint aut quoties repetita, humanæ cognitioni non ſubeſt. ibid.
Omnis gratia, & remiſſio, quæ in nobis eſt, deſcendit a capite noſtro Chriſto in nos. Mat. to. 4. f. 172. c. 4. k
Non appoſitio gratiæ maxima eſt pœnarum quæ a Deo tribui ſolet, nec hoc tollit libertatem arbitrij, & aliquando iſta non appoſitio eſt ad tempus: & aliquando ad ſemper. Exo. to. 1. 57.c.4.F
Gratia voluntatis motrix nulli peccatori denegatur a Deo. Exo. to. 1. 57.c.4.F
Inter gratiam gratum facientem, & gratis datam aſſignatur diſcrimen. Gen. 213.A
Sine gratia cor humanum durum manet. Exo. to. 1. 60.c.4.G. Et ineptum ad omne bonũ. ibi. 64.c.3.G
Gratia nõ eſt ſolum in intellectu, neque ſolum in voluntate, ſed in vtroque ſicut ſunt virtutes morales vel theologicæ. Charitas in ſola voluntate eſt, fides in intellectu, & ſpes in volũtate. Gratia verò totam eſſentiam animæ perficit, in qua reperitur imago. Exo. to. 2. 146.c.1.E
Quando aliquam gratiam Deus dat alicui, nunquam tollit eam niſi ex demeritis, & hoc ſi illa gratia non ſit determinata ad aliquod tempus ſpecialiter &c. Exo. to. 2. 185.c.2.C
Gratia pulſatrix, ſiue præueniens omnibus aſſiſtit. Ioſue to. 2. 47.c.1.E
Gratia Dei pulſatrix cùm omnes ſemper tangat, & pulſet, quare quoſdam mouet, vt aſſentiant, alios non: & quare alios mouet remiſſe, alios acriter. Ioſue to. 2. 47.c.2.B
Gratia pulſatiua Dei ſemper hominem tangit, & continuo impellit ad contritionẽ &c. Leuit. 46.c.2.A
Gratia pulſatiua mouet, ſed nõ vrget. Ioſ. t. 2. 47.c.2.A
Gratia perficit libertatem noſtrã, vt per eam liberius feramur in vere bonum. Ioſue. to. 2. 47.c.2.B
In gratiis gratis datis mali aliqñ excellunt bonos &c. Ioſue to. 2. 72.c.3.G
Eſſe in gratia Dei eſt, vt homo, & omnia, quæ fecit, Deo ſint accepta & ꝓmeritoria vitæ æternæ. Ruth. 246.c.1.A
Gratiam pulſatiuam & illuminationem nũquã Deus tollit a nobis, niſi propter magna peccata noſtra. ſuper 3. Reg. 108.c.4.F
Omnis gratia gratis data, ſtat cum peccato mortali. Mat. to. 3. 130.c.1.D
Dupliciter aliquid opponit̃ gratiæ, vno modo directe, per ſe, quod cõtingit, qñ aliquis gratiam actualiter deſpicit, vel aliquid ad gratiã pertinẽs; & talis deſpectus eſt peccatũ in Spiritum ſanctum: alio mõ indirecte, & ex conſequenti. ſ. quando non deſpicit gratiam, agit tamen aliquid, quod cum gratia ſtare non poteſt. Mat. to. 4. 22.c.1.A
Duplex eſt gratia, quædã dicitur conſũmata, & quædã inchoata; prima coincidit eum gloria, quæ ibi creſcere non põt. Inchoata eſt in via, in qua quotidie creſcere poteſt, & ſæpe creſcit; & iſta eſt præparatio ad gloriã, vel gratiam conſummatã. Sed ad gratiam viæ non præparatur homo per aliã gratiã gratũ facientẽ, ſed per gratiã gratis datam. Sed óportet prę-ſupponi auxilium gratuitũ Dei mouentis interius animam, vel inſpirantis bonum propoſitũ, & iſtud auxiliũ põt vocari gra gratis data. Mat. t. 5. 154.c.4.I
Gratia eſt duplex. ſ. donũ ipſum gratuitũ, vel ipſe Deꝰ gratis dans. Mat. to. 5. 144.c.4.H
Dupliciter põt accipi gratia, vno modo ꝓ diuina prouidentia, quæ dicitur gratia, eo ꝙ omnibus rebus Deus illã gratis dat, alio mõ pro dono infuſo &c. Et ſine prima gratia nõ põt ſe homo præparare ad ſecũdam, & hoc multis modis. Mat. to. 5. 155.c.1.E
Gratia & charitas infundũtur nobis a Deo. Mat. to. 5. 143.c.4.k
Ad præparationem ad gratiam gratum facientẽ nullus ſe põt prępparare iuxta quorundam opinionem, niſi per lumen quoddam infuſum in animã, quod dicitur gratia gratis data, ſed hoc non eſt verum. Mat. to. 5. 155.c.2.C
Alia eſt poſitio vera, ꝙ ad habẽdũ gratiã gratũ facientem

tem poteſt homo ſe diſponere per actum liberi arbitrij, ſine aliquo munere gratiæ gratis datæ habitualiter manentis, ſed neceſſe eſt, quòd liberum arbitrium moueatur a Deo, ſiue interius pulſando, ſiue alio modo, Mat. tomo 5 155.c.3.I
Gratia, quæ eſt donum gratuitum, inclinat ad agendum, vt opus difficile fiat actu delectabile, Matth. tomo 5 149.c.3.K
Sine ſpeciali Dei gratia non poteſt homo vitare omnia peccata venialia, Mat. tomo 5 151.c.2.B
In ſtatu naturæ lapſæ indiget homo gratia habituali ad vitandum omne peccatum, Mat. to. 5. 151.c.3.H
Gratia ordinat rationem in Deum, Matth. tomo 5. 151.col.4.G
Quando quis perdit gratiam, quomodo poſſit reduci ad eam, Mat. tomo 5 152.c.3.I
Cooperatio Dei, qua nos adiuuat, poteſt dici gratia, Mat. tomo 5 153.c.3.F
Omnia illa, quę excitant homines ad bonum, poſſunt dici gratiæ gratis datæ, Mat. to. 5 155.c.2.A
Gratia gratum facieńs non præcedit fidem, ſed ſimul cum ea infunditur, Mat. tomo 5 156.c.1.A
Multis datur gratia, quibus non datur perſeuerantia in bono opere vſque ad finem vitæ, Mat. tomo 5. 157.col.3.I
Gratia & virtutes naturam perficiunt, ſed minime cogunt, Mat. tomo 5 157.c.4.G
Gratia & vocationes ſunt ſine pœnitentia, Mat. to. 5. 182.col.2.E
Gratia Chriſti, eſt cauſa noſtræ gratiæ, Mat. tomo 6. 76.colum.3
Lex Chriſti appellatur gratia, Matthæ. tomo 6. 245. colum.2.C
Circa omnem gratiam, nobis a Deo datam, tenemur aliquid operari, Mat. tomo 7 115.c.2.A
Gratia non datur poſt mortem, Matth. tomo 7. 171.col.3.I
Altior eſt cognitio, quam minimus beatorum habet ex gratia, quam illa, quam maximus Angelus habet ex natura, Mat. tomo 7 213.c.1.C
Per gratiam infuſam tollitur originale, Mat. tomo 7. 266.c.3.F
Habens gratiã adhuc indiget auxilio gratiæ, nõ habitualis, ad bonum agendum, & ad vitandum peccatum primum per habituale, vt ſanetur natura debilitata, & auxilio nõ habituali, vt iam ſanatus moueatur. Primum eſt per virtutes morales, & Theologales ad operationes excedentes naturam, & per gratiam gratum facientem ad operandum operationes excedentes proportionem naturæ noſtræ, &c. Indiget etiam auxilio non habituali, quod ſolum eſt ad mouendum hominem iam ſanatum, & eleuatum, vt agat ſecundum, quòd iam diſpoſitus eſt per habitus ſanantes eum, ſicut ſi quis moueat ſapientem ad ſapienter loqui, vel agere, ſic excitatur homo iuſtus, ad bonum operãdum, vel per creaturas, vel per impulſum Dei interiorem, & iſtud auxilium eſt neceſſarium homini, tam in ſtatu naturæ integræ, quam lapſæ, & potiſſime lapſæ, & hoc propter duo, primo ratione generali, ſecundo in ſpeciali, &c. Mat. tomo 5 156.c.3.F
Gratia habituali non datur nobis ad hoc, vt ipſam habentes non indigeamus vltra diuino auxilio, &c. Mat. tomo 5 157.c.1.A
Exiſtentes in gratia gratum faciente egent adhuc auxilio diuino ad perſeuerandum in gratia, & in virtutibus acceptis a Deo, Matthæ. tomo 5. 157. colum.2.A
Gratia & virtutes naturam perficiunt, ſed non cogũt, Mat. tomo 5 157.c.4.G
Sine gratia non poteſt homo mereri vitam æternam ad Roma. 6. Gratia Dei vita æterna, Mat. tomo 5. 158.col.2.A
Prima gratia communicatur homini iuxta menſuram capacitatis eius, & iſta capacitas conſideratur iuxta quantitatem naturalis terminationis animæ ſimul cum conatu ad habendam illam, Mat. to. 7. 34 col.2.E
Gratia gratum faciens ſtat cum reatu ad pęnam temporalem, & pœna æterna non repugnat gratię formaliter, vel naturaliter, ſed ſolum ex lege, Defenſ. 6.colum.3.F

Gratiarum actio. Quando laici debeãt agere gratias pro cibo, non eſt definitum, & ideo quando voluerint agere poſſunt, Mat. tom. 4 94.c.4.F, Clerici tamen tenetur, ibidem & 95.c.1.E
Vult Deus, vt exhibeamus illi gratiarum actiones, nõ ſolum voce, ſed etiam operis exhibitione, Ioſue tomo 1 106.c.2.B
In verbis demonſtratiuis ſignificantibus aliquid eſſe vel fieri, non eſt gratiarum actio, Mat. tomo 4. 94.c.1.E
Quanto magis aliquid eſt gratuite donatum, tanto magis tenentur ad gratiarum actiones, Mat. tom. 4. 94.col.3.F

Gratuitum. In datione gratuitorum Deus tenet illum modum & ordinẽ quem tenet natura ab eo condita in ſua operatione &c. Geneſ. 411.c.1.E
Gratuiti habitus non augentur ex operatione, ſed ex infuſione, & tamen augentur aliquo modo per operationem ſaltem diſpoſitiue, Matth. tomo 7. 34.col.4.K

Graue. Grauia & leuia non ceſſant moueri, niſi ab extrinſeco impediantur, Matth. tomo 4 254.c.4.K
In grauibus & leuibus natura eſt principium motus, Mat. tomo 6 75.c.2.C

Grauitas. Quæ eſt qualitas elementalis, manebit in beatis, non tamen grauatio, vel pondus, Mat. to. 4 255.c.2.C
Terra maiorem grauitatem habet quam aqua, Mat. tomo 6 147.c.1.B

Gratianus. Dicens iuramentum factum Gabaonitis debere ſeruari ab Iſraelitis aberrat, Ioſue tomo 1 168.c.1.B

Græci. Curam agentes de vniuerſa republica mundi, impoſuerunt nomina omnibus rebus, ſcilicet, prouincijs, fluminibus, montibus & plurimis vrbibus, vt dicit Ioſephus primo libro Antiquitatum, Geneſ. 102.c.2.B
Qui primus Græcis leges dedit, fuit Foroneus, Exod. tomo 1 234.c.1.C
Gręci Athenienſes cognouerunt verum Deũ. Ruth 247.c.1.C
Græci antiquiores ſunt inter eos, qui hiſtorias ſcripſerunt, & impoſuerunt nomina gentibus, iuxta voluntatem ſuam, 1. Paralip. 29.c.2.A
De Græcorum errore dicentium, quòd Chriſtus celebrauerit Phaſe in vltima cœna decimatertia Luna, & quòd ideo non comedit Azyma, Defenſo. 11.col.4.F
Ex parte Græcorum ponuntur ſex rationes, quæ poſſent fieri ad probandum, quòd Chriſtus celebrauerit Phaſe decimatertia Luna, Defenſor. 11. colum.4.G
Et huius poſitionis videtur eſſe caput Ioannes Chryſoſtomus. Sed quãuis non tenuerit hoc ipſe Chryſoſtomus, ſatis eſt, quòd eſt communis opinio Græcorum,

Græcorum, quæ prima facie videtur concordare cum authoritate sacræ scripturæ,ibid. 12.c.4.F
Sed his non obstantibus,dicendum est,quòd Christus non anticipauit Pascha, sed quòd tunc celebrauit, &c quando Iudæi celebrauerunt, vt probatur 15. rationibus ineuitabilibus,ibid. 13.c.2.A
Et respondetur ad sex rationes ex parte Græcorum, ibidem 14.c.1.C
Græci cõficientes ex fermentato duplici ratione mouentur,Defen. 17.c.1.E
Græci incipiunt annum in autũno, a mense octobris per menses Alexandri,Defen. 19.c.2.C
Gregorius. Papa aliqua scripsit de natura angelica, in quibus repugnat Dionysio. Sed in illis magis adhęrendum est Dionysio,quam Gregorio,1.Reg. 147.c.1.D
Gregorius,peccauit orans pro anima Traiani,4.Reg. 47.col.1.C
Illud dictum Gregorij in moralibus, quòd scilicet, sæpe secundum merita subditorum disponitur vita rectorum, exponitur sic, idest, Deus dat illis talem rectorem, qualem ipsi meruerunt,1.Paralip.233.c. 2.B,Mat.tomo 2 244 c.1.E
Beatus Gregorius vocatus ab aliquibus Papa vniuersalis non permisit se sic vocari, Matthæ. tomo 1. 33.col.2.C
Dictum Gregorij iunioris falsum est, quod habetur, 32.quæst.7.cap.quod proposuisti,scilicet,quod propo. si mulier infirmitate correpta non valuerit debitum reddere viro &c. vbi dat licentiam, quòd alteri nubat,dum tamen alteri opem subsidij nõ subtrahat dicendum, quòd est falsum, Matt. tomo 5. 112.c.2.E
Gremium. B.Virg quomodo quem cœli capere non poterant per se contulerit, Parad. 17.c 2.D
Grex. Quando per se ponitur significat congregationem minorum animalium, pecorum, scilicet porcorum, ouium, & caprarum. Armentum significat congregationem magnorum animalium,vt taurorum,& vaccarum,Genes 72.c.3.F
Grex quandoque accipitur pro omni pecore, Genes. 74.c.4.H
Greges,& armẽta quomodo differant,Gen.73.c 4.H & Exo tomo 1 65.c.2.B
Griphes. Naturaliter inimicantur equo, & deuorant ipsum,Genes. 125.c.3.K
Griphus, vel griphes, animal est biforme, nam in capite, & alis Aquila videtur, & in reliquo corpore leo,quatuor pedes habet,volat in aere,& currit pedibus satis velociter, est equis infestissimus, & tantæ magnitudinis,vt equum cum equite in aera subuehat, & interdum magnos boues, Leuitic. 98. colum.3.k
De griphis, & eorum proprietatibus, vide Leuitic. 108.c.1.E
Grus. De grue,siue charadrione,& eius proprietatibus,Leuit. 110.c.2.B
Gubernare. Deus diligentius gubernat creaturam spiritualem,quam corporalem,Mat.tomo 5 31.c.1.A
Gubernatio. In præmium bonæ gubernationis debetur honor optimis rectoribus,Mat.tomo 5 200.c.2.E
Super bonos & malos, Deus gerit nunc gubernationem Mat.tomo 7 109.c.4.F
Gula. Quinque modis nocet nobis, de consecratio. dist. 5. cap. quinque Vno modo prænemendo tempus comedendi. Secundo modo comedendo plusquam oportet, de quocunque cibo. Tertio modo, quando quis quærit plures cibos, quam expediat.Quarto quando quis comedit cum magno ardore,& voracitate. Quinto quando quis cum magna sollicitudine parat sibi cibos, vnde versus.

Propere lautè,nimis ardenter,& studiosè.

Et solus primus modus istorũ soluit ieiunium, Matt. tomo 3.100.c.4 K,& Genes. 298.c.3.G
Gustari. Gustato spiritu necesse est dissipere carnem, affectãti cœlestia, terrena non sapiunt,æternis inhianti fastidio sunt transitoria,quare maior est delectatio spiritualis quam corporalis, & e contrario maior est pœna spiritualis quam tẽporalis vel corporalis, Mat.to.7 222.c.4.H
Gustus. Sensatio nõ erit necessaria in beatis, quia actus potenti ę gustatiuę non erit ibi, qa non sumetur amplius cibus,& potus a beatis, Mat. tomo 4 239.c.1.B
Sed an manebit in beatis actus gustandi sine sumptione ciborum, & potuum, non apparet, quia oporteret dicere, quòd beati haberent semper aliquem saporem in lingua, quod non videtur dicendum, Mat.tomo 4 241.c.4.K

Habere.

HABENTI Dare nihil aliud est, quam perdere, Mat.to.5 139.c.2.B
Habitare. Dicit pacifice manere, 1.Paralipomenon,198. colum.1.E
Habitus. Est per quem potest quis faciliter, & delectabiliter operari quandocumque voluerit Genes.9.c.3.K,& 371.c.4.F
Habitui malo difficilius resistimus,quam passionibus Genes. 26.c.3.H
Habitus dicitur malus nõ quòd in se malum habeat, sed quia inclinat ad aliquod malum, Exo. tomo 1. 291.c 4.G
Deus nunquam destruit habitum, quem nobis supra naturaliter infundit,Exod tomo 2. 57.c.3.G
Habitus geniti signum est delectatio in opere, ex 2. Ethic. Leuitic. 314.c.4 K,108.c.3.I
Habitus nõ determinatur per vnitatem actus, sed per vnitatem obiecti,1.Reg.tomo 2 67.c.1.D
Habitus quos acquisiuimus, possumus pdere ex multis causis,3.Reg. 34.c.2.A
Habitus intelligẽdi est tanquam lux quædam per quã manifestatur lux aliqua, quæ in quibusdam est maior,& in quibusdam minor 3.Reg. 32.c.3.I
Sic se habet habitus intelligendi ad intelligibilia sui generis, sicut oculus ad visibilia 3. Regum 32.colum.3.I
Licet habitus, & potentia differant, habitus tamen non potest esse sine potentia, Matth.tomo 7.160. colum.4.F
De quinque habitibus intellectus, & eorum differentia,scilicet,scientia,sapientia,intellectus,prudentia, & ars, de quibus Aristoteles 6.Ethic. 2. Paralipom. 9.col.3.I
Quanto habitus virtutis est maior,tanto maius est vitium oppositum,Mat.tomo 6 203.c.2.E
Habitus non habet actum, nisi cum habens habitum, voluerit exire in actum 2. Paralipomenon, 11.c.1.C
Habitus morales per assuetudinem generati non pereunt per peccatum mortale, Matthæ. tomo 5. 153.col.2.B
Habitus ex repentinis cognoscitur 3. Ethic. Matth. tomo

tomo 5 151.c.4.k
Habens vnum habitum, poteſt ex alio denominari, vt adulter dicitur iniuſtus, Mat. tomo 4 131.c.3.F
Habitus in moralibus ſpecificantur interdum ex obiecto, & interdum ex fine, Matthæ. tomo 5. 18. colum. 4.F
Vide, Veſtis.

Hai. Ciuitas ſita eſt in tribu Beniamin, Ioſue to. 2. 60.c.1.A

Haiioth. Nomen Hebræum æquiuocum eſt, Exod. tomo 1 6.c 2.B

Haiietus. De quo Leuit. 11. eſt falco auis & aliq dicunt, ꝙ ſit auis illa, quę vulgariter dicitur eſmereion, Leuit. 98.c.4.F, & 108.c.2.B
Haiietus, eſt auis regia, quæ dicitur falco, vel auis parua, vt alij dicunt, quæ de rapinis paruarum auium ſuſtentatur, Deut. 81.c.1.E

Haurire. Significat plura, ſcilicet, audire, videre, euacuare percutere, bibere, vel aquam, ſiue vinum de aliquo loco educere. Vnde verſus.

Haurit aquas fontis, haurit qui vulnerat hoſtem,
Auribus haurimus, oculis haurire monemur

Et Ebrardus ait

Haurit, conſumit, videt, euacuat, ferit, audit,

Geneſ. 306.c.3.G

Hebdoas. Nomen Græcum eſt ſignificans ſeptem, & inde venit hebdomada, ideſt, ſeptem dierum continentia, ogdoas octo ſignificat, vnde nomē octo ſumptum eſt. per hebdoadem, ideſt, ſeptenarium ſignificatur vetus teſtamentum, in quo dies ſeptima colebatur, & in quo fiebat remiſſio vniuerſalis, quam iubileus ſignificat. per ogdoadem ſignificatur nouum teſtamentum, in quo octaua dies, ideſt, dominica colitur, & octaua reſurrectionis rememoratur, Geneſ. 8. colum. 1.A

Hebdomada. Hebdomadæ Danielis de Meſſia adimpletæ erant tempore, quo Chriſtus venit, Mat. to. 6. 296.c.3.G
Iſtud nomen Hebdomada reperitur in prima & tertia declinationibus, Leuit. 122.c.1.A
Hebdomada dierum dicitur ſeptem dierum ſpaciū, aut tempus, Geneſ. 318.c.1.A
Hebdomadas annorum ſæpe nominat ſacra ſcriptura, vt Leuit. 25. & Dani. 9. Geneſ. 318.c.1.A

Heber. Filius fuit Salem filii Arphaxad filij Sē, iſte Heber fuit principium populi ſancti, a quo primam denominationē accipiunt Iſraelitæ, nam dicuntur Hebræi ab Heber. Gen. 53.c.3.F
Heber, vixit annos quatuor centum ſexaginta quatuor, & mortuus eſt anno ſeptuageſimo nono vitę Iacob, vt probatur, Geneſ. 57.c.2.A, 1. Paralipom. 35.c.3.I
In Heber manſit lingua Hebræa, a quo dicti ſunt Hebræi &c. Geneſ. 250. colum. 4.I, 1. Paralipomenon, 34.c.2.E

Hebræum idioma. Hebraicam linguam in Latinā transferre, quam difficile ſit, vide Geneſ. 34. colum. 1.E
Hebraica Lingua caret caſibus, Geneſ. 407.c.1.B
Hebræa lingua, quæ prius apud omnes erat, manſit in ſtirpe Heber ſolum, & ideo vocatur Hebræa, & nō manſit in omnibus deſcendentibus ab Heber, ſed in ſolis illis, qui erant in recta linea, per quam venit Chriſtus, ſcilicet, in Phaleg, & non in omnibus filijs Phaleg, ſed ſolum in Reu, & ſic conſequenter vſque ad Abraham & non in omnibus filijs Abrahæ, ſed ſolum in Iſaac, & nō in omnibus filijs Iſaac, ſed in Iacob, & eius deſcendentibus &c. ſic dicunt aliqui, Geneſ. 250.c.4.I
Hebręa lingua completa erat in omnibus verbis ſicut alia idiomata, nunc autem non eſt completa, quia ſolum illa nomina pure Hebræa manſerunt, quæ in lege ſcripta erant, & non alia & ratio eſt, quia Hebræi fuerunt mixti alijs gentibus, & acceperunt idiomata earum. De his Auguſt. 15. de Ciui. Gene. 54.c.2.D
In Hebræa lingua ſemper ponuntur præpoſitiones coniunctæ nominibus, ſiue proprijs, ſiue appellatiuis ad ſignificandum habitudinem caſualem, quæ deficit in Hebræo, vt patet diſcurrendo per omnes libros Iudæorum, Geneſ. 405.c.4.K
Iſtæ duæ literæ Hebraicæ, ſcilicet, Res, & Daled magnam habent conuenientiam in Characteribus, licet differant in ſono, & virtute, Geneſ. 393. colum. 4.I
Hebræa lingua non habet caſus, ſed vtitur quibuſdā habitudinibus caſualibus, & ſicut apud Latinos, ad eſt habitudo accuſatiui, & ab ablatiui, ita apud Hebręos El, eſt accuſatiuum denotās, & me ablatiuū, licet iſta variatur, quia aliquando vocatur me, & aliquando mi. Geneſ. 407.c.1.B
Hebræa nomina raro ſcribuntur literis Latinis eodē modo, Geneſ. 331.c.1.A
Quando nomen Hebræum trāsfertur in literas Latinas, ſecundum conditionem earum, non ita ſonat ſicut in Hebręo, vt Iſrael, nam Hebręi dicunt, Zrael, Geneſ. 103.c.2.B
Iſte duæ orationes Hebraicæ, ſcilicet, via euir, & via euid, differunt ſcripta litera, quæ dicitur Res apud Hebræos in fine, & ſignificat trāſire fecit, & ſecūda ſcripta cum, Daled, in fine, ſignificat ſubiecit in ſeruitutem, Geneſ. 393.c.4.H
Hebræa lingua aliquando valde diſturbato modo facit conuenientiam in accidentibus ſuppoſiti, & appoſiti, & adiectiui cum ſubſtantiuo, vt Iſaiæ 19. vbi nos legimus. Et tradam Aegyptum in manibus dominorum crudelium, in Hebræo dicitur Adonim caſet, ideſt, dominos durum, vel fortem. Et Ioſue vltimo, vbi nos legimus. Non poteſtis ſeruire Deo, Dominus enim ſanctus, in Hebræo dicitur chedufu, ideſt, Deus Sancti ipſe, Geneſ. 4. colum. 1.D
Hebræa lingua fuit prima omnium, & communiſſima, quam Deus inter cæteras diuiſas linguas proprio populo ſuo reliquit, & in qua lex data fuit, Geneſ. 5.c.2.A
Hebræa lingua locutus eſt Adam, quæ prima fuit ab origine rerum, Geneſ. 16.c.2.E, & 25. colum. 3.H, & 54.c.1.E
In Hebræa lingua iuxta conditionem linguæ aliquādo ponitur ſingulare ꝑ plurali, vt Exo. 8. Venit muſca grauiſſima, ideſt, muſcæ grauiſſimæ. Et aliquando plurali pro ſingulari, vt Deut. 5. in Hebræo dicitur Elohim, haim, ideſt, deorum viuentium. Et Geneſ. 21. vbi nos habemus lactare filium in Hebræo dicitur lactare filios, Gen. 277.c.3.F
Hebræa lingua quantum ad quædam certior eſt lingua Latina, lingua tamen Latina eſt ſimpliciter perfectior lingua Hebraica, & ratio iſta perfectionis ſumitur ex nam finis &c. quia maior perfectio, vel minor attenditur in lingua ſecundum, quòd pe ſe eſt magis certificatiua illius, quod ꝑ ipſam volumus exprimere, ſed hoc perfectius eſt in lingua Latina quam in Hebræa, quia in Hebræa ſunt multæ æquiuocationes in terminis, multæ Amphibologiæ in orationibus, multæ quoquæ ſententiarum decurtationes, quæ non ita ſæpe reperiuntur in lingua

gua Latina,vt experientibus patet,Gen. 353.c.1. C
Lingua Latina cæteris linguis est perfectior, sed Hebræa eam excedit in hoc, quòd in adiectiuis, & in relatiuis, & in personis verborum, magis explicat genus &c.& ponuntur exempla, Gen.35. col. 2. B 353.col.2.C
Hebræa lingua ex natura idiomatis patit multas amphibologias, Exo.tomo 1 138.c.4. K
Cum inter Hebræam linguam, & nostram translationem reperiatur aliqua diuersitas illa diuersitas magis est ad literam,quam ad veritatem sententiæ, Exo.tomo 1 213.c.1. A
Hebræa lingua, multoties ponit plurale pro singulari ineptissime,vt illud Deuter.5 quod secundum literam nostram sic habet.Quid est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis? In Hebræo sic dicitur, Eloim,Haim,idest Deorum viuentium, Exod. to.2. 67.c.1.B.& 1.Reg.to.2. 127.c.3.H
Hebræum idioma in quibusdam est valde barbarum, non curans conuenientiam inter appositū, & suppositum,inter adiectiuum, & substantiuum, & adducuntur exempla, Exod. tomo 2.& 2. Paralip. 18. 115.c.1.D.& 118.c.2.B.col.3.H, & 21.c.1.B.
In Hebræo ex barbarie linguæ interdum non cōcordant adiectiuum,& substantiuum in numero,neq; nominatiuus,& verbum,Iosue tomo 1 41.c.1. C
In Hebræo nō habetur in casibus differentia,nec sunt variæ terminationes,& formationes casuales,sicut inter Latinos, & Græcos, sed casualia distinguuntur solum per quasdam habitudines, quæ ponuntur inter Iudæos, & non inter Latinos &c. Iosue tomo 1 55.c.4.k, & Matt.to.6.62.c 1 E
Hebræum idioma mutat aliquā do tempus,pro tempore,numerum pro numero,& genera, & omnes alias habitudines dictionum in oratione ad cōstructionem, & hoc facit in concinne, Iosue tomo 1 180.c.2.B.Matt.to.4.c.2.D
In Hebræo sermone sunt aliquæ dictiones, quæ vario modo terminātur, vt Dabir, Dabira mizraim mizrima,&c.Iosue, tomo 1 209. c.1. C
Hebræa litera in multis passibus est corrupta, & ipsi doctores Hebræorum dicunt in certis passibus esse ticum confrim,idest errorem scriptorum, & librariorum Iosue tomo 2 100.c.1. C
Modus Hebraici idiomatis est interdum addere in syllabis terminalibus,& interdum diminuere, vt Dabir, & Dabira, Iosue tomo 2.64.c.4.G, 1.Regum tomo 2 158.c.1.F.& 173.c.4 K
Hebræi ponunt p, vbi nos ponimus ph, Iosue tomo 2 100.col.1. E
In Hebræo idiomate ex barbarie eius interdum non seruantur numeri nec personæ, Iudi.12.c.1. E,& 1. Reg.tomo 2. 56.c.4.k. Et aliquando masculinū pro fœminino ponitur, & interdum è contrario, Iudi. 12.c.3.G,& 18.c.1. B
In Hebræo non sunt casus,nec determinatæ inflexiones nominum, & verborum, sed sunt quædam dictiones præpositionales,quæ additæ nominibus, significant quandam habitudinem casualē,Ruth. 277.col.1.B
Multa in Hebræo proferuntur, quæ non possunt scribi in Græco, vt Haram in Hebræo profertur, & in Græco scribitur Charram pro Mesopotamia, & multa sunt in Hebræo, quæ non possunt scribi literis Latinis, & è contra, quia non est eadem sonoritas vtrarumque literarum 1. Regum tomo 1 4.c.4.F
In litera Hebræa nonnunquam aliqua deficiunt, vt patet 21.c.Iosue, & aliqua superadduntur,vt in c.6. 1.Reg.cum dicitur. Et quinquaginta millia plebis 1.Regum tomo 1 76.c.2.A
In modo loquendi Hebræo interdum adduntur aliqua,quæ non pertinent ad significationem, & interdum multa decurtantur 1.Regum tomo 1.164. colum.2.E
De puella,quæ loquebatur Hebraice, cum a dæmone arriperetur, 1.Regum tomo 2 49.c.1.A
Propter Hebraici idiomatis improprietates litera nostra sæpe aliter dicit,quam in Hebræo habeatur, & hoc quantum ad literam, non tamen quantum ad sententiam 1.Regum tomo 2 182.c.4.K
In Hebræo idiomate non est præteritum imperfectum, sed solum tria tempora, 4. Regum 25. colum.1.B
Hebræum idioma,ex sua barbarie, non seruat numeros & personas,nec alias cōuenientias partium orationis,4.Regum 131.c.1.D
Hebræum idioma barbarissimum est, ex modo loquendi, licet ex dignitate sit vnū ex præcipuis, quia in illo est lex scripta, & digito Dei scripta sunt in illo idiomate præcepta decalogi, 2. Paralipomenon, 198.c.2.E
In Hebræo, bis vel ter ponitur eadem dictio pro simplici re, scilicet, dicendo vir, vir, vbi nos habemus vir semel,Num.tomo 2 158.c.4 F
Hebrææ dictiones vix a nobis scribuntur, sicut apud Hebræos,nam Mat.27.dicitur Alchedemach, & tamen in Hebræo dicitur accedema, idest, ager sanguinis,& quod nos dicimus Lamazabactani in Hebræo scribitur Lamazaaftani,& tamē proprijssime scripta sunt,secundum,quòd Latino idiomati conueniebant, Mat.tomo 2 76.c.2.A
Liber de Hebraicis quæstionibus non est Hieronymi, vt multi tenent, sed cuiusdam Hebræi, 2. Regum 162.c.4.H
Hebræi. Omnes libros nominant a principio sicut nos Psalmos, nam dicitur apud nos in Psalmo, Beatus vir, vel in Psalmo, Quare fremuerunt gentes. Sic Exodum nominant,quia incipit,Hæc sunt nomina, Hebræi dicunt Elleſemoth, quod Latine sonat,hæc nomina, Genes. 18.c.3.G, & 1.c.2.A
Hebræorum genus quidam arbitrantur habuisse ortum ab Heber,Mat.tomo 5 174.c.2.C
Quorundam Hebræorum error refertur,circa formationem Euæ &c.Genes. 9.c.2.C
Hebræi ab Heber pro nepote Sem dicti sunt sic, Gen. 53.c 3 F,& 250.c.4.I
Omnes Hebræi,sicut descendunt de Abraham, per lineam paternam, ita descendunt Nachor per lineā matris,Genes. 59.c.4.F
Hebræi quare non habeant nomina piscium nisi generali vocabulo, assignatur ratio, Genes. 135. colum.4.K
Hebræi nunc nesciunt omnia Hebraice loqui,deficiēte eis copia verborum, cum non habeant alias dictiones nisi eas,quas inueniunt in sacra scriptura,& ob hoc sapientes eorum, qui aliquos libros conficiunt potissime de rebus non pertinentibus ad sacram scripturam,in Arabico, & nō in Hebræo scribunt, quod apud omnes Hebræos commune est, Genes. 139.c.1.E
Hebræi tres orationes solennes habebant,scilicet,matutinam, quam fecit Abraham, vespertinam ante occasum,quam fecit Isaac,& nocturnam,quam fecit Iacob, Genes. 293.c.2.E
Hebræi tempore D. Augustini Ierusalem non ingrediebantur,Genes. 256.c.3.K
Hebræi vnde sic nominati,Genes.250.col.4.H,Exod. tomo 1 205.c.2.B

Hebræorum opinio de ariete immolato ab Abraham loco Isaac, Genes. 282.c.1.D
Hebræi intrantes in Aegyptum habitauerunt in terra Gessen, quæ est in introitu Aegypti venientibus de terra Chanaan, quod magna Dei prouidentia factū est, alij dicunt, ꝙ habitauerunt in vrbe Heroū, quę est in terra Rameſſe, & postea Thebais, vel Thebe dicta est, a qua fuit legio Thebea glorioſa, cui Mauricius præerat, quæ ſuper flumen Rhodanū Martyrium passa est, Genes. 389.c.3.H
De mensuris, quæ apud Hebræos erant, Mat. tomo 6. 236.c.2.B
Apud Hebræos, qui vocentur alienigenæ, Mat. tom. 7. 41.c.4.H
Hebræi, quando mouebantur in deserto, distinguebātur in quatuor turmas sub quatuor vexillis, vt patet Num. de quibus vnum erat vexillum Ephraim, sub quo castrametabantur filij Manasse, & tribus Beniamin &c. Genes. 399.c.4.H
Hebræorum septuaginta animę, vel septuaginta quinque, quæ ingressę sunt in Aegyptum in spatio ducentorum quindecim annorum, ita multiplicatæ sunt. Vt in exitu de Aegypto fuerint viri potentes ad bella procedere sexcenta tria millia quingenti, & quinquaginta, vt patet Nume. 1. Inter quos non fuerunt computati Leuitæ, Exod. tomo 1. 3. colum. 1. C. Leuit. 7. c. 1. A, Mat. tomo 1 80.c.3.K
Hebræi quanto magis premebantur ab Aegyptijs tāto magis crescebant, ex Dei prouidentia, Exo. to. 1. 5. col. 1. D
Hebræi in Aegypto colebant idola, & propterea tot mala patiebantur a Pharaone, Deo permittente, Exod. tomo 1 7.c.2.B
Israelitæ duabus de causis dicuntur Hebræi, Exod. tomo 1 11.c.3.F
Duo Hebræi, quos rixantes vidit Moyses, Exod. 2. fuerunt Dathan, & Abiron, vt dicunt Iudæi, Exo. to. 1. 8. col. 1. E
Hebræorum status fuit in Aegypto, sub tribus conditionibus significatis per tria illa signa, de quibus Exod. 4. scilicet, per mutationem virgæ in colubrū, per mutationem manus sanæ in leprosam, & per mutationem aquæ in sanguinem, Exod. tomo 1. 22. col. 1. C
Hebręorū populus quare dicatur primo genitus Dei, Exod. tomo 1 27.c.3.H
Hebręi, de quibus dicitur, Deus Hebręorum, Exod. 5. non capitur, vt significat omnes descendentes de Heber, quia Madianitę, Moabitę, Amonitę, Idumęi, Ismahelitę, &c. descenderunt de Heber, sed capitur pro descendentibus de Iacob, Exo. tomo 1. 31 col. 4. K
Hebręi erant superstitiosi, & indocti circa sacram scripturam, Exod. tomo 1. 28.c.3.F
Hebręi, in diebus festis, lautius manducabant ex mandato Dei &c. Exo. tomo 1 73.c.2.A
Hebręi exeuntes de Aegypto, cū nō fuit illis locus parandi cibos pro itinere, nullum cibum comederūt, cum irent per solitudinem, nisi panem Azymum subcineritium, nisi forte aliquos fructus arborum, quos in via repererunt, Exo. tomo 1 94.c.1.A
Hebręi manserunt in Aegypto, tātum ducentis quindecim annis, Exo. tomo 1 94.c.1.D
Hebræi aliqua obseruant nunc, ex his, quę in lege prę cipiuntur, & aliqua non, & ad cognoscendum, quę sic, & quę non, assignantur regulę, Exo. tom. 1. 95.c.1.E
Hebręi, potest transitum maris rubri, non mouerunt castra de nocte, bene tamen prius, Exo. tom. 1, 108. col. 2. C
Vna ex causis quare Deus tenuerit Hebræos in deserto, fuit vt morereturibi vniuersa illa generatio, quæ egressa est de Aegypto, quia scilicet, valde pauidi erant, & ad bella Chananeorum inepti, introduxit dominus prolem nouam nullo iugo domitā, inter asperitates viarum nutritam, vt neque corde pauido hostibus cederet, neque bellorum duritias exhorreret, Exod. tomo 1 111.c.2.E
Apud Hebræos, quomodo computentur anni, Mat. tomo 7 282.c.4.I
Apud Hebræos aliquid erat specialius penes sanguinem, quam penes adipem, Mat. to. 7 290.c.3.G
Pro primogenitis Hebræorum fiebat duplex cęremonia, Mat. tomo 7 297.c.1.E
Ad cognoscendum quando Hebræi figebant tentoria, & quando non, ponitur regula, Exod. tomo 1. 125.c.2.E
Hebræi non ponunt, f, in medio dictionis sed p, f, autē ponunt in fine dictionis, & hoc fuit in causa, apud scriptores nostros transferentes de Hebræo, quòd cum in dictionibus Hebræis secundum sonoritatē, & vim prolationis deberent ponere, f, ponunt ph, vt pro Rafidin, scribimus Raphidin, & idem obseruatur in principijs dictionum Hebræarum, nam ipsi dicūt, Pelisthin, & nos debētes dicere Phelisthin, dicimus Philisthin, Exod. tomo 1 137.c.2.B
Hebræi erant valde obliuiosi beneficiorum Dei, quātuncumque eis beneficia conferrentur immediate obliuiscebantur Dei benefactoris sui, nec ei aliquas gratiarum actiones corde aut voce soluebant, & iō vt Deum cognoscerent, in deserto, & extra desertum affligebat eos, Exod. tomo 1 137.c.2.C
Liberare Hebræos de Aegypto fuit magnum beneficium illis collatum, Exo. tomo 1 165.c.3.H
Hebręi non commisserunt furtum, auferendo bona Aegyptiorum, &c. Exod. tomo 1 187.c.4.K
Quidam sunt Hebræi re, & voce, alij re tantum, vt dicit Aben Ezra. Primi sunt, qui descendunt ab Heber, & sequuntur vitam sanctam Heber. Secundi sunt, qui descendunt ab Heber, & non sequuntur vitam eius. Sed auctori, non placet distinctio. Sed vocantur Hebręi ab Heber, quia descendunt ab eo, & soli linguam eius tenent, scilicet Hebræam. De hoc Augustinus 16. de Ciuita. Exod. tomo 1. 205. colum. 2. E
Aliqui Hebræi fiebant serui tripliciter, vno modo quando quis furabatur, & non habebat vnde solueret, vendebatur a iudicibus, &c. Alio modo, cum propter paupertatem vendebat seipsum alicui. Tertio modo, quando vnus Hebræus emisset alium aliquo ex primis duobus modis, & postea emptor, veniens ad paupertatem, vendebat seruum, &c. Exo. tomo 1 206.c.1.A
Hebræi non poterant ducere vxores ex filiabus Chananæorum, vt patet Deutero. 7. & Exo. 34. &c. Exo. tomo 1 207.c.2.D
Hebræi erant valde inclinati ad idolatriam, Exo. to. 1. 167.c.1.E
Hebræi quare dicantur viri septimi, iuxta illud Ouidij 1. de Arti amandi.
Terra Palæstinæ septimo culta viro.
Exod. tomo 1 252.c.2.A
Hebræi non petierunt ab Aaron, vt faceret illis Deos, Exod. 32. ad adorandum eos, vt consuerant in Aegypto cum magno gaudio, &c. Exod. tomo 2. 115. colum. 4. F, Sed ad aliquam ministrationem, scilicet, vt dirigerent eos in via, sic enim dicitur Exod. 32. fac nobis Deos, qui præcedant nos &c. Exod. tomo 2 115.c.4.H
Hebræi credebant, quòd in uitulo conflatili esset aliqua

qua vis diuina &c. Exod. tomo 2. 116.c.2.C
Hebræi quare petierint Deos directores itineris, cum ad hoc haberent columnam nubis, Exod. tomo 2 116.c.3.H
Cum Hebræi petierunt ab Aaron, vt faceret eis Deos, &c. Exod. 32. non fuit eorum intentio petere, vt daretur eis aliquis Deus, qui loqueretur, & posset amb ulare, nec quòd portaretur præcedens castra, vt arca domini præcedebat, vt patet Num. 10. &c. Exo. tomo 2 117.c.4.H
Grauitas peccati Hebræorum in adoratione vituli, Exod. tomo 2 121.c.3.k
Hebræorum populus, quam duræ ceruicis esset, ostenditur Exod. tomo 2 121.c.4.G
Hebræos peccantes ideo Deus magis puniebat quam alias gentes, quia ipsi erãt populus specialis Dei, cui Deus specialia beneficia faciebat, & miracula ostẽdebat, Exod. tomo 2 150.c.1.A
Hebræorum sapientes dicunt, quòd quando Hebræi erant in gratia Dei, solus Deus dirigebat eos, cum vero peccabant dabatur eis vnus Angelus, scilicet, Michael in principem, sed hoc est falsum, Exo. to. 2. 158.c.4.G
In Hebræorum libris multi errores reperiuntur, & multi defectus, vt etiam doctores eorum concedunt. Nam Iosue 21. duo versus reperiuntur in litera nostra, q i non sunt in libris eorum, qui, vt aiũt, in libris antiquis & correctissimis fuerunt, vt dicit super eodem lib. Rabbi Dauid Camhi, Nu. tom. 2. 53.col.1.C
Insani Iudæi dicunt, quòd Phinees erat Angelus incarnatus, Iudi. 17.c.4.I
Apud Hebræos sunt tres literæ loco nostrę literę, scilicet, quantũ ad officium, licet in asperitate sonoritatis nimis differant, s. Sin, Samech, vocant, & Sade, quam ipsi Zade &c. Iudi. 127.c.2.B
Hebræi, cum ieiunabant, nihil illa die comedebant, incipiendo ab occasu solis vnius diei vsque ad occasum alterius diei &c. Iudi. 208.c.2.A
Hebræorum progenies continuabatur per possessiones, & non per posteritatem &c. Iudic. 224. colum. 1.C
De Hebræorum politia generali, ab eorum initio vsque ad mortem Christi, & deinde in speciali, 1. Regum tomo 1 1.A, & 2.c.2.E
In regimine, principatu, & totali habitudine populi Hebræorum, duo fuerunt tempora distinctissima, scilicet, ante ingressum in terram Chanaan, & post eam adeptam ante ingressum in terra Chanaan fuerunt sub triplici habitudine, s. ante descẽsum in Aegyptum, & in Aegypto, & postea in deserto 1. Reg. tomo 1 1.A
Hebræorum dictis minus credendum est, quam poetis, quia multa absurda dicunt, 2. Regum 48. colum. 3.G
Hebræorũ libri in aliquibus locis sunt deprauati per ticum cosrin, ideſt per errorem librariorum, vt ipsi fatentur, 2. Regum 92 c.4.H, & Iosue tom. 2. 100. c.1.C, 1. Paralip. 291.c.1.E
Hebræi in Talmud multa absurda dicunt de Deo, intelligendo textum ad corticem literæ, cum tamen secundum metaphoram debeat intelligi, 2. Regũ 150.c.2.E
Hebræi in multis aberrant, & multa figmenta confingunt &c. 4. Regum 77. colum. 2.A, & 86. col. 4.G, & 87.c.3.F
Lex Hebræorum, etiam si ipsi non peccassent in Idolatria, vel alio crimine, debebat cessare post aduentum Messiæ. Et sic esset alius status Hebræorum, & tamen semper esset populus specialis Dei, etiam si infideles conuerterentur ad Christum, & tenuissent Hebræi, quasi quendam principatum in ecclesia, 4. Regum 213.c.3.K
De numero regum Hebræorum vsque ad captiuitatẽ Babylonis, 4. Regum 262.c.2.B
Apud Hebræos fit multiplex mutatio in nominibus, 1. Paralip. 251.c.1.E
Hebræi, cum sint nimis ignari circa historias, & loca orbis, errant plerumque circa talia, 2. Paralipomen. 13 col. 3.G
Hebræi nominant libros tripliciter aliquando a primo verbo, vel dictione libri 2.a materia 3.ab authore, vt probatur exempl s, Mat. to 1 71.c.1.E
De Hebræorum principatibus, & regibus, &c. incipiẽdo a Moyse, & quo tẽpore durauerint reges, Mat. tomo 1 80.c.4.F
Apud Hebręos circa obseruationem cęremonialium valet hæc consequentia. Hoc non reperitur scriptũ in lege, ergo Iudæi nõ obligantur seruare illud, immo quòd magis est non licebat Hebræis obseruare aliquam cæremoniam circa cultum Dei, nisi illa esset scripta in lege iuxta illud Deut. 12. Quod præcipio tibi hoc tantum facito Domino Deo tuo, nec addas quicquam, neque minuas, Defensor. 14 col. 4.F
Cætera de Hebræis vide in dictione Iudæi.

Hebron. Est in terra Iuda distans a Ierusalem octo leucis, & est in medio quarti climatis &c. Genes. 7.c.2.A
Apud Hebron ciuitatem Iudææ formatus fuit Adã, vbi vixit & sepultus est priusquam esset fabricata, vbi & Abraham cum Sara, Isaac cum Rebecca, & Iacob cum Lia, sepulti sunt Genes. 49. Et vocatur ciuitas illa Cariatharbe, ideſt, ciuitas quatuor virorum, quia ibi prædicti quatuor Patriarchæ sepulti sunt. Alij vero dicunt, quòd non propterea dicatur sic, sed quia ibi erant sepulti quatuor gigantes, s. Sisai, Tholomai, Abimai, qui erant filij Enac. Et ipse, Enac secundum quosdam, computatur pro quarto, de quibus fit mentio Iosue 15. Genes. 13 c.2.D, de Opti. Poli. 3.c.1.D
Hebron fuit in medio sortis Iuda in latere meridiano terræ promissionis, Genes. 264.c.2.B
Duobus milliaribus ab Hebron est sepulchrum Loth Iosue tomo 2 60.c.2.C
In Hebron est ager quidam, cuius terra est rubea, quæ ab incolis effoditur, & comeditur, & per gyrum venalis apportatur, & quasi pro specie aromatica carissime venditur &c. Iosue to. 2 60.c.2.C
Hebron multa habet nomina, scilicet, Hebron, Cariatharbe, & Mambre, Iosue tomo 2. 85. col. 4 H, Sed quare dicatur Cariatharbe, vide ibidem 4. Regum 145.c.3.G, Et primo vocata est Cariatharbe a Moyse ibidem.
Hebron est ciuitas glorioſissima inter ciuitates sortis Iuda, & est Metropolis, in qua fuit regnum Dauid annis septem & mensibus 6. 2. Regum 2. & 5. Iudic. 11.c.4.F, 2. Reg. 8.c.3.G
In Hebron mansit Dauid septem annis cum dimidio mortuo Saule, ex concessione sacerdotum quorũ erat vrbis illa, 2. Regum 8.c.4.H, Et ibi vnctus est in regem a viris Iuda, primo affectione 2. vt implerẽt voluntatem Dei &c. 2. Regum 9.c.2.B
Hebron vbi sit, & quod alio nomine vocetur, Genes. 284.c.2.D

Hædus. Hędum coctum in lacte matris suę offerebant gẽtiles in sacrificiũ Deo cãporũ, vt daret multos fructus &c. Exo. to. 1. 266.c.4.F
Quare mali vocentur hædi, & boni dicantur oues, Mat. tomo 7 80.c.3.k

Hędus Christi carnem significat, quæ licet mundissima esset, venit tamen in similitudinem carnis peccati,ad Rom.8. Exodi tomo 1.90. c.4. H. Matthæi tomo 7 286.c.1.A

Hel alias el. Hel in Hebræo significat dominatorem, Dominum, & Deum, Iosue tomo 2.166.c.2.C. Et aliquando significat Arietem, vt patet Psal.27. vbi nos habemus filios Arietum in Hebræo dicitur Helim, ibidem,

Heloim. Heloim quando ponitur pro Deo vero, semper sumitur singulariter, & cùm accipitur pro Deo improprie dicto, tunc indifferenter accipitur, aliquando pro plurali, & aliquando pro singulari: & hoc dicunt Hebræi, & benè; & ideo Nicolaus nihil concludit contra Hebræos. Et quamuis Heloim sit nomen pluralis numeri non tamen significat rem pluralis numeri, idest, non capitur pro multitudine suppositorum,&c. De Bea. Trinita. 3.c.4.H

Hoc nomen Elohim non solum Deo conuenit,sed etiam Angelis, & Sacerdotibus, & iudicibus, & viris sanctis,Exo.tomo 1 35.c.2.D

Elohim nomen plurale consueuit sacra Scriptura ponere pro singulari,Exo.tomo 1. 40.c.1.A

Hin. Mensura magna est in rebus liquidis, sicut Ephi in rebus aridis. Et est duplex hin secundum Papiam,scilicet,maior,& minor, &c.Sed non placet hoc auctori,Exo.to.2. 89.c.4.K
Hin erat maior mēsura rerum liquidarum,& diuidebatur in sex partes, quarum quælibet dicebatur sextarius,Leui. 206.c.2.B
Hynalis. Serpēs est,quē qui tetigerit somno necat,cuius testis Cleopatra Aegypti,Regina,& Aaronii vxor sufficiēs est,Deut.170.c.2.A
Hyperaspistes. Idem est quod custos, vel circulator secundum interpretationem,a peri,quod est circum,& aspizo,quod est circumeo,vel protego &c.Gen. 36.c.3.k
Hyperbaton. Hyperbole. Hypbaton figura est transcensus veri ex modo loquēdi cū intētione significādi aliquod verū magnę excellētiæ,vt cū dr: Astra ferit clangor,2.Paralipo. 13.c.1.E
Hyperbole est transcensus veri ad significandum magnitudinem,Gen. 86.c.2.F
Figura hyperbole consueta est in sacra scriptura, Gen.288.c.4.I,Exo.tomo 2 15.c.1.A
Illa locutio Exodi 36.& quidquid fabre adinueniri, potest,&c.hyperbolica locutio est,Exodi tomo 2 189.c.3.H
Hyperbole vtitur scriptura,duplici de causa, Deuteronom. 42.c.3.K
Hyperbole nunquam cadit in numeris,qui ponuntur in sacra scriptura, quando narratur historia, 4.Reg. 88.c.3.H
Hypocrates. Fuit ex insula Choa.3.Regum, 93.c.2.E
Hypocrisis. Habet fructus suos, &c.Matthæi tomo 1 172.c.2.A
Hypocrisis,prout ostendit foris signa sanctitatis,cum tñ intus illam nō habeat,& hoc,vt glorificet cor.ā hoībus,semp est peccatū,quia hypocrita semper est mendax,&c.Mat.to.4. 130.c.2.E,& c.4.H
Hypocrisis ptinet ad certam speciem vitii,Mat.to.4. 131.c.1.B. Et fm rationē suā opponit veritati,quæ est habitus virtutis,Matthæi tomo 4 131.c.1.C
Hypocrisis potest esse circa actū cuiuslibet virtutis, & quia act' boni cōiores sunt oratio eleemosyna, & ieiunium, circa quēlibet illorū Christus posuit Hypocrisim,&c.Matthęi tomo 4 131.c.2.E
Hypocrisis,quę est peccatum,non est semp mortale, nec semper veniale,Mat.tomo 4 131.c.4.I
Hypocrisis iniquitas quædam est,qua quis eligit bonus apparere,cum malus sit,& illud simulare,Matthæi tomo 6 240.c.3.F
Hypocrisis potest esse propter duo,aut propter lucrū aut propter honorem,vel gloriam, quando propter lucrum est,est peccatum mortale, & quando propter secundum aliquando est mortale, & aliquando veniale,Matthęi tomo 4 131.c.4.I
Simulatio hypocrisis aliqñ corrūpit tres veritates,s. vitę,iustitię,& doctrinę,Mat.tomo 6 188.c.3.E
Hypocrisis,& inanis gloria multum concordāt,& interdū inueniunt in eodē facto,differūt tamen,&c. Matth.to.6.174.c.4 H,Sed deterior est hypocrita, quam manis gloriæ cupidus,ibidem.
Hypocrita. Hypocritę sunt,qui cum mali sint, boni videri volunt,&c.Matthęi tomo 3 127.c.4.K,& 128.c.2.B.& to.6.331.c.3.F

Hypocrita,

Hypocrita,ſi non ſit niſi hypocrita, ſibi ſolum nocet,&c.Mat.tomo 3 127.c.4.K
Hypocrita nec eſt bonus,nec vult eſſe bonus, ſed ſolum videri bonus, & ideo vere malum operatur. Sed ſtudium ſuum eſt, illud malum occultare,& bonitatis ſpeciem prętendere,ſi tamen ſolicite inquirat quis,faciliter inueniet hipocritam non eſſe id,quod apparet,Matthæi tomo 3 128.c.2.B
Hypocrita,vt dicit gloſa ſuper Mat.6.eſt ille, qui ſimulat,quod non eſt,ſcilicet,repreſentator alterius perſonæ,Matthæi tomo 4 129.c.4.I
Hypocrita dicit ab hypos,quod eſt ſubtus, & criſis, quod eſt ſecretum,vel aurum quaſi ſubtus ſecretum,vel ſubtus habens aurum.Et communiter accipitur,quaſi,ſubtus ſecretus manens, vel exiſtens, vt ſunt illi,qui agunt perſonas in comędiis,& tragędiis,&c.& inde tractum eſt nomen hypocrita ad eos,qui ſimulant vitæ honeſtatem,& bonitatē, cum eam non habeant,Mat.to.4. 129.c.4.K
Hypocritæ dupliciter peccant,Mat.to.6. 240.c.2.C
Hypocrita vnde ſit, & quid ſit, Matthęi tomo 6, 326.c.3.F
Quare hypocritis detur grauis pœna, Matthæi tomo 6 331.c.3.F
Ad hoc,quòd aliquis fit hypocrita, oportet, quòd oſtendat habitum ſanctæ conuerſationis, & illum gradum vſurpet,& non impleat, & tamen non omnis,qui ſic agit,hypocrita eſt, &c.Matthæi tomo 4 129.c.2.D
Inter hypocritam,& iactatorem hoc intereſt, quia iactator mentitur verbo, hypocrita vero verbo ex opere,& habitu,Mat.tomo 4 130.c.2.E
Hypocrita eſt dupliciter iniuſtus, Ma.to.4.131.c.3.H
Hypocrita eſt ſuperbus,quia directè gloriam quęrit. & circa gloriam peccat dupliciter:primo,quia ſuperabundanter peccat.ſecundò, per rem inhoneſtam,&c.Matthæi tomo 4 130.c.2.D
De triplici peccato hypocritarum,Matthæi tomo 4 130.c.3.G
De hypocritis quid ſentiat Ariſtotel. Matthæi tomo 4 130.c.2.B
Hypocrita eſt nomen Gręcum ſignificans ex prima impoſitione illos,qui vultibus laruas ſuper ponũt, & occultant vultus, & huiuſmodi ſunt effigiatores comędiarum,&c.Matthæi to.6. 23.c.3.I
Hypocritæ habent damnationem inter alios homines,quia cum bona ſimulent,& non faciant, non poſſunt bonitatis ignorantiam allegare,& ſunt valde increpabiles,eo quòd per bonitatem fallãt,&c. Matthæi tomo 6 240.c.2.B

Hipoſtaticum. Hipoſtatica aſſumptio quomodo differat a compoſitione Paradox. 23.c.1.D

Hippopotamus. Eſt animal quadrupes nimiumque aſtutũ,quod ſolus gignit Nilus,Exo.tomo 1 109.c.3.I

Hiram rex Tyri. Cum Hiram rege Tyri quomodo Dauid licite potuit contrahere amicitiam, cum regnum Tyri eſſet de terra Chananęorum, 3.Regum, 45.c.3.H
Hiram rex Tyri dicens benedictus Deus Iſrael, qui fecit cœlum,& terram,potuit illud dicere ficte,ſimiliter potuit illud credere, ſicut dixit,2.Paralip, 34.c.1.E

Hircanus. Filius Simonis Machabæi ſummus ſacerdos, impoſuit ſibi diadema regium,& cœpit principari ante Chriſtum natum annis centum triginta quinque, Matthæi tomo 1 149.c.1.D

Hircus. Cuius ſanguis efundebatur, & aſpergebatur, de quo Leuit.16. figura fuit Chriſti,vt Apoſtolus probat ad Hebręos 9 Omnia enim pœnæ in ſanguine ſecundùm legem mundãtur,&c.Leui. 165.c.2.E
Et per ſecundum hircum, cui confeſſio fiebat peccatorum,ſignificabatur ſimiliter Chriſtus, vt probatur ibidem.
Et iſti ſecundo hirco ſacerdos confitebatur peccata totius populi,tam per malitiam quàm per errorē, & per paſſionem commiſſa, tam totius populi, vt vniuerſitas eſt,quàm omnium particularium perſonarum,Leui. 166.c.3.F
Et in iſta confeſſione confitebatur illa potiſſimè,quę erant a tota communitate facta,& poſt hoc ſubiũgebat clauſulas vniuerſales de peccatis tã per malicią, quàm per ignorãtiam,& per paſſionem, & ſic complebatur confeſſio,&c.ibidem.
Imprecatio, quæ fiebat hirco emiſſario per ſacerdotẽ,erat vt tranſirent in hircum peccata,ideſt,pœnę peccatorum,ideſt,ſi aliquod malum venturũ erat eis pro peccatis ſuis,tranſiret ſuper illum hircum, Leui. 167.c.2.E
Et talis hircus deferebatur per hominem, ad hoc paratum,in deſertum vbi nulla pervia erant, nec aliqui homines,vt ſic a feris laceraretur pro peccatis ipſorum,&c.Leui. 167.c.2.D
In hircum emiſſarium non tranſibant vere pęnæ peccatorum,&c.Leui. 167. c.4.F. ſed ſolum proficiebat iſta obſeruatio,vel cęremonia, vt illi, qui iſtam legem obſeruarent,haberent vitam pacificam, & longam ſine ęgritudine, & abundantiam bonorũ temporalium,&c.Leui.167.c.4.G. Itaquod portabat pœnas temporales debitas peccatis, ibidem.
Emiſſo hirco inſolitudinem Sacerdos magnus reuertebatur in tabernaculum teſtimonii. Et deponebat veſtes, quibus celebrauerat expiationem,& induebatur alijs,ad explendum alia ſacrificia cum ſolẽnitate,ibidem. 168.c.1.C
Portans hircum emiſſarium in deſertum, debebat lauari, &c. cuius duplex cauſa refertur, Leuiti. 169.c.3.F

Hisboſeth. Alio nomine dicitur Hisbaal,vt patet 1.Parali.2.Reg. 11.c.1.A
Hisboſeth regnauit quaſi ſeptem annis cum dimidio 2.Reg. 11.c.1.B

Hiſmenius. Duo ſignificat, ſcilicet, fluuiũ quendam,& hominem quendam Poetam,de quibus,1.Paralipo. 16.c.2.B

Hiſſopus. Apud nos ſignificat herbam, ex qua fiunt chordæ, quæ vulgariter dicitur eſparto;ſed in Hebræo ponitur dictio apud nos ſignificans origanum,in hoc tamen nihil refert, melius tamẽ dicitur hyſſopus quàm origanum, quia hyſſopus valet multum ad aſpergendum quando ſicca eſt,& fracta plurima tunſione,& redacta in fila. Et ideo videtur,quòd dictio Hebræa ſit æquiuoca, vel ipſi non declarant propriè illud vocabulum, &c.Exo.tomo 1. 88.c.2.B,Numeri tomo 1. 265.c.3.G.3.Regum. 43.c.3.F
Hyſſopus,de quo Leui.14. vulgariter dicitur eſparto, Leui. 135.c.3.G

Hiſpania. Prouincia eſt in fine Europę ſita, quæ ab Occidente, & Septentrione Oceano clauditur, ab Auſtro mari Mediterraneo Tyrreno,vel potius Hiberico & Balearico; ab Oriente Pyrenęis montibus terminatur, &c. Geneſis, 5.c.1.A
Hiſpania multas habet appellationes, nam primo Helperia dicta eſt, poſtea Hiſpania ab Hiſpalo Gen.

Gen.5.c.1.B,Dicta est similiter cetubalia, celtiberia hiberia,&c.1.Paralip. 29.c.4.F

In Hispania est terra quædam plana apud Legionem, quæ vocatur campus Gothorum, Iosue tomo 2 58.c.2.B

In Hispania Iupiter,& sagittarius dominantur, vt ait Ptolomeus in quadripartito, lib.2.cap.de prima quarta terrarum,Iudi. 23.c.3.F

Hispania cecidit in sortem Iacobo maiori, Matthæi tomo 1 28.c.1.E

In Hispania prædicauit Paulus, vt dicit Nicolaus de Lyra,August.tamen, & Origenes dicũt oppositũ, Matthæi tomo 6 280.c.2.E

Hispani. A Tubal quinto filio Iaphet processerunt,vt dicit Hieronymus, & Isidorus, Gen.5.c.1.B,Qui quidem Tubal sedem posuit in descensu montis Pyrenei apud locum, qui dicitur Pampilona,&c.Gen.51.c.1.C,Et licet à Tubal descenderint Hispani,non tamen fuit tota Hispania a Tubal populata,quia Tubal vnicum habuit idioma,& tamen in Hispania fuerunt multę linguę a principio,& sunt,fuit tamen Tubal princeps habitatorum Hispanię 1.Paralip. 29.c.3.k

Historia. Rerum gestarum narratio est. Et dicitur a potu historia,quod est videre,quia antiquitus nullus scribebat historiam,nisi qui res fieri conspexisset, vt ait Isidorus 1.Ethimolo.Gen. 3.c.4.H

Historiæ gentium inceperunt a temporibus Nini regis,& non prius,Gen. 51.c.4 H

Cum historia scribitur sępe fit anticipatio, & recapitulatio,etiam in sacra scriptura,nec est possibile aliquam historiam multarum rerum scribi etiam in sacra scriptura,in qua non fiat sępe anticipatio, & recapitulatio,&c.Gen. 64.c.3.F

Libri historiarum dicuntur monimenta maiorum; quia per eos ducimur in recordationẽ gestorum antiquorum,Exo.tomo 1 79.c.4.G

Historiarum interruptiones,in sacra scriptura, fiunt rationabilius quàm fieri possunt,quia Spiritu Sancto dictante,Exo.tomo 1 96.c.4.A

Historiarum,& literarum primordia incępta sunt in Aegypto,Deuter. 168.c.3.H

Historia Naaman Syri cur Ecclesia recitat in quadam Epistola in Quadragesima 4.Reg. 51.c.1.B

Historiam incępit Marcus Varro contexere a diluuio,quod contigit tempore Ogigi regis, Deuteronom. 168.c.3.I

In historica narratione est duplex ordo,s.naturalis,& artificialis;nunquam tamen a naturali recedendũ est,nisi ex aliqua causa &c.Gen. 64.c.3.F

Historiam de laudibus Hispanię ędidit quidam Ioannes Aegidius Zamoren.Iosue. 11.c.3.F

Historia de idolo Michæ,de qua Iudic.17.fuit multo ante Samsonẽ,quidquid dicant alii.Iudi.107.c.3.H Et contigit pauco tempore post mortem Iosue, ibidem. Et contigit viuente Caleb. ibi. 172.c.1.C

Quæ fuerit causa præcipua in generali introducendi historiam in sacris literis,Iudi. 171.c.H

Historia non tenet modum loquẽdi Metaphoricũ, sed simplicem veritatem narrat,&c.Iudi.175.c.3.I 2.Regum. 162.c.4.F

In historia libri Iudi,omisit Samuel ponere historiã Heli, & suam,quia noluit de se scribere, cum fuerit scriptor libri, & quia historia Heli sacerdotis erat simul cum sua, ideo vtranque dimisit scribere, sed Hieremias, qui scripsit libros Regum, incępit, vbi omiserat Samuel, Iudicum. 171.c.4.K

In historia, & disciplinis pręsupponitur id, de quo agitur, scilicet, an sit,& quid sit, &c.2.Regum, 142.c.1.E

Historia dicitur perfectę narrari, quando quis exprimit omnia illa, quæ pertinent ad explicationem rei gestæ,quam intendit declarare, &c.1.Paralipo. 21.c.2.D

Historias primo scripserunt Græci, & imposuerunt nomina gentibus iuxta voluntatem suam, &c. 1.Paralipom. 29.c.2.B

In historiis semper accipiunrur nomina propriè,nisi aliquãdo fiat trãsitus de historia in Metaphoram, exemplum est in lib.Iudi.9.ca.de lignis, quæ fecerunt supra se regem. Et 4.Regum 14.de cardo Libani, & cedro inter se se loquentibus,1.Paralipo. 321.c.2.A

Gentium antiquissimę historiæ incęperunt a tempore regis Nini, quando regna cęperunt in mundo, & bella,reliqua autem tempora,scilicet,ab Adam vsque ad diluuium,& a diluuio vsque ad tempora regis Nini,ignorantur a gentibus, sola autem sacra scriptura computat tẽpora ab orbe cõdito,&c. Mat.to.1.104.c.4.K,Mat.to.5. 82.c.2.A

Historiarum prophanarum auctoritas non conuincit,&c.Defen. 17.c.2.E

In historiis prophanis semper ponuntur anni incompleti,pro completis,Defen. 17.c.3.G

Historia auctoritatem habet ex auctoritate narrantis, & illa historia vera est infallibiliter,cuius auctor errare non potest, Defen. 23.c.2.D

Historiam Ecclesiasticam composuit Ruffinus Græcus defactis Ecclesiæ illustribus a morte Christi ad tempus suum,quam Hieronymus de græco transtulit iussu Damasi,& compleuit eam vsque ad tempora sua, duos addens libros,scilicet, decimum,& vndecimum,&c.Matth.tomo 1 60.c.3.K

Historia scholastica fallitur in expositione illius Exo. 21. non egredietur, sicut ancillæ egredi consueuerunt,Exo.tomo 1 209.c.1.B

Opinio historiæ Scholasticæ reprobatur dicentis, ꝙ filii Israel expectauerunt per tres dies diminutionẽ aquarum Iordanis,Iosue tomo 1.24.c.2.B,Et assignantur causæ, quare Israelitæ expectauerunt tribus diebus,iubente Deo,per Iosue,ibi. 24.c.3.G

Opinio historiæ Scholasticæ reprobatur circa illud Iosue 3.Post diem tertium transibitis Iordanem, Iosue tomo 1 23.c.4.H

Historia Scholastica nimis sequitur Iosephum, Iudi 135.c.4.I

Historicus,historiographus. Historici aliquãdo coguntur posteriorizare, & anticipare res gestas ne implicent eas,Exo.tomo 1 29.c.1.B

Historici,& Poetæ Gentiles non cognouerunt mundi inchoationem, neque repererunt aliquid scriptum de antiquis temporibus,per quod præteritorum illis esset fides. Et ideo antiquissimi illorum a diluuio Ogigi regis inceperunt, quod fuit annis mille septingentis octuaginta duobus ante Christi natiuitatem, alii vero incęperunt a diluuio Deucalionis,quod fuit quinque annis prius,quàm Hebræi a captiuitate Aegyptiaca liberarentur,Deute. 162.c.3.F

Libri historici vtiliores sunt ad mortalia, quam libri doctrinales,qa animos magis mouent facta quàm verba.10.Ethicorum,Iudi. 2.A

Libri historici sacrę scripturę ad id proficiũt,ad quod doctrinales, vel legales,licet indirecte,& hoc dupliciter &c.Iudi. 2.A

Ad hoc, quod aliquis sit cõueniens historiographus, non requiritur,quod interfuerit omnibus rebus,

quas

quas ſcripſit, dum gererentur, ſed ſolum, quòd ipſe ſit certus ſe vera dicere, Matthæi tomo 1 14.c.3.G

Hiſtoricus ſenſus dupliciter accipitur, ſcilicet, largè, & propriè, &c. Matthęi tomo 4 50.c.3.I

Hiſtrio. Hiſtriones, & meretrices tenerẽtur ad reſtitutionem, ſi Eccleſia inſtituę ret, ſicut inſtituit de vſurariis, & ſimoniacis 4. Regum. 61.c.2.A

Hiſtriones, & mimi ſunt infames 4.q.1.c.definimus. Similiter, & illi, qui adhęrent eis, vnde filii, præter voluntatem parentum, ſi adhęreant mimis hiſtrionibus, vel arenariis ſe ſocient, poſſunt exhęredari, vt in Authen. cum de Apoſtolo. cogno. §. cauſas. collatio. 8. Nec iſti poſſunt promoueri ad ſacros ordines 33. diſtin. cap. maritum. Et priuantur communione, de conſecratio. diſti. 2. c. pro dilectione, ſicut, & omnes peccatores publici, qui diu ſunt in peccato, & vituperantur valde, qui erudiunt iſtos ad iſtam artem, quare iſtis dare aliquid peccatum eſt, 86. diſtin. ca. donare, &c. Matthæi tomo 3 23.c.3.H

Holocauſtum. Differebat ab hoſtia pacifica, & ab hoſtia pro peccato, quia holocauſtum totum incendebatur, & comburebatur, ſed non ſic hoſtia pacifica, &c. vt patet Leui. 3. 6. & 7. Gen. 46 c.3.k

Quando holocauſtum fiebat, iugulabatur animal, & ablata pelle, cremabatur cum inteſtinis pedibus, & capite prius lotis, Leui. 1. Gen. 117.c.3.k

Holocauſtum erat ſacrificium, quod fiebat ſolum ad laudandum Deum, non precando aliquid fieri nobis, aut remitti per illud. Et in hoc cremabatur totum cadauer animalis immolati ſuper altare, cũ capite pedibus, & inteſtinis lotis, vt patet Leuit. 1. Exo. tomo 2 7.c.3.F

Qui offerebat holocauſtum, debebat imponere manum ſuper caput animalis, quod ad immolandum tradebat, Leui. 1. Exo. tomo 2 70.c.2.B

In holocauſtis pellis animalis pertinebat ad ſacerdotem, qui offerebat, Leuitico. 6. Exodi tomo 2 78.c.3.I

Holocauſtorum diſtinguntur tria genera, Leuitic. 1. Exo. tomo 2 79.c.3.I

Holocauſtum dicitur ab holon, quod eſt totum, & cauma, quod eſt incendium. Et fiebat totum directe propter Deum, Exo. tomo 2. 81.c.2.C, Ioſue tomo 2 169.c.3.K

In holocauſtis quotidianis duorum agnorum matutini, ſcilicet, & veſpertini offerebantur panis, & vinum, nunquam enim offerebantur Domino carnes ſolæ, ſed cum eis offerebantur ſimila, & vinũ, & oleum quantum ad victimas pacificas, & holocauſtum. In ſacrificiis tamen pro peccato non tenebatur ſemper iſta lex, vt patet Num. 15. Exo. tomo 2 89.c.3.K

In holocauſto infundebatur vinum ſoper carnes holocauſti, & ſupra panem, quando ponebatur ſuper ignem, &c. Exodi tomo 2 90.c.1.E

Holocauſtum deſcribitur, & vnde ſic dicatur grẹce, Leui. 8.c.3.K, & 55.c.3.K

Nunquam aliquod animal ſœminini generis offerebatur in holocauſtum, Leui. 9.c.1.D, & redditur cauſa huius, ibidem. 248.c.2.A

Holocauſtum fiebat principaliter ad laudem Dei, nulla alia cauſa inducente ad hoc quæ eſſet obligationis aut petitionis, aut gratiarum actionis, Leuit. 8.c.3.k, & 265.c.2.A

Cum aliquis de populo ferret animal in holocauſtũ, ducebat illud vſque ad altare holocauſtorum, & ibi ponens vtranque manum extẽnſam ſuper caput eius, relinquebat illud ſacerdotibus ad immolandum, & talis manuum impoſitio fiebat ad duo, vel ad alterum eorum, ſcilicet, ad renunciandum proprietati illius, vel ad imprecandum pœnas peccatorum ſuorum, caput illius animalis, Leuitico. 9.c.3.K, Sed melius dicitur, quòd fiebat propter ſecundum, ſcilicet, propter imprecationem ibidem. 8.c.3.F

In holocauſtis ſolum lauabantur inteſtina, & pedes, a quibus pellis detrahebatur, & carneus vnguis, aliæ vero partes animalis non erant lauandæ, &c. Leui. 12.c.4.F

Dum cremabatur holocauſtum, ſemper debebat aſſiſtire ſacerdos ordinans carnes. Similiter, & in ſacrificio veſpertino tota nocte aſſiſtere debebat, ad comburendum illud Leui. 6. ille, ſcilicet, cui cõtigiſſet facere ſacrificium, ſcilicet, qui iugulabat, & decoriabat, & icedebat in fruſtra, hic ponebat carnes conciſſas ſuper altare, alii ſacerdotes offerebant illi ſanguinem animalis, &c. Leui. 12.c.4.G & 48.c.3.F

Holocauſtum dicebatur ſuauiſſimi odoris Deo, quia ad ſolum Dei laudem fiebat, reliqua autem ſacrificia, alias ſpeciales cauſas habebãt, Leuitic. 15.c.4.I Num. tomo 1 73.c.3.k

De differentia holocauſti matutini a veſpertino, quo ad cremationem, Leui. 48.c.2.E, Nam holocauſtum veſpertinum durabat per totam noctem, Numeri tomo 2. 104.c.1.A. 1. Paralipome. 289.c.1.C

In holocauſto bouis dabantur maiora libamenta, quàm in holocauſto arietis, & agni, &c. Num. tomo 1 84.c.4.k

In holocauſto quotidiano non poterat offerri hędulus pro agno, vt probatur, Numeri. tomo 2 102.c.1.A, Nec etiam vitulus pro agno, ibidem. 102.c.2.E

In holocauſto, & victima pacifica apponebantur quinque libamenta, vel libamina, ſcilicet, ſimila, Vinum, Oleum, Sal, & thus, Num. 15. iſta quinque vocantur ſed præcipue ſiamila. 1. Paralipome. 252.c.1.E

Homerus. Auctor antiquiſſimus fuit anno a creatione mundi quater milleſimo ducenteſimo ſexageſimo, regnante Ioſaphat apud Hebræos, vt communis eſt opinio, nam de Homeri tempore variæ ſunt opiniones, Geneſ. 16.c.4.K, & 27.c.4.k

Homerus, cum in quadam inſula quęſtionem ſibi factam a piſcatoribus ſoluere non valeret, præ tędio mortuus eſt, vt refert Valerius libro 9. c. de mortibus non vulgatis, Gen. 16.c.4.k

Homerus natus eſt apud Meonios grẹciæ populos, vnde, & Meonius vates dicitur, Gen. 53.c.2.E

Homerocento. Vel homerocentona, componitur ex homero, & cẽto, cẽtonis. quod idẽ eſt, quod punctator, & ſignificat librum compoſitum ex verſibus punctatis in Homero, ſecundum vero Iſidorum, componitur ex Homero, & centum, quia de centum verſibus vnus ſumebatur, Gen. 16.c.4.K

In homero centonibus deprauabantur ſontentiæ, Gen. 17.c.1.A

Homo. Oĩs homo generaliter dr̃ vas, qa intra theſaurũ cordis ſui bona, vel mala cõtinet, vt dr̃ 2. ad. Tim. 2. Sed Paulus dr̃ vas electionis ſpãliter, qa ſcripturas ſacras intra ſe tanquã vas ſeu armarium continebat, Gen. 10.c.4.H

Quòd

Quòd homines non tandiu viuant, neque ſint tanti roboris, & ſtaturę ſicut olim; mutatio aſpectus ſiderum octauæ ſphęræ eſt in cauſa, quia in centum annis vno gradu mouetur, &c. Gen. 17.c.2.E
In hominis generatione duo ſunt ſupra potentiam naturalium cauſarum, ſcilicet animæ creatio, quã ſolus Deus creat, & formalis vnio, ſcilicet, quòd anima vniatur corpori, ita vt ſit forma ſua, & illud vegetet, &c. Quare ſuſcitare mortuum potentiæ eſt infinitę, &c. Vnde magis proprie aſinus generat aſinum, quã homo hominem, &c. Et Deus expreſſit ſuam actionem ſupranaturalem, cum dixit faciamus hominem ad imaginem, &c. quaſi vna diuina perſona loqueretur cum alia, cum tota Trinitas indiuidualiter operetur ea, quæ extra ſunt, &c. Gene. 8.c.3.F
Hominis circa bruta dominatio, quantum ad actum ſolum, fuit in ſtatu naturæ conditę, nam poſtea in cõtrarium verſum eſt, quia ſicut nec ipſe Deo ſubditus ſtetit, ita nec animalia ei ſubdita permanerent, ſed pugnat totus orbis contra nos inſenſatos. cum ergo quis ad magnam ſanctitatem peruenit, cuncta ei obediunt animalia, & elementa, vt patet in legendis multorum Sanctorum patrum. Manet tamen dominium iſtud naturaliter, & habitualiter, & actualiter quantum ad multa, &c. Geneſ. 8. colum. 4.F
Hoc nomen homo, in ſcriptura ad multa transfertur Mat. tomo 5 37.c 4.H
Homo fœmina nobilior. Leuit. 331.c.3.F
In ſolis hominibus eſt ius naturale, vel lex naturalis, Mat. tomo 5 83.c.4.H
Homo vetus, & homo nouus, homo interior, & homo exterior, quid ſit, Mat. tomo 2 166.c.1.B
Mat. tomo 3 36.c.3.F
Hominis productio a productione aliorum animalium differt, quia alia animalia ſimul multa in maſculis, & fœmellis producta ſunt, nec ſumpta fuit fœmella de maſculo: in natura vero humana, fœmina de carne viri aſſumpta eſt, & hoc multum atteſtatur perfectioni viri. Item quia vnicum indiuiduum naturę humanę fuit totallter principium: & in alijs animalibus multa prima principia fuere; quia multos equos, multos aſinos Deus ſimul produxit. &c. Geneſ. 9.c.1.B
Vbi ponũtur multę rationes quare fęmina de coſta viri fuerit formata. Primus homo, ſi non peccaſſet, genuiſſet, non ad perpetuitatẽ ſpeciei, ſed ad gloriã Dei, vt cõmunicaret multis hominibus electis, nũc aũt generatio eſt neceſſaria vltra hoc, propter conſeruationem ſpeciei Geneſ. 9.c.3.H
Si omnes homines, qui ſunt in mundo vna mẽte cõtinere proponerent, credit Auctor etiam ex maiorum auctoritate, quòd Deus crearet electos ſuos deficientes ad complementum numeri electorum; vel faceret eos de matribus ſine virili ſemine concipi. Et ſic totus mũdus breuiter finiretur: ſed Deus nouit quod futurum ſit, credit tamẽ Auctor, quòd iſte caſus eſt ſatis difficilis Geneſ. 9.c.3.I
Primi homines in ſtatu innocentię licet fuiſſent immortales, appetitus tamẽ cibi, & potus inerat illis, & ideo aſſignauit illis cibos, quibus veſcerentur, Geneſ. 9.c.4.F
Cibus primorum hominum ante diluuium fuit fructus arborum, & herbę, & adducuntur ad hoc quędam Ouidij carmina, Geneſ. 9.c.4.k
Formationis hominis præcipua cauſa fuit participatio diuinę bonitatis, & oſtenſio magnitudinis eius: alia cauſa fuit vt homo honoraretur, & minus principalis cauſa fuit cultura terrę Geneſ. 12.c.1.A
De hominis conditione, & fœlicitate in ſtatu innocentiæ, Geneſ. 12.c.3.H
Quòd homo poſſet non mori in ſtatu innocentię, nõ habebat per aliquid communicatum ei per qualitates intrinſecas, quæ facerẽt eum impaſſibilem, ſed per remotionem corruptiuorum Geneſ. 12. colum. 3.I
Primis hominibus datum eſt pręceptũ affirmatiuũ, vt comederent, vt per cibum, & potum conſeruarentur, ex quo non erat ibi fames, & ſitis, fuit neceſſarium pręceptum, &c. Geneſ. 15.c.3.F
Creatus eſt homo talis, vt mori poſſet, non tamẽ erat mortalis, ideſt neceſſitatem moriendi habens. Nec impoſſibilitatem ad moriendum. Ita q9 ſi peccaſſet, relinqueretur conditioni ſuę. Et ſicut erat potens mori, efficeretur neceſſario moriturus, ſicut nunc eſt, &c. Geneſ. 23.c.3.k
Quare Deus non permittat hominem multum lętari in hac vita Geneſ. 32.c.4.F
Homines primę ętatis, de quibus fit mentio Gene. 5. quòd fuerunt geniti ab alijs, non erãt primogeniti illorum, ad minus non omnes Geneſ. 32.c.3.F
Homines primę ętatis quare tam diutius durarent Geneſ. 34 c 4.k
Quòd homines haberent vitam longam in prima ętate, fuit conueniẽs ad multa, & maxime ad Aſtrologiam, &c. Geneſ. 33.c.4.F
Sicut homo vocatur omnis creatura Mat. vltimo ita vocatur omnis caro Gen. 6. cum dicitur omnis caro corruperat viam ſuam Geneſ. 37.c.1.E
Nunquam homo vocari ſolet animę vocabulo niſi in ſacris literis Gene. 48.c.1.E
Homo tres ſtatus habuit, vel ſaltem ſecundum tres ſtatus poteſt conſiderari, quia ſecũdum veritatem duos habuit. Primus fuit conſiderando eum ſecundum ea, quę ſunt illi pure naturalia, nõ addita miſeria, nec appoſita fęlicitate Secundus fuit in quadam excellentia Paradiſi ſibi gratis data. Tertius conſiderando eum in miſeria, quam habuit poſt peccatum. 2 & 3. ſtatus fuerunt vere in homine, & primus ſolum ſecundum conſiderationem. De primo ſtatu hominis ſcribuntur ea, quę habentur Gene. 1. de ſecundo ſtatu habentur ea, quę ſcribũtur in 2. ca. de tertio ea, quę in tertio, &c. Gene. 113. colum. 2.D
Sacra ſcriptura ſępe appellat hominẽ nomine animę abſolute. Et brutum appellatione animæ viuentis Geneſ. 138.c.3.F
In hominibus vnitas principij data eſt ad honorẽ ſpeciei humanæ, & vt inter illos eſſet cauſa amoris, vnionis, & pacis, quod non contingit in alijs animalibus quia nõ poſſunt habere cognitionem, quòd ſint ab vno principio Geneſ. 143.c.4.F
Inter maſculum, & fęminam in hominibus, quare contingit communicatio œconomica, Et non in cæteris animalibus, ſed ſolum communicatio naturalis, Gene. 144.c.1.E
Inter homines aliqui ſunt naturaliter domini, ſ. qui ingenio pollẽt, & ſe, & alios regere poſſunt. Alij ſunt naturaliter ſerui, qui iudicio carent ad ſe regendũ, & corpora robuſta habẽt, ex 1. Poli. Geneſ. 144. colum. 3.F
Homines quamdiu eſſent in innocentia, non eſſent habituri veſtes, vt probatur Geneſ. 186.col.2.A
Vtile eſt hominibus ſcire quid alij de ipſis ſentiant, Mat. tomo 4 162.c.2.B
Sicut primum principium operatiuum in homine, eſt intellectus, quem ſequitur appetitus per electionem, &c. Ita in animalibus primum principium eſt æſtimatiua, cuius apprehẽſionem conſequitur

appetitus, & appetitui seruiunt omnia membra in animali, scilicet, in quo est vis motiua, Genes.219. col 4.K
Hominem esse animam in corpore viuentem, dixit Plato, Exo tomo 1 44.c.4.k
In homine, quatenus homo est, sunt duo principia operandi, scilicet, intellectus, & voluntas, & alia duo istis subordinata, quatenus animal est, scilicet, vis æstimatiua, quæ est collectiua intentionum particularium, & iudicat quid vtile, quid inutile, quid bonum, & quid bono contrarium, &c. abstrahendo intentiones non sensatas a sensatis. Et vis affectiua, quæ respondet voluntati, in qua est affectibilis, & concupiscibilis, & irascibilis, & cæteræ passiones. Et has duas vltimas perturbare potest dæmon, cum sint virtutes corporales, &c. Exo. to. 1. 48. c 4. F
Sunt homines, qui videntur magis monstra hominum, quàm homines, vt sunt illi, qui habitãt in extremitatibus orbis, scilicet, ad Austrum circa Oceanum in Aethiopia interiori, vt sunt Iciophagitæ, Antropoformitę, Garamantes, & in Septentrionali parte mũdi extrema in insulis Orcadibus, & Ebudibus, & insula Tyle, quæ vltima est in toto orbe, versus polum arcticum procedendo, Exo. tomo 1 170 c.1.E
Homo multis modis dicitur bestialis, Exo. tomo 1. 238.c.3.G
Nullus homo est, qui de suis cubitis habeat quinque cubitos in longitudine, immo nec quatuor, Exo. tomo 2 48.c.2.E
Hominis definitio, quam assignat Plato, explicatur, & confutatur, Leuit. 16.c.4.K
Homo liber non habet æstimationem, non solùm, quia hoc dicit lex, & habetur tanquàm vulgare, ff. ad leg. Aquil. sed quia impossibile est, quòd homo liber recipiat æstimationem secundum naturam, vt probatur Leuit. 324 c.3.F
Homo vocatur actus, sed non purus actus, Deuteron. 152 c.3.G
Hominis intellectum esse diuinum, & ipsum solum productum ab extra, fatetur Aristot. in lib. de Animalibus, Deuter. 171.c.2.E
Homines indocti parum videtur a belluis distare, &c. Iosue tomo 2 25.c.2.A
Nulli homini datur a iure omnimoda libertas super alium hominem, 4 Regum 107.c.3.F
Homines diuersitate, & mutatione delectantur, quia naturæ humanæ cõsona videtur mutatio, cum hominis natura non sit vnica, & simplex, 7. Ethicorũ in fine, &c. 2. Paralip. 120.c.2.B
Omnia homini concessa sunt, quæ nullo iure naturæ alicubi alio prohibita sunt, 2. Paralip. 236.c.3.H
Homo inquantum malus, ordinatur ad mortem, &c. Mat. tomo 2 85.c.1.D
Quando reputetur homo incorrigibilis iuxta homines, Mat. tomo 2 86.c.1.A
Homo factus est seruus Christi, non solum inquantum Christus est Deus, sed etiam inquantum homo est, sicut ille, qui emitur ab alio, est proprie seruus eius &c. Mat. tomo 2 86.c.4.F
Homo est animal naturaliter temperatissimum, quia est in medio temperamenti totius complexionis naturæ animalium, & ideo non habet excessum in aliqua passione, sed sunt passiones in eo, quasi moderate se habentes, & ex hac parte conuenit homini esse animal mansuetum: & irasci cõuenit etiam illi partim ex ratione, & partim ex complexione, sed magis naturale est ei irasci, quam mansuetum esse, quia naturaliter vnumquodque insurgit in sua naturalia, & nociua, Mat. tomo 2. 103.c.1.D, & 164.c.3.I, & 167.c.2.C
Quilibet homo est quodam modo duo homines, ex quo habet partem rationalem, secundum quam potest iudicare, & velle, & partem sensitiuam, secundum quam potest apprehendere, & appetere, & secundum rationalem irascitur contra sensitiuã, affligendo illam in pœnitentia, Matt. tomo 2. 104. c.3.I, Mat. tomo 3 36.c.3.F
Homo dicitur animal mansuetum naturaliter, non quidem quòd nullam iram habeat, sed quia ad nocendum est animal paucæ iræ, & hoc secundum exigentiam corporis sui, & prudentiam: bestiæ autem habent magnam iram propter ferocitates earum, Mat. tomo 2 167.c.2.C
Homo quãtum ad virtutem motiuam differt ab omnibus animalibus in duobus, Mat. tomo 3. 52.c.4.K
Inter hominem, & cætera agentia per cognitionem, quid interfit, Mat. tomo 5 83.c 4.F
In hominibus videtur malum accidere, vt in pluribus quàm bonum propter multa, Matth. tomo 3. 260.c.3 I
Prouidentia Dei aliter se habet ad homines, & aliter ad alias creaturas corruptibiles, Mat. to. 5. 28.c.2.E
Homo in sacris literis vocatur quælibet persona, etiã si sit purus spiritus, Mat. tomo 4 61.c.4.F
Homo & quodlibet animal magis inclinatur ad timorem, quo mala fugit, quàm ad audaciam qua mala inuadit, Mat. tomo 5 7.c.1.E
Cur homo dicatur caro, & sanguis, Matt. tomo 4. 161 col.2 B
Istud nomen homo, est nomen multum commune, & trãsfertur ad multa in scriptura, nam interdum homo significat dæmonem & interdum Deus pater dicitur homo, & tota Trinitas, Matth. tomo 5 37.c.4.K
Hominis natura inclinat ad aliquid dupliciter, vno modo ad id, quod est conueniens naturæ generis, idest, omnibus animalibus: alio modo ad id, quod est conueniens naturæ differentiæ, qua species humana dicitur abundans a genere, & sic actus prudentiæ, vel temperantiæ est naturalis homini. Et isto secundo modo naturale est homini matrimonium, vel propagatio secundum rationem, Matth. tomo 5 82.c.1.A
Homini adhibeẽ custos dupliciter, Mat. to. 5. 28.c.3.K
In homine duplex natura consideratur. Mat. tomo 5 144.c.2 B
In sacris literis Deus aliquando appellatur homo, similiter & dæmon vocatur homo, Mat. to. 6. 9. c. 3. F
Hominis bonum principaliter consistit in actu interiori, Mat. tomo 5 29.c.3.I
Hominis natura dupliciter consideratur, vno modo in sui integritate, alio modo prout est corrupta, Mat. tomo 5 145.c.2.D
Hominis corpus inter omnia corpora animalium est optimæ complexionis, Mat. tomo 6 91.c.1.A
In homine non sunt ponendæ tres animæ, scilicet, vegetatiua, qua homo sit corpus animatum, sensitiua, qua sit animal: & anima rationalis, qua sit homo, sed dicendum est, quòd tantum est anima rationalis in homine, quæ cõtinet perfectionem animarum istorum trium graduũ, Mat. to. 6. 95.c.1.C
De hominis differentia in statu naturæ integræ, & in statu naturæ lapsæ, Mat. tomo 5 145.c.2.E
Ad hoc quòd homo moueatur ad bonum in omni statu, indiget auxilio diuino, Mat. to. 5 146.c.1.A
Hominis generatio dicitur naturalis, inquantum natura potest producere vltimam dispositionem in corpore, quæ est necessitas ad formam, Matth. tomo 6 96.c.2.D

In

In homine non est aliud esse animæ, & aliud esse corporis, Mat.tomo 6 97.c.1.A
Nec per mortem desinit hominis esse, ideſt, illud esse, quo homo erat, quandiu homo erat, quia illud esse erat esse animæ, quo anima subsistit post separationem, Exo.tomo 6 96.c.4.K
Esse vero in alijs compositis, præter hominem, est esse materiæ, & esse formæ distinctum ab esse totius, ibidem.
Homo assimilatur ciuitati, quo ad partes eius, quæ fluunt, & refluunt, Mat.tomo 6 108.c.4.F
Duplex est hominis perfectio, quædam dicit integritatem eorum, quæ est ad materiam. Alia est perfectio, quæ consistit in perfecta cognitione finis. ad quem semel quis peruenit, prima potest haberi in statu præsenti, per actionem causarum naturalium, non tamen secunda, Mat.tomo 6 121.c.1.B
Homo indiget nunc duobus ad diligendum Deum super omnia, Mat.tomo 5 148.c.3.K
Hominis, & Angeli vita duplex: vna, quæ competit eis secundum naturam, vel speciem suam, aut genus, & in ista non communicant: alia est vita vtriusque, quæ est diuina per gratiam, & gloriam, & in hac communicant, Mat.tomo 6 140.c.1.E
Omnis homo est peccabilis, & ideo alicui legi subditus, Mat.tomo 5 203.c.3.I
Homo significat omnia principia specialia speciei, Mat.tomo 6 97.c.2.F
In homine sunt partes diuersæ dupliciter: vno modo diuersæ partes totius homogenei, &c. alio modo diuersæ partes, quæ sunt diuersarum specierum totius, sicut os & caro inter se comparata, Matt.to.6 99.c.3.F
In homine est triplex humiditas; prima quæ est recedendo a perfectione indiuidui, & ista subdiuiditur in duas. Secunda est præcipua, quæ ad indiuiduum pertinet, & tamen nondum peruenit ad vltimam perfectionē, quam natura operatur in indiuiduo, &c. Tertia, quæ peruenit ad vltimam perfectionē, quam natura intendit in corpore indiuiduo, Matt. tomo 6 102.c.2.B
Homo manet idem per totum tempus vitæ suæ eo modo, quo ciuitas manet eadem, Mat.tomo 6. 108 col.4.F
Homines primæ ætatis erant longioris vitæ, quàm nunc, eo quòd semen participabat tunc magis perfecte virtutem speciei, quàm nunc, &c. Mat.tom.6 112.c.1.D
Duplex est hominis perfectio quædam quæ dicit integritatem eorum, quæ ad naturam spectant: alia, quæ cōsistit in perfecta possessione finis, ad quem quis semel peruenit, Mat.tomo 6 121.c.1.B
Omnis homo est alteri homini naturaliter amicus, Matt.tomo 6 8.c.3.G
Deus pater vocatur homo: cū non sit homo, eo quòd cōcordat hominibus in intellectu, & ratione, quia ipse spiritus est, & homines spiritum habent, per quem intelligunt, Mat.tomo 6 9.c.3.F
Quia homo est ad imaginem, & similitudinem Dei, ideo aliquid vnum inuenitur nobis, & Deo commune, sed non quòd æque primo, & æqualiter inueniatur in illo, & in nobis, &c. Mat.to.6. 73.c.2.D
Sed de conformitate inter hominem, & Deum, ibid.
Homo marcescit ex speculatione, Matth.tomo 6. 73. col.2.A
Homines, & Angeli semper tenent certum modum in operando, Matt.tomo 6 80.c.2.A
Sicut homini in pœnam inflictum est, vt moreretur, ita etiam & quòd incineraretur, Matth. tomo 6. 89.c.1.E
Homo dicitur aliqd dupliciter, vno modo secundum suam substantiam, & naturam: alio modo non secundum totum, vel commune, sed secundum principalitatem, Mat.tomo 6 139.c.4.F
Homo potest vocari similior Deo, quàm proximo suo, quia participat homo secundum Deum istam similitudinem, scilicet, quòd Deus est causa huius similitudinis, & secundum id, quod a Deo recipimus, sumus adinuicem similes, Matt.tomo 6. 144. col.3.G
Bruta aliquando magis inclinantur ad benefaciendum parentibus, quàm homo propter duo, Matt. tomo 6 151.c.2.D
Circa excellentiam Dei sunt duo consideranda, primum, quòd illud, secundum, quòd homo excellit, non habet homo a seipso, sed est quasi diuinum in eo, &c. secundum quòd id in quo homo excellit, datur homini a Deo, vt ex eo alijs prosit, Matt.to.6 183.c.4.I
Homo ad animam suam dupliciter se habet, vno modo vt ad rem suam preciosissimam, alio modo vt ad rem ab alio commendatam ei, & de qua rationem redditurus est, Mat.tomo 6 323.c.1.C
Homo est paruus mundus, Mat.tomo 6 323.c.3.F
Aliqui homines sunt subtiliores, & perspicaciores alijs, secundum quòd corpus, cui communicatur est anima capacius, &c. Mat.tomo 7 33.c.4.F
Primum donum datum hominibus est capacitas, & cætera sequuntur capacitatem, Mat.to.7. 34.c.1.E
Homini duplex iudicium debetur, vnum vt singulari personæ, scilicet, in morte: alterum, vt est pars totius humani generis, scilicet, iudicium vniuersale, Mat.tomo 7 86.c.1.B
Homini dupliciter seruiunt corporalia, vno modo ad sustentationem corporalis vitæ: alio modo ad profectum cognitionis diuinæ, Matt. tomo 7. 137. colum.3.K
Propter hominem est cœli operatio, Matth. tomo 7 140.c.2.E
Deus creauit hominem, velut præcipuam creaturam inter corporales; non fecit tamen cætera propter ipsum, quasi ita essent propter eum, & nō propter aliquid aliud: nam facta sunt ad ostendendum diuinam bonitatem, Mat.tomo 7 141.c.4.H
Homo in statu innocentiæ esset incorruptibilis, quia tunc poterat non mori, Mat.tomo 7 146.c.4.F
Homo essentialiter constat ex corpore, & anima, Mat.tomo 7 152.c.1.B
De mixtis solus homo manebit post iudicium, Matt. tomo 7 249.c.1.D
Hominum quidam sunt totaliter in termino: alij vero in via, & alij partim in via: & partim in termino, Matt.tomo 7 255.c.4.H
Infra hominem statim sunt bruta, Matth. tomo 7. 192.c.4.F
Ob hoc soli homines peccant, quia illi soli secūdum rationem agere debent: alia vero deficiunt, sed nō peccant; etiam homo non peccat quandocunque deficit, cum contingat eum deficere circa perfectiones corporis, Mat.tomo 5 147.c.1.A
Cuiuslibet hominis intellectus dependet a Deo, quātum ad duo, Mat.tomo 5 147.c.4.G
Connaturale est homini diligere Deum super omnia, similiter & cuilibet creaturæ, Matth. tomo 5 148.c.3.G
Homini competit agere secundum rationem, Matt. tomo 5 148.c.3.G
Nulli duo homines habent penitus eundem horizontem, Mat.tomo 6 301.c.1.B
Quilibet homo ē vna vniuersitas, Mat.to.6. 323.c.3.F

Homo quodammodo est duplex persona, scilicet cõsiderando ipsum, vt pars quędam politicæ communicationis. Alio modo, vt est quædam creatura rationalis a Deo beatificabilis, & Dei capax per intellectum, & voluntatem in Defen. 35.c.4.G

Homini primo contulit Deus tam necessaria secundum indiuiduum, quam secũdum speciem Parad. 77.colum.3.I

Hominis formatio quomodo fuerit facta, vide in de Trinit. 2.c.2.E

Homicidium. Abraham, non commisit homicidium, volens occidere filium suum, tum quia ex mãdato Domini, tum quia Isaac nocẽs erat coram Deo, Exod.to.1. 21.col.1.E

Inter homicidium volutarium, & casuale distingũũt leges humanæ, similiter, & lex diuina. Exo.21. Exo. tomo 1 181.c.3.H

Homicidiũ prohibetur a lege diuina prout indebite fit, & iniuste Exod.tomo 1.187.colum.4.H, & 130. colum.2 B

Homicidij reus est, qui permittit aliquẽ occidi iniuste, quẽ iuste a morte eripere potest, Deut.27.c.2.B Et habetur extra de homicidio.cap. sicut dignum Deute. 113.c 4.H

Omnia homicidia Deus dicitur facere, Exo.21.2 Paralipo. 251.c.3.K

Homicidium licitum est, idest non malum in aliquibus casibus, qui sunt de iure naturali, & ponuntur ab Augustino li.1. de Ciui. Et habentur in Decretis 23.quæst.5.ca.non licet primus casus est, quando Deo auctore aliquis bella iusta facit, secundus in iudicibus, qui publica potestate funguntur, tertius exiussu expresso Domini, quartus in illis, qui speciali consilio Spiritus sancti se ipsos, vel alios occiderunt. Alij sunt casus similes præcedentibus vt miles bella gerens mandato principis sui iuste homicidium facit; immo tenetur illud facere, quia alias crimine imperij deserti puniretur, vt patet in Decretis 23. q.5. cap.miles. Alius casus est in ministris iudicum 23.q.5. ca.cum minister, & qui debent facere homicidium, non debent id facere voluntate occidendi, vel crudelitate quadam, sed solum propter obedientiam debitã iudici, quia alias illi essent homicidæ, vt patet ex eodem ca.& ca.lex ęterna, & ca.omnia. Alij casus, in quibus per iura accipiunt aliqui potestatem occidendi, vt in se defendente, & in apprehendente vxorem suam in adulterio licet sunt saltem secundum iura humana, Matt. to.2 88.col.2.B

In homicidio quomodo Papa possit dispensare, Mat. tomo 2 87.c.4.k

In homicidio faciendo non potest episcopus dispensare, bene tamen in iam facto dum tamen eius dispẽsatio nõ sit in iure prohibita, Matth.tomo.2.89. colum.1.D

Homicidium non prohibetur simpliciter lege naturali, vel lege Dei, sed homicidium iniustum, quod nomine homicidij significatur, cum sit nomẽ delicti. Nam homicidium iustum potius occisio dicitur, quam homicidium, Mat.to.2. 88.c.3.k

Et si per quodlibet homicidium separetur homo a tota Ecclesia militante, potest tamen aliquod homicidium habere aliquam causam valde aggrauantem, & aliquam valde alleuiantem, & secundum hoc episcopus potest dispensare, vel non dispensare, Mat.tomo 2 89.c.2.B

Homicidium, cum sit delictum in operatione, quæ maxime perturbat pacem politicam, de eo pertinet iudicare in triplici foro, scilicet seculari, ecclesiastico, & in foro conscientiæ, Matth.tomo 2.90. colum.1.B

Homicidium omnino casuale non imputatur ad pœnam nec ad peccatum, nam adhoc, quòd aliquis sit immunis ab homicidio, qđ ipse fecit, vel sequitur ex actu suo, sine intẽtione eius de duo requruntur: primo, quòd det operam rei licite: secundo, quòd adhibeat omnem diligentiam cõuenientem: quibus seruatis, licet ex actu nostro sequatur homicidium, non peccabimus, quia istud erit omnino inuoluntarium, vt habetur extra de homicidio, ca.dilectus, & ca.ex literis, & ca.significasti, Mat.tomo 2 97.col.1.A

De homicidio Cain reus fuit Lamech. Matt.tomo 2 97.col.3.G

De homicidij speciebus, Mat.tomo 2 99.c.3.G

Homicidium est duplex, scilicet spirituale, & corporale. Primum est, quando quis spiritualiter, & quadã iuris fictione occiditur, quod fit quintupliciter scilicet odiendo, detrahendo, male cõsulendo, nocendo, victum subtrahendo. De primo intelligitur illud Ioan.8. Ipse homicida fuit a principio, ideſt desiderium habuit occidẽdi hominem propter odiũ, & inuidiam. De quinto habetur 86.distin.ca.pasce, &c. Et quilibet modus istorum esse peccatũ mortale. &c. Corporale homicidium fit dupliciter, scilicet facto, & lingua, per linguam fit tripliciter, scilicet præcepto, concilio, & defensione, vt patet 50. dist.cap.si quis viduam, & de pęniten.distin 1 cap. periculose. Facto committitur homicidiũ quadrupliciter iustitia, necessitate, casu, volũtate, Mat.to.2. 99.col.3.G

Homicidiũ ex suo genere est grauius omnibus speciebus luxuriæ, Mat.tomo 2 155.c.1.A

Homicidiũ est grauius peccatũ, quam adulteriũ, furtum, & falsum testimoniũ, Mat.to.5 129.c.3.H

Homicidiũ grauius est periurio, non vt raro, & in aliquo casu, sed vt communiter, Mat.to.2. 224 c.3.G

De homicidio vide etiam in dictione, Occidere.

Homicidia. Homicidæ voluntarij sunt in triplici differentia, scilicet p insidias, per industriam, vel quomodocunque alter voluntariè, &c. Iosue tomo 2 134.c.4 G

Homicida committẽs homicidium casuale in aliqua ciuitate effugij debebat fugere in aliã, & si in multis ciuitatibus refugij simile commisisset debebat fugere in aliquam aliam Iosue tomo 2. 141.c.3.G Et si in qualibet ciuitatum refugij simile commisisset, vide quid dicendum sit.ibidem 142.col.1.B

Homogalactæ. Dicuntur ab homos, quod est vnum, & gala, quod est lac, quasi vnius lactis, ideſt quia veniunt ex eodem sanguine, & eodem materno lacte nutriti sunt, & vocantur latine collactanei, ideſt habẽtes simultatem in lacte Iosue tomo 2. 51.c.3.H

Homogalactica communicatio, quæ sit, Genes. 241. colum.4.F, & 228.c.4 I

Homogalactica commmunicatio non fuisset in Paradiso. Gen. 228.c.4.I, & 240.c.1.A

Homogalactica communicatio, quam alij vicalem vocant, est maior communicatione œconomica, Mat. tomo 6 147.col.4 F

Honestum. Cum dicitur, quòd omne honestum debet manifestari, Tullius excipit concubitum coniugalem Genes. 187.c.4 G

Honor. Honorare.

Honorem vel gloriam appetere licitum est, & illum bonis actibus procurare, si non sit ille honor

contra

contra Deum, detrahẽdo aliquid diuino honori, vel procurãdo honorem per rem malam aut in re mala, in qua non eſt verus honor, ſed vituperium, aut ſi contra expreſſam Dei prohibitionem Gene. 55.colum.3.H
Honor eſt in reuerentia, quadam exteriore, & præcipue in verbis, Gene. 381.c.2.E
Honor eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium virtutis, vt colligitur ex rationibus Philoſophi 1.Ethi. &c. Geneſ.307. colum.1. A Exo. tomo.1.175. col. 1.D.Matth.tomo 6.29.c.2.C, & Matt. tomo 4.129. colum.2. D ſed non eodem modo exhibetur eis, quibus debetur, Mat.to.4 128.colum.3.I
Magni honores magnis oneribus alligantur, Geneſ. 376.colum.1.E
Honores, & poteſtates a Deo ſunt Gen. 376.c.2.A
Honor debuit tribui parentibus propter duo, primũ, quia parentes ſunt, & totum bonum nobis cõtulerunt, ſecundum, quia antiquiores, & ſeniores nobis ſunt, &c. Exo.tomo 1 175.c.2.A
Honor exhibitus tantus eſt, quanta eſt perſona exhibens honorem Exo.tomo 1 222.c.4.F
Nec eſt ſimile de iniuria, cuius quantitas accipitur ſecundum quantitatem perſonæ iniuriatę, quia iniuria eſt actio tranſiens, & honor eſt actio immanẽs, ibidem 222.col.4.I
De differentijs honoris, quas aſſignat Philoſophus 6. Ethi.Leui. 330.c.4.F
Ad honorem plures inducuntur, quam ad vtilitatem Nu.tomo 1 199.c.4.F
Solus honor vocatur politicum bonum, quaſi maximum inter omnia bona 1. Ethic. Deuterono.147. col.1.D
Honor, & dehonoratio conſiſtunt in opinione ſola, &c.3.Regum 117.c.2.B
Honor exhibitus naturaliter mouet viros magni cordis 2. Paralip. 236.col.1.B
De honore exhibẽdo varijs, & vario modo, Mat.to.1. 33.colum.2.E
Honor duas habet conditiones, prima eſt, quòd honor prope ſemper eſt ad præſentem. Secunda eſt, ꝙ honor eſt ab vno, vel a multis, & tanto maior eſt, quanto a pluribus, & melioribus præſtatur, Mat. tomo 3 2.c.1.E
Honor eſt maximum bonum Exo.to.1. 144.col.3.H
Honor poteſt multipliciter, & licite appeti, & deſiderari, ordinando ipſum ad debitum finem, Mat.to.3 2.colum.3.H
Honor eſt in honorãte, & non in honorato, Mat.to.3. 2.col.1.C.Parad. 132.c.3.G
Appetitum honoris contingit deordinatum eſſe tripliciter, Mat.tomo 3 2.c.3.H
Melius eſt abſolute non deſiderare honorem, quam deſiderare, Mat.tomo 3 3.c.1.A
Honor dicitur eſſe prẹmium virtutis, non quòd virtuoſus illum deſideret habere pro prẹmio, &c. Sed dicitur præmium, &c. reſpectu aliorum, cum quibus virtuoſus conuerſatur, qui volunt ipſi virtuoſo honorem reddere pro prẹmio, & ſic dicitur, quòd merces, q̃ debet dari principi eſt honor, & gloria: quia politia non habet aliud maius bonum, quod poſſit dare recte principantibus, Matth. tomo 3. 3.colum.1.B
Virtus non ordinatur naturaliter ad honorem, cum ipſa ſit melior, quam honor, Matth.tomo.3.3.colum.1.E
Honor referendus eſt ad Deum, & ad proximi vtilitatem, Mat.tomo 3 3.c.1.E
Circa magnos honores eſt virtus quędã, quæ dicitur magnanimitas 4.Ethi.& circa mediocres honores eſt alia virtus innominata, quam vocãt Philotimiã, & magnanimitati opponit ambitio per exceſſum, ſed non illi virtuti innominatæ, Matth. tomo.3.3. colum..2.D
Honor, qui exhibendus eſt parentibus, cõſiſtit in ſubueniendo eis in neceſſitatibus, in quibus oportet magis prouidere illis, quã ſibi ipſis, Matth. tomo 3 18.c.2.B
Virtutis eſt prius honorem impendere, quam recipere, Mat.tomo 3 242.c.4.K
Honor in ſacris literis aliquando accipitur pro ſubuẽtione in temporalibus, &c. Mat.tomo 4. 128.c.3.k
Diſtincta honorum genera referuntur, Mat.tomo.4. 128.colum.3.I
Honor magnus non poteſt exhiberi niſi a multitudine, Mat.tomo 6 3.c.3.K
Honor non eſt præmium virtutis, Mat.to.2. 11.c.3.G
De honore deferendo concordat Ariſtoteles cum ſacra ſcriptura, Mat.tomo 4 128.c.3.I
In honoris exhibitione aliquando contingit acceptio perſonarum, & aliquando non, accipiẽdo honorem large in toto ſuo ambitu, Matth. tomo 6. 29.col.1.A
Honor poteſt dupliciter accipi, vno modo pro ſtatu honorabili, alio modo pro ſola exhibitione reuerẽtiæ, primo modo nunquam eſt dandus honor ſine cauſa, ideſt ſine virtute, & non quacunque, ſed pro virtutibus definitis a lege, alias peccatũ eſt mortale & acceptio perſonarum. ſi ſecundo modo contingit dupliciter, quia aut eſt honor, qui exhibetur a republica, aut a priuatis perſonis, ſi primum cõtingit peccare, ſi indifferẽter detur, & eſt acceptio perſonarum, &c. & ſi ſecundo modo contingit etiam eſſe peccatum, Mat.tomo 6 29 c.1.B
Honor non ſolum datur virtuti, ſed etiam non habentibus virtutem, vbi putatur eſſe virtus, ex quo ſequitur, ꝙ quilibet homo poteſt iuſte honorari, Mat. tomo 6 29.c.2.E
Senes honorandi ſunt, non propter ſenectutem: ſed propter ea, quæ accidunt vel accidere debent ſenectuti, Mat.tomo 6 30.c.4.E
Honor debetur prælatis, & rectoribus ciuitatum propter ſtatum, quia, & ſi ipſi non ſint honorabiles, ſtatus tamen honorabilis eſt, Mat.tomo 6. 29.c.2.E
Ex veſtibus primo aſpectu iudicatur quis honorabilis, Mat.tomo 6 7.c.3.H
Omnes homines ſunt honorabiles ſaltem, propter naturam, quæ eſt ad Dei imaginem condita, vt dicit Gregorius, Mat.tomo 6 29.c.3.F
Boni, in ſacris literis, accipiuntur nonnunquam pro viris honorabilibus, etiã ſi nõ ſint boni moraliter, vt patet in parabola nuptiarum, Matt.22.Mat.to.6. 7.colum.3.H
Qui propter rem non virtuoſam immo vitioſam honoraret aliquem, peccaret, ſi autem deferat honorem propter rem non turpem, non peccat, Matth. tomo 6 29.c.3.I
Honorare ex ſua ſignificatione prima importat ſolã exhibitionem reuerentiæ in teſtimonium virtutis, vt in aſſurgendo, & loquẽdo, genuflectendo, Mat. tomo 7 112.col.2.A
Honor eſt bonum publicum loquendo, de illis honoribus, quos defert cõitas, & illos dare indignis eſt peccatum, Mat.tomo 6 29.col.3.K
Diuites honorandi ſunt non propter diuitias, ſed quia ſunt partes reipu.præcipuæ, Mat.to 6 31.c.2.B
Honorare diuitẽ propter pecunias, peccatũ, eſt põt tñ honorari propter veritatẽ naturę, quę cõmunis eſt omnibus: Similiter quia de illo magis præſumitur virtus prima facie, quàm de paupere, & ſi conſtet diuitem

diuitem non esse virtuosum,& pauperes sic: diuites quo ad quædam sunt magis honorandi: non quia diuitias habent, sed quia habendo diuitias, maiorē habent locum in re publica, & tunc non honoramus diuitias,sed rempublicā, cuius ipsi sunt partes magis præcipuæ. Mat. to.6. 29.c.4.I

Honorando principes vel prælatos, etiam si non sint virtuosi, bene facimus; & hoc, quia licet non honorentur propter virtutem propriam; honorātur tamen propter alienam; primò propter Deum, à quo sunt, & Deus honoratur in illis; tū quia exercent opus Dei. Secundo propter communitatem, quia ponūtur loco totius communitatis,&c. Mat. to.6. 30.c.1.B

Serui debent honorem dominis suis etiam non virtuosis.Mat.to.6. 30.c.1.D

Honor non accipitur vniuoce apud omnes honorandos,sed vt dicitur 9.Ethic.cap.2.alius est honor,qui debetur duci exercitus, &c. Et alius, qui debetur virtuti,& alius,quē seruus debet domino suo &c. Mat.to.6. 30.c.2.A

De honore, qui debetur parentibus. Matt.to.6.fo.30. col.2.D

Duces belli honorandi sunt propter tria, Primò,quia licet non habeant propriam virtutem, habēt tamē alienam. Secundò, quia præsumendum est, quòd habeant aliquam virtutem. Tertiò quia honor ducis non præiudicat honori virtutis &c. Matt. to.6. 30.c.4.F

Honor exhibitus multum inclinat hominem ad concedendum,quod petitur.Mat.to.5. 190.c.4.F

Honor debetur optimis rectoribus in præmium bonæ gubernationis.Mat.to.5. 200.c.2.E

Honor duo potest significare: aliquando significat statum honorabilem, & aliquando solam exhibitionem reuerentiæ.Mat.to.6. 29.c.1.B

Res extrinsecæ non faciunt hominem dignum honore. Mat.to.6. 27.c.3.k

Omnis honor pertinet ad rem publicam, vel ad eius principem.Mat.to.6. 28.c.1.C

Conferens honoris statum indignis peccat mortaliter.Mat.to.6. 29.c.1.E

De honore ducis & honore sapientis.Matt.to.6.f.30. col.1.E

Duplus honor debetur doctoribus. Matt.to.6. fo.30. col.4.H

Honor exhibendus est bonis & non malis. Matt.to.6. 171.c.3.F

Honoris appetitus dupliciter contingit, vt sit deordinatus. Mat.to.6. 183.c.4.K

Christus totum honorem sibi voluit.Matth.tomo 6. 327.c.1.A

Doctores & magistri honorandi sunt,etiam si nō sint virtuosi, & hoc propter gradum, qui honorabilis est,& si doceant,debetur eis duplex honor,vnus est in reuerentia & fide danda verbis eorum. Alius in prouidendo eis circa necessaria. Matth.to.6. fo.30. col.4.H

Honorare aliquos propter aliquod vitium peccatum est mortale.Mat.to.6. 29.c.2.B

Honorare vitiosum non est peccatū, dum modo virtuosus videatur,vel præsumatur.Matth.to.6.fo.29. col.3.H

Præferre diuites pauperibus in sessione, quādo sit acceptio personarum & peccatum mortale, & quando non. Mat.to.6. 31.c.3.F

Circa honores potest tripliciter contingere acceptio personarum. Mat.to.6. 31.c.4.F

Honor respicit bonum proprium honorati, Mat.to.6 136.c.1.G

Honorare & contemnere ad eundem videntur pertinere,Mat.tomo 7 66.c.3.F

Honor ille maior est,qui a maioribus, & dignioribus confertur &c.Parad. 132.c.3.G

De honoribus Christo exhibitis, Parado.132.c.3.F,Similiter & de in honoratione Christo exhibita,vide ibidem.

Hora. Quelibet hora continet quatuor gradus, Defen. 47.c.1.A

Hora, & clies fiunt per motum Solis non principaliter,sed tanquam per instrumentum, Iosue tomo 1. 200.c.B

De horis 3.6.& 11.in Parabola vineæ, Matth.tomo 5. 173.c.4.G

Horæ canonicæ. Quòd in principio horarum canonicarum Ecclesia dicat,Deus in adiutorium meum intende, vnde habeat originem Numer. tomo 1. 125. colum.4.k

Ecclesia introduxit cantica diuersarum horarum canonicarum in diuersis festiuitatibus ex canticis diuersis,quæ Leuitę cantores canebant in diuersis festiuitatibus,legis Mosaycæ,2. Paralipomenon 120. colum.3.I

Horatius poeta. Fuit tēpore Octauiani coætaneus Virgilio, & Ouidio. Hic inter Satyricos lyricosque poetas primatū obtinuit,Genes. 28.c.1.B

Hordeum. Vide Ordeum,

Horizon. Noster nunquam est totaliter planus,Deut. 5.c 1.E

Quilibet Horizon continet motum solis duodecim horarum, existente æquinoctio, Matth. tomo 6. 301.c.1.C

Nulli duo homines habent penitus eūdem horizontem,Mat.tomo 6 301.c.1.C

Non est vnus horizon numero omnium hominum, Mat.tomo 6 301.c.1.C

Horizon loci, in quo debet celebrari iudicium vniuersale erit vallis Iosaphat, Matthæ. tomo 7. 89. colum.2.E

Anima dicitur creata in horizonte æternitatis, Mat. tomo 7 191.c.3.F

Horma. De quo Num. 14.est nomen Hebræū & significat illud idem, quod apud nos significat Anathema, Numer. tomo 1. 214. colum.2.E

Hornan Iebusæus. Hornā, & areuna idem nomen est, licet mutatum sit per alterationem quarundam literarum,& syllabarum, 1. Paralipomenon 251. colum.2.A

Hornan Iebusæus,de quo 1.Paralipomenon 21. quòd fuerit ex Israelitis potest teneri, & quòd diceretur Iebusæus a cognomento, vel quòd moratus fuerit aliquando in terris Iebusæorum, vel fecerit aliquid notabile cōtra Iebusæos, potest etiam teneri, quòd fuerit natione Iebusæus, & istud videtur verisimilius &c.1.Paralip. 251.c.2.B

Ab hornam Iebusæo voluit Dauid emere aream, ne cum fuerit locus sacer propter sacrificium ibi fiendum,postea rediret in vsus prophanos.1.Paralipom 251.colum.3.H

Hornam tamen non solum obtulit aream sed,& multa alia propter honorem, quem præstitit ei rex,&c. vel propter Deum,vt cessaret pestis. 1. Parabp.251. colum.3.k

Hornam Iebusęus offerebat triticum in sacrificium.1. Parali.21. non quòd ipsum triticum esset sacrificiū, ideſt,

idest, libamentum, sed vt ex eo fieret farina, quæ esset sacrificium, 1. Paralipomenon 252.c.2.D
Dauid tamen noluit recipere arcam, nec boues &c. gratis. Sed emit ipse, & postea obtulit &c. & dato quòd hornam esset gentilis, licebat illa emere ab illo, & quando dicitur, quòd de manu gentilis hominis non liceret accipi aliquid ad sacrificandum, Leuit. 22. intelligitur si ipse gentilis offerret illud, bene tamen poterat emi ab illo, & postea offerri in sacrificium, 1. Paralip. 252.c.3.G
Et Dauid noluit illa gratis accipere propter multa, ibidem 252.c.4.I

Horologium. Exechiæ erat figuræ ad modum hemispherij facti de ere, vel de alia materia, 4. Regum 203.c.4.I
Horologium post diem Iudicij non poterit mensurare & offendere tempus Iosue tomo 1 199.c.4.I

Horræi. De horræorũ generatione quare fiat mentio per Moysem, in genes. 1. Paralip. 37.c.3.H

Horreum. De horreo & portatione decimarum in templum domini, Matt. tomo 6 232.c.4.H
Multa horrea, quæ Ioseph fecit fieri in Aegypto, vsque hodie permanent, vt quidam, qui viderunt, referunt, quæ incredibilis sunt magnitudinis, Gen. 368.c.3.H
Horreum vocatur quodcunque repositorium, siue promptuarium vbi conseruantur quæcunque ad ebos pertinentia, 2. Paralip. 150.c.2.B

Hosanna. Vide Osanna.

Hospes. Consuetudo fuit, a tempore Abrahæ, vsque ad Christi tempus, dare aquam hospitibus ad lauandos pedes, vt innuit Christus. Luc. 7. cum dixit, aquam pedibus meis non dedisti, Gen. 290.c.4.K, & 376.c.3.I
Hospites iter facientes per terram Chanaan cum intrarent hospitium lauabant pedes, priusquam comederent, sed quare hoc, Iudi. 192.c.4.I
Primum obsequium. quod fiebat hospitibus in terra Chanaan, erat lotio pedum, 2. Reg. 63.c.2.D
Recipiens hospites non debet distinguere inter eos, Mat. tomo 3 242.c.3.K

Hospitalis. Multum fuit hospitalis Abraham, Genes. 262.c.4.k

Hospitalarius. Et quicunque recipiens, hospites tenetur eis seruare fidem hospitalitatis, qua recipiuntur, nisi tales hospites essent hostes, quia hostibus nulla fides seruanda est, Iosue tomo 1 44.c.4.I

Hospitalitas. In hospitalitate, & beneficentia an sit maioris meriti semper recipere magis bonos, vel benefacere magis bonis, quam minus bonis, Matthæ. tomo 3. 267. colum. 3.H
Hospitalitas dupliciter sumitur, vno modo pro opere Misericordiæ, quo solum hospitium præstatur, colligendo eos, qui domum ad manendum non habent, alio modo pro omnibus operibus pietatis simul, quæ exhibẽtur his, qui hospitio suscipiuntur vt sunt cibus, & potus &c. Matthæ. tomo 7. 111. colum. 1.C
Hospitalitatis opus laudatur valde exemplis, & testimonijs vtriusque testamenti, Mat. to. 7 111.c.1.A
Hospitalitas mandatur specialiter clericis, & episcopis 1. ad Timo. 3. & ad Titum 1. Mat. tomo 7. 111.c.1.B Sed omnibus valde committitur, ibid.

Hospitium. De modo quærendi hospitium ab Apostolis obseruato, Mat. tomo 6. 182.c.1.A

Hostia. De hostijs pacificis non proueniebat Deo nisi adipes, & de carnibus comedebant offerentes, Leui. 3. Gen. 71.c.2.C
Hostia dicitur proprie sacrificium factum de animalibus, & dicitur hostia quasi pro hostium victoria: more antiquo apud gentes, latinorum tamen vsus obtinuit, vt quodlibet sacrificium diceretur hostia, Leui. 7.c.3.I. & 8.c.3.I
Hostia pro peccato quomodo differat ab holocausto & a victima pacifica, Leui. 8.c.4.I
Hostia pacifica non offerebatur Deo ex auibus, quia in hostia pacifica quędam pars offerebatur Deo, quędam dabatur sacerdotibus, & quædam ipsis offerentibus, &c. quod ex auibus fieri non poterat, sed de alijs, scilicet, bobus, ouibus, & capris, Leuiti. 23.c.1.D. Et probatio, quam facit Nicolaus ex sacrificio Abrahæ, Genes. 15. non valet, ibidem, 22.c.4.G
De Hostia pacifica, & quare sic diceretur & quomodo, quando offerebatur pro pace habita, dicebatur gratiarum actio, & quando pro habenda, dicebatur petitio, Leui. 23.c.1.E
In Hostia pacifica licebat offerre masculum, vel fœminam, & in holocausto non, nisi masculum de pecoribus, cuius assignantur causę, Leui. 23.c.2.D
Hostia pacifica differt a sacrificio hostię pacificę, sicut totum a parte, Leui. 25.c.2.E
Ius hostiæ pro peccato ad solum sacerdotem offerentem pertinebat, Leui. 53.c.1.E
Hostia significat duo genera sacrificiorum, scilicet, sacrificium pacificum, & sacrificium pro peccato, sed iuxta proprietatem nominis, solum significat sacrificia pacifica. Deut. 65.c.2.B
Hostia pro peccato duplex erat, Iosue to. 2. 69.c.3.H
De Hostia pacifica, & eius cęremoniis, Iudi. 208.c.2.B 2. Paralip. 24.c.1.E
Hostia pacifica erat minus sacra, quàm alię hostiæ, 1. Reg. tomo 1. 24.c.3.G. & Hostia pacifica erat duplex, ibidem, 2. Paralip. 24.c.4. l. 2. Paralipo. 8. c.4.G. & 24.c.2.A. & 179.c.4.K
Hostia pacifica fiebat, vel ad impetrandum aliquid, & istud vocatur etiam sacrificium votiuum, Leuit. 7. & 19. vel in gratiarum actionem pro suscepto beneficio, 1. Paralip. 253.c.2.A
Cum Hostiam consecratam videmus, Christum videre dicimus, sed impropriè, Parad. 25.c.2.C
In Hostia consecrata est totus Christus, similiter in calice, Parado. 26.c.1.A
In Hostia quomodo Christus sit, Parad. 14.c.3.K

Hostilius. Tertius Rex Romanorum, febrẽ, pallorem, atq; timorem, vt Deos coluit, ne illi nocerent in bello. Exodi tomo 1. 158.c.1.E

Hostis. Magna maledictio est ab hostibus vinci, Deut. 148.c.1.A
Hostes de iure gentium possunt simpliciter capi, occidi, & in seruitutem redigi, vt patet. ff. de iusti. & iure. l. ex hoc iure, &c. Iosue to. 1. 44.c.2.E
Hostibus etiam infidelibus seruanda est veritas, & fides, nisi ipsi primo fidem fregerint. Et hoc in eodẽ fędere, secus tamen in diuersis post primam fractionem, Iosue tomo 1. 146. c.3. l. 2. Paralipom. 165.c.4.H
Hostibus semper possumus resistere. Iudi. 70.c.4.P
Circa hostes solum canendum est, ne fędera imposita violentur, vel in aliquo mentiamur, quia tunc peccamus, & quodcunque bellum, inde secutum, est malum, Iudic. 71. c.1. A. 1. Regum tomo 2. 125.c.3.I

Quòd

Quòd hostes se inuicem fallant, vt potuerint, de iure gentium est, sed si fœdera posita sint, vel quæcunque verba inuicē habita seruanda sunt de iure gentium &c.Iudi. 71.c.1.A
Hosti non est seruanda lex,Iudi. 157.c.1.A
Hosti quodcumque licet in hostem, dum tamen veritatem interpositam non fallant, nec hostibus est lex posita, sed quidquid volunt, & possunt, hoc est lex,quia sic est de iure gentium, Iudi. 165.c.2.B, 2. Paralip. 161.c.3.G
Hostes Israelitarum tradebat Deus in manus eorum quinque modis,1.Regum tomo 2.109.col.3.K,Et multis modis perterruit hostes eorum in bello, 2. Paralip. 193.c.2.A
Contra hostes quantum liceat orare, 2. Regum 98. colum.4.G
Hostes solet Deus solo terrore fugare absque armis, 4.Regum 142.c.4.G
Arma hostibus vendere interdictum est in quolibet regno,1.Paralip. 208.c.4.F
Defensio ab hoste cuilibet permissa est,1.Paralipom. 209.c.1.A
Contra hostes potest Deus iuuare multis modis. Et referuntur ex sacris litteris, decem & septem modi,1.Paralipomenon 209.c.3.k
Iudæi poterant hostes occidere absque peccato mortali,Mat.tomo 7 46.c.2.A
Hostibus reipublicæ, qui declarati sunt hostes, possumus iuste velle nocere,& ipsos occidere, & insidias eis ponere 23.quæst.2 c.dominus, & 23.q.7.1. & 2. ca. Mat.tomo 7 57.c.4.I
Cętera de hostibus quęre in dictione,Inimicus.

Hoza.

Nomen Hebræum est æquiuocum,nam aliquando est nomen proprium, & aliquando nomen commune significans progeniem 1.Paralip. 300.c.1.C

Humana natura.Humanitas.

Illud dicitur fuisse de veritate humanæ naturæ proprie, quod fuit informatum anima humana, Mat. tomo 6 104.c.2.D
Humanitas quomodo maneat, & redeat, referuntur opiniones, Mat.tomo 6 97.c.2.B
De veritate humanæ naturæ referuntur tres opiniones,quarum quædam est, quòd incipit de nouo esse de veritate humanæ naturæ, & quòd nihil est de veritate humanæ naturæ, nisi id, quod fuit in institutione eius,scilicet,corpus Adæ. Et quòd hoc per seipsum multiplicatur,vt ex eo possit decidi semen a generante, & illa pars decisa multiplicatur ad perfectam quantitatem &c.Secunda positio est, quòd aliquid incipit esse de nouo de veritate humanę naturæ, in aliquo, tam quantum ad speciem quam quantum ad indiuiduum. Et istud prius fuit alienæ naturæ, & per naturalem transmutationem alimenti in corpus humanum incipit esse de veritate humanæ naturæ,& potest pertinere ad speciem, & ad indiuiduum. Ad speciem,si sumatur cibus, & conuertatur in carnem & semen,ex semine illo gignatur alius homo.Nam illud incipit esse de veritate humanæ naturæ in alio indiuiduo, & non in eo, in quo conuersum est in semen. Et dicitur pertinere ad speciem, quia non accessit ipsi indiuiduo, sed alteri,per quam deriuationem conseruatur species. Potest etiam aliquādo pertinere ad indiuiduū quando scilicet,cibus per nutritionem conuertitur in substantiam comedentis. Et dicit ista opinio, quòd quidquid incœpit esse de nouo de veritate humanę naturæ respectu speciei,est primo de veritate humanę naturę, quod vero incipit esse de nouo de veritate humanæ naturæ respectu indiuidui, dicunt, q̄ non est primo de veritate humanæ naturæ,sed secundario, & quasi per accidens. Et ratio est,quia veritas humanæ naturæ consistit principaliter in humido radicali, ex quo fit prima compositio corporis,&c. Et dicūt semen esse superfluum alimenti cum admixtione alicuius, quod est de veritate naturæ humanæ: primo in generatione, vt quidam dicunt,vel sine admixtione eius, vt alij dicunt. Et ita quod fuit in vno nutrimentale, efficitur in alio humidum radicale, &c. Tertia opinio est,quòd aliquid incipit esse de nouo de veritate humanæ naturæ tam secundum speciem, quàm secundum indiuiduum, & in vtroque principaliter, Mat.tomo 6 104.c.2.D
Esse de veritate humanæ vitæ, accipitur dupliciter. vno modo large pro omni eo, quod informatur forma humana. alio modo pro eo quod vltra hoc pertinet ad speciem,&c.Mat.tomo 6 114.c.1.D
Ad veritatem humanæ naturæ maxime pertinent partes materiales corporis, quæ fuerunt realiter in semine in menstruo formato, eo quòd quando informatur fœtus de nouo non est ibi aliquid, nisi in quo data est forma speciei, & nihil extraneum ei aduenit,&c. Mat.tomo 6 111.c.2.E
Circa quid sit humanitas referuntur opiniones, Mat. tomo 6 97.c.1.E
Et subiungitur opinio auctoris, scilicet, quòd humanitas significat materiam, & formam. Et tunc dicendum,quòd humanitas differt ab homine, quia humanitas significat principia essentialia speciei tam materialia, quàm formalia cum præcisione principiorum indiuiduantium, homo autem non excludit talia principia. Et corrumpitur per mortem humanitas, sicut & homo, non tamen adnihilatur humanitas quia partes, ex quibus constituitur,manent eædem. Et ideo redibit eadem humanitas in resurrectione,Mat.tomo 6 97.c.2.B
Quid sit de veritate humanæ naturæ, Matth.tomo 6 104.c.2.A
Et quòd triplex est opinio de veritate humanæ naturæ,ibidem
Dupliciter deficit humana natura. vno modo, quia nondum consecuta est vltimam perfectionem humanæ naturæ:alio modo,quia ab vltima perfectione iam recessit, Mat.tomo 6 118.c.2.C
Humanitas Christi nihil efficiebat in operatione miraculorum, sed sola diuina voluntas operabatur illa,Mat.tomo 3 206.c.1.A.& seq.
Humanitatem Christi vocat Damascenus organum diuinarum operationum, sed hoc non est proprie concedendum,Mat.tomo 7 93.c.3.K

Humanum genus.

Quòd humanū genus debuit esse ab vno principio, sicut est,Gen. 142.c.1.B

Humiditas in homine.

Triplex humiditas est in homine, vna est quæ est recedendo a perfectione indiuidui, & duæ aliæ pertinent ad indiuiduum. Et prima subdiuiditur, quia quædam est in via corruptionis, & a natura abijcitur vt vrina, stercus, & quæcunque fęces per quascunque partes corporis, alia est ad cōseruationem speciei,vt semen,& istæ humiditates non resurgēt, &c.Mat.to.6 102.c.2.C

Humidum radicale.

Humidi radicalis restauratio per humidum cibale,nō est adeo perfecta, eo quòd virtutes naturales semper

per debilitantur in agendo, & ideo non poteſt fieri tanta reſtauratio, quanta fit conſumptio, &c. Et ponitur exemplum in aquæ, & vini admixtione. Et contra iſtam impuritatem ſubueniret lignum vitæ per virtutem mirabilem ei datam a Deo, &c. Gen. 100.c.4.F

Quid ſit humidum radicale ſecundum Philoſophos, Mat.tomo 6 104.c.3.k

Sed quid ſit humidum radicale ſecundum Medicos, & quare ſic dicatur, ibid. 109.c.1.E

Humidum radicale eſt ſubſtantia illa, quam fœtus trahit a parentibus, & vocatur ſic, quia radix eſt, & fundamentum corporis, quia ex eo formatur corpus, & quæ poſtea adueniunt nõ formant corpus, ſed accreſcunt prꝫexiſtentibus, ideſt, humidum nutrimentale, quod eſt ſubſtantia adueniens ex nutrimento, &c. Mat.tomo 6 104.c.3.K

Humidum, quod ex primis parentibus trahitur, non oportet, ſecundum Medicos, quòd dicatur humidum radicale, ex hoc quòd ſemper maneat diſtinctum ſecundum materiam, & proprietatem ab humido ex alimento generato, ſed quia calor naturalis in illo humido tracto a parentibus prius exiſtit, quàm in humido ex cibo generato, cum illud poſtea adueniat. Et iſtud etiam, quod permiſcetur, non participat ſpeciem, niſi virtute illius humidi, quod permiſcetur, & ideo humidum illud primũ eſt radix totius illius, quod ex alimento conuertitur, &c. Mat.tomo 6 109.c.1.E

Quando dicimus conſumi humidum radicale, non eſt ſenſus, quòd fluat materia, quæ ſuberat illi humido, quia manente eadem materia poteſt perire humidum radicale, ſed dicitur tunc perire, quando non manet proprietas, quàm totum mixtum habebat ex virtute primi humidi. Et tamen quia manere dicitur humidum radicale, non eſt illud aliqua pars materiæ, vel corporis determinata totius, ſed mixti eſt iſta proprietas; eo quòd manet adhuc in eo proprietas, quam habuit a primo humido tracto a parentibus, & ſi illa virtus pereat, nõ poteſt reſtaurari; & tunc dicitur perire humidum radicale, Mat.tomo 6 109.c.2.A

Totum humidum, quod a parentibus tractum eſt, nunquàm fluit totaliter, dum viuit homo, ſed ſemper manet aliquid illius, &c. Mat.tomo 6. 110.c.1.D

Humores.

Non animantur, neque viuunt, aliquam tamen perfectionem cõſequuntur ab anima, ſed illa eſt minor quolibet gradu vitæ, & tamen non poteſt dici nulla, quia ſi nulla eſſet, putrefierent, & corrumperentur humores in corpore, &c. Mat.tomo 6 102.c.4.I

De quatuor humorum hominis ſolida, & ſimplici contrarietate, & de colligantia eorum, & quæ requirat medium, & quæ non, Ioſue tomo 1. 193. colum.1.D

In humoribus habentibus contrarietatem non ſolidam datur vnum medium proportionale ſecũdũ legem numerorum quadratorum, vt inter melancholiam, & flegma, & inter flegma, & ſanguinem, Ioſue tomo 1 194.c.1.A

Quilibet de quatuor humoribus, & quodlibet de quatuor elementis, & de quatuor temporibus: neceſſario habet ſolidam contrarietatem ad vnum, & ſimplicem, & ad duo ſui generis, Ioſue tomo 1. 194.c.2.E

Non eſſe plures humores, quàm quatuor, nec etiam pauciores. Ioſue tomo 1 196.c.4.G

Humiliare. Humiliari.

Quomodo ſit verum, quòd qui ſe humiliauerit ſicut paruulus, &c. maior erit in regno cœlorum, Mat. tomo 5 10.c.4.H

Humiliare fœminam eſt ipſam illicite cognoſcere, Iudic. 194.c.1.C

Nulla maior humiliatio inter homines, quam abijcere omnia terrena, Mat.tomo 5 166.c.1.C

Humiliari aliquãdo ſonat depreſſionem, vt humiliare virginem &c. 1. Regum tomo 1 19.c.2.A

In omnibus debemus humiliari, & non ſuperbire 4. Regum 193.c.3.F

Quilibet homo quantumcunque perfectus poteſt ſe humiliare in corde ſuo cuilibet homini ſecundum veritatem, & non ficte, Mat tomo 5 7.c.4.k

Humiliatio cur iram mitigat, Mat to.2 121.c.4.k

Humilitas.

Vera humilitas eſt, quando quis ex viribus ſuis nihil prꝫſumit', ſed totum ex diuina bonitate impetrandum confidit, Mat.tomo 3 78.c.4.K

Humilitas neceſſaria eſt in principio omnium bonorum operum, Mat.tomo 3 290.c.1.B

Sola humilitas non ſufficit introducere nos in regnũ cęlorum, Mat.tomo 5 5.c.3.H

Quomodo humilitas pertinere poſſit ad iuſtitiam legalem, Mat.tomo 5 6.c.1.C

Humilitas falſa quid ſit, Mat.tomo 5 6.c.2.B

Humilitatis virtus partim pertinet ad paſſiones, & partim ad actiones, quare & ſub vtroque genere locari poteſt, ſed magis ſub pertinentibus ad actiones, &c. Mat.tomo 5 6.c.1.B

Humilitas eſt per quam quis non ambit excelſa immoderate, quare humilitas eſt circa magna bona, & habet moderare paſſionem ſpei, quæ eſt circa bonum arduum immediate. Poteſt etiam humilitas eſſe circa actiones, & ſic eſt pars iuſtitiæ, vel legalis, vel particularis &c. Mat.tomo 5. 6.col.3.F, & 7.col.1.C

Humilitas, vt eſt virtus, importat quandam laudabilẽ delectationem ad parua, quibus ſe conformat, & hoc ſecũdum motum interiorem animæ &c. Mat. tomo 5 6.c.2.A

Humilitas in ſacris literis communius accipitur, ſcilicet, prout eſt virtus particularis hominis, quatenus ſubijcitur Deo propter ſe, & alijs propter Deũ, &c. Mat.tomo 5 6.c.3.F

Humilitas dupliciter accipitur, Geneſ. 318.c.2.D

Humilitas eſt circa rationem, quatenus præſupponit regulam rationis. Eſt etiam circa exteriorem cultum, quatenus moderatur illum, vt decet ſuo ſtatui. Et etiam circa appetitum inquantum vere eſt habitus eſſentialiter conſiſtens in appetitu, & ideo actus huius virtutis eſt actus appetitus, ſeligere &c. Mat.tomo 5 6.c.4.F

Sola humilitas cuſtodit alias virtutes, ne pereant, nã ipſis virtutibus diabolus inſidiatur per inanem gloriam, quam tollit humilitas, Matth.tomo 5.6.colum.4.k

Humilitas videtur proprie importare ſubiectionem hominis ad Deum, Mat.to. 5.7.c.1.C, Et eſt primus actus humilitatis ſubiici Deo, ibid.

Humilitas eſt ad reprimendum animum, ne tendat immoderate in ardua bona. Magnanimitas vero eſt ad confortandum animum, vt proſequatur ardua, ne deficiat propter difficultatem proſecutionis, & adeptionis, Mat tomo 5 7.c.1.A

Circa humilitatem ponuntur 5. regulæ, Mat.tomo 5. 7.col.3.F

Humilitas contrario modo ſe habet ad fortitudinem, Mat.tomo 5 7.c.2.A

Humilitas importat prꝫcipue ſubiectionem hominis ad Deum, Mat.tomo 5 7.c.1.B

Et si humilitatis sit non negare dona,& excellentiam propriam,non tamen est illa considerare,Mat.to.5 8.col.1.A

Non potest prælatus inquantum prælatus, humiliare se subdito,secus tamen non considerans se, vt prælatum &c.Mat.tomo 5 8.c.1.C

Humilitas est virtus per se distincta ab alijs virtutibus, habens propriam materiam, & genus, & actum. Nam eius materia est bonum arduum, circa quod refrenat spem tollendo immoderatam spem. Et cohibendo animum ad propriam mensuram. Et circa eandem materiam est magnanimitas, sed opposito modo, quia magnanimitas confortat animum circa prosecutionem boni ardui, ne deficiat propter difficultatem adipiscēdi. Humilitas autem retrahit animum ne immoderate feratur circa arduum cōcupiscendo illud tanquam bonum, & appetibile,Mat.tomo 5 8.c.2.B

Humilitas, & magnanimitas sunt duæ virtutes particulares circa eandem materiam, scilicet, circa bonum arduum, licet opposito modo,Matth.tomo 5 8.col.2.F

Humilitas reducitur ad iustitiam ex similitudine generis, & actus si autem consideretur ex similitudine modi se habendi, reducitur ad temperantiam, vel modestiam,quæ est pars temperantiæ,Mat.to.5 8.c.3. F, Absolute tamen loquendo, magis est pars iustitiæ commutatiuæ,quam temperantiæ,ibidem.

Humilitas potest pertinere ad virtutes Theologicas, nō tamen quantum ad similitudinem generis, vel actus,sed quantum ad hoc,quòd reducitur ad illas, vt principium,Mat.tomo 5 8.c.3.k

Humilitas est potior inter virtutes existentes in parte affectiua,non tamen est virtus optima simpliciter, quia Theologicæ sunt perfectiores &c. Matt. to.5. 8,col.4 H

Humilitas habet primum locū in virtutibus per modum remouentis prohibens, non tamen per modum acquisitionis,quia sic fides habet primum locum,Mat.tomo 5 9.c.2.B

Tertia virtus prælati est humilitas, Matth. tomo 5. 188.c.3.G

Humilitas opponitur superbiæ, Matth. tomo 6.188. colum.2.E

De duodecim gradibus humilitatis, & quomodo cōuenienter assignentur,Matt.tomo 5.9.c.3. F,Et isti duodecim gradus accipiūtur ex quatuor, quæ sunt circa humilitatem, & sunt radix humiliationis. Et cōsideratio præcedens de propria mensura,vel gradu,& ipse humilitatis,actus in appetitu,& signa exteriora ostēdentia humilitatem, ex primo sumitur vnus gradus,ex secundo tres,ex 3. tres, 4. quinque. Et istis duodecim gradibus opponūtur duodecim gradus, vel conditiones superbiæ, ibidem 10.colu. 1.A, Anselmus tamen ponit 7.gradus humilitatis, ibidem.

Ad humilitatem venit homo per duo, primo per donum gratiæ, secundo per humanum studium.Quātum ad primum interiora præcedunt exteriora, & quantum ad secundum e contra contingit,Matth. tomo 5 10 c.2.D

Quare multoties cōmendauerit Christus humilitatē, & locutus fuerit de euitatione inanis gloriæ, Matt. tomo 6 182.c.4.G

Humilis. Humilium proprietas est,vt non respiciant quantum proficiunt, sed quantum a perfectione deficiant,non quid merentur, sed quid demerentur, considerant &c. Iudic. 73.c.3.k

Humilis potest se habere dupliciter in humiliando se vno modo in æstimando se tantum, quantus est. Alio modo negando de se aliquam perfectionem, quæ in eo est.primo modo non est peccatum,secūdo modo potest esse peccatum, & potest esse meritum &c.1.Regum tomo 2 53.c.2.E

Humiles recipiunt reuelationem a Deo, Mat. tom.3. 287.c.3.F

Humus. Est terra commixta aqua & fuit materia omnium animantium tam aquatilium quam volatilium,quā terrestrium, &c. Genes. 15.c.4.I

Hur. Istud nomen hur duo significat in lingua Caldaica,vno modo ignem,alio modo est nomen ciuitatis,Genes. 57.c.4.H

Hur Chaldæorum erat in Mesopotamia,& etiā Charra,in qua habitauit Thare cum Abraham,& etiam fuit ciuitas Nachor,Genes. 63.c.2.C

Hur Chaldæorum, de qua Genes. 15. non pro igne, sed pro ciuitate accipiendum est, Genes. 253.colum.3.I

Hur,de quo Exo.17.fu sse filium Caleph, & Mariæ sororis Moysi,dicunt doctores nostri, sed falsum est. Et videtur forte dicendum, quòd fuerit vir Mariæ sororis Moysi,Exod.tomo 1 140.c.1.A

Hur,de quo Genes.13 & 28 & 31.creditur, quòd fuerit maritus Mariæ sororis Moysi, & Aaron, Exod. tomo 2 11.c3.F

Hur non consensisse petitioni Iudæorum, qui petierunt Deos Exod.32.dicunt Hebræi,& propterea,ꝙ Hur restitit populo,totus populus contra eum concitatus,sputis immissis in guttura eius a toto populo,suffocatus est, sed falsum est hoc, vt probatur, Dicendum ergo,quòd populus venit ad Hur,& ad Aaron; sed quia Aaron præcipuus erat & honorabilior,de illo fit mentio,sed non de Hur, qui etiam consensit cum Aaron, Exod.tomo 2 114 c.4.F

Hur auus Beseleel non fuit ille Hur, qui communiter dicitur fuisse maritus Marię sororis Moysi,& Aarō, de quo Exod.24. vbi dicitur habetis Aaron, & Hur vobiscum &c.& Exod.17.vbi videtur,quòd Hur & Aaron sustentabant manus Moysi, quia necesse esset dicere,quòd tunc temporis iste Hur esset centū quadraginta duorum annorum, quia Beseleel erat annorum nonaginta duorum,vel nonaginta vnius, quando incœpit opus sanctuarii, Exod. tomo 2. 189.colum.2.B, Sed dicendum est,quòd fuit alius, ibidem.

Hus. Primogenitus Aram, filij quinti Sem, instituit Traconitidem,& Damascum, quæ est media Palesthinæ Syriæque coniuncta, 1. Paralip. 34 c.2.A

Hus aliquando est nomen viri, & aliquando nomen regionis,1.Paralip. 107.c.3.H

Husin. Aliquando est nomen viri, & aliquando nomen mulieris &c.1.Paralipome. 104.c.3.k

Iabel.

IABEL Fuit tentoriorum portatilium inuentor, in quibus habitabant pastores ad diuersa loca pascuorum, & hic, vt ait Iosephus, greges ordinauit, & characteribus distinxit, &c. Genes. 28. colum.4 K

Iabes. Filius Sobaba, de quo 1. Paralipomenon 4 non fuit Othoniel, qui habuit vxorem Axam filiam Caleb,vt male dicit Nicolaus 1. Paralipomenon 60. c.4. H, Decipiuntur etiam Hebræi, &

& Rabanus dicens, quòd inter Chus, & Iabes interſeruntur cognationes Ietro ſoceri Moyſi &c. ibidē Et de præfato Iabes dicitur, quòd fuit inclitus præ fratribus ſuis, quod veriſimiliter pōt intelligi hoc ex eo, quòd fuerit doctor legis, vel ſecundum, quòd litera ſonat, fuit inclitus in opere bellico, ibidem. 61.col.1.D

Iaboch. Torrens quidam eſt diſtans vna leuca, vel duabus milliaribus a Iordane &c. nec bene dicit hiſtoria ſcholaſtica, quòd Iaboch ponitur pro Iacob vitio ſcriptorum, Geneſ.22.Geneſ. 333.c.2.A

Iacere. Paruulos in eodem lectulo cum parentibus vetuerūt iura, vt habetur in Decre. 2.q.5 ca.conſuluit, 3.Regum 37.c.1.A

Ex antiqua conſuetudine, qui comedebant iacentes comedebant, Mat.tom.4 92.c.4 F

Iacere non eſt ſedere, vt quidam valde large ſumunt, ſed eſt extentum eſſe in longum ſuper aliquid &c. Parad. 60.c.2.E

Iacere proprie dicuntur cadauera, Paradox. 60. colum.4.G

Iachin. Aliquando eſt nomen viri, & aliquando nomen vnius duarum columnarum æneārum, quæ erant in templo Salomonis, 1. Paralipomenon 105.c.2.A

Iachin interpretatur thalamus, 2. Paralipomenon 47. colum.2.C

Iacob. Sæpe immolabat victimas, ſed an tunc fuerit victimarum pacificarum vſus, nō eſt ſatis notum. Sed concedendum eſt, quòd ſic, & tales victimas eſſe, quas Iacob immolauit in monte Galaad Geneſ 31.Geneſ. 72.c.2.B

Iacob emit partem agri in Sichem centum agnis, vel centum nouellis ouibus Geneſ.33. & Ioſue 24.non emit illum ad ædificandum domum, vel ad colendum, ſed ſolum ad figendum tabernacula, & hanc partem Iacob cum mœrore dimiſit Ioſeph, dicens, Geneſ.49. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo, & ita in hoc agro ſepulta fuerunt oſſa Ioſeph, Ioſue 24.Geneſ. 73.c.4.k

Quòd Iacob ſupplantaret Eſau, & ambo in vtero colliderentur, non naturaliter, ſed ſupra naturaliter factum fuit, quia ad præſagium futurorum fiebant, vt patet ex reſponſione Dei dicentis. Duę gentes ſunt in vtero tuo &c.Geneſ. 297.c.2.A

Quòd Iacob habitauit ī tabernaculo Heber quatuordecim annis dicunt Hebræi, Geneſ. 297.c.3.I

An Iacob peccauerit emēs primogenituram ab Eſau, Dicitur quòd non Geneſ. 298.c 1.C

Iacob non emit iura primogenituræ, ſiue ſpiritualia eſſent ſiue temporalia. non enim emit aliquid tanquam a vero domino & iuſto poſſeſſore, ſed redemit ius ſuum tanquam extorquendo a violento de rērore, quia nulla fuit ſimonia, veluti cum quis circa ſpiritualia redimit vexationem, Geneſ. 298.colum.2.A

Iacob non ſolum dediſſe lenticulas pro primogenitura, dicunt Iudæi, ſed etiam magnum pretium, &c. magis tamen videtur dicendum, quòd illa eſca fuit totum pretium primogenitorum vēditorum &c. Geneſ. 298.c.2.D

Dato quòd Abraham, Iſaac, & Iacob eſſent, quando Deus erat Deus illorum, quomodo ſequatur, quòd viuerēt ad hoc, quòd Deus dicatur Deus viuorum & non mortuorum, Mat.tomo 6 69 c.4.G

Decimæ, quas Iacob dedit Deo, quomodo differant a legalibus. Similiter & quomodo conueniant. Mat. tom.6 206.c.2.A

Iacob habuit quatuor vxores, & Abraham duas, Mat. tom.7 45.c.4.I

Iacob, quando ſubripuit benedictionem, de qua Geneſ. 27. erat ſeptuaginta ſeptem annorum, vt optime computatur, & fuit anno vitæ Iſaac centeſimo trigeſimo ſeptimo Geneſ. 304.c.1.B

Iacob, quando intrauit in Aegyptum erat annorum centum & triginta, Geneſ. 304.c.1.D

Iacob erat annorum nonaginta vnius, quando genuit Ioſeph, & ante natiuitatem eius ſtetit quatuordecim annos in Meſopotamia, Geneſ. 304 c.2.A

Iacob ſubripuit benedictionem trigeſimo ſeptimo anno poſtquam Eſau accepit vxorem, Geneſ. 304. colum.2.B

Iacob non furatus eſt benedictionem, quia ſua erat, ſecundum diuinum oraculum, & cætera. Geneſ. 304.c.4.K

Iacob vult excuſare a mēdacio Rabbi Salomon cum dixit Iſaac patri ſuo Geneſ.27. Exo ſum Eſau primo genitus tuus punctuando hæc verba quodammodo, ſed punctuatio eius fatua eſt, Geneſ. 305.c.3.k, Alij aliter nituntur excuſare illum a mendacio, ſed non quadrat, ibidem, Sed ſaluo meliori iudicio, videtur dicendum, inquit author, quòd Iacob mentitus eſt vocando ſe Eſau, ſed in hoc venialiter tantū peccauit, quia mendacium fuit officioſum, & non pernicioſum, ibidem 306. colum. 1.B, & 308. colum.2.D

Locus vbi Iacob vidit ſchalam &c. Geneſ. 28. dicunt Hebræi, quòd fuit mons Moria, & ſimiliter Nicolaus, ſed hoc videtur falſum, quia locus ille vbi vidit ſchalam dicitur Bethel, qui diſtat a Sichen media leuca, & Sichen a monte Moria decem leucis, &c.Geneſ. 310.c.3.F

Iacob non vouit accipere dominum in Deum, vel tenere eum pro Deo, ſed vouit quod ei ſpecialē cultum exhiberet, ſcilicet, reddendo ei decimas, ad quod non tenebarur, licet ante Abraham dediſſet decimas Geneſ.14.Geneſ. 308.c.4.G

Iacob quare dicatur fleuiſſe, Geneſ.29. aſſignatur ratio quorundam Hebræorum, quam approbat Nicolaus, quæ confutatur ab authore, & dicendum, quòd ex mētis teneritudine, & amore, quia cognatus erat, vel forte, quia non habuit quod daret Rachel, Geneſ. 314.c.1.B

Iacob de patria ſua ſolus receſſit pecunias nullas portans, niſi quæ viæ expenſis abundarent, Geneſ. 314.c.3.F

Tempore Iacob libentius dabant homines filias ſuas in vxores affinibus, quam alijs, Geneſ. 314.c.4.F

Iacob, & ſi Rachel amaret ardenter Geneſ.29. non tamen peccabat mortaliter, quia amor eius erat intra metas matrimonij, quia non præponebat amorem illius amori Dei, ſed e contrario, Geneſ. 315. colum.2.E

Iacob tot vxores accipiens, non peccauit, vt dicit Auguſtin. quia inſtinctu Spiritu ſancti fecit, ſcilicet, quia nec contra naturam, quia non deſiderio laſciuiendi, ſed prolem gignendi nec contra morem, quia tunc temporis ſic fiebat, nec contra præceptū, quia hoc nulla lege prohibebatur, Geneſ. 316. colum.4 I

Iacob plures vxores habuit ex diſpenſatione, poteſt etiam dici, quòd Iacob vnicam vxorem intendebat accipere, ſcilicet, ſolam Rachel, Liam vero, quia ipſam cognouerat, reputans iniuſtum illam abijcere, accepit eam in vxorem, nec aliam accepiſſet, niſi quia fidem dederat Racheli, & eam per verba de præſenti deſponſauerat, &c.Geneſ. 317 c.1.C

Quando Iacob accepit Liam in vxorem, erat annorū octuagin-

octuaginta quatuor, Geneſ. 319.c.3.G
Quod Iacob potuerit reddere debitum quatuor vxoribus, fuit propter bonam inſtructionem, & bonũ finem illarum &c. Geneſ. 322.c.1.E
Omnes filij Iacob, qui nati ſunt in Meſopotamia, nati ſunt in ſeptuaginta annis &c. Geneſ. 322.c.3.I
Iacob, in reddendo debitum, poſuit quendam ordinẽ inter vxores, dãdo cuilibet determinatum tempus, in quo apud illam manere debebat, & ſic per circulum anni &c. Geneſ. 323.c.1.B
Iacob docuit Angelus decorticare virgas, vt fœtus naſcerentur maculoſi, Geneſ. 30. Geneſ. 325.c.3.H
Iacob tria motiua habuit ad recedendum de Meſopotamia, primum fuit verba irata filiorum Laban, ſecundum facies Laban mutata erat contra eum, ſcilicet, triſtior ſolito effecta, tertium quia apparuit ei Angelus in perſona Dei dicens, quòd rediret in terram ſuam, Geneſ. 326.c.3.K
Pactum quod fecit Iacob cum Laban, Geneſ. 30. fuit ex Dei reuelatione, vt ipſemet & Iacob dixit Gene. 31. Geneſ. 327.c.1.C
Iacob, quando venit de Meſopotamia, demoratus eſt in itinere per decẽ, vel vndecim annos priuſquam videret Iſaac patrem, & quando venit ad patrem ſuum iam venditus erat Ioſeph Iſmaelitis &c. Gen. 327.c.3.k
Iacob, quando miſit munera Eſau fratri in itinere, nõ miſit, quia tranſiturus eſſet per terram Eſau, vt dicit Nicolaus ex opinione Hebrœorũ, & probatur, ſed quia audierat, quia frater eius Eſau veniebat in occurſum eius, & timuit valde ne opprimeret eum &c. Geneſ. 331.c.1.C
Iacob timuit fratrem ſuum timore humano, licet nõ dubitaret de promiſſione adimplenda, & ſimile reperimus in Chriſto &c. Geneſ. 331.c.2.B
Vir cum quo luctabatur Iacob Geneſ. 32. dicitur fuiſſe Angelum Gabrielem, vt dicunt aliqui, ſed hoc non probant, & multi Hebræorum dicunt illum fuiſſe Angelum bonum Eſau, qui volebat impedire Iacob ne intraret terram promiſſionis, & quia non potuit prœualere, tetigit neruum femoris eius, & hoc, vt euaderet manum Iacob fortiter tenentis &c. Geneſ. 333.c.2.C, Sed iſta expoſitio non multũ concordat veritati, vt probatur ibidem, Doctores tamen Catholici exponunt hoc de Angelo Iacob, qui venit ad conſolandum eum, vt non timeret fratrem ſuum, ſed in hoc diuerſitas eſt, quia quidam dicunt Iacob ſpiritualiter ſolum luctatum fuiſſe cũ Angelo &c. & hoc dicit Hieronym. ſuper Iſai. 49. Cum Angelo, inquit Iacob oratione non manibus luctabatur, ſed hoc non concordat literæ, in qua dicitur, quòd tangens neruum femoris eius fecit eũ marceſcere &c. quod non fit ex lucta tantum ſpirituali. Dicendum ergo melius, quòd fuit ibi lucta ſpiritualis, & corporalis, vt dicit Nicolaus, & quidam alij &c. ibidem, 333.colum.4.G, quæ expoſitio nõ ſatis congruit propter hoc, quod dicit, quòd iſta viſio Angelica, & lucta ideo facta fuerit, quia Iacob diffiſus fuerat diuinæ promiſſioni. Dicendũ, ergo, quòd Iacob perfecte confidebat diuinæ reuelationi, & Angelicæ conſolationi, ſed tamen humano timore, qui ſe compatitur confidentiæ, timebat valde Eſau, & ideo ad confortationem pleniorem apparuit ei Angelus ſuus, & incœpit luctari cum illo & permiſit ſe vinci, quaſi nihil vltra potens, vt daretur audacia Iacob ad non timendum fratrem ſuum &c. ibid. 334.c.1.A
Iacob a claudicatione fuit ſanatus eodem die, licet ſcriptura de hoc non faciat expreſſam mentionem, & hoc fuit ſatis cito poſt ortum ſolis, quia quando venit Iacob ad Eſau eadem die, non erat claudus, ſed rectiſſime ambulabat, ne ex hoc haberet occaſionem Eſau negligendi fratrem ſuũ Iacob, vel interrogandi eum de modo, quo acciderit, &c. Geneſ. 334.c.4.G
Iacob, promittens Eſau ſe ire in Seir Geneſ. 33. dixiſſe falſum, dicunt aliqui, ſed non mentitum eſſe, ſicut nec Paulus promittens ſe iturum in Hiſpaniã ad Roman. 15. licet Iſidorus, & Lucas Tuden. & Ioannes Egidij Zamoren. de laudibus Hiſpaniæ dicant Paulum veniſſe in Hiſpaniam. Alij vero dicunt, quòd Iacob mentitus eſt mendacio officioſo, & quòd peccauit venialiter, Geneſ. 336. colum. 1.A
Iacob nomen quare mutatum ſit in Iſrael, Geneſ. 341.c.2.E
Iacob nomen eſt minus principale illius Patriarchæ, & Iſrael magis principale, & ratio eſt, quia Iacob ſignificat vitam actiuam, & Iſrael vitam contemplatiuam &c. Geneſ. 341.c.4.G
Iacob bis vocatus eſt Iſrael, Geneſ. 32. Geneſ. 342. colum.1.D
Iacob luxit Ioſeph multo tempore quaſi viginti tribus annis vſquequo, ſcilicet, ſciuit &c. Geneſ. 351. colum.2.A
Quòd Iacob non cognouit venditionem filij ſui Ioſeph, quidam Iudæi aſſignant cauſam ridiculam, & blaſphemam, contra quos exclamat Abulen. Alij aſſignant aliam cauſam, ſcilicet triſtitiam, quia ſpiritus propheticus non tangit mentes triſtium, &c. Dicendum tamen melius, quòd Deus noluit reuelare tempore ne diſturbaretur bonum, quod poſtea ſecutus eſt, &c. Geneſ. 351. colum.2. E, & 371.col.3.F
Iacob quare totam vitam ſuam vocauerit peregrinationem, Geneſ. 47. aſſignatur ratio, Gen. 392.c.1.A
Iacob mortuus fuit duodecimo anno poſt ſterilitatem Aegypti finitam, vt probatur Gen. 394.c.4.F
Nam vixit centum quadraginta ſeptem annis.
Iacob, cum intenderet benedicere filijs ſuis, & eis futura annunciare, dicunt quidam Iudæi ſtultiſſimi, quòd fugit ab eo ſpiritus prophet. & incœpit delirare dicens illa, quæ ſequuntur, interdum benedicens, & interdum maledicens, ſed iſtorum dictum hæreſis eſt abominanda, &c. Gen. 401.c.3.H
Iacob nunquàm acceſſit ad Balam, poſtquàm Ruben coiuit cum ea, & hoc ſignificatur per illud Geneſ. 49. & leuaſti illud, ſcilicet, priuando patrem ne vnquàm accederet ad illam, Gen. 402.c.3.G
Benedictiones, quas dedit Deus Iacob, fuerunt maiores, quàm illæ, quas dedit ſuis patribus, Geneſ. 411 col.1.C
Benedictionem Iacob fuiſſe confortatam ſuper benedictiones patrum ſuorum, poteſt dupliciter intelligi, ſcilicet, aut quantum ad reuelationes, aut quantum ad promiſſiones: primum verum eſt, nõ ſecundum, &c. Geneſ. 411 c.4.C
Iacob poſt prædictionem futurorum ſuper filijs ſuis benedixit vnumquemque eorum particulari benedictione, vt dicitur Geneſ. 49. & ſi ibi non explicentur, &c. Geneſ. 412.c.3.K
Iacob, quare rogauit Ioſeph vt ſepelirent eum in terra Chanaan, ſed & cæteris filijs præcepit illud, aſſignatur ratio, Geneſ. 412.c.4.F
Iacob ideo tam inſtanter affectauit ſepeliri in terra Chanaan, quia in terra illa Meſſias moriturus erat, & reſurrecturus, & ideo putauit ſecum illo reſurrecturum, &c. Geneſ. 412.c.4.k
Iacob contraxit matrimonium per verba de præſenti cum Rachel a principio conuentionis ſeruitij, ſed

ſed ſuſpenſa fuit conſumatio per carnalem copulam ex voluntate Laban vſque ad ſeptem annos, in quibus maneret Rachel ſub poteſtate Laban, & nihil poſſet ei præcipere Iacob, neque quo ad carnalem copulam, neque quantum ad alia obſequia, donec ei traderetur a patre poſt annos ſeptem. Et hoc fecit Laban, vt Iacob ſe diligenter haberet circa res ſuas expectando tantum bonũ, Ge. 315.c.4.I

Iacob cognouit carnaliter vxorem ſuam primam, anno octuageſimo quarto ætatis ſuæ, Exodi tomo 1, 141.c.1.C

Iacob qualiter ſe habuerit cum quatuor vxoribus ſuis, diſtinguendo eis tempora ad reddẽdum debitum, Exodi tomo 1. 212.c.4.I. 1.Regum tomo 1, 23.c.1.A. Matthæi tomo 5. 90.c.2.C. De Opti. Poli. 8.c.2.C

Iacob habens duas ſorores in vxores nõ contrauenit legi, de qua Leuit. 18. cum dicitur ſororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipias, &c. primo, qa nondum data erat illa lex, & illa lex non erat de iure naturę, ſed ſolum expoſitione diuina, quã ſi nunquam dediſſet, nunquam obligaſſet, vel dic, quòd Iacob tantum intendebat ducere Rachel in vxorẽ, Leuit. 182.c.2 A

Corpus Iacob fuit conditum Aromatibus per quadraginta Dies, & luxerunt eum triginta diebus vltra, Deut. 183.c.4.H

Ab ingreſſu Iacob in Aegyptum vſque ad exitum de Aegypto fluxerunt anni ducenti quindecim, Ioſue tomo 1 135.c.4.G

Iacob, mortuus eſt anno decimo ſeptimo, poſtquam intrauit Aegyptum cum poſteritate ſua, Ioſue tomo 2 86.c.3.H

Tota Iacob poſteritas diuidebatur inter duos principes, ſcilicet, inter Iudam, & Ioſeph, 2.Regum, 125.c.4.F

Quando Iacob intrauit in Aegyptum, ttanſierãt iam duo anni ſterilitatis, & reſtabant quinque, 1.Paralipom. 78.c.3.G

Iacob quandò orauit Dominum, vel liberaret eum de manu Eſau, Gen. 32. non retulit bona, quæ ipſe fecerat pro Deo, ſed beneficia, quæ ab ipſo receperat, 1.Paralip. 202.c.2.E

Iacob dabat decimas quolibet anno poſt votũ emiſſum, Matthęi tomo 6 206.c.2 B

Iacob habuit quatuor vxores, & Abraham duas, Matthæi tomo 5 86.c.2.C

Iacobus. Apoſtolus Epiſtolam ſuam canonicam ſcripſit ad duodecim tribus diſperſas, vt patet Iacob 1. Leui. 280.c.4.k

Quidam rex Sarracenus tulit portas maiores Eccleſiæ ſancti Iacobi in Cõpoſtella, & portauit in Cordubam, & vſque hodie illa porta maior ſancti Iacobi manet ſine valuis, Iudi. 157.c.3.H

Iacobus Epiſcopus Ieroſolimitanus lapidatus eſt a Iudæis, procurante hoc Anna principe Sacerdotum anno ſeptimo Neronis, & trigeſimo poſt Chriſti mortem, Matthęi tomo 6. 274. col. 4. F. & tomo 3. 229.c.3.I

Iacobo maiori cecidit in ſortem Hiſpania, Matthæi tomo 1 28.c.1.E

Iacobi Zebedæi referuntur priuilegia, Matthæi to. 4. 201.c.3.G

De Iacobo Alphęi quis fuerit, refertur Matthæi tomo 3. 230.c.3.G

Iacobum Alphęi quidam aſſerũt fuiſſe filium Ioſeph ex alia vxore, & tunc proprie a Iudæis vocabatur frater Domini, quia Ioſeph putabatur eſſe pater carnalis Chriſti, dicit tñ Hieron. melius ſibi videri, Ꝙ iſte fuerit filius alteri⁹ Marię ſororis matris Dñi,

Index Alphonſi Toſtati.

cuius pater fuit Alphęus, Mat. to. 3. 230.c.3.H

De Iacobi maioris excellentiis, Mat. to. 4. 201.c.4.k

De Iacobi minoris ſiue Alphęi excellentiis, Mat. to. 3. 230.c.3.G. & tomo 4. 201.c.4 K

Iacobus Alphæi fuit primus Epiſcopus Ieroſolymitanus, Matthæi tomo 4 69.c.1.A

Iacobo Zebedæi fuit conceſſa prærogatiua principatus in martyrio; nam occiſus eſt manentibus omnibus Apoſtolis in Iudæa ab Hærode, Actuum 12. Matthæi tomo 3 210.c.2.D

Genus peccati Iacobi, & Ioannis circa ſeſſionem ad dexteram & ſiniſtrã, &c. fuit ſuperbia, ſed an mortalis, vel venialis, non conſtat, magis tamen tenendum eſt, quòd fuerit venialis, Mat. to. 5. 193.c.4.H

Mater Iacobi, & Ioannis magnam reuerentiam habebat reſpectu Chriſti, Matthæi tomo 5. 195.c.2.A

Iacobus Zebedæi fuit primus Apoſtolorum, qui pro Chriſti nomine mortuus eſt, Matt. tomo 6. 274.c.4 F

De tempore, quo Iacobus Alphęi fuerit lapidatus a Iudæis, Matthæi tomo 6 271.c.3.k

Iactantia. Pertinet ad ſuperbiam, & ad inanem gloriam, ſed diuerſimode, eſt enim ſpecies ſuperbiæ, quantum ad cauſam interiorem, quæ eſt arrogantia, &c. ſed quantum ad finem eſt filia inanis gloriæ, Mat. to. 3. 7.c.3.E

Iaculus. Serpens, ſic dictus eſt, quia quodam impetu per aera vectus quodcunque animal obuium habuerit in ſagittarum atque lancearum modum perforat, Deut. 170.c.2.A

Iahel. Non peccauit occidendo Siſaram, vt probatur Iudi. 43.c.4.k

Iahel peccauit venialiter non mortaliter in mendaciis, quæ locuta eſt ad Siſaran, Iudi. 44.c.2.B

Iair. De quo Nume. 22. non fuit filius Manaſſe immediatus, ſed deſcendens ab eo mediantibus aliis, &c. Gen. 58.c.2.B

Iair, de quo 1. Paralipom. 2. fuit filius Segub nepotis Eſron & pronepotis Machir filij Manaſſe ex parte matris, & iſte Iair eſt ille, qui poſſedit viginti ciuitates in terra Galaad, vt patet Num. 32. cùm dicitur, quòd Iair filius Manaſſe occupauit vicos Galaad, & idem colligitur Deuter. 3. &c. & iſte Iair erat de duabus tribubus, ſcilicet, de tribu Iuda quantum ad patrem, & de tribu Manaſſe quantum ad matrem, & in vtraque tribu ſuccedebat in tribu Iuda propter patrem, & in tribu Manaſſe propter matrem, quia Machir auus ſuus maternus filius Manaſſes adoptauerat patrem Segub in Aegypto, & ex illa adoptatione ſuccedebat in tribu Manaſſes, 1. paralipom. 47.c.3.F

Iamim. In Hebræo, quando ponitur ſine certo numero, accipitur pro anno, 2. Regum 89.c.2.D

Ianitor templi. De Ianitoribus templi, & officiis eorum, 1. Paralip. 269.c.1.A

De neceſſitate officii Ianitorum templi, 1. Paralipom. 297.c.1.A. Et quòd ſoli Leuitæ habebant huiuſmodi officium, ita quòd nec laici nec mulieres poterant eſſe ianitores, ibidem. 297.c.1.E. & iſti ianitores non cuſtodiebant ianuam templi, nam illa a ſacerdotibus cuſtodiebatur, vt probatur, ibidem, 297.c.1.E

Ianitores erãt de duabus familiis Leuitarũ. ſ. de Meraritis, & de filijs Chore. 1. para. 297.c.3.K iſte Chore fuit ille, qui a terra fuit abſorptus, Nu. 16. & 26. ibid.

Ianitores erant quatuor millia, inter quos erant nonaginta tres principes, qui numerantur 1. Paralip. 26. 1. Paralip. 297.c.4.G

Quatuor millia ianitorum diuiſi ſunt. primo in

quinque partes, 1. Paralipo. 298.c.1.A
De diuersitate sortium inter Ianitores, & Cantores, & Sacerdotes, 1. Paralipo. 298.c.1.B
Ianitores cuiuslibet portæ templi fuerũt diuisi in sex sortes, ad hoc, quòd ministrarent in eadem porta, custodiendo per diuersa tẽpora, 1. Parali. 298.c.1.E
Ianitores non custodiebant portas atrii de nocte, quæ clausę erant, aperiebant eas in aurora, 1. Paralipo. 300.c.4.F
Inter Ianitores vnius ianuæ templi fuerunt factæ diuisiones per plures partes, vt vna pars ministraret vno tempore, & alia alio, & sic dicendum est de Ianitoribus aliarum, 1. Paralip. 300.c.4.k. Et durabat ministratio vnius sortis per hebdomadam, sicut ministrationes sacerdotum, & cantorum, &c. ibidem, 301.c.1.C. Et tot erant sortes in vna porta, sicut in alia. Similiter de exedris dicendum est, scilicet, viginti quatuor sortes Ianitorum in qualibet porta & in qualibet exedra, ibidem. Sed quomodo viginti quatuor sortes Ianitorum custodientium quatuor portas templi, & exedras adimpleuerint numerum quatuor millium Leuitarum, 1. Parali. 301.c.4.G
Ianitores templi, & thesaurarii non erant iidem, nam Ianitores erant de duabus progeniebus, scilicet, Choreitis, & Meraritis, thesaurarii vero non erant de istis, sed quidam fuerunt ex familia Gerson, & alii de Amranitis, scilicet, de filiis Moysi, &c. 1. Paralip. 305. c.1.A. Erat tamen inter illos similitudo officii plus quàm inter alios Leuitas, ibidem.

Ianuarius. Diis superis attributus est a Gentilibus, &c. quia ob hoc, quod imparis numeri erat, lętus reputabatur, Exodi tomo 1. 71.c.1.B
Ianuarius ante Iulium Cęsarem solum habebat viginti nouem dies, & Iulius Cæsar addidit ei duos dies, & Februario nihil addidit, aut diminuit, &c. Exodi tomo 1 71.c.1.D

Ianus. Fuit primus Rex Italiæ, Iudicum, 129. col.1.C

Iapheth. Quindecim habuit filios mediate, & immediate, de quibus Genesis decimo, qui habitauerunt in diuersis partibus, & multas terras occupauerunt, & ab istis quindecim processerunt quindecim gentes distinctæ, linguas distinctas habentes, & hoc significatur per illud Genesis 10. secundum linguam suam. Genesis, 51.c.2.D
Filii Iapheth, pro maiore parte, tenuerunt insulas diuersarum terrarum, & tota terra continens habitata est a filiis Sem, & Cham, vt apparet Genes. 10. 1. Paralipo. 29.c.1.A
Multi de filiis Iapheth habitauerunt in Asia, sed plurimi eorum occupauerunt fere totam Europam, & filii Cham pro maiore parte habitauerunt in Asia, & tamen maior pars eorum occupauit fere totam Aphricam, 1. Paralip. 29.c.1.C
Cum Iapheth habuerit septem filios, quinque illorum non assignantur descendentes in libro Paralipom. sed tantum duobus illorum, scilicet, Gomer, & Iauam, & hoc ideo, quia descendentes illorum, non nominauerunt gentes, & scriptura non vult nominare, nisi illos, a quibus sunt gentes deriuatæ, distinctæ ab aliis, quæ propria haberent idiomata, & idem est de filiis Cham, & Sem, quia ex aliquibus filiis eorum referuntur nepotes, de aliis non eadem ratione, 1. Paralipomen. 30. colum. 2.E

Iared. Vixit nongentos sexaginta duos annos, & mortuus fuit ante diluuium, annis ducẽtis triginta quatuor, & post mortem Adæ annis quatuor centis nonaginta duobus, & anno vitæ Noę trecẽtesimo sexagesimo sexto, Gen. 31.c.4.G 1. Paralipo. 27.c.3.F
Verisimile est Iared fuisse primogenitum Caynam, Genesis, 32.c.4.G

Iason. Fuit primus inuẽtor nauis, vt dicunt Poetæ, & Historici, Deuter. 162.c.2.C. Sed rei veritas est, quòd prius fuerunt naues, Deuterono. 162.c.2.C

Iaspis. De Iaspide lapide, vide in dictione lapis, Exodi tomo 2 65.c.1.A

Iauan. A Iauan quarto filio Iaphet descendunt Græci, qui Ionii nominantur, 1. Paralipo. 29.c.3.G
Iauan filius quartus Iapheth, habuit quatuor filios, scilicet, Helisa, Tharsis, Cethin, & Dodanim, qui partim habitauerunt in Asia, & partim in Europa. A primò descenderunt Eolii populi Græciæ, & quidam descendentes ab illo habitant in quibusdam insulis, in quibus abundat hyacinthus, & purpura. De Tharsis secundo filio descendunt Cilices, qui habitant in Asia, in qua est ciuitas, quæ vocatur Tharsis, &c. A Cethim filio tertio, denominata est insula Cypri, in qua est quædam ciuitas, quæ Cithis appellatur. Et a Dodanim quarto filio descendunt Rhodii, 1. Paralipo. 25.c.2.A

Iazates. Rex Hadiabenorum Helenæ filius multas pecunias destinauit primatibus Ierusalem ad subleuandam famem, Matth. tomo 6 272.c.1.B

Ibis. Auis est iuxta ripas Nili serpentum depopulatrix, Exodi tomo 1 109.c.3.k
Ibis auis est, quæ alio nomine dicitur ciconia, Leuiti. 99.c.2. B. De qua & eius proprietatibus, ibidem, 109.c.3.G

Idea. Ideæ sunt formæ exemplares, secundum Platonem, iuxta nominis significationem, & sunt subsistentes particulares, in quo differunt a natura vniuersali, &c. Iosue tomo 2. 19.c.1.B
Necesse fuit, quòd in Deo ab æterno essent ideæ viuentes omnium rerum, ad hoc, quòd res crearet, per quas ideas ab æterno, & nunc omnes res intelligit, Iosue tomo 2 32.c.1.D
Ideas durare magis quàm per instans, claudit contradictionem, Iosue tomo 2 19.c.1.B
Idea est per se homo, vel per se bos, &c. nihil vltra, Iosue tomo 2 19.c.1.C
Ideas ponendas esse in Deo a fide Catholica compellimur, Ioann. 1. quod factum est, in ipso vita erat, Iosue tomo 2 32.c.1.D
Idea in Deo est ipsa diuina mens, &c. Iosue tomo 2. 41.c.1.B
Quid dicantur ideæ, secundum Platonem, Matthæi tomo 7 90.c.2.D

Ideo. Coniunctio non dicit semper causam motiuam, vel finalem saltem principalem, vt patet Exodi nono, cum dicitur, ideo posui te, &c. Exodi tomo 1. 58. columna 1.B

Idioma. Septuaginta duo idiomata habuerunt septuaginta duo filii trium filiorum Noe, de quibus Genesis 10. Genesis 51. columna 3. F. & 1. Paralipomenon, 28. colum. 4.F
Idioma dicitur labium, quia labiis profertur, Genesis, 56.c.1.D
Primum idioma datum est a Deo instituente primas voces, tam proprias q̃ cões ad significãdũ, quia nullus alius hoc facere poterat, Gen. 138.c.1.B

Quare

Quare Deus dederit Adæ idioma incompletum, Genesis, 138.c.2.A
Adam imposuit animalibus nomina in idiomate Hebræo, quod fuit a principio mundi, & erat vnicum in omnibus hominibus, Gen. 138.c.3.I
Primum idioma non periit in diuisione linguarum, sed in multis mansit integrum, sicut primo erat ab exordio mundi, Gen. 138.c.4.G
Et post diuisionem linguarum, istud primum idioma vocatum est Hebręum ab Heber, qui fuit princeps inter eos, qui retinuerunt ipsum idioma primum, & iste Heber fuit pronepos Sem, scilicet, filius Sale, filii Arphaxat filij Sem, & ob hoc vocat̃ Abrahã Hebręus, Gen. 14. Gen. 139.c.1.A
Idioma Hebręum mansit integrum quandiu Hebręi manserunt in terra sua, & vnus populus, & vulgus erat, scilicet, vsque ad euersionem Ierusalem, post Christi mortem, quia tunc populus Iudæorum desiit esse gens vna diuisi in plures nationes, & cum pauci essent in qualibet regione, paulisper ceessaue runt a lingua propria, & vsi sunt linguis illarum regionum, in quibus manebant, ita vt per dissuetudinem obliuiscerentur linguę proprię, quia paruuli illorum, qui nascebantur linguam eorum nõ adiscebant, sed illarum gentium, inter quas erant, vnde factum est, vt nihil de lingua Hebræa maneret, nisi quod in codicibus sacris habetur, Genesis, 139.c.1.C
Sunt multa hominum idiomata, in quibus ponuntur multa verba superflua, ex sola conditione, Matthei tomo 6 257.c.1.B
Primum idioma nõ didicit Eua a viro suo, sed a Deo accepit illud, sicut Adam, Euæ tamen plenius datũ est, quàm Adam, quia quando datum fuit Adę deerãt nomina animalium terræ, & volatilium, quæ imposuit Adam, Gen. 139.c.2.A
Idiomatis primi cognitionem, Deus concreauit in Adam, & Eua, Gen. 166.c.2.B
Non inconuenit aliquod idioma multo tempore prius fuisse, quàm ei corresponderint literæ, 1. Regum tomo 1 5.c.3.I
Idioma Hebræum barbarissimum est ex modo loquendi, licet ex dignitate sit de pręcipuis, quia in illo scripta fuit lex, & præcepta Decalogi digito Dei, &c. 2. Paralipo. 198.c.3.F
De idiomatum communicatione. Parad. 39.c.1.B
Tria sunt idiomata principalia, scilicet, Latinum, Hebræum, & Græcum, De Statu animarum. 10.c.3.G
De idiomate Hebræo, vide in dictione, Hebręum idioma.

Idithum. De Idithum, Assaph, & Eman, vide in dictione Assaph, & in dictione Eman.

Idolum. Idolorum cultus non fuit in prima ætate, sed in secunda incępit, in qua Auenreth in Chaldæa docuit colere ignẽ, & Assirophene, qui imagines, & statuas. primò in Aegypto fabricauit, alii dicunt, quòd a Nino rege Niniue, circa tempora Abrahæ sub anno ab orbe condito ter millesimo ducentesimo vigesimo, & hoc iuxta septuaginta interpretes: nam secundum veritatem Hebraicam fuit anno ab orbe condito mil lesimo nongentesimo octuagesimoquarto, Gen. 29.c.1.B
Idola sculpta inuenta sunt primo in Aegypto p Syrophenẽ, q prim⁹ fuit idolatrarũ, Exo. to. 1. 166.c.2.A. Vt patet p Eusebiũ ĩ Chronicis, & p Lucã Tudẽsẽ, & Aegyptus plures Deos coluit, q̃ alię gẽtes, & ipsa dedit modũ colẽdi aliis gẽtibus, Deut. 172.c.1.C
De his, q̃ immolabant idolis Deus prohibebat Iudęis ne comederent pp duo, Exodi tomo 2. 173.c.2.A
Sed ista comedere nõ est secundum se peccatum, sed ex modo sumendi, & intentione poterit esse peccatum, Exodi tomo 2 173.c.2.A
De duabus regulis, quas ponit Apostolus 1. Corin. 10. circa manducationem eorum, quę immolabantur idolis, Exodi tomo 2 173.c.4.H
Idolorum sacerdotes, puellas pulchras amantes, in tẽplis de nocte deflorabant, persuadentes parentibus puellarum, vt nocte traderent ad concubitũ Dei in templo, & refertur historia tẽpore Tyberii Cęsaris, ex Iosepho. Et alia ex Marco Varrone. Leuit. 200.c.3.K
Nullum de Philosophis, & Poetis coluisse idola credit Franciscus Petrarcha, in 3. lib. inuectiuarũ cum ipsi veritatem cognoscerent, Leui. 252.c.2.E
Idolum est nomen Græcũ, & significat idẽ quod figura rei, simulacrũ est nomen Latinũ. & significat similitudinẽ, &c. Nu. 10, 2. 48. c. 3. F. 1. Paral. 185. c. 1. B
Omnia idola gentium erant metallina, lignea, aut lapidea, sed vesta Dea nullam statuam, vel similitudinem habebat, sed continuus ignis in templo eius ardebat, Deut. 36.c.2.E
Idolorum nomina, vt communiter, denominantur a Baal, Iudi. 21.c.2.E
Idola pręcipua Chananęorum erant Baalin, & Astaroth, Iudi. 28.c.2.D
Historia de idolo Michæ, de qua habetur Iudi. 17. fuit multo tempore ante Samsonem, quicquid dicant alii, Iudic. 170.c.3.G. Nam contigit pauco tempore post mortem Iosue, ibid. Et contigit viuente Caleph, ibidem. 172.c.1.A
Vulgaris opinio gentium credebat idola esse deos, sed alii inter eos sapientes, non ipsa idola, sed virtutem quandam spiritualem inclusam in illis, 1. Regum tomo 1 56.c.1.B
Idolum in Hebręo vocatur confusio, 2. Regum, 11.c.1.A
Idolorum materiam, scilicet, aurum, argentũ, ęs, &c. Similiter, & vasa. quibus illis ministrabatur non poterant Israelitę conuertere in vsus suos, nec ea Domino consecrare, secus tamen erat de auro argento &c. q̃ non erant huiusmodi, 1. Parali. 211.c.1.B
Nulla fuerunt idola in prima mundi ætate. Paradoxa, 101.c.4.H

Idolothitum. Idolothitis vesci apud illos, qui credebant, nullam in eis esse virtutem, peccatum nullum est, Matthęi tomo 4 134.c.2.E
Quando liceat vesci sine peccato cibis Idolothitis, Matthæi tomo 5 24.c.3.k

Idolatria. Idolatriã maxime detestatur Deus, cuius assignatur ratio, Genesis, 340.c.4.k. Deuteronom. 6.c.2.A
Idolatria est omnium peccatorum maximum, Exodi tomo 1. 7. colum. 2. D. & 296.c.1.B. Exodi tomo 2. 133.c.2.B. Nam est peccatum directe contra Deũ, Leuit. 316. colum. c. 4. F, Matthæi tomo 1. 240. colum. 4. F
Idolatria multoties appellatur fornicatio in sacris litteris, Exodi 34. Exodi tomo 1. 167.c.1.C. Exodi tomo 2 173.c.1.C
Ad idolatriam erant nimis inclinati Iudæi, Exodi tomo 1 167.c.1.D
Pro idolatria non solum erat punienda persona peccans, sed etiam ciuitas peccans, & tribus peccans, & etiam multæ tribus, vt patet Iosuę 22. Exodi tomo 1 239.c.1.D
Idolatria dicitur cultus, vel honor exhibitus alicui imagini, vel statuæ, quia idolatria ab idolis originẽ trahit,

trahit,idolum vocatur quæcunque imago rei,quo modocunque depingatur,aut ſculpatur,&c. Exodi tomo 1 296.c.2.E
Ad idolatriæ inclinationem aliquid facit cœlum, & conſtellatio,Iudi. 23.c.2.C
Tribus Symeon magis peccauit in idolatria, quàm alia tribus,Iudi. 175.c.4.F
Idolatria ſecundum ſe eſt maximum peccatum, propter duo, primo quia ipſa idolatria eſt directe in Deum, &c. Secundo quia Deum magis offendit, 1.Regum, tomo 2. 10. colum.4. F. Ioſue tomo 2. 176.c.1.C
Pro peccato idolatriæ magis puniebantur Iſraelitæ, quàm gentes,1.Paralip. 182.c.4.H
Sola idolatria tollit integritatem cordis cum Deo ſecundum modum loquendi Scripturæ. 2.Paralipo. 206.c.2.A
Idolatria traxit originem a ſtatua Beli patris Nini,cui mortuo Ninus filius eius dedicauit ſtatuam, Matthæi tomo 4 17.c.3.G
Idolatra. Directe tollit honorem diuinum, alium vocando Deũ, & non ipſum, vel ipſum & alium cum eo,Exo.tomo 2.133.c.2.E
Idolatræ radebant barbam,& capillos capitis,vt patet in Epiſtola Hieremiæ ad captiuos in Babylonia, quæ continetur in 6. capite Baruch prophe. Numeri 1 69.c.1.B
Idumæa prouincia. Idumæa, & Phœnicia ſunt Meridionales terræ promiſſionis,& monte Libano condiuiſæ, nam Phœnicia eſt infra mõtem Libanum Orientem,Idumæa verò ſupra montem Libanum ad meridiem,Gen. 7,c.4.G.& 19.c.2.C
Idumæa ſiue Seyr coniungitur terrę Chanaan in latere Meridiano,extendens ſe aliqualiter contra Occidentem verſus Damaſcum, & ad Orientem cõtra latus Auſtri,& Orientis terræ promiſſionis vbi cõiungitur Arabiæ in finibus Bethoro ſuperioris, qui eſt locus terræ promiſſionis, &c.& Idumæa, ſiue Edom fuit occupata ab Eſau,& poſteris eius. Seyr autem eſt mons magnus in terra Edom, in quo quo ſunt aliquæ ciuitates, & oppida, Geneſis, 331.c.3.H
Idumæa a parte Orientali terminatur mari rubro, Numeri tomo 2 8.c.4.G
Idumæorum,& Hebræorum diſcordia præcognoſcitur ex diſcordia Eſau, & Iacob in vtero, Geneſis, 296.c.4.K
Idumæi quare mutauerint principatum ducum in regem,1.Paralip. 41.c.2.C
Iechonias. De quo Matth.1. debet accipi ,p Ioachim filio Ioachin,& nepote Ioſiæ,4.Reg. 242.c.4.H
Iectam. De Iectam filio Caleph, & poſteritate ſua,1.Paralip. 35.c.1.B
Iecur. Ponitur pro epate,Leui.3. Leuit.25. colum.3.I
Iecur mouet nos ad amandum,quia in iecore fit generatio ſanguinis,&c. Matth.tomo 2 107.c.2.D
Iehu prophęta. Vt videtur, fuit occiſus a Baaſa rege Iſrael. licet Hebræi dicant oppoſitum, 3.Regum.147.c.2.C. Sed dicendum, quòd non fuit ſic,quia ipſe venit ad Ioſaphat regem Iudæ.2.Paralip.19.ibidem.
Ieiunium. Ieiunare. Quare tempore ieiuni patiantur magis homines pollutionem nocturnam, quàm alias,& maximè ſi ieiunans biberit aquam, & magis ſi caldã fuerit,& paruo tempore ante cubitũ, Leui. 144.c.3.F
De ieiunio ſic ait Proſper in 2.lib.de vita contemplatiua,ſi abſtinere,vel ieiunare debemus, nos non neceſſitati ieiunandi ſubdamus, ne iam non deuoti, ſed inuiti rem voluntariam faciamus, quod debet intelligi de neceſſitate coactionis,Numeri tomo 2 135.c.3.I
Ieiunium Hebræorum non erat ſicut noſtrum ieiunium,quia illi in die, quia ieiunabant, nihil comedebant per tempus viginti quatuor horarum, 3. Regum. 41.c.2.A
Inter Iudæos non erat aliquod ieiunium inſtitutum à Deo,niſi in die propitiationis,ſcilicet,decima die Septembris, ſed poſtea fuerunt introducta aliqua ieiunia alia,propter aliquas triſtitias,& mala, quæ eis euenerunt, vt patet Zachariæ 8. 3. Regum. 157.c.4.F
Ieiunium,& oratio valde diſponunt ad prophetiam, 4.Regum 27.c.1.A
Ieiunium Chriſti fuit conueniens propter multa, Matthæi tomo 1 220.c.3.G
Ieiunium ordinatur ad continentiam carnis, Matth. tomo 1 220.c.3.G
Ieiunium Iudæorum, & Saracenorum quale ſit,Matthęi tomo 2.221.c.2.C.& tomo 3.87.c.1.D.&'291 c.4 F.& tomo 6. 4.c.1.A
Ieiunium Chriſti inchoatum eſt ſexta die Ianuarii, Matthæi tomo 4 85.c.4.F
Chriſtus ante ieiunium,quod fecit in deſerto, ſæpius ieiunauit,Matthæi tomo 1 220.c.4.G
Chriſtus non ieiunauit minus quàm quadraginta diebus,ne vlderetur minor Moyſe,& Elia, non tamẽ ieiunauit pluribus quàm quadraginta diebus propter multa,Matthæi tomo 1 221.c.2.A
In ieiunio quadraginta dierum non eſurierunt Moyſes,neque Elias,ſed diuinitus ſuſtentabantur,Matthęi tomo 1 221.c.3.I
Ieiunium Chriſti aliqua ex parte fuit nobis traditum in exemplum, ſcilicet, quòd. quia ipſe ieiunauit, nos ieiunemus,& aliqua ex parte fuit in probationem potentię ſuæ,& ſic non proponitur nobis, vt exemplum imitandum, ſed ſolum ad credẽdum, ſicut & eius tentatio, quia non ſolum tentationes repulit,ſed etiam tentatori ſe obtulit,& ei occaſionem ad tentandum dedit, Matth.tomo 1 222.colum.2.D
Cauſa præcipua,quare Chriſtus ieiunauit quadraginta diebus,fuit vt daret diabolo occaſionem tentandi ipſum,Matth.tomo 1 224.c.4.G
Ieiunium Quadrageſimæ non eſt ex Chriſti mandato,ſed ex ſolo ſtatuto Eccleſiæ; habuit tamen cauſas pendentes ex Chriſti facto,quę referuntur,Matthęi tomo 1 225.c.3.F
Ieiunium Chriſti fuit aliquo modo afflictiuum, vt probatur ex multis, Matthæi tomo 1. 225.colum.4.k
Ieiunantibus cur licet piſcibus veſci,& non carnibus, Geneſis 7.c.4.K
Poſt ieiunium, & non prius, tentatus eſt Chriſtus propter multa, Matthęi tomo 1. 226.colum.1.A
Omni tempore ieiuniorum iubentur fideles abſtinera a coitu, vt habetur 33. quæſtione 4. capitulo Chriſtiano, & propter hoc Eccleſia prohibet illis temporibus celebrari nuptias, eo quòd ieiunia fiunt a nobis ad afflictionem carnis, item, vt Deus facilius hominem exaudiat, & ſimiliter abſtinendum eſt tunc a litigiis, & a repetitione debitorum, iuxta illud Iſai. 58. Ecce in die ieiunii veſtri, &c. Matthæ tomo 2. 181. colum.1.D

Magna ieiunia fecerunt Apostoli post ascensionem Christi, Matthæi tomo 3 200.c.4.H
Ieiunium Quadragesimę primus omnium instituit Beatus Petrus, vt dicitur, qui etiam instituit Aduẽtum Domini, sed postea non fuit ab omnibus receptus. Quadragesima verò recepta est, & in Conciliis generalibus, & a summis pontificibus confirmata, de consecratio. distinctio. 5. cap. Quadragesima, & de consecratio. distinctio. 3. cap. non licet, & capitu. non oportet, & extrà, de obseruatione ieiunii, capitu. consilium. Et motiuum ecclesiæ ad instituendum Quadragesimam, fuit multiplex. Primò ad imitandum Christum: secundò propter decimas temporis, &c. tertiò, vt per hoc satisfaciamus de omnibus peccatis commissis contra Decalogum præceptorum, & quatuor Euangelia, id est contra nouum & vetus testamentum, Matthæi tomo 3 93.c.2.B
Ieiunium Quadragesimæ institutum est ab ecclesia, scilicet, tẽpore illo, in quo fit, scilicet, ante Pascha, primo propter temporis conditionem, &c. Secundo propter sacramenta Paschalia, &c. Et dicitur Quadragesima, quia quadraginta dies ieiunamus, & illud, quod dicitur distinctio 4. capit. statuimus, & cap. denique, intelligendum est de clericis solis, & tamen illa capitula non obligant, quia non fuerunt recepta, neque communi vsu approbata, vt dicit Gratianus distinctio. 4. capit. denique. §. hoc & si legibus, Matthæi tomo 3 93.c.3.k
Ieiunium est actus solius abstinentiæ elicitiue, & a charitate imperatiue, & similiter a latria, & fortitudine, &c. Matthæi tomo 3 82.c.2.A
Non tenemur ieiunare Quadragesimam propterea, quia Christus ieiunauerit Quadragesimam, sed qa Ecclesia instituit illam ieiunandam, de consecra. dist. 3. c. sacerdotibus, Matthęi tomo 3 93.c.1.D
Ieiunium Quadragesimæ debet ab omnibus integraliter obseruari, & quicunque vnam diem soluerit, totam Quadragesimam soluere videtur de consecratio. distinct. cap. non licet. & cap. non oportet, non est tamen sic intelligendum, quòd peccet tantum ac si totam Quadragesimam solueret, nulla die ieiunando, sed soluit totam, id est, rumpit eam, vel aufert integritatem, & illud dictum est in cap. prædicto. non licet. & in capit. non oportet, contra quosdam, qui putabãt, quòd in quinta feria vltimę hebdomadæ bis esset comedendum, Matthæi tomo 3 94.c.1.C
In Quadragesima non est ieiunandum in Dominicis diebus, vt patet de consecra. distinct. 3. cap. placuit, & cap. ieiunium, & cap. ne quis. Fuit tamen consuetudo antiqua, quæ etiam in tempore Gregorii durabat, vt ipse scripsit Augustino Episcopo Anglorum, quòd omnibus Dominicis Quadragesimæ, fideles vescebantur carnibus, & vltra modum se ingurgitabant, per totas noctes, quod valde detestatur ibi Gregorius, & tamen propter scandalum non ausus fuit prohibere illud, &c. Sed nunc ablata est illa consuetudo, & Ecclesia totaliter abstulit comedere carnes in illis diebus, Matthęi tomo 3. 94.c.2.B
Ieiunare est actus virtutum omnium, vt dicit Hieronymus, & habetur pro glosa, illius Mat. 17. §. Hoc genus dęmoniorũ nõ eiicit, &c. quod qualiter sit intelligendum, Matt. to. 3. 82.c.3.K
Ieiunare est opus satisfactorium, quia in eo reperitur propria ratio operis satisfactorii. §. q sit bonum ex genere voluntariè factum, & in charitate, & alias non debitum, Matthæi tomo 3 82.c.4.H
Multum ieiunare aliquando contingit esse peccatũ, Matthæi tomo 3 87.c.3.G
Ieiunare prout denominatur a ieiunio naturæ, non est actus, sed cessatio ab actu: bene tamen, quod denominatur a ieiunio ecclesiæ, Mat. to. 3. 81.c.2.C
Senes tenentur ieiunare, quando sine nocumẽto corporis manifesto, ieiunare possunt, &c. quod si secus sit, non tenentur, & ad hoc non sunt anni determinati, quia in hoc potius cõsideratur corporis valetudo quàm numerus annorum, cum non accidat senectus omnibus eodem tempore, sed quibusdã prius, & aliis posterius secundum cõditionem corporũ, & fm varia accidentia, Mat. to. 3. 91.c.4.k
Infirmi non patientes specialiter aliquam infirmitatem, sed qui sunt debiles non ex aliqua ægritudine, sed ex vniuersali defectu corporis, an teneantur ieiunare, idem dicendum, sicut de senibus; si tamen sint infirmi vera ægritudine, vt febricitantes, &c. tales non tenentur ad regulam ieiuniorum, sed infirmorum, similiter neque debiles debilitate ex aliqua ægritudine, qui dicuntur conualescentes, non tenentur ad ieiunium ex eadem causa, qua senes, Matthæi tomo 3 92.c.1.C
Si vxor alicuius ieiunet ieiunio voluntario ex voto, vel sine voto ex sola deuotione, potest vir prohibere immediatè, quòd sciuerit, &c. Nume. 30. Si autẽ ieiunium sit necessarium ex institutione ecclesiæ. Regulariter non potest vir prohibere vxorem, bene tamen in certis casibus, Matt. tomo 3. 92.c.1.E
Ieiunia statuta ab ecclesia, sunt satisfactoria, Matthæi tomo 3 12.c.4.K
Ieiunio sanãtur pestes corporis, oratione vero pestes animæ, Matthæi tomo 3 16.c.3.k
Ieiunium definitur sic, ab Isidoro: Ieiunium est parsimonia victus, abstinentiaque ciborum. Et q p̃dicta definitio sit sufficiẽs, probatur Mat. to. 3. 80.c.3.F
Duplex est ieiunium, quoddam naturæ, & aliud institutionis Ecclesiæ; & de hoc secundo intelligitur definitio Isidori de ieiunio, & fuit institutum ab ecclesia in satisfactionem pro peccatis, cum sit opus bonum, & pœnale, Mat. tom. 3. 80.c.3.G
Illud dictum Hieronymi, Matth. 17. super illo verbo: Hoc genus dæmoniorum, &c. scilicet, ieiunare non solum est ab esca, sed etiam a cunctis illecebris abstinere, intelligitur de ieiunio spirituali, Matthæi tomo 3 80.c.3.k
Ieiunium est virtutis actus, vt probatur, non tamen est necesse, quòd quãdocunque fiat, virtuose fiat, Matthæi tomo 3 81.c.3.K
Per ieiunium, non debet subtrahi necessarium in cibo ad naturæ conseruationem, nec necessarium ad conseruandam corporis valetudinem, & vigorem secundum sufficientiam: bene tamen necessarium ad conseruandam optimam dispositionem, licet illud possit licitè accipi: potest tamen laudabiliter subtrahi, Matthæi tomo 3 81.c:2.D
Ieiunium necessarium prædicatoribus, Matthæi tomo 1 220.c.3.k
Aliquod ieiunium cadit sub præcepto iuris naturalis, scilicet, illud quod est subtractio cibi alias liciti, & sine quo vix, aut nullo modo possunt vitari aliqua peccata, vt dicitur Matth. 17. Hoc genus dęmoniorum, &c. Matthæi tomo 3 83.c.4.k
Apud quosdam Gentiles bene de Deo sentientes erat ieiunium, scilicet, illos, qui de Deo credebant, qa est, & quia remunerator est, vt patet Ionæ 3. de Niuuitis, qui posuerunt sibimet ieiunium, vt satisfacerent Deo pro peccatis: Sed apud alios non, Matthæi tomo 3 84.c.1.E
Ieiunium habet duo bona, vnum est, quòd est satisfactorium. Alterum est ad tollendum vitia carnis ipsam

psam debilit ando, Matth. tomo 3. 84.c.2.E

Nulla ieiunia instituit Christus, nec etiam posuit ex presse sub consilio; reliquit tamen Ecclesiæ de illis ordinandum. Et prænuntiauit, quòd illa essent in posterum habenda inter suos fideles, cuius assignatur ratio, &c. Matthæi tomo 3. 84. c.4.H

Ieiunium secundum se non est opus charitatis, sed pœnitentiæ, vel satisfactionis. Et non dicit secundum se aliquam perfectionem, nisi inquantum potest prodesse ad aliquid. Et propterea non est opus de consilio, &c. Potest tamen dici opus de consilio large, prout omne opus super erogationis, idest, quod non cadit sub præcepto dicitur ad consilium pertinere. Christus tamen non posuit consilia expresse, nisi de illis rebus, quæ pertinent ad excellentem charitatem, &c. Matthęi tomo 3. 85.c.1.D

Multa ieiunia posita fuerunt per ecclesiam, & omnia illa obligant, quia posita fuerunt sub præcepto, nam ecclesia per suum statutum obligat fideles, sicut si esset Dei præceptum. Et fuit conueniens illa statuere, Matthæi tomo 85.c.3.G

Primum ieiunans, quis fuerit, non constat. Constat tamen, quòd ieiunia sint antiquissima, & in omni tẽpore, quo homines cognouerunt Deum, fuerunt ieiunia. Et in lege naturæ fuerunt ieiunia, & motiua ad ieiunandum ostendunt, qnòd ieiunium sit antiquissimum. Primum fuit ad significandum tristitiam, nam homines, qui volebant tristari, vel se se tristes ostendere, ieiunabant: vnde quando faciebant planctum solemnem pro aliquo ieiunabãt, vt patet 1. Regum 31. vbi dicitur, quòd viri Iabes tulerunt cadauera Saul & filiorum eius, &c. Et ieiunauerunt septem diebus. 1. Paralipom. 10. Aliud motiuum fuit propter Deum. Et hoc tripliciter vno modo quantum ad actus latriæ. Alio modo quatenus est ad impetrandum. Tertio modo inquantum est ad satisfaciendum, Matthęi tom. 3. 85.c.4 H

Multa ieiunia fuere apud Iudæos, vt patet Matthæi 9. & Lucæ 5. sed quædam eorum fuerunt introducta ex lege, alia verò ex voluntate Iudęorum. Ex lege fuit tantum vnus dies ieiunii, scilicet, dies propitiationis, vel expiationis, Leui. 16. & 23. Et tale ieiunium fuit figura contritionis in noua lege, &c. Matthęi tomo 3 86.c.2.E

Quare in veteri testamẽto institutum fuerit ieiuniũ, & non in nouo, Matthæ tomo 3 86.c.3.G

Multa ieiunia fuere apud Iudęos, sed non ex lege. Et ista erant duplicia, quædam specialia apud aliquos homines religiosos, vt erant Pharisæi, &c. & discipuli Ioannis, vt habetur Matth. 9. & Marci 2. Et Hesęni maxime ieiuniis vacabant, &c. Mathæi tomo 3. 86.c.4. G. Alia erant ieiunia toti populo cõmunia, quæ per modum statuti vel legis, ab omnibus Iudæis obseruabantur. Et ista erant, de quibus Zacha. 8. ieiunium quarti, ieiunium quinti, ieiuniũ septimi, Ieiunium decimi in gaudiũ, & dies festos vertetur domui, & Ierusalem. Et per quartum, quintum, septimum, & decimum intelliguntur quatuor menses, in quibus ieiunabant Iudęi in memoriam alicuius tristitiæ, & malorum, quæ Iudæi tolerauerunt. Et ad repręsentandum anniuersatie istam tristitiam. Ieiunium quarti mensis fiebat propter duo: primò propter fractionem tabularũ veteris testame. a Moyse, quę fuit in 4. mense, &c. secundò propter captiuitatem Iudęorum, quæ fuit in 4. mense, scilicet, in Iulio. Ieiunium quinti fuit propter tria: primò propter murmurationem Iudæorum in reditu exploratorum, &c. Numeri 14. Secundò, quia in mense quinto Nabucodonosor, & Chaldęi ingressi sunt Ierusalem, & succenderunt templum Domini, & subuerterunt illud. hoc etiam mense destructa est Ierusalem a Romanis, scilicet, a Tito, &c. Ieiunium septimi fuit, qa tũc occisus est Godolias, qui relictus fuerat a Chaldæis, vt esset princeps terræ Iudæorum, & propter mortem eius omnes Iudæi, qui relicti fuerant, fugerunt in Aegyptum. 4. Reg. 25. & Iere. 42. Ieiunium decimi erat propter planctum, quem Iudęi existentes in Babylone habuerunt, cognito, qꝑ templum esset succensum, & ciuitates destructę, nam tunc erant multi Iudæi in Babylone, qui prius fuerant translati in Babylonem cum rege Ioachin, Matth. tomo 3 86.c.4.I

Iudæi in ieiuniis suis comedebant carnes, & per totã diem nihil comedebãt, similiter faciunt Saraceni, Matthęi tomo 3 87.c.1.D

In omnibus ieiuniis potest Papa dispensare, & prælatus in ieiuniis Synodaliter introductus in sua diœcesi. Et in ieiuniis introductis per totã ecclesiam, potest etiam prælatus dispensare, quia ecclesia cuicunque prælato permisit dispensationem circa illa, existente rationabili causa, ipse tamen ieiunans, si est persona priuata, non potest dispensare secum in ieiunio, potest tamen vti permissione iuris, quia ius noluit eum obligare in certis casibus ægritudinis &c. Math. tomo 3. 88.c.1.E

Ad ieiunia tenentur viri iusti quantumcunque sint sancti, etiam si nunquam peccarẽt mortaliter, imo etiam si ex priuilegio nunquam peccauerunt venialiter, Matth. tomo 3 88 c.4.H

Duplex est ieiunium, s. ieiunium luctus, & ieiunium exultationis, &c. Matthęi tomo 3 88.c.4.I

Ieiunium non solum est satisfactorium pro peccatis pręteritis, sed etiam est adiuuans ad euitandum futura, & pręseruandum se ab eis, Mat. to. 3. 89.c.2.C

Ad omne ieiunium ecclesię tenentur omnes a viginti annis, & supra, vt tenent multi Iuristarũ, & Theologorum. Alii dicunt, quòd ab anno 21. sed vltima istarum opinionum videtur verisimilior, Matthęi tomo 3 89.c.4.k

Ad ieiunium non tenentur paruuli, & licet paruuli habeant plus de humido, quàm proiecti, illud tũ est minus inspissatum, & solidũ ꝙ humidũ in proiectis, & ideo est facilius cõsumptibile, & sic indiget cibo pluries, Mat. to. 3. 90.c.2.A

Ieiunium potest licite solui per peregrinationẽ necessariam, quia peregrinans non põt simul peregrinari, & ieiunare. Si aũt peregrinatio sit spontanea, tũc licitè põt solui ieiunium vbicunq; videtur esse maior necessitas peregrinandi quàm ieiunandi, vel maior pietas, &c. Matthæi tomo 3. 90.c.2.B

Cursores actualiter currentes, vel itinerantes excusantur a ieiunio, si non possunt commode ieiunare simul, & peregrinari, vel iter facere, &c. Matthęi tomo 3 90 c.3.H

Pauperes ostiatim mendicantes, qui non possunt habere victum pro vna vice, absoluuntur a ieiunio, & idem est de viatoribus, si itinerando habeant intentionem ieiunandi. Et hora cęne perueniunt ad locum, in quo non possunt habere cibum sufficiẽtem pro tota die, licebit pluries comedere etiam si itineratio sit spontanea, & non causa deuotionis, sed solius vtilitatis. pauperes vero non mendicãtes, qui possunt sustentari per rudes cibos, nõ excusantẽ a ieiunio, &c. Mat. to. 3. 90.c.4.F

Manualiter laborantes, quando labores sunt leues, cum quibus ieiunium stare potest, vt sunt sutores coriarii, &c. non excusantur a ieiunio, secus tamen quando labores sunt magni, in quibus fit magna

magna corpis reſolutio,&c. ſi tales ſint,quòd ſe,& familiam ſuam non poſſunt ſuſtentare, niſi laborā do;nam ſi poſſunt,tenentur potius ceſſare a laboribus,vt poſſint ieiunare &c.nam qui per laborem intendunt conſequi lucrum non neceſſarium, nō excuſantur a ieiunio. Et dicitur lucrum neceſſariū illud, quod requiritur ad quotidianam ſuſtentationem,& ſuperfluum dicitur illud,quod eſt vltra ſuſtentationem quotidianam, ſed lucrum dicitur neceſſarium,quod requiritur, conſideratis communiter neceſſitatibus humanis, Matthęi tomo 3 90.c.4.K

De ſeruitoribus dominorum,quando poſſint in diebus ieiunii pluries comedere, Matthæi tomo 3 91.c.3.F, Et idem dicendum eſt de legentibus ad menſam,cęnante conuentu in diebus ieiuniorum ibidem. 91.c.3.C

A ieiunio non poteſt excuſari prægnans niſi timeatur de periculo propter fętum. Et eadem eſt ratio de lactantibus paruulos,quæ indigent multo cibo ad nutritionem ſuam,& generationē lactis, & boni lactis, Matthęi tomo 3 91.c.3.K

Volens frangere ieiunium,ex aliqua cauſa, aliquādo non tenetur habere diſpenſationem,& aliquando ſic,Matthęi tomo 3 92.c.2.E

De temporibus ieiunii aſſignatis ab Eccleſia dantur aliquæ cauſæ,Mat.to.3.92.c.4.F, Nec fuit conueniens,vt Eccleſia inſtitueret,quòd quilibet fidelis ieiunaret quolibet anno.50.vel 60.dies quando ip ſe vellet,ibidem. 93.c.2.A

Ex temporibus ſtatutis ad ieiunandum, quædam nō ieiunantur ab omnibus,vt tempus Aduentus Domini,& dies ſabbathi.extra de obſeruatione ieiuniorum.c.conſilium,& 12.diſtin.ca.illa, & de cōſecratio.3.diſt.c.ſabbatho,quædam alia obſeruantur a tota eccleſia.vt Quadrageſima.diſti.4.c.Quadrageſima,& de conſecra.diſti.3.ca.conſtituimus. Similiter vigilia Natiuitatis Domini, & omnium ſanctorum,& omnium Apoſtolorum, &c.Matthæi tomo 3 93.c.1.B

Ieiunia quatuor temporum non celebrabantur ante tempus Calixti papæ,ſed ſolum ter ieiunabatur in anno,ipſe vero inſtituit ieiunium quatuor temporum 76.diſtin.ca.ieiunium, & aſſignationē prędictorum temporum,quia primum iſtorū 4.temporum fiebat 1.hebdomada Martii a principio 2.fiebat 2.hebdomada iunii 3.fiebat hebdomada 3.Septembris 4.hebdomada 4.Decēbris 76.diſtin.cap. Conſtantinus. Sed poſtea fuerunt aliter aſſignata, ſ.quòd ſi Calen.Martii eueniret feria 4.vel ante.celebraretur eadem hebdomada ieiunium, ſi autem 5.feria, vel poſt, ieiunium fieret:hebdomada 1. De.2.ieiunio, eodem modo.in.2.hebdomada iunii,hoc addito, quòd ſi iſtud ieiunium eueniret in hebdomada,quæ eſt ante Pentecoſtem, non celebraretur in eadem, ſed in ſequenti, de.4.ieiunio erat generale,quòd in ſabbatho ante vigiliam natiuitatis Domini finiretur 76.diſti.ca.de ieiunio.Sed iſte modus non obſeruatur in totū nūc, ſed primū ieiunium eſt prima hebdomada Quadrageſimę 2. in hebdomada Pentecoſtes 3.in Septembri, vt dictum eſt 4 in Decembri eodem modo 76.diſtin.c. ſtatuimus. Et cauſa huius ieiunii quatuor temporum aſſignatur multiplex.prima, quòd iſtud ieiunium fit in laudem Dei,& fit per quatuor tempora &c.Matthęi tomo 3 94.c.2.E

Eccleſia conſueuit ieiunare in vigiliis aliquorum ſanctorum, vt in vigilia aſſumptionis beatiſſimę Virginis,extra de obſeruatione ieiuniorum ca.ex parte,& vigiliæ Lautentii, & omnium.S.& omnium Apoſtol.vigiliæ præter vigilias Apoſtolorum Philippi,& Iacobi,& Ioan.Euangeliſtæ,cuius aſſignatur cauſa extra de obſeruatione ieiu.cap.conſiliū, quia Philippi &c.cadit infra ſolemnitatem Paſcha lem &c. Et vigilia Ioan.infra octauam Natalis Domini,nec tenetur opinio Hoſtien.quòd circa Apoſtolorum ieiunia conſuetudo ſit tenenda, vt ieiunentur,vel non.Et ieiunare in vigiliis Sanctorum inſtitutum eſt,vt mentem habeamus diſpoſitā ad orationem &c.Mat.tomo 3 95.c.1.B

Ieiunium rogationum, & vigiliæ Pentecoſtes non eſt de præcepto,ſed de conſilio,ſic dicitur de conſecra.diſtin.3.cap.rogationes in glo.&c.ſecus tamen ſi iſta ieiunia ſint alicubi recepta ex conſuetudine,& approbata;nam tunc efficitur ieiuniū neceſſitatis,&c.Mat.tomo 3 95.c.2.D

Ieiuñium in.2.4 & 6.feriis,nō eſt de neceſſitate, quia ſtatuta de illis ieiuniis non fuèrunt recepta,nec approbata per conſuetudinem,ſicut nec illud ſtatutum,quòd inciperent clerici ieiunium a Quinquageſima 4.diſtin.c.denique.§.hoc,& ſi legibus &c. Matthæi tomo 3 95.c.3.F

Ieiunare in ſabbatho non eſt neceſſitatis, ſed ſtandū eſt conſuetudini, etiam quo ad comedere carnes in ſabbatho, vel non comedere, Matthæi tomo 3 95.c.4.F

Ieiunium Aduentus non eſt obligatorium quamuis aliqui dicant, quòd ieiunium Quadrageſimę, & Aduentus inſtituta ſint a Beato Petro, Matthæi tomo 3 95.c.4.G

Si vigiliæ Sanctorum ieiunandę veniant in die Dominico, ieiunium illarum celebrabitur ſabbatho præcedenti. extra de obſeruatio.ieiuniorum cap. ex parte, & capitu.conſilium, Matthæi tomo 3 95.c.4.K

Ieiunium ſecundum ſe eſt opus bonum, & ſi propter bonum finem fiat, nullo tempore vituperabile eſt,quamtuncunque ſit tempus ſolemne, Eccleſia tamen quibuſdam temporibus ieiunium interdixit,oſtendens quòd de neceſſitate nullum ieiunium ſit in illis faciendum propter aliquas cauſas lętitiæ,cum ieiunium communiter pertineat ad mærorem.tempus inter Paſcha,& Pentecoſtē. Et dies Dominica,& dies Natalis Domini,& quęlibet 5.fer.extra quadrageſimam 76.diſt.§.non autem &c.tamen ex deuotione quilibet poteſt ieiunare prædictis diebus. Et etiam licitum eſt cuilibet prouinciæ introducere ieiunium hoc tēpore obligatorium,Matthæi tomo 3.96.c.1.A, Et idem dicendum eſt de diebus Dominicis,'ꝙ non eſt neceſſe ieiunare in illis,bene tñ poteſt quis ex deuotione ieiunare,ibi.96.c.3.F,Et de.5.feria idem dicendum eſt,vt patet de conſecra.diſt.3.cap.ieiuniū,& hoc propter duo,primò ꝓꝓ errorē tollendū,&c. ſecundo propter excellentia huius diei. Maioris tamen excellentię eſt dies Dominicus,ſed dies 5.fer. deſiit haberi in honore &c.ibidem.

Manichęi ieiunabāt diebus Dominicis.dicētes nullā eſſe differētiā excellētię vnius diei ſup alteram ſed hoc reprobatur ab eccleſia,Mat.to.3. 96.c.2.E

In ieiuniis ꝺterminat hora nona ad ſumēdū cibū,&c. Et iſta hora pōt dupliciter accipi,ſ.ſtrictè,& largè; ſtrictè eſt finis tertię,quartę diei artificialis; largè verò eſt quęcūque pars tēporis poſt finē Sextę,ſ.ſecūda quarta diei,qñ Sol eſt in pūcto meridiei,& in pīcipio declinationis a pūcto meridiei incipit hora nona,& licitū eſt ieiunātibus māducare,& hoc interpretat Eccleſię cōſuetudo generaliter,q̄ poſt meridiē cōcedit immediate cibū ieiunantibus,Et ob hocin diebus ieiuniorū eccleſia dicit nonam

ſemper

ſemper ante cibũ,ita vt quandocunque dicto illo officio ieiunans comederit, dicat̃ comedere poſt nonã,vel in nona hora.Et patet hoc in obſeruãtia religionũ,vbi ieiuniũ ſtrictè obſeruat̃, & cęremoniæ eius.Et in Quadrageſima licitum eſt cibum ſumere quando veſperi dicti ſunt,de cõſecra.diſtin. 1.c.ſolent.Et tamen adhuc non eſt neceſſe ad ieiunium ſemper comedere poſt meridiem, quia multi propter cõditionem religionis, vel propter alias cauſas excuſanț,ita vt poſſint comedere ante meridiem &c.Matthæi tomo 3 97.c.2.A

Quare diebus ieiuniorũ comedimus hora nona, & non ante,vel poſt,Mat.to.3. 97.c.1.A,& ſeq.

In veteri teſtamento non ſumebatur cibus in die ieiunii ante veſpere, ſed nouum teſta.non conformatur veteri in hoc,cuius aſſigãtur ratio, Matthæi tomo 3 97.c.3.F

Ieiunium poteſt dupliciter frangi,vno modo quantũ ad meritum,alio modo quantum ad violationem præcepti dati de ieiunando. Primo modo frangitur,quando per ieiunium nihil meremur, vel minus q̃ alias mereremur.Et iſta fractio põt fieri modis innumeris,ſecũdo modo quãdo fit cõtra intentionem ſtatuentis ieiunium,Mat.to.3. 97.c.3.I

Ieiunium non frangitur per potationem,ſiue fiat ante prandium,ſiue poſt,dum tamen non fiat in fraudem,vt ſcilicet,per hoc aliquo modo ſuſtentetur homo,& ceſſet afflictio,quã inducit ieiuniũ, quia tũc non ſolũ perit meritũ ieiunii,ſed ẽt commlttit̃ mortale peccatum,&c.Mat.tomo 3 97.c.4.G

Ieiunium frangit, qui cibum accipit ad refectionem vltra ſemel,poteſt tamen quis ſumere ita modicũ de cibo,quòd non dicatur comedere pluries, licèt pluries hoc fecerit, vt ſi quis ſumeret vnam micã panis,vel vnum granum vuæ, vt ſi hoc faciat ſine cauſa,vt propter delectationem,vel ſolum ad experiendum ſaporem,perdit aliquid de merito ieiunii,non tamen violat ieiunium, ſecus tamen ſi faciat hoc ex cauſa legitima.Poteſt etiam bis ſumere refectionem, & non ſoluere ieiunium dum tamen vtraque vice nõ ſumat plenam refectionem, ſed altera earum ſolum, vt contingit in ſeruitoribus dominorum,qui ſeruiunt eis ad menſam diebus ieiunii,&c.Mat.tomo 3 97.c.4.K

Poteſt ſtatui per Eccleſiam, vt quis comedat bis,& ieiunet.Sic ait Innocentius,de reliquiis,& vene.Sãctorum c.cum ex eo.ſed non vtraque vice ad plenam refectionem,& ſubdit exemplum, Matthæi tomo 3 98.c.1.B

Coqui præguſtantes cibos,vt cognoſcant, ſi habeant ſufficienter de condimento,&c.non ſoluunt ieiunium,Matthæi tomo 3 98.c.1.C

Qui ſemel comedit,& cibos ſtatutos ad ieiunium comedat,etiam ſi comedat immoderate, vel bibat, non ſoluit ieiunium,poteſt tamen perdere meritũ ieiunii in totum, vel in partem] ſecundum conditionem exceſſus. Et poteſt interdum peccare mortaliter,&c.Matthæi tomo 3 98.c.1.E

In ieiunio nihil eſt illicitũ,niſi quod eccleſia vetuit, Matthæi tomo 3 98.c.2.E

Ebrietas non frangit ieiunium,quamuis ſit vel peccatum mortale,vel veniale,Mat.tomo 3 98.c.3.F

Odores non ſoluunt ieiunium,quia odor non nutrit, vt di.Philoſophus in lib.de ſenſu,& ſenſato,ſed ſolum confortat,non tamen conuertitur in ſubſtantiam odorantis ad hoc, quòd reſtauret deperditũ per reſolutionem,&c.Matthęi to.3. 98.c.3.G

Non frangit ieiunium, qui ſumit medicinam,quatenus illa eſt contraria morbo, ſecus tamen,qui ſumit medicinam,vt cibum, & potum ad refectionem,nam ſic frangitur ieiunium,licet infirmi non peccent, quando habent iuſtam cauſam frangendi,&c.Matthæi tomo 3 98.c.3.K

Electuarium,vt communiter,non frangit ieiunium, ſiue ſumatur propter delectationem, vel vt cauſa medicinę,quia intentio finis eſt extra naturam ieiunii, & licet electuarium aliquo modo nutriat, communiter tamen non ſumitur ad nutritionem, nec ad manducationem, ſed ſolum ad bonam diſpoſitionem ſtomachi,ſicut potus,& hoc quando ſumitur per modum electuarii,& non per modũ cibi,Matthæi tomo 3 98.c.4.G

Modicum panis,vel fructus,ſi ſumatur ne potus noceat,non frãgit ieiunium, quia tunc non ſumitur vt cibus,ſed vt medicina, & hoc niſi conſuetudo eſſet ſumere aliquantum panis,quia circa talia cõſuetudo habet magnum vigorem, & ſic ſumũtur vt non cibi, ſed vt medicina, Matthæi tomo 3 99.c.1.B

In omnibus ieiuniis abſtinendum eſt a carnibus, & in quadrageſima nõ ſolum a carnibus abſtinetur, ſed etiam ab omnibus, quæ ducunt originem a carne,ſ.a ſanguine,caſeo,lacte,& ouis,vt ait Gregorius 4.diſtin.c.Denique. Et hoc verũ eſt niſi alias ſit penuria piſcium ad ſufficientiam,quia tunc recurri poteſt ad alios cibos,& conſuetudo antiqua excuſat circa hoc.Cùm ieiunia,vt in plurimum ex conſuetudine vigorem habeant.In aliis verò ieiuniis non quadrageſimalibus,ſtandum eſt conſuetudini circa cibos,dum tamen non vtantur carnibus,& hoc,quia de ieiunio quadrageſimæ expreſſum eſt 4.diſtin.ca.denique,&c.Matthæi tomo 3 99.c.2.B

In ieiunio non inter dicitur vinum,quia ad libidinem non confert per modum nutrimenti,ſicut carnes, ſed per modum alterantis,quæ alteratio cito deficit,& ideo ad libidinem magis cõferũt carnes &c. Matthęi tomo 3 99.c.3.G

Ieiunium non habet obligationem, niſi illam quam Eccleſia per legem ſuam introduxit, vel conſuetudo,quæ habet vim legis,Mat.to.3. 100.c.2.A

Ieiunans debet ſumere cibum hora nona poſt meridiem,& poſtquam eccleſia dicit nonam,quæ ſemper diebus ieiuniorum dicitur ante cibum de conſecra.diſtin.1.c.ſolent,& diſtin.5.cap.quinque. Et ſiquis ſumat cibum parum ante nonam,non frangit ieiunium,ſecus tamen,ſi multũ anticiparet, vt comedendo in hora 3.videtur frangere ieiunium. Innocentius tamen tenet,quòd nullo modo frangatur ieiuniũ per anticipationẽ,quod etiam probabile videtur,perdit̃ tamẽ meritum ieiunii,quia iſte talis facit contra ſtatutum,& tunc oportet,dicere, quòd taxatio horæ in ieiunio non ſit de principali intentione eccleſiæ, ſed ſemel tantum comedere. Et tunc exponendum eſt ca.ſolet de cõſecra.diſti. 1.ſ.ꝙ nullo modo iſti credendi ſunt ieiunare,i.non ſunt credendi,ꝙ mereantur per ieiuniũ,licet ieiunent &c.ſecurior tñ eſt prima poſitio, & rationabilior,ꝙ.ſ,magna anticipatio,perdat meritũ,& ieiuniũ ſoluat.In propoſito tamẽ conſideranda ſunt multa,primum eſt conſuetudo regionis.ſecundũ conditio regionis,ſi ſunt magni dies,vel parui: tertio conditio temporis in regione 4. conditio perſonarum 5.varietas officiorum,& operationũ &c. Matthęi tomo 3 100.c.2.B

Ieiunium frãgitur per vnum ſolum de quinque modis,quibus vitium gulæ nocet nobis, ſcilicet,per prȩuenire tempus comedendi,& nõ per alios quatuor,Matthæi tomo 3 100.c.4.K

In bono ieiunio requiritur ieiunare, & meritorię ieiunare.

iunare. Ad ieiunandum requiruntur quatuor, ſcilicet, ſemel tantum comedere, abſtinentia a carnibus, licet iſtud non ſit generale. Tertio, quòd in ieiunio quadrageſimali non ſolum a carnibus, ſed ab omnibus illis, quę a carnibus originem ducunt, vt a caſeo, ouis, & lacte. Quarto hora debita ad mãducandum. ſed ad meritorie ieiunare requiruntur decem, & ſex. Primum eſt debitus finis. Secundũ debitum tempus. Tertium, vt non vtatur rebus delectabilibus ex induſtria. Quartum vt non ſit ciborum ſuperfluitas. Quintum necebrietas. Sextum nec magna apparatio ciborum delicatorum. Septimum nec ardenter cibos ſumere. Octauum nõ comedere ante tempus ex impatientia famis. nonum non curioſe cibos parare vltra conditionem, & ſtatum perſonæ. decimum, non facere fraudem ieiunio. Vndecimum non immoderate ieiunare. Duodecimum, vt per immoderatum ieiunium non impediantur ad faciendum aliquid ad quod obligantur. decimum tertium, vt non ſit magna extenſio ieiunii. Decimum quartum, vt etiam ieiunent a vitiis. Decimum quintum, vt abſtineat a nocendo proximis, etiam iuſte, ſcilicet, litigando decimum ſextum, quòd benefaciat proximis &c. Matthæi tomo 3 101.c.2.A

Diebus ieiunii non eſt litigandum, nec cogendi ſunt debitores ſub regore ad aliquid ſoluendum, &c. Matthęi tomo 3 101.c.4.F

Referuntur. 11. vtilitates ieiunii, prima eſt ad oſtendendum triſtitiam pro mortuis 2. ad oſtendendũ triſtitiam in ſeipſo 3. ad placandum Deum 4. ad ſatisfaciendum 5. ad comprimendum vitia carnis 6. ad eleuandum mentem in Deum 7. ad habẽdum poteſtatem ſupra dęmones 8. ad promerendum diuinam reuelationem, nona ad merendum vitã ęternam 10. eſt quod reddit hominem multum attẽtum ad quãcũque rẽ, & venerabiliorem, vndecima, qa prodeſt mortuis &c. Mat. to. 3. 102.c.1.A

Duplex ieiunium erat apud Iudæos, ſicut & nunc, ſ. ieiunium neceſſitatis, & ieiunium deuotionis, & primum erat duplex, quoddam erat per legem ſtatutum, & alterum per conſuetudinem, vel conſtitutionem populi. primum erat vnicum ieiunium, ſ. in die Propitiationis: ſecundũ erat quadruplex, ſ. ieiuniũ 4 mẽſis. quinti, ſeptimi, & decimi, & diſcipuli Ioan. Baptiſtę loquebantẽ de ieiunio deuotionis Mat. 9. diſcipuli verò Chriſti ieiunabant omnia ieiunia neceſſitatis, tam a lege, quàm a conſuetudine, &c. Matthæi tomo 3 198.c.3.H

Diſcipuli Chriſti non ieiunabant aliqua ieiunia ſupererogationis, ſicut faciebant Phariſæi, & diſcipuli Ioannis, & hoc propter multa, quæ referuntur, Matthęi tomo 3 199.c.1.E

Duplex eſt ieiuniũ corporale, primũ, quod ordinatur ad carnis refrenationẽ, & diſponit ad contẽplationẽ. Aliud, quod ꝓcedit, ex plenitudine, & ꝓfectione contẽplationis. primũ nõ cõpetebat Chri diſcipulis ante paſſionem eius. ſm eſt in viris perfectis, qui nimis immorantẽ diuinę contemplationi. Nec hoc ſm competebat eis, &c. Mat. to. 3. 200.c.2.C, & 201.c.2.A, & c.3.G, Et iſtud ſm ieiunium pauco cibo indiget, quia rapit hominem a ſenſibus ibi.

Apoſtoli ieiunauerũt poſt Chriſti paſſionem propter multa. Matthæi tomo 3 200.c.4.H

Ieiuniũ Quadrageſimæ inchoandũ eſſe ſequenti die poſt aſcenſionẽ, dixerũt aliqui, quia illa die ſponſus ablatus eſt Act. 1. Alii dixerũt, ꝙ ſtatim poſt Pẽtecoſtem. Et ita quidam hæretici faciebant, vt dicit Hieron. ſuper Mat. &c. Sed Eccleſia non recepit illud &c. Matthæi tomo 3 201.c.1.A

Ieiunare, & lugere idem erat apud antiquos, Matthæi tomo 3 201.c.3.F

Maiora ieiunia tam neceſſitatis quàm deuotionis ſunt in nouo teſta. quàm fuerunt in veteri, Matthęi tomo 3 201.c.3.H

Pro ieiunio mœroris, quod non conueniebat diſcipulis Chriſti, tradidit Chriſtus exemplum de filiis ſponſi, &c. Mat. 9. pro. ieiunio exultationis tradidit exemplum de commiſſura, &c. & de vino, nouo, & vtribus veteribus, Mat. to. 3. 202.c.2.A

Ieiunauit Chriſtus quadraginta diebus, &c. vt exemplum nobis daret ieiunandi, &c. Matthęi tomo 3 284.c.2.A

Diſcipuli Chriſti non ieiunabant, quandiu manebant cum Chriſto, Mat. tomo 4 91.c.1.C

Intentio dantis præceptum de ieiunio, non fuit exclu dere alias cauſas magis pias, &c. Matthęi tomo 3 90.c.3.G

Phariſæi ieiunabant bis in hebdomada Lucæ. 18. cũ dixit Phariſæus ille; Ieiuno bis in ſabbatho, ideſt, in hebdomada, Mat. tomo 4 129.c.4.G

Ieiunium cum oratione optime coniungitur, ieiuniũ propter orationem, & oratio propter ſe, &c. Matthęi tomo 4 272.c.1.C

Antiqui ieiunabant, quando volebant oſten dere triſtitiam, Matthæi tomo 6 4.c.1.A

Ieiunare in nouo teſta. capitur pro lugere, & epulari pro gaudere, Marci. 2. & Luc. 5. Mat. to. 6. 4.c.2.C

Ieiunantibus, qui non ſunt nimis debilitati, quomodo accidat pollutio nocturna, potius quàm non ieiunantibus, Parado. 10.c.1.E

Iemini. De quo 1. Reg. to. 1. fuit vir valde famoſus de tribu Beniamin, a quo fuit denominata pars quædam terræ Beniamin 1. Regum, tomo 1 159.c.1.D

Vide Gemini.

Iephone. Pater Caleb. fuit Chus. 1. Paralipom. 92.c.2.E

Iepthe. Erat princeps latronum, Iudicum, 107.c.1.B

Iepthe dicebatur Galaadites, Iudic. 11. a patre vocato Galaad. Iudi. 105.c.2.A

Mater Iepthe fuit concubina Galaad patris eius, & nõ vxor, licet Hebręi aliud ſentiãt, Iudicum. 105.c.4.F

Non conſtat de qua tribu fuerit Iepthe. An ſcilicet, fuerit de Gad, an de Manaſſe. veriſimiliter tamen creditur, quòd fuerit de tribu Manaſſe. Iudicum. 106.c.2.E. & 126.c.2.D

Iepthe exercens latrocinia, & bella, an peccauerit, vel non, poteſt teneri quod ſic, & poteſt teneri quòd non, Iudicum, 107.c.2.C. Sed rationabilius dicitur quòd non peccauit, quia in dubiis fauorabilius eſt eligendum, Iudi. 107.c.3.H

Iepthe peccauit vouendo, vt vouit, de quo Hieron. Iepthe vouendo fuit indiſcretus, & reddendo fuit impius, Iudi. 116.c.2.E

Iepthe non obligabatur, ex voto, occidere filiam, occidit tamen iliam, quia credidit ſe obligatum ad id, cum dixit aperui os meum ad Dominum, & aliud facere non potero. & iſtud eueniebat ex imprudentia hominum illius temporis circa interpretationem ſacræ Scripturæ, & votorum, &c. Iudicum, 118.c.2.A

Põt teneri, ꝙ Iepthe in vòto ſuo intellexit de animalibus brutis, põt ẽt dici, ꝙ intellexit tã de hominibus, quàm de pecoribus, põt ẽt dici, ꝙ ſolũ intellexit de hominibus. Iudi. 116.c.3.G

Filia Iepthe, cõſentiẽs ſe occidi, nõ peccauit, ĩmo valde meruit, ſicut Iſaac, &c. Iudi. 118.c.4.F. Nec obligabatur velle ſubire mortẽ pro voto patris. ibidem.

Filia

Filia Iephte non deflebat virginitatem,quia moritura esset absque hoc, quòd experiretur delectationes carnales,quia hoc nephas est dicere, sed quia moriebatur in statu virginali,idest,in parua ætate, vel plorabat infecunditatem,& hoc magis videtur dicendum.Iudi. 119.c.2.B
Iephte postquam occidit filiam suam,cremauit eam ad honorem Dei,sicut Abraham disponebat facere,Iudi. 119.c.3.H
Filiam Iephte plangebāt virgines Israel annuatim,ex multis causis,Iudi.119.c.4.H,Et iste planctus non erat peccatum,quia solum fiebat ad honorandum memoriam mortis illius,quæ mortua est pro salute patriæ,Iudi. 120.c.1.B
Iephte valde grauiter peccauit occidendo filiam suā, Iudicum. 121.c.2.A
Votum Iephte fuit incautum, & impium, Matthei tomo 4 77.c.4.G

Iericho. vide Hiericho.

Ierimoth. Aliquando est nome vrbis in terra Iuda,& aliquando nomen viri, 1.Paralipo. 105.c.1.C,& 286.c.4.F

Ierimuth. Aliquando est nomen viri,& aliquando est nomen vrbis de terra Iuda.1.Paralipo. 132.c.3.K
Quòd de Ierimuth filio Danid non fuerit facta mentio sub hoc nomine,nisi 2.Paralipo.11.potuit esse in causa,vel quia fuerit filius Dauid ex aliqua concubina, vel si ex vxore nominatur alias sub alio nomine 2.Reg.3.& 1.Paralip.3.2.Paral. 156.c.1.A

Ieroboam. Motus est ad faciendum vitulos aureos,3.Reg.12. ne populus tuus reconciliaretur Roboam,&c.in quo grauissime peccauit 3.Reg. 111.c.4.H
De modo,quo Ieroboam constituit sacerdotes idolorum,3.Reg. 124.c.4.H
Peccatum Ieroboam fuit maius peccatis Salomonis,in multis,3.Reg. 129.c.2.G
Magis peccauit Ieroboam quàm omnes reges Iuda, & Israel ipsum sequētes,& magis quàm Adam,& magis quàm quilibet homo ipsum præcedens, 3.Reg. 130.c.1.B
Ieroboam non venit in Israel de Aegypto vocatus a principibus,sed ipse sponte venit audita morte Salomonis,postea tamen venit in Sichem,vocatus a principibus ad vngēdum Roboam in regem, &c: 2.Paralipo. 139.c.2.B
Duo fuerunt Ieroboam,quidam,qui fuit primus rex Israel,quando diuisum est regnum, & alius fuit filius Ioas regis Israel,1.Paralip. 81.c.4.I
Quare Deus contulit Ieroboam pessimo tot victorias,4.Reg. 141.c.4.H
Cum Ieroboam fecit vitulos,& cepit idolatrare, statim sacerdotes, & leuitæ habitantes in Israel reliquerunt loca sua,& suburbana,& venerunt ad terram Iuda.2 Parali.10.quod fecerunt propter multa,2.Paralip.152.c.2.B,Sed quomodo tot sacerdotes,& leuitæ manere potuerint in terra Iuda,tripliciter dicitur. Sed tertius modus videtur verisimilior,scilicet. quòd manerent mixtim inter laicos Israelitas &c,ibidem. Et per illud 2.Paralip.10.Eo quòd abiecisset eos Ieroboam,& posteri eius,ne sacerdotio Domini fungerentur, potest dupliciter intelligi,sed 2.intellectus videtur melior,s.q̄ istud sit verbum scriptoris,& non pertinens ad causam motiuam recessus sacerdotum, & leuitarum,de terra Israel,ibidem. 153.c.1.E
Potest teneri,quòd multi Israelitę laici ascenderent in Ierusalem,tempore Ieroboam,ad orandum,& quòd reuerterentur postea in terra Israel, potest ēt teneri,quòd tales non reuerterentur postea.Sed q̄ manerent in terra Iuda,nam vtrunque videtur probabile,2.Paralipo. 153.c.4.H
Ieroboam fecit duos vitulos aureos, propter multa, 2.Paralipo.176.c.1.A,in quo valde peccauit, ibidē. Quia debebat confidere Deo permittendo populum suum ire in Ierusalem,ibidem.176.c.3.G Sed quare fecerit duos vitulos,vide ibidem,sed cur populum duxerit potius ad colendos vitulos, vide ibidem.177.c.1.B,Sed quare persuaserit colere illos in duobus templis,vide ibidem. Sed quomodo potuerit persuadere Israelitas colere vitulos,vide ibidem. 177.c.2.B
Ieroboam quomodo potuerit persuadere populo,q̄ sacerdotes vitulorum essent de populo, & non de tribu Leui.2.Paralip.177.c.3.H, & fecit hoc Ieroboam,vt placeret populo ibid. Nec Deus puniuit Israelitas,quia populares facerent sacrificia, quàm quòd facerent ea sacerdotes de stirpe Aaron, sed peccauerunt in hoc,quòd colebant idola, ibidem. 178.c.1.B,Et eiecerunt Sacerdotes, & Leuitas de terra sua &c. Quod potest multipliciter intelligi, ibidem.
Ieroboam mortuus fuit morte naturali,4.Regum. 146.c.4.G
De Ieroboam vide alia in dictione Hieroboam.
Ierobaal,vide Hierobaal.
Ierusalem,vide Hierusalem.

Ierreham. de Ierreham sexto filio Dauid nihil habetur in historiis &c.1.Paralipo. 54.c.2.B

Iesse. Pater Dauid fuit trinomius, nam vocatus est iesse,Isai.& Naas,2.Reg.113.c.2.A,De primo nomine habetur Isai.11.de secundo nomine habetur multis in locis veteris testamenti. De tertio habetur tantum.2.Reg.17.Matth.tomo 1 71.c.1.B
Iesse,& Isai.videtur esse idem nomen, sed est pauca mutatio in literis,quæ sæpe fieri solet in veteri testamento,sicut patet de Zaram,qui aliquando dicitur sic,& aliquando Zare,Mat.to.1. 71.c.1.B

Iesus. Quòd hoc nomen,Iesus, maioris sit reuerentiæ quàm hoc nomen,Deus,multiplex assignatur ratio,Exo.to.1. 168.c.2.B
Iesu nomen in vanum accipere maius peccatum est, quam nomen Dei,Exo.tomo 1 168.c.2.A
Iudæi cognouerunt Iesum esse filium Dei, vel Messiam,Matthei tomo 5 268.c.4.I
Ecclesia cur magis honorat nomē,Iesus quàm nomen, Deus Exo.tomo 1 168.c.2.B
Iesus est nomen personæ, & Christus est nomen dignitatis, &c.Matthæi tomo 1. 1.c.2.E, Matthæi tomo 4 189.c.1.C
Iudæi non asserebant Iesum esse hæredem,sed q̄ ipse pro tali se gerebat, Mat.tomo 5 274.c.4.K
Iesus potest multis modis dici Christus,sed præcipuè dicitur Christus,eo quòd sit Messias &c.Matthei tomo 1 82.c.4.H
Venire in nomine Iesu,dupliciter intelligitur, Matthæi tomo 6 265.c.3.I
Iesum esse Messiam ex multis constabat, vt negari nō posset rationabiliter nec etiam ignorari,si quis non maligno spiritu respexisset ad gesta Iesu, &c. fuit tamen conueniens, vt id manifestaretur per Ioannis testimonium,vt probatur ex multis, Matthæi tomo 1 160.c.2.B
Iesum fuisse Messiam,& post mortem apparuisse viuentem dixit Iosephus lib.18.Antiqui.Matthæi tomo 6 179.c.3.H

Quare plurimi Iudæorum non crediderunt Ieſum eſſe Meſſiam, Mat. tomo 6 277.c.1.E

Iethro. De quo Exo.18. multis nominibus nũcupatur. Nam aliquando vocat̃ iethro: aliquando ieter, & hoc lingua Hebræa aliquando raguel Exo.2. Et vocatus eſt Obab. Nu.10. Exo tomo 1.13.c.2.B, Nume.to.1.46.c.3.I, Iudi.40.c.4.H Et vltra hoc vocatus eſt Cin. ibidem.

Iethro ſocer Moyſi venit ad Moyſem in deſertum Sinai poſt datam legem. & hoc in fine primi anni exitus de Aegypto menſe duodecimo, vel in principio ſecundi anni, & mãſit cum Moyſe per menſem, vel paulo plus in caſtris montis Sinai, ideſt, vſque ad tempus, quo recedere debuerunt de monte Sinai. Et reſpondet auctor ad rationes eorum, qui dicunt Iethro veniſſe ad Moyſem ante datam legem, &c. Exodi tomo 1.143.c.3.K. Exo. tomo 2 109.c.4.K

Iethro non erat Sacerdos veri Dei, ſed idolorum, & conuerſus eſt ad cultum veri Dei, auditis mirãdis, quæ fecerat Iſraelitis, &c. Exo. to. 1. 145.c.4.K

Iethro obtulit holocauſtũ Deo, & hoſtias pacificas, Exo. tomo 1 145.c.4.K

Iethro ſtetit cum Moyſe duobus menſibus, vel quaſi, Exodi tomo 1. 152.c.4.G, Numeri tomo 1 120.c.1.A

Et rogauit eum Moyſes, vt iret ſecum, ſed noluit reſpondẽs ea, quę habentur. Nume.10. Numeri tomo 1 120.c.1.A

Iethro non fuit circunciſus, Exo. to. 1. 152.c.4.k

Iethro, in quo poterat, dirigere Iſralitas p deſertum, Nume. tomo 1 117.c.3.F

Iethro ordinauit Politiam Hebręorum, Nume. tomo 1 119.c.2.C

Filii Iethro iuerunt ad Iſraelitas, cum iam propinqui eſſent terræ Chanaam, & habuerunt ſortem in tribu Iuda. Num. to. 1. 120.c.1.B

Filiis Iethro data eſt optima ſors inter omnes ſortes terræ Chanaam, & filii Iſrael impleuerunt circa filios Iethro omnia, quæ promiſerat ei Moyſes, Nume. tomo 1 120.c.4.k

Iezabel. Fuit regina, vel vxor Achab. 3. regum 21 Gen. 21.c.2.A

Iezabel quare non accepit vineam a Naboth, ſine eius occiſione 3. Reg. 192.c.4.F

Iezabel vxori Achab prænunciatum fuit, quod canes comeſturi eſſent ipſam Iezabel in agro Iezrael propter multa eius peccata, 3. Regum, 194.c.2.E

Iezabel non ornauit vultum ad placendum Iheu, ſed ad offendendum, vt probatur, 4. Regum 104.c.3.H

Achab ducendo Iezabel in vxorem, peccauit. 3. Reg. 151.c.3.H

Iezrael. Eſt Metropolis in terra Samarie, iuxta quam ſunt campi lariſſimi pluſquam decẽ millium paſſuum, vt ait Hieronymus ſuper Oſee, Gen. 21.c.2.A

Iezrael ciuitas duplex, quædam in ſorte Iudæ, & alia in ſorte Manaſſe. 1. Paralipomeno. 53.c.3.F

Iezrael aliquando eſt nomen vrbis in ſorte Iuda, Ioſue 15. & alterius in ſorte Manaſſe Ioſue 17. & aliquando eſt nomen viri. 1. Paralipomeno. 59.c.4.H

Ignatius. Martyr, & Patriarcha Antiochenus, qui & fuit deuotiſſimus Domi næ noſtræ, multas illi ſcripſit Epiſtolas, quarum meruit habere reſponſa, Matthæi tomo 1 17.c.3.H

Ignis. Ignem colebant Perſæ, & Chaldęi, vt docuit illos Nemrod, Gen. 57.c.2.E

Ignem eſſe ante cœlum Lunę negabant Platonici dicentes cœlum eſſe naturæ igneæ, & ſtellas eſſe puriores ignes, &c. Gen. 86.c.2.D

Ignis elementaris non eſt eiuſdem complexionis, & armoniæ cum igne ſtomachi, Exodi tomo 1 75.c.4.F

Quare ignem pro Deo colerent antiqui. Exo. tomo 1 158.c.1.D

Quando ignis comburit aliqua combuſtibilia, quare illa non conuertat totaliter in ignem, Exodi tomo 1 284.c.3.F

Ignis inferni nullo modo poteſt agere in animas, vel dęmones directe; agit tamen per Dei voluntatem ſecundum quendammodum ſpecialem, vt Deus determinauit, Exodi tomo 1.285.colum.1.E

Ignem miſit Deus de cœlis pro ſacrificiis, & hoc in primo ſacrificio, quod factum eſt ſupra altare holocauſtorum, & iſte ignis per multos annos durauit. Exodi tomo 2 20.c.4.F

Ignis ſemper debebat ardere in altari, Leui. 6. Leuit. 13.c.4.F

Ignis in propria ſua regione non eget fomento, vel alimento extrinſeco, bene tamen extra propriam regionem exiſtens, Leuitico. 26. colum.1.A

Ignis non poteſt reſoluere materiam aliquam niſi vſque ad cineres, nec cinis vltra comburi poteſt, Leui. 26.c.1.D

Ignis inferior, quòd materiam exigat foueẽtem, ideo eſt, quia genitus eſt de materia iſta inferiori, Leuit. 26.c.3.F

Ignis ſe habet dupliciter, vno modo, quando eſt in materia propria, ſcilicet, in ſphæra ſua, &c. alio modo quando eſt in materia aliena, ſcilicet, extra ſphęram ſuam, Matthæi tomo 7. 124. colum 2.D

Fulgor magnus ignis terrorem inducit, Matthæi tomo 4 211.c.2.A

Iſtius ignis inferioris non eſt proprius locus ſphęra ignis cœleſtis, Leui. 26.c.3.I

Iſtius ignis inferioris aliqua pars ſignata non poteſt manere etiam per breue tempus, Leuitico. 26. colum:4.G

Ignis, qui erat in altari holocauſtorum, duplici de cauſa dicebatur Dominicus, primo quia ille ſolum erat ad cultum Dei, ſecundo, quia a Deo datus erat, & iſte ignis manſit a tempore illo, quo in monte Sinai combuſtum eſt primum ſacrificium vſque ad mortem Chriſti, Leui. 27.c.2.A, & prędictus ignis inuoluebatur, vt dicunt Iudęi, in pannis purpureis intra altare quando mouebantur caſtra, ſed probatur hoc eſſe falſum, ibidem.

Quomodo ignis dicatur vorax Metaphoricè, Leuit. 48.c.4.G

Circa fomentum ignis altaris, refertur opinio Ioſephi, & impugnatur, Leui. 49.c.1.E

Igne alieno coquebantur carnes, quibus debebant veſci homines intra atrium, &c. Leuitico. 69. colum.4.G, Et carnes, quę ex his ſupererant, & non comedebantur, eodem igne cremabantur in atrio, vſque ad cineres, ibidem. 70. colum.2.A

Quare Deus miſerit gnem in altare holocauſtorum, cum primum miniſtrare cœpit Aaron, Leuitico. 78.c.3.F

Ignis, quem miſit Deus in altare holocauſtorum die octauo poſt conſecrationem Aaron, &c. fuit extinctus,

extinctus, vt probat auctor contra Hebræos, ex quo non fuerunt postea facta aliqua sacrificia in deserto vsque quo intrauerunt in terram promissionis, & tũc ex lapidibus substitutus est ignis, &c. Leui. 79.c.3.G

De igne, qui erat in altari holocaustorum, quid sentiant Hebræi, & quid nostri, & quibus rationibus improbetur opinio Hebræorum, Nume. tomo 1 45.c.1.B, & refertur tandem opinio auctoris non vetãs quin opinio communis teneatur, ibi. 45.c.2.E

Ignis receptacula aliquando sic vocantur, aliquando vocantur turibula, & ista erant ænea, & ponebantur, in altari holocaustorum, Numeri tomo 1 45.c.3.G

Quomodo ignis cruciet animas in alio seculo, 4. Regum. 19.c.3.G

Ignis est signum valde conuenies ad ostẽsionem deitatis, 1. Paralip. 253.c.4.G

Ignis, qui descendit de cęlo super sacrificia, finita oratione Salomonis. 2. Paralipo. 7. descendit propter Duo, primo ad ostendendum, quòd exaudita esset oratio Salomonis, secundo ad significandum acceptationem sacrificiorum, &c. 2. Paralipomen. 96.c.1.A, & Deus misit ignem potius quàm aliqd aliud propter duo, &c. ibi. & erat verus ignis, vt probatur, 96.c.3.G, Nec ille ignis descendit realiter de cęlo, vt probatur, ibidem. Nec descẽdit de sphęra ignis, sed de regione infima aeris: Nam Deus produxit illum. conuertendo aliquam materiam, scilicet, aliquam partem aeris in ignẽ. Et iste ignis tandiu durauit, quandiu cremata fuerunt sacrificia, quem ignem pręcessit paruo tempore nebula, quę apparuit, cum arca fuit introducta in templum, qa eadem die contigerunt ambo, & nebula paruo tẽpore venit ante ignem, scilicet, per vnam, vel duas horas, & assignatur ordo. ibidem. 97.c.1.E, Et tam nebula, quàm ignis ille fuerunt necessaria, vel saltem conuenientia propter duo, ibidem. c.4.I. Et ille ignis cremauit tam sacrificia, quæ erant in pauimento atrii super strues lignorum, quàm illa, quæ super altari, quibus adhuc nõ erat suppositus ignis. & potest dici, quòd ideo Sacerdotes non suppoſuerunt ignem, quia orabant, vt veniret ignis de cęlo, vel quod aliquis Prophęta diceret, quòd non supponerent ignem, quia venturus erat ignis de cęlo, vel quòd non sperarẽt Sacerdotes ignem de cęlo, sed sperabant ad supponendum ignem, quòd Salomon finiret orationem, & illa finita, cum iam, vellent supponere ignem sacrificiis, tunc descendit ignis de cęlo, &c. ibidem. 98.c.1.D

Quare Angelus vocetur ignis, & non Sol, vel stella, Matthæi tomo 4 211.c.3.H

Ignis conflagrationis non torquebit bonos, sed malos, Leui. 88.c.1.E

Ignis conflagrationis descendet de cœlo ante diem iudicii, & omnes morientur, vt resurgant, Matthæi tomo 6. 317.c.4.G, sed quare non venit, quando Deus misit diluuium, vide ibi. to. 7. 124.c.3.H

Ignis cõflagrationis erit in vltima die sęculi, & simul cum resurrectione, & iudicio. Mat. to. 6. 301.c.4.G

Nihil actiuius est igne inter elementa. Matthæi tomo 7 119.c.1.E

Per ignem purgabitur mundus, Matthæi tomo 7 124.c.1.E

An ignis iudicii purgabit elementum ignis, Matthæi tomo 7 127.c.3.F

Ignis conflagratio erit ad duo, scilicet, ad occidendũ, & ad purgandum, &c. Mat. to. 7. 124.c.3.H

Ignis conflagrationis mundi erit eiusdem speciei cũ igne elementari, & quatenus erit instrumentum diuinæ voluntatis mouebitur ad omnem partem, ad quam Deus voluerit, vt moueatur, Matthæi tomo 7 125.c.1.C

Ignis conflagrationis non aget in cęlos, Nec illuc perueniet, Matthæi tomo 7 125.c.3.F

Per ignem conflagrationis non corrumpentur elementa quantum ad substantiam, Nec etiam desinent habere qualitates actiuas, & passiuas, purgabũtur tamen a duobus, scilicet, ab infectione culpæ, quam contraxerunt ex peccatis hominum. Et ab impuritate cuiusdam mixtionis, quę per actionẽ, & passionem mutuam eis acciderat, sed non habebunt elementa actionem post iudicium cessante motu cęli, Mat. tomo 7 126.c.1.B

Nulla raritas est maior raritate ignis, Matthęi tom. 6. 106.c.4.F

Ignis segregat hetherogenea, & coniungit homõgenea. 2. de Genera. Mat. to. 7. 128.c.1.C

Ignis manet idem per continuam appositionem lignorum, Mat. tomo 6 110.c.2.A

Ignis in sphęra sua, quia nihil habet admixtum, non poterit purgari per ignem, licet esset aliquis ignis efficacior illo; purgabitur tamen per hoc, quòd remouebuntur ab eo conditiones huius status, quòd scilicet, non aget in alia, nec aliquid in ipsum, Mat. tomo 7 128.c.1.D

Ignis diei Iudicii cur vocetur conflagratio, Matthæi tomo 7 130.c.4.G

Ignis conflagrationis, iuxta communem oppinionẽ, tantum ascendet in fine sęculi, quantum ascenderunt aquæ diluuii, Matthæi tom. 7. 127.c.2.B, Sed dicendum, quòd magis eleuabitur quàm eleuata fuit aqua in diluuio, ibidem. 129.c.1.E

Ignis extra propriam sphæram non potest esse sine aliena materia, Mat. tomo 7 125.c.2.C

Ignis cõflagrationis purgabit Paradisum terrestrem, Matthęi tomo 7 129.c.3.k

Ignis purgationis erit in magna quãtitate, vt videtur, & per modum sphęrę circunfusæ aquę, & terrę, & sic, non oportet ponere, q moueatur, sed stans in loco operabitur, Mat. tomo 7 131.c.2.A

Ignis conflagrationis producetur de nouo non per creationem, sed per generationem, Matthæi tomo 7 130.c.4.F

Ignis, vt dicit Aristoteles lib. de Iuuentute, & senectute, non potest manere inter nos, nisi in continua generatione, & cum est in sphęra sua, manet, quia ex conditione loci cõseruatur, &c. Inter nos verò est in aliena materia, scilicet, alterius rei, & illa non est pars essentię ignis, sed illa, de qua ignis gignit, Matthęi tomo 7 132.c.4.I

Ignis elementaris ad omnes partes mouebitur nutu diuino, Matthæi tomo 7 125.c.2.D

Ignis conflagrationis habebit partim operationem naturalem, & partim supranaturalem, scilicet, supra virtutem suæ speciei, primum habebit quatenus ignis est, secundũ verò quatenus est instrumentum diuinę iustitiæ, Matthæi tomo 7 134.c.1.A

Ignis conflagrationis prędcedet aliquo modo iudiciũ, Psal. 9. Ignis ante ipsum præcedet, & inflamabit in circuitu inimicos eius. Et aliquomodo sequetur, quia adhuc completo iudicio, manebit ille ignis, quia inuoluet malos ad puniendum eos, & tamẽ inquãtũ ille ignis dicit purgare mundum totaliter, præcedet iudicium. Mat. tomo 7 134.c.3.F

Ignis purgationis in fine sęculi habebit se cum totaliter bonis, qui tunc erunt, sicut ignis cũ tribus pueris Danielis, 4. Matthæi tomo 7 135.c.2.C

Ignis purgationis breui tempore purgabit bonos, qui aliquid purgandum habuerint, & punientur sufficienter

ſufficienter de omnibus malis, de quibus ſatisfaciendum ſit, & ad hoc adiuuabunt tria; primum, quòd omnes boni, qui tunc inuenientur pauca habebunt purganda, &c. Secundo, quia illam pœnã voluntarie ſubſtinebunt viuentes. Tertio propter intenſionem illius pœnę, Matt.tomo 7. 135.col.4.I
Ignis æternus quare dicatur paratus dæmonibus, & non homnibus, Mat.tomo 7 121.c.1.C
Ignis purgationis peribit, facta conflagratione, ſicut ignis, qui eſt inter nos, qui manet quandiu manet combuſtibile, & illo reſoluto perit ignis, ita quòd nulla pars eius aſcendet in ſphæram ignis, nec deſcendet in infernum. poteſt etiam dici, quòd pars illius ignis ſubtilior manebit ſuper terram, & pars groſſior deſcendet cum damnatis in infernum, tamen licet communiter iſtud dicatur, primum tamen videtur veriſimilius, Mat.to.7. 137.col.1.C
Nullum animal poteſt in igne viuere, quin tandem non conſumatur ab igne, & ſi cõtingat aliqua per paucum tempus manere in igne ſine læſione, Mat. tomo 7 148.c.4.H
Ignem inferni non eſſe eiuſdem ſpeciei cum igne noſtro, vel elementari, dixerunt quidam, ſed non eſt verum, Matth. tomo 7. 154.c.3. H. Imo in inferno eſt verus ignis, & eiuſdem ſpeciei cum igne noſtro ibidem 155.c.2.D
Omnes ignes ſunt eiuſdem ſpeciei, licet habeant diuerſitatem in diſpoſitionibus materiæ, Mat.to.7 155.colum.1.A
Impoſſibile eſt, quòd res ignita ſit ignis, quia quãdiu res eſt ignita: non eſt ignis, & quandiu eſt ignis, deſinit eſſe res ignita, Mat.tomo 7 155.c.1.B
Locus ignis, eſt ſuprema ſphæra elementorum, Mat. tomo 7 124.c.2.D
Materia ignis capitur dupliciter, vno modo pro materia, quæ eſt pars eius; alio modo pro materia, de qua gignitur, ideſt per cuius corruptionem ignis gignitur. Et iſta non eſt pars ignis, ſed eſt per ſe ens actu. Et de iſta materia intelligenda eſt illa propoſitio, ſcilicet, quòd ignis propter ſuam maximam actiuitatem habet omnia elementa pro materia, ſcilicet, quòd illa actu manentia ſub ſuis formis elementaribus ſunt materia ignis, quia in quolibet elemento actu manens agit alterando, & igniẽdo illud, & inde ignem gignit, & ſunt omnia elementa materia ignis, quandiu ignis agit in illa, vt inde alius ignis gignatur: & hoc modo non ſunt omnia elementa cuiuslibet alterius elemẽti materia, &c. Matth.tomo 7 155.c.1.C
Ignis vbicũque ſit, habet propriam materiam, quæ eſt pars ſua, ſed iſta non ſufficit ad manendum, niſi ſit in loco ſuo naturali, ſcilicet in ſphæra ſua: ſed cum extra illam eſt, non manet, niſi in continua generatione, & ſic neceſſe eſt, quòd ſit in materia aliena de qua gignitur, Mat.tomo 7 156.c.1.E
Qualiter ignis manebit ꝑpetuo in inferno Mat. to.7. 156.colum.2.A
De igne, qui dicitur lux, Matt.tomo 7. 158.c.1.B
Et talis ignis dicitur lux, non quia ipſe luceat, ſed quia rem facit lucere. Et, quòd ipſe non luceat duo impediunt, ſcilicet raritas, & opacitas, opacitas, inquam, vt in materia terrea, ſcilicet in pice, ſulphure, & reſina, ibidem 158.c.3.G
Aliud eſt rem igniri, aliud eſt ignem ex ea gigni, Matth.tomo 7 159.c.2.B
Ignis conſecratus Deæ veſtæ erat perpetuus, & nunquam deficiens, Mat.tomo 7 156.c.4.F
Ignis applicatus corpori glorioſo, non poteſt illud calefacere, Mat.tomo 4 241.c.4.I
Quid ſit proprium igni, iuxta Ariſtotelem. 2. de Generatione. Matth.tomo 7 128.c.1.C
An ignis iudicij purgabit elementum aquæ, Matth. tomo 7 128.c.1.E
Ignis, qui eſt inter nos, mixtus eſt, Mat.to.7 128.c.2.E
Ignis purgationis non aſcendet purgando vſque ad ſummitatem aeris, Mat tomo 7 129.c.1.A
Ignis purgationis non purgabit infernum, ex ſententia auctoris, Matt.tomo 7 129.c.3.G
Paradiſus terreſtris purgabitur ab igne in die iudicij Matth.tomo 7 129.c.4.F
Ex pugillo aeris generãtur decem pugilli ignis, & ex decem pugillis aeris vnus pugillus aquæ, Mat.to.7. 131.colum.1.B
Ignis eſt rarior omnibus corporibus, Matth.tomo 7. 131.colum.2.E
Ferrum ignitum eſt ſimul cum igne, Matth.tomo 7. 131.colum.4.F
Refertur modus agendi ignis incombuſtibile, Matt. tomo 7 132.c.2.D
De re parua combuſtibili fit magnus ignis, Matt.to.7. 132.colum.2.E
Ignis extra ſphæram ſuam eſt in continua generatione, & non manet, niſi quandiu gignitur, Mat.to.7. 132.colum 4.I
Qualis erit ignis ille conflagrationis in die iudicij, Matth.tomo 7 133.colum.1.D
De groſſitie ignis cõflagrationis Mat.to 7. 133.c.2.B
Quomodo ignis conflagrationis genitus iuxta terram, poterit manere, Matth.tomo 7 133.c.4.G
Sphæra ignis non erit plena igne in die iudicij, Matt. tomo 7 133.col.4.I
Igni conflagrationis competent duo, ſ. eſſe ignem, & eſſe inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, Mat.tom.7. 134.colum.1.B
Per ignem conflagrationis depurabuntur duplicia, Matth.tomo 7 134.c.1.D
In inferno eſt idem ignis, ſed non æqualis cruciatus omnium, Matth.tomo 7. 153.c.4.H, & 135.c.2.B, & De Statu Animarum 11.colum.2.B
Ignis conflagrationis habebit duo, ex quibus ſequitur duplex modus agendi ipſius ignis, Matth.to.7. 135.colum 1.A
Ignis poteſt dupliciter agere in corpus humanum, Matth.tomo 7 162.c.3.k
Per ignem credebant Gentiles omnia purgari, ideo homines in ætate paruæ inter ignes tranſire faciebant, & iſtum ritum obſeruant Tartari uſque in hunc diem, &c. Deut. 101.c.2.B
Ignem eſſe in inferno patet auctoritate Chriſti, Mat. 25. De Statu Animarum. 20.c.4.F
Idem affirmant tam Catholici, quàm Poetæ, ibidem 11.colum.3.F
Ignis inferni non poteſt extra inferos portari, Matth. tomo 7 163.c.1.E
Si damnatus non exiret ab inferno, non puniretur realiter igne inferni, ſed afficeretur illius ignis apprehenſione tanquam nociui, Mat.tomo 7. 163. col.2.A
De igne inferni referuntur opiniones, & improbantur, Matth.tomo 7 153.c.2.D
Sed auctoris ſententia eſt, quòd eſt ignis corporeus, nam ignis incorporeus non eſt ignis, &c. ibidem.
Ignis facit ſe in materijs varijs, Matth. tomo 7. 154. colum.3.k
Ignis carbo, & ignis flamma differunt, Matt.tomo 7. 154.colum.3.k
Ignis eſt ſimplicius omnibus elementis, Matt.tom.7. 154.colum.4.K
Materia ignis dupliciter accipitur, Matt.tomo 7. 155. colum.1.C

Ignis per seipsum deficit, nisi fomentis sustineatur, Matth.to.7. 155.c.3.H
Lux non necessario cõsequitur ignem, Matt.tomo 7. 156. colum.3.K
Forma ignis est simplicior omnibus formis elementorum, Mat.tomo 7. 157.c.1.B
Ignis gignitur ex terra,& lapidibus concussis, Matth. tomo7 157.c.1.C
Igni conuenit moueri sursum ex propria leuitate, & raritate est enim corpus paucæ materiæ, & ideo leue,&c. Matth. tomo7 157.c.4.K
Potest dici,quòd ignis sit lux prout distinguitnr contra carbonem,& flammam, Matt. tomo 7.158.colum.1.C
Ignis est rarius, & simplicius corpus omnibus elemẽtaribus, Mat. tomo 7 158.c.1.C
Flamma non est ignis,sed fumus ignitus, Mat.tom.7 157.colum.4.F
De cõditionibus,quibus ignis lux non impeditur esse ignis,Mat.tomo 7 158.c.1.E
Quare ignis lux vocetur lux,cum non luceat, Matth. tomo7 158.col.2.C
Naturale est igni lucem esse, Matth. tomo 7.158.colum.3.F
In igne idem est principium calefaciendi, & vrendi, Matth.tomo 7 158.colum.3.F
Cur magis vrat carbo,quam ignis,Mat.tomo.7. 158. colum.4.G
Omnes ignes sunt eiusdem speciei capiendo ignem secundum substantiam, secus tamen, si capiamus ignem materialiter, scilicet pro re ignita,&c.Matt. tomo 7 158.c.4.k
Ignis faciliter generatur ex alijs rebus, Matt.tomo 7. 159.c.2.B
Aliquid igniri,& ignem ex eo gigni differunt, Matt. tomo7 159.c.2.C
An locus naturalis ignis inferni sit iuxta Lunã, Matt. tomo7 159.c.3.F
Ignis inferni corporeus dupliciter consideratur,Mat. tomo 7 160.col.3.F
Qualiter animæ patiantur ignem inferni,Matth.to.7. 160.colum.3.F
Ignis inferni est instrumentum diuinæ iustitiæ. Matt. tomo 7 161.c.1.A
Ignis inferni vere affligit animas separatas, Mat.to.7. 161.colum.1.C
Ignis inferni respectu animæ dupliciter consideratur Matth. tomo 7 161.c.1.D
Ignis inferni est quodam modo excellentior anima, Matth. tomo 7 161.col.2.A
Ignis inferni affligit animas extra infernũ, Matt.to.7. 161.colum.3.F
Ignis inferni non calefacit corpora damnatorũ, Mat. tomo7 174.c.1.D
Qualis erit passio ignis in inferno, Matt.tomo7.175. colum.4.G
Igne, & aqua tollitur impurum, Matth.tomo 7. 248. colum.4.k
Si in igne existerent animæ Sanctorum, non paterentur ab eo Matth. tomo 7 168.c.2.D
Ab igne inferni puniuntur animæ a corporibus exutæ, similiter, & Dæmones:sed de modo, quo puniuntur, referuntur opiniones, Matt. tomo 7.159. colum.4.K
Et tandem ponitur vltima positio, quòd ille ignis agat in animas separatas non naturaliter, sed vt instrumentum diuinæ iustitiæ vindicantis, licet illas non vrat.ibidem 160.c.4.I
Ignis inferni respectu animæ, dupliciter consideratur,scilicet vt foris existens,vel vt ab ipsa apprehensus. Et vt apprehensus per modum afflictiui, affligit animam immediate, nam si non apprehenderetur ab anima non noceret, etiam si foris existeret,&c.Matth.tomo 7 161.c.1.D
Et non potest in animam, nisi vt instrumentum diuinæ iustitiæ,& quod immediate affligit,est apprehensio rei nociuæ; ibidem 161.colum.2.A. Nec potest affligere animam vt influens in eam, sed solum vt detinens, & ad hoc, quòd ille ignis sit apprehensis, non est necesse, quòd sit præsens, sicut est de omnibus formis existentibus in intellectu nostro,nam dæmones,& animæ separatę,quę sunt extra infernum, torquentur ab igne inferni, ibid.
Ignis inferni cruciabit omnia corpora damnatorum per actionem intentionalem,absque hoc,quòd illa alterentur,calefiant,vel corrumpantur. Matt.to.7. 162.colum.3.K
Idem ignis per continuationem est in tota regione damnatorum, & vbique est æqualis vigoris, & ardoris, & materia eiusdem conditionis, scilicet sulphur,& pix. Et tamen pęnæ damnatorum nõ sunt æquales, & hoc prouenit ex Deo dirigenre ignem in actione,operatur enim quatenus est instrumentum diuinæ iustitiæ:nec intenditur, neque remittitur, sed semper æqualis manet cruciatus in quolibet damnatorum, Matt.tomo 7.170.c.2.B,& De Sta. Anima. 11.col.2.C

Ignorare. Quomodo Deus dicatur ignorare peccatores,Mat.tomo7 16.c.1.A
Multis modis aliquis dicitur ignorans, Exod.tomo 1. 247. colum.4.F
Ignorans dicitur inuoluntarius.ex 3.Ethi. Exo.tom.2 3.colum.1.D
Ignorans potest effici ille, qui actu sciens est, Genes. 167. colum.3.F
Ignorans quis dicatur Genes. 177.col.1.D
Ignorari diem iudicij dupliciter prodest,Mat.tom.7. 87.colum.3.H

Ignorantia. Dicitur non omnis nescientia, sed solum nescientia illarum rerum, quæ nobis sunt necessariæ,aut conferunt: quia nescientia primo modo est pura negatio, & secundo modo est priuatio Genes.180.c.3.F,& De Statu Animarum 11.colum.2.C
Ab ignorantia iuris excusantur rustici. C. de iuris,& facti ignorantia.l.secunda, & l.cum quis Gen.317. colum.4.K
Ignorantia iuris non est ignoraotia simpliciter, Mat. tomo 7 226.col.3.K
Ignorantia in vniuersali quid sit, Genes. 167.col.4.F
In omni peccato est ignorantia concomitans, & impossibile est esse peccatum, quod non sit per ignorantiam Leui. 31.col.2.B
Ignorantia concomitans actum non tollit inuoluntarium,nec diminuit peccatum,& de sola ista ignorantia locutus est Aristoteles, & alij Philosophi naturam actionum acutius speculantes. Iura tamen humana, & Sacra scriptura nihil de hac ignorantia loquuntur, sed solum de ea, quæ aliquo modo excusat peccatum, aut quantitatem peccati, aut saltem excusare posse videtur. Et sic, cum dicunt per ignorantiam,intelligunt, propter ignorantiam Leuiti. 31.col.3.F
Ignorantia, quæ est causa vel occasio peccati, multum differt ab ignorantia, concomitante actum peccati Leuiti. 31.col.4.F
Ignorantia quomodo possit induci actu in eo, qui peccat, cum antea fuerit fluens. Genes. 167. colum.1.B
Quando quis ignorat id, quod scire tenebatur, non

non propterea tollitur pœna, ſeu peccatum, nec talis ignorantia cauſat inuoluntarium, ex 3. Ethicorum, Leuit. 31.c.4.G
In ignorantia eius, quod quis ſcire tenetur, ſunt multiplices differentiæ, ſcilicet, propter ſexum, propter ætatem, propter conuerſationem, &c. quæ interdum tollunt peccatum, interdum diminuũt, & interdum nihil. Similiter ſunt multiplices differentiæ in ignorantia illius, quod quis non tenetur ſcire, vnde ſecundum iura diſtinguitur in ignorãtiam craſſam, affectatam, inuincibilem, & probabilem, Leuit. 31.c.4.G
In actionibus, quæ propter ignorantiam fiunt, illæ, quæ totaliter ſunt inuoluntariæ, non ſunt peccata. Aliæ ſunt, quæ non tollunt peccatum, diminuunt tamen, & in hoc oportet aſſignare voluntarium, ſcilicet, indirecte, & non directe, quia ſcilicet vult facere aliquid, ad quod ſequitur ignorare ex quo apparet voluntarium eſſe directe ad actum præcedentem, & eſſe indirecte ad actum ſubſequentem, in quo dicuntur peccare propter ignorantiam, exẽ pli gratia. Et hoc peccatum non eſt ita voluntariũ, ſicut peccatum per malitiam, aut per paſſionem, Leuit. 31.c.4.k
Peccatum per ignorantiam, minus graue eſt, quàm cætera, Leuit. 31.c.4.K
Ignorantia eſt cauſa magni pauoris, Ruth 253.c.3.H
Ignorantia poteſt ſe habere ad peccatum dupliciter, vno modo, vt præcedens, alio modo vt concomitans, Mat.tomo 4 21.c.1.A
Ignorantia duplex, prima ſignificatur per cæcitatem, & ſecunda per ſtultitiam, Mat.tomo 6 199.c.2.E
Ignorantia poterat aliquo modo inuenirı in natura integra, non priuatiue, ſed negatiue, nam ignorantia, priuatiue, dicitur carentia ſcientiæ conſiderationis actualis, vel perfectionis luminis intellectus, quæ ineſſe deberent, ignorantia, negatiue, eſt non habere ſcientiam, ſiue abſolute, ſiue determinate, Mat.tomo 4 25.c.2.C
Ignorantiam negatiue habent Sancti in patria, Matt. tomo 4 25.c.2.C
Inter agere per ignorantiam, & agere propter ignorantiam, quid interſit, & quomodo iſta diſtinctio non reperitur in ſacra ſcriptura, nec apud vulgares, Mat.tomo 5 273.c.4.I
Ignorantia eius, quod confert, non excuſat, 3. Ethic. Mat.tomo 5 274.c.3.I
Ignorantia voluntaria, quæ prouenit ex delicto, i. ex inuidia, & odio, computatur pro ſcientia, Mat. to.5 274.c.3.I
Ignorantia eſt mater cunctorum vitiorum, 38.diſtin. cap.ignorantiæ, & in cap.ſi iuxta, §.1. Contra Clericos concubi. 7.c.3.I
Ignorãtia affectata omnibus eſt nociua, & nullo modo excuſabilis, quando ſcilicet quis non vult intelligere, vt bene agat, 37.diſt.cap.ſi. Contra Clericos concubi. 7.c.3.I
Quomodo Deus facit vt homines ſæpe cadant in magnas ignorantias, & fatuitates, 4.Reg. 29.c.2.H
Ignotus Deo. Ignoti Deo dicuntur illi, quos Deus non probat, Mat. tom.3 238.c.4.G
Ilia. Per ilia intelliguntur lumbi, Leuit.3. Leuit.24. col.3.H
Illabi. Rei alicui illabi non aliud eſt, quàm ſubingredi terminos illius, Mat.to.3. 168.c.2.D
Illegitimus. Lex de nõ ſuccedendo illegitimos patri ſemper obſeruata eſt ab antiquo, Iudicum 106.c.3.F
Illegitimi non poterant ſuccedere patribus ex inſtitutione in teſtamento, ſiue ab inteſtato, ſed ſaltem poterat eis dari aliquid per modum legati, Iudic. 107.c.1.A, & Mat.tomo 2 149.c.1.C
Imago. Imago Dei attenditur in tribus potentijs naturalibus, ſcilicet, memoria, intellectu, & voluntate cum tribus actibus ſuis, & ſic imago naturalis eſt ſimilitudo quædam in gratuitis, ſcilicet, quòd ſicut Deus iuſtus, ſapiens, & ſanctus eſt, ita homo creatus eſt ſecundum aliquem modum, & ideo ſimilitudo eſt perfectio quædam imaginis, & cum ſit imago naturalis, nunquàm poterit perdi, Geneſ.8.c.3.K, Exo.tomo 2 146.c.2.A
Memoria, & intellectus, prout pertinent ad imaginem, non habent actus diſtinctos, ſed tantum vnũ, ſcilicet, viſionem, Mat.tomo 4 232.c.3.C
Dei imago in quo conſiſtat, Mat.tomo 4. 233.c.3.G
In viribus animæ reperitur perfecte ratio imaginis, ſed in corpore reperitur imperfecte, Matt.tomo 4 233.c.3.G
Imaginis rationem aſſignant Iudæi large dicentes, quòd ſicut Deus replet mundum, iuxta Ierem. 23. Cœlum, & terram ego impleo, ita anima totum corpus implet, quod etiam conuenit animabus brutorum. Item quia ſicut Deus non inquinatur ſordibus huius mundi exiſtens vbique, ita nec anima inquinatur labe corporis. Item quia ſicut Deus vnicus eſt in ſuo ſeculo, ſic anima eſt vnica in toto corpore ſuo. Item quia ſicut Deus videt, & a nullo videtur, ita anima videt, & non videtur. Item ſicut Deus non dormit, ſic anima non dormit, quæ omnia conueniunt ſimiliter animabus brutorum, Geneſ. 8.c.3.K
Imago Dei in homine attenditur in naturalibus, & ideo amitti non poteſt, ſed ſimilitudo attenditur in gratuitis & ideo amitti poteſt, Geneſ. 30.c.3.G, & 92.c.4 H, & 228.c.2.A
Quare vir dicatur imago Dei, & fœmina imago viri, & quòd aliquo modo concedendum ſit fœminam eſſe imaginem Dei, & aliquo modo negandum, & quòd illud Geneſ.1. Faciamus hominem ad imaginem, & cęt. de ſolo viro intelligatur, cum ibi hominem capiatur pro viro, ſicut cum dicitur Gen.2. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, Geneſ. 132 col.4.H
Imago Dei reperitur in homine ſecũdum animam, & non ſecundum corpus, cum ex parte animæ ſit magna excellentia hominis, & anima tã viri, quàm fœminæ ad eandem naturam pertinet, quia in anima non eſt diſcretio ſexus, ſed in corpore, quare ad imaginem Dei eſt tam fœmina, quàm vir, ſed non æqualiter, & hoc, quia anima recipitur in corpore ſecundum diſpoſitionem corporis, & generaliter corpus fœminæ imperfectius recipit animam, quã corpus viri, ſicut nec homo accedit tam perfecte ad rationem imaginis, ſicut Angelus, Geneſ. 133 col.1.E
Imago Dei deturpatur ab illo, qui illã ornatu gratiæ, ſecundum quam placebat Deo, denudat, & deformat, exemplo fœminæ, &c. & exemplo expuentis in imaginem Regis, Exo.tomo 2 146.c.2.A
Imaginis ſuæ cur homo citius obliuiſcitur, quã aliorum, Deuteron. 80.c.4.I
Quare in veteri Teſtamento non fuerint ſtatuæ, vel imagines, Exo.tomo 1 194.c.2.B
Imago Trinitatis incõuenienter depingitur in Eccleſijs, Exo.tomo 1.194.c.3.F, & Deuter. 20.c.4.F
Non debet in tribus imaginibus diſtingui Trinitas beata, ſecus de imagine Chriſti, & aliorum Sãctorum, & hæc fuit cauſa, quare in vete. Teſtamento non fuerit imago facta, Deuteron. 20.c.4.F

Imagines quare recipiantur in nouo teſtamento, & nō in vete. Exo. tom. 1. 194. c. 2. D, & Deut. 20. c. 4. G
Imagines permiſſę ſunt Chriſtianis, propter ſimplices, & forte melius eſſet imagines fieri, quam ſtatuas Deut. 20. col. 3. k
Imagines adorantes oculum ad imaginem, & cor vltra imaginem eleuare debent: nam imago ad prothotypum, ideſt ad ſuum ſignificatum vel primū figuratum reducenda eſt, vt ait Damaſcenus Exod. tomo 1 166. col. 4. H
Sine imaginibus antiqui colebant Deos ſuos, vt refert Marcus Varro in libris ſacrorū, & Auguſtinus in libro de ciuita. ſic Deam veſtā abſque imagine colebant, quæ erat purus ignis Exod. tomo 1. 166. colum. 1. B

Imaginarium. Dicitur dupliciter vel ab imagine, vel ab imaginatione. Mat. tomo 4. 207. c. 4. k

Imitari. Imitatio.

Imitari poſſumus Chriſtum, Mat. tomo 7. 25. c. 4. I
ſed in quibus debemus eum imitari, Mat. tomo 5. 51. colum. 3. H
Deus in duobus poteſt a nobis imitari, Matt. tomo 5. 205. c. 3. F
Imitandi ſunt paruuli, ex doctrina Chriſti in innocētia, quia puerorum eſt vita immaculata, & talem innocentiam non debemus imitari eo modo, quo pueri illam habent, ſcilicet in imperfectione naturæ, ſed rationis rectitudine, Mat. tomo 5. 5. col. 2. C
Cauſæ per imitationem dicuntur illi, qui faciunt aliquid, ad quorum imitationem ſequitur aliquid, Matt. tomo 6. 195. c. 1. E

Immolare. Immolatio.

Immolare proprie dicitur iugulare Leui. 25. col. 2. F
3. Regum 8. c. 3. F
Aſinus immolabatur Priapo, apud Gentiles, Cereri porcus, Veneri anſer, Phœbo equus, & Dianæ viſcera canis, &c. de quibus Ouidius 1. lib. Faſtorū Exo. tomo 1 54. c. 2. A
Quare agnus paſcalis immolari debebat primo mense, Mat. tomo 7. 287. c. 2. E. Sed quare ad veſperam, & ad ſolis occaſum: vide ibidem. & 284. c. 2. A
Quid ſit immolare, Mat. tomo 7 282. c. 2. D
Quare immolationes fiebant in veteri teſtamento in loco Sanctuarij, & quomodo immolatio phaſe poterat fieri, ibidem. Mat tomo 7 288. c. 1. A
De obſeruationibus, quæ fiebant in immolatione agni Paſchalis, Mat. tomo 7 284. c. 3. F
Immolans animal loco indebito, & occidens hominem æquiparabantur in pœna in vete. lege. Leuit. 172. colum. 3. G
Nemo ex lege poterat immolare, &c. niſi in certo loco, ſcilicet vbi erat tabernaculum, quem Deus eligeret, &c. vt patet Exo. 20 & Deut. 12. & Leui. 17. & hoc niſi immolans eſſet perſona approbata, non ſuſpecta de idolatria Ioſue tomo 1 72. c. 4. I
Immolatio ſemper accipitur pro iugulatione in Exo. & in Leuitico, Exo. tomo 2 282. c. 1. B
Immolatio nūquam facta eſt, niſi Deo vero, vel Deo credito Exo. tomo 1 239. col. 1. B
Immolatio mandata fieri Moyſi ſuper monte Synai Exod. 3 adimpleta eſt primo in confirmatione legis, quando Moyſes fecit occidere duodecim vitulos. Exod. 24. Secundo in conſecratione Aaron, & filiorum eius, & in dedicatione tabernaculi Exod. tomo 1 19. c. 2. B

Immortalitas. Quomodo vna immortalitas ſit maior alia, Matth. tomo 4. 238. colum. 1. D
Inter immortalitatem Adæ, & beatorum multum intereſt, nam prima eſſet ex gratia innocentiæ, ſecunda per donum gloriæ: vtraque tamen prouenit ex victoria animæ ſupra corpus, alio, & alio modo Gene ſ. 99. col. 4. I
Immortalitas in corpore glorificato reſpondet iuſtitiæ, Mat. tomo 4 234. c. 1. D

Immunditia. Immunditiæ quas incurrebant homines in veteri lege, erant duplices, quædam erat peccata mortalia, cuiuſmodi ſunt actiones malæ contra Dei præcepta. quædām, quæ non erant peccata: immo potius ſi non ageremus ea, in quibus tales contagiones incurreremus, peccaremus mortaliter. ſicut ſi ſacerdos nollet vitulam ruffam immolare. &c. ne ex hoc contraheret illam contagionem, de qua Numer. 16. peccaret mortaliter agens contra præceptum. Similiter, qui nollet patri, aut matri morienti exhibere opera pietatis, quæ ſolent exhiberi defunctis apparando funera eius, & faciendo ſepelire, &c. ne incurreret immunditiam, peccaret mortaliter, &c. immo in actibus, in quibus talis immunditia vel contaminatio incurrebatur, magnum erat meritum. Sed iſtæ immunditiæ vel contaminationes ſolum vetabant hominem ab acceſſu ad tabernaculum. Et interdum ab ingreſſu in caſtra. ſed nullo modo tangebant animam. Cum ergo aliquis debebat mundari a peccatis, oportebat lauare carnem ſuam, quæ intrinſeca erat, & non veſtes, quę erant extrinſecę, quia illa macula peccati vere inficiebat intra. Exemplū eſt in magno ſacerdote, qui exiens de Sancto ſanctorum, expletis cęremonijs expiationis, lauabat carnem ſuam, & non veſtes, ſignificans peccata ſua, & totius Populi eſſe deleta. Leuitici 16. & cæt. Exod. tomo 2. 60. colum. 1. A
Cum aliquis ab aliqua immunditia exteriori debebat mundari, nunquam ſolam carnem ſuam mundabat, ſed carnem, & veſtes, vt patet Leuiti. 11. 14. & 15. & Nume. 16. Vel veſtes ſolas, vt patet in eiſdem capitulis, ne ex hoc ſignificaretur, quòd ab interiori contagione mundarentur, ſed in mundatione peccatorum, quādo, ſcilicet ſignificabatur peccata nobis eſſe dimiſſa, abluebatur ſola caro. Et hoc niſi quis incurriſſet immunditiam nudus exiſtens, quia tunc ſolam carnem ſuam lauaturus erat, vt patet de viro, & fœmina, e quibus exiret ſemen coitus, vt patet Leuiti. 15. &c. Exod. tomo 2. 60. colum. 1. E
Aliquas immunditias legis tenebatur quis interdum habere, ſub pœna peccati, vt accedere ad mortuū; immo merebatur incidendo in immunditiam, a qua tenebatur expiari, Nume. 19. &c. Leuiti. 42. colum 4 H
Immunditia eſt duplex quædam ſpiritualis, & quædam corporalis, prima non poteſt eſſe in animalibus brutis, ſed ſecunda ſic, &c. Leuiti. 95. colum. 1. A
Immunditia incurrebatur ex tactu reptilium ſiue viuorum ſiue mortuorum, &c. Leuiti. 102. colum. 4. F
Omnis qui immunditiam aliquam incurrebat ex his, quæ habentur Nume. vndecimo, debebat emundari per aquas Iuſtrationis, quoniam ſine illis nulla fiebat macularum abſterſio, Nume. 19. Leuiti. 202. c. 4. k
Quædam erant immunditiæ, in quas ſi homo non incideret peccabat mortaliter, vt patet de immunditijs, quæ cauſabantur faciendo exequias mortuorum,

tum, & tangendo cadauera, & plangendo, & cæt. Exempli gratia de filijs circa cadauera parentum. Similiter & Tobias laudabatur, cum sepeliret cadauera, Leuit. 105.c.1.B

Quatuor erant immunditiæ ab intra, scilicet, immunditia puerperæ, immunditia lepræ, immunditia fluxus sanguinis fluentis, & immunditia fluxus seminis, Leuit. 111.c.4.F

Omnis immunditia impediebat manducare Pascha, si tunc contingeret, &c. Leuit. 105.c.3.F

Immunditia duplex, scilicet, realis, & legalis, Leuit. 113.c.3.G

Immunditia in hominibus vete. Testa. accipiebatur per respectum ad duo: primo per respectum ad Sanctuarium, & res sacras: secundo per respectum ad aliquam communicationem hominum: & secunda erat maior quàm prima, &c. Leuit. 120.c.4.H

Vera immunditia debebat tolli, non per aquas lustrationis, sed per ablutionem in aquis viuis, &c. Leuit. 142.c.3.F

Immunditia, propter quam in vete. Testa. vetabantur Iudæi ab ingressu Sanctuarij, erat quædam irregularitas corporalis nullo modo pertinens ad animam, &c. Leuit. 147.c.2.A

Quædam immunditiæ erant immunditiæ, & non peccata, vt tangere morticina, reptilia, virum fluētem semine, leprosum, mortuum, & res ad mortuum pertinentes, menstrua pati, lepram, fluere sanguine, & huiusmodi. Aliæ immunditiæ erant peccata, quia vetitæ a Deo, de quibus Leuit. 11. & Deuter. 14. patet, sicut manducare animal captum a bestia, & cæt. manducare sanguinem, vel adipem, & coire cum vxore menstruata. Primæ non sunt vetitæ, sed solum ostensæ, secundæ sunt prohibitæ expresse. Et multæ aliæ differentiæ ponuntur, Leuitic. 234. col. 3.I

Quæ solum immunditiæ erant, & non peccata, hoc erat tantum respectu Sanctuarij, vel alicuius honestatis personarum, quæ etiam redundabat in illam munditiam, quam habere debebant accedentes ad res sacras: immunditia vero, quæ erat peccatum, non solum attendebatur respectu Sanctuarij, sed principaliter respectu personę, quam reddebat pollutam, &c. & malam, Leuit. 148.c.1.C

Immunditias, quæ non sunt peccata, nūc non cauent Iudæi, sed illas tantum, quæ sunt peccata, ex quo non habent Sanctuarium, &c. Leuit. 148.c.1.E

Incurrens immunditiam per ignorantiam, si postea sciret quòd esset immundus, & non expiabatur, sed obliuiscebatur, & iterum recordaretur suæ immunditiæ, non poterat iam se purificare, vt patet Num. 19. Sed habebat remedium offerendo sacrificium sine aliqua alia lotione, vt quidam dicunt, sed hoc improbatur, Leuit. 177.c.2.A

Sed dicēdum, quòd talis portabat iniquitatem suam, & per contritionem, & satisfactionem mundabatur, sicut de omnibus alijs peccatis, pro quibus non ponebatur purificatio cæremonialis, ibid.

Immunditia, vel contaminatio super mortuo, multipliciter accidebat, vno modo per contactum corporis mortui alterius animalis ab homine illiciti ad cibum, & tunc nullo modo licebat tangere cadauer illius, quomodocunque esset mortuum, Leuitici 11. Si autem esset licitum ad cibum, & occidebatur ab homine ad esum, tunc illud tangens non contaminabatur, secus tamen si esset morticinum, Leuitici 11. Si vero cadauer esset hominis quomodocunque mortui, tangens illud polluebatur, similiter si vestes eius tangerent ossa, & sepulchrum, Numeri decimonono. Et immundus erat septem diebus, & debebat expiari paquas lustrationis in 1. & 7 die Nu. 19. simile erat si intraret domum mortui, vel si iret ad funera comitando cadauer, aut plangendo. Leu. 10. Et omnes has cō, taminationes vetabat Dominus sacerdotibus, cū dicitur Leui. 21. non contaminetur sacerdos, cuius triplex assignatur causa, exceptis sex cōditionibus personarum, in quibus tres præfatæ causæ nō subsistebant Leui. 217.c.2.A

Aliquæ immunditiæ excludebant a communicatione hominum, vt exempli gratia, lepra, fluxus seminis, mēstruum, pollutio nocturna in somno, comburens vitulam ruffam, portans caprum emissariū in desertum, pollutus super mortuo, aliquæ vero arcebant solum ab ingressu Sanctuarij Leui. 233. colum. 1.A

Immunditia ex contactu hominis mortui, &c. durabat per septem dies, etiam extra castra, vt patet Nu. 19. in quibus nullus etiam sacerdos poterat comedere de sanctificatis, &c. secus tamen si de contactu aliorum animalium mortuorum, nā tunc immunditia durabat tātum vsque ad vesperam, &c. Leui. 237. col. 4.I

Immunditia per contactum durabat per septem dies in tribus casibus, scilicet in immunditia per coitū cum muliere menstruata, & coitus cum muliere patiente fluxum sanguinis longo tempore. 3. si tāgeret cadauer humanū, vel ossa eius vel sepulchrū. Nu. 19. Leui. 238 c. 3.G. Et cōtactus in primis duobus casibus erat duplex. in 3. casu non erat immunditia realis: sed secundum opinionem, ibidem. In qua immunditia lex fecit differentiam ad alias immunditias contractas ex contactu, & hoc in tribus. Primo quantum ad tempus durationis, quia prima per septem dies, & alia per vnam diem ad summū. secundo quantum ad modum purificationis, & hoc tam in pluralitate cęremoniarum, quam in diuersitate. Nam pro omnibus alijs lauabat homo vestimenta sua, vt communiter, aliquando vero carnem, & vestimenta, aliquando solam carnem, & hoc in diuersis casibus Leuiti. 11. 15. & 16. In immunditia super cadauere humano fiebat lotio carnis, & vestimentorum, & quædam alia purificatio per aquas lustrationis, tertio, & septimo ante lotionem carnis, & vestimēt orum. Tertio quia per alias immunditias ex contactu simplici non eijciebantur homines extra castra, sed bene per contactum cadaueris humani. Nu. 5. & hoc erat grauissimum. Et in hoc immunditia super mortuo comparatur immunditiæ naturali, & æquabatur ei. Num. 5. &c. Leuiti. 238.c.4.H

De multiplici immunditia apud Iudæos, & multiplici expiatione, & multiplici earum duratione Nu. tomo 1 56.c.2.A

A quibus immunditijs caueretur in deserto Leuit. 227.col.4 H

Immunditia, quæ contrahebatur ex mortuo, erat maior omnibus alijs quæ erant per simplicem contactum, nam prima durabat per septem dies, aliæ autem vsque ad vesperam Num. 16. Num. tomo 1. 69. colum. 3.F

De immunditiis Nazareorū, & quibus vota eorum erant irrita, & quibus non, Num. tomo 1. 70. colum. 1.C

Immunditia culpa quædam erat, vel irregularitas consequens ad culpam Nume. tomo 1. 249. colum. 3.G

Triplex erat immunditia in veteri lege, cui triplex respondebat purificatio Numer. tomo 1. 261. colum. 2.D

Cum aliquis incurrebat aliquam immunditiam, aliquãdo purificabatur per ſolam lotionem veſtium, aliquando per ſolam lotionem corporis, aliquando per vtriuſque lotionem, aliquando per ſolam aſperſionem aquæ luſtrationis, & hoc erat minimum, &c. Num. tomo 1 265.c.4.H

Tres erant immunditiæ magnæ, quæ expellebant homines a caſtris, ſcilicet, lepra, fluxus ſeminis, & pollutio ſuper mortuo, aliæ vero erant immunditiæ, quæ non eijciebant extra caſtra, &c. Num. tomo 1 267.c.1.C

Immunditia, quæ contrahebatur ex contactu mortui, non erat peccatum, immo aliquando mereban tur ſic tangentes, &c. Num. tomo 1 269.c.3.K

Qui ab immunditia non purificabatur tempore determinato a lege, etiam ex obliuione, non manebat in eo talis immunditia, quia lex deſinebat æſtimare illam eſſe immunditiam, ſed commutabatur in aliud genus maioris erroris, ſcilicet, in delictum per obliuionem, vel in peccatum per cõtemptum. Et manebat pœna debita pro immunditia non expiata tempore ſuo, Num. tomo 1 270.c.2.E

Immundorum ingredientium in Sanctuarium, aſſignatur pœnarum diſtinctio, Numeri tomo 1. 270 col. 4.F

De duplici immunditia legali, ſcilicet, & naturali, &c. Num. tomo 1 270.c.4.k

Res inanimatæ quomodo dicerentur incurrere immunditiam, Num. tomo 1 273.c.3.F

Non omnes res incurrebant immunditiam ex contactu mortuorum, ſed ſolum illæ, quæ pertinebant ad vſum humanum, prout per eas poterat homo effici immundus: nam animalia, quæ non veniebãt in vſum humanũ, vt feræ, & volucres, prius quàm caperentur ab hominibus, non incurrebant aliquã immunditiam, licet tangerent cadauera, Numeri tomo 2 162.c.2.B

Immunditiæ, de quibus habetur in veteri Teſtamento, non erant peccata, ſed quædam irregularitates carnis, vel immũditiæ ſolum carnales: immo multæ earum contrahebantur meritorie, 1. Regum tomo 2 88.c.2.A

Immunditia, quæ erat cum mulieribus, ſiue eſſet cũ vxore, ſiue cum alia, maior erat quacunque immũditia legali, 1. Regum tomo 2 88.c.2.C

Immunditia corporalis dependens a ſpirituali indigebat ablutione corporali, & ſpirituali, vt pollutio nocturna, &c. Mat. tomo 2 191.c.1.E

Immunditiam corporalem Deus deteſtatur, non ſecundum ſe, ſed ſecundum quòd pertinet ad interiorem munditiam, vel immunditiam, Mat. tom. 2 192.c.2.E

Ad immunditiam legalem interdum obligabantur Iudæi, ſcilicet, ſepelire parentes, &c. Matth. tomo 3 134.c.4.K

Nec erat contra legem incurrere immunditiam legalem, ſed erat contra legem poſt immunditiam accedere ad res ſacras, Leuit. 15. Matth. tomo 3 135.c.1.C

De immunditia, quæ contrahebatur in mortuo, in lege vete. Deuteronom. 19. & Num. 8. Matt. tomo 3 151.c.3.F

Ab immunditia legali non excuſabat ignorantia, etiã inuincibilis, quia immunditia non erat peccatum, &c. Mat. tomo 3 207.c.4.G

Immunditia legalis incurrebatur de inuolũtario ſimpliciter; Num. 6. vt de Nazaræo, coram quo aliquis moreretur, &c. & de inuolũtario ſecundum quid, vt patet Leuit. 11. vbi agitur de animalibus mortuis, per quorum tactum homines polluebantur, Idem patet de ſacerdote magno tangente caprum emiſſarium, &c. Leuit. 15. Et de ſacerdote cremante vitulam ruffam, Num. 19. Matth. tomo 3. 207 col. 4.H

Immunditia duplex, Mat. tomo 7 300.c.2.B

Et duplex immunditia arcebat ab eſu agni Paſchalis, apud Iudæos, Mat. tomo 7 300.c.3.H

Immunditia multiplex, Mat. tomo 7 308.c.2.A

Immunditia, & macula differunt, Matth. tomo 7. 301 col. 1.B

Prima naturalis immunditia eſt lepra. Secunda erat fluxus ſeminis. Tertia erat fluxus ſanguinis extra tempora menſtruorum. Quarta erat fluxus menſtruorum. Quinta erat mulieris parientis, quæ ſi pareret fœminam duplabatur tempus immunditiæ apud Hebræos. Sed qualiter & quomodo tolleren tur iſtæ immunditiæ, & cæteræ, quæ erant quadraginta, Mat. tomo 7 302.c.2.D, & ſeq.

Immunditiam exteriorem animam maculare, credebant Phariſæi, Mat. tomo 4 125.c.4.F

Immunditia accipitur multipliciter in veteri lege. Nã quædam immunditia erat realis, & alia legalis. Et realis erat triplex, ſcilicet, lepra, Leuitic. 13. & 14. & fluxus ſeminis Leuit. 15. & iugis ſcabies Leuitic. 21. Immunditia legalis erat ſolum per opinionem legis, & impoſita a lege. Et omnis immunditia tã realis quam legalis arcebat ab eſu Agni Paſchalis, &c. Mat. tomo 7 300.c.2.D

Immunditiarum legalium quædam durabant vſque ad ſolis occaſum, & habentes tales immunditias poterant manducare phaſe. Aliæ durabant per ſeptem dies, & iſtæ erant paucæ, ſ. immunditia ſuper mortuo, Num. 19. & tangens carnaliter mulierem tempore menſtruorum, Leuit. 15. Et in his in quibus ceſſabat immunditia naturalis. & ſanabantur, iudicabantur eſſe immundi legaliter per ſeptem dies ſequentes, & octauo die purificabantur &c. Mat. tomo 7 301.c.2.C

Ex immunditijs poſitis in lege Moyſi, quædam erant naturales & morbidæ, vt lepra, & fluxus ſeminis inuoluntarius, & fluxus ſanguinis in muliere extra tempora mẽſtruorum. Et præter has tres erant aliæ quadraginta duæ immunditiæ legales, Et inter legales prima, & in ordine 4. computatur fluxus mẽſtruorum. Quinta immunditia mulieris patientis. Sexta erat contactus mortuorum. Septima erat, cũ quis tangeret in agro cadauer hominis occiſi, aut per ſe mortui. Octaua erat contactus oſſium hominis in agro. Nona erat in tactu ſepulchri hominis; etiam ſi non tangeret oſſa neque cadauer, De his, Num. 19. Decima erat planctus ſuper mortuo, etiã ſi non tangeretur mortuus &c. Vndecima erat ſuper mortuo, & hoc quãtum ad Nazaræos ſpecialiter. Duodecima erat de tactu cuiuſcunque morticini. Decimatertia in eſu morticini &c. Decimaquarta, ſiquis tangeret animal occiſum a beſtia. decimaquinta in eſu de animali occiſo a beſtia, vel ab eadem morſo, licet poſtea ab homine occideretur, Exod. 22. &c. Decimaſexta in tactu reptilis etiam viui. Decimaſeptima in tactu ſordium humanarũ, ſcilicet, ſtercoris, aut corruptæ vrinæ &c. Deutero. 23. Decimaoctaua in tactu ſordium beſtiarum quarumlibet, Leuit. 7. &c. Decimanona in tactu leproſi. Vigeſima, comedere, vel dormire in domo leproſa, quæ clauſa erat propter ſuſpicionem lepræ, Leuit. 14. Vigeſimaprima in tactu hominis fluentis ſemine Leuiti. 15. Vigeſimaſecunda in ſeſſione ſedilis, vel loci, in quo ſederat homo fluens ſemine, Leuitic. 15. Vigeſimatertia in tactu carnis hominis fluentis ſemine, Leuit. 15. Vigeſimaquarta, portan-

do vestem vel stramenta lecti, in quo fluens semine sederet. Vigesimaquinta si quem manus fluentis semine tangeret, nisi prius ille lauaret manus suas, Leuiti. 15. Vigesimasexta in emissione seminis per coitum, Leuiti. 15. Vigesimaseptima in pollutione nocturna Deuteronom. 23. siue illa pollutio contingeret cum peccato, siue sine peccato, & maior immunditia reputabatur in pollutione nocturna, quã in quocumque coitu &c. Vigesimaoctaua erat in muliere cognita carnaliter Leuiti. 15. Vigesimanona in tactu mulieris tempore menstrui, siue tangerentur vestes siue carnes, Leuitic. 15. Trigesima in tactu lecti menstruatæ eo tempore, quo erat separata, Leui. 15. Trigesima prima erat tactus vasis, vel stramẽti super quo sederet mulier tẽpore mẽstruorũ, Leui. 15. Trigesima secunda in coitu cum menstruata. Et ista immunditia durabat septem diebus. Trigesima tertia in tactu mulieris fluẽtis sanguine, &c. Leuitic. 15. Trigesimaquarta in tactu lecti eiusdem iacendo in eo, vel tangendo saltem manu. Trigesima quinta in tactu strati cuiuscunque, aut stramẽti, vel rei, in qua sederet illa, &c. Leui. 15. 36. in coitu cum illa. Et durabat immunditia 7. diebus Leui. 15. 37. in tactu, quo magnus sacerdos tangebat caput hirci in die expiationis, &c. 38. portando prædictum hircum in desertum. 39. portando vitulum, & hircum immolatos pro peccato populi, & sacerdotis magni, &c. Leui. 16. 40. In esu carnium vetitarum. Leui. 17. 41. cremare vitulam ruffam. Nu. 19 42. Manere cremando illam vsque quo verteretur in cineres. 43. colligere cineres illos post cõbustionem: Nu. 19. 44. Aspergere illos cineres cum aqua lustrationis ad expiandum immundos, &c. 45. Cum quis introibat loca iudicij ad litigandum, Mat. tomo 7 302.c.2.C,&c.

A cõtaminatione præfatarum quadraginta quinque immunditiarum qualiter contaminati emundarẽtur Mat. tomo 7 305.c.2.C

Naturalis immunditia erat dupliciter immunditia, scilicet naturaliter, & legaliter, & ideo illius erat duplex mundatio, vna naturalis, & alia legalis, cuiusmodi erat lepra, & fluxus seminis, & fluxus sanguinis in muliere extra tempora menstruorum, Mat. tomo 7 305.c.2.D

De immunditijs legalibus veteris testamẽti. Et quomodo quædam durabant semper, vt lepra, & fluxus seminis vel sanguinis, & si sanabantur erant adhuc immundi per 8. dies post sanationem, & quædam durabat per quadraginta dies in pariente masculum, & per octuaginta in pariẽte fœminam, sed in tãgente mortuum vel morticinum per septem dies, reliquæ vero per vnum diem. Et quædam statim expiabantur abluto corpore in aquis viuẽtibus cuiusmodi erat immunditia summi sacerdotis per tactum capri emissarij. Omnes tamen immunditiæ prohibebant ab ingressu templi, & a contactu rerum sacrarum sub pœna mortis, &c. Defensorio 12.col.4.K

Aliquam immunditiam iussit Deus incurrere: Leui. 10 Nam præcepit Misahel, & Elisaphan, & toti domui Israel vt lepelirent, & plãgerent Nadab, & Abiu, quod tamen vetuit Aaron, & reliquis filijs suis &c. Leuit. 147.c.4.H

Immundus.

Immundus dicitur aliquis dupliciter, vel quia aliquid in se immundum continet, vel quia ab aliquo actu prohibitus est, propterea quòd videat aliquid immundum continere. Exemplum primi est leprosus, semine fluens, & huiusmodi, quia a multis actibus prohibebãtur. Primo ab ingressu sanctuarij, & oblationibus. Secundo a communicatione hominum. Exemplum secundi, vt tãgens morticinum, vel reptile, vel hominem fluentem semine vel mulierem menstruatam, &c. qui prohibebantur ab ingressu sanctuarij, & oblationibus, non tamen a cõmunione aliorum hominum. primi erant immũdi, durante lepra, vel fluxu seminis, &c. Leui. 100. colum. 3.H. Secundi erant immundi vsque ad vesperam, idest, vsque ad solis occasum, nisi quis contigisset cadauer humanum, vel tentorium in quo homo moreretur ingrediens in illum, nam talis manebat immũndus per septem dies, & in tertio, & septimo die purificabatur aquis lustrationis, Nu. 19. Leui. 101.c.1.B

Tangens immundum, si esset laicus, erat immundus vsque ad vesperam, non tamen poterat accedere ad sanctuarium, nisi vsque ad ortum solis, si sacerdos esset in minima distantia, scilicet, mediæ horę erat immundus, & in maxima per viginti quatuor horas, vt probatur Leui. 101.c.3.K

Immundum dupliciter dicitur, Mat. 10. 7. 123.c.3.H

Immundum esse vsque ad vesperam arguit minimã immunditiam, & lauare vestimenta arguit maiorem Leuiti. 142.c.4.H

Inter res immundas quædam erant facientes alias immunditias, & quædam, quæ nõ, exemplum primi vt mulier tempore purificationis suæ, & tempore menstrui, & homo fluens semine: exemplũ secundi vt tangens cadauer animalis immundi ad esum, & tangens tangentem illud ille nõ erat immundus, &c. Leui. 144.c.4.K

Omnis immundus per solum cõtactum erat immundus per vnam diem, id est, vsque ad vesperam, nisi in duobus casibus, primo in coeunte cum muliere menstruata, vel fluxum sanguinis patiente. Secundo in tangente cadauer humanum, ossa eius, vel sepulchrum, nam tales erant immundi septem diebus de 1. Leuitic. 15. de secundo Nume. 19. Leuitic. 150.c.2.C

Quantum ad immundos tres erant gradus separationis a lege, quidam vetabantur accedere ad sanctuarium, & res sacras, & hoc per quamcunque immũditiam, alij separabantur a conuersatione hominũ, & a rebus sacris, non tamen eijciebantur extra castra, cuiusmodi erant mulieres menstruatæ. Alij, vltra hoc, separabantur a castris &c. Leuitic. 239. colum. 1.A

Et cõtaminatio super mortuo habebat alios tres gradus, primus erat a rebus sacris separatio. Secundus a communicatione aliorum hominum, Nume. 5. Tertius quòd extra castra eijciebantur, Leuitic. 239.c.1.C

Quòd immundus per contactum, exceptis tribus casibus, maneret immundus vsque ad solis occasum illius diei, assignatur ratio allegorica, scilicet, quòd nullus homo, qui esset in immunditia spirituali poterat ab ea penitus absolui, & ablui, quousque occumberet sol, ideſt, vsque ad finem dierum tempore aduentus Christi, per cuius mortem ab omnibus inquinamentis abluimur, tam nos, quam qui præcesserant &c. Similiter per occasum solis Christi mors significari potest, qui est sol iustitiæ, vel significari potest finis vitæ cuiusque, &c. Leui. 239. colum. 2.E

Illi, qui erant immundi ad hoc, quòd possent comedere de sanctificatis, debebant lauare vestes, & carnes Leui. 239.c.3.F. Et prius debebat esse lotio, quã solis occubitus, vt videtur, nisi aliquid in contrarium appareat, ibidem.

De

De immundorum multiplici genere, Leuitic. 307. colum.2.A

Aliqua, quæ immunda erant ad offerendum, erant munda ad comedendum, siue ex specie siue ex casu &c. Deut. 67.c.1.B

Immundi in veteri lege vetabantur accedere ad sanctuarium, Leuit.12. & 15 vno modo propter significationem, alio modo propter Iudæos, qui erant viri simplices, & imbecilles, & non cognoscebant Deum suum qualis erat, & volebat Deus se ostendere excellentiorem omnibus Dijs gētium, & hoc voluit innuere per munditiam ministrorum, & ministrantium &c. Alio etiam modo, quia in veteri testamento non erant aliqua, quę spiritualiter multū proficerent, & haberent aliquam magnitudinem. Et ideo vt carnalia debuerunt habere magnitudinem &c. Et quædam immunditiæ nunc sunt cauendæ, quantum ad aliquid, scilicet, quantum ad Eucharistiæ sumptionem, vt pollutio nocturna, coitus coniugalis &c. Mat.tomo 2 192.c.4.F

Immundum in sacris literis dicebatur cōmune, Mat. tomo 4 133.c.3.H

Dupliciter aliquid dicitur immundum vel impurum, vno modo quādo in rei substantia permixta est aliquā pars malitiæ, vel saltē adiuncta est rei, licet non in substantia eius. Alio modo quia substantiæ rei admixta est aliena natura &c. Matth. tomo 7.123. colum.3.G

Christianis nihil est immūdum, sed Deus omnia sanctificauit, Mat.tomo 7 290.c.1.A

Immunitas. De immunitate Ecclesiarū vide in dictione Ecclesia.

De immunitate vrbium refugij, vide in dictione, Ciuitas refugij.

Quòd esset immunitas in veteri testamento stantibus quibusdam legibus, fuit conueniens, immo necessarium ad statum politicum, vt probatur Iosue to.2 137.c.1.B

Templa gentilium gaudebant immunitate, Iosue tomo 2 137.c.1.C

Quòd immunitas esset in populo Christiano fuit conueniens, vt probatur Iosue tomo 2. 137.c 2.A, Et q illa esset in ecclesiis, & cęmiterijs, ibidem. Et quòd esset tanta quanta est ibidem 137. col.3.G, Nec decuit, vt tanta immuntias esset in veteri testamento sicut in nouo, vt probatur, Iosue tomo 2. 176.colum.3.k

Immunitatis loca magis necessaria erant in veteri testamento quam in nouo, vt probatur, Iosue tom.2. 138.c.4.F

Immutatio. Nemo potest immutari sensibiliter sine specie, Mat.tom.7. 176.col.2.B

De immutatione sensuum beatorum in patria, Matt. tomo 4 238.c.3.G

Ab æqualiter calidis, & frigidis tactus nō immutatur, Mat.tomo 7 176.c.2.E

Impassibilitas. Circa impassibilitatem corporis glorioſi referūtur varię positiones, & confutantur, Mat to.4 235.c.3.k, Et tandem ponitur ratio authoris, ibid. c.4.F

Impassibilitas potest dupliciter considerari, vno modo secundum se, & sic non suscipit magis, neque minus. Alio modo secundum causam, & sic bene potest &c. Mat.tomo 4 238.c.1.A

Ad impassibilitatem corporis glorioſi reducitur voluptas, Mat.tom.4 234.c.4.F

Circa impassibilitatem corporis beati referuntur 3. conclusiones Lādulphi, & improbatur ab authore, Mat.tom.4 236.c.1.A

Impediri. Aliquid impeditur dupliciter, vno modo per modum contrarietatis sicut frigus impedit ad actionem caloris, alio modo per modum cuiusdam defectus, vel imperfectionis in operatione, scilicet, quia res imperfecta non habet quidquid desiderat ad sui perfectionem, & tale impedimentū non repugnat beatitudini, bene tamen primum, Mat.tom.2 43.c.2.C

Impedimentum. Duo sunt impedimenta ab extra, quæ nobis nolentibus euenium, Mat.to.6 288.c.4.k, Similiter & illa, quæ ab intra, ibidem.

Impeditur actus charitatis ex consuetudine vxoris, & filiorum, Mat.to 5 136.c.4.F

Impedimenta sunt duplicia, Matthæ. tomo 6. 290. colum.3.K

Impœnitentia. De impœnitentia, quæ est species peccati in Spiritū sanctū, Mat.tomo 4 22.c.4.G

Impœnitentia capitur dupliciter, vno modo prout est duratio peccati vsque ad mortem, idest, quòd de illo non pœniteatur, quamdiu viuit. Et sic impœnitentia non est peccatum in Spiritum sanctum; immo nec est aliquod genus peccati, sed est accidens eius. Alio modo impœnitentia dicit propositum quoddam de non pœnitendo, & tunc est speciale genus peccati, quia habet determinatum obiectum. Et est peccatum in Spiritū sanctū, quia repugnat attributo eius, quod est gratia remissionis peccatorum, quæ attribuitur Spiritui sancto, &c. Mat.tomo 4 22.c.4.G

Impœnitentia, & obstinatio differunt ex duobus, quæ sunt communiter in peccato, scilicet, delectatio, & turpitudo. Et impœnitentia, vt communiter, est de peccatis præteritis. Et obstinatio de futuris &c. Mat.tomo 4 22.c.4.H

Imperare. Voluntas non proprie imperat, sed ratio Mat.tomo 3.53.c.2.D, Dicitur tamen voluntas imperare dupliciter, vno modo interpretatiue, alio modo inquantum principiū operandi est in voluntate, &c. Mat tomo 3. 53.c.2.C

Imperator. Imperatores quare dicantur Cæsares & Augusti. Matth.tomo 6.23. colum 1.A

Quidam Imperatores Romani viuentes faciebant filios suos Cæsares, & illis succedebant &c. Et tamen patres erant Imperatores vsque ad mortem eorū, 3.Regum 13.c.2.D

Aliqua regna non subduntur Imperatori, vt Regnum Hispaniæ, &c. & ideo talia non tenentur legibus Imperatorijs, nisi illas de nouo instituant, Mat.to.3 33.col 3.F

Imperator cum sit mere laicus, non potest quidquam facere contra iura Ecclesiæ, &c. Matth. tomo 6. 210.c.2.C

Imperium. Par in parem non habet imperium Mat. tomo 6 172.c.3.K

Imperium viri in mulierem, Genes. 235. colum.1.C & sequen.

Imperium politicum, Genes. 233.c.2.C

Imperfectio. Duplex est imperfectio, quędam intrinseca, & ista est forma inexistens rei. Alia est extrinseca, vt locus, vel vbi, Imperfectio opposita primæ perfectioni est parua, sicut perfectio sibi opposita est parua, & ideo manet in beatis, &c. Mat.tomo 4 252.c.2.C

Quandiu homines viuunt sunt in statu imperfectionis, Mat.tomo 5 26.c.4.K

Imperfectus.

Imperfectum dicitur id, in quo deficit natura ab eo, quod intendit, vt quando gignitur homo, qui non habet omnia membra conuenientia speciei, vel habet plura &c. Genes. 237.c.3.H

In qualibet specie est aliquid imperfectum & aliquid perfectum, Mat. tomo 5 133.c.3.F

Imperfecti mouentur ad bonum per timorem pœnarum, & desiderium bonorū temporalium &c. Leuiti. 215.c.2.A

Impetigo. Non impedit a sacerdotio in nouo testamento, sicut in veteri, Leuitic. 232.c.1.B

Impetigo dicitur quædam macula carnis desiccatæ in superficie carnis, deformans ipsum animal. Leuiti. 249.colum.3.F

Impietas. Proprie significat idolatriam, infidelitatem uel hæresim, nam pietas idem est quod latria, Leui. 320.c.3.I

Impius. Impij mors sacrificium Dei est 3. Regū 26.colum.1.B

In impij iustificatione, & in Baptismo infunduntur omnes virtutes morales, vt patet in clemēti. vnica de summa tri. & fi. Catholi. Mat. tomo 5. 145.c.4.G

Impij an resurgent in iudicio, Mat. tomo 7. 90.c.3.F

Imponere nomina.

Appellatiua conuenit ad authorem idiomatis, Genes. 154.col.2.C

Impossibile. Res dicitur impossibilis, vno modo in se, vt hominem fieri asinū, alio modo, quia modus per quem fieri deberet est impossibilis, Num. tomo 1 143.c.2.A

Ad impossibile non est desiderium ordinatum, Mat. tomo 6 79.c.2.B

In sacris literis multoties capitur impossibile pro difficili, Mat. tomo 3 128.c.4.H

Impossibile capitur dupliciter, vno modo, vt dicit negationem possibilitatis, vel priuationem & sic vnū impossibile non est magis impossibile quam aliud, alio modo, vt dicit elongationem a possibilitate, & sic vnum est magis impossibile quā aliud, Matt. tomo 5 142.c.3.G

Natura non fertur ad impossibile, Matth. tomo 6. 79. colum.2.D

Neminem Deus obligat ad impossibile, Mat. tomo 7. 70.col.4 I

Impotentia. Ad gignendum duplex quædam simpliciter & alia secūdum quid, Mat. tomo 6 48.c.4.G

Imprægnare. Quidam impregnauit filiam suā vtroque dormiēte, vt dicit San. Tho. in quodam quotli. Genes. 272.c.3.H

Imprecari. Imprecatio. Imprecari est rogare, quòd veniat malum super aliquem, Iosue tomo 1. 118. colum.4.K

Imprecari pertinet ad eos, qui mala volunt, & inferre nō possunt, & ideo petunt inferri ab eo, qui potest, Mat. tomo 6 189.c.2.D

Imprecatio & iuramentum differunt aliqualiter, quia in iura. inuocatur Deus in testem aliquorum, quæ facere iuramus, vel asserimus, sed in imprecatione, non vocatur Deus in testē, sed tanquam punitorē, si non fecerit tale, vel tale. Item iuramentum semper præstatur ab eadem persona pro se ipsa &c. sed imprecatio hominis fit & super se ipsum, & etiam super alium, 1. Regum tomo 2. 137.c.3.I

Imprecationes, quæ ponuntur in sacra scriptura, possunt tripliciter exponi, Matthæ. tomo 6. 139. colum.1.A

Impræsentiarum. Aduerbium est loci compositum ex obliquo nominis, & præpositione, & significat tantum sicut ibi. Exod. tomo 1 234.c.3.F

Imprimi. Inter imprimi & abstrahi quid interfit, Mat. tomo 7 199.c.1.B

Improperium. Dicitur esse de ingratitudine, Mat. tomo 3 284.c.4.H

Imprudentia. Imprudentiæ conditiones nulli magis conueniunt quam luxuriæ, & ideo appropriantur illi tanquam filiæ &c. qa in alijs vitijs non peccat homo imprudens per tot modos imprudentiæ, sicut in libidine, Mat. tom. 2. 144.c.1.E

Imprudentia & prudentia, sunt circa inueniendum media Mat. tomo 7 10.c.1.A

Impudicitia. Quid sit, Matthæ. tomo 4. 139. col.1.B

Impugnatio veritatis. De impugnatione veritatis agnitæ, quæ est species peccati in Spiritū sanctū, Matt. to. 4. 23.col.1.B

Impugnatio veritatis agnitæ est peccatum in Spiritū sanctū, & non cuiuslibet veritatis, sed illius tantum quæ ad fidem pertinet, & maxime quando impugnando veritatem asserimus aliquam falsitatem, quæ est in derogationem diuinæ perfectionis, vt cum Pharisæi dixerunt in Beelzebub, &c. Mat. to. 4 33.col.1.B

In præpositio. Aliquando significat tantum, sicut cum, vt Genes. 32. in baculo meo transiui Iordanem, idest, cum baculo meo. Et Genes. 1. in principio creauit Deus &c. idest, in principio temporis, vel cum principio temporis, aliquando valet sicut Ly. per vt cum dicimus Faber operatur in martello, idest, per martellum, & Genes. 1. in principio creauit Deus cœlum, & terram, idest, per principium, scilicet, per filiū &c. Gen. 4.c.1.B. Iudi. 153.c.2.E

In præpositio aliquando ponitur pro contra, Exo. to. 1. 55.col 4.k

In præpositio aliquando valet, cum aliquando, per aliquando alias habitudines, Exod. tomo 2. 90. colum. 3.K, aliquando ad ibidem 109.c.4 H

In, præpositio nunquam dicit habitudinē eius, de quo aliquid enunciatur, sed habitudinem loci, in quo aliquid fit, Deut. 3.c.1.E

Inanimatum. Circa inanimata iubet Deus interdum mala fieri, aut deteriorationes. Et etiam ipse facit hæc non iubendo propter malum hominum, vel propter detestationem peccati, vel ad cautelam futurorum, & propter similes causas, & ponuntur exempla, Genes. 214 c.4.K

Inanis gloria. Cauenda est inanis gloria in singulis bonorum operum generibus, Mat. tomo 4 106.c.2.D

Inanis gloria, & hypocrisis multum concordant, & inueniuntur sæpe in eodem facto, differunt tamen &c. Mat. tomo 6 174.c.4.H

Christus multoties locutus est monēs discipulos suos de euitāda vana gloria, & hoc propter multa, Matt. tomo 6 182.c.4.H

Inanis gloria nisi sit in præiudicium alterius, non est valde magnum peccatum 2. Reg. 118.c.2.E

Inanis gloria semper est peccatum, Matthæ. tomo 6. 174.c.4 F

Inanis gloria, & hypocrisis multum concordant, sed deterior est hypocrita, quam inanis gloriæ cupidus, Mat. tomo 6 174.c.4.H

De inani

De inani gloria, vide reliqua in dictione Gloria inanis.

Inauris. Viri antiquitus ferebant inaures, iuxta illud Exod. 31. Tollite inaures aureas de vxorum, & filiarum, filiorumque vestrorum auribus, Exod. tomo 2 117.c.2.B

Incantatio. Dicitur a cantando, & fit cum aliqua verba, vel carmina dicũtur super aliquam rem, siue animatam, siue inanimatam, siue super cibum, siue super potum, vt possit mutari a sua natura ad aliquem nociuum effectũ, scilicet, vt occidat, vel stultum reddat, vel ad amorẽ & passionẽ moueat assumentes, vt patet per Boetium 4. de Consolatio. Metro 3. Exod. tomo 1. 43. c.4.H, & 41.c.3.k

Incantationes quare dicantur arcanæ, Exod. tomo 1. 41.col.4.G

Incantationes a quo, & vbi sint inuentæ, Exo. tomo 1. 41.col.4.F

Hoc nomẽ incantatio ex modo nostro loquendi male sonat, quia nos vocamus ipsos incantatores, maléficos, & tamen potest bonum significare, quia significat prolationem verborum, ad quæ consequitur efficacia aliquid faciendi, & tunc, aut credit, q̃ ex propria virtute verborum fiat, aut ex sola Dei voluntate, cui nos reuerentiam exhibemus proferendo verba, vel portando. Primo modo credendo, error est, secundo modo potest fieri incantatio, Mat. tomo 6 178 c.1.B

Circa incantationem, & potissime serpẽtum, vt communiter, exercentur aliqua illicita, & sortiuntur effectum suum per dæmones obseruatis multis, non solum superstitiosis, sed etiam nepharijs, Mat. to. 6. 178.col.1.C

Incarceratus. Incarceratorum miseria cõsistit in tribus, Mat. to 7. 12. c.1.D, Ex quo patet quòd releuatio miseriæ eorum in multis consistat, ibid.

Liberare incarceratos de carcere non est licitum in omni casu, & per omnem modum, Matt. tomo 7. 112.c.3.G

Visitare incarceratũ, & venire ad ipsum fere sunt idẽ, Mat. tomo 8 113.c.2.E

Incarnatio Christi.

Incarnationis Christi assignatur ratio, Paradox. 9. colum. 2.B

In Christi incarnatione qualiter verbum æternũ existat in corpore, & anima, Paradox. 31. colum. 1. E. Et quomodo vnierit sibi partes illa, vide ibidem 31. colum. 3.G

In incarnatione non assumpsit verbum humanam naturam directe, sed consequenter, partes tamen humanæ naturæ, scilicet, corpus & animam assumpsit principaliter, vel directe, Parad. 31.c.3.G

Incarnatio non est actio, sed relatio, nec ista relatio dicit aliquid formale, aut nouiter adueniens personę diuinę, sed dicit terminum respectus, & ideo poterat vni personæ conuenire, & non alteri, Parad. 34.col.2.E

Incarnatio filij Dei ad hoc solum facta est, vt in natura assumpta moreretur pro nobis, Matth. tomo 5. 186.c.2.B

Incendere. Incendentes agrum ad purgandum, vt faciunt agricolæ in Augusto transacto tempore messis, si ignis comburat segetes alienas, adhibentes diligentiam, quam debuerunt, non tenentur ad dãnum, vt patet ff. ad legem Aquiliam, in lege, qui reddit §. in hac, & extra de iniurijs & damno dato, C. si culpa tua, Exo. to. 1. 231.c.1.D

Incendentes voluntarie domum, vel aream alicuius, & sic de alijs rebus, omnia incensa, & ablata debet restituere, & pro peccato tres annos pœnitere, vt patet extra de iniurijs, & damno dato, ca. si quis domum &c. Sed secundum leges ciuiles comburendi sunt, ff. de incendio & ruina in l. prima, Exod. to. 1. 231.c.2.B

Incensum. Duplex genus incensi erat in sanctuario Iudęorũ, quoddam simplex, quod ponebatur super panes, aliud erat compositum, Num. tom. 1 47.c.2.E

Incensum vocabantur etiam animalia, quæ incendebantur in altari, ab incendio, Nume. tomo 1. 225. colum. 2.E

Incestus. Est carnalis cõmixtio cõsanguineorum, vel affinium in gradu non cõcesso, & dicitur incæstus quasi non castus, Leuitic. 182. c.1. A, Et ideo omnis luxuria potest dici incæstus, & tamen specialiter dicitur de consanguineis, Mat. tomo 2 157.c.1.A

In incæstu, i. in concubitu cum consanguineis, & affinibus, est quędam deordinatio contra debitũ vsum venereorum, primo quia naturaliter debet homo quandam honorificentiam consanguineis. Secundo quia daretur hominibus nimia opportunitas ad venerea propter magnam conuersationem cum consanguineis, & affinibus, & ob hoc in lege Moysi vetuit concubitum inter illas personas, quas necesse est simul commorari, Leui. 18. vt patet in omnibus gradibus ibi prohibitis. Tertio quia per talẽ cõmixtionem impediretur multiplicatio amicorũ. Quarto quia homo naturaliter diligit consanguineam suam, & ideo fieret nimius ardor amoris, & per consequens incentiuum magnum libidinis, quod repugnat castitati. Quinto ex iure positiuo propter paucam prolem, nam apud Romanos expertum fuit, quòd ex coniunctione consanguineorum non multiplicabatur proles. Ideo Ecclesia statuit certos gradus consanguineorum, in quibus matrimonia non coniungerentur, vt habetur 35. quæst. 3 ca. quædam lex. Et eadem ratio est circa affines, Mat. tomo 2 156.c.3.H

Incæstus aliquando accipitur pro violatione virginũ sacrarum, & viduarum, quæ castitatem vouerunt. De primis, patet 27. disti. cap. virgines, & 27. quæst. 1. cap. virginibus. De viduis patet 27. quæst. 1. capit. viduæ, & cap. viduam, & cap. nuptiarum, Matt. to. 2. 156.c.4.k

Incæstus est aliquando, quando non fit concubitus inter personas consanguineas, & affines, sed inter illas vbi est publicæ honestatis iustitia, vt si quis spõsam habuit, & non cognoscens eam mortuus fuerit, si de præsenti fuit sponsa, nam tunc non licet fratri mortui accipere eam in vxorem. In sponsa vero de futuro, cum non sit vxor, non contrahitur affinitas, tamen in sponsalibus de futuro causatur etiam impedimentum, propter publicæ honestatis iustitiã, & hoc si fuit facta desponsatio post septennium, secus si prius, & mortuus est spõsus ante septennium puellæ, Mat. to. 2 157.c.2.D

Pœna incæstus secundum legem humanam est capitalis, sicut & pœna adulterij, & hoc quando scienter committitur, ecclesia vero excommunicat istos incæstuosos, vt patet 35. quæst. 3. cap. de his, & hoc est verum quando incæstus est proprie dictus, scilicet, cum consanguineis, vel affinibus, similiter etiã, & cum monialibus tam ipsas quam accedentes ad illas, & nõ dantur eis sacramenta, vsque quo digne pœnituerint, 27. quæst. 1. cap. virginibus, alia pœna est, quod incæstuosi non possunt matrimonium contra-

contrahere etiam nec cum aliqua muliere, cũ qua alias licebat contrahere, vt patet 32. quæstione 7. cap. qui dormierit, & 24 quæstione vltima, cap. in lectum. & cap. vltimo. Sed hoc intelligendum est, quo ad matrimonium contrahendum, quod impeditur, si tamen de facto contraxit, tenet matrimonium, & nõ dirimitur, vt patet extra, de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ, cap. transmissæ. Ille tamen punitur, quia non licet ei petere debitum, & si aliquando petierit, peccat mortaliter, sed si vxor petierit, tenetur reddere eodem cap. cũ dolore tamen, & gemitu, vt ibi dicitur. Et si moriatur illa vxor, quam habet, non debet vltra contrahere, eodem cap. Si tamen contrahat, tenet contractus, sicut in primo matrimonio cum prædictis pœnis. Et hoc verum est, de illo qui potest continere, vtpote, quia est in ætate, in qua non est difficile continere, secus tamen si iuuenis sit. Et est suspectus de incontinentia: nam tunc per Ecclesiam poterit sibi dari licentia, quòd possit petere debitum, ne sit occasio ad deterius, vt innuitur 32. quæstione 7. cap. qui dormierit. Excusantur tamen illi, qui per ignorantiam facti commiserunt incæstum, si omnino ignorarunt, &c. Alia pœna est, quòd nati ex incæstu non succedunt parentibus non solum illis, quorum filij non sunt, sed etiam illis, qui eos per incæstum genuerunt, vt patet 35 quæstione 7. cap. vnico. Sunt etiam infames. Et non possunt testamentum condere, & pœnæ eorum sunt grauiores pœnis adulterorum, 33. quæstione 2. cap. hoc ipsum, §. hoc autem antequàm, nec possunt testificari, nec accusare, quoniam infames sunt, 3. quæstione 4. cap. consanguineorum, & 3. quæstione 5. cap. constituimus, & 6 quæstione 1. cap. infames, Mat. tomo 2 157.c.2.B

Incæstus, & adulterium, quomodo committantur, Mat. tomo 4 74.c.1.E

Incidere in manus Dei.

Melius est incidere in manus Dei, quàm incidere in manus hominum, quando ab vtroque imponenda est pœna temporalis, 2 Regum 170 c.1.E

Incipere. Incipientibus magis humiliari conuenit, quàm ardere, sed congruentissimum est, vt proficientes ardeant, Genes. 332 col.2.A

Incircuncisum. Incircuncisa dicuntur illa, quæ habent aliquod superfluum, Leuit. 320.c.3.F

Incircuncisus quid significet, Exo. tomo 1. 37.c.3.k, Leuit. 320 c.3.G

Inclinationis Ad prauos coitus cause, Exo. tomo 1 238.c.4.H

Incluſor. Incluſores, de quibus 4. Regum 24. dicuntur artifices quidam speciales, aurifices, & argentarij, & dicuntur sic, quia includunt varias gemmas in auro, & argento, in anulis, & alijs vasis pretiosis, 4. Regum 245.c.3.G

Incommodum. De incommodis vitã istam comitantibus, Mat. tomo 6 78 c.4.I

Inconstantia. Inconstantia est valde vituperabilis in Rege, Exo. to. 1 51.c.4.k

Inconstantia, quæ opponitur libidini, non est eadem cum illa, quæ apponitur fortitudini, Matt. tomo 2 144.c.2.E

Incontinentia. Differt a malitia, sicut dispositio ab habitu: nam incontinentia non dicitur malitia, 7. Ethicorum, quia malitia est corruptio principij operationum, scilicet rationis, ex 7. Ethic. Mat. tomo 2. 164.c.4.k

Incontinentia proprie est circa delectationes gustus, & tactus, 7. Ethi. Mat. tomo 2 165.c.1.A

Incontinens. Non operatur ex malitia, sed ex passione, & ideo pœnitere potest, Genes. 36.c.2.A

Incontinentes habitualiter sciunt, & actualiter ignorant, Genes. 210.c.1.B

Incontinentes dicũtur egressiui ab opinione, &c. ex 7. Ethic. Leuitic. 32. colum. 4. F, & Leuitic. 31. colum. 4 F

Incontinens peccat, & ignorat, cum peccat, non simpliciter, quia non in vniuersalis, sed in particulari scit habitualiter, & ignorat secundum actum, Nu. tomo 1. 228.c.2.C, Matth. tomo 4. 160.c.2.A

Incontinentes dupliciter errant, Deuteronom. 20. colum. 2.C

Incontinens quomodo differat ab intemperato, Mat. tomo 2. 164.c.4.F, & Genes. 166.c.4.K

Incontinens quomodo possit male operari, cum verũ & bonum cognoscat, Genes. 331. colum. 2. C, & sequen.

Incontinens cognoscens omne turpe esse fugiendũ, & tamen hoc turpe particulare sibi oblatum, quod est mæchari, vel inebriari, non cognoscit esse fugiendum, ex 7. Ethic. Mat. tomo 5. 242.c.4.K

Incontinens dicitur sciens secundum habitum, & nõ secundum actum Mat. tomo 4 160 c.2.B

Incorporeum. Incorporea dicuntur subtilia, quia nec materiam habent, neque quantitatem &c. Matthæ. tomo 4. 244. colum. 1.B

Incorrigibilitas.

De incorrigibilitate hominis quo ad Deum, & quo ad homines, vel quo ad leges, Matth. tomo 2. 85. colum. 3. F, & seq.

Incorrigibilem. Lex existimat, qui valde grauia facinora etiam semel fecit, Mat. tomo 2 86.c.1.D

Incorruptibile. Corpus corruptibile tripliciter redditur incorruptibile. Mat. tomo 7 146.c.2 D

Inter incorruptibilia est triplex differentia, Mat. to. 7. 147.c.1.B

Quomodo intelligitur, quòd incorruptibile, & corruptibile differunt pluſquam genere, Mat. tomo 7. 156. col. 3. H

Quòd aliquid fiat incorruptibile, cum tamen ex conditione suorum principiorum habeat corruptibilitatem, potest dupliciter contingere, vno modo per hoc, quòd principium ad corruptionem mouens, totaliter tollitur, alio modo per hoc, quòd principium corruptionis impeditur, Matthæ. tomo 7. 146.c.2.D

Incastratura tabularum.

De incastratura tabularum tabernaculi, Exo. tomo 2. 192. col. 2. C

Incredulitas. Incredulitas, qua vnus homo non credit alteri faciliter, pœna quædam est a nobis indita pro peccato primi parentis, sicut ignorantia, & concupiscentia, ideo homines exigunt a se inuicem iuramenta per maiorem suum, & sic terminant lites, vt ait Apostolus ad Hebræos 6. cum dicitur homines per maiorẽ suum iurant &c. Exod. tomo 1 169.c.2.A

De incredulitate Iudæorum, Matthæ. tomo 4. 155. colum. 2. D

Incredulitas nostra quomodo dicatur impedire diuina miracula, Mat. tomo 4 70.c.1.C
Incredulitas discipulorũ erga Christum quandoque nobis ad credendum prodest, Matth.tomo 4. 151 col.1. A

Increpare. Increpatio.

Christus aliqñ increpabat publice discipulos suos, qa publice peccauerant, vt patet Matth.7. & Lucæ 9. Matt.tomo 3 157.c.1.B
Tres modos increpandi malos ponit Apostolus, scilicet, suasionem, deprecationem, & increpationem, Mat.tomo 4 192.c.3.F
Duplex est increpatio, quædam, qua quis alterum verbis pungit acriter, & hæc semper est maioris ad minorem, alia est, quę reuerentiam seruat, quæ magis dicitur obsecratio, quàm increpatio, & ita se habẽt minores ad maiores, quando maiores volunt aliquid mali facere, aut faciunt, Mat.to.4. 192.c.3.F
Christus Scribas, & Pharisæos increpabat, quia vita eorum non erat conformis eorum prædicationi, Mat.tomo 6 171.c.1.E
Malorum increpationes, quæ ponuntur in sacra scriptura, possunt tripliciter exponi, Matt.tomo 6. 139 col. 2.F
Ebrius suffert duplices increpationes, Matth.tomo 7 186.c.2.B

Incubus. Succubus.

De incubis. & succubis vtrum sint, quæstionem mouet Augustinus lib.15. de Ciuitate, cap. 21. Genes. 35.c.1.C
Incubi, & succubi sunt dęmones, qui vocabantur Fauni, & Siluani a Gentibus, de quibus Ouidius multoties facit mentionem, & maxime in lib. Fasto. & hos Galli Drusios vocabant: hi fœminas improba vexant libidine appetentes, & virilem peragentes concubitum, & semen ab hominibus susceptum infundunt, & aliquando idem dæmon incubus, & aliquando est succubus, primo tamen succubus est quàm incubus, Genes. 35.c.1.D
Qui ex incuborum, & succuborum conceptu generantur, fortissimi homines, & magna statura esse possunt, vt probatur Genes. 35.c.2.A
De incubis, & succubis, Leuit. 173.c.4.F

Indeterminatio.

Est duplex, vna est indeterminatio passiua, quæ est imperfectionis, vt materia est indeterminata ad formas, & genus ad species, & potentia ad actus, & ista non est in Deo; altera est indeterminatio actiua, & dicitur esse illimitatio, &c. & talis est in Deo, Mat. tomo 7 221.c.3.I

Indeuotio. Circa diuina, vnde proueniat, Mat.tomo 2 189.c.4.F

India. Multiplex, quædam, quæ in portentis, & mirabilibus rebus abundat. Alia, quæ rerum necessariarum ad vsus humanos opulentissima est, Genes. 5.c.4.I, & 14.c.3.F

India habet ab Occidente fluuium Indicum, qui Rubro mari finitur, a Septentrione montem Caucasum, reliquæ partes Orientali, & Indico Oceano terminantur. Hæc habet quadraginta quatuor genera gentium absque famosissima insula Taprobane, quæ decem habet ciuitates, & cæt. Genes. 14 col.3.F
India terminus est terræ habitabilis ab Oriente, Genes. 26.c.1.A

Indicium. Extra indicium, potest licite præstari iuramentum, dum tamen causa sit necessaria, vel honesta ad hoc, Mat.tom.2 201.c.3.I

Indictio. Spatium erat quindecim annorum, scilicet, trium quinariorum, in quorum primo soluebatur tributum auri ciuitati Romanæ, in secundo tributum argenti, in tertio æris, &c. Exo.tomo 1 71.c.2.E

Indictio dicitur summa, vel numerus, vel magis proprie impositio, 3. Regum 27.c.1.A

Indigena. Indigena dicitur, quasi inde genitus, & inde dicuntur indigetes, idest, oriundi de terra illa, sic enim vocant Poetæ Deos indigetes, idest, genitos, vel morantes in terra, in qua colũtur, &c. Exo tomo 1 87.c.4.G

Et non sic capitur indigena Exod. 12. sed pro nato a parentibus liberis, vbicunque esset natus, Exo.to.1 97.c.1.A Leuit. 176.c.4.K, & 184.c.2.D
Indigena, de quo habetur Num 9. cum dicitur: Tam aduenę, quàm indigenæ, non accipitur pro naturalibus alicuius terræ, vt nomen sonat, sed respectu legis, Num.tomo 1 105.c.2.B
Indigenæ dicuntur naturales alicuius terræ, vel de aliqua religione, vel secta, vel modo viuendi, Num. tomo 1 219.c.4.K

Indigentia. In homine est duplex, Matt.to.4 252.c.2.E

Indignus. Conferens indignis honoris statum, peccat mortaliter, Matth.tomo 6 29.c.1.E

Indiuiduari. Indiuiduatio.

Licet anima indiuiduetur per materiam signatam, secundum, quòd illi est vnibilis, tamen separata a corpore non tollitur illa indiuiduatio, cum anima sit immortalis, & non perdat esse, quod semel acquisiuit, Exo.tomo 1 281.c.4.G
Indiuiduationis principium in substantijs eiusdem speciei est materia signata, & cæt. Exo.tomo 1. 280 col.1.D
In accidentibus tamen eiusdem speciei sola distinctio subiectorum est principium indiuiduationis, ibid. 280.c.2.A
Principium indiuiduationis, vel distinctionis indiuiduorum est a materia, & materia accipit distinctũ esse in partibus suis per dimensiones, & hinc est ꝙ duo indiuidua naturalia requirũt necessario distinctum situm, Matt.tomo 4. 245.c.3.H, Matt.tomo 7 199.c.4.F

Indiuiduum. Indiuidui vnitas ex vnitate materiæ est, Matt. tomo 6 106.c.4.E

Indiuidua multa vnius speciei non sunt maioris perfectionis substantialis, quàm vnum illorum, Iosue tomo 2 36.c.2.C
Esse non est indiuiduum, Mat.tomo 7 199.c.4.H
In indiuiduis bene cõceditur processus in infinitum, licet non in speciebus, quæ sunt essentialiter subordinatæ, Matt.tomo 2 6.c.4.H
Indiuiduum, quidditas, & esse in Deo sunt idem penitus, Mat.tomo 7 200.c.1.A
Indiuidua non sunt de necessitate naturæ per se, sed propter aliud, scilicet, vt saluentur in eis species, quas natura intendit, Mat.tomo 7 201.c.4.F
Indiuidua generabilia, & corruptibilia dupliciter cõseruantur, Mat.tomo 7 229.c.3.K

Indiuisibile. Quòd indiuisibile nõ possit videri, assignatur causa, Iudicũ 140.c.1.B

Indiuisibile, & simplex vbicunque est, totum est, vel ibi nullo modo est, 2. Paralip. 30.c.2.E

Indiuisibile non est visibile, cum omnis visio fiat per pyramidem radiosam, cuius basis est in re visa, & conus in oculo videntis sed indiuisibile non potest esse basis, cum basis sit superficies, Matth. tomo 1. 124.c.1.D

Indiuisibile nec moueri potest, nec quiescere Parado. 129.c.2.C

Nihil in indiuisibili capitur, Matthæ. tomo 5. 76. colum. 1.E

Inducere. Alium ad iurandum in Sanctuario nõ erat peccatum in veteri lege, sicut & multa alia permittebantur, vt patet de libello repudij 3.Regum 76.c.4.B

Sed quando aliquis se purgat de aliquo crimine per iuramentum suum, licitum est, quòd compellatur iurare super aliquo altari, vel supra sepulchra Sanctorum adhoc, quòd maior reuerentia habeatur in iuramento, idem etiam quando iuramenta præstantur. Alio modo ad satisfaciendum parti. ibidem.

Quòd aliquis tamen iuret coram altari illo, vel sepulchro alicuius Sancti, in quo falsum iurans certissime creditur, quòd manifeste a Deo punietur, illicitum est, & pertinet ad purgationem vulgarem, &c.3.Regum 77.c.1.C

Induere. Opus misericordiæ de induendo nudum magnæ laudis est in vtroque testamento, Matth. tomo 7 111.c.4.G

Christus fuit honoste indutus, Matth. tomo 7. 114. colum. 3.k

Indulgentia. Librum de Indulgentijs, & de potestate Papæ edidit Abulensis, Matth. tomo 4 189.c.1.A

Indulgentia non est ad culparum remissionem, sed ad pœnarum, &c.4. Regum 20.c.1.B, immo peccata venialia non tolluntur per indulgentias. ibidem.

In indulgẽtijs semper debet denominari aliquid certum, vtpote vnus annus, &c.4. Regum. 20. colum. 1.C

Quare per indulgentias non conferatur gratia, sed solum remissio pœnæ 4.Regum 20.c.2.A

Indulgentiæ in veteri testamento non dabãtur a prælatis, sicut nunc, quia prælati tunc non habebant characterem. Matth. tomo 1 187.c.4.H

Indulgentiæ conceduntur ex operibus Christi pœnalibus, Mat. to. 1. 221. c. 1. A, Et ex supererogationibus Sanctorum, &c. Matth. tomo 3. 181. col. 1. D. Defen. 3.c.2.D

Indulgentiæ multum adiuuant ad expiandum reatũ pœnæ, Matth. tomo 7 257.c.2.D

De indulgentijs, quas Papa potest concedere Defen. 3.c.2.C

Indulgẽtiæ prosunt ex merito passionis Christi, sicut & Sacramenta, Parado. 114.c.3.K

Indulgentias plenarias vel remissiones omnium peccatorum, quidam grosse loquentes vocant absolutionem a culpa, & a pœna, quia iure increpantur in Clemen. 1. de priuilegiis, & in Clementina de abusionibus, de pœnit. & remissio. & ita indulgentia plenaria est absolui a toto reatu pœnæ purgatoriæ, Matth. tomo 4. 181. colum. 2. D. Defenso. 1. colum. 4. F

Nullæ indulgentiæ possunt concedi mortuis directe, & dicuntur directe concedi, quia eis conceduntur non facta mentione de viuentibus, nec pro aliquo opere facto a viuentibus, Matthæ. tomo 4. 188. colum. 2. D

Possunt tamen prodesse mortuis indulgentiæ concessæ viuentibus, non tamen proprie dr indulgentia prodesse illis, sed opus bonum obtinentis indulgentiam, & est attendendus circa hoc tenor indulgentiæ, quia aliquãdo ex tenore non potest illa indulgentia prodesse mortuis, interdum vero sic. Primo modo indulgentiæ non prosunt defunctis, sed secundo modo sic, ibid. 188.c.4.I

Indulgentiarum concessio non fit sine aliqua iusta causa, vnde semper imponitur aliquod opus ei, cui conceditur indulgentia, & debet esse tale opus, quod redundet in honorem, & cultum Dei, aut in vtilitatem Ecclesiæ, Mat. tomo 4 188.c.2.E

Indulgentiam non dirigit Ecclesia in defunctos, ita quòd Papa dicat: Volo, quòd talis anima, quæ est in purgatorio, liberetur inde, vel quatuor animę exeant nunc de purgatorio, Matth. tomo 4. 189 col. 1. A

Indurare. Induratio.

Quando indurat nos Deus, & excæcat, non facit nobis iniuriam, quia non tollitur aliquid nostrum, nec perturbat intellectum nostrum, aut voluntatem, sed manet in sua libertate naturali, sed solum cessat a conferendo gratis id, quod prius conferebatur, &c.3.Regum 109.c.4.F

Quomodo dicit Deus indurare cor peccatoris, Deuteronom. 13.c.1.E

Induratio, seu obstinatio proprie est firmatio in malo, sicut confirmatio est firmatio in bono, Iosue tomo 2 46.c.4.F

Ad indurationem duo concurrunt, primum est hominis iniquitas, qua fertur in bonum defectibile, secundum est gratiæ pulsatricis imperfectio, & secundum est fortius, quàm primum, Iosue tomo 2 47.col.3.k

Industrius vir. Dicitur qui ad actiones bene applicatur, & contrariatur inepto, qui ad nihil est vtilis, vel dicitur industrius, qui diuersos modos inuenit ad aliquid agendum, Genes. 366.c.3.I

Inebriare. Sunt quidam fructus, qui inebriãt, vt sunt fructus palmarum Aegyptiarum, Leuit. 88.c.3.F

Inæqualitas. Est multiplex, quædam est secũdum naturam, & ista est omnibus communis. Alia est a fortuna, vel magis per accidens, vt esse ditiorem, &c. Et prima diuiditur in duas, scilicet, in sexum, & ætatem, prima est omnibus communis, secunda etiam euenit omnibus, quia nemo est, qui, si diu viuat, non habeat omnes ætates, Leuit. 328.c.1.E

In æternum. Quod apud Latinos dicitur, in æternum apud Græcos dicitur in sæculum, Iosue tomo 1 71.c.3.I

Infamare. Infamari.

Quando quis infamatur, & propter infamiam proceditur contra eum sine accusatione, tunc licitum est illi dicere opera bona, quæ fecit, ad purgandum se ab infamia, 3.Regum 167.c.3.F

Infamatur magis proximus viua voce, quàm per libellos infamatorios, Exo. tomo 1 179.c.3.K

Nemo tenetur seipsum infamare, Matthæ. tomo 5. 106.col.1.C

Infamare dupliciter accipitur, vno modo pro opponere alicui falsum crimen publice. Et isto modo semper est peccatum. Alio modo pro declarare verum crimen, defectum, aut ignominiam alicuius. Et isto modo cõtingit dupliciter, vno modo si habeat infamãs legitimã causam dicẽdi, & sic non est peccatum, neque proprie infamare, sed infamatum,

famatum, vel se infamantem ostendere, & hoc est, quia quando quis in prosecutione sui iuris proprij publicat crimina alterius proponendo ea, per viam exceptionis, vt repellat eum ab agendo vel testificándo, vel ab aliquo honore consequendo, in quo ambo sunt competentes, & non potest aliter causam suam sufficienter prosequi, vel saltem non tã conuenienter, sicut si obijciat illa crimina, &c. Alio modo si sine prosecutione iuris sui, aut coactione facta a iure vel a iudice manifestat peccata alterius, quæ occulta erant, talis dicitur proprie alium infamare, & peccat, Matth. tomo 1. 91.c.2.A

Infamari magnum damnum est homini, Matt. to. 5. 54.c.1.B, & Exo. tomo 1 179.c.3.G

Infantia. De peccatis hominis post infantiam Matth. tomo 5 132.c.3.H

Infectio. Fit per contactum, Matth. tomo 4. 137.c.4.H

Inferior. Proprie capiendo, nunquam absoluit superiorem, nisi in casu fiat superior illo, qui alias esset superior, Matth. tomo 4. 187. colum. 1.A

Infernus. Inferi.

In infernum descendebant omnes animæ ante Christi mortem, idest ad diuersos sinus inferni: sed in sinu Abrahæ, nulla pœna erat sensus Genes. 351. colum. 3.G

Infernus aliquando capitur pro sepulchro. Et sic secundum quosdam exponitur illud Genes. 37. descendam ad filium meum, lugens in infernũ Gen. 351.c.3.H, & 374.c.2.C

Damnati in inferno existentes a solis dęmonibus cruciantur. Et boni in Purgatorio, nec a bonis, nec a malis Angelis, torquentur, sed a Deo, Exo. tomo 1. 89.c.1.A

Ignis inferni nullo modo potest agere in animas, vel in dæmones directe, sed agit per voluntatem Dei secundum quendam modum specialem, vt Deus determinauit, &c. Exo. tomo 1 285.c.1.E

Qui sunt apud inferos vel in Purgatorio, soliciti sunt de bono charorum suorum, & dolent de malo eorum, si illud cognouerint. Nu. tomo 1. 203.c.3.F

Quilibet locus inferior in terra vocatur infernus, etiã si non sit locus damnatorum Numer. tomo 1. 236. colum. 3.H

Apud inferos sunt quatuor sinus vel loca, &c. Num. tomo 2. 95.c.2.E. 2. Regum 120.c.2.C

In inferno non est timor seruilis Deutero. 165. colum. 1.C

Actus mali existentium in inferno non sunt demeritorij, sunt tamen pars punitionis eorum, sicut actus boni in beatis sunt pars pręmij eorum. Deut. 165.c.2.C

Ad infernum descendere, est in sepulchrum descendere 3. Reg. 2. quia in Hebræo ponitur seol, quod est æquiuocum ad sepulchrum, & ad infernum: & communiter ponitur pro sepulchro. 3. Regum 19. colum. 2.B

Quòd anima existens in inferno possit saluari, potest multis modis intelligi, sed vltimus modus videtur possibilis. Et sic potuit contingere de anima Traiani, tenendo historiam illam esse veram, scilicet, quòd ad preces Gregorij fuit saluata, quam affirmat Beatus Anselmus, &c. 4. Regum 46 colu. 2 A

Tot sunt modi eundi ad infernum, quot sunt modi peccandi, Matt. tomo 3 127.c.1.C

Quomodo in inferno sint tenebræ, cum ibi sit ignis, & quomodo fletus, & stridor dentium. Matthæ. tomo 3 142.c.3.G

In inferno duplex est pœna exterior, scilicet, frigoris, & caloris, Mat. tomo 4. 60.c.4.G

Ea, per quæ in infernũ tenditur, dicuntur portæ inferi metaphorice, &c. Mat. tomo 4 170.c.3.H

De inferni portis, Mat tomo 4 170.c.3.H

Portæ inferni dicuntur peccata, vel homines mali, & præcipue accipiuntur pro dæmonibus, Matth. 16. Mat. tomo 4 60.c.4.F

Et similiter hæretici, vel infideles, ibid. 161.c.2.C

Infernus aliquando fuit Paradisus, Matth. tomo 5. 36 col. 1.C

In inferno punitur peccatũ veniale æternaliter, quia non dimittitur veniale sine mortali, & mortale in inferno non dimittitur, igitur &c. Pœna tamen tẽporalis pœnitentiæ alias inchoatæ bene tollitur in inferno, quia talis pœna nõ habet secum annexam culpam, Mat. tomo 5 70.c.2.E

In inferno pœna est æterna, Mat. tomo 5 69.c.1.E

De igne inferni, vide in dictione, Ignis.

Peccatores in inferno nunquàm soluent partem minimam debiti, Mat. tomo 5 67.c.4.F

Infernum purgari ab igne purgationis dicunt quidã, sed videtur dicendum, quòd non, quia non manet ibi causa purgationis, & cæt. Matthæ. tomo 7. 129. col. 3.F

In inferno est ignis corporeus, Matth. tomo 7. 153 col. 4.G

Et vt ignis ille est instrumentum diuinæ iustitiæ, agit inæqualiter secundum proportionem culpæ damnatorum. Et patet exemplum in calore naturali, qui conuertit cibum in carnem, neruos, sanguinẽ, & ossa, &c. vt est instrumentum animæ, &c. Matth. tomo 7. 154.c.1.A, 153.c.4.H, 135.c.2.B, De Statu Animarum 11.c.2.B

De loco inferorum est multiplex opinio, quidam dicunt, quòd non est vnus locus inferni determinatus, sed quòd vbi homines peccauerũt, ibi post mortem puniantur, sed falsa est hæc opinio, Matt. to. 7 163. col. 4.H

Et supposito, quòd sit vnicus locus inferni, &c. illum dicunt aliqui esse in loco aeris caliginoso, sed hoc etiam falsum esse probatur, ibid.

Non est contra legem, quòd anima existens in inferno reducatur ad corpus, & viuat homo, sed quòd ex Inferno trãseat ad Paradisum, vel Purgatorium, vel ad limbum puerorum, est contra legem Dei. 4. Regum 46.c.3.G

Multi Gentiles, & Pagani, qui erant per sententiam definitiuam damnati in inferno, educti fuerunt de inferno per Apostolos, & viros sanctos noui Testamenti, reuocando animas eorum ad corpora, vt, ibi pœnitentiam agerent, & saluarentur, 4. Regum 47. col. 1. A

Quòd locus inferni non sit nisi in terra ponendus, Mat. tomo 7 164.c.4.F

Dicunt aliqui, quòd infernus sit in futurum ponendus in superficie terræ. Sed veritas est, quòd infernus est in terra, & infra terram, Matth. tomo 7. 165 col. 1.C

Infernus nec portas habet, nec vias, per quas illuc eatur, Mat. tomo 7 165.c.4.F

Infernus quatuor sinus, vel distinctiones habere dicitur, scilicet, sinum damnatorum, limbum puerorum, purgatorium, & sinum Abrahæ. Prima pars vocatur infernus absolute, vbi est pœna damni, & pœna sensus, & cæt. In secunda parte est tantum pœna damni, & cæt. Matth. tomo 7. 166 col. 3.K

De quatuor partibus inferni prædictis, non possumus aliquid asserere determinate, quantum ad identitatem,

titatem, & distinctionem propinquitatem vel elõgationem, eo quòd ad hoc nõ inuenimus testimonia Sacræ scriptaræ, nec rationem sufficientem conuincentem, videtur tamen dicendum, quòd sint idem locus per continuitatem quandam, vel saltem contiguitatem, & totus ille locus vocatur generaliter infernus, Matth. tomo 7. 167.c.1.E. Et assignatur situs istarum 4. partium secundum opinionem San. Tho. Matth. tomo 7. 169.c.3.H

Pœna damnatorum in inferno sine dubio erit æterna. Et circa hoc multi errauerunt, Matth. tomo 7. 172.c.3.G

In inferno præter pœnam ignis, alias pœnas ponit sacra scriptura, scilicet pœnam vermis, & pœnam fletus, & dentium stridorem, & frigiditatem nimiam tenebram, fœtorem sulphuris, spirituum procellarum, &c. Matth. tomo 7 174.c.2.C

In inferno non erit fumus, Matth. tomo 7. 179.c.1.A

In inferno non erit aliqua transmutatio realis, &c. Matth. tomo 7 179.c.1.D

Potest teneri, quòd in inferno sint totaliter tenebræ, sed melius dicitur, quòd ibi sit aliqua parua lux. &c. Matth. tomo 7 179.c.2.A

Apud inferos sit aqua, vel pœna ex frigore, non potest colligi ex sacra scriptura vel ex alio loco per certitudinem. Et dicendum, quòd in inferno non est aqua, Matth. tomo 7 180.c.3.k

Quòd apud inferos sit pœna ex frigore non constat, nec si ponatur tale frigus: sequitur aliquod inconueniens, &c. Matth. tomo 7 181.c.1.D

Apud inferos est sulphur, vt colligitur Apoca. 19. & 12. Et in hoc potest duplex pœna notari: vna caloris, & alia fœtoris. Sed fœtor non videtur ponendus apud inferos. Nam ignis ille erit sine exhalatione, vel euaporatione fumanti, &c. Matth. tomo 7. 181. colum. 2. B

Inferorũ locus, & ignis eius creatus est in prima die, in qua Deus creauit mundum, similiter, & ignis Purgatorij, &c. Matth. tomo 7. 249.c.4.k

Inferorum locus est quædam concauitas in corde terræ, & illa concauitas est aliquid continuum, in quo sunt quatuor receptacula animarum, & inter loca ista non est interposita aliqua terræ grossities, sed differunt, vt infra, & supra, Matth. tomo 7. 262. colum. 1. A

Infernus accipitur dupliciter vno modo, pro tota concauitate terræ, in qua distinguũtur 4. receptacula, &c. Alio modo specialiter pro gehẽna vbi est ignis, & supplicium æternum. Primo modo omnia quatuor receptacula dicuntur infernus, &c. Matt. to. 7. 262.c.1.C

In inferno memoria scelerum pœnitentia est. Parad. 88 c.1.A

Apud inferos nihil boni est, Matt. tomo 6. 182.c.3.G

Quare infernum, & Paradisum posuerunt infideles, Matth. tomo 6 43.c.3.k

Quomodo extra infernum patiantur animæ damnatæ, Matth. tomo 7 161.c.4.H

Ignis inferni extra inferos non potest portari, Matt. tomo 7 163.c.1.E

Si damnatus exiret ab inferno, non puniretur realiter ab igne inferni, sed affligeretur apprehensione illius ignis tanquam nociui, &c. Matt. tomo 7. 163. colum. 2 B

Infernus est proprius locus dæmonum, Mat. tomo 7. 164.c.4 H

De igne inferni referuntur opiniones, & improbantur, Matth. tomo 7 153.c.2.E

Sed auctoris sententia est, ꝙ est ignis corporeus, nam ignis incorporeus non est ignis, &c. ibidem. c.4.F

An ignis inferni locus naturalis sit iuxta Lunã, Mat. tomo 7 159.c.3.F

Ignis inferni corporeus dupliciter consideratur, Mat. tomo 7 160.c.3.F

Qualiter ab igne inferni patiantur animæ, Matt. to. 7 160.c.4.K

Ignis inferni est instrumentum diuinæ iustitiæ, Mat. tomo 7 161.c.1.A

Ignis inferni vere affligit animas separatas, Mat. to. 7 161.c.1.C

Ignis inferni respectu animę dupliciter consideratur, Mat. tomo 7 161.c.1.D

Ignis inferni est quodammodo excellentior anima, Mat. tomo 7 161.c.2.A

Et affligit animas extra infernum, ibid. col.3.H

Concauitas inferni est in corde terræ, Matth. tomo 7 165.c.2.D

Multa de loco inferni mentiuntur Poetæ. Matt. to. 7 166.col.1.B

Quare Poetæ dicant infernum habere portas, & vias, Mat. tomo 7 166.c.1.E

Inferni portam opinatur Ouidius esse in regione Laconica, Mat. tomo 7 166.c.2.A

Illud, quod cantat Ecclesia de inferno, Psal. 23. Attollite portas principes vestras, &c. Quomodo exponatur, Ma. tomo 7 166.c.2.C

Quando dicitur quòd infernus habet portas, &c. non est intelligendum, vt verba sonant, sed metaphorice, vel parabolice, Mat. tomo 7 166.c.2.B

Infernus habet quatuor partes, seu receptacula. Sed vbi sint ista receptacula, varię sunt opiniones, Mat. tomo 7 166.c.3.K

In inferno manere beatos, actualiter non est inconueniens, Mat. tomo 7 168.c.1.E

Infernus est locus addictus pœnæ, Matt. tomo 7. 168 col.3.K

An infernus tantæ capacitatis sit locus, vt cuique locus assignari possit, in quo distinctus a cæteris locari, & pœnas suscipere valeat, Parad. 226.c.3.K

Infernus habet quadruplicem sinum, Matth. tomo 7 169.col.3.G

Ignis inferni, quare semper duret, Matt. tomo 7. 170 col.2.A

Vnde sumatur ista æternitas pœnæ, Matth. tomo 7. 170 col.4.I

Ignis inferni non calefacit corpora damnatorum, Mat. tomo 7 174.c.1.D

De pœnis inferni, præter ignem, Matth. tomo 7. 174 col.2.A

An apud inferos sint simul pœnæ contrariæ, Matth. tomo 7 175.c.1.A

Qualis sit passio ignis in inferno, Matth. tomo 7. 175 col.4.G

Infernus est quid oppositum regno cœlorum, Matt. tomo 7 178.c.1.E

An tenebræ sint apud inferos, & quid sint, &c. Matt. tomo 7. 179 c.2.A 180.c.1.A

Infernus dupliciter accipitur, Mat. tomo 7. 262.c.1.D

Quidam morientes statim deducuntur in infernum, Mat. tomo 7 267.c.3.k

Animæ portantur ad infernum a dæmonibus, Matt. tomo 7 280.c.1.A

Ignis purgationis non purgabit infernum ex sententia Auctoris, Mat. tomo 7 129.c.3.G

Inferni locus non est vbicunque peccatum fuit, sed in certo loco, Parad. 96.c.1.A

Sed vbi locus iste sit, variæ fuerunt opiniones, quibusdam dicent. quòd sit in aere caliginoso, Parad. 96 col.1.E

Hæc positio falsa est, ibid. 96.c.3.G

Infernum esse sub terra probatur ex nomine Latino, & ex nomine Græco, scilicet gehēna, & ex nomine Hebræo, scilicet seol, &c. Parado. 97.c.4.G. De Statu Animarum, &c. 10.c.3.k

Inferni locus tenebrosior est quocunque loco, quia est in centro terræ. Parado. 98.c.3.F

Ora inferni non sunt Aetna, Vulcanus, nec Vesuuius montes Parado. 99.c.4.F

Infernus generaliter dicitur omnis locus pœnalis, quo animæ corporibus solutæ peccatorum pœnas luūt. Et iste infernus generaliter captus quatuor habet sinus, primus est damnatorum, &c. Secundus Purgatorius. Tertius Lymbus puerorum. Quartus sinus Abrahæ, &c. Paradox. 100.c.3.I

Christus ad inferos descendens, nullum, de Purgatorio secum duxit, nisi talis tunc pœnam totam Purgatoriam solueret, quam esset subiturus, &c. Parad. 104.c.4.F

In infernum descendent damnati in die iudicii per miraculum absque terræ apertione. Parado. 125. colum. 1. E

Infernalis loci amplitudo describit. Parad. 227.c.1.A

Infernis quem confitetur fides Catholica, non debet poni in sphæra ignis, De Statu Animarum, &c. 8. colum. 4. H

Infernus non debet poni in aere caliginoso sphęrę aeris, De Statu Animarum, &c. 9.c.2.E. Sed in terrena regione, ibidem 10.c.3.G

Inferni præcipua pœna est ignis, De Statu Animarū, &c. 10.c.3.K

Infernus damnatorum, & varij in eo cruciatus describuntur De Statu Animarum. &c. 11.c.1.D

Apud inferos non est actio transmutatiua, Matt. to. 7. 177.c.1.C

Inferius. Inferiora eminenter continentur in superioribus, Matth. tomo 7. 214. colum. 2. E

Infidelis. Si infidelis coeat cum Christiana publicè prostituta, comburi debet secundum leges, &c. Exod. tomo 1 236.c.3.I

Infideles, meretrices, & excommunicati, quando sint dulciter tractandi, & quando dure, sed inter hos dulcius tractandi sunt infideles, Leuitic. 253.c.1.E

Infideles sunt diligendi ex charitate, Matth. tomo 9. 148.c.1.E

Infideli licitum est dare pecuniam vt conuertatur ad fidem, nec vlla committitur symonia. vt patet 23. quæstio. 4 capit. vltimo, & 45. distinctio. capit. syncera Deutero. 69.c.2.B

Infideles non astringuntur regulis canonicis. 1. Reg. tomo 1 95.c 4.k

Infidelis baptizatus tenetur accipere vxorem primā, quam repudiauit, si illa conuertatur, dum tamen velit cohabitare sine contumelia creatoris, extra de diuor. cap. gaudemus 1. Reg. to. 1. 96. colum. 2. A

Infidelis quando conuertitur ad fidem, quam formā debeat seruare circa vxorem, &c. 1. Regum tom. 1, 96.c.2.D

Magis lugebunt infideles, quam fideles, Mat. tomo. 6. 304.c.1.B

Infidelis non debet cogi ad fidem, nec absolure, nec conditionatim, vt habetur in Decretis 45. dist. ca. q syncera, & ca. de Iudæis. Et extra de Baptis. & eius effectu. ca. maiores. cogetur tamē cohabitare fideli &c. 1. Regum tomo 1 97.c.3.H

Inter infideles est verū mrimoniū. 1. Re. to. 1. 98.c.4.F Et est aliquo modo sacramētū, ibi. & pōt cōcedi, q inter infideles sit matrimoniū tatū. & ēt, q sit non ratum. sed magis proprie debet dici, quòd sit ratum. ibidem 100.c.1.E

Circa infidelium matrimonium in infidelitate existentium, & de conuersione ad fidem, circa retentionem plurium vxorum, 1. Reg. to. 1. 100.c.3.F

Infidelium filij grandiusculi, quorum volūtas potest apparere, & constet, quòd fidem volunt, sunt baptizandi inuitis parentibus, immo si parentes percutiant ipsos, quia hoc volunt, sunt cremandi cum omnibus suis participibus, C. de Iudæis, & C. l. Iudæis, & maioribus, 1. Regum tomo 1 102.c.1.B

Infidelis conuersus ad fidem, si repudiauit prius vxorem suam, & alteri nupsit, & vxor repudiata alteri nupsit, non potest opponere vir vxori, nec vxor viro fornicationē, quia repudiando non videtur malum agere, sed auctoritate legis vti. Et ista est causa præcipua pro vtroque, vt non reputetur eis fornicatio, licet vera sit fornicatio, sed reputetur vt concubitus legitimus, cum talis apud ipsos reputetur, 1. Regum tomo 1 102.c.3.G

Si infidelis mulier conuertatur ad fidem, & prius fuerit fornicata, non potest alteri copulari, viuente marito, etiam requisito vt conuertatur, vel quòd velit cohabitare cum ea extra contumeliam creatoris, sed debet continenter viuere, 1. Reg. to. 1. 102.c.3.I

Similiter dicendum est de muliere, quę, cum esset infidelis, recessit a viro absque fornicatione propria auctoritate, vt viueret cōtinēs, 1. Reg. to. 1. 102.c.4.k

Infidelis mulier non potest opponere coniugi suo cōuerso ad fidem, fornicationem, quæ excusatur auctoritate legis, vt in repudio contingit, & e contra, ad cohabitandum, secus tamen de fornicatione, quæ non excusatur auctoritate legis, &c. 1. Regum tomo 1 103.c.2.A

Licitum est fideli manere cum infideli in illo matrimonio, quod inter eos contractum est, quando ambo erant infideles. 1. Regum tomo 1 107.c.3.G

Filij infidelium paruuli, qui nondum venerunt ad vsum rationis, si ambo parentes conuertantur ad fidem, apud eos debent manere, & si alter eorū tantum conuertatur, apud ipsum debent manere, & debet facere eos baptizari, &c. 1. Reg. to. 1. 111.c.4.F

Quòd infidelium filij non sint baptizandi inuitis parentibus, tota ratio præcipua est, quia fieret iniuria parentibus, qui perderent patriam potestatem, quā habent in eos, cum ad fidem conuerterentur, ipsi vero filij nō perdunt patriam successionem, 1. Regum tomo 1 112.c.1.A

Si infidelis conuersus recedat ab vxore infideli, vel vxor a viro, aliquando potest accipere alteram vxorem, & aliquando non, viuente eius legitima vxore. Si tamen ambo pariter conuertantur, nulli licet accipere alium in coniugem, quòd si alter eorum tantum conuertatur, & requirat non conuersum, & non conuersus nullo modo vult cohabitare, dissoluitur matrimonium, & fidelis potest ad alia vota transire. Similiter cum vult cohabitare cum contumelia creatoris. Similiter si vult cohabitare, & tamē trahit alterum ad peccatum, etiam dissoluitur, & si non, non dissoluitur, quia tamen infidelis non vult conuerti, potest fidelis compellere eum a iure cohabitationis, & poterit non cōpellere, quia eius arbitrio pendet, cogetur tamen continere, 1. Regū tomo 1 112.c.3.F

Licet infideles non arctentur per constitutiones canonicas, cōsiderabit tamen eos Ecclesia, si in lege matrimonij aliquid agant cōtra legem Christi, q a tenentur subditi esse legi Christi, & tenentur eam seruare, 1. Regum tomo 1 122.c.2.C

Infideles debent puniri per iudices, & dominos temporales, quibus subditi sunt pro transgressionibus, in quibus peccāt mortaliter, 1. Reg. to. 1. 123.c.3.E

Conuerso altero cõiugum infidelium ad Christum, quòd ambo maneant in coniugio, malum dixit esse Polentius. Secundo dixit, quòd Apostolus illud asseruit mandans, quòd manerent copulati. Sed vtrunque istorum dictum falsum esse probatur, & mentitur Polentius, 1. Regum tomo 1. 124. c. 1. D
In Ecclesia primitiua non licebat fideli separari a coniuge infideli propter duo, &c. 1. Regum tomo 1. 125. c. 2. E
Nunc tamen bene licet, 1. Regum tomo 1. 126. c. 3. F
Matrimonium contractum inter infideles, cum ad fidem conuertuntur, aliquod tenet, & aliquod non tenet, 1. Regum tomo 1 129. c. 2. E
Quòd infideles conuersi maneant copulati si contraxerint secundum statuta veteris Testamenti, & nõ in gradibus vetitis a canone, patet, iuxta illud, quod habetur extra, de cõsanguinitate, & affinitate, cap. de infidelibus, quod caput solum intelligitur de Iudæis, 1. Regum tomo 1 131. c. 1. A
Infideles conuersi ad fidem, qui erant copulati in gradibus vetitis constitutione canonica, permittuntur manere copulati, & non secundum dispensationẽ, sed ipso iure, & de rigore, quia contrarium faciendo male fieret, 1. Regum tomo 1 136. c. 3. H
Ad sciendum quod matrimonium infidelium fuerit validum, non requiritur aliud, nisi quòd legibus, & consuetudinibus prouinciæ illorum contractum fuerit, &c. 1. Regum tomo 1 136. c. 4. F
Infideles aliquando contrahunt secundum veritatẽ, & aliquando secundum eorum opinionem, 1. Regum tomo 1 138. c. 3. K
Si qui essent infideles, qui in primo gradu consanguinitatis copularentur, scilicet, frater cum sorore secundum consuetudinem eorum, & conuerterentur ad fidem, videtur dicendum, quòd non deberet dirimi matrimonium, quia potuit esse legitimum, cum sit contractũ iuxta mores patriæ, quod inter Romanos consueuerat fieri, & mansit consuetudo vsque ad tempora Gregorij, vt habetur 35. quæstione 3. cap. quædam lex, nec videtur hoc esse contra legem naturæ, 1. Regum tomo 1. 139. col. 3. H
Non debemus cogere infideles, vt conuertantur ad fidem, sed ratione, & doctrina, & beneficijs allicere, vt conuertantur, 1. Reg. tò. 1 140. c. 4. G
Infideles non in omnibus, quæ agunt, peccant, sed in illis, quæ pertinent ad infidelitatem, &c. Matt. to. 2 215. c. 1. A
Infidelibus prædicare vtile est, quando verisimiliter fructus aliquis expectatur, alioquin frustra est, nec est laudabile rem sacratissimã velle inutiliter enunciare. Et prædicando infidelibus proponi debent articuli fidei principales, cum substantia fidei consistat in illis. Possunt etiam proponi omnia, quæ in Euangelijs scripta sunt, sed prius ea, quæ ad fidem pertinent, quàm illa, quæ dirigunt operationem, quia operatio præsupponit fidem, & si fides nõ habeatur, frustra ponetur regula in operationibus, &c. Mat. tomo 3 119. c. 4. I
Infidelibus non est proponenda sacra scriptura modo doctrinali, Mat. tomo 3 120. c. 4. F
Et si omnes infideles, quatenus sunt inimici nominis Christi, possemus iuste detestari, & abijcere ab omni conuictu nostro, ex sola tamen misericordia toleramus eos, extra, de Iudæis, & Saracenis, cap. Et si Iudæos, &c. Debet tamen conuersatio eorum nobiscũ eẽ talis, q nõ cedat in offensam Dei, aut fidei præiudicium, quia tunc debemus eos abijcere, immo matrimonium debet dissolui, &c. Matt. tom. 3. 120. c. 4. H
Infideles non debent a fidelibus adiscere medicinam, nec iura humana, ne infideles possit præesse fidelibus: bene tamen alias scientias, præter Theologiam, in quibus infideles nõ possint præesse fidelibus, vel in aliquo nocere, vt sunt scientiæ Mathematicæ, melius tamen esset, vt nec fidelis doceret illas infidelibus, nec deberet permitti, vt infideles docerent publicæ fideles, quia ei, cui non cõpetit dominari, non competit docere, vt patet de muliere 1. ad Timotheo 2. Mat. tomo 3. 121. c. 1. D
Infidelibus non licet colligere publicos redditus inter Christianos, extra de Iudæis, & Sarace. ca. ex speciali, Matth. tomo 3 121. c. 1. D
Quãdo liceat satisfieri infidelibus per fideles ad quæstionem propositam circa fidem, & quando non, Matth. tomo 3. 121. c. 2. C. Similiter, & quando licitũ sit respondere simplicibus hominibus in quæstionibus circa fidem, & actiones, in his, quæ sunt necessaria tam sibi, quam alijs, & quando non. Similiter, & in quæstionibus hominum carnalium, &c. Matth. tomo 3 12'. c. 4. I. &c.
Opera misericordiæ tenemur impendere infidelibus tempore necessitatis, vt Mat. tomo 3. 152. c. 2. E
Infidelibus Paganis vtilia essent miracula ad eorum conuersionem, Deus tamen non concedit omnibus prædicantibus inter infideles miracula facere, quod forte accidit ex demeritis eorum, vel nostris, qui indigni sumus vt temporibus nostris, Deus tãta bona concedat Ecclesiæ, vel melius dicendum, quòd hoc accidit, quia non est necessaria conuersio infidelium, sicut in ecclesia primitiua quando pauci erãt fideles: alias vero, si nos indigni essemus, Deus faceret nos dignos ministros, vt per nos talia fierent, sicut in ecclesia primitiua fiebant, &c. Mat. tomo 3 225. col. 3. F
Licet infideles continuo sint in peccato mortali, quia non accipiunt legem Christi, non tamen peccant mortaliter, quandocunque agunt contra aliquod de præceptis legis Christi, sicut nos peccamus, nisi illud, sit præceptum legis naturalis. Nam tunc non peccant quasi agentes contra legem Christi, sed contra legem naturalem, Matth. tomo 5. 44. colum. 3. F
Tenentur tamen ex lege naturæ cõsulere in eo, quod bonum est, & necessarium, &c. ibidem. 44. colum. 3. K
Scandalum potest præberi infidelibus, & ipsos scandalizare malum est, Matth. tomo 5 13. c. 2. D
Infideles nec sunt fratres ad nos, nec ad seipsos, Mat. tomo 5 44. c. 3. H
Infideles vnicum tantum peccatum committunt contra legem Christi, scilicet nolle eam suscipere Matth. tomo 5 44. c. 4. F
Infideles non tenemur corrigere fraternaliter, Mat. tomo 5 44. c. 4. H
Infideles plures vxores habentes, si ad fidem Christi conuertantur, coguntur dimittere alias præter primam, vt patet in ca. gaudemus, & non quia peccauerunt eas accipiendo in infidelitate, sed quia peccarent eas nunc retinendo, &c. Matth. tomo 5. 88. c. 1. E
Sed opinio opposita, scilicet quòd peccent infideles, post datam legem a Christo, contrahẽdo cum multis vera est, & c. ibidem.
Inter infideles matrimonium est verum, sed non ratum, Matth. tomo 5 111. c. 4. F
Infideles potius dici debent insipientes, quam imprudentes, Matth. tomo 7 10. c. 1. E
Infidelium matrimonium non soluit Baptismus, Matth. tomo 5 111. c. 4. G

Infideles non peccant, quandocunque agunt contra legem Christi, sed peccant, quia non susciptiunt legem Christi, & in isto peccato sunt continue, cum semper obligentur &c. Mat. tomo 7 47.c.2.D

Infidelitas. Nullum peccatū est grauius infidelitate, 1. Regum tomo 1. 117. colum. 1. B

Infidelitas est vitium eius, qui non credit, aut nō vult credere, hæresis vero est male sentire de pertinentibus ad fidem, Mat. tomo 6 264.c.3.E

Inter infidelitatē, & hęresim quid interſit, Matt. to. 6. 264.c.3.E

Infinitum. Non est dandus processus in infinitum in quocūque genere causæ &c. Exod. tomo 1 30.c.3.K

In substantijs nō datur infinitum in actu. Matth. to. 7. 204.c.3.G

In infinitum non potest aliquod finitum, nisi per infinitum, Num. tomo 1 223.c.4.I

Infinitum est, cuius quantitatem accipientibus semper est aliquid vltra sumere, Deut. 44.c.2.E

Anima separata non potest cognoscere infinita, Mat. tomo 7 204.c.2.E

In indiuiduis bene conceditur processus in infinitum licet non in speciebus, quæ sunt essentialiter subordinatæ, Mat. tomo 2 6.c.4.G

Infinitum dupliciter accipitur, vno modo priuatiue, scilicet, per remotionem, vel carētiam complemēti. Et sic infinitum pertinet ad materiam primam &c. Alio modo negatiue, scilicet, per remotionem materiæ limitantis, & terminantis formā &c. Mat. tomo 2 29.c.1.D

Infirmitas.

Infirmitas est disproportio qualitatum animalis, facientium ad armoniam, Deut. 159.c.1.B

Infirmari spiritualiter quid sit, Mat. to. 5 17.c.3.E

Inter infirmitatem, & ægritudinē, quid interſit, Mat. tomo 3 144.c.3.G

Infirmitates, & mala tanto tempore durant, quanto iudicat Deus expedire, Mat. tomo 4 9.c.1.C

Infirmus. Infirmi dupliciter sunt visitādi, vno modo ipsos videndo, colloquēdo & consolando, alio modo eis prouidendo, si sint pauperes &c. Mat. tomo 7 112.c.1.C

Christus nunquam fuit infirmus, Mat. to. 7. 114.c.3.K

Influere. Vbi influere possit planeta, vel aliqua pars cęli, & vbi non, Genes. 40.c.4.G

Tota influendi virtus deriuatur a causa prima in concatēnatione causarum naturalium, & illa magis influit in suum effectum, quam causa secunda, Exod. tomo 2 106.c.3.I

Cessante Deo influere, cessat animalium generatio, Mat. tomo 7 144.c.2.C

Naturale influens, tantum simul influit, quātum passum capere potest, Mat. tomo 7 203.c.1.C

Superiora influunt naturaliter in inferiora, Mat. to. 7. 206. col. 1. B

Angeli semper influunt in animas nostras, Mat. to. 7. 212. colum. 3. H

Quare nunc non recipiamus influxum ab intelligentijs, Mat. tomo 7 220.c.4.k

Influentia. Diuersas influentias contingit fieri super terram in diuersis partibus diei, dicunt Astrologi, & hoc, quia in diuersis partibus diei, vel noctis diuersa sunt ascendentia, & diuersa astra, vel gradus signorum in sex domibus, &c. Genes. 40.c.4.G

Influentia est quædam virtus deriuata a corporibus cœlestibus per motum, super ista inferiora &c. Genes. 40.c.4.H

Influentia solum penetrat secundum crustum terræ, in quo causantur mineralia, & non vltra, Genes. 40. colum. 4. I

Influentia est duplex, quædam quæ est ad dispositionē materię, quę sine virtute omnium naturalium causarum non fit: altera est ad perfectionem rei dispositæ &c. Exod. tomo 1 277.c.1.E

Effectus influētiam cælestium circa ista inferiora magis principaliter causantur ab aspectu stellarum fixarum, quam ab aspectu erraticarum, 3. Regum 155. colum. 4. I

Infortunium. Infortunia, quæ nobis accidunt Deo disponente euenium, nec quod nobis est casus, ideo est casus, sed ex intentione Dei fit &c. Num. tomo 1. 103.c.4.k

De infortunio aliter iudicant vulgares, aliter viri iusti, & sancti, Num. tom. 2 5.c.2.C

Infortunium est existere prope magnum bonum, & illo priuari, Deuteronom. 107.c.4.k

Infundere. Cū Deus infundit virtutes, omnes simul infundit, Mat. tomo 5 157. colum. 3. F

Ingenium. Ad ingenij acumen, & subtilitatem conducunt tempora natiuitatis, & locorum continentia &c. Exod. tomo 1. 289.c.2.A

Ingenij acumen non acquiritur discendo, nec infunditur homini existenti, sed nascenti connascitur, Exod. tomo 2. 106.c.2.E. Et istud acumen consistit in duobus, scilicet, in lumine naturali, quod vocatur intellectus agens, Exod. tomo 2. 107.c.3.H, Et in dispositione organorum maxime phantasticorum, id est, quod ad actum intellectus debet actus organorum præcedere, vel actualiter esse &c. Exo. tomo 2 106.c.3.F

Ingratitudo. Ingratitudinis quantitas mensuratur secundum quātitatem impensi beneficij, 1. Regum tomo 1 197.c.1.E

Propter ingratitudinem, quando magna est, reuocantur donationes, 2. Regum 101.c.1.B

Ingratitudinis magnitudo nūquàm melius apparet, quàm vbi ingratitudo, & beneficium simul sunt, propter oppositionem, &c. Mat. tomo 3. 232.c.1.A

Nulla maior ingratitudo est, quàm illius qui contemnit sanari, Mat. tomo 3 286.c.1.E

Ingratitudo aliquando accipitur vt peccatum speciale, aliquando vero vt deformitas annexa omni peccato, Mat. tomo 5 21.c.1.A

Ingratitudo opponitur gratiarum actioni, vbi præcessit gratuita donatio: & quia contingit magis, & minus teneri ad gratiarum actiones, & ab illis magis, & minus discedere, quanto ergo quis magis discesserit ab ista gratiarum actione, tanto magis dicetur ingratus. Vnde assignantur quatuor gradus: primus est, cum quis negligit in effectu retribuere aliquid pro susceptis beneficijs, licet agnoscat beneficia, & æstimet esse beneficia. Secundus quando quis in affectu contemnit beneficia. Tertius, quia obliuiscitur beneficiorum. Quartus, quando contra benefacientem operatur aliquid indebite. Et isti quatuor gradus se habent per ordinem, quia sequens præsupponit præcedentem, & est grauior illo, & ingratitudo, quę est ad primos tres gradus, est speciale peccatum. Sed quantum ad quartum est deformitas annexa peccato. Et præfati tres gradus sunt eiusdem vitij, & opponuntur eidem virtuti iustitiæ, scilicet, gratiarum actioni, Mat. to. 5. 71.c.1.C

Ingratitudo opponitur iustitiæ, quatenus cessamus a solutione, quod moraliter, & naturaliter debitum erat, Mat. tomo 5 71.c.2.A

Ingratitudo, prout dicit facere aliquid indebitum cõtra benefacientem, dicitur eſſe peccatum, quia omne peccatum dicit indebitum, & iſta eſt ratio communis peccati, ſed inquantum dicitur fieri contra benefacientem, additur circunſtantia aggrauans, & quantũ ad hoc dicitur ingratitudo, quia eſt contra benefactorem, & concordat aliqualiter cum alijs modis ingratitudinis, & neceſſe eſt iſtam ingratitudinem eſſe in quolibet peccato, quia quodlibet peccatum eſt contra Deum, & quia quodlibet peccatum eſt malum, ideo facimus aliquod malum contra Deum, & quia Deus eſt maxime beneficus nobis, neceſſe eſt quod in quolibet peccato offendamus noſtrum benefactorem, & ita in quolibet peccato eſt ingratitudo, vt circunſtantia conſequens ipſum, & aggrauans. Et iſto modo quodlibet peccatum poſt remiſſionem præcedentem peccatorum habet ingratitudinem annexam. Et ita ingratitudo, ſecundum quam dicuntur redire peccata, non eſt ſpeciale peccatum, ſed per illam aggrauatur peccatum, Mat. tomo 5 71.c.2.A

Ingratitudo inuenitur in quolibet peccato per accidens, quia peccamus contra Deum quem accidit eſſe beneficum nobis, quantum ad hoc, quod eſt peccare in ipſum, Mat. tomo 5 71.c.2.D

In peccato contra hominem interdum inuenitur circunſtantia ingratitudinis, & interdum non, Matth. tomo 5 21.c.3.F

Ingratitudo nõ opponitur virtutibus gratis datis, &c. ſed opponitur gratitudini, ideſt, iuſtitiæ, per quam redditiui ſumus gratiarum actionum, ſecundum quòd obligamur, Mat. tomo 5 71.c.3.I

Ingratitudinis menſura attenditur ſecundum menſuram indebiti, & menſura indebiti in opere accipitur ex genere operis, cum ex genere ſuo accipiat eſſe indebitum, Mat. tomo 5 71.c.2.E

Ingratitudo non eſt æqualis peccato remiſſo, & hoc ſecundum quantitatem abſolutam, Matt. tomo 5 72.col.3.F

In peccato recidiui non eſt tanta ingratitudo, ſecundum quantitatem abſolutam, quãta fuit remiſſio, nec quantum fuit peccatum remiſſum, ſed ſolum ſecundum proportionem, Mat. tomo 5. 72.c.4.F

Peccatum veniale, quando redit, addit ingratitudinẽ, non tamen facit eam, quando committitur, Matt. tomo 5 73.c.1.D

Sicut dicimus redire peccata mortalia, & venialia p ingratitudinem, ſic etiam dicitur redire peccatum originale, Mat. tomo 5 73.c.2.A

Et ſi per quodlibet peccatum mortale, commiſſum poſt remiſſionem peccatorum, redeant omnia dimiſſa per ingratitudinem, &c. Sunt tamen quædam peccata, per quæ directius redeunt peccata dimiſſa, quàm per alia, non quidem quaſi cęteris maiora ſint, ſed quia magis repugnant remedio remiſſionis, ſicut peccatum in Spiritũ ſanctũ dicitur magis repugnare principio remiſſionis, quàm cætera peccata, &c. Remiſſio peccatorum attribuitur primo fidei, ſecundo charitati, tertio pœnitentiæ. Peccata ergo, quæ tollunt iſta remedia, faciunt redire alia ſpecialiter, vt ſunt apoſtaſia a fide, odium fraternum contra charitatem, & cõtra pœnitentiam, contemptus pœnitentiæ faciendæ, & dolere, quòd pœnitentiam fecerimus, Matthæ. tomo 5. 73.colum.3.G

Aliud eſt committere maiorem ingratitudinem, aliud magis aut grauius peccare quantum ad ingratitudinem, Matth. tomo 5 73.c.3.K

Ingratitudo eſt circunſtantia in omni peccato, quæ non mutat ſpeciem, Matth. tomo 5. 74. colum. 4.F

Ingredi.

Et egredi quomodo accipiantur in ſacra ſcriptura, Matt. tomo 5. 127.col.3.F

Ingredi ſignificat incipere. Nu.8. cum dicitur, ingrederentur ad officia ſua. Nu. tomo 1 93.col.3.I

Inimicitia.

Ad inimicitiæ apprehenſionem duo pertinent, vnum eſt fugere, ideſt non appropinquare ei, quid tanquam malũ, & inimicum apprehenditur. Aliud eſt nocere illi ad deſtruendum ipſum. Primum haberent ſerpentes circa hominem ante peccatum, ſicut, & nunc. Secundum non facerent, quamuis ad hoc haberẽt ſufficiens principium, & tamen nunquam illud facerent, quia à Deo cohiberentur per ipſius prouidentiam Geneſ. 219.colum.4.C, & colum.2.D

De inimicitia inter hominem, & ſerpẽtes vide multa, Geneſ. 217.c.3.H, & ſequẽti vſque ad 219.c.2.D

Inimicitia diaboli eſt præcipue contra Deum, Matth. tomo 4 61.colum.4.G

Inimicus.

Inimicos eſſe odio habendos inferebãt Iudæi, & male, ex illo Leui. 19. Diliges amicum tuum ſicut teipſum Leuiti. 191.c.4.F. Et cũ dicitur ſicut teipſum non denotatur æqualitas, ſed ſimilitudo quædam, ibidem.

Inimicis veniam petentibus tenemur parcere, non tamen tenemur illis credere, nec redire in priſtinã amicitiam, etiam ſi ipſi petant. 1. Regum. tomo 2. 132.colum.4.K

Quando aliquis auferebat inimicis ſuis occaſionem dicendi de ſe mala, dicebatur cõfigere oculos cornicum 1. Paralip. 9.c.1.E

Non licet Chriſtiano inimicũ habere: odienda ſunt peccata, non homines 86.diſt.cap.odio. Poſſunt tamen habere inimicos large, vel quia illi nos odio habent, vel quia nos poſſumus illis mala optare tẽporalia, non æterna, & illa non quatenus illis ſunt mala, ſed quatenus iuſta, & nobis neceſſaria, &c. Matth. tomo 2 129.c.4.k

Inimicis, contra quos habemus iuſtam cauſam pugnandi, non tenemur reconciliari, quia illis iuſte optamus malum, Matth. tomo 2. 130.colum.1.A

Inimicos iubet nos Chriſtus diligere corde, ore, & opere: quia in toto conſiſtit charitas, Matth. tom. 2. 248.colum.1.B

Inimici proprie dicuntur, qui nos odio habent, Matt. tomo 2 248. colum.1.C

Et ſi inimicis iuſte poſſumus aliquando nocere, charitas tamen debet adhuc manere, Matth. tomo 2. 248.colum.1.C

Inimicorum proprium eſt ſibi inuicem nocere, Gen. 221.colum.3.K

Diligere inimicos eſt de neceſſitate charitatis, non inquantum inimici ſunt, quia hoc eſt peruerſum, & charitati contrarium, ſed quantum ad naturam ipſorum, & hoc in vniuerſali diligendo. Diligendo ſcilicet omnes homines tanquam proximos, cupiendo in generali, quòd omnes ſalui fiant, non determinando ſe ſpecialiter ad aliquem eorum. Sed nec excludendo inimicos, eis expreſſe mala cupiendo, non tamen requiritur, quòd diligamus eos habendo affectus ad eos. Nam non eſt de neceſſitate ſalutis, vt quis ſpeciali motu dilectionis moueatur ad inimicum, volendo pro eo aliquod bonum, ſiue temporale, ſiue æternum, & iſtud non eſt abſolute de neceſſitate charitatis, quia etiam alios non tenemur ſic diligere: debemus tamẽ, ſecundum prẽparationem animæ ſinguläriter diligere, ſi neceſſitas occurrerit, vtpote ſi eſſet in periculo, &c. tunc tenemur illum liberare, ſi commode poſſumus,

ideſt,

ſdeſt, ſine damno, & non præiudicando æquitati, quod ſi non faciamus, ipſum odio habemus, ſed extra articulum neceſſitatis non eſt de neceſſitate charitatis inimicum ſpecialiter diligere, ſed eſt perfectionis, Mat.tomo 2 249.c.3.H

Inimicos tenebantur Iudæi diligere, ſicut & nos tenemur, Mat.tomo 2 250.c.1.E

Viri ſancti aliquando imprecabantur mala inimicis ſuis, inquantum per hoc impediebantur mala facere, & non opprimere illos, nam iſtud poteſt quilibet iuſte optare, vt patet Iere. 18. confundantur illi, & ego non confundar, Mat.tomo 2 250.c.3.I

Quilibet poteſt inimico ſuo, vel cuilibet alteri homini, manente charitate, optare malum temporale, & gaudere de malo temporali, ſi illi eueniat, & triſtari de bono temporali eius, non inquantum eſt malum illius, ſed inquantum eſt impedimentum bonorum alterius, quia per hoc, quòd iſte mala patitur, non poteſt mala inferre &c. Et quia per illud malum pœnæ excuſatur malum culpæ in eo, & ſimiliter triſtari de bono illius non, inquantum eſt bonum eius, ſed inquantum eſt impeditiuum bonorum alterius, & in hoc eſt ſeruandum diſcretionis examen, ne cum exequimur noſtra odia, fallamur ſub ſpecie vtilitatis alienæ &c. Matth.tomo 2. 250.c.2.E

Iudæi obligabantur diligere inimicos ex charitate, ſcilicet, dilectione in generali, ſicut nos nunc obligamur, quia iſtud eſt præceptum morale, & de iure naturæ, & per conſequens omni tempore obligauit, & hoc ſignificauit Deus, Leuiti. 19. cum dicitur non quæras vltionem, nec memor ſis iniuriæ ciuiũ tuorum, & Prouerbiorum 24. Si ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & Prouerbiorum 25. Si eſurierit inimicus tuus ciba illum, & ſi ſitit, da ei bibere. Et Exo. 23. Si occurreris boui, aut aſino inimici tui erranti reduc ad eum, & ſi inueneris bouem, aut aſinum odientis te iacere ſub onere, non pertranſibis, ſed ſubleuabis cum eo. Sed nos grauius peccamus odiendo inimicos, quam Iudæi, cæteris paribus, qa præceptum de diligendis inimicis non fuit Iudæis tam expreſſe datũ, ſicut nobis, & Iudæi magis peccabant quam gentiles &c. Mat.tom.2. 250.c.4.F

Iudæi bono animo poterant perſequi inimicos, Deo iubente, vt quando iuſſit Amalecitas delere, Deut. 26. & Chananæos Deut. 20. Et quòd cum Moabitis non haberent pacem, neque quærerent eis bona, cunctis diebus vitæ ſuæ, Deut. 23. &c. Et hoc bono animo, ſicut lex, & Iudex 23. quæſt. 5. ca. officia vindictæ, & vt miniſter iudicis &c. Matth. tomo 2. 251. col. 1. A

Inimicis oſtendenda ſunt ſigna dilectionis in generali, & in communi, & hoc de neceſſitate præcepti, vt cum quis orat pro fidelibus defunctis, vel pro bono ſtatu fidelium, vel pro toto populo, vel cum aliquis impendit beneficium toti populo, nam ab illis non debet ſubtrahere inimicos, ſcilicet, ab illo generali beneficio, ſigna tamen particularis dilectionis, quæ aliquibus particulariter exhibentur, non tenetur quis de neceſſitate illa exhibere inimicis, ſed ſolum ſecundum præparationem animi, ſcilicet, quòd animus noſter debeat eſſe paratus, quòd ſi inimicus fuerit in articulo neceſſitatis, & non poſſit per alterum prouidere illi, quòd nos ei prouideamus, & ſuccurramus, Prouerbio. 25. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum &c. Quòd autem extra articulum neceſſitatis exhibeat quis inimico iſta particularia beneficia &c. Perfectionis eſt, per quam non ſolum vult aliquis euitare peccatum, faciendo, ne ipſe malus ſit, ſcilicet, per odium proximi, ſed etiam vult inimicum beneficijs ſuperare, vt eum bonum efficiat, Et iſta eſt ſuperabundans charitas, & ſub conſilio cadit, ſic dicitur ad Roma. 12. & Prouerb. 25. ſic faciens carbones ignis congregabis ſuper caput eius, & dominus reddet tibi, Mat.tomo 2 251.c.2.D

Dilectio in generalis, quæ impendenda eſt inimicis, eſt de bonis vitæ ęternæ, ſcilicet, de gratia, & de gloria, & ad beneficia generalia, non excludendo inimicos, non tamẽ tenetur ad iſta in particulari, amicis vero ſic, aliquando propter retributionem, &c. Mat.tomo 2 251.c.4.I

Inimicis veniam vere petentibus tenemur illam concedere eis ſigna amicitia, ſcilicet, loquendo eis, & alia faciendo, quæ communiter ſolemus facere ad amicos, licet in nullo teneamur pro eis laborare, nam ſi ficte veniam petat, repellendus eſt, vel etiã ſi creditur, quòd eius conuerſatio periculoſa erit, vel nociua, nam tunc non eſt illis cõcedenda communicatio, vel ſignum dilectionis oſtendendum. Nam propter hoc Deus prohibebat Iudæis communicare cum aliquibus gentibus: idem dicendũ ſi inimicus non petat expreſſe veniam, & tamen ingerit ſe ad communicationem, recipiendus eſt, ſi non ficte ſe ingerat, nec etiam putetur inde ſequi aliquod periculum. Nam per hoc, quòd aliquis ſe ingerit, videtur petere veniam. Et eſſet ei magna confuſio, ſi repelleretur &c. ſi autem nec petat veniam, nec ſe ingerat ad communicationem, non tenemur ei loqui eum ſalutando, nec oſtendere illi aliquod ſignum familiaritatis, ſi tamen oſtendamus, perfectionis eſt. Et articulus neceſſitatis in oſtendendo ſigna dilectionis, non debet capi ſtrictiſſime, ſcilicet, quando inimicus moriturus ſit, ſi illi non ſuccurramus, ſed etiam quando male ſe habebit, ſi non ſubueniatur ei, vt ſi deberet pati mutilationem membri, aut deberet effici ſeruus &c. Nam quando commode poteſt fieri, & ſine magna occupatione, ſubueniendum eſt illi, & accipitur inimicus pro eo, qui nobis iniuſte nocet, non autem pro eo, qui iuſte ſe defendit, Matth.tomo 2. 251. colum. 4.G

Si aliquibus inimicis Iudæorum Deus prohibebat Iudæis, ipſis ſigna oſtendere dilectionis, vt puta quibuſdam gentibus, vt Chananæis, Moabitis, Amonitis, Amalecitis &c. Hoc faciebat propter periculũ, quod Iudæis ſequebatur, Mat.to.2 252.c.2.C

Vt perueniamus ad ſummam charitatem reſpectu inimici, nouem gradus ponit Chryſoſtomus ſuper Mat. primus eſt incipere non nocere ei, ſecundus eſt ſe non æqualiter vindicare, ſi ille noceat, tertius eſt non facere vexanti, quę ab illo paſſi ſumus, quartus exponere ſe ad patiendum mala, quæ inferre velit vexans, quintus ad maiora toleranda ſe exponere quam velit inferre vexans, ſextus eſt non habere illum odio &c. ſeptimus eſt diligere, octauus benefacere, nonus eſt pro illo orare, Matt.tomo 2. 252.c.3.H

Pro inimicis tenemur orare in generali, & regulariter non tenemur orare in ſpeciali, niſi ex aliquo ſpeciali beneficio, vel conuentione vel promiſſione, ſecus ſi eſſent in neceſſitate pereundi æternaliter, & oratio noſtra poſſet illis prodeſſe. Debemus tamen habere animum præparatum ad orandum pro inimico in ſpeciali, ſi eſſet aliquis caſus, in quo neceſſe eſſet orare pro eo, Matthæ. tomo 2. 253. colum. 1. A

Orare pro inimicis interdum eſt perfectionis, interdum neceſſitatis, niſi quando oratio fiat pro bonis temporalibus, nam tunc licet eos excludere ab oratione,

oratione, vt cum habet iuſtam cauſam pugnandi cõtra eos, quorum mortem iuſte poſſumus procurare, Mat. tomo 2 253.c.1.E
Non ſolum pro inimicis, ſed etiam pro alijs malis hominibus poſſumus licite, & bene deſiderare mala temporalia, ſi creditur, quòd per illa peruẽturi ſint ad bona ſpiritualia, non eſt tamen cautum petere iſta abſolute, Mat. tomo 2 253.c.1.E
Amicorum ſiue inimicorum dilectio ſi comparẽtur ex parte obiecti, a quo actus habet ſpeciem bonitatis, melius eſt diligere amicum quam inimicum, cæteris paribus, cum obiectum magis competens ſit amicus, quia amicus conſideratur, vt quoddam bonum 8. Ethi. inimicus vero, vt quoddam malũ. Amor tamen, & omnis appetitus de ſolo bono eſt, ſi autem comparetur iſta dilectio quãtum ad principium diligendi, quod eſt voluntas, tunc vbi fuerit maior conatus voluntatis, ibi erit maius meritum. Et ſic dilectio inimici eſt magis meritoria, qui requirit maiorem conatum voluntatis, & feruorem circa finem, licet dilectio amici ſit intenſior quo ad obiectum, vnde exiſtentibus æqualibus dilectionibus amici, & inimici in intenſione, neceſſe eſt dilectionem inimici eſſe ex maiori conatu, Et quantò exceſſerit in conatu, tanto eſt maior in merito, poſſunt tamen interdum eſſe dilectiones inæquales tam in intentione quam in conatu. Et ſic poterit eſſe magis meritoria dilectio amici quam dilectio inimici, Mat. tomo 2 253.c.3.G
Dilectio inimici non poteſt eſſe niſi propter Deum, Mat. tomo 2 254.c.1.A
nimici dilectio non ſemper eſt perfectionis, ſed interdum neceſſitatis, quo ad effectum, ideſt, diligere & bene agere. Dilectio autem amicorum non eſt ſemper neceſſitatis, quia quantum ad aliquid eſt perfectionis, vt ſi ſuperabundet quis in diligendo amicum propter Deum, Matth. tomo 2. 254. col. 1.C
Chriſtum habere inimicos large dicitur, & dupliciter, Mat. to. 6 162.c.4.G, Et inimici eius ſunt quincuplices, ibid. & 163.c.2.D
Inimici dilectio poteſt interdum eſſe maior quam dilectio amici, interdum æqualis, & interdum minor ſecundum, quòd comparantur diuerſimode inter ſe, Mat. tomo 2 254.c.1.C
Quomodo inimici Chriſti ponantur ſcabellum pedũ eius, Mat. tomo 6 163.c.1.A
Cum Chriſtus vellet perſuadere dilectionem inimicorum, potius adduxit exemplum de ſole, quem Deus facit oriri ſup bonos, & malos &c. Et de pluuia &c. quam de alijs beneficijs, quæ Deus cõfert, & hoc fecit propter multa, quæ referuntur, Matth. tomo 2. 256.c.1.D, Et licet hæc ſint magna beneficia, & neceſſaria, vt vnum ſine altero non proficeret, pluuia tamen eſt aliquo modo maius beneficiũ propter multa, Mat. tomo 2 256.c.3.F
Inimico eſt triſtabilis gloria, & poteſtas eius, quẽ odit, Mat. tomo 7 94.c.4.G
Si inimicus noſter ſit in extrema neceſſitate, tenemur ei benefacere, & colloqui, etiam ſi ille non petierit, quia in tali caſu negari illi familiaritatis ſigna eſt vindictam petere. Si vero non ſit in extrema neceſſitate, & petit reconciliationem, danda eſt illi, niſi forte putetur, quòd iniquo animo agat, &c. Si vero non petat, ſed tamen ingerat ſe familiariter, nec tunc neganda eſt ei familiaritas, niſi irriſorie faciat, vel doloſe. Si autem nec petat, nec ſe ingerat, tunc nemo tenetur ei ſigna familiaritatis oſtendere, ſed pertinet ad perfectionem, Matth. tomo 3 75.c.4.G
Sæpe licitum eſt occidere inimicum, Mat. tomo 7. 43.c.2.C
Ad eſſe inimicum duo ſaltem requiruntur, primum eſt, quòd aduerſetur; ſecundum eſt, quòd ille, cuius inimicus eſt, oderit illum, & vice verſa inimicus ſit & iſto modo nõ habet Deus inimicos. ben e tam large, & dupliciter dicit aliquis eẽ inimicus meus. Vno modo, quia mihi aduerſatur, vel aduerſari cupit. Alio modo, quia aduerſatur amicis meis, quibus ego in auxilium eſſe debeo, & vtroque iſtorũ modorum dicitur Deus habere inimicos, Matth. tomo 6 162.c.3.K
Inimicos iubemur diligere ſecundum legem Chriſti Matth. tomo 7 45.c.2.A
Inimici odium, inquantum eſt contra charitatem, ſemper eſt peccatum, & ideo nunquam hoc fuit licitum, Mat. tomo 7 43.c.2.C
De inimicorum perſecutione, Matth. tomo 7. 46. colum. 1.C
Inimicorum perſecutio prohibita eſt in lege Chriſti Mat. tomo 7 46.c.3.K
Iniquitas. Proprie dicitur peccatum, quid eſt ex malitia, non impellente impotentia, & paſſione, & eſt nomen commune ad peccata, Exo. tomo 2 167.c.4.F
Super iniquitate non gaudet charitas, ſed potius triſtatur, Matth. tomo 5 67.c.2.E
Duplex erat iniquitas Phariſeorum, & Scribarum, Matt. tomo 6. 172.c.3.G, Et iniquitas illorum erat magna ex duobus, ibidem 192.c.4.I
Iniquitas non tollit alicui bona ſua, Matth. tomo 6. 120.c.2.C. Sed repugnat charitati, ibidem. 273. colum. 2.C
Iniquitas principum Sacerdotum oſtenditur ex eo, quòd ſine cauſa Chriſtum volebant perdere, Mat. tomo 5 272.c.1.C
Initiari. Idem eſt, quòd conſecrari, Exod. tomo 2. 83.c.3.G
Initiari ſignificat ritum conſecrationis. vnde, & manus Sacerdotum dicuntur initiatæ, ideſt conſecratæ, Nu. tomo 2. 64.c.4.G
Iniuria. Facta alicui communitati non debet aliquo modo remitti ſine congrua ſatisfactione directe vel indirecte: puta ſi fiat iniuria alicui Iudici, vel perſonæ communi, vel clerico, licet poſſet remittere quantum ad ſe, ſed non totaliter, quia non ſolum ei fit iniuria, ſed etiam toti ordini clericali, etiam dato, quòd ille remittat iniuriam, adhuc epiſcopus poteſt agere contra iniuriantem, Geneſ. 372.c.1.C
Iniuria non eſt vbi non eſt contemptus, Mat. tomo 2. 233.c.2.C
Iniuriam clericus non poteſt totaliter remittere, Gen. 372.c.1.C
Iniurias patientes tenentur eas remittere facientibus, quantum ad odium & rancorem, ſcilicet, vt eos nõ habeant odio, nec eis velle nocere, data etiam opportunitate nocendi, ſed quantum ad damnum receptum, vel quantum ad pœnam debitam pro peccato eſt diſtinguendum &c. Geneſ. 371.c.4.K
Inter iniuriam, & damnum quid interſit, Exo. tom. 1. 220.c.2.B
Iniuria non poteſt directe recompenſari pecunijs, bene tamen per accidens, ex voluntate patientis, Exo. tomo 1 229.c.2.B
Iniuria nullo modo eſt in agente, ſed in patiente, Exo. tomo 1 232.c.3.K
Iniuriæ ſuſcipiunt magnitudinem, vel paruitatem ſecundum quantitatem accipientiũ, Leui. 284.c.1.E, & Mat. tomo 2 233.c.2.C

Iniuriæ repulsio est de iure naturæ, & hoc quando incontinenti repellitur, nam postea intercidente mora, non vocatur repulsio iniuriæ, sed vindicta, 2. Regum 5.c.2.I

Iniurias proprias remittere perfectionis est, non tamē iniurias aliorum, 4. Regum 68.c.2.A

Et quando sit perfectionis, quòd prælati remittant iniurias, & quando non, vide ibid.

Iniuria absolute sumpta & si pertineat ad iniustitiam particularem, tamen si procedat ex cōcupiscentia, pertinet ad luxuriam, Mat. tomo 2 159.c.2.B

In iniuria sunt duo, scilicet, odium, quod habet quis ad iniuriantem, & ius quoddam agendi contra eum, ad condemnationem pro iniuria illata, primum tenetur dimittere iniuriatus, sed secundum non, Mat. tomo 3 75.c.3.H

Omnis iniuria vel damnum illatum homini, est contra Deum, Mat. tom. 5 79.c.4.G

Iniuriarum actio tollitur per dissimulationem, vel actus placidæ conuersationis, qui fuerint inter iniuriam passum, & iniuriantem, Matth. tomo 5. 104 c.1.B

Volenti nulla fit iniuria, Exod. tomo 1. 178.c.3.I

Iniuria maior, quæ fieri possit homini, qualis sit, Exo. tomo 1 178.c.3.H

Iniuriatus. Iniuria personali potest licite accusare iniuriantem ad iuris executionem, pœnam taxatam a lege, sed hoc non est licitum, nisi cum petitur ista punitio propter meliorationem illius, qui peccauit, ne fiat deterior, vel vt alij exemplū accipiant, secus tamen si faciat intentione vindictę in supplicijs alterius, quia vindicta non est appetenda, Genes. 372.c.1.B

Iniustitia. Iniustus.

De causa omnis iniustitiæ in commutationibus, Mat. tomo 6 275.c.1.C

Iniustitia duplex, scilicet, particularis, & legalis, 1. Regum tomo 2 11.c.1.B

De toleratione iniustorum, vide pulchram Augustini sententiam, Mat. tomo 4 62.c.3.F

Iniustum. Non possumus facere iniustum rebus irrationabilibus, Mat. tomo 5. 243.c.4.k

Iniustum & iustum consistunt circa bonum, & malū in dationibus, & acceptationibus, Matth. tomo 5. 180.c.1.A

Deus non facit nobis iniustum res nostras tollendo, quia illas possidemus precario, Matthæ. tomo 5. 244.c.1.A

Innocentia. Quomodo in statu innocentiæ homo esset incorruptibilis, Mat. tomo 7 146.c.4.F

In statu innocentiæ esset naturalis inclinatio ad cibū, sicut nunc, quia alias nesciret homo, quando comedere deberet, Genes. 108.c.4.k

Donum innocentiæ quid sit, & quid donum pœnitētiæ, Mat. tomo 5 71.c.4.H

In statu innocentiæ non esset fames, prout fames dicit cruciatum ex defectu cibi, similiter nec sitis, sed bene prout fames dicit appetitum cibi, & sitis desiderium potus. Et ista desideria essent regula ad sumendum cibum, & potus, Genes. 109.colum.1.A

Donum innocentiæ conseruatæ, ex parte sui, maius est quam donum pœnitentiæ, Matth. tomo 5. 72.col.1B

Innocentiæ donum, in se consideratum, maius est, quam donum pœnitentiæ, considerando tamen donum gratuitæ donationis, magis tenetur pœnitens ad gratiarum actiones, quam innocens. Et verum est, quòd nobilius donum est innocētis, quā pœnitentis, nō tamen sequitur ex hoc, quòd sit maius, Mat. tomo 5 71.c.4.K

Innocens. Minus tenetur Deo innocens, quā pœnitens, Matthæ. tomo 5. 71. colum. 4.k

Innocentem iniuste punire peius est, quam nocētem impunitum relinquere secundum iura humana, Genes. 370.c.4.H

Aliquem esse innocentem potest dupliciter intelligi, Exod. tomo 1 21.c.1.E

Nullus potest esse innocens apud Deum, licet bene apud proximum, Exod. tomo 2 169.c.3.K

Innocens quid sit, Mat. tomo 5 71.c.4.F

Aliqui innocentes aliquando puniuntur, iure humano propter pacem politiæ, Deuteronom. 6. colum. 2.E

Innocentes. Omnium innocentium, vel eorum, qui se reputant innocentes, modus est, & conditio ad fortissimas pœnas obligare se pro paruo, Genes. 379.c.2.A

Innocentes, quos occidit Herodes, non dicuntur perfecte Martyres, Matth. tomo 4 46.c.1.B

Innocentius. Fallitur Innocentius Tertius in cap. gaudemus, extra de diuortijs dicens vxorum pluralitatem semper fuisse illicitam, nisi alicui concederetur ex speciali reuelatione, vel dispensatione: cuius motiua referuntur, & improbantur 1. Reg. tomo 1 129.c.2.C

Innocentius Tertius quare restrinxerit priuilegiū religiosorum de decimis, Matt. tomo 6 228.c.3.G

De concilio celebrato sub Innocentio Tertio, Matt. tomo 6 218.c.2.B

Innocentius impugnatur ab Auctore circa illud, extra de diuortijs, capit. quanto, dicendo, quòd vir transiens ad aliud matrimonium, manente vxore in infidelitate, non cogetur recipere vxorem, quæ conuertitur, & tamen mortua secunda vxore, cogetur recipere primam, si tunc, quando infidelis vxor conuertitur iam esset mortua secunda. Nam in hoc sibi ipsi contradicit, & iuri. 1. Regum tomo 1. 120. colum. 1. A, Et dicit vlterius, quòd licet non sit matrimonium inter eos, tamen ex consequentia prioris matrimonij, & in fauorem fidei, cogitur vir illam recipere, quod etiam improbatur, ibidem 120.c.2.C

Innocentij Tertij referuntur dicta ad probandum pluralitatem vxorum esse semper illicitam, & improbantur, 1. Regum tomo 1 141.c.2.B

Innocentius Tertius cœpit præsidere Ecclesiæ anno a Natiuitate domini millesimo centesimo nonagesimo septimo, & præfuit annis decem, & octo, scilicet, vsque ad annum millesimum, ducentesimum, quintumdecimum, cui successit Honorius, & ita ab obitu Innocentij, vsque ad tempus nostrū, ait Auctor, non sunt nisi centum triginta septem anni. Et tunc erat lex de susciatione feminis inter Liuonienses, 1. Regum tomo 1 130.c.4.K

Innocentius Quartus commentatus est Decretalem Innocentij Tertij, capituli gaudemus, 1. Regum tomo 1 141.c.4.k

Cuius quædam dicta referuntur circa diuortium Iudæorum, & improbantur, ibid. 142.c.1.B

Innocentius Quartus fuit Papa, qui condidit aliquas Decretales, & ipse veluti peritus vir in iure. Commentatus est librum Decretalium, sed in illo commento, quantum ad multa improbantur ab alijs Doctoribus, 1. Regum tomo 1 147.c.1.E

Multa Innocentij Quarti non tenentur, immo improbantur

probantur a Doctoribus, 1. Regum to. 1. 147.c.1.D

Innouatio. In mundi innouatione tria fient, Mat. tomo 7 124.c.2.A

Innouatio mundi ad quid ordinetur, Matth. tomo 7 139.c.1.B

Innoxius. Duas habet significationes, Genes. 379.c.2.C

Inobedientia. Cõparatur idolatriæ, Deuteron. 44.c.3.K

Inobedientia potest dupliciter accipi, vno modo, vt est vitium vniuersale, alio modo, vt est particulare, primo modo est peior idolatria, secundo modo nõ est idolatriæ æqualis, 1. Regum tomo 2 11.c.1.B

Inobedientia legalis est maior omni vitio, eo quòd ipsa continet omne vitium, 1. Reg to. 2. 11.c.1.D

Omnis inobedientia de genere suo est peccatũ mortale, siue sit contra præcepta Dei, siue contra præcepta superioris. Contra Clericos concubinarios. 2.col 1.C

Inolitus. Idem est, quòd consuetus ab inoleo, quod significat venire in vsum, Leuit. 127.c.3.F

Inquilinus. Dicitur aliquis, q seruit alicui in aliquo paruo famulitio, & habitat cum illo, Leuit. 241.c.4.H

Inquisitores. Hæreticæ prauitatis erant in Hispania, tempore Abulensis, 2. Paralip. 230.c.1.A

Insanabilitas. Potest dupliciter considerari, Mat. tomo 6 141.c.4.G

Insanabilitas spiritualis, accidit multis in hac vita, consideratis viribus eorum, & circunstantijs, & dispositionibus vitæ, & operationis, &c. Deo tamen nullus homo est insanabilis, Mat. tomo 6 141.c.4.K

Insidiari. Insidiæ.

Iustum est insidiantem per insidias occidere, Exo. tomo 1 230.c.1.A

Insidiæ in bello iusto, sunt iustæ, Iosue tomo 1. 146. col.3.G.

Insidiæ in bello iusto non dicuntur fraudes, Iosue tomo 1 146.c.3.H

In solidum. Quod ponitur in procuratorijs instrumentis tantum valet, sicut integrum, Leuit. 133.c.3.G

Inspector. Deus est cordis inspector, Matth. tomo 7 14.c.1.B

Inspirare. De quo Gen. 2. Inspirauit in faciem eius, &c. Denotat animam hominis esse creatam a Deo, tanquàm ab ipso extra materiam corporis, Genes. 12.c.2.A

Inter inspirationem, & reuelationẽ proprie quid interfit, Iosue tomo 1 168.c.2.A

Inspirationes, quæ fiunt nobis a Deo, aliquando sunt in intellectu, & aliquando in voluntate, primæ sunt multum manifestatiuæ mouentis, & eius, ad quod homo mouetur, sed quæ fiunt in voluntate, sunt minus determinatæ, ita vt non plene intelligamus, an moueamur a Deo, vel ab aliquo alio, & ideo in his tutum est inquirere certitudinem per alium modum, scilicet, per orationem, vt Deus reuelet veritatem, vel per consilia peritorum, &c. & ita fuit in Ionatha filio Saulis, 1. Regum tomo 1. 217. colum. 3.I

Instans. Dupliciter accipitur, Matth. tomo 6. 86.c.2.D

Instans temporis differt ab instanti æternitatis Iosue tomo 2 16.c.2.A

In instanti temporis quomodo Deus esse dicatur Iosue tomo 2 16.c.2.E

Instans non potest esse mensura, Exod. tomo 1. 68. colum. 1.A

Instans copulans non est ens reale, quod aliquid ponat, sed solum aliquid conceptum a nobis, vt melius intelligamus certitudinem temporis, Exod. tomo 1 68.c.1.A

Quare Deus dicatur operari in instanti, Exo. tomo 1. 68.c.1.E

Angelus non potest operari in instanti, neque Deus talem virtutem communicare creaturæ, sicut nec potentiam creandi, Exod. tomo 1. 67. col. 3.I, Mat. tomo 6 86.c.2.E

Motus localis erit in instanti, Deo authore, Matth. tomo 6 87.c.2.C

In instantaneis idem est fieri, & factum esse, Mat. to. 7. 253.c.1.A

Non datur vltimum instans rei permanentis, nam si daretur &c. sequeretur vnum de duobus, vel quod duo instantia essent immediata, idest, sine tempore medio, vel genitum non succederet corrupto, sed quòd erit tempus medium, in quo materia, nec esset sub forma corrupti, neque sub forma geniti, & si detur primum instans non esse rei permanentis, nullum sequitur inconueniens, Matthæ. tomo 6. 87.c.4.K

Instruere. Quomodo Deus per multa media homines instruat, Matth. tomo 5 27.c.3.F

Instrumentum. Quare instrumentum non assimilet sibi effectum, Mat. tomo 4 183.c.3.H

Instrumenta musica pulsabantur coram domino in veteri testamento propter duo 2. Regum 35. colum. 3.G.

Inter instrumentum, & rem productam, vel ipsum passum solum est similitudo proportionis, & non oportet, quòd sit in forma, sicut nec instrumentũ, & principale agens &c. Matthæ. tomo 4. 183. colum. 3.I

Inter instrumentum, & principale agens, quid interfit, Mat. tomo 4 182.c.2.C

Instrumenti actus magis ostendit virtutem mouentis quam instrumenti, Mat. tomo 7 134.c.2.B

Corpora sunt instrumenta bonarum, & malarũ operationum, Mat. tomo 7 268.c.3.G

Insula. In insula Taprobane est duplex ver, duplex hiems, duplex fructificatio arborũ in quolibet anno, & hæc insula est iuxta æquinoctialem, Genes. 7.c.1.E

Sunt quædam insulæ in India, scilicet, Chryse, & Argyria Auro, & Argento refertę, in quibus dicuntur esse montes aurei, quos Gryphes, & Leones custodiunt, & de terra ista deferebat aurum classis, Hyrã, & Salomonis, & terra ista vocatur terra Ophir, de qua 3. Reg. 9. Genes. 14.c.3.G

Sunt quædam insulæ in Hibernia, in quibus homines non moriuntur, Genes. 13.c.1.E

Insularum fortunatarum situs numerus, & nomina, Genes. 84.c.2.C

Insularum fortunatarum, præcipua est Canaria, quæ licet multum laudetur, parum laudis habet, Genes. 84.c.2.C

Insula Tyle vltima est in toto orbe versus polum arcticum, Exod. tomo 1 170.c.1.E

Intellectio. Animæ separatæ fit sine abstractione a phantasmatibus, sed solum per influxum substantiarum superiorum, Mat. tomo 7 193.c.2.A

Intellectio animæ coniunctæ, & separatæ, eadem est specie, Mat. tomo 7 195.c.4.F

Anima noſtra, dum eſt in corpore, ad quamcunque intellectionem ſe conuertit ad phantaſmata, Mat. tomo 7 195.c.3.F
Duplex eſt intellectio animarum ſeparatarum, Matt. tomo 7 212.c.1.D
Intellectio eſt in ſola anima, Matthæ. tomo 7. 216. colum. 4 G

Intellectus. Docilis, in quo aſſimiletur terræ molli, & in quo non, Geneſ. 8. col 4 H
Intellectum paruum habet mulier ex natura, Geneſ. 228 c.1.A
Intellectus eſt primum principium operatiuum in homine, Geneſ. 219.c.4.K
In intellectu docili ſunt duo principia, actiuum, ſcilicet, quo eſt omnia facere, & paſſiuum, quo eſt omnia fieri, ſcilicet, intellectus agens, & intellectus poſſibilis, & non denominatur ingenium docile ab intellectu poſſibili, ſed ab intellectu agente, Geneſ. 9.c.1.A
Quilibet intellectus ſiue docilis ſiue non docilis, ſi aliquid intelligit, ſeipſum in actum reducit, ſed intellectus docilis ſine diſponente exteriori, & intellectus non docilis, nunquam ſine agente exteriori, Geneſ. 9.c.1.A
Intellectus eodem modo indiget docente, ſicut mobile indiget remouente prohibens, Geneſ. 9. colum. 1.B
Intellectus dicitur captiuari, cum renitens ſubditur alicui veritati, quæ euidenter probatur, ſiue per ſcripturam ſiue per miraculum, & per iſta duo, omnis intellectus captiuatur, Geneſ. 9.c.2.D
Intellectus noſter non eſt in potentia naturaliter ad intelligendum Deum, quia illius non habet naturalem capacitatem, cum excedat intellectum noſtrũ, quia Deus eſt infinitus, & ſic nõ eſt proportio, Geneſ. 31.c.1.B
Intellectus dicitur oculus æquiuoce, Geneſ. 19. colum. 1.A
Aliqui cibi acuunt intellectum indirecte, & de per accidens, Geneſ. 96.c.1.C
Intellectus ſufficiẽter ſignificatur per oculum, Gen. 173.c.2.C
Intellectus non intelligit ſeipſum per ſe, ſed per alia, ideſt, per res, quas cognoſcit, intelligit, & per intelligere cognoſcit ſeipſum, ſcilicet, per obiecta cognoſcit actus, & per actus cognoſcit potentias, Geneſ. 174.c.3.G
Intellectus noſter non eſt natus intelligere ſe per ſe, ſed per aliud, Geneſ. 174.c.4.K
Intellectus diuini, & creati diſcrimen, Geneſ. 176. colum. 1.E
In intellectu contingit obſcuritas ſiue ænigma tripliciter, primo ex conditione intellectus, ſecundo ex modo intelligendi, tertio ex aggrauatione carnis, Geneſ. 176 c.1.C
Intellectus & voluntas differunt quantum ad appetere & intelligere, Mat. tomo 6 132.c.3.H
Intellectus & ſenſus quomodo differunt, Mat. tom. 7. 190 c.1.B,& 210.c.1.E
Intellectus eſt in potentia ad omne ens, Mat. tomo 7. 193.c.2.C
In anima ſeparata manet intellectus agens, & poſſibilis, Mat. tomo 7 194.c.1.C
Docens non pertingit ad intellectum, Mat. tomo 7. 203.c.1.B
Forma in intellectu eſt indiuiſibilis, Matth. tomo 7. 204.c.4.G
Intellectus agens non poteſt eſſe forma intellectus poſſibilis, Mat. tomo 7 205.c.3.K
Tanta eſt virtus intellectus intelligentiarum ad intelligendum, quanta eſt ſpecierum ad repreſentandũ, Mat. tomo 6 210.c.1.C
Quomodo intellectus cognoſcat ſingularia, Mat. to. 7 214.col.1.B
Quomodo quod intellectus iudicat, volũtas exequatur, Mat. tomo 7 214.c.2.A
Intellectus ſecundum ſe eſt inſatigabilis, Exod. tom. 1 174.c.1.E
Fatigatur autem per accidens ibidem c.2.E
Intellectus ad actualem intellectionem requirit actualem conuerſionem ad phantaſmate, Exo. tomo 1. 174.c.2.C
Intellectus non requirit medium proportionatum in intelligendo, bene tamen ſenſus ad ſentiendum, Mat. tomo 7 215.c.1.C
Intellectus eſt in potentia naturali ad ſola naturalia intelligenda, Mat. tomo 7 227.c.4.F
Intellectus inæqualitas dupliciter contingit, Matth. tomo 7 231.c.4.k
Perfectio intellectus Chriſti eſt in duobus, Mat. to. 7. 213.c.1.C
Inter intellectum diuinum, & creatum duæ ſunt differentiæ, prima quòd intellectus diuinus naturaliter videt diuinam eſſentiam, per ipſam eſſentiam, ſed intellectus beatorum videt Deum per eſſentiã, ſed nunquam efficitur ſibi naturale, ſed per lumen gloriæ &c. Secunda, quòd intellectus diuinus adæquat eſſentiam, intellectus vero creatus non, qui licet intelligat diuinam eſſentiam, finite tamen intelligit, & non infinite, Geneſ. 176.c.1.E
Intellectus humanus differt ab intellectu angelico, quia intellectus humanus accipit cognitionem inquirendo, & non habendo, & accipit non ſimul, ſed per continuum, & tempus, vel cum continuo tempore, & intellectus Angelicus accipit ſimul, & non per diſcurſum. Geneſ. 176.c.2.A
Sicut intellectus in homine eſt primum principium operatiuum, quem ſequitur appetitus per electionem. Et ipſam electionem ſequuntur membra &c. Ita in animalibus primum principium operatiuum eſt æſtimatiua, cuius apprehenſionem conſequitur appetitus &c. Geneſ. 219.c.4.K
Intellectus noſtri perfectio attenditur ſecundum perfectionem phantaſiæ, & organorum cognitiuorũ, non quòd illis ſit alligatus, vt potentiæ materiales, ſed quia operationes iſtorum præſupponit ad ſuam intellectionem &c. Geneſ. 321.c.3.I
Intellectus noſter habet vltimum gradum in ſubſtantijs ſpiritualibus, Exo. to. 1 167.c.4.k
Intellectus noſter comparatur ſpeculo, Exo. tomo 1. 264.c.3.G
Intellectui diuino tantum, & amplius repugnat ſucceſſio, quantum intellectui noſtro extenſio, Exo. tomo 1 265.c.1.A
Intellectui diuino ſunt cunctæ res præſentes, licet intelligat eas futuras, Exod. tomo 1. 264.c.4.k
Si intellectus noſter haberet omnium rerum ſpecies concreatas, non indigeret organis ad intelligendum, ſicut nec Angeli, Exod. tomo 1. 283. colum. 4.K
Intellectus noſter ita eſt in potentia, quòd habet etiam aliquid, quo ſe in actum alicuius intellectionis reducere poſſit &c. Exod. tomo 1. 286. colum. 2.B
Intellectus, habet radicem libertatis principiatiue, & voluntas formaliter, & completiue, & intellectus eſt ſimpliciter principium actus humani. Sed voluntas eſt ſecundarium, & per conſequens &c. Exod. tomo 1 287.c.1.E

Intellectus noster est in potentia omne intelligibile, & tamen non potest intelligere actualiter, nisi reducatur de potentia ad actum, quæ reductio fit per principium agens, &c. Exodi tomo 1. 287.c.2.E
Intellectus noster habet quoddam lumen sibi inditū, de quo dicitur in Psal.4.signatum est super nos lumen vultus tui, &c. quod lumen vocamus intellectum agentem, seu virtutem agentem, sed quia paruum est non reducit nos in actum omnium intelligibilium, sed tantum in ea, quæ facilioris sunt cognitionis. Et ista sunt illa complexa, quæ fundantur super terminos, inter quos facilis est habitudo ad cognoscendum, vt inter istos duos terminos mentales, totum, & pars, &c. Exodi tomo 1. 287.c.3.F
Intellectus dicitur esse in actu primorum principiorum, quia ista prima principia cognoscit per paruum lumen illud intellectus nostri, non adhibito aliquo alio lumine alicuius exterioris principii, vt Magistri, vel Dei, &c. Exodi tomo 1.287.c.3.k.& 288.c.1.C
Intellectus noster non est in actu conclusionum naturaliter, sicut in actu principiorum, quia non sufficimus per lumen intellectus nostri reducere nos de potentia intelligendi, ad esse actu intelligentes ipsas conclusiones, sed ad hoc indigemus lumine alicuius intellectus exterioris, per quod intellectus noster excitetur, vt ipsa intelligibilia faciliora reddātur, & propter hoc habemus magistros, &c. Exodi tomo 1. 287.c.4.G
Intellectus noster prę supponit ad actum suum, actum organicum, ita vt nihil intelligere valeat, cuius speciem non acceperit per organa directe, vel indirecte, &c. Exodi tomo 1 288.c.3.G
Intellectus agēs, & possibilis nō sunt duo intellectus, & duę potentiæ, quia sunt idem realiter, sed distinguuntur ratione, &c. Exodi tomo 1. 285.c.3.H
Nec intellectus agens intelligit, neque intellectus possibilis, sed intellectus, Exodi tomo 1. 285.colum.4.F
De intellectu agente, & possibili, Exodi tomo 2. 106.c.2.C
Et quomodo intellectus agens in quibusdam est maior, & in quibusdam minor, secundum quòd Deus voluit communicare vni maius lumen, per quod reducat se ad actum, & alteri minus. Et hoc est potissima causa subtilitatis naturalis, Exodi tomo 2, 106.c.2.D
Propter acumen intellectus tenemur multas Deo agere gratias, Exodi tomo 2 106.c.4.F
Et si aliqui dicant, quòd cum Deus naturaliter agat, non intendit nobis bene agere, falsum dicunt, Exodi tomo 2 106.c.4.H
Intellectum vocat Aristo. potentiam cæcam, quia nō mouetur nisi ad id, ad quod obiectum mouerit, Leuit. 31.c.2.E
Intellectus non potest cognoscere res maiores se naturaliter, nisi cum maiori lumine, bene tamen minores, neque seipsum cognoscere potest, nisi ex quadam reflexione, Iosue tomo 2 23.c.2.A
Intellectum hominis esse quid diuinum, & ipsum solum productum ab extra, fatetur Aristotelem in libro De Animalibus, Deuteronomio, 171. colum.2.D
Quomodo obiectum intellectus sit vniuersale, vel quod quid est, exponitur, Iosue tomo 2. 37.colum.2.A
Omnis actus intellectus incomplexus est abstractiuus, nec abstrahere est depurare species a conditionibus materialibus, vt quidam satis imperite opinantur, &c. Iosue tomo 2 38.c.1.D
In intellectu collocauit Aristotel. summum bonum, 10. Ethico. 3 Regum, 89.c.2.E
Intellectus dicitur habitus speculatiuus principiorū, 1 Paralipom. 296.c.2.E
De quinque habitibus intellectus, & eorum differentia, 2. Paralipom. 9.c.3.H
Licet intellectus non dependeat ab organo quantū ad actum, dependet tamen aliquo modo quātùm ad obiectum, &c. Matthæi tomo 1 252.c.3.K
Intellectus agens dicitur lumen intellectus possibilis, Matthæi tomo 2 35.c.2.E
Inter intellectum agentem, & lumen gloriæ assignatur conuenientia, & differentia, Matthęi tomo 2. 38.c.1.D
Intellectus obligat hominem, & non voluntas, Matthęi tomo 2 205.c.3.k
Intellectus speculatiui sunt tres actus, scilicet, simplicium apprehensio, compositio, & diuisio, discursus, & ratiocinatio, non tamen intellectus practici, Matthæi tomo 3 53.c.4.G
Solius intellectus est ordinare, Matthæi tomo 3. 217 c.2.D
Intellectus cuiuslibet hominis dependet a Deo, quātum ad duo, Matthæi tomo 5 147 c.4.G
Ad solum intellectum pertinet actus reflexio, Matth. tomo 3 56.c.1.A
Intellectus, licet sit virtus absoluta a corpore, dependet tamen ab organo, quo ad operationem, &c. Matthæi tomo 3 169.c.4.G
In nostrum intellectum possunt Angeli boni imprimere aliquid directè, non tamen dęmones, Matthæi tomo 3 170.c.1.B
Intellectus, & voluntas in seipsis nunquam possunt perturbari, Matthæi tomo 3 170.c.3.G
Intellectum humanum possibilem comparat Aristoteles materiæ primæ, & tabulæ rasæ, 3. de Anima, Matthæi tomo 3 260.c.4.G
Industria sapientia, & quælibet perfectio intellectus a Deo est, Matthæi tomo 3 261.c.2.A
Intellectus est indeterminatus ad iudicandum hoc, vel illud esse bonum, Matthęi tomo 3 262.c.4.F
Intellectus diuinus non vilescit intelligendo singularia, Matthæi tomo 3 261.c.2.D
Intellectus non potest diuersis speciebus assignari, Matthæi tomo 5 36.c.1.A
Intellectus agens est virtus, per quam intellectus reducitur ad actum aliquorum intelligibilium, sine aliquo educente, Exodi tomo 1 285.c.3 H
Intellectus agens non est vnus omnium, sed cuilibet est suus intellectus agens, & est quædam potentia, vel vis animæ rationalis, Matthæi tomo 5, 147.c.3.F
Intellectus in via non potest immediate, & per essentiam Deum videre, sed voluntas potest ipsum immediate, & per essentiam diligere, Matthæi tomo 6 132.c.1.D
In intellectum non venit Deus prius in statu viæ, sed posterius, cum non veniat in sensum, Matthæi tomo 6 132.c.3.H
Intellectus dicitur velocior quàm affectus, inquantum præcedit semper affectum. Et tamen non sequitur quod magis pertingat ad rem intellectus in cognoscendo, quàm affectus in amando, &c. Matthæi tomo 6 132.c.3.I
Inter intellectū possibilē, & passiuū quid interfit secūdum Aristo. Matthæi tomo 7 193.c.2.E
Intellectus agens, & possibilis quomodo faciāt ad intellectionem in anima separata, Matthæi tomo 7. 194.c.1.C

In intellectu possibili tripliciter sunt species intelligibiles,&c. Matthęi tomo 7 194.c.3.F
Cum dicitur, quòd intellectus non est singularium, accipitur singulare pro indiuiduo, vt est indiuiduũ distinctum per materiam, vel habẽs materiam, sed singulare prout est incommunicabile non repugnat intelligi, quia ipse intellectus est singularis, cũ sit actu existens,& species, per quam fit intellectio, est singularis,&c. Matthęi tomo 7 199.c.1.E
Intellectui conuenit cognitio omnis sensus, saltem eminenter, sed non è contra, Matthæi tomo 7. 210.c.4.D
Intellectus prius beatificatur quàm voluntas, Matth. tomo 7 230.c.3.F
Qui secundum intellectum operantur, nihil operantur, nisi fine præsuppositio, Parado. 10.c.2.C
Intellectus nullo modo potest fatigari in actibus suis, & si aliqua fatigatio sentiatur, non est ipsius intellectus, sed quia organicæ potentiæ fatigantur, scilicet phantastica, quæ est vis corporea, & fatigatur, Paradoxa. 44.c.3.H
Intellectus non potest formare cognitionem, nisi actualiter conuertatur cum potentia phantastica super species in phantastica cella manẽtes, Paradoxa, 44.c.3.I
Si intellectus noster non audiret esse quosdam spiritus incorporeos, & multa alia, quæ ministerio sensuum cognosci non possunt, nec Deus talia esse reuelaret. Et darẽtur ei omnes res corporeæ vniuersi ad intuendum, ita vt perfectè cognosceret tam elementa, quàm elementata, & cœlestia corpora cũ omnibus conditionibus eorum,& causis,& c. tunc quiesceret intellectus, nihil vltra inuestigans, nec cognoscere desiderans, nec etiam naturaliter est in potentia ad ampliora inuestigandum, aut intelligendum,&c. Parad. 120.c.4.H
Intellectus acumen consistit in duobus: primò in quodam lumine intellectus agentis: secundò in dispositione organorum phantasticorum subseruientium intellectui, &c. Ecce Virgo concipiet, 6.c.4.I
Intellectus habet duplicia organa, quæ ad intelligendum pręsupponit, scilicet, sensus interiores, & exteriores, Ecce Virgo. 7.c.1.B
Intellectus noster pro statu viæ præsupponit virtutes organicas ad intelligendum. De Optima Politi. 5.c.3.I
De intellectus agentis lumine. Ecce Virgo concipiet. 6.c.4.k

Intelligens. Intelligentem oportet phantasmata speculari. Ar.3. de Anima.i. necesse est, quod ille, qui actualiter intelligit, dum actualiter intelligit, conuertat se actualiter super phantasmata,&c. Exo.tomo 1.288.c.3.H.super Ecce Virgo concipiet.7.colum.2.A.& De Opt.Polit. 5.c.3.I

Intelligentia. De prima intelligentia, & eius octo proprietatibus tractat Philosophus in duodecimo Meta. & consequenter de aliis intelligentiis,&c.Gen. 366.c.3.G
Intelligentiæ secundum positionem communem omnium Philosophorum rationabiliter loquentium non agunt, nisi mediante motu cœli, vel aliquo alio pręsuppositio, vt habetur 12.Meta. Exodi tomo 1. 44.c.4.I
Quinquagintaquinque intelligentias ponit Aristoteles 12.Metaph.in corporibus cœlestibus, iuxta numerum motuum, quia tot motus reperiebat in cœlo, Exodi tomo 1. 271.c.3.K
Prima intelligentia secundum Aristotelem, & alios Philosophos non est infinita in virtute, nec in essentia, sed solum duratione, nec est potẽs mouere omnes orbes, immo nec potest mouere terram, vt patet 2.de cœlo.ideo terra non mouetur, quia non est aliqua potentia potens eam expellere extra medium mundi. Sed nos primam intelligentiam, id est, Deum dicimus esse infinitæ virtutis, &c. Exodi tomo 1 273.c.4.G
Prima intelligentia secundum Philosophum 12. Metaph.nullum orbem mouet, sed bene 2.3.4. &c. Prima tamen intelligentia mouet alias intelligentias ad mouendum in ratione finis, sed aliæ intelligentiæ mouent orbes in ratione causæ efficientis; prima mouet in ratione amantis & desiderantis; sed prima intelligentia secũdum fidem etiam mouet in genere causæ efficientis, &c. Exodi tomo 1. 275.c.4.F
Primam intelligentiam esse summè gaudiosam, & in seipsa delectari, dixit Aristo.12.Metaphy.Leui. 14.c.1.B
Intelligentia est in solo Deo, & illa eminenter continet intellectum tam angelicum, quàm humanũ, Iosue tomo 2 38.c.2.D
Intelligentiæ mouentes cœlum, secundum Aristote. 12.Metaphy.mouent secundum totum suum conatum, idest, tantum, quantum possunt, & quandiu possunt: & ex hoc accepit regularitatem illarum motus, scilicet, quòd mouent quantum possunt. Et vires earum sunt limitatæ, & infatigabiles, quia immateriales. Catholici tamen dicunt intelligentias mouere orbes per libertatem ex imperio primæ intelligentiæ, idest, quantum illa iubet, & vult,&c. Matthæi tomo 6 82.c.4.F
Intelligentia cognoscitur ab anima separata per speciem impressam,& non per speciem abstractã,&c. Matthæi tomo 7 199.c.1.B
Ordo naturalis intelligentiis referuntur, Matthæi tomo 7 191.c.3.k
Intelligentiæ cognoscunt naturaliter Deum per speciem impressam, & non abstractam, Matthęi tomo 7 199.c.1.C
In qualibet intelligentia formæ intelligibiles sunt tanto pauciores, quanto lumen intellectus est maius, Matthæi tomo 7 202.c.2.A
Anima vnita habet intelligentiam a phantasmate, & anima separata ab intelligentia naturaliter, Matth. tomo 7 205.c.4.G
Quomodo species in intelligentiis sint formæ ordinis vniuersi, Matthæi tomo 7 207.c.2.C
Tanta est virtus intelligentiarum ad intelligendum, quanta est specierum ad representandum, Matthęi tomo 7 210.c.1.C
Quanto intelligentia est sublimior, tanto limpidius intelligit, Matthæi tomo 7 214.c.2.C
Quare nunc non recipiamus influxus ab intelligentiis, Matthæi tomo 7 220.c.4.k

Intelligere. Impossibile est Deum intelligere præterita, & futura, per modum pręteriti, & futuri, &c. Sed necesse est eum intelligere omnia modo præsentaneo, Exodi tomo 1 264.c.2.A
Quid sit intelligere res per modum præsentis præteriti, & futuri, Exodi tomo 1. 264. columna 4.k
Nihil intelligeret, qui potentiis organicis careret. Exodi tomo 1 284.c.A
Ad bene intelligendum adiuuant cibi conuenientes, & disconuenientes nocent. Et pręcipue vini superabundantia totaliter destruit, &c. Exodi tomo 1. 289.c.1.A

Vinum interdum iuuat ad intelligendum, si temperate sumatur, maxime quantum ad quasdam complexiones corporum, &c. Exodi to. 1. 289.c.1.C
Dupliciter res intelliguntur, scilicet, naturaliter, aut metaphysicaliter, Exodi tomo 1 264.c.1.A
Intelligentem non vilificat res vilis intellecta, sed bene voluntatem, &c. Matthęi tomo 3 261.c.3.F
Qui legem non intelligit, non potest eam obseruare, Matthęi tomo 5 79.c.2.E
Ad intelligendum aliquod verum siue proportionatum intellectui, siue non, intellectus non indiget gratia gratificante. Ad intelligendum tamen vera non proportionata, indiget gratia gratis data, sed non ad intelligendum vera sibi proportionata, Matthęi tomo 5 147.c.2.E
Intelligendo quomodo indigeat homo auxilio diuino, Matthęi tomo 5 147.c.3.k
Deus mouet ad intelligendum, Mat. to. 5. 148.c.1.E
Deum intelligere res præteritas, & futuras per modum futuritionis, & præteritionis, Exodi tomo 1. 264.c.2.A
Inter intelligere, & cogitare quid interst, Matthæi tomo 5 148.c.2.E
Exponitur illud Phil. contingit plura scire, vnum tamen intelligere, Matthæi tomo 7 106.c.4.G
Duplex modus intelligendi potest remanere in anima separata, Matthæi tomo 7 191.c.2.E
De plenissimo modo intelligendi animarum beatarum, Matthęi tomo 7 192.c.1.C
Quanto spiritus est exellentior, tanto pauciorbus speciebus indiget ad intelligendū, Mat. to. 7. 192.c.2.E
Duplex impedimentum habet anima ad intelligendum, Matthæi tomo 7 193.c.4.F
Phantasma in actu intelligendi est, sicut terminus a quo, Matthæi tomo 7 195.c.3.K
Duo semper concurrunt ad intelligere, vt representatiua, Matthęi tomo 7 196.c.4.H
Anima separata potest duobus modis intelligere substantias abstractas, Matthæi tomo 7 197.c.4.I
An anima humana per tot species intelligat, quot sunt res intelligibiles, Matthęi tomo 7 202.c.2.E
Quare non possumus intelligere plura simul, Matth. tomo 7 205.c.2.A
Deus per essentiam suam plura intelligit, quàm aliquis alius, Matth. tomo 7 206.c.4.F
Quomodo sit verum, quod quicunque intelligit intelligentem omnia, quòd etiam intelligat omnia intellecta ab eo, Matthæi tomo 7 207.c.1.A
Tanta est virtus intelligentiarum ad intelligendum, quanta est specierum ad representandum, Matthęi tomo 7 210.c.1.C
Anima separata non vtitur organo ad intelligēdum, Matthęi tomo 7 210.c.3.H
Intellectus humanus imperfectè intelligit per species ab intelligentiis influxas, Matthæi tomo 7, 221.c.1.C
Per intelligere tendit res in intellectum, & per appetere tendit voluntas in res, Matthęi to. 6. 132.c.3.H
Ad intelligendum requiruntur dispositio, & existentia organorum sensuum corporis. super Ecce Virgo concipiet, 7.c.1.B. & De Opt. Polit. 5.c.3.I
Ad intelligendum necessariæ sunt potentiæ sensitiuę, non per accidens, tanquam excitantes, vt Plato dixit; neque vt disponentes, sicut dixit Auicenna; sed per se sunt necessariæ, vt representantes intelligibile animæ intellectiuæ, quod est proprium obiectum eius, Matthæi tomo 7 191.c.1.E
Ad intelligendum formam immaterialem debet esse prius discursus per multa media, &c. Matthæi tomo 7 208.c.3.K

Intelligibile, & Intellectuale.

Obscura reducuntur statim intelligibilia multipliciter, Matthęi tomo 6 184.c.4.F
Omnium intelligibilium est vna forma intellectualis in Deo; per quam omnia eminenter representantur, Matthęi tomo 7 202.c.1.A
Forma intellectualis secundum se non est determinata, Matthæi tomo 7 205.c.1.C

Intemperatus. Nunquam pœnitet, Genesis, 36.c.2.A

Intemperati errant in vniuersali, incontinentes autē in particulari Genesis, 166.c.4.k

Intempestum. Est pars quædam noctis, circa mediam noctem, quando homines valde grauantur somo. Et vocatur intempestum, idest, non tempus, scilicet, quia tunc non est tempus ad faciendum aliquid, &c. 3. Regum, 37.c.1.A

Intensio. Non solùm fit per recessum a contrario, sed etiam per accessum ad terminum naturæ suæ, Matthæi tomo 4. 238. colum. 1.C

Intensio in actu amandi, non fit propter conditionem obiecti, quod, scilicet, sit valde bonum, sed propter habitudinem eius ad amantem, &c. Mat. tomo 6 153.c.4.k

Intentio. Intentioni debent verba seruire, & non intentio verbis, vt habetur extrà, de verborum significatione, capitulo intelligentia, quia verba fuerunt inuenta ad significandum mentis conceptum, 1. Periherme. Genesis, 253.c.2.E

Intentionem fuisse prohibitam in veteri testamento, sicut manus: probatur per illud Leuiti. 19. Nec oderis fratrem tuum in corde tuo, Leuiti. 190.c.2.E
Intentio humana recta dirigitur in finem supernaturalem per fidem, & charitatem, & in finem naturalem speculatiuum, per sapientiam, & in actiuum per prudentiam, Matthæi tomo 3. 104. colum. 1.E
Intentio recta facit opus esse bonum, quod alias erat bonum ex genere suo; opus vero malum intentio bona non potest facere bonum. Intentio verò mala semper facit opus esse malum, idest, inordinatum, siue illud esse bonum, siue malū, Matthæi tomo 3. 104.c.4.K. & Num. tomo 2. 39.c.4.G

Intercalatio. Intercalationem vocamus nos vulgari vsu, bissextum, Exodi tomo 1 71.c.1.E

Intercalare quid significat, Defen. 51.c.4.G

Intercedere. Ad intercedendum non debet mitti ille, qui displicet, iuxta illud, cum is, qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad iracundiam prouocatur. 3, q. 7. cap. in grauibus, &c. Contra cleri. Concubin. 8.c.3.G. Matthæi tomo 4 184.c.1.D

Intercessio mali sacerdotis quando prodest, & quando non, Matthæi tomo 4 184.c.3.G

Interdictum. Interdicti sententia potest poni supra locum, vel communitatem, etiam si pauci de communitate peccauerint. Interdum tamen non ligat singulos, quando, scilicet, ponitur supra locum, & non supra personas, &c. Matthæi tomo 2. 240. colum. 4.K

Interdictum non est pœna directa, sed est quoddam incitatiuum, ad hoc, quòd populus vel cōmunitas cogat peccātes cito satisfacere pro peccato. Et

non est pœna personalis directè, quia pœna ponitur super locum, & non supra personas, secus de excõmunicatione, &c. Matthæi tomo 2 244.c.4.k

Interficere. Seipsum licitum est in casu, in quo quis ad id moueatur instinctu Spiritus sancti, &c. Matth. to. 4. 45.c.3.H

Reliqua de interficere vide in dictione, Occidere.

Interiectiones. Non sunt voces determinatę linguæ, nec aliquid determinatè significant, sed sunt ad innuendos affectus, &c. Iosue tomo 1 127.c.1.B

Interius. Ad interiora non peruenit corpus, sed species corporis, Matthæi to. 7. 213.c.4 H

Interpres. Inter interpretem, & Prophetam quid interfit, Gen. 36.c.4.K

Ad interpretem duo requiruntur, scilicet, eruditio, & intelligentia, quòd, scilicet, intelligat sententias eorum, quæ transfert: alias etiam si verbis abundet, falsum transfert. secundum est copia verborum. s. quòd sciat bene linguam illam, in quam vult aliquid conuertere, ne per defectum vocabulorum res impropriis nominibus exprimantur, quod magnam facit confusionem, &c. Gen. 77.c.1.A

Interpretes factę Scripturę ante Christi aduentum erant audientes solam sacram Scripturam, & non videntes, nos autem videmus eam impletam, & ideo transferentes citius transferunt, Genesis, 37.c.3.K

De septuaginta interpretibus vide in dictione, Septuaginta.

Interpretari. Optimum genus interpretandi est non semper verbum ex verbo, sed sensum ex sensu transferre, Iosue tomo 2, 189.c.2.E.1.Regum tomo 2. 154.c.1.B

Interpretari aliquid ad deteriorem partem stat dupliciter: vno modo ex quadam suppositione, scilicet, quando quis vult remedium apponere aliquibus malis, quæ timentur, quia tunc debet interpretari id, quod deterius potest accidere ad hoc, quòd remedium firmius apponatur. Alio modo definiendo illud sic esse, quando non est talis res, contra quam non oportet remedium quærere. Et si sit iudicium de persona debet interpretari in meliorem partem, &c. Matthęi tomo 3 117.c.3.H

Interpretatio. Benignè facienda est, vt patet extra de regu. iur. ca. estote. & de iure iurân. cap. ad nostram. Num. tomo 2. 138.c.4.I

Interpretatio est translatio sermonis de vna lingua in aliam. 1. Paralip. 15.c.3.k

Interpretatio, & interpretatum non differunt tanquã diuersa nomina, vel orationes, sed solùm, vt nomina idem significantia in diuersis linguis, Matthæi tomo 4 169.c.2.B

Interruptio in histo. Interruptiones historiarum in sacra Scriptura fiunt rationabilius, quàm fieri possunt, quia Spiritu sancto dictante. Exo. to. 1. 96.c.1.A

Intestina. Ad naturam pellis declinant, &c. Exodi tomo 1 75.c.4.G

Intestina eams immolabantur Dianæ a Gętibus, Exodi tomo 1 54.c.2.A

Intestina aĩalis, & pedes illius aĩalis qđ offerebaĩ in holocaustũ, lauabaĩ, & nõ alię partes, cuius assignatur ratio Leui. 12.c.4.F

Intimum. Nihil magis intimum ipsis rebus, quàm Deus, Gen. 56.c.1.B

Inuectiua. Inuehitur Auctor contra Moabitas prostituentes filias suas genti alienigenæ, &c. Nu. tomo 2. 70.c.3.K. & 64.c.1.A

De inuectiua Auctoris in Amnon. 2. Reg. 78.c.2.E

Inuenire. Inuentum. Ea, quæ inueniuntur, quando dicuntur esse præoccupantis, & quando non, Matthęi tomo 4 63.c.3.K

Inuentam rem si quis dedit pauperibus, & postea inueniatur dominus, quid agendum, Matthæi tomo 3 25.c.4.k

Tres sunt modi inueniendi aliquid in pluribus, Matthęi tomo 6 73.c.3.F

Duo requiruntur ad hoc, quòd res inuentas teneamur restituere. Primò, quòd res inuenta non habeatur pro derelicto: secundò, quòd dominum habeat, vel habere putetur. Et defficiente aliquo istorum, res inuenta efficitur ipsius inuentoris, Matth. tomo 4 278.c.2.D

Circa res inuentas, quæ res pertineat ad inuentorem, & quæ non, vide distinctionem S. Tho. Matthæi tomo 3 25.c.1.E

Inuidere. Inuidentia. Inuidentia, quę est peccatum in Spiritum sanctum non est quæcunque inuidia, sed inuidia charitatis alienæ, vel gratiæ, Matthęi tomo 4 23.c.1.D

Animæ damnatæ inuident viuentibus, Matthæi tomo 7. 272.c.1.D

De inuidentia, quæ est peccatum in Spiritum sanctũ, Matthęi tomo 4 22.c.4.G

Ciues ciuibus inuidere naturale est, Matthæi tomo 4, 69.c.4.I

Inuidia. Non est nisi eorum, qui in aliquo cõmunicant, aut communicare possunt, quãtum ad id, in quo est communicatio, &c. Genesis, 159.c.1.B

Omnem inuidiam a Deo relegatam esse dixit Plato in Timęo. & Boetius 3. de Consolatio. Metro. 9. Genesis, 171.c.4.F

Inuidia multis malis prębet introitum, Genesis, 295.c.1.A

Sola miseria caret inuidia, & de inuidia referuntur quædam carmina Nasonis Libro Metamor. Gene. 301.c.4.F. Matthęi tomo 7. 275.c.4.H

Inuidiæ effectus est nocere illi, cuj inuidet, Genesis, 301.c.4.F

Inuidia nascitur a magno bono cõspecto & existimato, Genesis, 349.c.1.A

Volens inuidiam propulsare a domo sua, si sit dominus, vel Prælatus, etiam si aliquem specialius, & obnoxius diligat. Nulla tamen amoris specialis demõstret insignia, nisi cum rei, & temporis, & loci necessitas exposcat, &c. ita est vtendum, vt videatur causa magis in persona, quàm personam diligi, &c. Genesis, 349.c.1.B

Inuidia est semper de maioribus rebus, quàm habeat ille, qui inuidet, &c. Genesis, 410.c.2.A

Inuidia non quærit, quid dicat, sed solùm, vt dicat, idest, vt habeat aliquid ad dicendum, qualecunque illud sit, Matthæi tomo 4. 15. colum. 2.D

Inuidia propriè est iniquitas, & ideo inuidia in omnibus, qui totaliter sunt iniqui, vt dãnatis istud vitiũ valde excrescet, &c. Mat. tomo 7. 183.c.1.G

Crescente miseria, etiam in hac vita, crescit inuidia, &c. Matthęi tomo 7. 183.c.2.A

De maxima damnatorũ inuidia, Mat. to. 7. 183.c.2.B

De inuidia & odio dęmonum in homines, Matthæi tomo 7 276.c.2.E

Dedalus ex inuidia peremit Perdicam filium sororis suæ, Matthæi tomo 7. 183.c.3.F

Inuidus. Inuido satis est, quòd alteri noceat, etiam si sibi non prosit, 4.Regum, 259.c.2.E
Inuidus non dolet de proprio damno, sed de lucro alieno, Matthæi tomo 5 172.c.3.K
Omnis superbus est naturaliter inuidus, Matthæi tomo 7 183.c.2.C
Damnati sunt inuidi valde, Mat. to. 7. 189.c.2 A
Beati non sunt inuidi, de maiore beatitudine aliquorum beatorum, Matthæi tomo 5 182.c.3.k
Inuidus est miser, Genesis, 172.c.3.G
Inuisibile. Aliquod potest tripliciter fieri a Deo inuisibile supernaturaliter, Iudicum 140.c.2.A
Aliquid potest fieri inuisibile opere naturali, Iudicũ, 140.c.1.B
Inuisibilia. Dei, de quibus Apostolus, quæ sint, Exodi tomo 1 31.c.2.B
Inultatio. Dupliciter fit inuitatio ad conuiuium Dei, Matt. tomo 6. 10.c.3.H
Inuoluntarium. Non imputatur ipsi, qui patitur, Exodi tomo 1. 236.c.3.I. & 247.c.1.E
Inuoluntarium distinguitur, in inuoluntarium secundum ignorantiam, & secundum coactionem, Exodi tomo 2 3.c.1.C
Inuoluntarium duplex, vnum simpliciter tale, & aliud mixtum: exemplum secundi, vt proiicere merces in mare, de quo 3. Ethicorum. Primum dicitur violentum, vt cum fœmina violenter defloratur, &c. Et tale, nec est bonum, neque malum, nec obligat ad aliquid. Secundum obligat, & est bonum vel malum, Matthęi tomo 2. 206. colum. 2.E
Inutile. Et nihil æquipollent, vt patet in regula nihil de regulis iuris lib. 6. contra clericos concubin. 8.c.4.F
Ioab. Princeps exercitus Dauid, occidit per insidias Abner principem exercitus Saul, 2. Regum 3. Et similiter occidit Amasan, 2. Regum 20. Exodi tomo 1 214.c.4.F
Ioab peccauit occidendo Absalonem, quia egit contra prœceptum Regis, 2. Regum 116.c.4.K
Ioab meruit mortem, quam infligit ei Salomon, ex mandato Dauid, & hoc multis de causis, 3. Regum 18.c.2.A. Nec Dauid peccauit iubendo eum occidi, & noluit occidere eum, ipso viuente propter duo, &c. ibidem, 18.c.3.G
Ioab in numeratione populi, quam fecit ex mandato Dauid, dimisit tribum Leui, & Beniamin, non propter causas, quas assignat Nicolaus de Lira. Sed quia sic venit illi in mentem, &c. 1. Paralipo. 238.c.1.B
Ioachaz. Filius Iosiæ amotus est a regno Iuda, & incarceratus per Pharaonẽ, & constitutus est Ioachin frater eius maior in Regem, & hoc fecit Pharao propter multa, &c. 4. Regum, 243.c.2.C
Ioachaz vinctus fuit a Pharaone in Reblata, 4. Regũ, 243.c.3.H
Ioachin. Duo Ioachin fuerunt reges Iudæ, scilicet, pater, & filius. Et non scribuntur eodem modo in Hebræo, quia Ioachin pater scribitur cum K. vel q. & dicitur Ioakin. Nam scribitur cum Coph, & Mem. Et istis duabus litteris correspondent apud nos, k, & m. Et filius istius scribitur cum Caph, & Nun, quibus in Latino correspondent tres litteræ. i.c.h. pro Caph, & n pro Nun. Scriptores tñ nostri de hoc non curauerunt, licet Hebræi redarguant nos super hoc. Et Nicolaus vult, quòd debeat seruari ista differentia in scriptura nostra. Sed istud prouenit propter imperitiã linguæ Latinæ in Nicolao, & in Hebræis, quia quędam sunt in Hebræo, quę non tolerat lingua Latina, nec Græca, & è contra propter diuersitatem soni & virtutis idiomatum istorum. Et ideo Hieronymus nullam differentiam obseruauit in scriptura istorum nominum tanquam inconuenientem linguæ latinæ. 4. Regum. 242.c.2.E
Ioachin, qui translatus est in Babylonem, 4. Reg. 24. Alio nomine dicebatur Iechonias, sicut pater suꝰ, qui habuit tria nomina, scilicet, Eleachin, Ioachin, & Iechonias, &c. 4. Regum, 245.c.3.H
Ioachin primus e tribus filijs Iosię, occisus est a Nabuchodonosor, quem extra muros proiecit, & insepultum manere fecit in pœnam rebellionis, 4. Regum, 245.c.4.F
Ioachin rex Iuda filius primi Ioachin cœpit regnare, octauo vitæ suę anno, vt habetur 2. Paralip. vltimo, & 2. Esdrę 2. & cum hoc stat id, quod dicitur 4. Regum 24. scilicet, quòd cœpit regnare anno decimo octauo ætatis suæ. Nam pater eius, qui regnauit annis vndecim, fecit secum regnare filium suum paruulum secundo anno regni sui. Et regnauit cum eo decem annis residuis, & mortuo patre regnauit filius tribus mensibus, & sic cœpit bis regnare, scilicet, semel cum patre, & iterum solus, 4. Regum, 247.c.2.B
Et Scriptura noluit computare nisi tempus, quo per se regnauit, eo quòd anni istorum regum debent esse distincti, vt vna summa addita super aliam, sciatur quanta sit temporis extensio, & sic, 2. Paralipo. vltimo, & 2. Esdræ 2. quamquam ponatur principium regnandi Ioachin, a tempore illo, quo regnauit viuente patre, non ponitur duratio regni eius, nisi quantum ad illud tempus, quo per se regnauit, ne coincidant anni vnius regis, cum annis alterius, 4. Regum, 247.c.3.F
Ioachin filius primi Ioachin regis Iuda, non exiuit de Ierusalem ad Nabucodonosor nisi pręmisso fędere, quòd non noceret ei, nec ciuitati, sed Nabucodonosor mox, vt habuit Ioachin, & matrẽ eius, &c. Captiuauit eum & matrem, & alios, &c. 4. Regum 247.c.4.G. Sed postea iste Ioachin fuit exaltatus ab Euilmerodach filio Nabucodonosor, &c. 4. Regũ 263.c.2.D
Ioachin genuit Iechoniam, & Sedeciam, qui vocatur Ioachin alio nomine, 4. Regum 24. & Iere. 22. Et iste Iechonias regnauit, non tamen Sedecias frater eius, & iste Iechonias nepos Iosię translatus est in Babylonem, cum decem millibus virorum, 4. Regum 24. & iste Iechonias in transmigratione Babylonis genuit Aser, Salathiel, Mechiram, Phadia, Seneser, Iezemia, Sama, & Nadabia. Et Phadia genuit Zorobabel, & Semei, & iste Zorobabel non est ille, qui ponitur in Genealogia Saluatoris, sed alius filius Salathiel, & de illo dicitur Aggęi 1. & 2. & Matth. 1. vel potest dici, quòd cum dicitur 1. Paralipom. 3. de Phadia, orti sunt Zorobabel, & Semei, quòd iste Phadia sit Salathiel, & quòd habet duo nomina, & non est filio Salathiel, qui dicebatur Phadia, 1. Paralip. 58.c.1.D
Quando Ioachin rex Iuda translatus est in Babylonem, multi de Iudæis translati sunt cum eo 4. Regum 24. sed illa fuit parua transmigratio, &c. Matthęi tomo 1 144.c.2.A
De Ioachin Abbate, vide in dictione Abbas.
Ioannes Baptista. Sepultus est in Samaria inter Elisęũ, & Abdiam prophetas, sed posta Iuliano Apostata

corpus eius cõbustũ est præter caput, & digitum, quo Christum demonstrauit, Gen. 21.c.2.A
Ioannes Baptista assimilabatur Eliæ in vestibus, 4. Regum, 6.c.3.F
Ioannis Baptistæ laudes referuntur, 4. Reg. 6.c.4.H
Ioannes Baptista cœpit prædicare priusquam Christus, quasi per vnum annum non completum, vt colligitur Lucæ 3. Matthæi tomo 1 130.c.4.F
Quædam reliquiæ Ioannis Baptistę sunt in Aegypto, in quodam monasterio ad honorem Beati Ioannis Baptistæ fabricato, Matthæi tomo 1 133.c.3.F
Circa locustas, quas comedebat Ioannes recitantur variæ opiniones, & tandem concludit auctor, quòd erant animalia, quæ vocantur locustæ, & illa comedebat sale condita, Matthæi tomo 1 170.c.4.I
De melle syluestri, quod comedebat Ioannes referũtur opiniones, & concludit Auctor, quòd erat mel quòd nos communiter vocamus sic, Matthæi tomo 1 171.c.1.A
Ioannis Baptistæ missio fuit ad duo prænunciata, scilicet, ad baptizandum, & ad prædicandum. Et tota causa missionis eius fuit propter Christum, vt scilicet, annunciaret eum Matthæi tomo 1. 159.c.1.A
Ioannis Baptistæ aduentus, prædicatio, & opera, fuerunt Christo necessaria ad duo, scilicet, ad ostendẽdum Christum esse Messiam, & ad disponendum populum, vt ipsum reciperet, Matthęi tomo 1, 159.c.2.C
Ioannes Baptista multipliciter ostendit Christum esse Messiam, Matthęi tomo 1 159.c.3.K
Ioannes Baptista nihil prædicabat, nisi iustitiam, Matthæi tomo 5 262.c.2.D
Ioannes Baptista reliquit omnes cognatos, & patrem & matrem transiens in eremum, Matthæi tomo 5, 168.c.2.D
Vita Ioannis Baptistæ erat bona, & admiranda, Matthęi tomo 5 254.c.4.I
Ioannis Baptistæ probatio, qua probat Iesum esse Messiam, conueniens erat ex multis, Matthæi tomo 1. 160.c.2.B
Ioannis Baptistę prædicatio necessaria fuit propter Christum, tanquam dispositio magis perfecta medians inter legem Moysi, & legem Christi, Matthæi tomo 1 160.c.4.I
Ioannis Baptistę præcepta, non debuerunt poni, vel dari per modum legis, quæ esset distincta a lege Moysi, & licet obligarent, non tamen faciebant legem per se, propter multa, quę referuntur, Matthæi tomo 1 161.c.3.F
Ioannis Baptista præcepta proprie loquendo: Nec erant noui, nec veteris testamenti. Assimilabantur tamen magis præceptis noui testamenti, quàm præceptis vete. Matthæi tomo 1 164.c.4.G
De Ioanne Baptista solus Isaias testimonium perhibet, Matthæi tomo 1. 165.c.4.F
Ioannes Baptista præcessit Christum tanquam disponens ad illum, sicut lex Moysi legem Christi, Matthæi tomo 1 165.c.3.I
Ioannes Baptista fuit testis idoneus ad perhibendum de Iesu, quòd esset Christus, vt probatur Matthęi tomo 1. 166.c.1.D
Ioannes Baptista in principio prędicationis suæ erat in deserto Iudę, in quo tota vita priore cõuersatus erat, &c. postea vero declinauit ad loca propinqua Iordani, ad baptizandum, nunc ad vnam partẽ, nũc ad aliam, Matthæi tomo 1 166.c.3.I
Ioannes Baptista non debebat Christũ imitari ꝓ oĩa; ĩmo in multis debebat esse dissimilis illi, qa nõ erat in eodẽ statu cũ Christo; secus tñ de discipulis Christi, qa erãt in eodẽ statu cũ eo. Mat. to. 1. 166.c.4.G
Ioanni Baptistę non erat necessarium prædicare discurrendo per loca, ad hoc, quòd notificaret Iesum esse Messiam; immo non erat conueniens, quòd discurreret, Matthæi tomo 1 166.c.4.K
Ioan. Bap. non elongabatur a deserto, licet declinaret ad diuersas partes ipsius deserti, propter opportunitatem aquarum ab baptizandum: & aliquando veniebat iuxta aliquas vrbes, non vt prædicaret in eis, sed propter aquas, quæ erant iuxta illas, Matthęi tomo 1 167.c.1.B
Ioannes incępit prædicationem a pœnitentia, dicens: Pœnitentiam agite, ad ostendendum Iesum esse Christum, & ad disponendum populum ad suscipiendam legem Christi, ad quæ, requiritur pœnitentia, Matthæi tomo 1 167.c.1.D
De Ioanne Baptista locuti sunt omnes Euangelistæ, non propter sanctitatem Ioannis, sed prout gesta illius pertinebant ad Christum, Matthæi tomo 1. 167.c.2.D
Ioannis testimonium de Messia, apud Hebræos, magis efficax erat, quàm testimonium scripturarum, quia Ioannes ostendit personam Messiæ, Matthæi tomo 1 168.c.1.A
Ioannis testimonium de Messia non sufficeret; immo nihil valeret, si scriptura nihil prædixisset de Messia, & hoc propter multa, Mat. to. 1. 168.c.3.k
Ioannis Bapt. aduentũs necessarius fuit, etiam si Christi miracula fuerint firmissima probatio, ad ostendendum ipsum esse Christum, Matthæi tomo 1. 169.c.1.C
Pręter Ioannis testimonium necesse fuit, vt Christus miracula faceret, ad ostẽdendum se esse Messiam, Matthæi tomo 1 169.c.3.B
Ioannes Bapt. ante illud tempus non debuit ostendere Christum, quo illum ostendit propter multa, Matthęi tomo 1 170.c.2.A
Ioannes Baptista quare vocatus fuerit pluspquam propheta, Matthęi tomo 6 11.c.3.G
Tempore Tyberii Cęsaris prędicauerunt Christus, & Ioan. Bap. Matthęi tomo 6 23.c.1.B
Ioannes debuit esse tam sanctissimę vitę, quia sic voluit Dominus, vt scilicet, esset testis idoneus in re tam ardua, vt erat dicere aliquem esse Messiam, & quòd totus populus crederet ei, Mat. to. 1. 171.c.2.B
Ioan. Bap. in victu & vestitu fuit austerior cęteris, qui eum pręcesserant, Mat. to. 1. 171.c.3.k
Ioannis sanctitatem non descripsit scriptura, ex magna charitate, quam ipse habebat, sed ex virę austeritate, &c. quæ austeritas dupliciter ostendebat Ioãnem esse hominem diuinum, Mat. to. 1. 172.c.1.B
Ioannes Bapt. vtebatur tali asperrimo vestitu propter duo; primò propter magnam vitæ austeritatem, quam habere volebat. Secundò propter imitationem antiquorum, Matthæi tomo 1 172.c.4.G
Ioannis Bapt. vita fuit valde excellens, propter quam dignus erat magna auctoritate, & reuerentia, Matthæi tomo 1 173.c.3.K
Et vitæ austeritas illius nõ fuit ex desiderio sanctitatis, sed qa Deus cõcessit ei spãle priuilegiũ, vt hoc facere posset, & immutauit eũ, vt omnino faceret, ibidem, 174.c.1.C
Ioannes nullum miraculum fecit, licet vitæ fuerit sanctissimę, Matthæi tomo 1 174.c.2.B
Quòd Ioannes baptizaret, conueniens fuit propter multa, Matthęi tomo 1 174.c.4.H
Ioannes Bapt. fuit finis legis Moysi, & principiũ Euãgelij, Matthæi tomo 1 175.c.1.B
Conueniens fuit, vt Ioannes baptizando, Christum ostenderet, quamuis per prædicationem posset ipsum demonstrare, Mat. tomo 1 175.c.1.E

Ante Ioannem non fuit vsus baptismi, sed ipse primus introduxit illum, vnde & vocatur Baptista, Matthæi tomo 1 175.c.3.K
Ioannis baptismus faciebat aliquid spiritualiter, vel saltem significabat illud, quod spiritualiter per baptismum Christi efficiendum erat, s. remissionem peccatorum, & collationem gratiæ, Matthæi tomo 1 176.c.1.E
Ioannes non solum baptizabat in Iordane, sed etiam in aliis locis, vbi aquæ multæ erant, vt patet Ioan. 3. sed frequentius baptizabat in Iordane, tum propter abundantiam aquarum, tum etiam, quia nolebat nimis elongari a deserto. Nam Iordanis transit ad radices deserti Iudę, Matthæi tomo 1 176.col.2.B
Ioannis baptismus non erat propriè sacramentum, sicut sunt sacramenta nouæ legis, erat tamen aliquo modo sacramentum, ideſt, inchoatio quædam sacramentorum nouæ legis, erat enim sacramētum vete. & nouæ legis, sicut dispositio ad formam media est quodammodo inter priuationem, & formam, tamen erat sacramentum eo modo, quo legalia signa dicuntur sacramenta. 4. Sent. distin. 2. signabat enim baptismus Ioannis rem sacram, scilicet, baptismum Christi, qui non est baptismus pęnitentiæ solum, sed remissionis peccatorum, Matthæi tomo 1 176.c.3.F
Baptismus Ioannis reducitur ad sacramenta nouæ legis, sicut dispositio ad genus formæ, Matthæi tomo 1 176.c.4.I
In Ioannis baptismo possunt duo considerari, primū est ritus baptizandi, ideſt, forma vel modus, & sic fuit institutus familiari consilio Spiritussancti, qui eum ad baptizandum misit, & iussit teneri illam formam, quam tenuit. Alius est effectus illius baptismi, & iste fuit ab homine, quia nihil in illo baptismo conferebatur, quod per hominem conferri non posset, Mat. tomo 1 177.c.2.A
Ioannes Bap. baptizauit quasi per duos annos, Matthæ tomo 1 177.c.2.D
Ioannis Bap. baptismus habebat aliquam certam formam, scilicet, istam. Ego te baptizo in nomine vēturi, ideſt, Messiæ, vt patet Actuū. 19. Matthæi tomo 1 177.c.3.F, &c.
Baptismus Ioannis erat plenum sacramentum, quo ad rationem significationis, non tamen quantum ad gratiam, quia illa non conferebatur, conferebatur tamen cognitio Messiæ per modum doctrinæ, & erat præcipuus finis quem Ioannes prętendebat in baptismo, Mat. tomo 1 177.c.3.K
Ioannes Bap. incępit baptizare anno. 29. ætatis Christi, Matthæi tomo 1 177.c.4.H
Ioannis baptismus solum erat ad ostendendum Christum, vel saltem præcipuè, Matthæi tomo 1 178.col.1.A
In baptismo Ioannis nulla gratia cōferebatur, vt omnes concedunt, nec etiam peccata remittebantur, Matthæi tomo 1 178.c.2.C
Ioannis baptismus dicebatur in remissionem peccatorum, non illius, quæ per illum baptismum daretur, sed quæ per Christum speraretur, ad quem ordinabatur ille baptismus, & dabatur spes remissionis peccatorum, Mat. tomo 1 178.c.4.G
Ioannis baptismo non debuit solus Christus baptizari, sed etiam multi alii. Nec tamen debuerunt omnes homines cogi ad baptismum Ioannis, sicut ad baptismum Christi, Mat. tomo 1 179.c.1.A
Ioannis baptismus fuit, vt Christus baptizaretur, nec tamē ista fuit sola causa baptismi Ioannis, sed multæ aliæ, Mat. tomo 1 179.c.1.E
Ioannis baptismo soli adulti baptizabantur, Matthæi tomo 1 179.c.2.D
Ioannis baptismo non baptizabantur Gentiles, nisi essent conuersi ad Iudaismum, Matthæi tomo 1 179.c.4.I
Quòd Iudæis potius quàm Gentilibus ostendi debuit Christus per Ioannem, Matthæi tomo 1 180.c.1.E
Ioannis baptismus conferendus erat Gentilibus credentibus de Messia venturo, quòd promissus esset in lege, & Prophetis, & quòd in nomine eius, & per ipsum consecuturi essent salutem, & rursum, quòd crederent ipsum esse Messiam, quem Ioannes ostenderet, &c. Et tamen circumciderentur prius &c. Mat. tomo 1 180.c.2.C
De Ioannis baptismo improbatur opinio Magistri Sententia. in. 4. distin. 2. cap. vltimo, Matthęi tomo 1 181.c.4.H
Ioannis baptismo baptizati, baptizandi erant iterum baptismo Chri, nec sufficiebat impositio manuū, dum tamen haberent fidem Trinitatis, vt dicit Magister, Mat. tomo 1 181.c.4.I
Solus Ioannes fuit minister sui baptismi, sicut ipse solus illum instituit, Mat. tomo 1 182.c.4.F
Nemo obligabatur ad suscipiendum Ioannis baptismum, sed absque obligatione Iudæi suscipiebant illum, propter maximam auctoritatem Ioannis, Matthæi tomo 1 183.c.3.H
Tempore Ioannis Baptistæ nullum erat sacramentū pęnitentiæ, bene tamen erat pęnitentia, Matthæi tomo 1 184.c.2.A
Baptizati a Ioanne confitebantur peccata sua, non quidem in particulari, sicut nos in confessione sacramentali, immo nullum peccatum expresse confitebantur, sed dicebantur confiteri peccata sua, ideſt, confitebantur se esse peccatores di. quilibet. Ego sum peccator, & offendi Deum in plurimis: volo tamen facere pęnitentiam, &c. Matthæi tomo 1. 185.c.4.G, Nec Ioannes quenquam absoluebat nec imponebat pęnitentiam, ibidem. 185.c.4.K
Ioannes Bapt. erat Sacerdos, quia pater suus Zacharias erat Sacerdos, Luc. 1. nec propterea dicendum est ipsum habuisse claues, quia Sacerdos veteris testamen. nullas habebant claues, Matthæi tomo 1 186.c.1.D
Ioannis baptismus dicebatur baptismus pęnitentiæ, quia Ioannes omnes illos, quos baptizabat, admonebat ad pœnitentiam &c. Matth. to. 1 188.c.1.A, Vel quia talis baptismus erat protestatio quędam de pęnitentia, ibidem.
Ioannis baptismus dicebatur esse in remissionē peccatorum, non quia per illum remittterentur peccata, sed quia per illum significabatur remissionem peccatorum esse faciēdam per Christum. siue per eius baptismum, & sic omnia sacramenta veteris legis, erant ad remissionem peccatorum, non effectiue, sed inchoatiue, quia per baptismum Christi gratia conferebatur, per quam fit remissio peccatorum, quod autem consumatur per sponsum, inchoatur per paranymphum, &c. Matthęi tomo 1 188.c.1.A
Potest etiam aliter dici, vel intelligi ista remissio, &c. vt scilicet, non referatur ad baptismum, sed ad pęnitentiam, & hoc patet ex ordine literæ dicendo: fuit Ioannes prædicans baptismum, &c. pęnitētiæ, ideſt, quòd pęnitentia est in remissionem peccatorum, & iste est verior sensus literæ, ibi. 188.c.2.A
Ioannis baptismum omnes fere Pharisęi, & Sacerdotes non receperunt, Mat. to. 1. 191.c.4.K

Post

Post Ioannem Christus venturus dicitur, quia Ioannes fuit finis veteris testa. Iesus autem principium noui. Mat. tomo 1 192.c.3.F
Ioannes, vt inquit Remigius, quinque modis venit ante Christum, scilicet, nascendo, prædicando, baptizando, moriendo, & ad inferos descendendo, Matthęi tomo 1 195.c.3.F
Ioannes per vnum annum mortuus est ante Christū, vt creditur, Mat. tomo 1 196.c.1.E
Ioannes cùm dixit; Non sum dignus portare calciamenta eius, &c. verum dixit, etiam si non esset humilis, Mat. tomo 1 197.c.1.E
Poſt mortem Ioſue, manſit magna pars terræ Chananęorum, nondum occupata a Iudæis, vt patet Iudicum 2. quod ex tribus accidit cauſis, & cæt. Ioſue tomo 1 32.c.3.K

De locis, in quibus ad Ioſue poterat loqui Deus, & locutus eſt, & quomodo, Ioſue tomo 1. 58.c.2.C

Ioſue, nunquàm fuit æqualis Moyſi, Ioſue tomo 1. 58.c.3.I

In facto Ioſue cum Gabaonitis, non fuit aliqua reuelatio, bene tamen inſpiratio, Ioſue to. 1. 169.c.4.G

Ioſue non fuit peritus in aſtronomia, Ioſue tomo 1 182.c.3.F

Quòd viuente Ioſue non fuerint ſubiectæ Iſraelitis omnes ciuitates terræ Chanaan, aſſignantur cauſæ, Ioſue tomo 2 66.c.1.E

Ioſue differt a iudicibus multipliciter, Iudicum 3.B

Multa aſcribuntur Ioſue, quæ ipſe non fecit, ſed paulopoſt mortem eius facta ſunt. Aſcribuntur tamen ei propter magnum eius honorem, quod niſi fiat dicatur non poteſt ſaluari ſcriptura, ſcilicet, Ioſue 10. & 11. & 15. & Iudicum 1. Iudicum 12.c.1.A

Ioſue, vt fertur, poſt introitum in terram Chanaan, vixit annis viginti ſex, Iudicum 24.c.2.B

Hiſtoria Ioſue refertur ſub brachologia, Iudicum 24 col. 2.E

Quare Ioſue circunciderit populum Iſrael cultris lapideis, Parado. 25.c.3.F

Liber Ioſue non fuit ſcriptus a Ioſue, ſed multo tempore poſt mortem ipſius ſcriptum fuiſſe referunt, Alij ab Iſaia, dicunt. Alij a Samuele, Ioſue tomo 1 73.c.1.D, & 118.c.2.D

Sed veriſimilius eſt, quòd fuerit ſcriptus a Samuele, ſicut & liber Iudicum, & liber Ruth, ibidem. 123 col. 4.K

In libro Ioſue cap. 21. deficit nũc in omnibus libris Iudæorum vnus verſus, qui habetur in Biblijs Latinis, & Rabbi Dauid Camhi dicit ſe vidiſſe illum verſum in antiquis Biblijs, Matthæi. tomo 1. 37. colum. 4.K

De libro Ioſue, & quomodo ſcriptus fuerit a Samuele, 1. Regum tomo 1 11.c.2.A

Iouel. In Hebræo ſignificat buccinam, vel cornu, Leuit. 291.c.2.B

Iouinianus. Hæreticus dixit virginitatẽ non eſſe meliorem matrimonio, neque præferendam in bono ſpirituali, Matt. tomo 1 24.c.2.C

Iouis. De Ioue Rege Cretæ, quẽ Gentilitas Deũ finxit, Exo. tomo 1 117.c.3.K

Iouem eſſe animam mundi tenuerunt antiqui, & recitauerunt Poetæ, Deuter. 54.c.4.F

Ira. Iracundia.

Ira aliquo modo ſyllogizat, 7. Ethicorum, cap. 8. Geneſ. 192.c.1.E

Ira tempore conſumitur, & maxime, quando aduerſarius abeſt, & hoc verum eſt in duabus ſpeciebus iracundorum, ſcilicet, in acrocholis, qui acuti dicuntur, & amaris, &c. 4. Ethicorum, cap. de mansuetudine, Geneſ. 309.c.1.A

Ira & odium manifeſtantur multum in vultu, Geneſ. 349.c.1.A

Ira, quæ est per odium, aut rancorem, non cadit in sanctos viros, sed ira zeli, Exo. tomo 1. 133.c.4.G
Ira magis audit rationem syllogizantem, quã concupiscentia, Exo. tomo 1 180.c.4.H
Ira duplex, quædam per zelum, & quædam per vitiũ. Secunda est, quando aliquis alium exosus desiderat vindictam de eo, & non solum abominatur, quod alius egit, sed etiam ipsum agentem. Ira per zelum dicitur, quando quis dolet, quod alius male egit, & irascitur malis, quæ egit. Atque odio habet ipsam malitiam, sed non eum, qui egit, verum ex charitate diligens, emendare desiderat, quem si emendatus fuerit diligit, & si nolit emendari, prosequitur. Et in hoc faciliter cognoscitur ira, an sit ex vitio, an ex zelo, Exo. tomo 2. 130.c.2.B
Ira per zelum est licita, & meritoria, & qui non irascitur peccanti, peccat, & non habet zelum animarum, neque fraternam charitatem, Et ista ira est maxime necessaria in prælatis, & istum zelum habuit Christus, Matth. 21. Cum eiecit ementes, & vendentes, & cet. & cum maledicebat Capharnaum, & Bethsaidæ, Exo. tomo 2 130.c.2.E
Ira per vitium est duplex, quædam est leuis, scilicet, paruus motus ad vindictam, & hæc non est peccatum mortale, alia est magna, & deliberata, & hæc est peccatum mortale, Exo. tomo 2 130.c.3.F
Ira per zelum siue, sit magna, idest, de magno peccato, siue parua, idest, de paruo peccato, bona est, & magna ira est magnus actus, Exo. tomo 2. 130. colum. 3.G
Ira fortis non est, nisi in corporibus valde siccis, vt dicit Aristoteles. 6 de Animalibus, Leuitici. 108. colum. 1.B
Ira non prohibetur, sed odium, per illud Leuit. 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, Leuit. 190.c.3.I
Iræ potissima conditio est velocitas punitionis, propter iræ caliditatem, 7. Ethicorum, cap. 8. Numeri tomo 1 162.c.4.F
Vtendum est ira, vt milite, non vt duce, ait Seneca, Num. tomo 1 171.c.1.A
Iram plus frangit taciturnitas, quàm mollis responsio, vel excusatio, Iudicum 108.c.1.D
Ira quando sit peccatum, & quando non, 1. Regum tomo 1 188.c.1.B
Ira mouet ad lacrymas, 1. Regum tomo 1 26 c.1.A
Ira multum iuuat ad bellum, 1. Regum tomo 1. 188 col. 1.C
Ira interdum est in viris perfectis, 1. Regum tomo 1 188. col. 1.E
Ira causatur ex quadam commotione interiore, & succenditur sanguis circa cor, & feruescit. ex qua ebullitione causantur quidam fumi sicci, qui eleuantur ad cerebrum, qui aliquando conuertuntur in lachrymas, aliquando spirantur per nares; & tunc sunt fumositates valde calidæ, & vocantur fumi iræ, 2. Regum 149.c.4.I
Iracundia sæpe facit incurrere in febrem, 3. Regum 192. col. 4 G
Ira resoluitur, quando tribuit punitionem, 4. Ethicorum, capitu. de mansuetudine, 4. Regum. 249. colum. 1.B
Ira Dei lento gradu ad vindictam procedit, & tarditatem supplicij grauitate compensat, 4. Regum 64. col. 1.E
Iræ tres gradus designantur per illud Matth. 5. Ego autem dico vobis, omnis, qui irascitur fratri suo, Mat. tomo 2 82.c.4.I
Ira dicitur passio generalis, non per prædicationem, sicut genus ad species, nec in genere causæ, sed dicitur generalis passio, inquantum est effectus multarum passionum: nam multis concurrentibus in vnum saltem ex tribus consurgit ipsa ira, scilicet, ex tristitia, spe, & desiderio, ipsa tamen ira, vna passio est proprie distincta contra alias, quia ipsa nõ est tristitia, neque spes, nec desiderium, Mat. tom. 2 100. col. 3.G
Ira non insidiatur sicut concupiscentia, sed est manifesta, immo manifestior omnibus alijs passionibus Mat. tomo 2 100.c.4.F
Ira causatur ex contrarijs passionibus, scilicet, ex spe, quæ est de bono. Et ex tristitia, quæ est de malo. Et ex desiderio, quod est de bono. Et ira est prior, deinde desiderium, vltimo spes, Mat. tomo 2. 100 col. 4.F, & 102.c.1.A
Ira est quidam motus factus in potentia appetitiua, ex apprehensione complexa, & tendit in duo, scilicet, in vindictam, quam appetit, & sperat, sicut quoddam bonum, & quantum ad hoc. ira habere debet delectationem quandam, quia bonum causat delectationem, & sic quando iratus consequitur vindictam, quasi adeptus bonum, quod intendebat, delectatur in eo. secundo tendit in id, de quo quærit vindictam, tanquàm in quoddam malum, & nociuum, & hoc pertinet ad rationẽ mali, Matt. tomo 2 102 c.2.E
Iræ est duplex differentia ad odium, & amorem, & ad alias passiones, ad quas comparatur, prima, quia ira semper respicit duo obiecta, scilicet, bonum, & malum, amor autem, & odium, aliquando vnum, & aliquando duo, & cæt. Secunda differentia, quia vtrunque obiectum, ex parte amoris, accipitur vt bonum, ex parte odij, vt malum, ira vero respicit vnum obiectum vt bonum, alterum vero vt malum, & bonum est principalius, a quo ira denominatur appetitus vindictæ, Mat. tomo 2. 101.c.1.B
Ira & odium conueniunt in effectu, quia vtrunque infert nocumentum, non tamen secundum eandem rationem, quia odium sub ratione mali respicit vtrunque, scilicet, ipsum, quod desiderat, & eũ, cui desiderat; ira vero alterum sub ratione mali, & alterum sub ratione boni, Mat. tomo 2. 101.c.2.A
Ira comparatur ab Aristotele, 7. Ethicorũ, Ministris velocibus, qui priusquàm audiant totum, quod eis Dominus iubet, currunt ad actionem, & postea peccant in actione, nescientes qualiter facere debeant, &c. comparatur etiam canibus, Matt. tom. 2 101.c.3.F
Ira potest esse bona non autem odium, secundum quòd ad proximum est, Matt. tomo 2. 101.c.3.I, & 234 c.3.H
Ira est in potentia, vel vi irascibili, a qua denominatur, & nullo modo, in vi concupiscibili, Mat. tom. 2 101.c.4.F
Ira dicitur crescere in odium, vt Augustinus in regula, non quòd eadem passio numero, quæ est ira, sit odium, sed per hoc quòd ira crescit, odium creatur: nam ex parua ira non gignitur odium, Matth. tomo 2 101.c.4.H
Ira aliquo modo est cum ratione: nam ira audit rationem, vt manifestet esse iniuriam factam, & patet ex 7. Ethicorum, concupiscentia vero non, & ideo concupiscentia est turpior ira, vt concludit Philosophus, & cæt. Matth. tomo 2. 102.c.1.E, & 113.c 4.H
Ira est magis naturalis homini ex parte subiecti, q̃ cõcupiscentia, considerata natura hominis secũdum speciem, vel secundum complexionem propriam indiuidui, quia natura hominis est esse rationale, sed ira sequitur magis rationem, quàm concupi-

ſcentia,ex 7. Ethic. Ex parte vero obiecti naturalior eſt concupiſcentia, quia concupiſcentia eſt circa delectabilia,guſtus,& tactus,ſcilicet circa cibos,potus,& venerea,ira vero eſt circa vindictam, & circa eum, de quo vindicta appetitur, ſed nullum iſtorũ eſt ita naturale,ſicut ea, quæ in cibo, & potu ſunt, Matth.tomo 2 102.c.3.k

Ira magis deriuatur a parentibus in filios, quam concupiſcentia, vt probat Philoſophus 7. Ethic. Matt. tomo 2 102.c.4.K

Iræ,& odij eſt idem obiectum naturaliter,ſcilicet nocumentum inferendum, differt tamen ſecundum rationem,quia qui odit, appetit ei,quod odit inferre nocumentum,inquantum malum eſt, iratus vero non inquantum malum eſt, ſed inquantum habet quandam rationem boni,& iuſti.nam vindicta retributionem dicit. Vnde odium eſt grauius malum quam ira, &c.Matth.tomo 2. 103.c.3.G

Ira ad cholericum humorem pertinet, odium vero ad melancholicum, Matth.tomo 2. 103.c.4.H

Ira proprie eſſe non poteſt niſi inter illos, inter quos iuſtitia, & iniuſtitia eſſe poteſt, & inter illos tanto magis proprie,vel minus proprie erit,quanto inter illos magis proprie vel minus proprie inuenitur iuſtitia,vel iniuſtitia,Matth.tomo 2. 104.c.2.B

Ira magis excludit Miſericordiam quã odium, Matt. tomo 2 103.c.3.H

Ira quomodo compatitur ex triſtitia, & deſiderio, Matth.tomo 2 102.c.1.A

Ira quomodo inſit animalibus brutis, cum non inſurgat ſine ratione iudicante,Mat.to.2. 102.c.2.B.C

Ira poteſt in homine dupliciter inſurgere vno modo ex apprehenſione iniuriæ,vel paruipenſionis, Alio modo ex ſola apprehenſione læſionis, vel nocumenti, Primo modo accipitur proprie, & non poteſt eſſe niſi in hominibus, ſecundo modo poteſt eſſe in brutis per phantaſiam, Mat.to.2. 104.c.2.E

Ira ſemper eſt propter aliquid contra nos factum, vt ait Philoſophus 2.Rhetoricorum, ponens differẽtiam inter iram, & odium, quod ipſe vocat inimicitiam, Matth.tomo 2 104.c.4.H

Ira dupliciter accipitur, vno modo pro appetitu vindictæ iniuriæ, vel contemptus indebite facti, alio modo pro appetitu retribuendi, pro læſione, vel nocumento inflicto, aut æſtimato, & iſto ſecundo modo ira accipitur large, & non reducitur ad parui pẽſionem proprie ſumptam, tanquam ad motiuũ, quia homo iraſcitur beſtijs, a quibus non contemnitur,neque putat ſe contemni,primo modo accipitur proprie, & tunc motiuum eius eſt paruipenſio, vt patet 2. Rhetoric. vbi Ariſtoteles ponit tres ſpecies paruipenſionis, Matth. tomo 2. 105. colum.1.E

Ad iram mouetur homo ſola ratione paruipenſionis, Matth.tomo 2 105.c.1.B

Cauſa iræ in eo,qui iraſcitur, poteſt conſiderari dupliciter, vno modo ſecundum habitudinem ad motiuum iræ,& ſic excellentia alicuius eſt cauſa, vt de facili iraſcatur, &c. Alio modo ex parte diſpoſitionis quæ in eo relinquitur ex tali motiuo, &c.& ſic homines ſubiacẽtes defectibus facilius iraſcuntur, Matth. tomo 2 105.c.3.K

Ira cauſat quandam delectationem, diuerſimodè tamen, vno modo, quando vindicta eſt præſens realiter, alio modo, quando vindicta ſperatur, tertio modo, quando vindicta eſt præſens ipſi irato per cogitationem, Matth.tomo 2 106.c.3.G

Ira cauſat magnum feruorem,qui vocatur inflammatio vel accenſio,vnde Damaſcenus dicit, quòd ira eſt feruor ſanguinis circa cor factus ex euaporatio ne fellis, nec eſt aliqua paſſio tam impetuoſa ſicut ira,quæ quomodo cauſetur, Matt. tomo 2.107.colum.1.B

Inter iræ,& amoris feruorem quid interſit, Mat.to.2. 107.c.2.C

Ira,& amor quomodo diminuantur, Matth.tomo 2. 107.c.3.G

Ira minuitur adueniente alia maiore, Matth.tomo 2. 107.c.4.F

Ira impedit rationem, vt dicit Greg.5.Morali. ira intelligentiæ lucem ſubtrahit, cum mentem per mouendo confundit,quod quomodo fiat, Matt.to.2. 107.c.4.K

Ira in principio eſt cum ratione, ſed in fine perturbat eam,Matth tomo 2 108.c.1.D

Ira non eſt inſidiatrix ſicut concupiſcentia, quia magna ſigna ſui oſtendit, Matth.tomo 2 108.c.1.D

Ira habet varios effectus, ſecundum quòd eſt magna vel parua, Nam aliquando reddit hominem pauca loquentem,aliquando multa, & effrenate, aliquando turbat aliqualiter ſenſus, ita vt homo non poſſit omnia proferre,quæ vult, interdum vero hominem quaſi mutum, & elinguem reddit, vt declaratur per ſingula,Matth.tomo 2. 108.c.2.D

Ira per voces minuitur, quia euaporatur, ſicut,& per lachrymas,vt in pueris,& in mulieribus, Mat.to.2. 108.c.2.E

Signa iræ exteriora, quæ ponit Gregorius 5.Moraliũ referuntur, Matth.tomo 2 108.c.3.G

Tres ſpecies iræ aſſignat Damaſcenus, & Greg.Niſſenus,ſcilicet fel, maniam, & furorem, & ſumuntur ex illis,quæ dant aliquod incrementum in ira,nam ira vnica paſſio eſt, &c. Mat.tomo 2 108.c.4.G

Ira, prout eſt motus quidam inſurgens in nobis,cuius principiũ non eſt omnino in poteſtate noſtra, non eſt peccatum, quia non eſt voluntarium, ſi autem accipiatur prout manet ex conſenſu rationis iudicantis faciendum eſſe illud,ad quod mouet ira, nec ſemper illicitum eſt ſic iraſci, quia ira non eſt ſemper mala, ſed in ira eſt malum per ſuperabundantiam, & defectum, ſicut contingit in delectationibus guſtus,& tactus,& in triſtitijs, & fere in omnibus paſſionibus,Matth.tomo 2. 108.c.1.E

Ira poteſt ſe habere ad rationem dupliciter, ſcilicet antecedenter,& conſequenter. Antecedẽter ſemper eſt mala,ſi moueatur ratio ad agẽdum id, quod ira perſuadet, ſi vero conſequenter, ſcilicet vt eſt inſtrumentum rationis, talis ira eſt bona, & vocatur ira per zelum, qua mouetur prælatus interdum aſpere ad puniendum, & obiurgandum vitia ſubditorum,Matth.tomo 2 108.c.3.K

Ira poteſt dupliciter ordinari a ratione, vel quantum ad ipſum appetibile per iram,vel quantum ad modum appetendi, primo modo poteſt eſſe meritorium,& poteſt etiam eſſe peccatum ſimiliter,& ſecundo modo, Matth.tomo 2 109.c.2.A

Ira per zelum eſt laudabilis,& neceſſaria,ſiue inquantum eſt in perſona priuata, ſiue inquantum eſt in præſidente, Matth.tomo 2 109.c.2.B

Ira, quæ poteſt eſſe peccatum, non eſt ſemper peccatum mortale, ſed aliquando veniale, Matth.to.2. 110.c.1.B

Ira,quando eſt peccatum mortale, poteſt eſſe magna vel parua per accidens ex circunſtantijs: conſiderando tamen ipſam in genere ſuo, non eſt peccatum grauiſſimum,quia alia ſunt deteriora, ſcilicet odium, & inuidia, nam comparatur ira ad odium, ſicut feſtuca ad trabem, ſic Auguſtinus in regula, nec ira, inquit, creſcat in odium, & trabem faciat de feſtuca,Matt.tomo 2 110.c.2.E

Iræ

Ire deordinatio ex parte appetibilis, quod est vindicta, videtur esse minimum peccatorum, inter peccata, quæ sunt per passiones, quia ira appetit malum sub ratione boni, odium vero & inuidia sub ratione mali, inuidia tamen minor est odio, ira similiter est minus peccatum quam gula, & luxuria, quia ira mouetur propter bonum honestum, illa vero propter bonum delectabile. Si autem consideretur ira ex parte modi, ipsa habet excellentiam quandam super alia peccata propter vehementiam, & velocitatem ex parte motus &c. Nec hoc arguit maioritatem peccati simpliciter, quia talis maioritas magis consideratur ex parte obiecti, & ex alijs circunstantijs, quam ex modo, Mat. tomo 2 110 c.2.E

Ira est peccatum vel vitium capitale, quia ei conueniunt tres conditiones vitij capitalis, Mat. tomo 2. 111.c.1.E

Ira dicitur ianua omnium peccatorum per accidens, scilicet, ex modo suo, scilicet, remouendo prohibens, sed amor deordinatus est causa per se omniū peccatorum, Mat. tomo 2 111.c.1.E

Iræ filiæ dicuntur omnes species peccatorum, quæ pro obiecto habent vindictam, quæ est obiectum irę, & actus earum fiunt stimulante ira, & sunt multæ specialiter, accipiendo tamen aliquantulum generaliter, erunt solum sex, scilicet, rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, blasphemia, vt dicit Gregorius, 31. Morali. Et sub qualibet istarum possunt multæ species aliæ particulares accipi, quarum sex filiarum sufficientia probatur, Mat. tomo 2 111.c.3.I

Ira aliquando consistit in solo animo, aliquando per verba exprimitur, & sistit ibi, aliquando vero vsque ad factum progreditur, Matthæ. tomo 2. 111. colum 4.k

Faciliter vincitur ab ira & libidine, qui est in peccato mortali, Mat. tomo 5 153.c.1.E

Iræ defectus est aliquando peccatum, quando quis non irascitur cum causa, vt dicit Chrysostomus super Mat. Mat. tomo 2 111.c.2.A

Accipiendo iram pro passione, non habet vitium aliquod oppositum, sed in illa accipitur magis, & minus, & vtrunque est vituperabile. Accipiendo tamen iram pro peccato, habet aliquid contrarium, quod est defectus, & tunc ira simpliciter nō est nomen extremi, neque peccati, cum ira dicat motum irascendi, sed nomen extremi est, irasci, quando non oportet, vel plusquam oportet, vel maiori tēpore quam oportet, Alterum extremum est in defectu, & est communiter innominatum, vocatur tamen per quandam suppletionem in irascibilitas, vel insensibilitas 4. Ethi. Extremum per excessum solet vocari iracundia, & ista duo extrema opponūtur mansuetudini, quæ est virtus circa iras, sed mansuetudo magis opponitur superabundantiæ quam defectui, cuius assignatur causa Philosophi, 4. Ethi. Simile est de intemperantia, Matth. tomo 2. 111. colum 2.B

Ira superabundans habet tres species, quæ sunt acuti, difficiles, & amari, 4. Ethic. Matthæ. tomo 2. 111. colum. 3.G

Ira, inquantum passio est, non habet contrarium, licet aliquę passiones, inquantum passiones, habeant cōtraria, vt delectatio, tristitia, timor, audacia, amor & odium. Est tamen in ira contrarietas, non quòd ipsa alteri passioni contrarietur, sed quòd in ipsa, ideſt, intra eius latitudinem, inueniantur extrema, quæ sibi contrarientur, scilicet, defectus & superabundantia, non in comparatione ad iram, sed ad rationem, per quam aliquid iudicatur excedere, vel deficere, & tunc ira accipitur vt peccatum, & non vt passio, quia ira dicit excessum, i. irasci plus quam oportet, Mat. to. 2 111.c.3.K

Ira inquantum passio, potest dici magna, vel parua, non tamen deficiens, vel superabundans, Matth. tomo 2 111.c.4.H

Ira potest accipi dupliciter, vno modo vt est actus simplex voluntatis, alio modo pro motu appetitus sensitiui, qui est cum passione, & transmutatione corporali, & iste motus videtur sequi ex necessitate ad motum simplicem voluntatis &c. Aliquando accipitur ira pro quadam commotione animi appetentis vindictam, non expectato iudicio rationis, & talis est peccatum &c. Et isto modo solemus communiter appellare iram &c. Matthæ. tomo 2. 112. colum. 1.C

Accipiendo iram, vt peccatum est per superabundantiam, multis modis contingit peccare, & præcipue tribus, Mat. tomo 2 113.c.3.G

Concupiscentia est turpior quam ira considerando istas passiones in seipsis, siue ex proprijs conditionibus ipsarum, & nō de per accidens, vt Philosophus, 7. Ethi. probat quatuor rationibus, quæ referuntur, & declarantur, Mat. tomo 2 113.c.4.G

Ira semper mouet sub ratione iusti, & impossibile est aliter mouere, vt probatur, Matth. tomo 2. 114. colum. 1.D

Ira mouetur quasi syllogizans, ideſt, complens syllogismum, quem inchoauit, & non finiuit, Mat. to. 2. 114.c.2.C

Ira impetuosior est, quam concupiscentia venereorū, Genes. 193.c.3.H

Ira est magis naturalis quam concupiscentia, Matth. tomo 2 114.c.3.F

Et ira est vnica passio, sed concupiscentia, non est vnica passio, sed plures, Mat. to. 2 115.c.1.A

Ira est minor amore cōsiderando istas passiones, quātum ad id, quod possunt facere, quia sic amor excedit omnes alias passiones, Mat. tomo 2. 115.c.1.A, Est maior amore considerando vtrunque quo ad modum, quia ira est vehementior cæteris passionibus, ibid. 115.c.2.C

Ira non est simpliciter permanentior concupiscentia, immo e contra Mat. to. 2 115.c.2.D

Iræ assignantur multæ definitiones, inter quas aliquæ sunt naturales, vt illa, de qua 1. de Anima, ira est accensio sanguinis ad cor, vel sanguis accensus circa cor. Et aliquæ sunt dialecticæ, scilicet, ira est appetitus contrarij doloris, vel ira est appetitus vindictæ. Aliæ sunt plenæ, partim, scilicet, dialecticæ, & partim naturales, vt ira est appetitus cum tristitia punitionis apparentis, propter apparentem paruipensionem ipsius, vel eorum, qui circa ipsum sunt, conuenienter factam, Matthæ. tomo 2 117. colum. 2.A

Ira habet necessario tres passiones concurrentes ad suam generationem, scilicet, tristitiam, desiderium & spem, Mat. tomo 2 117.c.3.k

De iræ generatione & corruptione, Matth. tomo 2. 119.c.1.B

Qui ex ira plorant, habent lachrymas calidiores alijs Mat. tomo 2 117.c.3.F

Proprietates iræ magis apparentes sunt quinquaginta tres, Mat. tomo 2 117.c.3.H

Iræ proprietas, quo ad eius cessationem sunt decem, & septem, Mat. to. 2 121.c.3.I

Ira habet duplex obiectum, vnum bonum, & alterū malum, s. vindictam, & id, cui illam volumus, Mat. tomo 2 117.c.3.K

Ira non appetit pœnam infinitam, sed determinatam, odium

odium vero vult malum alicui in infinitum, Mat. tomo 2 117.c.4.K
Ira est magis apparens quam cæteræ passiones, Mat. tomo 2 118.c.1.B
Ira non est ita mala sicut odium, Matth.tomo 2.118. colum 1.C
Ira est vehementior omni passione in modo, & non ex parte obiecti, Mat.to.2 118.c.1.E
Ira non est ita fortis sicut concupiscentia, quia concupiscentia vincit omnem passionem, Mat.tomo 2. 118.c.1.E
Ira est modicum mansiua, & minus quam concupiscē tia, Mat.tomo 2 118.c.2.A
Ira est propter aliquid factum contra nos, vel contra ea, quæ ad nos pertinent sub ratione paruipensionis, Mat.tomo 2 118.c.2.C
Ira est circa aliquod singulare, & non circa communitatem, odium vero circa vtrunque, Mat.tomo 2. 118.c.3.I
Ira causat quādam delectationem, & non est sine delectatione, Mat.tomo 2 118.c.4.F
Ira nunquam est in homine sine spe vindictæ, Mat. tomo 2 118.c.4.H
Ira potissime insurgit quando quis iniuriam recipit, vnde sperabat beneficium recipere, & ista ira est valde grauis propter duo, primo propter valde indignam retributionem, secundo quia istud est valde inopinatum, Mat.tomo 2 119.c.1.B
Ira non solum est in eum, qui malum fecit, sed etiam in eum, qui facere voluit, dato quòd non fecerit, Mat.tomo 2 119.c.1.D
Ira maxime accidit in hominibus passionatis, & defectuosis, vt in amantibus, ęgris, debilibus, & in nō potentibus consequi suam spem, & irascuntur circa quæcunque, in quibus aliquo modo possunt paruipendi, Mat.tomo 2 119.c.2.A
Ira cessat, vel minuitur saltem primo circa eos, qui videntur non paruipendentes, vel non voluntarij. Secundo quando quis vult contrarium eius, quod prius voluit. Tertio quando aliqui tales sunt ad se, quales ad alios, quos videntur paruipendere. Quarto in eis, qui confitentur peccatum suum. Quinto in eis, qui deprecantur, & se excusant. Sexto in his, qui humiliantur, & non cōtradicunt, &c. Septimo cessat ira, facta retributione, Octauo per manifestatione iræ, &c. Nono per diuturnitatem temporis. Decimo per obliuionem. Vndecimo per maiorē iram superuenientem, similiter etiam si ira superueniens non sit maior, sed quæcunque. Decimosecundo, recepta punitione ab alia, Decimotertio quando absorbetur. Decimoquarto quando iniurians putatur sufficienter esse punitus. Decimoquinto, quando iratus putat, quòd iniustum est retribui. Decimosexto, quando iniurians est mortuus, Mat.tomo 2 121.c.3.I, & seq.
Circa iram Christus distinxit tria, scilicet, irasci, dicere racha, & dicere, fatue, quæ per singula declarantur, Mat.tomo 2 122.c.3.H
Et quòd illa tria magis dicunt gradus, vel effectus iræ, quam species, sicut Philosophi distinguūt, Christus autem non sic, cuius assignantur tres causæ, ibidem 123.c.1.A
Et conuenientius distinxit per actus in voce, quam per actus in re, vt ostenditur ibidem, 123.c.2.B
Non omnis ira est peccatum, Mat.tomo 2. 123.c.3.F
Sed est peccatum solum, quia non obedit rationi, immo aliquando ira est bona & necessaria, sicut ira per zelum, & aliquando est peccatum veniale, & aliquando mortale, ibid.
Circa iram concordantur Stoici dicentes omnes passiones esse malas, & per consequens iram, & Peripathetici dicentes, quòd passiones non sunt de se malæ, sed excessus, & defectus in illis. Similiter cōcordantur quidam Doctores Catholici, scilicet, Hieronymus & Augustinus, Matth. tomo 2.123. colum.4.F
In ira homo est valde temperatus in comparatione ad alia animalia, nam complexio sua est media, & ideo omnes inclinationes suæ sunt mediæ, & temperatæ, non enim inclinatur nimis ad aliquid, Mat. tomo 2 167.c.2.C
Ira non sustinet moram, sed est sicut ministri veloces, & præuolantes, vt dicitur 7. Ethi. Matth.tomo 4. 194.c.1.A
Ira si interius tantum habeatur, multum nocet, Parad. 69.c.3.H
Iracundus. Iracūdorum tres sunt species de quibus 4. Ethi.ca.de mansuetudine, quidam sunt acrocoli, alij amari, & alij difficiles &c.2.Regum 150.c.1.D, & Mat.tomo 2. 122.c. 4.K, & Mat.tomo 5 67.c.2.C
Et pertinent ad iram per superabundantiam, vt declaratur per singulas, Mat.tomo 2. 112.c.4.F
Damascenus vero, & Gregorius Nissenus aliter assignant, dicentes, tres esse species iræ, scilicet, felleā, maniam, & furorem, sed istæ coincidunt cum speciebus prædictis, & istæ sunt species irę, siue accipiēdo iram pro passione, siue vt est peccatum, ibidem. 113.c.2.C, & 123.c.1.A
Senes sunt iracundiores alijs, cæteris paribus, & ægri sanis, Mat.tomo 2 121.c.3.G
Irasci. Attendendum est, quòd propter vitium non irascamur personæ, nisi quatenus ad correctionem prosit, & nos tales simus, qui corrigere possimus, & debeamus, Exod.tomo 2.130. colum 2.B
Deus dicitur irasci per similitudinem ad nos, 1. Paralipom. 148.c.4.I
Qui sunt multum ebrij, non irascuntur, quia in eis totaliter est ligata ratio, sicut nec dormiens irascitur, sed quando non sunt perfecte ebrij, tunc prompti sunt magis ad iram, Mat.to.2 102.c.2.E
Deus dicitur irasci peccantibus secundum effectum, non tamen secundum affectum, idest, per hoc, ꝙ punit eos, dicitur irasci, Mat.to.2 104.c.4.k
Non potest quis proprie irasci contra seipsum, Mat. tomo 2 104.c.3.H
Multum excellentes non irascuntur, si contemnātur in eo, in quo manifeste excellunt, nisi contemptus fiat ex inuidia, malo animo, ex intentione despiciēdi, quod ille habet &c. Mat.tomo 2 105.c.4.G
Defectus alicuius, vel paruitas potest esse causa, vt cōtra eum grauiter irascamur, quia defectus aut paruitas eius, cui irascimur, auget magnitudinem contemptus, Aliquando vero mitigat, Matt.tomo 2. 106.c.1.A
Homines multum irascuntur quando circa aliquod inopinatum paruipenduntur, Matthę. tomo 2. 119.c.1.E
Homines maxime irascuntur derisoribus subsanatoribus, & cōuitiatoribus, s. illis, qui hoc habent in officium, vel libenter illud faciunt, Matth.tomo 2. 119.c.3.F
Irascitur nullus, qui vindictam non sperat, Mat.to.2. 106.c.3.I
Irascimur maxime quando paruipendimur circa illa, de quibus est nobis maxima cura, vel in quibus volumus multum honorari, Mat.to.2 119.c.3.H
Maxime irascimur amicis si ab illis despiciamur, Mat. tomo 2 119.c.4.k

Iraſcimur illis, qui conſueuerunt honorare nos, & curare de rebus noſtris, ſi poſtea hoc non faciant, &c. Matth. tomo 2 120.c.1.A
Iraſcimur illis, qui nõ retribuunt nobis pro ſuſceptis, vel non retribuunt æqualiter, Matth. tomo 2. 120. colum. 1.B
Iraſcitur quis nimis, ſi deſpiciatur a minoribus, Matt. tomo 2 120.c.1.D
Iraſcimur amicis ſi non dicant bonum de nobis, & laudent nos in temporibus opportunis, &c. Matt. tomo 2 120.c.2.A
Iraſcimur his, quia annunciant nobis mala, quando gaudemus, ſiue illa mala pertineant ad nos, ſiue ad alios, Matth. tomo 2 120.c.2.C
Iraſcimur illis, qui audiunt mala dici de nobis, ſi ſpõte audiant, vel ſi dicentibus, non reſpondeant excuſando nos, &c. Matt. tomo 2 120.c.2.C
Iraſcimur his, quid deſpiciunt illos, a quibus ſumus in admiratione, vel apud quos volumus haberi in admiratione, &c. Mat. tomo 2 120.c.3.H
Iraſcimur his, qui deſpiciunt eos, quos nos timemus, & veneramur, Mat. tomo 2 120.c.3.H
Iraſcimur his, qui deſpiciunt eos, a quibus timemur, Matth. tomo 2 120.c.3.I
Iraſcimur his, qui contemnunt eos, quibus non poſſumus auxilium noſtrum denegare, vel ſubtrahere ſine magna turpitudine noſtra, Matthæ. tomo 2. 120 c.4.F
Iraſcimur non reddentibus gratiam pro beneficio, ſaltem verbo, Matth. tomo 2 120.c.4.G
Iraſcimur his, qui non benefaciunt nobis, ſi bene efficiant omnibus alijs, Matth. tomo 2. 120.c.4.H
Iraſcimur his, qui obliuiſcuntur nos, Matth. tomo 2. 120.c.4.I
Nemo iraſcitur honoranti eum, & curanti de ipſo, Matth. tomo 2 120 c.4.K
Nemo iraſcitur his, qui non ſunt ſubſannatores, nec irriſores, neque conuiciatores, Matt. tomo 2. 120. colum. 4.k
Nemo iraſcitur alicui, quem timet, Matthæ. tomo 2. 121. colum. 1.A
Non iraſcimur facientibus nobis malum ex ira, vel minus iraſcimur, Matth. tomo 2 121.c.1.C
Non iraſcimur in ludo, riſu, feſto, proſperitate directione, & cõſumatione operum, nec in delectatione non cõtum eliosa, nec in ſpe optima, Matt. to. 2. 121.c.1.D
Non iraſcimur mortuis, nec rebus non ſentientibus, quia ira non fit ad non ſentientes, Matth. tomo 2. 121.c.2.E

Iraſcibilis. Vires iraſcibiles, & concupiſcibiles conuenienter creatæ ſunt in homine Gene. 192.c.3.F
Iraſcibilis nõ mouetur niſi facta iniuria, vel contemptu, vel cum hoc iudicauerit phantaſia aut ratio, ex 7. Ethi. ca. 8. Gene. 197.c.3.k
Actus iraſcibilis naſcuntur ex concupiſcibili Exod. tomo 1 186.c.3.G
Potentia iraſcibilis vocatur ſic, non quia ſola paſſio iræ ſit, ſed quia ira manifeſtior eſt omnibus paſſionibus illius potentiæ, & propterea nomen ſumptũ eſt ab ea, Matth. tomo 2. 100.c.3.k
Paſſiones iraſcibilis differunt a paſſionibus concupiſcibilis, quia obiecta paſsionum cõcupiſcibilis ſunt bonum, & malum abſolute, paſsiones vero potentiæ iraſcibilis ſunt ad bonum, & ad malum ſub quadam eleuatione, & arduitate, &c. Mat. tomo 2. 101 colum. 4.F
De motu iraſcibilis, & concupiſcibilis Geneſ. 195. colum. 4 K

Iratus. Irati, ſi habeant ſpem vindictæ, non plorant. Et ſi eam perdunt, plorant, &c. Nu. tomo 1 129.c.3.F
Iratus peccat in duobus generaliter, primo, quia non commenſurat retributionem, ſed cõmuniter plus infert, quam paſſus ſit. Secundo peccat in modo, quia iuſtitia retribuit malum peccanti. Et tamen ſine aliqua animi concitatione, &c. ira vero ſemper cum quadam concitatione, &c. Matt. tomo 2. 101. colum. 2.E
Præcipuum, quod intendit iratus inferendo vindictã, eſt, quòd ille, cui infertur, ſentiat pœnam. Et putet illam ſibi inflictam eſſe ex hac cauſa. Matt. tomo 2. 104.c.3.H
Viros iratos Deus nonnunquam placat, & non iratos ad iram conuertit, Matth. tomo 2. 78.c.4.I
Irati, & paſſionati pluries eadem repetunt verba, quia ſemel dicendo, ſuis deſiderijs nõ ſatisfaciunt, Matt. tomo 4 110.c.3.F

Iris. Cum naturaliter cauſetur, quomodo data ſit a Deo in ſignum non futuri diluuii, referuntur primo opiniones, & impugnantur, Et tandem Auctor ponit poſitionem ſuam, ſcilicet, quòd ante diluuium nihil ſignificabat ad placitum, ſed ſolum naturaliter, ſignificabat magnam copiam aquarũ ſubito non futuram. Sed poſt diluuium facto fœdere inter Deum, & homines: iris cæpit eſſe ſignũ diluuij vniuerſalis non futuri, ſignum inquam ad placitum Gene. 48.c.4.H
Ad iridis generationem ex 3. Meteoro. requiruntur duæ nubes: vna rorida leuis concaua, in qua fiat radiorum ſolarium receptio, & repercuſſio. Et alia denſa poſt nubem leuem, quæ propter ſui aliqualẽ ſoliditatem, faciat vt radii ibi detineantur ad cauſandum repercuſſionem radiorum ſicut in ſpeculis requiritur vitri perſpicuitas, & plumbi denſitas, &c. Geneſ. 48.c.4.I
Iris ante diem iudicij non apparebit per quadraginta annos, vt quidam dicunt, ſed improbatur dictum iſtorum Gene. 48.c.2.B
Iris erat ſignum non futuri diluuii, non quia naturaliter iris ſignificaret diluuium vniuerſale non eſſe venturum: nam diluuium generale non poteſt naturaliter euenire, ſed fuit ſignum ex voluntate Dei promittentis, nunquam amplius venturum eſſe diluuium vniuerſale ſuper terram: ideo voluntas eius ſola erat, qui tollebat diluuium nunquã inundare ſuper terram, ſed vt homines magis contenti eſſent, quia natura noſtra eſt valde ſcrupuloſa, dedit pro ſigno iridem mandans, quòd quandocunque iridem videremus, intelligeremus Deum non eſſe deſtructurum terram amplius per diluuium, & ſicut dedit illud ſignum, ita potuiſſet dare aliud, ſcilicet ortum ſolis, &c. Exod. tomo 1 49.c.1.C

Ironia. Eſt vitium occultationis, & diminutionis proprie excellentiæ, vt patet in fine 2. Ethic. Geneſ. 29.c.2.C

Irregularitas. Irregularitate debent fugere omnes miniſtri eccleſię Exo. to. 1 217.c.3.G
Excommunicatio non inducit irregularitatem Exo. tomo 1 217.c.3.H
In nouo teſta. occiſio, bigamia, & quædam alia inducunt irregularitatem, & hoc quia ſic iuſſit Apoſtolus, ſed in veteri teſta. nihil horum vetitum erat, Ioſue tomo 2 7.c.1.E
In ſacerdotibus vete. teſta. non cauſabatur irregularitas propter homicidium, ſicut in nouo 4. Regum 121.c.4.F
Quędam irregularitas eſt, quæ ſine peccato contrahitur,

tur, vt bigamiã, & alia cum peccato, ſicut homicidium 4. Regum 237.c.1.B
Irregularitatem cauſatam ab homicidio, habuiſſe ortum ex veteri teſta. putauerũt multi ex doctoribus noſtris etiam Sanctis, ex eo, quòd Dauid prohibitus fuerit ædificare tẽplum Domini propter effuſum ſanguinem 1. Paralip. 260.c.1.A, Sed fallũtur, vt probatur ibidem.
Irregularitas factum requirit, Matthæ. tomo 2 98. colum. 2 E
Irregularitatem non incurrit legislator dando legẽ, quòd homicidæ, & alij criminoſi occidantur, Mat. tomo 2 98.c.2.E
Irregularitas ſine culpa cauſatur, immo aliquãdo pro bona opera, Matt. tomo 2 90.c.2.A
Irregularitas quid, Matth. tomo 2 97.c.4.G
Super irregularitate ſolus Papa poteſt diſpenſare. Cõtra Cleri. concu. 5.c.3.G
Irritare. Duo ſignificat, ſcilicet, vocare ad iras, & adnihilare. primo modo habet penultimam productam, & ſecundo modo correptã, &c. Deut. 166 c.4.K.4. Regum 165 c.2.E
Irruere. Eſt quando aliqs iacet, & alius ſuperuenit, ad percutiendum eum 2. Regum 95.c.4.G
Is. Iſa. Is Hebraice virum ſignificat, & iſſa fœminam. Geneſ. 153 c.3.H
Iſaac. De Iſaac. tres exortæ, ſunt nationes, ſcilicet Idumæi, quãtum ad Eſau, & Amalechitæ ex quodã nepote Eſau, & Iſraelitæ de Iacob Gene. 261.c.2.A
Iſaac interpretatur riſus, & fuit ei hoc nomen impoſitum a Deo, ex eo, quòd mater eius riſit, quando Deus promiſit ſe daturum illi filium, vel quia in ſemine eius gaudere deberent omnes gentes, & Sara vocauit eum Iſaac, quia dixit: Riſum fecit mihi Dominus. Gene. 21. Gene. 161.c.2.E
Dato, quòd Abraham Iſaac, & Iacob eſſent, quando Deus erat Deus illorum, quomodo ſequitur, quòd viuerent, ad hoc, quòd Deus diceretur Deus viuorum, & non mortuorum, Matth. tomo 6. 69.c.4.G
Iſaac portans lignũ ad holocauſtum figura fuit Chriſti portantis crucem, &c. Gen. 281.c.1.A
Iſaac quando ad immolandum ductus eſt erat annorum triginta ſeptem, vt aliqui dicunt, aſſerentes, quòd eo anno contigit hoc, quo Sara mortua fuit. licet hoc prius contingeret, quam moreretur, &c. Geneſ. 281.c.1.D
Iſaac, quando ductus eſt ad immolandum erat decẽ annorũ. vel duodecim, vt dicit Rabbi Abẽ Ezra, & q̃ Abrahã ligauit eum renitentem. ſed vtrumque eſt falſum, ut probatur Gene. 281.c.3.I
Iſaac quare non acceperit in vxorem aliquam filiarum Loth, aſſignantur cauſæ, ſimiliter nec de ſtirpe Iſmahelis, Gene. 292.c.1.A
Iſaac dicitur filius Abrahæ Gene. 25. quia fuit valde ſimilis Abrahæ, vt dicunt Iudæi, Et Deus fecit hoc ad tollendum ſuſpitionem aliquorum dicendo, quòd Abimelech concubuit cum Sarra in domo ſua, & inde genitũ fuiſſe Iſaac. Sed melius dicitur, quòd vocatur filius Abrahæ per excellẽtiam, quia in ſolo Iſaac complendæ erant promiſſiones, &c. Geneſ. 296.c.1.E
Iſaac quare non acceperit aliam vxorem videns Rebecam ſterilem eſſe, & dicunt Hebræi, quòd ideo fuit, quia ex tempore, quo ligari ſe permiſit, vt immolaretur Geneſ 22. fuit cõſecratus Domino; nec erat ei licitum accipere niſi vnicã vxorẽ, forte ſicut Apoſtolus dixit de Epiſcopo, qui debet eſſe vnius vxoris vir 1. ad Timo. 3, Geneſ. 297.c.3.H
Iſaac vixit 180. annis. Gene. 343.c.4.G
Iſaac non permiſit Deus ire in Aegyptum tempore famis, ſed manere in Geraris Geneſ. 26 propterea, quòd erat conſecratus domino, dicunt Iudæi, ſed falſum eſt. Et dicẽdum, quòd ideo fuit: quia Deus præuidebat aliqua mala futura, ſi deſcenderet in Aegyptum Geneſ. 301.c.1.E
Iſaac, quare poſt cibum, dedit benedictionem, aſſignatur ratio g̃o. ordinariæ. Geneſ. 304.c.4.F
Circa ſuporem Iſaac, de quo Geneſ. 27. cum audiuit ab Eſau, ego ſum primo genitus tuus Eſau, quid dicant Iudæi, Hieronymus, & doctores noſtri Geneſ. 307.c.2.B
Benedictio Iſaac, qua benedixit Iacob, fuit valida Geneſ. 307.c.4.K
Iſaac mortuus eſt tredecim annis poſt venditionem Ioſeph. Geneſ. 349.c.3.G
Iſaac multum meruit in hoc, quòd obediuit patri ſeni, vt eum ligaret, cum poſſet effugere, ſed quis eorum magis meruerit, dubium eſt, alicui videbitur, quòd Iſaac meruit tantum, quantum Abrahã, & magis, quia tolerare debebat, mihi autẽ, in quit auctor, videtur quòd tantum, imo magis, meruerit Abraham, vt probatur. Geneſ. 281.c.2.D
Iſachar. Sors Iſachar fuit terminata duobus terminis naturalibus, ab vna parte mari mediterraneo, & ab altera mari Galileæ Geneſ. 408.c.4.H
Iſachar interpretatur conductus vel merces 1. Parali. 42.c.2.B
Iſai. Septem tantum filii Iſai nominantur, cum tamen 1. Regum 17. dicatur, quòd Iſai habuit octo filios, ſed ab Hebræis aſſignatur ſatis conueniens concordantia. licet poſſit dici, quòd Eſdras propter aliquam cauſam, nobis ignotam, ſubticuit vnum illorum, &c. 1. Paralip. 44.c.4.k
Et habuit ẽr Iſai duas filias, ſcilicet, Saruia, & Abigail, de quibus fit mentio in 1. Paralipomen. non propter ſe ipſas, ſed propter filios natos ex ipſis pertinentes ad progeniem Dauid ex parte ipſarum, qui fuerunt viri glorioſi, quorum matres fuerunt ex nobiliori genere, quam patres 1. Paralip. 45.c.1.D
Iſaias. Vide Eſaias.
Iſidorus. Beatus Iſidorus fecit duas lucernas, quæ manſerunt poſt mortem eius, vna ad pedes, & alia ad caput ſepulchri eius quaſi per ducentos annos, ita vt nihil de eis videretur cõſumptum, Sed poſtea indeſublatæ ſunt, &c. Num. tomo 2 24.c.1.A
Iſis. Erat maxima Dearum, & Deorum Aegypti, in cuius templo, quod erat in Alexandria, ponebatur virga, ſecundum quam menſurabatur crementum Nili. Sed ex tempore, quo Aegyptus ſuſcepit legem Chriſti, poſita fuit virga illa in eccleſia Chriſtianorum in honorem Chriſti, vt patet in Hiſtoria eccleſiaſtica Matth. tomo 1. 131.c.3.F
Iſmahel. Iſmahelis magnum fuiſſe priuilegiũ, oſtenditur in eo, quòd fuerit prius nominatus, quàm natus, &c. Geneſ. 258.c.1.E
Iſmahel, vt dicit Methodius Martyr, deſcripſit Chiliades ſeculorum in quibuſdam arcanis, &c. quæ venerunt ſuper nos in miſerabili Hiſpania tempore regis Roderici, &c. Geneſ. 258.c.4.G
Iſmahelem finiſſe dies ſuos in gratia dicunt Iudæi, quia Abraham rogauit pro eo, vt viueret coram Domino, & Deus conceſſit iuxta illud Geneſ. 17. Super Iſmahel quoque exaudiui te, &c. Geneſ. 261. colum. 3. F
Iſmahel habuit duodecim filios, qui ideo dicti ſunt duces

duces Genes.17. quia multa prole creuerunt prius, quam morerentur,&c.Genes. 261..c.3.G
Ismahel quando eiectus est ab Abraham cum Agar matre sua, habebat viginti vel plures annos Gene. 278.c.2.B
Ismahelem ęgrotasse tempore,quo eiectus fuit ab Abraham cum matre sua,dicunt Hebræi, eo, quòd Sara respexerit illum oculo malo,& liuido,sed hoc superstitiosum est, & falsum Genes. 278.c.2.B
Ismahel vixit centum triginta reptem annos, & mortuus est anno ætatis Isaac 123. Genes. 310.c.2.B
Ismahel, filius Abrahæ ex Agar,habuit duodecim filios,quorum primo genitus fuit Nabaioth,qui fuit magnus princeps, & ab illo denominati sunt quidam Populi dicti Nabathæi, habitantes circa Arabiam, quorum meminerũt Poetæ 1.Paralipomen. 35.c.4. K, de alijs vide ibidem. 36.c.1.A
Ismahel erat quatuordecim annorum,quando natus est Isaac Genes.17.1.Paralipome. 36.c.1.A
Ismahel quidam, interfecit Godoliam propter inuidiam,& vt prædaret ea,quæ erant in Masphat.4.Regum 259.c.3.H
Ismahelitæ. Aliquando vocãtur Madianitę, & econtra, propter quandam habitationis vicinitatem,vt patet Genes.37.Genes. 351.c.3.k
Israel. Iudæi vocant Zrael, nam quando nomen Hebraicũ transfertur in litetas latinas, secundum conditionem earum, non ita sonat sicut in hebræo Genes. 103.c.2.B
Israel aliquando capitur stricte,pro multitudine duodecim tribuum, aliquando pro tota multitudine tam duodecim tribuum, quam leuitarum Numer. tomo 2 158.c.4.K
Israel dicebatur Populus domini dupliciter,&c. Iosue tomo secundo 163.c.4.F
Israel quare dicatur hęreditas Dei,1.Regum tomo 1. 173.c.3.F
Israel dupliciter accipiť, vno modo pro toto Populo collecto ex duodecim tribubus, &c. Alio modo,p quadam parte istius Populi collecta ex duodecim tribubus, quæ constituebant vnum regnum per se &c.2. Paralipo. 228.c.2.B
Israelitæ. Primo habuerunt duces. secundo reges.tertio duces, sed ad vltimum reges habuerunt. 345.c.4.H
Israelitæ non habitauerunt quiete terram promissionis, vsque ad quatuordecim annos post transitum Iordanis Exo.tomo 1 100.c.4.H
Israelitæ ibant ter singulis annis in locum Sanctuarij, Matth tomo 6 207.c.4.F
Israelitæ quare fuerunt translati, in Assirios per Salmanasar,4. Regum 180.c.3.F
Omnibus Israelitis prohibita erat rasio in nouacula, tonsio tamen erat permissa Num.tomo 1.69.c.2.A
Soli Israelitæ laici soluebant iura pro ministris Sanctuarij,Matth.tomo 6 208.c.2.B
Beneficium præstitum Israelitis in exitu de Aegypto in duobus consistit, Matthæ. tomo 7.283. colum.1.D
Israelitæ recesserunt a monte Synai die secundo, mẽsis secundi,anni secundi, ab exitu de Aegypto.Nu. tomo 1. 3.c.3.K
Israelitis permittebatur probatio Zelotipiæ, libellus repudii, & vsura ad gentes, & ad conuersos ad Iudaismum,&c.propter imperfectionem suam, quæ omnia vetita sunt in nouo testamento Nu.tom.1. 61.c.4.K
De ordine procedendi populi Israel per desertum, similiter & leuitarum,Num.to.1 15.c.1.C
Israelitæ peccauerunt petendo a Moyse, vt mitteret exploratores &c.Num.tomo 1 178.c.4.F
Israelitæ ætatis viginti annorum, qui exierunt de Aegypto,mortui sunt in deserto, & vna ex causis prædictæ mortis fuit eorum pusillanimitas, & seruilis conditio,Num.to.1 190.c.3.F
Israelitæ intrauerunt in terram Chanaan, die decimo mensis primi anni quadragesimi primi ab exitu de Aegypto Iosue 4.Num.to.1 212.c.4.k
Israelitę steterunt in vna mansione in deserto fere per triginta septem annos,scilicet,vsque ad principium anni quadragesimi ab exitu de Aegypto, & quæ acciderunt toto illo tempore in illa mansione,non scribuntur. Mansiones tamen anni quadragesimi scribuntur,Nu tom.1 215.c.1.B
Israelitis & conuersis ad iudaismũ generale erat omne,quod erat pœnale, siue in cæremonialibus siue in iudicialibus, & in omnibus obligationibus, solũ differebant quantum ad leges, quæ dabant aliquem honorem, vel principatum,quia his legibus non participabant conuersi ad iudaismum,Nu.to.1. 225.c.4.F
Israelitas voluit Deus distinctos esse ab alijs gentibus in rebus & in signis,Num.tomo 1 227.c.4.I
Israelitæ habent consuetudinem, effundere cum aliquis moritur,totam aquam,quæ erat in vasis, quia iudicant illam aquam esse immundam &c. Num. tomo 1 271.c.2.B
Israelitæ comedunt nunc azymos panes, non tamen Agnum Paschalem, Nu.tom.1 273.c.1.A
Israelitæ non sunt nunc obligati ad obseruandum cęremonias expiationis, & si non aduenisset nouum testamentum, sed esset sicut quando erant apud Babylonios,Nu.to.1 273.c.2.A
Israelitæ non peccauerunt non occidendo Gabaonitas propter iuris ignorantiam &c. Iosue tomo 1. 167.c.1.E
Quando Israelitæ ibant ad bellum, quem modum tenerent,Iudi. 65.c.2.E
Israelitæ venerunt bis in Cadesbarne, Iudi. 111. colum 4.G
Israelitis vetitum erat aliquam terram capere ad vniẽdum terræ suæ,Iudi. 117.c.4.F
Irsraelitæ peccauerunt occidendo paruulos Beniamin &c.Iudi. 214 c.1.A
Israelitæ peccauerunt occidendo paruulos, & mulieres Iabes Galaad, nisi id feciissent ex diuina dispensatione,Iudi. 220.c.4.F
Israelitæ in Aegypto,tempore prosperitatis, erant sub dominio Ioseph,& tandem sub Pharaone. Et ipsi inter se habebant aliquos iudices, sed veniente postea tempore aduersitatis verisimile est, quòd ipsi non haberent inter se aliquos iudices, vel dominos de se ipsis, sed præponebantur eis iudices & præfecti de Aegyptijs, vt premerent eos. Post exitum vero de Aegypto fuit alius modus regiminis eorũ sub Moyse quadraginta annis, 1. Regum tomo 1. 1.c.4.G
Sed post acquisitam terram promissionis vsque ad dispersionem eorum post Christi mortem quod durauit fere tempore duorum millium annorum,Iudæi habuerunt triplicem modum regiminis, scilicet, per iudices, per reges, & per pontifices &c. ibidem
Quando Israelitæ pugnabant contra aliquam ciuitatẽ gentilium, qui non erant Chananæi, & eis resistebant, debebant interficere viros relictis fœminis, Deuter. 20. secus tamen si pugnarent in campo.2. Regum 53.c.4.k
Israelitas, cum essent peccatores, & idolatræ,multoties

ties liberabat eos Deus ab aduersarijs propter multa,4.Regum 63.c.4.k

Israelitę quare fuerũt translati in Assyrios per Salmanasar, 4.Regum 180.c.2.I

Israelitæ, qui manserũt post captiuitatem factam per Salmanasar, non habuerunt aliquem regem super se, nec ausi sunt illum constituere propter multa &c. sed subiecerunt se regi Iuda 4. Regum 238. colum.1.A

Non omnes Israelitæ decem tribuum translati sunt in Assyrios, nam aliqui manserunt illa vice,vt patet 2.Paralipomenon 34.&35. 4.Regum 237.colum.1.E

Cum Israelitæ translati fuerunt in Assyrios per Salmanasar, manserunt multæ ciuitates in regno Israel, quas non cepit, scilicet, de tribu Ephraim, & Manasse,& de Simeon,& Nephtali,2.Paralipom.34.4. Regum 255.c.2.B

Israelitæ in Babylone nõ sunt coacti seruire Chaldęis sed erãt sicut ipsi Babylonij. Hoc tamen solum habebant seruitutis, quòd si vellent redire in terram suam, non permittebantur. Sic etiam fuit de decẽ tribubus translatis in Assyrios, quia non fuerunt subiecti seruituti Assyriorum, sed data est eis terra ad colendum,quam colebant pro se &c.4. Regum 257.c.1.B

Israelitæ fugientes in Aegyptum, mortuo Godolia, peccauerunt propter multa,4.Reg.260.c.2.A,Ieremias tamen descendens cum eis, non peccauit, ibidem.

Israelitæ stetérunt in Aegypto annis ducentis & quindecim,vel quasi,1.Paralip.40.c.1.B,& 104.c.1.D,& Genes. 254.c.4.G

Israelitas iuuabat Deus multis modis cõtra inimicos Paralip. 158.c.3.C

Israelitæ laudabiliores erant cæteris populis, & ideo magis familiares in multis,1.Paralipomenon, 203. colum.4.F

Israelitæ poterant dici populus Dei dupliciter vno modo generaliter, & alio modo specialiter &c. 1. Paralip.204.c.1.C,Et ad legem,quam Deus dedit, nõ obligabantur Israelitæ, nisi Deus præciperet, vt illã susciperent,sed Deus non prȩcepit,sed persuasit suscipere illam, inducendo eos ad hoc per multa beneficia,quæ eis conferebat propter quæ obligabantur suscipere legem, quam ipse dabat,Exo.19 1.Paralip. 204.c.3.F

Israelitæ acceperunt in dominum Deum suum obligando se ad seruandum legem suam,Exo.19.Et sic Deus accepit Israelitas in populum suum specialem,sicut ipsi acceperunt Deum,in Deum speciali ter,1.Paralip. 204.c.3 G

Israelitæ erant tanquam coloni Dei,1. Paralipomenon 338.c.4.I

Israelitæ non peccauerunt recedendo a Roboam, nõ admittente petitionem eorum, 2. Paralip.140.col. 1.A,Sed Israelitæ non ausi sunt petere a Salomone Alleuiationem,quam petierũt a Roboam propter multa,2 Paralip. 140.c.1.C

Israelitæ,cum essent in prosperitate, quare relinquerent Deum, & colerent idola, 2. Paralip.160.c.1.B, & 162.c.2.C

Quare non omnes Israelitæ fuerint occisi a Romanis,sed dispersi sunt per totum mundum &c.2. Paralip. 183.c.4.G

Cætera de Israelitis,vide in dictione Iudæi.

Italia. Dicebatur Olim Magna Græcia, deindeà cuiusdam regis nomine, Saturnia dicta, mox & Latium appellata est, eo quòd ibi latuerit Saturnus, a Ioue sedibus suis pulsus &c. postremò ab Italo Siculorum rege ibi regnante, Italia dicta est &c.Genes. 4.c.2.C

Italicus. Quilibet Italicus poterat dici Romanus, propter excellentiam vrbis.ff.ad municipa.l.Roma.Matth.tomo 3 178.c.3.G

Iter. In itinere multa pericula solent accidere, &c. Genes. 381.c.4.K

Iter Sabbathi,de quo Actu.1.qualis sit,Exo.to.1.82.c. 3.F,& 135.c.2.A

Ithamar. Filius minor Aaron præerat meraritis, & gersonitis, qui portabant partes tabernaculi. Et Eleazar præerat Caathitis, Nu. 4.Exo to.2 202.c.3.H

Ituræi.,& Naphæi.

Iturę,& Naphę,de quibus primo Paralipomenon 5. Qui venerunt in adiutorium Agarenorum, fuerunt descendentes ab Ismahele sicut Agareni. Nã Itur,& Naphis, a quibus sic denominantur, fuerũt filij Ismahelis 1.Paralipom.1.& Genes.25.1.Paralip. 83.c.4.F

Iubere. Dei duplex,nam aliquando Deus iubet vocaliter,quãdo scilicet, per Angelos mandat aliquid vt in datione legis ad Gal.3.&c.aliquando vero iubet intellectualiter, quando iubet Angelis aliquid facere &c.2. Paralipomenon, 110. colum.3.F

Deus dicitur iubere locustis, quia id, quod Deus vult locusta exequitur tanquam si intelligeret, 2. Paralipom. 110.c.3.F

Iubilæus. Quando inciperet fieri,Exo.tomo 1. 206.c.2.D

Annus iubilæi quare non obseruetur nunc apud Iudæos,nec annus remissionis,Exo.to.1 95.c.2.E

In anno iubilæi seruus fiebat liber cum vxore, & liberis,& in hoc differebat annus iubilęi a cæteris annis remissionis, quia in alijs annis non fit remissio generalis,sed bene in iubilæo &c.Exod.tomo 1. 208. colum.3.I

Iubilæus erat maximum festorum, Leuiti. 290.c.2.A

Annus iubilæi,apud Hebræos, erat annus quinquagesimus, sed dupliciter computant eum quinquagesimum,quidam inclusiue & alij exclusiue. Et iuxta primos, annus præcedentis iubilæi intrabat in numerum, & postea septem hebdomadæ annorum, quæ faciunt quinquaginta, similiter iuxta illos annus remissionis & iubilæi coincidebant. Alij non computant annum iubilæi præcedentis, sed vltra septem hebdomadas addunt vnum annum. Et ille erat quinquagesimus, & dicebatur annus iubilæi. Et ista opinio est verior & rationabilior quam præcedens Leuit. 290.c.2.C

Totum tempus Iudæorum diuidebatur per Iubilæos, & similiter diuidit eum Eusebius, Leuitic. 290. colum.3.F

Finis iudicij vniuersalis erit separatio, & duplex erit separatio iudicandorum, Matthæi tomo 7. 107 colum 4.k
In iudicio Dei idem est iudex, & testis, Matth. tomo 7 108.c.3.G
Quomodo pater dedit filio omne iudicium facere, Mat.tomo 7 109.c.1.A
Circa iudicij vniuersalis sententiam, sunt duæ opiniones, Mat.tomo 7 118.c.3.F
Quare in iudicio Christus dicet malis, discedite a me, &c. Mat.tomo 7 118.c.3.G
Dæmones post diem iudicij non habebunt principẽ, Mat.tomo 7 120.c.3.H
De malorum responsione in die iudicij, Mat.tomo 7 122.c.2.A
De executione sententiæ datæ in iudicio, Mat.tom.7 122.c.4.K
Scire iudicij extremi tempus determinate, solius Dei est, Mat.tomo 7 86.c.3.G
De causa erroris circa iudicij signa, Matth. tomo 7. 88.c.1.B
Iudicij executio quid sit, Matth.tomo 7 91.c.1.A
Christus prædicens diem iudicij, non reuelauit tempus determinatum eius, sicut & aliquorum aliorum, Mat.tomo 6 83.c.4.F
De resumptione corporum paruulorum in iudicio, Mat.tomo 7 228.c.2.A
Quomodo Deus reuelabitur in die iudicij, Mat.to.7. 245.c.2.C
Ad quid erit conueniens ignis in die iudicij, & quare non fuit, cum Deus miserit diluuium, Mat.tomo 7. 124.c.3.k
Ad quid erit mundi purgatio in die iudicij, Mat.to.7. 125.c.3.G
Purgatio, quæ fiet in die iudicij in corporibus, fiet dupliciter, Mat.tomo 7 129.c.4.G
Quomodo aer purgabitur in die iudicij, Mat. tom.7. 129. colum. 4. H, Et purgabitur tota sphæra aeris, ibidem.

Qualis erit dies iudicii omnia conflagrans, Matth. tomo 7 133.c.1.E
Post diem iudicii nullum mixtum erit nisi homo, Matth.tomo 7 133.c.2.B
De grossitie ignis iudicii, Matthæ.tomo 7. 133.c.2.B
De igne iudicii vide multa, Matthæ. tomo 7.133.colum.4.G
Mixta in die iudicii redibunt in elementa pura præter hominem,Matth.tomo 7.135. col.2.B, & 249. colum.1.D
Boni,qui in die iudicii inuenientur viui, exurentur insensibiliter,Matth.tomo 7.135.col.2.C, & 244.colum.3.H
Boni,& mali quomodo ardebunt in die iudicii, Mat. tomo 7 137.c.2.D
Generatio cessabit post iudicium, Matthæ. tomo 7: 139.c.1.E
Quomodo horam iudicii nemo sciat nisi pater, Mat. tomo 7 143.c.4.F
Exacto iudicio erit vltima consumatio bonorum, & malorum, Matth.tomo 7 184.c.4.K
Vsque ad diem iudicii potest damnatorum pœna similiter,& gloria beatorum augeri, Matth.tomo 7. 185.c.2.A
Exacto iudicio non videbunt damnati gloriam beatorum, Matth.tomo 7 218.c.2.E
De reassumptione corporum paruulorum in iudicio Matth. tomo 7 238.c.2.A
Quomodo Deus reuelabitur in die iudicii, Matthæ. tomo 7 245.c.2.B
Quòd homo præsentetur in iudicio,dupliciter potest intelligi, Matth.tomo 7 255.c.3.G
Homini debetur duplex iudicium propter duo sibi conuenientia,vnum vniuersale, & aliud particulare, Matth.tomo 7 86.c.1.B
In iudicio cessabit omnis motus cœlorum, Matthæ. tomo 7 128.c.1.A
Circa elementorum permanentiam in die iudicii referuntur variæ opiniones, & improbantur, Et tandem ponitur sententia auctoris, Matthæ tomo 7. 126.c.1.C
Iudicium accipitur vno modo pro discussione causarum. Alio modo specialiter pro condemnatione. de primo intelligitur illud Psal. 1. Non resurgent impii in iudicio. De secundo intelligitur illud Ioã. 5.Qui vero mala in resurrectionem iudicii. Primo modo multi bonorum iudicabuntur, scilicet illi, quorum actus non sunt nobis noti, vt totaliter boni, Matth.tomo 7 91.c.2:B
Quòd iudicium accipiatur pro condemnatione, assignatur causa,Matth.tomo 7 91.c.2.C
In iudicio vniuersali non fiet discussio de meritis electorũ a Deo,quia illa sunt Deo manifesta, sed ideo nos dicimus futuram, discussionem de illis, quia nescimus nunc,qui sint electi, & vt totus mundus cognoscat, quomodo illam beatitudinem, quam habent:meruerunt, & idem dicẽdum est de malis. Matth. tomo 7 91.c.2.D
In iudicio vniuersali iudicabuntur illi, qui fuerũt mali per discussionem,quantum ad nos, Mat.tomo 7. 91.c.4.F
In iudicio vniuersali tam quoad discussionem,quam quo ad retributionem non iudicabuntur Angeli boni neque mali; imo nec pertinet ad eos iudiciũ aliquomodo: nam non iudicabunt, neque iudicabuntur,sed soli homines. Respicit tamen indirecte ipsos Angelos, scilicet passiue, in quantum humanis actibus se immiscuerunt in bonum, vel in malum Matth.tomo 7 92.c.3.F
In iudicio vniuersali erunt quatuor ordines hominũ; malorum duo,& bonorum duo, malorum inquæ, quia quidam iudicabuntur,& peribunt:quidã vero non iudicabuntur,& peribunt. Bonorũ etiam,quidam iudicabuntur, & salui fient, & quidam non iudicabuntur,& salui fient,Matth.tomo 7. 92.c.4.I
In iudicio vniuersali apparebit Christus in forma humana, & non in forma diuina,vt probatur ibidem 93.col.1.A
Et apparebit in humanitate glorificata.ibidem
Et expedit, quòd mali videant gloriam humanitatis Christi.ibid 94.col.3.G. Mali tamen non videbunt Christi diuinitatem, vt probatur ibidem
Nam deitas non potest videri aliquomodo sine gaudio, Matth.tomo 7 95.c.1.E
De iudicii vniuersalis loco,progressu,modo, tempore,duratione, & aliis conditionibus, & circunstantiis nihil scimus per certitudinem, nisi quatenus sacra scrip.tradidit determinate,hoc tamen nobis cõstat,quòd erit vnus locus, ad quem venit Christus, & quòd erit in terra, & quòd ibi congregabuntur omnes gentes, & deducentur per Angelos ad ipsum locum, & ibi erunt, &c.Communiter tamen dicitur, quòd fiet in valle Iosaphat, propter illud Ioelis.3. Congregabo omnes gentes, & deducam illas in vallem Iosaphat, & ibi disceptabo cum eis. Et hoc exponunt de iudicio finali, &c. Alii dicunt, quòd erit in monte Oliueti. Alii, quòd non iudicabit Dominus in valle Iosaphat,prout est vallis quędam parua, in latere montis Oliueti, sed accipitur vallis Iosaphat, vt est nomen commune, prout interpretatur Domini iudicium. Et sic exponunt illud Ioelis.3. In vallem Iosaphat, idest in vallem iudicii Domini, sic dicit Magister.4. Senten. dist.48. Multis tamen videtur,& rationabiliter,quòd locus iudicii erit circa Ierusalem,vel montem Oliueti,& assignatur ratio,Matthę.tomo 7 95.c.4.F
Quòd ĩ iudicio vniuersali omnes boni erũt eleuati in aere,magis videtur consonare auctoritati sacrę scripturæ,idest ad Thessalon.4. Rapiemur obuiã Christo in aera, licet sit problema neutrum, Matt.to.7. 96.c.2.B
An iudicium vniuersale, & omnia, quæ dicuntur iudicialiter facienda, fient in voce, an secundum solam mentem.& interiorem allocutionem, omnibus est dubium: sed quia multæ difficultates vidẽtur sequi, si dicatur omnia ista fieri debere in voce, tenetur quasi communiter, quòd ista fient magis spiritualiter,quã vocaliter, Matthæ.tomo 7.97.colum.4.k
Sed potest conuenienter dici, quòd illud iudicium fiet vocaliter, & Christus vocaliter proferet sentẽtiam illam,de qua, Mat.25.vt probatur, Matt.to.7. 98.c.1.D
In iudicio vniuersali non discutietur vita cuiusque,cũ præsupponatur, discussionem factam fuisse in iudicio particulari mortis. Mat.tomo 7.98.c.2.F. Et accusationes; & defensiones singulorum fient mentaliter:sed sentẽtia fiet vocaliter.ad Ro.2.Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, &c.ibid.
In iudicio vniuersali necesse est ponere libros, quia scriptura hoc asserit. Dan.7.Iudicium sedit, & libri aperti sunt,& Apoc.20.Et libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his,quæ scripta erant in libris secundũ opera ipsorum, quod debet intelligi per Metaphoram. nam vere nullus liber erit,Mat.to.7. 98.c.4.G
Liber vitæ,qui erit in iudicio vniuersali, est liber conscientiæ singulorum,vt quidam dicunt, de quo Apoc.20. Et multi libri erunt multi Sancti noui, & vete.testa.Matthę.tomo 7 99.c.3.F

Sed

Sed quare liber conscientiæ dicatur vnus, cum sint multi. Dicit author, quòd liber vitæ non accipitur pro libro conscientiæ, sed pro prædestinatione Dei, & accipitur sic quasi Deus habeat duos libros vnū in quo scribat malos damnandos, & alium in quo scribat bonos saluandos, primus vocatur liber mortis, & secundus liber vitæ ibid. 99.c.4.H

In iudicio vniuersali, reuocabuntur in memoriam cuiusque omnia bona vel mala quæcūque fecit, Mat. tomo 7 100.c.2.E

Et non solum reducentur ad memoriam malorum peccata nunquam dimissa, sed etiam dimissa totaliter quo ad culpam, & pœnam, & dimissa quo ad culpam, non tamen totaliter quo ad pœnam ibid. 100.c.4.K

Bonis vero omnia bona venient in memoriam, & dānatis omnia tam bona quam mala, Mat. tomo 7. 101.c.1.E

Et beatis redibunt in memoriam omnia mala præterita, quæ fecerunt propter duo ibidem, 101.colum.4.G

Et beatis manebit in perpetuum memoria bonorum & malorum, quæ egerunt, propter multa ibidem, 102.c.1.D

Similiter dicendum est de malis vt probatur ibidem, 102.c.2.D

Et boni cognoscent omnia, quæ erunt in cōscientia malorum siue bona siue mala. Et cognoscent bona aliorum bonorum, similiter & mala, quæ commiserunt. Mali etiam cognoscent bona, & mala bonorum, ibid. 103.c.1.A

Et ad asserendum, quòd singuli homines in iudicio scient omnia, quæ alij commisserunt, multiplex necessitās nos conuincit. Prima est authoritas scripturæ, scilicet, 1. Corint. 4. vbi dicitur nolite ante tēpus iudicare, quo adusque veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cōsilia cordium. Et tunc laus erit vnicuique a Deo &c. ibidem 103.c.2.A

Secunda necessitas est intentio Dei facientis iudicium, vt ea, quæ sunt nunc ignota de operibus Dei, fiant tunc nota &c. Mat. tomo 7 103.c.3.I

Tertia necessitas est ex parte hominum, nam volet vnicuique laudem dare pro operibus suis bonis, & notificationem operum eius, & opprobrium de malis operibus ibid. 105.c.1.D

Alia causa est ex parte Dei ad laudem eius &c. ibidem

Et ista notitia omnium bonorum & malorum, quæ fecerunt boni, & mali, manebit in æternum in memoria tam damnatorum quam beatorum: & omnium bonorum, & malorum operum habebunt notitiam distinctam, nō vnico actu, sed multis successiue, & illa successio erit in tempore quasi imperceptibili &c. ibid. 106.c.1.B

Iudicium vniuersale aliquandiu durabit, quia non fiet in instanti, Mat. to. 7 106.c.3.F

In iudicio vniuersali distinguentur boni a malis, propter duplicem sententiam, vnam absolutoriam, & aliam condemnatoriam. Sed quare in illis sententijs dicet bonis, Venite, & malis recedite &c. Matt. tomo 7 107.c.4.F

In iudicio vniuersali dicet Christus de operibus misericordiæ, non propterea quia de his solis homo iudicetur, i. boni absoluentur, quia illa fecerunt, & mali damnentur, quia illa non fecerunt, vt probatur 115.c.1.A, Et alij aliter dicunt, sed non placet, ibidem 115.c.1.C, Dicendum, quòd vnica est causa pro salute bonorum, & damnatione malorum, scilicet, charitas, cum deest vel adest. Et istam causam nō expressit Christus propter multa Mat. to. 7, 115.col.3.k. Et non fecit Christus mentionem de operibus misericordiæ spiritualibus propter multa ibidem 15.c.4.G

In iudicio vniuersali enarrabit Christus omnia opera misericordiæ erga malos, sicut erga bonos propter multa, Mat. tomo 7 121.c.3.I

Sed quare de bonis enarrentur omnia opera misericordiæ, quòd scilicet, illa fecerunt, cum multis iustorum non fecerint illa, & de malis, quòd non fecerint illa, cum molti damnandorum fecerint illa, Mat. to. 7 122.c.1.A

Sed quòd sententia damnationis in damnatis sit iusta, quia non fecerunt opera misericordię, probatur ibidem.

Sed quare damnati respondebunt referendo mala, & excusationes suas vide ibid.

Et quare a Christo quærent, quando te vidimus, Mat tomo 7 122.c.3.F

De ordine illorum, quæ circa iudicium euenient, dicendum sicut dicit Magist. in 4. Senten. dist. 47. scilicet, quòd veniet ignis, qui mundum purgabit, & facta purgatione, veniet vox, qua resurgent mortui, quæ vocatur vox tubæ, & congregabuntur &c. Et feretur sententia pro bonis, & postea contra malos & tandem tradetur sententia executioni, Mat. to. 7. 134.c.4.G

Iudiciale. Iudicialia præcepta quare non obseruent nunc Iudæi, Exo. tomo 1, 95.c.3.K

Illa, quæ iudicialia erant in veteri testamento, possunt nunc principes facere seruare in terris suis, nō quidem tanquam obligantia ex prima illa impositione Dei, qua imposita sunt populo Hebræorum, sed ex noua constitutione ipsorum principum, ac si nūquam prius fuissent, sic quædam iudicialia canonizauit Ecclesia &c. Exo. to. 1 293.c.4.I

Iudicialia aliquando non ponuntur vniuersaliter, sed sumuntur in particularibus, vt sententiæ iudicum, quæ dantur super certo facto. Et non extenduntur ad aliqua alia similia, vel dissimilia. Et tamen accipiuntur vt ius, quia res iudicata accipitur vt ius &c. Deuter. 35.c.1.A

Qui in iudicialibus victus est, condemnatur in expensis pro ipso victore, quia ipse præstitit causam litigādi, 1. Paralip. 222 c.4.F

In iudicialibus mitius agitur cum sponte confesso, quam cum conuicto, & tamen si confiteatur metu, & necessitate probationum instantium, nō agitur mitius Iudi. 108 c.1.C.

Aliqua iudicialia veteris testamēti seruant nunc Christiani, vt habetur extra de iniuria & damno dato, & de furtis, & de adulterijs, quæ habentur Exod. 21. & 22. Non tamen obseruamus illa, tanquam data Iudæis in veteri testamento, cum iam omnia illa cessauerint, sed tanquam de nouo instituta ab ecclesia, quasi vtilia nostræ politiæ, Matth. tomo 2. 75. colum 3. G

Quæ dicantur iudicialia præcepta, Matth. tomo 6. 126 c 4 K

Iudiciarium. Ordinem seruauit Deus in punitione primorum parētum prius interrogans eos, quam puniens: serpentē non interrogauit, quia iam damnatus erat, Genes. 20 c.4.H

Iudiciaria potestas, vt communiter dicitur, dabitur Apostolis, & alijs, &c. propter voluntariam paupertatem, primo ratione congruitatis, secundo per modū meriti, tertio ratione dispositionis &c. Mat. tomo 5 165.c.3.K

Iudiciariam potestatē solis duodecim Apostolis promisit

misit Christus, non quidem negando eam aliis, sed quia tunc non erat causa promittendi aliis, quando Christus hæc verba loqueretur, Matth. 19. Matt. tomo 5 165.c.4.K

Ad iudiciariam potestatem tria requiruntur, vt quidam dicunt, &c. Matth tomo 5 165.c.3.k

Iudiciaria potestas pertinet ad præmium accidentale in beatis, &c. Matth. tomo 5 166.c.1.C

Iudiciaria potestas non dabitur Angelis aliquomodo nisi per approbationem, nec propter hoc dicentur iudices aut iudicantes, Mat. tomo 5 166 c.2.D

Iudith mendacio officioso liberauit Populum Exo. tomo 1 6.c.3.G

Non fuerunt similes Iudith contra Holofernem, & Dalida contra Samsonem, quia Dalida grauissime peccauit. sed non Iudith, Iudi. 165.c.3.H

Iulius Cæsar. Vocatus est Cæsar ab vtero Cæso, quia ab vtero cæso matris viuus eductus est, & quia fuit primus Imperator, ab eo oēs Imperatores dicūtur Cæsares, sicut ab Augusto, Augusti, Matthæ. tomo 6 22.c.4.K

Iulii Cæsaris cineres vsque hodie manent Romæ in vrna quadam magna, posita super lapidem altissimum, qui vocatur Acus Sancti Petri. 4. Regu. 236. colum. 2 C

Iulius Cæsar primus Imperator inter Romanos cœpit esse anno ante Christi Natiuitatem, quadragesimo septimo, qui imperauit annis tribus, & mensibus sex, Matth. tomo 1 151.c.4.I

Iumentum. Iumentorum nomine omnia animalia bruta gressibilia, præter serpentes intelliguntur, per illud Genes. 6 de iumentis in genere suo, &c. Genes. 39.c.1.E

Iumenta dicuntur animalia mansueta, nata ad adiuuandum homines, vt sunt equi boues, &c. Gens. 42. colum. 2. E

Quæ dicantur Iumenta, & quomodo Iumenta capiãtur Exo. 13. cum dicitur, quam de Iumentis Exod. tomo 1 98.c.4 F

Iumenta accipiuntur large in multis locis sacræ scripturæ, scilicet, pro omnibus animalibus, quæ sunt domestica, siue sint Iumenta proprie, siue sint pecora. Exod. tomo 1 226.c.3.I

Iuniperus. Vulgariter dicitur Enebro Italia Zinebro in cuius cinere potest conseruari ignis per annum integrum, vt dicit Isidorus 3. Regum 175.c.2.E

Iupiter. Apparebat Aegyptiis in figura Arietis. Et ideo cum sculpebatur in figura humana apponebāt capiti eius cornua Arietina Exo. tomo 1 54.c.2.C

Iupiter complet motum suum quasi in duodecim annis Defensorio 49.c.4.K

Iuramentum. Iurare.

Iuramētum, quod suscepit Abraham a seruo suo sub fæmore, aliqui Hebræorum dicunt fuisse propter reuerentiam circuncisionis. vt scilicet in circuncisione iuraret, quæ data erat a Deo in signum. Sed Rab. Aben. Ezra dicit, quòd ponere manum sub fęmore est ponere sub natibus, supra quas sedit. Et significat, hoc, quòd ille, qui iurabat, subditus erat illi, cui iurabat, sicut manus subiiciebatur fæmori, & ideo fidelitatem seruare deberet, & dicit, quòd iste modus iurandi seruatur vsque hodie apud Iudæos, & satis rationabile est hoc. Sed doctores nostri dicunt, quòd iurauit sub fæmore, ad significandum, quòd iurabat in nomine Christi nascituri de fæmore Abrahæ. Et taliter loquitur scriptura Exo. 1. vbi dicitur, omnes animæ eorum, quæ egressi sunt de fæmore Iacob, sed seruus Abrahæ nō sciebat hoc mysterium, licet illud sciret Abraham Genes. 288.c.1.A

Quando Deus promittit nobis aliquid cum iuramento, promissio ex parte Dei non est maioris firmitatis, sicut si fieret absque iuramento, bene tamen apud nos, Genes. 366.c.2.D

Iuramentum apud antiquos fiebat cum eleuatione manuum ad cęlum, quasi Deus inuocaretur in testimonium, qui habitat in cęlis, Exo. to. 1. 37.c.2.C, & 243.c.2.C

Iuramentum debitum tria requirit, scilicet, iustitiam, iudicium, & veritatem, vt patet Iere. 4. Et iurabunt, viuit dominus in iustitia, iudicio, & æquitate, & habetur extra de iure iurand. in ca. si Christus. Et iuramentum, quod habet istos tres comites, licitum est Exod. tomo 1 169.c.1.B

In iuramento assertorio veritas consideratur, per cōparationem verborum iurantis ad rem gestam, sed in iuramento promissorio veritas accipitur per conformitatem verborum iurantis ad intentionē eius, nam promissio est per modum futuri, veritas autē, vel falsitas nō reperitur per modum futuri, sed per modum præsentis &c. Exo. tomo 1 169.c.1.A

Iuramētum debet esse in iudicio, cum mentis deliberatione, & maturitate, & non impetu irę, aut concupiscentiæ stimulatus, aut in ebrietate positus, quę tollunt perfectionem iudicij, & libertatem, quæ boni & mali operis radix est, Exod. tomo 1. 169. colum. 1.B

Iuramentum frequentandum esse dixerunt quidam Hebræi, fundantes se super illud Deuteron. 6. Dominum Deum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen eius iurabis. Sed isti aberrant, Exod. tomo 1. 169 c.2.A

Iuramentum est introductum inter homines propter necessitatem, quæ est pœna data homini, scilicet, vt vnus homo non credat alteri per simplicem negationem, aut simplicem affirmationem, vt patet Mat. 5. sit sermo vester, est, est, non, non. quod amplius est a malo est, non a malo culpæ, sed a malo pœnæ, vt declaratur extra de iure iurando in cap. si Christus &c. Exod. tomo 1 169.c.2.B

Quòd homines a se inuicem exigant iuramentum ex incredulitate est, quæ pęna fuit indita nobis ex peccato primi parentis, sicut ignorantia & concupiscētia &c. Exod. tomo 1 169.c.2.A

Iuramentum prohibuit Christus Mat. 5. nō totaliter, id est, quòd nullo modo fieret, quia saltem cum petitur in iudicio, fieri debet, sed voluntarie facere, non debemus. Et Iacobi 5. ante omnia fratres mei, nolite iurare, nec per cœlum &c. Quòd non sic intelligendum est, quòd scilicet iuramentum sit simpliciter illicitum, quia si sic, nullo modo permisisset scriptura, sicut nullo modo permittit adulterū, &c. Sed iuramentum permittitur in multis locis veteris testamēti. Nam Gen. 22. habetur, quòd Deus iurauit Abrahæ, Isaac, & Iacob, dare terram Chanaan. Et Genes. 50. & in Exodo, & Psal. 108. Iurauit dominus Dauid veritatē &c. Et in Euangelio Christus frequentissime iurat, cum frequenter dicit, Amen amen dico vobis, & Apostolus iurabat, cum dicebat, Testis est mihi Deus, & hoc est iuramentum, sicut dicere, Viuit dominus, Iere. 4. Et iurabūt viuit dominus. Angeli sancti etiā iurauerunt, Apocalip. 10. cum dicitur. Et iurauit per viuentem in sęcula sæculorum &c. Exo. tomo 1 169 c.2.B

Quòd iuramentum vitetur, non est propter seipsum, sed propter mala, quæ sequuntur ex eo. Nam eorū, quæ vitantur, quædam vitantur, quia sunt secundū se mala,

se mala, vt furta, homicidia &c. Et ista nunquam sunt facienda. Alia vero vitantur, non quia sint secundū se mala, sed quia ex his multa mala sequuntur, vt vinum, quia luxuriæ causa est, vt dicit Hieronymus, Venter mero æstuans facile despumat in libidinem, & habetur in Decretis 36 disti. ca. Venter &c. Exo. tomo 1 169.c.3.F

Iuramentum comparatur vino Exod. to. 1. 169.c.3.G Mat. tomo 2 202.c.3.F

Iuramentum est quædam honoratio eius, per quem veritas confirmatur, ad Hebræ. 6. homines per maiorem suum iurant &c. Exod. tomo 1 253.c.1.A

Potissimum Iudæorum iurameutum erat, iurare per Thorath, accipiendo eam in manibus, Exo. tom. 1. 253.c.1.E

Iuramentum duplex, assertorium, & promissorium, Mat. tomo 2 203.c.1.C

Iuramentum incautum quando obligat, Mat. tom. 2. col. 1. C

Iuramentum non obligat, nisi fiat ex deliberatione, Leuit. 42.c.3.F

De iuramento referuntur duæ regulę in iure, Leuiti. 42.c.3.G

Iuramentum prohibetur non tanquam malum, sed tanquam periculosum, sicut vinum, quod vetebatur sacerdotibus ministrantibus in veteri lege, Leuit. 10. Leuit. 89.c.1.D

Quomodo debeant exponi authoritates de iureiurā. vide extra de iureiuran. cap. & si Christus, Leuitic. 201.c.4.H

Nemo debet iurare nisi vrgente necessitate extra de iureiuran. cap. & si Christus, Numeri tomo 2. 138. col. 4. H

De iuramento, quod fecerunt vndecim tribus contra tribum Beniamin, scilicet, se non daturas filias suas filijs Beniamin, Nu. to. 2 205.c.3.K

Qui iuramentum nullo modo præstare vult, hæreticus iudicatur, vnde ab ecclesia damnati sunt quidā, quia dicebant omnibus modis illicitū esse iuramētum, Deuter. 26.c.3.k

Quando aliquæ gentes, disparis cultus ab inuicem, sumunt iuramentum, vna gens illarum non assumit ab altera iuramentum per Deum, quem colit gens, quæ sumit iuramentum, sed per Deum, quē colit gens, a qua petitur iuramentum &c. Ios. to. 1. 48.c.4.G

Quòd iuramentum factum Gabaonitis Iosue 9. debebat seruari ab Israelitis, tenet Nicolaus Iosue to. 1. 164 c.4.C

Sed author tenet oppositum, quod probat, Ioſue, 165. c.1.B, Gratianus etiam tenet, quòd erat seruandus, sed aberrat ibid. 168.c.1.A

Iuramentum præstitum contra legem Dei, siue scienter siue ignoranter, nunquam obligat, & sic iurans, peccat iurando, Iosue tomo 1 164.c.4.C

Cum iuramentum nullas semel tenuit vires, non potest amplius esse obligatorium Iosue tomo 1. 166. colum. 1. E

Iuramentum, Gabaonitis præstitum, seruari debere ab Israelitis, dicit Gratianus, 22. quæst. 4 §. illicitum, & dicit quòd excusauit illos ignorantia facti, sed oppositum tenet author, Iosue tomo 1 167.c.4.k

Iuramentum, quod scitur esse illicitum, quando iuratur, non est seruandum, sed iuramentum quod putatur esse licitum, cum fit, & postea inuenitur esse illicitum, seruandum est, quia ignorantia facti ibi excusat, sic dicit Gratianus 22. quæst. 4. § illicitum, author tamen dicit illud esse falsum & probat, Iosue tomo 1 167.c.4.K

Iuramentum non prohibetur, quia de se malum sit, sed quia est periculosum sepe iurare, nimia enim iuratio vix caret periurio &c. Iosue tomo 2. 174. colum. 1. E

In iuramento facilius cadit dispensatio, quam in lege Dei, Iudi. 215.c.2.E

Iuramentum debet seruari ad illam intentionem, ad quam factum est, & nulla ars iurantis excusat, Iudi. 216.c.2.E

Iuramentum, factum per creaturas, tenet, Mat. tom. 6. 200.c.3.k

Iuramentum duplex quoddam necessarium, & quoddam sponte factum, Matthæi tomo 6. 201. colum. 1. A

Iuramentum incautum nunquam est licitum, Matt. tomo 6 201.c.1.D

In iuramento incauto non videtur esse aliud malum, nisi quòd sine honore, & reuerentia assumitur nomen illius rei, per quam iuratur, Matth. tomo 6. 201.c.2.A

Iuramentum, quod fecit Israel, de non dando filias suas Beniamitis, non obligabat eos, & dato, quòd obligaret, contraueniebat iuramento, quod fecerunt, dando eis quatuor centas virgines Iabis Galaad. Et ducentas ex his, quæ ducebant choros in Silo &c. Iudi. 215.c.4.K

Iuramentum non potest confirmare contractum, nisi sicut est. Et si contractus est purus, confirmat eū pure, & si conditionalis, confirmat eum cum conditione, Ruth 256.c.3.G

Necessitas adimpletionis iuramenti non stat in hoc, quod aliquis iurauit, sed in bonitate iurantis &c. 1. Regum tomo 1 26.c.3.H

Iuramentum non est inuentum, vt esset vinculum iniquitatis, 1. Regum tomo 2 99.c.1.A

Iuramentum quando debeat interpretari secundum communem intelligentiam, & quando nó 2. Reg. 127.c.4.F, 3. Regum 19.c.3.K

Vbi totum est in potestate iurantis, etiam significatio verborum iuramenti est in potestate iurantis &c. 3. Reg. 19.c.4.F

In iuramentis, & promissionibus vērba debent intelligi secundum intentionem eius, cui iuratur, vel cui promittitur aliquid, vel saltem debet reduci ad communem intelligentiam, & nunquam debet intelligi in sensu, quem facit ille, qui promittit, vel iurat nisi inquantum intentio sua apparet ex verbis, quia alias nunquam teneretur aliquis ex promissione, nec ex iuramento, quia posset dicere, intellexi taliter, vel taliter, & sic omnes, quibus fiunt promissiones, & iuramenta, fallerentur, & omnes contractus irritarentur, 4. Reg. 66.c.4.K

Iuramenta & vota facta contra ius, & animo obligandi non obligant, 4. Regum 72.c.1.C

Iuramentum, cuicunque præstetur siue fideli siue infideli, seruandum est, si sit de aliqua re, ad quā possit homo licite obligari, quia alias iuramentum nō est seruandum, cum non sit inuentum vt esset vinculum iniquitatis, vt patet de consuetudine c. consuetudinem lib. 6. 4. Regum 249.c.3.H

In quo casu poterat fieri iuramentum apud altare holocaustorum 2. Paralipomen. 85.c.2.D, Et si vltra pœnam illatam a Deo, falsè iurasset, an deberet puniri iudicialiter, vel non, aliqui dicunt, quòd sic, & aliqui quòd non. Sed secundum videtur esse verum ibidem.

Et conueniens erat, quòd iuramentum fieret cum tāta solemnitate, & cum tali &c. s. intra templum, & coram altari ibidem.

Iuramenta inter litigantes in iudicio, & similiter extra iudicium in contractibus, licita sunt 2. Paralipomenon

pomencn 85.c.4.k
Quando quis inter nos purgat se per iuramentum de aliquo crimine, de quo infamatus est, licitum est, quòd compellatur iurare super aliquo altari, vel super sepulchris Sanctorum, ad hoc, quòd maior reuerentia adhibeatur iuramento. Similiter quando iuramenta pręstantur ad satisfaciendum parti. Si tamē creditur, quòd sic iurans certissime morietur, si falsum iuret, vel punietur a Deo manifeste, illicitum est sic iurare, quia hoc pertinet ad purgationē vulgarem, &c. 2. Paralipomenon 87.c.2.A
Iuramentum, quando inuenitur vergere in deteriorem exitum, non est seruandum, Matthæ. tomo 1. 135.c.1.E
Omnia damna sunt tolerāda potius, quam contra iuramentum agere, Matt. tomo 7 74.c.4.H
Iuramentum duplex, scilicet assertorium, & promissorium, & in vtroque potest esse periurium, & vtrumque exprimitur per illud Mat. 5. non periurabis, reddes autem Domino iuramēta tua, &c. Mat. tomo 2 196.c.2.B
Circa iuramentum errabant Iudæi dupliciter, vno modo, quia putabant actum iuramenti esse bonum de se, vt actum orandi, vel ieiunandi, & ideo dicebant esse frequentandum, secundo modo, quia quicquid iuraretur in nomine domini, siue bonum siue malum, esset adimplendum. patet Actu. 23. vbi Iudæi quidam deuouerunt, & iurarunt se non comesturos panem, quousque occiderent Paulum. Et putabant se teneri ad hoc adimplendum, sic, & Iephte iurauit, vouendo immolare Domino, &c. Iudi. 11. Primum Christus prohibuit per illud, non iurare omnino. Secundum indirecte tollitur per hoc, quòd prohibemur iurare, &c. Matth. tomo 2. 196.c.3.F
De futuris non est iuramentum assertorium, sed promissorium, Mat. tomo 2 198.c.2.E
Iuramentum proprie fit ad confirmationem eorum, quæ in dubium veniūt audienti, de quibus loquēs, vel certitudinē habet, vel dicit se habere, &c. Matt. tomo 2 198.c.1.E, &c.
Potest iuramentum accipi a re illa, in qua diuinum testimonium petitur, siue pro qua notificanda petitur, vel potest accipi a modo petendi. Iuramentum primo modo diuiditur in assertorium, & promissorium. Iuramentum assertorium quidem, si res, de quibus petitur, sint præsentes. Et si sint futuræ, dicitur promissorium. Si vero a modo petendi diuinam testificationem, hoc fit dupliciter, vno modo ad ostendendum rei veritatem, alio modo, quia petitur, vt iudex pœnam infligat falsè iurantibus, & per hoc eorum falsitatem ostendat. Si primo modo, adhuc dupliciter: vno modo inuocando Deum in testem per se, aliquando per illud, in quo relucet aliqua eius excellentia, scilicet per creaturas. Et primum subdiuiditur, quia aliquando vocatur Deus in testimonium simpliciter, aliquādo per aliquid ipsius, scilicet per reuerentiam eius, quæ credibile fecit testimonium, de primo patet, vt cū dicitur, Deus est mihi testis, quòd hoc est, vel Deus nouit, quòd hoc est. De secundo patet, vt cum dicitur, Per Deum, quòd hoc est. Vel, Iuro per Deum, quòd hoc est. Quia reuerentia Dei inducitur hic in testimonium. Si autem petitur Deus, vt iudex infligens pœnam male iuranti, tale iuramentum vocatur execratorium, & tale iuramentum est durius aliis, quia in alios Deus vocatur in testem, in isto vero obligatur ei creatura, vel datur in pignus, scilicet quòd si non iurauerit verum, Deus exerceat vltionem suam in eam, &c. Mat. to. 2 199.c.2.A
In omni iuramento aut Deus testis adhibetur, vt dicit Augustin. in sermone de periurio, aut creatura Deo obligatur, & oppigneratur, vt hoc sit iurare, scilicet Deum in testem vocare, vel Deo aliquid oppignerare. Et istud aliquando est quasi per creaturas iurando nihil petendo a Deo, vt cum dicitur per vitam meam, vel per filios meos, ideest si ita non est, Deus destruat vitam meam, vel filios meos. Aliquando fit a Deo aliquid petendo, vt cum aliquis petit pœnam expresse, siue exprimat nomen Dei, a quo petit, vt si dicat. Si hoc feci, Deus destruat me, siue non exprimendo, vt si dicatur: Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam, &c. Psal. 7. & illud Iob. 31. Si deceptum est cor meum per mulierem, &c. Et iste modus iurandi est frequentior in sacra scriptura. Et dicitur modus iurandi per execrationem, &c. Matth. tomo 2 199.c.2.D
In iuramento obseruantur aliquæ cæremoniæ ad reuerentiā, & timorem, vt scilicet, quòd iurans iuret in loco sacro, & potissime quando locus sacer talis est, quòd iurantes falsum in eo, puniuntur a Deo, vt contingebat in templo Salomonis 3. Reg. 8. & 2. Paralip. 6. Et hoc modo iuratur interdum super corpora Sanctorum, & super sepulchra eorum, vt patet 2. q. 5. ca. Menam vero, & ca. qua de causa, & c. quanto. Aliquando tangitur Euangelium, de iura. calū. ca. vltim. vel crux Christi aut similia, &c. Mat. 2 199.c.3.G
In forma iuramenti possunt esse tot modi ex parte verborum, quot voluerimus introducere. Et propter hoc secundum diuersa tempora, & diuersas gentes. Sunt varii modi iurandi, vt probatur primo ex vete. testamento, vbi iurabatur, viuit Dominus, Iere. 4. Et extra de iureiuran. ca. & si Christus 22. q. 1. ca. & iurabunt. Aliquando dicebatur, Viuit anima mea. Aliquādo. Leuo animam meam ad Deū ideſt iuro, per Deum Genes. 14. Et in Ecclesia primitiua iurabatur sic. Testis est mihi Deus ad Ro. 1. Et, Testis est mihi conscientia mea 22. q. 1. ca. si peccatum. Nunc autem iuratur, Per Deum, vel: Sic me Deus adiuuet 35. q 6. ca. de parentela. Et extra de iureiuran. ca. ego Episcopus, Et similiter dicatur de iuramentis execratoriis. Et in his sunt infiniti pene modi iuxta genera malorum, quæ imprecantur, vt patet Iob. 31. cum dicitur, Per animam meā, Per vitam meam, &c. Mat. tomo 2. 199.c.3.H, &c.
Iuramentum non est omnino prohibitum, ita vt nullo modo liceat vti illo, sed est prohibitum in aliquibus casibus, quia non est prohibitum per se, cum sit ad confirmationem veritatis, sed prohibitum est solum propter periculum periurii, cauendo tamen sufficienter periurium, & faciendo, quòd iuramentum ordinetur semper ad aliquam vtilitatem, vel honestatem, non erit illicitum. Et ista distinctio habetur, de iureiuran. ca. & si Christus, &c. Matthæ. tomo 2 200.c.1.A, &c.
Iuramentū licitū est ex sua origine, s. ex suo fine, nam fide est introductū, quia homines credunt Deū habere vniuersalem cognitionem rerum, &c. Matth. tomo 2 200.c.2.A
Iuramentū est valde vtile, quia proficit ad iustificandos homines infamatos de aliquo, cōtra quos non producūtur sufficientes probationes, nā tales purgāt infamiā suam per iuramentū suū, & aliorum. 2 q. 5. ca. Si legitimi, & ca. si mala. Valet etiam iuramentum ad ponendum finem litibus, quia multæ nunquā finirētur, nisi esset iuramentū, ad Heb. 6. homines per maiorē suū iurant. &c. extra de iureiuran. ca. & si Christus. Etiam ex suppositione ad uitandū iuramētū per idola, &c. Mat. to. 2. 200.c.2.C

Quòd

Quòd ex iuramento poſſit ſequi periurium, non probat iuramentum eſſe malum, quia multa ſunt de ſe bona, quæ alicui efficiuntur mala, quia male vtitur eis, vt Euchariſtia, &c. Matthæi tomo 2. 200. colum. 2. E

Sex maxime determinantur caſus, in quibus iuramentum eſt neceſſarium per hos verſus, pax & fama, fides, reuerentia, cautio damni, defectus veri ſibi poſcunt vera caueri, Mat. tomo 2 200. c. 4. F

Iuramentum poteſt pro pace præſtari die Dominico, extra de ferijs c. omnes dies, Mat. tomo 2. 200. c. 3. K

Iuramentum habet tres comites, ſcilicet, iuſtitiam, iudicium, & veritatem Iere. 4. iurabunt Viuit dominus in veritate, iudicio & iuſtitia. Et habetur extra de iureiurando ca. Et ſi Chriſtus iudicium, ſcilicet, diſcretionis, vt ſcilicet, non leuiter iuret pro qualibet cauſa, ſed pro neceſſaria & honeſta, & quòd iuret, quando iurandum ſit. Et ſic de alijs circunſtantijs & conditionibus ex parte iurantis iuſtitia, vt nõ iuret illicitum. veritas, vt ſit verſi, pro quo iuratur, ita q̃ iuſtitia, & veritas eſt ex parte rei, pro qua iuratur. Et iudicium ex parte iurantis, & veritas dicit adęquationem ſigni ad ſignatum, pertinet enim ad voces, per quas fit iuramentum, & iudicium ad diſcretionem, ex parte iurantis, Matth. tomo 2. 201. col. 2. A

Iuramentum non habet deuotionem, & fidem pro comitibus, nam qui indeuote iurat pro cauſa iuſta, & vera, & pro qua debet, non peccat, etiam ſi non habeat fidem vt patet de infideli, Matthæi tomo 2. 201. c. 3. F

Extra iudicium poteſt licite præſtari iuramentum, dum tamen cauſa ſit neceſſaria, vel honeſta ad hoc, Mat. tomo 2 201. c. 3. I

Non oportet, quòd iuramentum præſtetur a ieiunis, quia ieiunium ſolum eſt de honeſtate propter reuerentiam iuramenti, in quo Deus inuocatur, extra de teſtibus cap. placuit in Glo. & 22. quæſt. 5. ca. honeſtum, Mat. tomo 2 201. c. 3. G

Iurare in auro templi, de quo Mat. 23. poteſt intelligi dupliciter, Mat. tomo 6 197. c. 1 D

Iurare ſecundum ſe non eſt malum, Mat. tomo 7. 43. col. 3. H

Iudicium, vt eſt comes iuramenti, non accipitur pro actu iudicandi, ſicut eſt in litigantibus. Sed pro diſcuſſione, quam facit quilibet intra ſe, ſ. quid facere debeat, & qualiter, & ſine iſto iudicio iuramentum non poteſt licite fieri, Mat. tomo 2 201. c. 3. I

Iuramentum debite factum pertinet ad virtutem latriæ ex parte, ſcilicet, teſtimonij, quod inducitur, & non ex parte illius, ſuper quo inducitur, Deut. 6. Dominum Deum tuum timebis & illi ſoli ſeruies, ac per nomen eius iurabis, & pertinet ad latriam, quia in eo redditur Deo reuerẽtia, quia profitemur Deũ maiorem nobis, & habere cognitionem omnium, & eſſe veritatem infallibilem. Et ad huiuſmodi reuerentiam, & gloriam Dei ordinatur iuramentum mediate, quia omnia quæ nos facimus, faciẽda ſunt ad Dei gloriam 1. Corint. 10. Immediate vero ad confirmanda dubia noſtra, Matthæi tomo 2. 201. col. 4. F

Iuramentum nunquam eſt appetendum tanquã per ſe bonum, quia non eſt ſic. Et voluntas iurãdi prohibetur Iacobi 5. Nolite iurare. Similiter prohibetur frequentia iurandi Eccleſiaſtic. 23. Vir multum iurans replebitur iniquitate &c. Et rurſum iurationi non aſſueſcat os tuum, &c. Matth. tomo 2. 202 col. 2. A

Iuramentum eſt introductum propter pœnam incredulitatis, Mat. tomo 2 202. c. 3. F

Inter iuramentum & votum hoc intereſt, quòd votũ pertinet ſecundum ſe, & immediate ad latriam, iuramentum vero mediatè &c. Matthæ. tomo 2. 202. col. 3. G

Iuramentum comparatur medicinæ, Mat. tomo 2. 202. c. 3. I

In iuramento aſſertorio eſt obligatio, non quidem reſpectu rei, quæ iam fuit, vel nunc eſt, quia illa non poteſt effici per iurantem, ſed eſt reſpectu actus iurandi, quia iurans poteſt eſſe cauſa iſtius, ſ. vt faciat iuramentum verum, vel falſum iurando id, quod iam verum eſt, vel fuit. In iuramento vero promiſſorio cadit obligatio e contrario, ſ. ſuper rem, quam aliquis iuramento firmauit, tenetur enim verum facere, quod iurauit, alioquin deficit veritas iuramento. Et ſi eſt res, quæ non erat in poteſtate iurantis, quando iurauit, deficit iuramento iudicium diſcretionis, niſi forte illud, quod iuratum eſt, erat poſſibile iuranti, quando iurauit, & putabatur ſic futurum eſſe, quòd ſemper ei poſſibile eſſet, & factũ eſt impoſſibile per aliquem euentũ ſine culpa ſua, & tale iuramẽtum non dicitur incautum, Mat. to. 2. 203. c. 1. D

In iuramento incauto deficit iudicium rationis, vt quando promittitur impoſſibile ipſi promittenti cum iuramento, vel quando promittitur poſſibile fieri, quod non debebat fieri, vt quia eſt per ſe malum, vel quia eſt impeditiuum boni, & tunc deficit iuſtitia in iuramento, vt ſi quis iuraſſet occidere hominem &c. Mat. tomo 2 203. c. 2. A

Ad hoc, quòd iuramẽtum promiſſorium licitum ſit, oportet ibi eſſe duos comites, ſ. iudicium, & iuſtitiã. Nam veritas non eſt comes in iurando, ſed erit in exequendo, quando realiter factum fuerit, quod promiſſum eſt, Mat. to. 2 203. c. 2. A

Iuramentum incautum aliquando obligat, & aliquãdo non Mat. to. 2 203. c. 1. C

Iuramentum tam aſſertorium, quam promiſſorium obligat. In aſſertorio eſt vnica obligatio, ſ. ad peccatum. Si veritas nõ fuerit in eo quod aſſeritur per iuramentum, in promiſſorio vero ſunt duæ obligationes. Prima ad faciendum id, quod promittit, q̃a poteſt eſſe cauſa illius, nam ſi non poteſt, eo ipſo peccat. Secunda obligatio eſt ad peccatum, ſi non fecerit id, quod promittit, & iſta obligatio inducitur per iuramentum mox vt iuratur aliquid faciendum, ſed peccatum non erit, niſi cum non completur tempore promiſſo &c. Matthæi tomo 2. 203. col. 1. D

Sicut non quælibet aſſertio digna eſt, vt iuramento firmetur, cum iuramentum ſolum debeat fieri in rebus neceſſarijs, vtilibus, & honeſtis, ita non eſt digna, quælibet promiſſio, vt iuramẽto firmetur &c. Mat. tom. 2 203. c. 2. C

Iuramentum non eſt inuentum, vt eſſet vinculum iniquitatis 22. quæſt. 4. cap. inter cætera, ext. de iureiuran. ca. quanto Mat. tomo. 2. 203. c. 2. E, Mat. tomo 4 77. c. 3. K

Iuramentum præſtitum contra legem Dei, vel contra bonos mores, & honeſtatem, quã quis tenetur ſeruare, aut contra viam perueniendi ad perfectionem virtutis, non obligat, ſed eo ipſo malum eſt, q̃a contra charitatẽ, & ita in illo iuramento ceſſat prima obligatio, quia nõ obligatur ad faciẽdum, quòd iurauit, eo q̃ malum eſt, immo obligatur ad nõ faciendum, ſed manet ſecunda obligatio qua ſ. obligatur ad peccatũ mortale non complens id, & probatur exemplis, Mat. tomo 2 203. c. 3. F

De iuramentis incautis, quæ non ſunt ſeruanda, vide 22. quæſt. 4. quaſi per totum, & 3. Sentent. diſtin. 29.

Matth.

Matth.tomo 2 203.c.4.H
Obligatio iuramenti ad aliquid faciendum, vel non faciendum, ex duobus nascitur, s. ex humana pactione, & diuina attestatione, Mat.to.2. 203.c.4.K
Iuramenta, quorum obseruatio vergit in deteriorem exitum, non tenent, Mat. tom.2 204.c.1.E
Iosue non tenebatur seruare iuramentum, quod fecit Gabaonitis, quia erat contra legem Dei, & quãdo non esset contra legem Dei, adhuc non tenebatur illud seruare propter Gabaonitas, quia ipsi seduxerunt Iosue, cum ipse quæsiuit ab eis, an essent Chananæi, & ipsi negauerunt, dicentes se esse de terra longinqua, Iosue 9. ideo cum fraus dederit initium isti contractui, non tenebatur Iosue illud seruare. Non iuit tamen contra iuramentum, quia forte putauit iuramentum obligare præstitum contra legẽ. Nam homines illius tẽporis, licet essent viri sancti, non erant satis intelligentes circa legem, neque circa obligationes votorum, & iuramentorum, sed putabant, quòd cum aliquid iuraretur, vel voueretur, deberet postea seruari in quemcunque euentum, & ita fuit de Iephte Iudic. 11. vel potest dici, q̃ Iosue Dei inspiratione fecerit hoc. Et hoc est satis verisimile, cum Iosue applicuerit cultui templi illos, vt s. portarent aquam, & ligna in templũ. Et hoc Deus forte voluit propter honestatem Iudęorũ &c. Mat. tomo 2 204.c.2.A
Aliqui dicunt, quòd iuramentum Iosue tenuit, sic dicunt Ambrosius, & Gratianus, sed ad Ambrosium, qui videtur tenere hoc in lib. de Officijs, & habetur 22.quæst.4.ca.innocens, dicitur, quòd Iosue noluit fidem soluere, quia s. putabat se obligatum esse hoc iuramento, licet vere non fuerit obligatus. Et ad Gratianum eodem c.§.illicitum dicitur, quòd multa opinatur, vt cęteri, neque cogimur ei stare, maxime cum ratio plana militet cõtra eũ ibid. 204.c.4.F
Iuramentum vergere in deteriorem exitum, potest contingere dupliciter, vno modo a principio iuramenti, vt iurans furtum, vel adulterium cõmittere, vel si res iurata, licet non esset mala, impediret maius bonum, vt iurans non intrare religionem &c. Secũdo modo iurans peccat iurando, tamen potest seruare iuramentum, vel non seruare, eo quòd res iurata est indifferens. Alio modo potest vergere in deteriorem exitum propter aliquid, quod de nouo apparet, quod non fuit præmeditatum, vt iuramentum Herodis, Mat. 14. Et in talibus non obseruare iuramentum, est obseruare, neque peccauerat aliquo modo in iurando, sed quando puella expressit, non tenebatur Herodes dare &c. vigore iuramenti &c. Mat.tom.2 205.c.1.E
In iuramentis assertorijs nunquam est mutanda veritas verbis simplicis, vel iuramẽti, vt bonum agatur, vel malum euitetur. In promissorijs vero sic, siue sit verbum simplex, siue iuratũ licitum est pro aliquo malo vitando non complere iuramentum, etiam si licitum fuerit, Mat.to.2 206.c.3.K
Seruare iuramentum non est præceptum primæ tabulę, sed bene seruare iuramentum licitum, Mat.to.2. 205.c.4.H,& 205.c.3.F
In iuramento coacto, si non interueniat aliquid, quod alias faciat iuramentum esse illicitum, non perdit totam vim obligandi, quia coactio non tollit aliqd de comitibus iuramenti, quia quod iuratur, potest esse licitum, & discrete factum, & verificari per impletionem. Et beatus Augustinus, ex consilio beati Ambrosij consuluit cuidam, qui iurauerat coactus, ducere quandam in vxorem, quòd seruaret iuramentum. Similiter si iuraret coacte dare certam pecuniam alicui, vel seruire illi, & hoc in foro conscientiæ, siue coactio fuerit leuis, siue sufficiens, scilicet, quæ posset cadere in virum constantem, de qua habetur extra, de his, quæ vi, metusve causa fiunt ca. ad audientiam, & ca. cum dilectus in foro tamen contentioso, non tenet illud iuramentum &c. Mat.to.2 205.c.4.K
In iuramẽto assertorio nulla potest esse coactio, Mat. tomo 2 206.c.1.A
In iuramento, quod aliquis coactis facit, tollitur obligatio facta homini, quia nullum ius competit illi homini, cui factum est iuramentum extra de iureiurand. cap. verum. Sed non tollitur obligatio facta Deo per inuocationem sui nominis, in foro cõscientiæ, nisi authoritate eius, qui potest dispensare, absoluatur, Mat.to.2 206.c.1.H
Iuramẽtum promissorium obligat hominem sub hac necessitate, s. vt mortale peccatũ euitet, vnde obligat ad omne illud, quo non facto, culpa incurritur, Mat.to.2 206.c.4.H
Quando in foro contentioso dubitatum fuerit de sensu verborum iuramenti, vel cuiuslibet contractus, interpretabuntur illa verba, reducendo illa ad sensum, quem communiter facere solent, vt significatur extra de sponsa. cap. ex litteris, & 22.quæst.5.cap. humane. Et ibi in §.si ergo. Et aliter distinguitur de dubio in verbis iuramenti, 22. quæst.5. cap. hoc videtur, scilicet, quòd quando iuramentum præstatur in fauorem alicuius alterius, aut vterque habet rectum intellectum, aut vterque dolosum, aut vnus rectum, & alius dolosum. Si vterque dolosum, debet intelligi iuramentum secundum communem verborum significationem in cap. ex litteris præallegato. Si vterque rectum interpretandum est tũc secundum intentionem eius, qui nõ fuit in doloso, sic videtur distingui. 22. q̃st. 5. §. Ex his &c. Mat.to.2 207.c.1.A
Generaliter loquendo, non determinando ad casum specialem maior est obligatio voti quam iuramenti, Mat. tomo 2 207.c.2.D
Minoris obligationis est iuramentum, quod quis facit ad vtilitates sui ipsius, quam omnia alia iuramẽta, Mat.to.2 207.c.2.E
In iuramento debetur Deo solum reuerentia, in voto vero fidelitas, quod malus est, Mat. tomo 2. 207. col.3.G
Iuramentum & votum secundum se sunt indispensabilia, de voto patet, quia si esset dispensabile, non obligaretur homo seruare Deo fidelitatem in promissis, quod est per se malum. De iuramento similiter, scilicet, quòd non obligaretur seruare proximo veritatem, nec Deo reuerẽtiam, cuius nomẽ inuocat in testimonium, quod etiam est secundum se malum, ergo est indispensabile. Et quando dicitur dispensari in iuramento, vel voto, est dispensare in materia eorum, scilicet, quòd aliquid, quod putabatur cadere sub voto, vel sub iuramento, ostenditur per authoritatem eius, qui potest, non includi sub iuramento, neque sub voto. Et quòd illo non seruato, dicatur iuramentum vel votum stare, vel non violari. Necessitas autem huius dispensationis est in iuramento, & in voto, quia interdum aliquid, quod in se consideratum, vel vniuersaliter, est vtile, vel honestum, secundum aliquam particularem circunstantiam, vel euentum potest esse nociuum, vel inhonestum, quod repugnat voto, & iuramento, & etiam legi, Mat. tomo 2. 208.c.1.A
In iuramento assertorio non cadit dispensatio, bene tamen in promissorio, quoad materiam, Matt.to.2. 208.c.1.E,

In voto, vel iuramento non potest dispensare nisi iudex ecclesiasticus, Mat.to.2 208.c.2.D

Illi, in quorum fauorem sunt prestita iuramenta, non possunt dispensare, possunt tamen absoluere iurantes a vinculo, quo tenebantur propter iuramētum, Cum ex his iuramentis ipsis solis esset ius quæsitū, Mat.tomo 2 208.c.2.E

Aliquis potest promittere aliquid alteri sub iuramento dupliciter, vno modo ad vtilitatem ipsius, vt pecuniam &c. & a tali promissione potest illum absoluere, & a iuramento, quia principale est promissio facta, quia illa intenditur: inuocatio diuini nominis non est per se, sed ad confirmationem promissionis ablato ergo principali, tolletur accessorium. Alio modo potest aliquid promittere alicui, pertinēs ad honorem Dei, vel vtilitatem aliorum, vt quòd intrabit religionem, vel dabit eleemosynā &c. Tunc iste, cui facta est promissio cum iuramento, non potest absoluere iurantem, quia promissio non est facta pro se, sed pro Deo, vel aliis hominibus. Et hoc nisi apponeretur conditio, s. si placuerit tibi &c. Mat. tomo 2 208.c.3.G

Iuramentum aliquando est tale, quòd non indiget dispensatione, & aliquando, quòd non potest illam suscipere, & aliquando est dispensabile. Exemplū primi, de iuramento nō obligatorio, vt iurans adulterari &c. vel iurans facere aliquid, quod a principio bonum apparuit, & tamen postea non, vt si iurauerit aliquis nunquam recedere a conuersatione alicuius per totā vitam, & postea ille efficiatur hostis patriæ, vel hæresiarcha. Vel quando iurauit id, quod in se sine peccato seruari potest, tamen impedit maius bonum, vt si quis iuret non intrare religionem &c. Et in hoc tertio casu in potestate iurantis est obseruare iuramentum, vel non obseruare, & tamen non potest euadere, quin fuerit periurus iurando talia, quæ erant contra viam perfectionis. Et in his tribus casibus iuramenta nō tenent, & per consequens sic iurans non indiget dispensatione, nec absolutione, vt probatur, Matth. tomo 2. 208. col 4.G

In iuramento quod valet, aut est dubium an valeat, requiritur dispensatio, in eo autem, de quo non est dubium, non potest dispensari, cum dispensatio sit actus iurisdictionis, Mat. tomo 2 209.c.1.A

Iuramentum de soluendo vsuras tenet, licet contractus vsurarius sit malus, & peccat tam creditor quā debitor contrahendo iuramenti tamen obseruatio non est mala, scilicet, dare pecuniam, quia potest dari sine dispendio salutis ęternæ, recipiens tamen peccat mortaliter. Et ideo per ecclesiasticam censuram cogitur restituere vsuras, extra de iureiuran. cap. debitores & cap. ex administrationis &c. Mat. tomo 2 209.c.2.D

Dicunt aliqui iuristæ, quòd nemo potest venire cōtra iuramētum suum propria authoritate, siue iuramētum teneat, siue non. Et hoc in casibus sequētibus. Primo si obseruantia iuramenti venit in dispendiū salutis ęternæ, extra de iureiuran. cap. cum quidem. Secundo cum vergit in detrimentum omnium rerum suarum, siue maioris partis earum, sine quibus non posset temporalem vitam ducere 22. quæst. 5. § fi. Tertio si tēdit in deteriorem exitum 22. quæst. 4. ca. si aliquid. Quarto si sit præstitū de re tertij, vel de rebus ecclesiæ per prælatum extra de iureiuran. cap. peruenit, & cap. si ex nostris. Quinto si sit præstitum contra ius publicum, extra de foro competenti cap. si diligenti. Sexto quando est præstitum contra primum eodem titul. capit. intellecto. Septimo quando uis conditionis appositæ hoc sustinet, eodem titu. cap. quemadmodum, & extra de sponsa. cap. ex literis non intelligas tamen aliquam regulā dari pro hoc, scilicet, quòd in omnibus aliis casibus præter istos, teneatur quilibet seruare iuramentum, nisi dispensetur, quia si quis per metum daret alicui omnia, quæ habet tenet iuramentum, & tenetur iurans seruare illud, nec potest conuenire illum propria authoritate, sed requiritur dispensatio Ecclesiæ extra, de iureiurand cap. si vero. Si tamen venerit contra iuramentum non est ita grauiter puniendus, sicut pro periurio, eodem tit. c. verum, Mat. to. 2 209.c.3.F

Aliquod est iuramentum, quod non recipit dispensationem, vt cum iuratur talis res, ad quam etiam sine iuramento erat obligatus, vt si infidelis iuret se esse Christianum, vel non committere adulterium &c. Mat to. 2 209.c.3.G

Iuramentum tunc recipit dispensationem, quando potest aliquo modo interpretari licite, quòd ea, scilicet, quæ cadere videntur sub iuramento, non cadant, & hoc potest fieri dupliciter, vno modo, quādo id, quod iuratum est, dubium est, vtrum sit licitum, vel illicitum, vtile, vel nociuum simpliciter, vel in aliquo casu. Et in tali iuramento non licet alicui contrauenire, sed episcopi possunt dispensare in talibus, sicut dispensant in votis ext. de voto, & voti redemptione cap. 1. in textu & Glo. Alio modo, quando id, quod iuratur, est manifeste licitum, & vtile. Et in tali casu non habet locum dispensatio proprie, vt relaxetur iuramē tum, ita ꝙ iurans nihil agat, potest tamē fieri commutatio in aliquid aliud melius, vel æquale, quod videatur magis proficere vtilitati communi, vel saltem æqualiter. Et in hoc casu videtur pertinere dispēsatio, vel commutatio ad potestatem Papę, vel potest fieri relaxatio simpliciter ab eo, ita ꝙ iurans non teneatur ad aliquid, & hoc ex plenitudine potestatis. Et istud magis est infringere iuramentum, quam dispensare &c. Sicut pertinet ad quemlibet irritare iuramenta facta a suis subditis, quando illa cognouerit, & pater iuramentum filij, vel filiæ paruæ, & vir iuramentū vxoris, Nu. 30. Et potest hoc Papa facere, non ꝙ iuramē tum tollat, quod aliquando obligauerit, sed quia iuramentum non habet omnino vires obligandi sine consensu Papæ, i. si ipse dissentiat, vnde in iuramento quolibet intelligitur ista conditio tacita, si Papæ placuerit. vt patet extra de iureiuran ea veniē tes. Et hoc nisi quis procurauerit tales relaxationes fieri sine cōmutatione, quia tunc in foro conscientiæ, non erit nimis securus, Matthæi tomo 2. 209. col. 4. F

Iuramentum recipiens dispensationem, & indigens illa ad hoc, quòd obseruetur, est illud, de quo dubiū est, an sit bonum, vel malum licitum, vel illicitum seruare &c. Et illud, quod est inutile, & nō potest esse vtile. Et quod licitum est, & non potest mutari melius, vel etiam quòd non mutetur. Et illud, quod quamuis sit licitum ex parte iurantis, est tamen sibi valde præiudiciale, vt qui iurauit per metum, vel dolum dare alteri bona sua &c. Et tunc fit distinctio, quando episcopus potest dispensare, & quando non, Mat. to. 2 209.c.4 K

A iuramento licito non potest Episcopus absoluere absque commutatione, sicut nec a voto, extra de voto, & voti redemptione cap. 1. Et hoc vbi non est ius quæsitum alicui ex iuramento, quia ibi nemo dispensat, cum sit iniustum tollere alicui rem suam nisi ex culpa &c. solus Papa potest absoluere a iuramento licito, absoluendo ab illo, & non commutando. Sed an Papa possit dispensare in iu-

ramentis licitis, apud multos dubitatur. Nam aliqui dicunt,quòd nō, Hugutius,&c.Matth.tomo 2. 210.c.1.A

Iuramentum ſex modis uenit in deteriorem exitum. Primo,cum iuratur, quod eſt in ſe peccatum mortale.Secundo eſt cum veniale in ſe. Tertio,cum iuratur aliquid indifferens,quod ex circunſtantia effi citur mortale vel veniale. Quarto cum iuramentū excludit opus pietatis ex charitate faciendū. Quinto cum excludit opus ex genere bonorum. Sexto cum excludit opus indifferens pia intentione pro Deo,aut pro proximo faciendum. In tribus primis modis dicunt, quidam, quòd poteſt ſic iurans venire contra iuramentum, eſt tamen ei imponenda pœnitentia de iuramento temerario, in aliis autem tribus non expedit contrauenire, niſi propter cauſam urgentem, &c. Et ideo petenda eſt abſolutio a ſuperiore, qui faciliter debet talia iuramēta relaxare,vel potius oſtendere, quòd iurantes non fuerūt obligati per talia iuramenta, ſed ſolum, quòd agāt pœnitentiam de temerario iuramento, Matt.to.2. 210.c.1.D

Aliquæ conditiones excludunt iuramentum, & hoc tam ætatis,quam dignitatis, quam etiam indignitatis,ſimiliter, & temporis, quia oportet,quòd nomen Dei aſſumatur cum reuerentia. Et propterea pueri excluduntur ante annum 14.22.quæſt.5. ca.pueri, periurii non poſſunt cum reuerentia iurare,obſeruatur etiam tempus ad hoc, vt cum maiore reuerentia fiat, ſcilicet vt iurantes ſint ieiunii, extra de teſtibus ca.placuit,& 3.Senten.diſtin.39.in fine.Et hoc eſt de honeſtate,& non de neceſſitate. 22.quæſt.5.ca.honeſtum. Et intelligitur hoc de iuramento aſſertorio tantum quòd præſtatur in iudicio vel in contractibus. In diebus etiam feſtiuis,ſcilicet diebus Dominicis non debet exigi iuramentum, niſi forte ex cauſa neceſſitatis, de dignitate perſonarum,Mat.tomo 2 210.c.2.C

Iuramentum præſtari non debet diebus Dominicis, niſi forte cauſa neceſſitatis, vt pro pace reformanda, vel conformanda,extra de feriis ca.omnes dies. Et pro fide vel pro obedientia. Et aliis neceſſitatibus,extra de electio.ca.ſignificaſti. Alia erant tempora antiquitus,in quibus non licebat iurare, ſcilicet a Septuageſima vſque ad octauas Paſchæ. & ab Aduentu Domini vſque ad Epiphaniam: & in ieiuniis Quatuor temporum, & in Litaniis maioribus,& in diebus Rogationum,vt patet 22.quæſt.5. ca.decreuit, & totum hoc pertinet ad iuramenta aſſertoria,& ſpontanea.Nam iuramenta promiſſoria,quocunque tempore fieri poſſunt, dum tamen alias in ſe ſint licita. diebus Dominicis prohibentur iuramenta ad confirmationem contractuum, extra de feriis ca.omnes dies,niſi contractus ſit honeſtus,& pius,&c.Matth.tomo 2 210.c.4.K

Iuramentum Angelorum non fuit introductum propter deflectibilitatem dictorū ſuorum,ſed ad oſtendendum infallibilem, & immutabilem Dei diſpoſitionem, & hoc apud reputationem noſtram, ſimiliter,& Deus iuraſſe dicitur,Matth.tomo 2.211. colum.1.E

In iuramento aſſertorio nulla ſubintelligitur conditio: in promiſſorio vero debet poni expreſſa conditio. Et ita poſſunt ſub intelligi aliquæ conditiones de iure;etiam ſi non exprimantur, quibus non ſtantibus non ſtabit iuramentum,prima eſt,ſi Deo placuerit,& ſi Deus conceſſerit.22.quæſt.2.ca.beatus.§.1. Et ob hoc excuſatur Paulus, qui promiſit venire in Hiſpaniam, & tamen non venit, quia nō potuit,vel Deus non conceſſit.intelligitur iſta conditio, ſi Deo placuerit dupliciter, ideſt. Si expreſſe non vetuerit,vel ſi tacite non impediuerit. Alia cōditionem, ſi Papæ placuerit. Nam in omni iuramento authoritas Papæ intelligitur excepta, extra de iureiuran. ca.venientis.§.1. poteſt autem Papa relaxare iuramentum ad tempus, vel remittere in perpetuum,ita vt nullo modo ſeruetur. Et nihil loco eius ſuccedat. extra de iureiuran. cap.ſi vero, & ca.verum,& ca.ea te, &c. Alia conditio, ſcilicet ſi res in eo ſtatu permanſerit. Alia,quòd ille,cui præſtatur iuramentum,fidem non fallat.extra,de iureiuran. ea.peruenit. Alia ſi quid promittitur ſub ſpe futuræ numerationis,&c. Alia,quòd intelligitur authoritas iudicis excepta, ſcilicet niſi ipſe contrariū iubeat,extra de cenſi.ca.ſignificauit,& ff. qui ſatiſdare cogantur. l. vltima, iudex tamen non poteſt tollere iuramentum in totum,quia hoc ad Papam pertinet, &c.Poteſt tamen mutare tempus conſuetum,vel iuratum, quia per hoc non perit alicui ius quæſitum ex iuramento. Alia conditio eſt ſi ſequatur finis,ad quem res promittitur. Alia conditio, ſi iuraui alicui obedire tanquam regi vel Epiſcopo tota vita mea, nam ſi deponatur vel deportetur non teneor obedire ei, &c. idem ſi quis iurauit obedire Domino ſuo, & poſtea Dominus eius excommunicetur vel efficiatur hæreticus vel infidelis.15.quæſt.6.ca.alius.Et duobus ſequētibus, & extra de hæreticis ca.vltimo. Alia eſt,quòd iuſtū imperetur, vt ſi quis iurauerit ſtare mandatis alicuius pro ſatisfactione iniuriæ illatæ ſibi vel ſuis,intelligitur,niſi præceperit iniuſtum, & illicitum aut impoſſibile. Et multæ aliæ conditiones, & quando aliqua iſtarum conditionum interueniat, non tenetur ſeruare iuramentum, nec indiget aliqua diſpenſatione ſuper hoc, quia ipſe iure ſuo,poteſt cōtrauenire iuramento,Matt.tomo 2 211.c.2.C

Obſeruare iuramētum eſt præceptum primæ tabulę, non tamen obſeruare periurium,vt ſi quis iuret occidere hominem, periurus eſt,Matth.tomo 2.205. colum.3.F

Iuramentum factum contra legem ſiue ſcienter, ſiue ignoranter nunquam tenet. Et iuramentum minus obligat,quam lex, quia lex tollit iuramentum, etiam ſi ſit poſterior,Matt.tomo 2 211.c.4.H

Iuramentum illicite factum ſeruandum eſt, vt ſi quis iurauit per idola, &c.dum tamen non fit malum, quod promittitur per iuramentum, vt dicit Auguſtinus ad publicolam, &c. Mat.to.2. 212.c.4.I

Omne iuramentum factum per aliquid, quod putatur habere virtutem aliquam deitatis, & nō habet, reducitur ad iuramentum factum per Deos extraneos, Mat.tomo 2 215.c.4.G

Ad hoc,quòd iuramentum factum per creaturam ſit licitum, duo debet habere illa creatura, per quam iuratur. Primo, quòd non contineat aliquam falſitatem. Secundo,quòd res illa ſit alicuius dignitatis,&c. Mat.tomo 2 215.c.4.K

Iuramentum per Deum, cæteris paribus,magis obligat,quam iuramentum per Euangelia: quia Euangelium eſt propter Deum, & Deus non propter Euangelium, iuramentum tamen ſolemne per Euangelium magis obligat, quam iuramentum ſimplex per Deum,vt patet 22.quæſt.1.ca.ſi aliqua, in Glo.di.quòd hoc eſt quantum ad eccleſiam; ſecus tamen quo ad Deum,ſicut dicitur de voto ſimplici, & ſolemni, extra qui Clerici non vouentes, ca.rurſus. non tamen eſt hoc verum abſolute,quia magis obligat, quo ad Deum votum ſolemne,quā ſimplex,ſimiliter quantum ad pœnam, &c.Matth. tomo 2 217.c.2.B

Virtus obligandi in iuramento pendet ex forma iuramenti,& forma iuramenti eſt triplex.Nam aut nominatur ſolus creator,aut ſola creatura, aut vtrunque.Si primum Deus confirmat immediate veritatem,in ſecunda mediatè ſolum,ſed in tertia mediatè,& immediatè,& fortiſſima eſt forma iurandi,quę habet vtrunque,Mat.tomo 2 217.c.3.G

Cum quis purgat ſe per iuramentum ſuum de crimine aliquo,de quo eſt infamatus,licitum eſt, quòd compellatur iurare ſuper aliquod altare, vel ſupra ſepulchra Sanctorum,vt in iuramento habeat̃ maior reuerentia:ſimiliter qñ iuramēta nō præſtãtur ad purgationem, ſed propter alias cauſas licitū eſt ſic præſtari iuramentū,vt ſatis fiat parti,ſi illa ſic petit;illicitum tñ eſt iurare coram ſepulchro alicuius ſancti,vel ſupra illud,vbi credit̃,ꝙ falſum iurãs certiſſimè morietur, vel a Deo punietur manifeſtè, quia taliter ſe purgare,eſt purgatio vulgaris, Matthæi tomo 2 219.c.3.H

Iuramentū exigere ab eo,qui falſe iurat, ſi ſit iudex, non peccat,ſi defferat iuramentū ſm formā iuris, nō exiſtentibus aliis probationibus, quia tenet̃ ſeq formā iuris;ſi verò ſit perſona priuata, qui exigit, vel incitat ad iurandum, & nulla ſit cauſa ſaltem rationabilis, peccat.Secus tamen ſi ſit cauſa iuſta petendi, quia iuſtius exigitur iuramentum,quam iuretur 22.quæſtione.1.capitu.quamuis, & hoc ſi exigens credit,quòd iurans verum iurabit, vel ſi dubitat.Nam ſi credit,quòd falſum iurabit, grauiter peccat exigens,quia ſcit ſibi non prodeſſe,& alteri nocere,Matthæi tomo 2 220.c.2.E

Iuramentum exigere licitum eſt, vt probatur Matthæi tomo 2 220.c.4.G

Defectus præcipuus iuramenti eſt in veritate,quę tollitur per mendacium, Mat.to.2. 221.c.1.E

Iuramentum promiſſorium non poteſt habere propriè veritatem pro comite,quia veritas determinatè non habetur niſi de præteritis,& preſentibus,& hoc quando iuramentum fit,ſed quando completur quod iuratur,habet veritatem pro comite &c. Matthęi tomo 2 221.c.3.H

Iuramentum eſt duplex,quoddam eſt, in quo quis percipit ſe iurare,& tũc ſi falſum iuret, creditur,ꝙ ſemper mortaliter peccet,& præcipue,qñ percipit eſſe falſum, quod iurat; aliud eſt in quo homo non attendit, nec percipit ſe iurare, ſed quaſi ex lapſu linguæ prolabitur in iuramentum, & tunc quaſi neſciens,& inuoluntarius iurat, & iſto modo falſe iurans,ſi nō ſit mendacium perniciosum, non eſt peccatum mortale,ſed veniale,valde tamē cauendum eſt propter vicinitatem ad mortale, Matthæi tomo 2 222.c.2.D

Multi ſunt modi peccandi in iuramēto in quibus nō committitur periurium,Mat.to.2. 223.c.4.F

Ad iuramētū aſſertoriū non pertinet ignorātia iuris, ſed ſola ignorantia facti,Mat.to.2. 226.c.3.k

In iuramētis aſſertorijs nulla eſt ignorātia,quę nō ſit craſſa,ſaltem interpretatiue,Mat.to.2. 226.c.4.G

Iuramentum promiſſorium non tenet ex defectu iuſtitię in quatuor caſibus,ſ.quando iuratur facere malum prohibitum, vel non faciendum bonum, quod facere iubemur, vel iurare faciendum malum,quod diſſuadetur, vel iurare non faciendum bonum quod conſulitur, & ponuntur exempla, Matthęi tomo 2 227.c.3.F

Omne iuramentum, quod extortum eſt in præiudicium alicuius alterius,quàm eius,qui iuraut,eſt illicitum,& non eſt ſeruandū,Mat.to.2. 228.c.1.C

Id quod non poterat quis licite facere ſine iuramento, non poteſt etiam cum iuramento, cum ſuta-

Index Alphonſi Toſtati.

mentum non ſit vinculum ad iniquitatem faciendam,Mat.tomo 2 228.c.2.A

Iuramentum per timorem præſtitum ſuper re licita ſemper obligare dicit Glo.ſuper illud.15.quę.6.c. auctoritatem, exceptis quatuor caſibus; primus eſt in voto præſtito per timorem extra quod vi metus ve cauſa fiunt, capit.perlatum,ſecundus in traditione rei Eccleſiaſticę &c. tertius in promiſſione dotis facta per metū &c. quartus in matrimonio, Matthæi tomo 2 228.c.2.D

Iuramenti obligatio perſonalis eſt, & ideo periurium,quod crimen eſt, non tranſit ad ſucceſſores etiam ſi non obſeruent iuramentū, cum ipſi non iurauerint, exemplum eſt de ſucceſſoribus communitatum,obligatio tamen nuda ac ſi ſine iuramento eſſet facta,tranſit ad ſucceſſores, extra de iureiurando,cap.veritatis, & extra de ſolutionibus cap.1.& extra,de vſuris, cap.tua.Matthæi tomo 2 229.col.4.C

Iuramentum indefinitè præſtitū, non intelligitur excludere opus charitatis,nec obligare ad id, quod eſt illicitum,vt colligitur extrà, de iureiuran.cap. veniens,& cap.quintauallis, & de regulis iuris in cap.in generali lib.6.Mat.to.2. 229.c.2.B

Inter ſimplicem loquelam, & iuramentum, Deus non facit differentiam 22.q.5.cap.iuramenti,quod verum eſt quantum ad hoc quod obligatur per loquelam ſimplicem, ſicut per iuramentum, & tamen vehementius,& fortius vinculum eſt iuramẽti,q̃ ſimplicis promiſſionis,Mat.to.2. 229.c.2.E

Si duo iuramenta ſint contraria, ſi primum eſt licitū, & honeſtum,illud debet ſeruari, & non ſecundū, cùm non liceat alicui velle agere contra id, quod eſt obligatus agere.Si verò ſecundum ſit licitum, & primum illicitum, ſecundum debet ſeruari, & non primum; extrà, de iureiurando capit.tuanos.& capit.ea te.Si vnum contrariorum ſit promiſſum, & alterum iuratum, & ambo ſint licita ſecundum materiam, iuratum debet obſeruari, cęteris paribus, extra de iureiuran.cap.tuanos,& cap.ea te.Si ambo ſint licita,& primum fuerit ſimplex promiſſio,& ſecundum iuratum,Innocentius dicit,quòd ſecundum eſt obſeruādum, & de promiſſo debet aliter fieri ſatisfactio.Alii dicũt è contra,vt Hoſtiẽ.& iſtud videtur rationabilius, vt probatur,Mat.to.2. 230.c.3.G

Aliqui dant viam mediam dicentes,quòd quando poteſt iuramentum, quod eſt ſecundum,ſeruari ſine manifeſta læſione promiſſi debet ſeruari, & non promiſſum, & hoc propter auctoritatem nominis Dei.Et intelligendum poſſe ſeruari iuramentum ſine læſione promiſſi,non quidem quod ambo poſſint ſtare, & ſeruari in ſuis terminis; quia iam non eſſent contraria, ſed debet intelligi, quando ille, cui promiſſum factum eſt poteſt habere aliud,quod ſit æquale,vel maius, quàm ſibi promiſſum,& illud videtur rationabiliter dictum de æquitate,non tamen de rigore. Quando verò non eſt promiſſum ſeruari,niſi in ſeipſo, tunc ſeruandum eſt promiſſum,quod fuit primum, & nō iuramentum, vt ſi quis promiſit ducere aliquam in vxorem,& poſtea iuret duceret aliam &c.Mat. tomo 2 229.c.4.K

Iuramentum ad quid fuerit ordinatum, Matthęi tomo 4 76.c.2.E

Iuramentū,quod a principio eſt illicitū,non obligat; immo qui iurat,peccat iurãdo, & poſtea implẽdo, & tenetur non adimplere illud,Mat.to.4. 77.c.3.F

Iuramentum,quod a principio eſt incertū, & poſtea apparet,quòd vergit in deteriorē exitū,nunquā eſt

complendum,nec obligat,si incęperit apparere, ꝙ vergit in malum,vt fuit iuramentū Herodis, quod a principio fuit incautum propter ſui generalitatē, quia poterāt multi caſus particulares includi, quos teneri illicitum eſſet. Sic dicit Iſidorus. Et habetur 22.q.4.c.in mali. In malis,inquit,promiſſis reſcinde fidem,&c. Matth.tomo 4. 77.c.3.G

Propter iuramentum Herodes non excuſatur de occiſione Ioannis,Matthęi tomo 4 77.c.3.H

De iuramentorum, & votorum obligatione pauca ſciebant omnes antiqui vete.teſtam. etiam viri iuſti,vt patet in iuramento Ioſue ad Gabaonitas, Ioſue 9. Et in voto Iephte Galaaditis iudicis Iſrael,qui vouit incautē,Matthęi tomo 4 77.c.4.F

Duplex eſt iuramentum, quoddam neceſſarium, & quoddam ſpontaneum,ſcilicet, nec neceſſarium, nec vtile, & iſtud vocatur incautum, & aſſumitur nomen Dei in vanum,& ideo eſt illicitum. Et de tali intelligitur illud Matth.5.Ego autem dico vobis, non iurare omnino,&c. Mat.to.6. 201.c.1.ß

Dato,quòd iuramentum Herodis eſſet validum, adhuc poterat Herodes non dare caput Ioannis, &c. Matthęi tomo 4. 78.c.2.A

Iuramentum ſemper eſt ſeruandum, quandiu ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis ęternę, Matth.tomo 7. 79.c.3.G

Quacunque arte quis iuret,Deus non reſpicit fraudē iurantis, aut dicentis, ſed intentionem audientis, aut modum communem loquēdi,& ſenſum, quē facere ſolent illa verba,Gen. 370.c.4.G

Iurans aliquod occultum publice, vt puta aliquē fuiſſe fornicatum, licet verum iuret. Iuramentum tñ eſt illicitum, quia non habet ſecum iuſtitiam, ſi tm iſte,qui ſciebat cogeretur a iudice deponere, &c. tunc iuſte ageret iurando, Exo.to.1. 169.c.1.A

Qui iurat in nomine alicuius,profitetur ſe dicere veritatem ad reuerentiā illius, & cofirmat veritatem ꝑ illius ſtabilitatem, tāquam nephas ſit mentiri inuocato tali nomine,Exodi tomo 1 252.c.4.k

Chriſtianus non debet cogere Gentilem iurare per deos ſuos,aut inducere,quia eſſet dare occaſionem peccandi mortaliter,Exodi tomo 1 253.c.1.A

Quomodo non ſit licitum iurare per creaturam, Exodi tomo 1 253.c.2.A

Iurans per Thorath, non iurat ſuper abolitum, nam totum a maiori parte denominatur, ſed nō omnia contenta in Thorath abolita ſunt, īmo maior pars manet,nam Geneſis manet, cum totus ſit hiſtoricus, & in Exodo pauca ſunt abolita, Leuiticus pro maiore parte abolitus eſt,cum ſit multum cęremonialis,lib.Nume.pro maiori parte hiſtoricus eſt, & pauca cęremonialia,aut iudicialia cōtinet: Deute. partim hiſtorias recitat, & partim mandata permiſcet,quare maior pars Thorath manet. Iurās ſñ per Thorath credens nihil contentum in illo eſſe abolitum,erraret,& peccaret,Exo.to.1. 253.c.3.F

Si cogens aliquem ad iurādum inducat ipſum ad peccandum,tunc non licet inducere,& ſi non,bene licebit,&c.Exo.to.1. 253.c.3.H

Iudæus iurans in ſuo Thorath,tenens, quòd multa, q̄ ibidem continentur,ſint abolita,non peccat, ſecus ſi credat totā illam ſcripturam obligare adhuc,&c. Exodi tomo 1. 253.c.3.K

Iudæi facientes Chriſtianos iurare in nomine Ieſu, vt cōmuniter peccant mortaliter,&c. Exodi tomo 1. 254.c.1.C

Iudæi maius malum credunt eſſe, iurare in nomine Ieſu Chriſti,quàm iurare in nomine omnium deorum gentium,Exodi tomo 1 254.c.1.C

Iudæus iurans in nomine Chriſti,credens ipſum fuiſſe ſanctum Prophetam, & nullum malum ęgiſſe: neſciat tamen eſſe Deum, non peccat, ſi iuramentum referat ad Deum,Exodi tomo 1. 254.c.1.D

Chriſtianum iurare per Thorath, contingit tripliciter vno modo ad petitionem alicuius Iudæi,& hoc dupliciter;nam vel facit differentiam inter librum Thorath, & alios libros idem continentes, & ſic non licet iurare, vel non facit differentiam, quòd ille liber ſit ſcriptus literis Latinis, vel Hebraicis, vel &c. Tunc licet iurare,quia nobis licet iurare ſuper iſtos libros,quia ſunt libri ſacræ Scripturę,quorum auctor eſt Spiritus ſanctus.2.Pet.1. Licet magis appropriata ſint Euangelia ad iurandum, & idē eſt,ſicut de oīāte Lingua Latina,vel Hebraica,&c. Et ponitur exemplum de comedentibus carnes ſuillas in primitiua Eccleſia, vel immolatas idolis. Secundo modo ad petitionem Chriſtiani non licet iurare per Thorath, quacunque intentione petatur, vt probatur. Tertio modo ſi ſua ſponte iuret Chriſtianus, nemine cogente, aut petente. Et tunc vel fit ex quadam neceſſitate, quòd ille debet iurare alteri, & non habet librum Euangeliorum,non licite facit, niſi ſequatur ſcandalum,quia tunc a licitis abſtinendum eſt, vt patet ad Rom.14. & 1.Corint.8.& 10. & ſimiliter ſi abſque neceſſitate iurandi,vt ſolent homines in ꝓmiſſionibus,&c. Exodi tomo 1. 254.c.2.C

Si quis iuret in Thorath ad petitionem alicuius Hebræi, quia Hebræus nollet aliter credere, peccaret mortaliter,Exodi tomo 1. 254.c.4.G

Saraceni iurantes in nomine Chriſti, aut in ſacris Euāgeliis, non peccant, quia cum aliquis actus ſecundum ſe eſt bonus, non fit alicui malus, niſi quia putat eſſe malum. aut quia propter malum finem agit, vel errat in aliis circunſtantiis, Exodi tomo 1. 255.c.1.A

Iurare ſuper Thorath non eſt Iudaizare, quia Pēthateucum non ſoli tenent Iudæi, ſed etiam nos tenemus. Cauendum tamen eſt ne demus ſcandalum, & ne fiat tale iuramentum coram Hebræis, & confirmentur in ſuo errore, Exodi tomo 1. 255.c.3.I

Iudæo vel Chriſtiano nūquam licet iurare ſuper crus Mahomethi; Exodi tomo 1 255.c.4.F

Cum iuramus ſuper Euangelia, iuramus per Deum, alias iuraretur per creaturā,quod non licet,vt patet extra de iu.iurā.c.& ſi Chriſtus,Exo.to.1.256.c.1.A

Tripliciter contingit iurare,aut per ſolum Deum,aut per ſolam creaturam, aut per vtrunque ſimul, & hoc referendo creaturam ad Deum & debet ſumi talis creatura, in qua multum declaretur veritas diuina, quia in Deo nihil falſitatis eſt. Et ſit talis creatura,quæ de ſe ducat in cognitionem Dei, & immediate, cuiuſmodi eſt Euangelium, Exodi tomo 1. 256.c.1.B

Nunquam licet iurare per Alchoranum, quia multa continet mendacia, & turpiſſima, deinde, quia non inducit immediate in cognitionem Dei, &c. Exodi tomo 1. 257.c.3.F

Non licet iurare etiam ipſi Saraceno per crus Mahometi,Exo.tomo 1. 256.c.3.F. Neque per Alchoranum,Exodi tomo 1. 257.c.3.k

Cum aliquis iurat per aliquam creaturam,non referē do eam actualiter, vel habitualiter in Creatorem, ſed totaliter ibi ſiſtendo, &c. peccat, quia tollit honorem Deo debitū, & impēditur alteri rei, &c. Exodi tomo 1. 256.c.3.K

Iurare per vitam iurantis, per filiorum ſalutem, &c. ſi ad Deum non referantur, illicitum eſt, Exodi tomo 1. 256.colum.4.G. Nam tanta reuerentia,

tia,& amor illi soli rei conuenit,qua fruendum est, quia maior reuerentia dari non potest,& qui talem reuerentiam aliis rebus tribuit,ipsis fruitur,quod illicitum est.Et iste est secundus modus, quo tollitur Deo honor debitus illi,vt cum quis iurat per salutem suam,aut filii sui sistendo ibi, etiam si vitam suam,aut filii sui non dicat esse Deum. Sed primus est peior,quo tollitur, & honor, & amor debitus Deo,& ponitur alius esse Deus, quod persuadetur exemplo,Exodi tomo 1. 256.c.4.L

Rectè iuratur per Euangelium,& crucem,quia est q̃dam scriptura magnæ veritatis secundum comparationem,quam habet ad Deum, cuius actus in ea continentur. Et crux est quoddam ens dignissimum,secundum relationem, quam habet immediatè ad Christum in ea passum,nec quæcunq; aliæ res est susceptiua tanti honoris, etiam si referatur in Deum,Exodi tomo 1 257.c.1.B

Iurare per crus Mahometi,& similium rerum turpissimarum,quas etiam nominare non conuenit, est tertius modus,quo tollitur honor diuinus, vel impenditur alteri, cui non debetur, Exodi tomo 1. 257.c.1.E

Iurare per Thalmud nõ licet, sicut neque per Alchoranum immo detestabilior est liber Thalmud, q̃ quilibet liber Alchorani,Exodi tomo 1. 258.c.2.A

Iurare per aliquem librum artis Nigromanticæ, pessimum est,quia de se malum est, & superstitiosum, & præter hæc,qui talia iurant,non carent scrupulo societatis occultæ cum dæmonibus, quibus tales placent characteres ad confirmanda placita, Exodi tomo 1 258.c.2.B

Christiani,& Hebræi iurãtes per crus Mahometi, aut per Alchoranum,vt communiter,non tantum peccant,sicut Saraceni, tamen cæteris paribus magis peccant Christiani,& Iudæi, & idem dicendum est de Thalmud,Exodi tomo 1 258.c.2.C

In litigiis manifestę turpitudinis, laudabile est nolle iurare,nec alteri parti iuramentum deferre, Num. tomo 1 230.c.3.I

Nemo debet iurare, nisi vrgente necessitate, extrà, de iure iurando, cap.& si Christus.Numer.tomo 2. 138.c.4.I

In Aegypto, qui iuraret per vitam & salutem regis,& non compleret,puniebatur pœna capitis, Deuter. 26.c.3.I

Iurare facere malum peius est, quàm absolutè facere malum,Iudi. 215.c.4.G

Ad iurandum nõ obligat aliquem ius commune,nisi iudicialiter,vel cum petitur ab aliquo superiore, 1. Regum tomo 2 132.c.2.A

Iurare aliquando capitur large pro dicere, 2.Regum. 17.c.1.E

Compellere aliquem ad iurandum in Sanctuario nõ erat peccatum in veteri lege,3.Reg. 76.c.4.G

Quando possit quis compelli ad iurandum super aliquo Altari,vel supra sepulchra Sanctorum,& quãdo non,3.Regum. 76.c.4.K

Iudæus inducens, vel cogens Iudæum ad iurandum in templo Salomonis,non peccabat in casu,in quo veritas non posset aliter probari, 2. Paralipomen. 86.c.3.F

Apud gentes quasdam consuetudo est, quòd quando quis iurauerit per salutem regis; & mentiatur, q̃ occidatur,quia læsit regiam maiestatem, & dicunt talem consuetudinem esse in Aegypto, 2.Paralipom. 205.c.3.G

Deus condescendens fragilitati nostræ,aliquando iurasse legitur,2.Paralip. 205.c.1.E

Modus iurandi est valde consuetus in sacra Scriptura apud Iudæos,2.Paralip. 242.c.2.E

Iurare,vt dicit Augustinus,est ius veritatis Deo reddere,idest,quilibet tenetur veritatem dicere propter Deum,& maxime tenetur ei adhoc,quando inuocat nomen eius in testificationem, Matthæi to.2. 196.c.3.F

Causa,quæ induxit necessitatem iurandi fuit duplex malum,scilicet,ignorantia eius, cui exhibetur iuramentum, & variabilitas spontanea, vel iniquitas eius;qui simplici verbo loquitur. Primum totaliter est pœna. Secundum partim est pœna, scilicet, q̃ homo sit defectibilis, & quòd voluntas possit velle,quod malum est, & partim culpa, quando illud sponte voluerit actualiter,hoc innuitur,extra,de iure iurando,cap.& si Christus. & ideo Matth.5.dicitur:Quod amplius est,a malo est, scilicet, tam culpæ,quàm pœnæ,nec exhibentium, sed exigẽtium iuramentum,& potest dici,quòd a malo est, ex parte iurantis,& tunc a malo est, idest, malum est, & peccatum est, & hic est verus sensus illius literæ, Matthæi tomo 2 197.c.4.G

Iurare,vt dicit August.est Deum in testem inuocare, & ideo nunquam est,nisi quando in testimonium, alicuius rei dubię Deus inducitur ab aliquo ad confirmationem,&c.Et ista res dubia debet esse dubia secundum naturam,quæ,scilicet,non habet ex radice sua aliquam certitudinem, vt sunt omnia casualia,& particulares actiones, & non de illis, quæ habent causas determinatas, vt sunt causæ vniuersales, & effectus earum. Nam de his non fit confirmatio per iuramentum,quia ratio potest persuadere de eis via necessaria.Matthæi to.2. 190.c.1.A

Cum per creaturam iuramus, non ad eam attendimus,sed ad creatorem illius,cuius magnificentia, vel excellentia fulget in creatura, Matthęi tomo 2 199.c.1.B

Licet iurare per creaturam,& non exhibere Deo latriam per creaturam &c.Mat.to.2. 199.c.1.E

Duplex est modus iurandi,vnus qui dicitur per simplicem Dei contestationem,vt cum quis dicit; Testis est mihi Deus.Vel:Coram Deo loquor. Vel, Per Deum. Alius est per execrationem,dum quis se, vel aliquid ad se pertinens ad pœnam obligat, Matthęi tomo 2 199.c.3.F

Diuersę formę iurandi ponuntur a iure, secundum diuersitatem rerum,super quibus iuratur,& diuersitatem personarum iurantium,vt forma iuramẽti,quam Episcopi pręstant Papę,& officiales,vt habetur de iureiuran.c.ego Episcopus.Et quam pręstat Imperator 63.distin.c.tibi Domino. Et quam pręstant venientes de schismate, quando redeunt ad Ecclesiam.de qua 1.q.7.ca.quoties. Et quod faciunt abrenunciantes hęresi, quam tenuerunt,de cõsecr.dist.2.c.ego Berẽgarius.Mat.to.2.199.c.4.k

Deũ p seipsum iurasse legimus.Gen.22.& 26. & Ptal. 94 & 109.& 131.&c.Et ad Hebræos 6.

Angeli etiam iurant.Apoc.10.

Et sãctos iurasse legim⁹,vt Dauid.1.Re.25.& 3.Reg.1.

Et Apostolus iurauit ad Ro. 1. & 1.Cori. 15. Matthęi tomo 2 200.c.2.A

Ad recte iurãdũ attẽdẽdũ est primò,q̃ is,q iurat,dicat verũ.Secũdò,q̃ fiat iuramẽtũ p honesta causa, vel necessaria,vel vtili,&c.Mat.to.2. 200.c.3.F

Dñs prohibuit iurare,ne iurando veniam⁹ ad facilitatẽ iurãdi,& ex facilitate ad cõsuetudinẽ, & a cõsuetudine in periurium,Mat.to.2. 200.c.4.K

Non licet iurare, nisi pro aliqua necessitate,vel vtilitate,Mat.tomo 2 201.c.1.C

Qui iurat, non ordinat iuramentum ad venerandum,aut diligẽdum Deum,per quem iurat, sed ad

aliquid aliud, quod est vitę humanæ conueniens, scilicet, ad ponendum finem litibus, vel ad tollendum dubia, Mat. tomo 2 202.c.3.G

In iurante incaute nunquam est perplexitas, quia perplexitas est, quando quis priusquam aliquid faciat taliter est impeditus, vel illaqueatus, vt ad quamcunque partem tendat, non potest peccatum mortale effugere, sicut auis, quæ clausa est in laqueo, sed qui iurauit incaute, iam peccauit, quando iurauit, & iam non habet, in quo peccet; sed determinatum est sibi, quòd non debet complere iuramẽtum &c. Mat. tomo 2 203.c.4.F

Aliquando iuratur incautè, quando, s. iuratur aliquid, quod apparet manifestè malum, & tamen postea apparent aliqua inconuenientia, quæ sequuntur ex eo. Et si seruaretur, esset iam malum, & tunc cessat prima obligatio iuramenti promissorii, quæ est ad faciendum id, quod promittitur. Et tamen non manet secunda, scilicet, ad peccatum mortale, eo q̃ iurans a principio habuit iustã causam, eo quòd putabat esse bonũ id, quod iuratum est, sed postea apparuit esse malum &c. Mat. to. 2. 203.c.4.G

Iurans aliquid, quod est impedimentum maioris boni, periurus est, vt iurare non intrare religionem, vel non suscipere ordinem sacrum, &c. eo q̃ est cõtra charitatem, & deficit illi obligatio prima. Et sic manet secunda, s. ad peccatum mortale, quia facit contra charitatem præcludens viam Spiritui sancto, vt habetur 22. quęstio. 4. cap. innocens. §. Illicitum. Similiter iurat incautè, vt qui iurat non suscipere prelaturã, quia sic iurans repugnat diuinę prouidentiæ, Mat. tomo 2 204.c.4.H

Iurans accipere aliquam in vxorem post votum simplex castitatis, & hoc per verba de prẽsenti, nõ tenetur ad votum, secus si esset votũ solemne. Et sic intelligit illud Gratiani. 22. q. 4. c. innocẽs. §. illicitũ. s, q̃ si quis post votũ castitatis iurauerit alicui mulieri, se habiturũ eã in uxorẽ, nulla auctoritate, phibẽt seruare iuramẽtũ, Ma. to. 2. 202. c. 4. l, & 205. c. 3. G

Vbicunque forma iuramenti est illicita, actus iurandi est illicitus, & peccat de præsenti iurans, vt iurans p idola. Actus tamen de futuro in se non est illicitus, & tenet iuramentũ, vt dicit Augu. & hr̃. 22. q. 1. ca. mouet. Secus tñ si materia iuramẽti, de qua iurat̃, sit illicita, quia tũc nõ solũ actus de prẽsenti est malus, sed ẽt actus, qui erit de futuro. Et ideo tale iuramentũ nõ tenet, Mat. to. 2. 202. c. 4. K, & 205. c. 3. H

Mulier iurans adultero seruare fidem, duo iurat, scilicet, adhęrere adultero, quod illicitum est, ad hoc non obligatur, & nõ se copulare alteri quàm adultero, & hoc est licitum, & tenetur seruare, vnde peius est alteri non viro suo, quàm adultero se tradere, quia sic committit adulterium, & periurium. Non tamen peccaret reddendo ad virum suum, quia ad hoc non se potuit obligare per iuramentũ etiam si vellet. Et hoc tenet Augustinus, & habetur 22. quæstio. 4. capit. mulier, Matthæi tomo 2 205. col. 4. F

Intentio iurantis propinquior est sermoni suo, quàm intentio recipientis iuramentum, nisi dolum commisserit in intelligendo, aut fuerit in magna culpa intelligendo aliter quàm verba significent secundum communem vsum, & secundum, quòd ipse, cui præstitum est iuramentum petebat sibi per illa prẽstari iuramentum, Matthęi tomo 2 207.c.1.D

Qui coactus sufficienti coactione iurauit dare aliquid alicui, vel facere, tenetur in foro conscientiæ dare &c. Non tamen in foro contentioso. Iurans tamen coactè habet remedium, quòd postquam dederit, potest repetere in foro contentioso illa, quæ soluerit, tanquam indebita, scilicet, quòd coactus fuit iurare, & virtute iuramenti soluit. Et tunc iudex faciet sibi restitui, quòd soluit, sic est de illis, qui iurauerunt soluere vsuras; nam tenentur soluere eas. Et postea possunt in iudicio repetere eas, extra de iureiurando capit. debitores, etiam si iurauerint non repetere, nam tunc dicent iudici, & ipse ex officio suo faciet soluere &c. Et si iurauerint, quòd nunquam denunciarent, tunc iuramentum non tenet, quia est contra bonos mores, & in damnum publicum, &c. Matthæi tomo 2 206. col. 2. A

Iurans cum conditione etiam si bonum iuret, & non faciat id, quod iurat, conditione non adueniente non est periurus, &c. Matthæi tomo 2 209. col. 4. G

Pueri iurantes falsum, quando sunt doli capaces, periuri sunt, extrà de delictis puerorum cap. pueris, Matthęi tomo 2 210.c.3.H

Sacerdotes prohibentur iurare propter dignitatem eorum, quia debet eis credi absque iuramento. Et ideo quando de veritate debent respondere, loco iuramenti interrogabuntur alio modo, scilicet, per sanctam consecrationem, ideſt, per ordines suos sacros, an verum sit &c. Et 22. quæ. 5. dicitur, quòd nullus ex ecclesiastico ordine cuicunque laico sup sancta Euangelia iurare præsumat, sed simpliciter cũ veritate, & pietate dicat Est, est, aut, nõ. nõ: in c. nullus ex Ecclesiastico. Per hoc tamen non debet intelligi, quod nullo modo liceat iurare. Nam possunt iurare etiam monachi, quando subsit necessitas potissime in causis monasterii sui, & vbi nõ habentur alii testes. extra de iureiuran. cap. & si Christus. §. vltimo, Mat. to. 2. 211.c.1.G

Quando iuratur debet iurari per Deum, potest tamẽ interdum iurari per creaturas aliquas non secundum se, sed prout in eis diuina virtus manifestatur. Et ita iuramus per Euangeliũ, quia per illud diuina virtus innotescit. iuramus etiã per sanctos defunctos, qui hanc diuinam virtutem manifestius credi derunt, & obseruauerunt, & hoc intelligi debet per iuramentum, quod fit per simplicem attestationem; nam illud, quod fit per execrationem, quod dicitur grauissimum 3. Senten. distin. 39. eo, quòd in eo grauia nobis imprecamur, fit propriè per creaturas, quia semper creatura exprimit̃, sed nomen Domini non semper. Ex exprimitur creatura, vt in ea iudicium diuinum exerceatur, si est verum quod iuratur. Et licitum est iurare per creaturas referendo eas in Deum, inquantũ relucet in eis diuina bonitas aliquo modo; vel prout subiicimus eas diuinæ potestati, vt exerceat in eas iudicium. Si autem iurando intendat dare honorem ipsi creaturæ, per quam iurat, quasi ad eam reducens confirmationem veritatis iuæ, attribuit illis veritatem infallibilem, & sic est species idolatrię, taliter iurare. Et hęc est causa specialiter, quare Deus vetuit iurare per creaturas, nc. s, honorificentia creatoris transferatur ad creaturam, vt patet extrà. de iureiuran. ca. & si Christus. Vel dicit, quod considerando creaturam in se, & absolutè, non licet per eam iurare, bene tamen in comparatione ad creatorem, & ex iusta causa, vt scilicet, in creatura Deus Auctor est, & prẽsidet; nam sic iuratur per creatorem prẽsidentem, eum testem inuocando, Mat. tomo 2 212.c.2.A

Licitum est iurare id, quod licitum est, & expedicus, vt ieiunare, non tamen id, quod licitum est, sed non

non expediens,vt non intrare religionem,&c.Matthęi tomo 2. 212.c.2.B
Deus vetuit iurare per creaturas, tribuendo eis diuinum honorem,& reuerentiam,quia ſic iurare, eſt idolatria,ſed cum tollitur iſte reſpectus, ita vt non demus eis talem honorem, ſed referamus eas in Deum, non eſt periculum iurare per creaturas, licet melius ſit iurare per Deum quando iurandum ſit. Sic dicit Hieronym.ſuper Matth.Et ſic intelligitur illud,quod habetur 22.q.1.cap.ſi Chriſtus,& cap.ſi quis per capillum. Et tale iuramentum per creaturas obligat ad obſeruandum, Matthæi tomo 2. 212.c.2.E
Iurare per idola peccatum eſt.Exo.23.per nomen externorum deorum non iurabis, nec audientur ex ore veſtro.& 22.q 9.cap.mouet te. nec ipſum idolum eſt conueniens creatura, vt in eo repreſentetur diuina bonitas,cùm potius ponatur, vt offendiculum contra diuinum honorem,&c. Et iurando per idola magis peccarent Iudęi,quàm alii,quia ipſis magis fuit hoc prohibitum, &c. Matthæi tomo 2. 213.c.2.B
Iuramenta tamen facta per idola ſunt obligatoria, vt habetur 22.q.1.cap.mouet te. nec obſtat,quod habetur ff.de iure iuran.l.non erit.§ penultimo.ibidē. 213.c.4.F
Et interdum ſine peccato poteſt recipi iuramentum per idola. Ad hoc tamen, quòd licitè recipiatur, oportet, quòd recipiens habeat æſtimationem de idolis, ſcilicet, quòd non putet aliquam virtutem diuinam ineſſe eis, &c. Simile eſt de comedente cibos conſecratos idolis,&c .1.Corinth.8. Similiter,quòd recipiens tale iuramentum ad finem bonum recipiat,& quòd illud,ſuper quod iuratur, ſit aliquod bonum, per quod licite poſſet iurari per Deum. Similiter requiritur,quòd iſte, qui iuramentum recipit,nō poſſit alio modo, certam fidem habere,vt pote,quia ille,qui iurat eſt idolatra,vt habetur 22.queſt.1.c.mouet te. Item patet de Iacob, & Labam,Gen.31.& de Abraham,& Abimelech.Geneſ.21.de his etiam 22.q.1.cap.mouet te.§.alia quęſtio.Sic etiam Machabæi cum Romanis fecerunt de amicitiis ſeruandis 1.Machabæ.6. & 12. vt dicitur 22.q.1.c.mouet te.§.hinc etiam in fi. Et non licet inducere aliquem ad tale iuramentum.Idem tenet Innocentius extra,de iureiuran.cap. & ſi Chriſtus.licet tamen recipere ſi alius ſe offerat. Et hoc in contractibus, qui ſine maximo præiudicio noſtro euitari poſſunt. Secus tamen vbi contractus ſit nobis multum neceſſarius, vt pote pro conſernanda vita.&c.non videtur illicitum peti ab alio tale iuramentum,etiam ſi ipſe illud nō offerat, dum tamen alias ipſe aſſueſcat iurare per idola, Matthęi tomo 2. 214.c.1.A
Iurans per Deum fallaciter, & iurans ſimiliter fallaciter per creaturas,quis iſtorum grauius peccet, non poteſt reſponderi abſolute,ſi iuramentum ſit aſſertoriū,vr̄ tn̄ magis eſſe ꝑiuriū illius,q̄ iurauit ꝑ Deū. Niſi ex iſto ꝑiurio ſequat̄ dānū alicui. Si aūt nō cōſideret̄ irreuerentia, q̄ fit in cōfirmatione grauius eſt ꝑiuriū iurātis ꝑ Deū,nā grauior iniuria fit alicui in ꝑſona ꝓpria,q̄ in ſuis familiaribus. Et idē eſt dicē dū de iuramento ꝓmiſſorio, q ꝑꝑ ꝓmiſſionē,q̄ fit ibi,pōt maius eſſe ꝑiuriū ꝑ creaturas,q̄ ꝑ Creatorē ſm dr̄iam ꝓmiſſionis,& dāni ſequuti ex violatione eius.Si aūt attēdat̄ cōfirmatio ex noīe eius,ꝑ quē iurāt, grauius eſt ꝑiuriū,quod fit ꝑ Deum,&c. Et hoc eſt ꝑ ſe ꝑiuriū,nā cōſiderare dānū, vel ꝓmiſſionē, nō ꝑtinet ꝑ ſe ad ꝑiuriū cū iſta fieri poſſunt ſine ꝑiurio.l.per ſimplicem promiſſionem,vel aſſertionē.
Matthæi tomo 2 214.c.2.D
Ille,qui iurans per Deū,fallit.grauius periurat,q̄ qui ꝑ idola,ſed quod ſit grauius peccatū.ſ.periurium ꝑꝑ Deum,aut ꝑꝑ idola, dicendum, q ꝑ cōparando totū peccatū,quod eſt iurare ꝑ idola,& ꝑiurum eſſe,ad ꝑiurium iurantis ꝑ nomē Dei,nō pōt dici,q ſit grauius,quia comparantur multa ad vnum, & etiā fit hic aliquid,quod eſt per accidens, de quo non pōt dari cerritudo,Matthęi tomo 2 214.c.4.F
Iurare per Thorath licitum eſt Iudæis,niſi forte circa hoc obſeruent aliquam ceremoniam, vel ſuperſtitionem,&c.Matthæi tomo 2 215.c.1.A
Iudex Chriſtianus pōt licitè cogere Iudæum, vt iuret ſecundum formam,quam ipſi Iudęi tenēr inter ſe, Matthęi tomo 2 215.c.1.D
Iudæi peccant faciendo chriſtianos iurare in nomine Chriſti,Matthęi tomo 2 215.c.2.B
Iurare per Thorath licitum eſt chriſtianis, ſi non putent illum librum pannis,& vaſis æneis, vel argenteis incluſum, eſſe alicuius virtutis ſpecialis, cuius non ſint alii libri ſimilem habentes ſcripturam.Et ſimiliter ſi non iuratur ſolemniter:nam ſi ſolemniter,ſemper eſt peccatum,quia, qui taliter iurat, iudaizat.Si tamen iuret irridendo,vel non intendendo tribuere ei aliquem honorem,pōt fieri hoc ſine peccato mortali:tamen nunquam fieri poteſt, qn̄ fit vituperabile,& ideo ſemper fugiendum eſt tanquam mortale,vel quod poteſt eſſe mortale, Matthæi tomo 2 215.c.2.E
Illi,in quorum fauorem ſunt præſtita iuramenta non poſſunt diſpenſare,poſſunt tamen abſoluere iurantes a vinculo,quo tenebantur propter iuramētem. Cùm ex his iuramentis ipſis ſolis eſſet ius quæſitū, Matthęi tomo 2 208.c.2 D
Saraceni poſſunt licitè iurare per Chriſtum, quia ſic iurare non eſt per ſe malum, nec ipſi putant eſſe malum,quia licet Saraceni non credant Chriſtum eſſe Deum,credunt tamen Chriſtum fuiſſe virum ſanctiſſimum, ſed licet iurare per viros ſanctos defunctos,prout in eis refulget quædam virtus Dei, quam viuentes oſtenderunt,ſimiliter licet illis iurare per Euangelia, quia credunt in Euangeliis non contineri mala,neque falſa,ſed vera,& ſancta,Matthæi tomo 2 215.c.3.G
Nulli chriſtiano licet iurare per crus Mahometi, vel per corpus eius,vel per Alchoranum, Matthęi tomo 2. 215.c.4.F
Nec ipſis etiam Saracenis licet hoc,ibidem.
Iudæis non licet iurare per Thalmud,quia habet manifeſtos errores,immo nulli hominum licet per illud iurare,& idem dicendum eſt de quibuſcunque ſcripturis prohibitis,Matthęi to.2. 216.c.2.D
Saraceni iurantes per crus Mahometi, vt communiter magis peccant, q̄ Chriſtiani, vel Iudæi per idē iurantes: tamen cęteris paribus, magis peccant Chriſtiani,quam Saraceni,& Iudæi,idem iurantes, Matthæi tomo 2. 216.c.3.F
Nullo modo licet iurare per membra Dei, vt per caput,pedes, &c. immo reputatur magna blaſphemia,& grauis pęna infligitur.22.q 1. cap.ſi quis per capillum Dei, vel caput, &c. Idem ſi quis iuret per corpus Dei. Dicit tamen Hoſtien.in ſumma. titu.de iureiurādo,quod hoc fuit veritum propter errorem quorundam hæreticorum, qui dicuntur Antropomorphitæ.i.attribuentes Deo humanam formam,vel figuram,vt dicit Auguſtinus in lib.de nonaginta hæreſibus,& Iſido.8.Etymo.& habetur 24.qō.3.quidam hęretici,& ideo tale iuramentum quod eſt blaſphemia,punitur capitaliter ſecūdum leges ciuiles in Authent.vt non luxurientur homines

mines contra naturam, collat.6.§.vltimo, & hoc si fiat detestando, & irascendo. Nam talis incurrit in pœnam maledicorum, quæ habentur extrà, de maledi.cap.statuimus. Sed si solum iurando, sic iurent, non habet locum ista pœna; & similiter, illa, quę habetur 22.q.1.capit.si quis, nisi qui ex consuetudine iuret sic, quia si semel, & casu nihil præmeditatus, &c. non incurritur illa pœna: Si quis tamen iuret per membra Christi, vel corpus, non est blasphemia: licet sit inhonestum iurare per creaturam in Deo, honestius est iurare per Christum absolutè, qui Deus est, quam per partes sui corporis, quæ sunt aliquid creatum: tamen iurando per membrum Dei, vel corpus, non nominando Christum, Blasphemia est, quia nominando Deũ absolutè, intelligimus solam naturam diuinam, vel personas diuinas solum quantum ad diuinam naturam, & nõ quantum ad humanitatem assumptam a verbo, Matthæi tomo 2. 216.c.3.I

Inter creaturas, per quas licet iurare, conuenientissima est Euangelium, Matthæi tomo 2 217.c.1.A

Quando solemniter iuratur, iuratur per Euangelium 63.distin.cap.tibi Domino, & 1.quæstione vltima, cap.quoties, & quando iuratur de calumnia in iudicijs, extra de iuratione calum.cap.vltimo, Matthæi tomo 2. 217.c.1.B. Et non solum licet iurare per Euangelium, sed per lapidem, vel aliam rem credendo esse Euangelium, ibidem.

Iurare per creaturam per se minus est, quàm iurare per Deum, per accidens tamen potest esse maius, & hoc in tribus casibus potissimè. Primò ratione contemptus, vt si blasphemando, iuret per creaturam, scilicet, per caput Dei, &c. Secundò ratione scandali. Tertiò ratione conscientiæ. Matthæi tomo 2. 217.c.3.H

Creaturę, quæ manifestè deducunt in Deum, & per quas licet iurare, & quas collegerunt iura, sunt Euangelium, altare, reliquiæ sanctorum, crux, & ordo sacer, & manus Episcopi consecratæ, & fides nostra, & similia. Sed inter omnia ista, quod maximè ducit in Deum, est Euangelium, Matthæi tomo 2 217.c.1.E

Licitum est alicui iurare per dominum suum, cùm non sit ibi aliquid, quod repugnet honestati iuramenti, vt Ioseph iurauit per salutem Pharaonis, Genes.42. Licet Hostien.in summa.titulo de iure iurando, dicat quòd non videtur hodie sic iurandum, licet concessum fuerit hoc antiquis patribus, &c. Matthęi tomo 2. 217.c.3.k

Intantum licet iurare per creaturam, inquantum ipla deducit hominem in Deum, Matthæi tomo 2. 217.c.4.F

Iurare per sanctos iam defunctos licitũ est. Mat.to.2. 217.c.4.H. Et periurium iurando per sanctos est maius, vel minus, cęteris paribus, secundum quòd sanctus, per quem iuratur, est maior, vel minor, 22. q.1.cap.mouet te. ibidem.

Iurare licet per sepulchra Sanctorum, Matthęi tomo 2. 218.c.1.E. Et periurium commissum super sepulchra sanctorum maius est, quàm periurium cõmissum nominando sola nomina sanctorum, ibidem.

Iurare per Crucem Domini licitum est, & periurij̃ est maius, si ponatur manus super crucem eam tangendo, quàm eam solum nominando, non tangẽdo, & magis peccat, si crux sit consecrata, quam si non sit, Matth.to.2. 218.c.3.F

Licitum est iurare super manus Episcopi tangendo illas, & per omnes res sacras. 22.q.5.cap. qui periurat, & periurium est penale, ibidem. Matthæi tomo 2. 218.c.4.k

Iurare per sacros ordines licitum est, & conueniẽter factum, quia non exhibetur honor ipsis ordinibus, sed Deo per ordines, & taliter debent maxime iurare sacerdotes. 1.quæst.7.cap.quoties. Matthęi tomo 2. 219.c.1.C

Licitum est iurare per altare, & tale iuramentum est valde seruandum. 22.quæst.1.cap.habemus, & periurium est graue, Matthæi tomo 2. 219.c.1.D

Licitum est iurare per sanctorum reliquias tangẽdo illas, Matth.tomo 2. 219.c.2.B

Licitum est iurare per Eucharistiã, & idem est, sicut iurare per Christum; non est tamen vsitatũ iurare super eam, quia non est licitum eam tangi ab omnibus, sed a solis Sacerdotibus, Matthæi tomo 2. 219.c.2.E

Licitum est iurare fidem interponendo, sic vt interpositio fidei accipiatur pro iuramẽto facto per fidem iurantis, vt si quis dicat: Iuro tibi per fidem meã, quòd faciam hoc, sic tenet Innocentius, extra, quod vi, metusve causa, &c. cap.ad aures, &c. Matthæi tomo 2. 219.c.3.F

Iurans non debet super aliqua re iurare, nisi diligenter sciuerit de illo, quod iurat, an sit verum, vel falsum, & an licitum, vel illicitum, Matthæi tomo 2. 222.c.3.H

Iurans contra aliquod de consiliis Euangelicis, non tenet iuramentum, quia militat contra charitatẽ, Matthæi tomo 2. 227.c.2.D

Licitum est iuramentum, quo virgo iurat contrahere matrimonium cum aliquo, quia contrahere matrimonium non repugnat virginitati, repugnat tamen consumare matrimonium, Matthæi tomo 2. 227.c.4.F

Timore mortis, qui iurat dare res suas, aut tradere castrum, quod tenebat, an talis teneatur seruare iuramentum: Dicendum, dimissis opinionibus variis, quòd aut iste sine peccato potest dare res illas quas dare iurauit, vt pote quæ sunt res suæ, quibus etiam sine iuramento, licite abrenunciare potest, & tũc iuramentum tenet, quia est de re licita, etiam si per timorem extortum sit, si vero res non sint suæ, non tenetur dare illas, quia iuramentum est illicitum, & per consequẽs nõ est seruandum, & peccat, &c. Matthæi tomo 2. 228.c.1.A

Si alicubi inueniat̃, qꝑ iurantes rẽ licitã per timorẽ nõ teneant̃ ad iuramentũ, debet intelligi, qꝑ hoc fiat in odiũ inferentiũ vim, &c. Et hoc, nisi qñ iurauit per timorẽ dare aliquã rẽ, habuisset animũ nõ dãdi, sed se defendẽdi hac exceptione, tũc iuramẽtũ nõ obligauit illũ, & sic nõ tenet̃ dare, qa iuramẽtũ nõ obligauit eũ, niõ ꝟm qꝑ ipse intẽdebat, licet verba sua aliter sonarẽt, arg.22.q.5.c.humanę aures. Et hoc quia exigens iuramentũ fuit in graui culpa cogẽdo aliũ ad iurandũ, alias tñ intelligeret̃ iuramẽtũ, vt verba sonabãt: iste tñ iurãdo peccauit mortaliter, qa mutauit oĩa verba a suo significato. Et mentiebat̃ iurando. Caueat tñ, qui sic agit, scandalũ, & malũ exẽplũ apud alios, Matthæi tomo 2. 228.c.2.B

Iurans dare aliquid alicui certo tempore, credens certissimè, & verisimiliter posse adimplere, non est periurus, si adueniente impossibilitate, non soluit; dum tamen non venerit ex culpa sua, & ipse ante terminum conatus est quantum potuit adimplere: tenetur tamen lapso tempore soluere, si potest quia ad duo se obligauit, scilicet ad dandum, & in certo tempore. Simile est extrà. de dolo, & contuma. cap. cùm dilecti. Et hoc verum est, nisi res promissa non possit solui extra terminum, Matthęi tomo 2. 228.c.3.F

Iurans

Iurans soluere alicui vsuras, si nondum soluerit, debet conari inducere creditorem, vt relaxet iuramẽtum de soluendo,& ad istam relaxationẽ, possunt induci creditores per censuras ecclesiasticas, quia indebite sibi extorserunt iuramentum præstari,extra de iure iuran.c.ex administrationis,quòd si creditor non sit presens,vt ista fieri possint, &constet iudici vsuram esse promissam,& iuramento firmatam,ipse relaxabit iuramentum tanquam indebitum, extra de iure iurando cap.cum quidem,& 15.quæstio.6.cap.auctoritatem,& extra de testibus cap.constitutus. Si autem non constat iudici &c. non potest absoluere a iuramento,& tunc talis tenebitur soluere in termino præfixo,postea tamen poterit repetere tãquam indebite solutum, quòd si iurauit etiam non repetere, poterit denunciare secundum euangelicam correctionem, scilicet,si peccauerit in te frater tuus, &c. Quòd si iurauerit non denunciare,tunc non tenebit iuramẽtum, quia est illicitum,scilicet, contra admonitionem euangelicam.Et si denunciet solum, vt recuperet pecuniam,videtur quòd peccet mortaliter,& ideo videtur agere contra iuramentum de non petendo.Si autem denunciet partim ex charitate,& partim,vt recuperet pecuniam, potest iudicari licitè, vel non licite,iuxta id, quod principaliter mouet ad denunciandum &c.Matthçi tomo 2. 228.c.4.F

Iurans non amplius cognoscere concubinam suam, scilicet,coitu concubinario solum,talis poterit ducere illam in vxorem,si autem intellexit generaliter de omni concubitu,tunc nõ debet ducere,quia tale iuramentum potest seruari,sine interitu salutis æternæ &c.Si tamen, non obstante iuramento,tã contraxerit,valebit matrimonium,& tamen periurus manet,& debet agere pœnitentiam,sicut de voto &c.Et si dubitatur,quid iurans intenderit,debet interpretari de coitu fornicario, Matthæi tomo 2 229.col.1.E

Siquis iurauit se seruaturum statuta alicuius Ecclesiç, vel vniuersitatis,facta iam in ea,& post ea fiat nouum statutum in ecclesia illa, vel vniuersitate,& promittit iste sub vigore prioris iuramenti se illud seruaturum,talis non tenetur seruare illud sub vigore prioris iuramenti,& per consequens nõ erit periurus,si contrauenerit,& est casus expressus extrà,de iure iuran.cap.clericus.Peccat tamen mortaliter contraueniendo, quia promissio obligauit eum.Et intelligitur quando iurans solum intendebat de præteritis, vel saltem non habuit intentionem obligandi se ad futura, nam alias tenebitur subuigore præstiti iuramenti &c.Matthçi tomo 2 229.col.2.D

Coniuges iurantes nunquam abinuicem recedere, non tenentur seruare iuramentum, si sit causa iusta recedendi,siue necessaria, siue voluntaria, necessaria,vt si inueniatur inter eos aliquod impedimentum,quod dirimat matrimonium &c.Voluntaria,vt si volunt intrare religionem ex mutuo cõsensu.Similiter si ad tempus separentur, vt vacent orationi.Sic dicitur extrà, de iureiuran. c.tua nos. in glo.Et tale iuramentum recipit benignam interpretationem &c.Simile est extrà, de iure iurando ca.ad nostram, & ca.quanto &c.Matthçi tomo 2 229.col.3.G

Coniuges iurantes nunquam amplius petere debitũ coniugale, possunt de cætero repetere propria auctoritate,quia iuramentum fuit temerarium,vt patet 22.q.4.c.inter cæteras. Si autem vnus eorum vult repetere alterum,eo non consentiente, debẽt admoneri,vt castitatem perpetuam seruent,quam si volunt vouere,manebunt separati, si autem alter eorum non vult, cogetur alius ad eum redire per excommunicationis sententiam, extra de iure iuran.c.tua nos, Mat.tomo 2 229.c.4.k

Coniuges,qui solemniter vouerunt,& iurarunt perpetuam continentiam,non possunt iam redire ad id ipsum, siue alter eorum petat,siue ambo consentiant &c.si tamen votum fuerit simplex,matrimonium non est adhuc dissolutum. Et ideo manet eis adinuicem ius petendi debitum,& erunt periuri si repetant,Mat.tomo 2 230.c.1.B

Coniuges iurantes continere per certum tempus,si ante illud tempus expletum,alter eorum debitum petat,tenetur alter reddere,& hoc propria auctoritate,quia iuramentum non tenet,& si alter eorum nolnerit,debet compelli per sententiam ex communicationis, extra, de iureiuran. cap.tua nos,& imponi eis pœnitentia, pro temerario iuramento, Matthæi tomo 2 230.c.2.A

Iurans seruare statuta alicuius ecclesiæ, vel vniuersitatis &c.si inueniantur inter illa aliqua adinuicem contraria, & non possunt reduci ad concordiam, tunc seruabitur secundum statutum illorum, & non primum,cum primum videatur derogari per secundum,dum tamen statuta illa sint æqualis auctoritatis,secus si inæqualis,vt vnum a Papa, & alterum ab Episcopo, nam tunc seruandum est illud,quod maioris est auctoritatis &c.Matthçi tomo 2 230.c.2.E

Si aliqua vniuersitas, vel societas iurent aliquid se facturos,vel non facturos, & iuramentum pertinet ad cultum Dei, tale iuramẽtum non potest remitti quibusdam eorum per alios,vt si iurent orationem,vel ieiunium facere. Si autem non pertinet ad cultum Dei,sed ad vtilitatem iurantium solũ, & non tenebantur ad id alias absque iuramento, poterunt sibi inuicem remittere iuramentum, eo quòd iuramentum solum sit in fauorẽ eorum. Si autem iuramẽtum respiciat commodum alienũ, vel incommodum, non possunt sibi inuicem remittere, quia ex hoc iuramento est ius quæsitum aliis,similiter si fiat iuramentum partim adcultũ Dei,& partim ad commodum iurantium, tunc illud,quod pertinet in fauorem iurantium,possunt remittere, non autem quod est ad cultum Dei, Matthçi tomo 2 231.c.2.A

Si quis iuraret, vel promitteret adiuuare aliquem, scilicet,Petrum &c.contra quemcũque hominẽ, non tenetur eum adiuuare contra seipsum, licet ex modo locutionis comprehenderetur, vt patet extra,de iureiurando,in cap.petitio, Matthæi tomo 5 60.c.1.B

Iurare actus quidam est latriæ,cum exhibeamus honorem summum illi rei,per quam iuramus, ita vt propter reuerentiam nominis eius non liceat violare, quod iurauimus, Matthæi tomo 6 200.col.4.G

Quomodo licitum sit iurare per creaturam ita, vt obliget, & quomodo non, Matthæi tomo 6 200.col.4.K

Per nullam creaturam licet iurare incaute,quia nulla est,quę non representet Deum, Matthæi tomo 6 201.col.2.D

Iurgium. Est litigatio verbosa cum ira,licet aliquando specialiter accipiatur pro iuridica disceptatione, id est pro eo, quod in alterutrũ partes iudicio cõsistentes dicunt, & obiiciunt,& dicitur iurgium, quasi iuris garrium, vt patet extra,de verborum significatio.in cap.forus, Exo.tomo 1 137.c.3.I

Index in omnia Opera

Ius naturale. Agens contra ius naturale peccat mortaliter, & cęteris paribus, magis quam agens contra ius diuinum positiuum solum, Gen. 36.c.4.H

Ius non scriptum habent multæ gentes, vt patet institutio. de iure naturali, & ciuili, gētium. §. non ineleganter, vt Lacedęmonii, Gen. 317.c.4.k

Ius naturale, vt dicitur 5. Ethi. est, quod vbique habet eandem potentiam, & non est in videri, vel non videri, idest non dependet ab opinione humana, ꝙ sic, vel sic debeat esse Exo. tomo 1 170.c.1.D

Iura naturalia, quæ directe continent intentionem naturæ, non sunt dispensab ilia, Exo. to. 1. 187.c.2.E

Ius naturale quid sit, Mat. to. 5. 81.c.1.A

Ius naturale mutari posse, vel esse dispensabile, potest dupliciter intelligi, vno modo per additionem, alio modo per subtractionem, Exodi tomo 1 287.col.3.F

Contra ius naturale non potest esse præscriptio, Exo. tomo 1 287.c.3.H

Ius naturale, vt ait Aristoteles 5. Ethi. est, quod antequam ponat, differt sic, vel aliter se habere, qa non dependet ex voluntate nostra, Leui. 188.c.2.A

Ius naturale non bene definiunt legistæ, Leuitico, 330.c.1.B

Quidam dicunt ius naturale mutari, propterea, quòd apud quasdam personas ius naturale non obseruatur, sed istud non est mutatio iuris naturalis, sed priuatio beneficii iuris naturalis, quantum ad aliquos, quia peccata sua demeruerunt. Exemplum est de successione, vel educatione paterna, quæ est de iure naturali, vt patet Institutio. de iure naturali, & ciuili, in principio. Aliquando tamen priuantur filii isto iure naturali &c. Deute. 116.c.4.k

Ius naturale vocant iuristæ ius gentium, Iosue tomo 1 44.c.3.F

Et si ius naturale, & legale, siue positiuum, sint distincta, tamen rectitudines eorum non sunt distinctæ, sed est eadem rectitudo aliter, & aliter se habens, quia ius naturale dicit quandam rectitudinem vniuersalem, & confusam, ius autem positiuum dicit eandem rectitudinem, vt iam explicatam &c. Iudi. 122.col.3.F

Ius naturale, quod est vniuersale, potest tripliciter specificari per ius positiuum, primo determinando illud per congruos modos. secundo applicando illud ad varios actus. tertio declarando per quosdā euentus, Iudi. 122.c.3.G

Iuris naturalis secunda regula est bonum, commune diligibilius esse, & magis curādum, quam bonum particulare, Iudi. 122.c.3.I

Nulla lex auferre debuit omnia, quæ erant contra ius naturale, nisi sola lex Christi, Matthæi tomo 5 93.col.4.F

Ius naturale dupliciter accipitur, quoddam, quod cōsistit in ipsis primis conclusionibus rationis praticæ, de agibili, quæ sunt cognitæ, vel esse possunt, cuilibet aduertere volenti non orbato ingenio naturali. Aliud est, quod consistit in aliis posterioribus conclusionibus deriuatis ex prędictis. 1. Reg. tomo 1 143.c.3.k

Illa propositio, de iure naturali, quòd omnia sunt cōmunia, dupliciter intelligitur vno modo negatiuè, & est sensus, quòd ius naturale non dedit diuisionem bonorum, nec titulos lucratiuos, & distinctionem dominiorum, & iste sensus est verus, & quem intendit ista propositio. Alio modo positiuè, scilicet, quòd ius naturale præcipit, quòd omnia sint communia, & iste sensus est falsus, quia non est aliqua regula iuris naturalis, quæ vetet dominium, nam si dominium prohibitum esset de iure naturali, non posset introduci per ius hominum, nec per aliquam consuetudinem, &c. 1. Paralipo. 338.c.3.G

Contra ius naturale non potest pręscribi, nec aliquid institui, etiam si per quinque mille annos seruaretur contraria consuetudo. 1. Paral. 338.c.3.H

Ea sunt sub pręcepto de iure naturali, sine quibus nō conseruatur hominis salus &c. Matthæi tomo 3 83.col.4.G

Duplicia sunt iuris naturalis mandata, Matthæi tomo 7 44.c.2.E

Iuri naturæ non potest præponi aliquod consilium, quia ad istud ius sumus obligati in omni casu, non autem ad ius positiuum, & ideo ius positiuum in multis recipit dispensationem, Mat. to. 3. 90.c.3.G

Ius naturale, si plene obseruandum sit multas habet difficultates, Mat. to. 3. 127.c.2.C

Ius naturale stat cum omni iure positiuo, diuino & humano, Mat. to. 3. 219.c.1.B

De iure naturæ debetur filiis successio in bonis paternis, Mat. to. 5. 138.c.4.G

In primis præceptis iuris naturalis non potest pręiudicare cōsuetudo, nec in illis cadit pręscriptio; bene tamen in secundis &c. Mat. to. 5. 84.c.2.D

Ius naturale capitur tripliciter, vno modo pro eo, quod est a principio naturali. Secundo modo pro eo, quod est a principio extrinseco diuino. Tertio modo pro eo, quod non solū est a principio naturali, sed etiam a natura, Mat. to. 5. 84.col.3.I

Consuetudo non tollit prima pręcepta iuris naturalis, Mat. to. 5. 84.c.2.D

Iuris naturalis transgressio peccatum est, vt patet extrà, de consuetudinibus cap. cum tanto, Mat. to. 5. 87.col.2.C

Quæ sint prima præcepta iuris naturalis, Matthæi tomo 5 84.col.2.A

Pręcepta iuris naturæ sunt duplicia, scilicet, prima, & secunda, Mat. tomo 5. 94.c.2.C, Et de dispensatione circa illa, vide ibidem.

Nihil quod est de iure naturali, incipit esse de nouo, Mat. to. 6. 209.c.2.B

Prima pręcepta iuris naturalis nulla lege ea cōfirmāte obseruantur, Mat. to. 5. 84.c.3.G

Quando dicitur, quòd ius naturale est, quod in lege, & Euangelio continetur, non est intelligendum, quòd omne, quod in lege, & Euangelio cōtinetur, vocetur ius naturale, quod est ex inclinatione naturali, &c. Mat. to. 6. 211.c.2.D

Quidquid est de dictamine iuris naturalis in homine est de iure naturali, Mat. to. 5. 84.col.4.F

Duplicia sunt pręcepta iuris naturalis, prima sunt, q̄ semp obligāt, sub pcto; alia sunt, quę nō obligāt, nisi quatenus p aliquā legē positiuā, aut p consuetudinē aliquā, acceperunt vim, vt lex de vnitate vxoris, non repudiare vxorē, prohibitio graduū cognationis, nō vsura, nō persecutio inimicorum &c. Et contra hoc ius naturale Iudæi faciebant in multis. nam habebant plures vxores, similiter dare ad vsuram, persequi inimicos, Mat. to. 7. 45.c.3.I

De iure naturali strictissimè sumpto, Matthęi to. 5. 84.col.4.F

Contra ius naturale primo modo nulla consuetudo tenet, Mat. to. 7. 47.c.3.I

Quomodo intelligitur illud, Quod tibi non vis, alteri ne feceris, Mat. to. 5. 85.c.1.A

Reliqua de iure naturę vide ī dictione, Lex naturalis.

Ius diuinum. De iuribus Sacerdotum tā magni, quam minorum vetere testa. Leui. 266.c.1.E

Iuris diuini interpretatio, quæ fit per sacros canones, &c. validi est 1. Regum tomo 1 114.c.2.A
Ius est quicquid nobis Deus præceperit Iosue tom.1. 44.c.4.H
Contra eius diuinum nihil potest Papa, sed tenetur illud defendere vsque ad sanguinem 25.q 1.capit. sunt quidam, Matth.tomo 6 222.c.4.F
Ea, quę sunt de iure diuino, sunt de iure naturali Mat. tomo 5 84.c.3.K
Quod vocetur ius diuinum, Mat.tomo 6 209.c.2.B

Ius gentium. & Ius positiuum humanum.

Ius gentium est quædam potissima pars iuris naturalis, apud legistas, & apud Aristotelē, Leui. 39.c.3.F
De iure gentium quædam sunt communia, vt seruitutes, bella, emancipationes, manu missiones, & alia, vt patet.ff.de iustitia & iure, lege ex hoc iure, & lege manumissiones Iudi. 115.c.4.G
Ius positiuum dicit iugum quoddam impositum Gen. 36.c.4.G
Iura humana magis voluerunt aliqua peccata impunita relinquere, quam ad iniuste puniendum, occasionem tribuere Genes. 274.c.4.F
Ius non scriptum habent multę gentes, vt patet institu. de iure naturali ciuili, & gentium. §. & non inelegantes, vt lacedemonii. Genes. 317.c.4.k
Iura facta in fauorem Regum nunquam abolentur, sed illa, quæ in fauorem communitatum vel populorum cito abolentur Genes. 394.c.3.G
Iura non tantum sunt vt sciantur, sed vt secundum ea homines regulentur Exo. tomo 1. 148.c.4.G
Iura non adaptantur ad ea, quæ raro accidunt vt patet.ff.de legibus, in.l.nam ad ea Exod. tomo 1.225. colum.3.H
Iura promptiora sunt ad parcendum, quam ad puniendum: nam odia restringi decet, fauorem autē conuenit ampliari, vt patet extra de regulis iuris in. 6 in regula odia restringi Exod. tomo 1. 148.c.3.K
Ius legale ex 5. Ethi. est illud, quod a principio non refert sic vel aliter fieri, differt tamen, cum positum fuerit Exo. tomo 1 170.c.2.A
Iura humana quamcunque personam suscipiunt ad defendendum se, siue illa sit pessima, & infamis, &c. non tamen ad defensionem aliorum Exod. tomo 2 80.c.3.G
Apud iura idem est non esse, & non apparere esse, Lect. 219.col.2.E, vt in illa lege vulgata Rutilia Pola. Defen. 40.c.2.E
Cum dicitur, quòd quilibet potest cedere iuri suo, vel fuori, qualiter sit intelligendum, Numeri tomo 1. 197.c.2.B
Iuri suo potest quis renunciare, inquantum pro se est, sed non potest, inquantum læditur aliquis alius, vel inquantum ius illud non est introductum solum pro ipso, sed etiam pro alio, vt patet in clericis, Nu. to 2.93.c.4.H, Iudi. 189.c.3.F
In iuribus humanis res iudicata habetur pro lege inter partes, sed inter alios nullum ius constituit, sententia tamen Dei, in vno casu lata extendenda est ad omnes similes Nu.to 2 91.c.2.E
Quod iure fit iuste fit, quia lex reddit actū, qui fit per eam licitum, Nu.to.2 130.c.3.F
In causis iura debent talem modum prouidere, quo causæ optime tractentur, & hoc, ne occultetur veritas facti, & vt nō subtrahat alicui opportunitas probandi, nam arctatio inimica nimis est iuri, Nu.to.2. 198.c.1.A
Hoc est in iure commune, quòd in assignatione terminorum, non possit dari ratio, Iosue tomo 2.142. col.3.F
Nemo potest transferre in alterum plus iuris, quam ipse habere dignoscitur, Ruth. 262.c.3.A
Iure suo non priuatur quis sine causa, quamuis bene sine culpa, in tredecim casibus, qui referūtur, Ruth. tom.1.274.c.2 A, & habetur extra de diuortijs, cap. quanto & probatur contingere hoc in multis casibus 1. Regum tomo 1. 110.col.4.H, Mat. tomo 6. 56.c.3.K
Quando antiquitus quis cedebat iuri suo, tollebat calceum suum de pede, & dabat illi cui cedebat, in signum possessionis, Ruth, 279.col.3.I, Mat.tomo 6. 56.c.4.k
Ius quod semel extinguitur, non reuiuiscit, 1. Regum tomo 1 110.c.3.F
Consuetudo longęua facit ius, Matth.tomo 6. 206. col.1.A
Iure suo potest quis priuari propter negligentiam, 4. Regum 125.c.4.F
Ad hoc, quòd alicui quæratur ius ex obligatione alterius, oportet, quòd ipse, sit præsens, & acceptet: vel aliquis loco eius, per quem possit ei acquiri 4.Reg. 229.c.2.E
In iuribus humanis vitanda est correctio, & nunquam iura sunt corrigenda, quandiu possunt tolerari, sed expedit iura, iuribus concordare, vt patet de electio lib.6.ca.cum expediat, 4 Regum 247.c.2.A
Duplex est ius in re, scilicet, proprietas & possessio, & vnum non dependet ex altero, 1. Paralipomenon 212.c.2.A
Iuris & iudicis iudicium quomodo differant, Mat. tomo 2 89.c.1.A
Iura interpretari ad nullum pertinet nisi ad quem pertinet condere, Mat.to.1 130.c.1.B
Circa ea, quæ sunt de iure humano, magnas habet vires consuetudo, Mat.to 6 224.c.3.F
Iura humana non commensurant pœnas delictis per æqualitatem durationis, Mat.tomo 3 115.c.4.I
Iura ferunt sententiam ex violenta præsumptione, vt colligitur extra de præsumptionibus, ca. afferte, Mat.tomo 3 16.c.3.k
Ius commune interdum est indispensabile, vt patet 1. quæst. vltima cap. & si illa, & extra de regulis iuris, cap. qui scandalizauerit in Glo. Matth.tomo 4.136. col.3.G
Nemo potest ius sibi dicere, Mat.tomo 5. 106.c.4.G
Idem ius ibi est, vbi est eadem ratio extra, de constitu. ca. translato, Mat.tomo 7 51.c.4.K
Iura pro eodem habent non posse probari, & nō esse, & pro eodem habent probari legitime, & esse verum, Defen. 28.c.2.A

Ius canonicum.

Iura canonica habēt potestatem super Christianos, Mat.tomo 7 70.c.1.B
Iura canonica non infligunt pœnam capitalem, quia hoc causat irregularitatem, quam omnes ministri Ecclesiæ fugere debent, &c. Exo.to.1. 217.c.2.E
Ius canonicum intendit principaliter iustitiam colere, inquantum per eam peruenitur in vitam æternam, Iudicum 123.c.4.G
Ius commune canonicum dupliciter obstat religioso soluere decimas, Mat.tomo 6 225.c.4.K

Ius ciuile.

Finis iuris ciuilis est pax politica, & abundantia rerum, & prosperitas, Iudicum 225.c.3.k

Ius militare.

Dux, seu Capitaneus de iure habet certam partem prædæ de eo, quod milites sui prædantur, & vocatur ius militare, 4.Regum 83.c.4.I

Ius hære-

Index in omnia Opera

Ius hæreditarium. Apud Hebræos idē erat ab inteſtato,& ex teſtamento, apud nos vero eſt differentia, ſecundum leges communes ſuccedere ab inteſtato, & ex teſtamento, Num.tomo 2 91.c.3.k

Ius paternitatis. Non tollitur per diſparem cultum, ſicut tollitur matrimonium, 1.Regum tomo 1. 113.c.1.A

Ius patronatus. Quia ad ſpiritualia pertinet, vendi nō poteſt directe, bene tamen indirecte, vt patet extra de iure patronatus, in cap.ex literis, & de re iudicata, cap. cum Bertoldus, Geneſ. 284.c.4.H

Ius poſtliminij. In iure poſtliminij putabatur aliquis perdidiſſe ius, & non perdiderat, & ideo ſi res ſuæ ad alium tranſierint, reintegrantur ei, vt habetur 34.quæſt.3. cap.cum per bellicam, 1.Regum to.1. 120.c.2.A

Iuriſdictio. Iuriſdictionum diſtinctio facta eſt ab Apoſtolis, & ſucceſſoribus eorum, vt Eccleſia ordinatius, & melius regeretur, ne confuſio eſſet, Mat.tomo 4 185.c.3.F

Librum de origine, & diſtinctione iuriſdictionū edidit Auctor, vt ipſe refert, 2.Paralip. 67.c.3.F

Iuriſdictio ſecundum actum non poteſt competere toti multitudini, bene tamē ſecundum originem, & ſecundum virtutem, quia omnes perſonæ, accipientes iuriſdictionem, ex virtute communitatis accipiunt. Ita videtur de clauibus Eccleſiæ, quæ datæ ſunt a Chriſto toti Eccleſiæ, quia non poterat tota Eccleſia diſpenſare illas traditæ ſunt Petro nomine Eccleſiæ. Nec tradidit illas Petro ſpecialiter, Num.tomo 1 227.c.2.A

Iuriſdictio excommunicandi non poteſt eſſe in fœmina, Mat.tomo 4 183.c.1.D

Vna: tantum iuriſdictio erat in Veteri Teſtamento: nunc autem ſunt duæ iuriſdictiones totaliter diſtinctæ, ſcilicet, eccleſiaſtica, & ſecularis, Num.tomo 2 100.col.2.C, Ioſue tomo 1.59.c.2.D, & 75.col.2.E, 1 Regum tomo 2 103.c.4.K

Et in Veteri Teſtamento Rex præerat illi vnicæ iuriſdictioni, & ideo Rex habebat iuriſdictionem ſuper ſacerdotes. 4 Regum 125.c.4.F, 1.Paralipo. 234. col.1.C, 2 Paralip. 249.c.4.F

Iuriſdictio poteſt eſſe in vno, & in multis, Mat tom.4 183.c.1.A

Iuriſdictionem habens non dicitur habere ſub ſua poteſtate eos, in quos iuriſdictionem exercet, Geneſ. 233.c.2.B

Iuriſdictio non datur in ordinatione, ſed tunc, quando datur materia, Mat.tomo 4 173.c.1.D

Iuriſdictionum diſtinctio facta eſt ab Apoſtolis, & ſucceſſoribus eorum, dictante Spiritu ſancto, vt Eccleſia melius, & ordinatius regeretur; Chriſtus tamen non fecit inter eos differentiam iuriſdictionum, ſed poteſtatem remittendi peccata omnibus tribuit, ſicut & nunc quilibet ſacerdos in articulo neceſſitatis ſuper omnes homines, & quantum ad omnes actus, Mat.tomo 4 185.c.3.F

Prælati tempore Pauli nullam iuriſdictionem exercebant cum coerctione, Mat.tomo 5 202.c.3.H

Iuriſdictionum diſtinctio non fuit neceſſaria in Veteri Teſtamento, quia erat vnicus populus, & gens, & vnicum templum, in quo conueniebant omnes Iudæi, Mat.tomo 4 185.c.3.G

De actibus clauis iuriſdictionis, Mat.to. 5. 58.c.3.G

In his, quæ pertinēt ad iuriſdictionem, & definitionē cauſarum, magis ſtandum eſt vni Decretali, quàm dictis omnium ſapientium Sanctorum, ideſt, Auguſtini, Hieronymi, Ambroſij, &c. Sed circa expoſitionem ſacræ ſcripturæ, magis ſtandum eſt Doctoribus per tioribus, quàm dictis Romanorum Pontificum, ſic dicitur in Decretis 20.diſtin. §.Decretales quoque in textu, & in Glo. Matth.tomo 6 26.col.4.I

Deus eſt pater omnis iuriſdictionis, & poteſtatis, Mat.tomo 5 203.c.1.D

Iuriſdictio fori conſcientiæ nobilior eſt, & excellentior, quàm alia iuriſdictio, in tribus, & cæt. Defenſ. 37.col.3.G

Iuriſdictio ſacerdotibus ligandi, & ſoluendi accidentaliter adhæret ordini ſacerdotali. Contra clericos concubi. 4.c.3.G

Iuris fictio. Iuris fictione duo dies aliquando ſunt vnus dies, & mortui reputantur viuentes, & duæ perſonæ reputantur vna, & tamen realiter non ſic eſt, Mat.tomo 1 199.c.1.E

Iuſtitia. Quid ſit, Mat.to.7 20.c.1.E, & Mat.to.5 26.c.4.I

Iuſtitia dicitur aſtrea ab Aſtreo rege, qui filiā habuit, iuſtitiam tantum diligētem, quòd cum videret tot mala in terris, rogauit Deos, vt eam tollerent in cœlum, dicitur etiam iuſtitia virgo propter incorruptionem, corrumpitur tamen fauore, vel munere, Geneſ. 17.c.2.A

Iuſtitia differt a iudicio, quia iuſtitia eſt habitus, ſecundum quem iuſta volumus, iuſta agimus, & iuſtorū operatiui ſumus, 5. Ethi. iudicium eſt ipſa operatio iuſtitiæ, iudicando, vel eligendo, Geneſ. 264. col.3.K

Ad hoc, quòd fiat iuſtitia commutatiua, in dando alicui pœnas pro peccato, oportet habere rationem contrapaſſi. 5. Ethi & Deuter. 25. ſecundum quantitatem peccati erit, & plagarum modus, & Apoc. 18. quantum glorificauit ſe, Geneſ. 403 c.2.B

Iuſtitia dicitur in retribuendo ſiue diſtribuendo vnicuique, quod ſuum eſt, vt patet inſtitu. de iuſtitia, & iure in principio, Exo.tomo 1 177.c.4.G

Quid ſit iuſtitia diſtributiua, Mat.tomo 6. 26.c.4.I

Solos actus iuſtitiæ mandat lex humana, Exo. tom.1. 177.c.4.G

Iuſtitiæ diſtributiuum eſt magis neceſſarium in ciuitate, quam panis. Mat.tomo 5 203.c.1.G

Iuſtitiæ actus in duobus conſiſtit, Geneſ. 275.c.1.B

Qui habet charitatem, vult quòd iuſtitia Dei ſeruetur Mat.tomo 6 153.c.4.k

Quomodo verum ſit quòd de his, quæ pertinent ad proximum, præcipuæ ſint iuſtitia, & miſericordia, Mat.tomo 7 203.c.3.F

Actus iuſtitiæ, inter omnes actus virtuoſos, ſunt magis apparentes virtuoſi, & illi ſoli expreſſe præcipiuntur: quia immediatius deriuantur a principiis iuris naturalis Exod tomo 1 185.c.1.D

De iuſtitiæ duplici definitione Exo.tomo 1.204.c.4.I

In accipiēdo æqualitatem in iuſtitia ſiue diſtributiua ſiue commutatiua: multi falluntur, &c. nam debet accipi æqualitas in eo, quod eſt materia iuſtitiæ. Exod.tomo 1 222.c.2.A

Sine iuſtitia non ſunt Politiæ, niſi publica quædam latrocinia Leui. 206.c.1.A

Iuſtitia conſiſtit in quadam æqualitate 5. Ethic. & eſt duplex, ſcilicet diſtributiua, & commutatiua Leui. 205.c.4.H

Iuſtitia æqualitas quædam eſt, & menſura iuxta Ariſtotelem, & litigantes veniunt ad iudicem tanquā ad regulam, cuique diuidētē quod ſuum eſt Leui. 206.c.1.A

In iuſtitia diſtributiua requiritur medium non rei, ſed rationis, vel dignitatis, & inquiritur æqualitas Geometrica, & non Arithmetica, quas Ariſtotiles dicit contra-

contrapassum, Leui. 284.c.2.K
Iustitiæ vero commutatiuæ magis conuenit contrapassum. Nec tamen contrapassum est simpliciter iniustum in ea Leui. 284.c.3.F
In iustitia commutatiua attenditur medium rei, & non rationis, & fit iustitia secundum æqualitatem Arithmeticam, non in re sed in damno, vel iniuria vt probatur, Leui. 284.c.3.G
Iustitia habet hoc super alias virtutes, quòd actus eius tam in bonis, quam in malis requiritur ad commanendum Deut. 108.c.4.H
Iustitia duplex, quædam particularis, & quædam legalis, prima est, secundum quam, redditur vnicuique quod suum est, & est duplex, scilicet commutatiua, & distributiua, commutatiua, quantum ad omnes actus humanos: distributiua est, quæ consistit in distributionem honoris vel pœnæ lucri vel damni, sicut pertinet ad iudices respectu partium, & vocatur particularis, quia non est circa omne obiectum indifferenter, sed circa quiddam determinatum, sicut quælibet alia virtus. iustitia vero legalis non habet se circa aliquid determinatum obiectum, sed habet se ad totam legem, quia pertinet ad actus cuiuscunque virtutis, eo, quòd lex præcipit actum omnis virtutis, & prohibet omnia vitia, & ista est omnis virtus secundum Aristotilem 5. Ethi. Deut. 128.c.4.H
Inter iustitiam, & iudicium, quid interfit. 1. Paralipo. 214.c.1.E
Iustitia proprie est quidam habitus, quo iusti dicimur & iuste operamur 5. Ethi 1. Paralip. 214.c.1.E Gen. 264.c.3.K. Matt tomo 3 1.c.2.E
Iustitia est duplex, scilicet recta facere, & recta docere, Matth. tomo 2 81.c.4.F
Iustitiæ commutatiuæ magis cõuenit contrapassum, quam iustitiæ distributiuæ, non tamen semper cõuenit commutatiuæ, Matth. tomo 2. 233.c.3.K
Ad iustitiam commutatiuam non semper pertinet recompensatio bonorum operum, sed solum in debitis legalibus, quando scilicet aliqui communicãt in commutando inter se aliqua, ex quibus oritur legalis obligatio, vt in contractibus, scilicet in emptione, venditione, locato, conducto, deposito, cõmodato, mutuo, prẽcario, & sic de cẽteris, &c. Mat. tomo 2 235.c.3.K
Ad iustitiam commutatiuam non pertinet distributio moralis pro beneficiis receptis, sed ad quãdam virtutem, quæ vocatur gratia, ideſt, per quam gratis donatur, sed non ex obligatione legali, licet sit ibi obligatio moralis, vel naturalis, Matth. tomo 2. 235.c.4.F
Ad iustitiam commutatiuam siue distributiuam pertinet punitio malorum, prout actus punitionis pertinet ad statum rei publicæ, & tamen secundum, ꝙ pertinet ad aliquam personam singularem propulsantem iniuriam, quæ fit, vel iniuriam iam factam in casu in quo licitum fuerit, vel petendo a iudice vindictam fieri, pertinet ad virtutem vindicationis, prout quis bene se habet in vindicando, Matthæi tomo 2 235.c.4.F
Quomodo intelligendum est, quòd eadem ratio iustitiæ est in magnis, & in paruis, Mat.to. 5.51.c.1.A
Iustitia de qua Mat.6. cum dicitur. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus', &c. Capitur pro opere iusto, Mat.tomo 3 1.c.2.E
Iustitia inter virtutes est virtus, quæ proprie requiritur ad statum Politicum; nam ipsa sola Politiam conseruat, Matt.tomo 3 19.c.2.E
Ad iustitiam pertinet reddere debitum, quando debet reddi in rebus illis, quarum administratio non requirit aliquem alium habitum, quem si requirat non fiet redditio executiue per iustitiam sed solum imperatiuè, &c. probatur exemplo, Matth. tomo 3. 82.c.2.C
Sola iustitia facit recompensationem, quia recompẽsare est ad equalitatẽ reducere Mat.to.3.83.c.1.C
Iustitia regni vocatur bonum opus, vel legis obseruatio, Matth. tomo 3 109.c.1.D
Iustitia nulli quantumcunque pessimo deneganda est, Matth. tomo 5 44.c.1.D
Iustitia per se maior est, quam humilitas per se, Matt. tomo 5 9.c.1.C
Iustitia dicitur præclarissima propter decorem, & nitorem sui ordinis, Mat.to.5. 52.c.2.D
Iustitia est virtus præclarissima tanquam Lucifer aut Hesperus 5. Ethi. Mat.tomo 5 50.c.3.I
Iustitia duplex, s. moralis, & infusa. prima põt esse sine gratia, non tamen secunda, Mat.tomo 5. 145.c.1.D
Illa iustitiæ definitio data à iure consulto ff. de iustitia, & iure, & in principio Institutæ, s. Iustitia est perpetua, & cõstans voluntas reddẽs vnicuique, quod suũ est, exponitur ab auctore, Mat.tom.5. 157.c.4.F
Inter facere contra iustitiam, & facere præter iustitiã, quid interfit, Mat.tomo 5 179.c 2.A
Iustitia duplex altera moralis siue ciuilis: altera vero infusa, Matth. tomo 5 145.c.1.D
Iustitia distributiua est particularis habitus, consistens circa æqualitatem in distribuendo: æqualitatem, in quam, non secundum magnitudinẽ vel quantitatem, sed secundũ proportionẽ prout diuersis personis damus diuersa præmia vel pœnas, secũdum proportionem ad dignitatem, aut merita vel demerita personarum, &c. Mat. tomo 6. 26.c4 H

Iustitia legalis. Iustitia legalis includit omnem virtutem, & est maxima virtus, Genes. 39.c.4.F
De iustitia legali, & quomodo differat ab obedientia quia, scilicet ad plura se extendit, quam obediẽtia, Deuter. 44.c.4.H
Iustitia legalis est propria virtus principis Deuter. 45. c.1.B, & 129.c.3.H
Iustitia legalis est omnis virtus, & vocatur maxima virtus, lucens vt lucifer, & Hesperus 5. Ethi. Deute. 129.c.3.K, & 128.c.4.H
Iustitia diuiditur in particularem, & legalem: particularis diuiditur in distributiuam, & cõmutatiuam, & quælibet istarum distinguitur a qualibet virtute particulari, Deut. 128.c.4.H
Iustitia legalis multipliciter accipitur, vno modo pro virtute, qua intenditur bonum commune primo, & per se, & talis dirigit actus habituum particularium ad bonum commune, & nõ accipitur pro aggregato ex omnibus virtutibus, Deuter. 129.c.1.A, Alio modo capitur pro omni virtute &c. Et iste modus accipiendi iustitiam est conuenientissimus sacræ scripturæ, non tamen conuenit modo loquẽdi Aristotelis. Alio modo iustitia legalis est, vt quidam volunt, obedientia totius legis, quia lex omnia bona iubet, & omnia mala vetat, vt tenet Frãciscus Maironis super 3. Sente. Sed hoc improbatur Deuteronom. 129.c.1.C
Iustitia legalis est amplior, & nobilior, quam obedientia, Deuteronom. 129.c.3.H
Iustitia legalis, secundum Aristotelem, est quædã virtus, quæ in essentia sua vna est, & particularis, sed dicitur virtus generalis, quia eius actus est ordinare actus omnium virtutum in bonum cõmune Deuteronom. 129.c.4.F
Iustitia legalis est præclarissima inter omnes virtutes, 5. Ethi. 1. Regum tomo 2 10.c.3.F

Iustitia

Iustitia legalis facit hominem iustum, non autem iustitia particularis, Mat. tomo 4 60.c.4.I
Iustitia legalis est, cum homo obseruat omnia, quæ in lege scripta sunt. Et omnis iustitia legalis est obedientia, sed non e contra, quia etiam est obedientia ad aliquos vltra legem &c. Mat. tomo 1. 198.c.2.C & tomo 4 60.c.4.I
Iustitia legalis non est directe ad proximum, sed est respectu legis, in qua homo cõplet omnia, quæ sunt in lege &c. Mat tomo 2 4.c.4.I

Iustitia originalis.

Est gratia gratis data, quæ bene stat cum peccato mortali, vt donum Prophetiæ, donum linguarum &c. Genes. 19.c.2.F
Iustitia originalis non fuit ablata immediate post peccatum Euæ propter tentationem Adæ, ex permissu Dei, sicut permisit vt tentaretur Eua, & ita permisit vt Eua tentaret Adam &c. Genes. 19.c.2.C
Iustitia originalis consistebat in rectificatione & ordinatione inferiorum ad superiora, etiam absque gratia gratum faciẽte. Et absque tali gratia primus homo magis diligebat Deum quam seipsum &c. Genes. 19.c.4.k
Ad iustitiæ originalis destructionem quis fuerit ordo, Genes. 20.c.1.A
Post subtractionem iustitiæ originalis primi parentis incęperũt erubescere de nuditate &c. Gen. 20.c.4 F
Iustitia originalis non poterat naturaliter auferri ab homine, sed supernaturaliter a Deo, vel tollendo illam, vel suspendendo actionem suã circa conseruationẽ illius, nec se habebat sicut gratia, & peccatũ, quia inter peccatũ, & gratiam est oppositio, & ideo ex natura oppositionis habent se tollere, & non potest vnum manere altero adueniente. Neque requiritur hic aliqua operatio Dei, sed de iustitia originali non sic est, quia non opponebatur peccato, cum Eua peccauerit &c. Et illam non perdidit &c. Genes. 195.c.3.G

Iuste. Iustus. Iustum.

Iuste agit Deus remittendo peccata nostra propter passionem filij sui, &c. Exo. tomo 2 167.c.2.E
Simpliciter est iustus, qui totam Christi legem obseruat, Mat. tomo 4 60.c 4.I
Iustum simpliciter non est inter patrem, & filiũ nondum emancipatum, sed iustum paternum, quod est quædam similitudo iusti, sicut eiusdem ad se ipsum, non est iustitia, nec iniustitia, Gen. 287.c.4.F
De iusto paterno, & quomodo differat a patria potestate, Genes. 241.c.2.B
Iustum politicum est inter omnes, inter quos est lex, & illi se habent æqualiter ad principem, & ad essendum sub principe, ex 5. Ethic. Genes. 241.c.3.k
Nullum iustum est Dei ad hominem, Exo. tomo 1 189 c.4 F
Nullum, iustum est hominis ad possessionem suam, ex 5 Ethic. Genes. 189.c.4.F
Iustum distributiuum est, cum aliquibus duobus distribuuntur lucra, aut damna, pœnæ, vel honores, non quòd vnus det alteri, quia tunc commutatiua esset, sed quòd aliquis tertius det vtrique, &c Exo. tomo 1 221.c.3.I
Anima iusti, cum spirituali dono, se confert ad cœlestia, Mat. tomo 6 331.c.1.k
De iusto commutatiuo, & eius speciebus, Exo. tom. 1 222.c.2.B
Inter Deum, & nos non est aliquid iustum dignatiuũ ex Dei voluntate volentis esse quoddam iustum inter Deum, & homines, scilicet, quòd ipse teneatur hominibus ad aliquid, & homines teneantur ei, &c. Exo. tomo 2 57.c.3.K
Aliqua sunt iusta Deo operante, quæ a nobis illicite fierent, si fierent deliberate, vt patet de homicidio casuali, &c. Iosue tomo 1 165.c.4.G
Iustum, & iniustum in dationibus, & acceptionibus consistit penes bonũ, & malum, Mat. to. 5. 179.c.4.k
Iustum, & iniustum consistit circa bonum, & malum in dationibus, & acceptionibus, sed quia tam circa bonum, quàm circa malum contingit plus, & minus, efficiuntur quatuor extrema, scilicet, plus de malo, minus de bono; plus de bono, minus de malo. Circa prima duo semper est peccatum, & iniustum, per quemcunque fiant. siue per iustum, siue per priuatum, & etiam si per Deum. Circa duo secunda Deus, & priuati, qui de proprijs dant, nunquam committunt iniustum, sed præter iustitiam, &c. Mat. tomo 5 180.c.1.A
Iustum legale ex 5. Ethicor. est illud, quod non refert sic, vel aliter se habere a principio; bene tamẽ cum positum fuerit, Mat. tomo 1 15.c.3.I
Iustum naturale est vbicunque iustum, eo quòd est simpliciter iustum, Mat. tomo 2 11.c.3.F
Quando liceat iustis communicare cum iniustis, & quando non, Mat. tomo 3 193.c.1.C

Iustificatio impij.

Nemo iustificatur, nisi volens, Matth. tomo 5 153.c.4.F
In iustificatione impij, & in baptismo infunduntur omnes virtutes morales, vt patet extra, de summa Trinit. & fide Catholica, Mat. tomo 5 145.c.4.G

Iustorum liber.

De libro Iustorum, qui allegatur 2. Regum 1. variæ sunt opiniones, sed dicendum, quòd fuit quidam liber continens bella Israelitarum, & multa de his, quæ habentur in sacra scriptura, & fuit Prophetice scriptus, & nimiæ authoritatis iste liber nõ habetur nũc apud Hebræos nec vnquam fuit post Christi passionem, & assignantur variæ causæ huius secundum varias opiniones 2. Regum 5.c.4.k

Iuuenis.

Iuuenum non est prudentia: licet in ipsis possit esse sapientia, Matth. to. 7. 204.c.1.B
Virtus conuersiua speciei imperfectior est in iuuenibus, quam in pueris Mat. tomo 6. 118.c.3.G
Iuuenes difficile est esse prudentes, Ethi. 6. 3. Regum 107.c.1.B. 2. Paralipo. 63.c.2.D

Ixion.

Auis est pertinens ad genus vulturis, minor tamen vulture, & candidi coloris, Deuteronom. 81.c.1.E

Primæ Partis Indicis Finis.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo.

Omnes sunt Terniones, præter O o, qui sunt Quaterniones.

VENETIIS, Ex Typographia Dominici Nicolini.
M D XC VI.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo.

Omnes sunt Terniones, præter Oo, qui sunt Quaterniones.

VENETIIS, Ex Typographia Dominici Nicolini.
M D X C V I.



INDICIS IN OMNIA OPERA ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS.

PARS SECVNDA.

Laban.

LABAN, & Bathuel quare consenserint in coniugium Rebeccę cum Isaac statim post sermonē Eliezer, dicentes: Sermo à domino factus est. Gen. 24. refertur ratio Augusti. Potest teneri hoc, similiter, & oppositum. Dicendum tamē, quòd sermo ille, egressus à Deo, fuit determinatio diuinæ voluntatis, quæ posita est in signo, qđ seruus Abrahæ accepit, Gen. 292. c. 3. F

Laban introducens Liam pro Rachele, grauiter peccauit. Primò, quia coegit filiam suam adulterari. Secundò fuit stuprum, quia virginem tradit illicitè deflorandam. Item fuit crimen pellicatus, qa fecit Liam esse pellicem sororis suæ, quæ erat verè coniux Iacob. Fuit etiam incæstus, quia filiam suam fecit carnaliter cognosci ab illo, cui attinebat in primo affinitatis gradu, scilicet, quia Iacob Rachelem sororē Liæ in vxorem acceperat. Hæc omnia patent, quia omnis concubitus, qui sine matrimonij fœdere fit, illicitus est, qualis erat inter Iacob & Liam &c. Gen. 316. c. 2. E & c. 3. F

Laban tria grauamina fecit filiabus suis: primum, quia dedit illas sine dote: secundum, quia vendidit eas: tertium, quia pretium, pro quo eas vendidit, non peruenit ad eas &c. Gen. 327. c. 2. D

Labium. Idioma dicitur labium, quia labijs profertur. Gen. 56. c. 1. D

Labor Nimius indisponit homines ad generationem. Exo. to. 1. 5. c. 1. D

Nemo amplectitur labores propter seipsos. Mat. to. 5. 204. c. 2. D

Labor sine quiete media, lassat, & debilitat vires. Iosue to. 1. 48. c. 1. C

Nullus labor videtur esse magnus amanti. Mat. to. 5. 90. c. 1. A

Labor magnus aliquando causat somnum, propter violētam digestionem, quam facit, & dato quòd non sit cibus in stomacho, digeruntur humiditates naturales, quæ sunt in stomacho, propter fortitudinem caloris causati ex labore &cęt. Regum. 176. c. 2. C

Labores nostri sunt, vt saluemur. Matth. tom. 6. 278. c. 1. E

Labrum æneum. De quo Exod. 30. erat vas magnę capacitatis, locatum inter ostium tabernaculi, & altare holocaustorum, in quo mittebatur aqua, quæ postea per canales exibat in basim æneam ipsius, & ibi lauabantur. Et aqua ista ministrabatur, & portabatur in labrum, primo à leuitis, & postea p seruos, scilicet per Gabaonitas, vt patet Iosue. 9. Exo. to. 2 99. c. 1. C 216. c. 1. E Similiter istud labrum deseruiebat ad lauandas carnes victimarum. Ibidem. 109. c. 3. G

De labro æneo. Exo. to. 2. 201. c. 1. A

Labrum dicitur quasi lauacrū. Exo. to. 2. 200. c. 4. K

Labrum æneum, de quo Exo. 38. quomodo dicatur esse factum de speculis mulierum. Exod. tom. 2. 201. c. 1. A

Labrum æneum magis coniunctum erat tabernaculo, quā altare holocaustorum. Exo. to. 2. 201. c. 3. H

Labrum æneum, quod fecerat Moyses, seruatū est, nec in eo fiebat aliqua ministratio postquam Salomon fecit aliud vas, quod vocauit mare æneum magnæ admodum quantitatis, in quo lauabantur sacerdotes &c. 3. Reg. 50. c. 2. B

Lac. Est sanguis secundo decoctus. Leuitic. 122. c. 1. D. & 215. c. 4. H

Lac gignitur ex sanguine per quandam alterationē factam à virtute existente in mamillis. Mat. to. 1. 99. c. 1. I

Lactis, casei, & butyri decima, an sit prædialis, vel personalis. Mat. to. 6. 216. c. 3. H

Lactare. mulieres lactatnes paruulos non tenentur ad ieiunium, quia multo indigent cibo &c. Matt. to. 3. 91. c. 4. G

Interdum melius est mulieres lactantes pueros esse extraneas, quā matres eorum. Mat. to. 3. 91. c. 4. I

Lacedemones. Qui & Spartani dicebantur, inter omnes

alias gentes reputabantur viliſſimi, quia ab incertis patribus erant nati, cuius rei euentū, varij hiſtoriographi vario modo referunt. Gen. 329. c. 3. H. in de Opti. Politi. 8. c. 3. H

Lacędemones ſemel vxores ſuas duxerunt ad bellū, ſed quia illæ nō erant bene regulabiles, & omnia caſtra vocibus pturbabant, & in primo hoſtiū certamine fugerunt, iterum illas non duxerunt. Nu. to. 1. 5. c. 2. A. Sic narrat Ariſto. 2. Politic. Ioſ. to. 2. 114. c. 4. G

Lacneſis. Interpretatur protactio, ſiue extenſio. 4. Reg. 169. c. 1. A

Lachones. Cum orarent Athenienſes, vt eis auxiliarentur, in oratione ſua non retulerunt, quæ ipſi fecerant pro Athenienſibus, ſed ſolum beneficia, quæ ab ipſis Athenienſibus receperant. 1. Paralip. 292. c. 2. E

Lachryma. lachrymari. Lachymæ veniunt ex impotentia. Nu. to. 1. 29. c. 3. G

Lachrymarum materia ardore ſuo omnia cōſumit, & aciē viſus hebetat &c. Deu. 153. c. 4. F

Generatio humoris, qui deſtillat per lachrymas, eſt alteratio calefactionis cuiuſdam ad hoc quod lachrymæ ſoluant̄, & ſtillēt &c. Mat. to. 7. 178. c. 3. I

Lachrymę hominum iratorum ſunt valdę calidæ in principio. 1. Reg. to. 1. 25. c. 2. E

Lachrymas mendaces facile effundunt fęminę, nō tamen viri. 1. Reg. to. 2. 130. c. 3. F

Lachrymarum reſolutio, ex magna fit cerebri calefactione, & ideo humiditates gelidę, quę in eo exiſtunt, per calorem reſoluūtur, & per oculos diſtillant &c. mat. to. 3. 142. c. 3. K

Quare fuerit lachrymatus Dominus Ieſus ſuper Ieruſalem. Lucæ 19. Mat. to. 3. 233. c. 1 B

Lactuca agreſtis. Cæremonia lactucæ agreſtis quomodo conueniat Chriſto. Mat. to. 7. 295. c. 1 B

Lactucę agreſtes, de quibus Exo. 12. ſignificant amaritudinem, de qua tunc exierunt. Iſte enim erat finis principalis, vt recognita miſeria, quam ibi ſuſtinuerant, & diuina liberatione, aſſurgerent in magnas Dei laudes. Exo. to. 1. 75. c. 1. D

Poſt exitū de Aegypto comedebantur lactucæ agreſtes cū Agno Paſchali generaliter, ad ſignificandum, quod factum fuerat in Aegypto &c. Matt. tom. 7. 294. c. 4. G

Lagana. De quibus Exod. 29. dicuntur paſtæ factæ de farina commixta aqua, & in oleo frixæ. Alio modo lagana dicuntur panes quidam cocti in aqua in ſartagine, quibus poſtea oleū ſuperinfundebantur. Exo. to. 2. 75. c. 2. A & 83. c. 1. C

Lagana erant quædā paſtæ ex farina conſperſa aqua, & coquebatur in aqua, & deinde liniebatur oleo in ſuperficie, nos tamen vulgari vocabulo vocamus lagana ea, quæ in ſartagine friguntur: ſed nō ſic accipitur Leui. 2. Leui. 19. c. 1. B

Lagana dicuntur quædam paſtæ ex farina commixta aqua, deinde verò in ſartagine frixæ. Leuitic. 68. c. 3. F. Num. to. 1. 74. c. 2. B. Et iſta lagana, quę offerebant̄ in conſecratione Aaron, & filiorū eius oīa cremata ſunt ī altari, ſicut & collyride, Le. 69. c. 4. I

Laycus. Quando laici agere debeant gratias pro cibo, non eſt definitum, & ideo qñ voluerint agere poſſunt. Mat. to. 4. 95. c. 1. B

Laicis licitum erat introire vſque ad hoſtium tabernaculi propter tria &c. Gen. Leui, 139. c. 4. F

Plura licent laicis, quæ non licent clericis. Matt. to. 7. 52. c. 4. K

Laicus poteſt indui veſte alba linea, quando defectum accidit ad canendum cū miniſtris Eccleſiæ, vel ſi ex deuotione hoc faciat. 1. Parali. 174. c. 4. G

Laici ſunt ſimpliciter liberi in rebus, vel in perſonis, ſed non clerici. 3. Reg. 142. c. 2. B

Quilibet clericus tenetur melior eſſe quam laicus. Mat. to. 6. 38. c. 2. C

Soli laici, in vete. lege, ſoluebant iura pro miniſtris Sanctuarij. Matt. to. 6. 208. c. 2.

Laici ſex modis perdunt priuilegium de percipiendis decimis. Matt. to. 6. 223. c. 2. B

Laicus aliqñ tenet decimas iuſte. Mat. to. 6. 224. c. 1. C

Laicis conuenit vtraſque decimas ſoluere. Mat. to. 6. 226. c. 3. G

Laicis conceſſum eſt omne, quod ſine peccato mortali fieri poteſt. Mat. tom. 7. 62. c. 1. E. c. 2. A. Et ideo turpia lucra ſunt illis vetita. c. 2. E. c. 3. F

Lamazabactani. Vbi nos legimus, lamazabatani, in Hebræo dī lamazaaftani. Mat. to. 2. 76. c. 1. E

Lamech. Fuit reus homicidij, quia non adhibuit ſufficientem diligentiā ad vitandum illud. Mat. to. 2. 97. c. 2. C

Lamech fuit primus, qui induxit bigamiam ſimultaneam. Gen. 28. c. 3. K

Lamech quomodo occiderit Cain, refertur hiſtoria ex Ioſepho. Gen, 28. c. 3. I

Verba Lamech ad vxores ſuas, de quibus Gen. 4. vario mō ęxponunt̄, ſed verior expoſitio eſt, q vxores Lamech abſtinebant ab eo, quia ſciebant ipſū occidiſſe Cain contra præceptū Dñi, & q occiderat etiā filium ſuū Rubalcain directorē ſuū, ideo poterant rationabiliter credere, q proles, q̄ gigneretur de Lamech, punienda eſſet à Deo pp peccatum patris: & ideo nolebant concipere filios ad occiſionem, Lamech verò excuſat ſe pacificando eas, dicens, occidi virum. i. licèt verum ſit, q ego occiderim Cain in vulnere per ſanguinis effuſionē, & adoleſcentulum in liuore. ſ. nō effundendo ſanguinē. Tñ ſeptuplū vltio dabit̄ de Cain. ſ. ſicut Cain fuit punit⁹ vſq; ad ſeptuplum. i. vſq; ad ſeptimā generationē; ita ſeptuagies ſepties dabit̄ de Lamech. i. non punietur niſi vſq; ad valde multas generationes, nam ponitur numerus certus pro incerto. Et vult p̄tendere Lamech hoc, q Cain fuerit peſſimus vir, quia ex inuidia cōtra præceptum dei proditorie fratrē occiderit, & q Lamech ignoranter occiderit Cain, & adoleſcentulū ex magna ira, dolens, q occidiſſet Cain. Gen. 29. c. 1. D

Lamech filius Matuſalem vixit ſeptingentos ſeptuaginta ſeptē annos, & mortuus fuit 5. annis ante diluuium. Gen. 32. c. 2. B. 1. Paralip. 27. c. 3. H.

Lamentatio Ierem. Lamentationes Ieremiæ lege metrorum ſcriptæ ſunt. 1. Reg. to. 1. 8. c. 4. H. Et ponuntur quatuor alphabeta in lamentationibus. i. quater repetitur alphabetum, ad denotandum q Ieremias deplanxit ſup quatuor mala. Primò propter mortē Ioſię. Secundò pp tranſmigrationē regis Ioachim, & oīum nobilium in Babylonē. Tertiò pp deſtructionem tēpli, & ciuitatis. Quartò pp mortem Godolię. 1. Reg. to. 1. 8. c. 4. H

In lamentationibus Iere. fit repetitio verborum p ſi nonima, ad exprimēdum miſeriā abundantius, & ad p̄manēdum paſſionaliter. 1. Reg. to. 1. 58. c. 2. B

Lamina. In lamina aurea, quā geſtabat ſummus ſacerdos, ſcripta erant literis Hebraicis verba hæc, cades la adonai. i. ſanctitas ad dominum. Exod. to. 2. 69. c. 3. G. 70. c. 3. B. 73. c. 2. E. & 74. c. 1. D. & 76. c. 2. A, & 207. c. 2. E.

Lamina aurea poſita in fronte ſacerdotis, placabatur Deus propter obediẽtiam, & quia ipſa ponebatur in teſtimoniũ laudis Dei &c. Exod. to. 2. 70. c. 3. B. Et dicebatur ſancta, quia in ea ſcripta erat ſanctitas &c. 76. c. 2. A

Lamina aurea principaliter poſita eſt in fronte ſacerdotis ad notandum, atque conteſtandum diuinã ſanctitatẽ, & magnitudinẽ &c. Exo. to. 2. 73. c. 2. E

Lampas. Ignis tranſiens inter illas diuiſiones, de quibus Gene. 15. nõ fuit veraciter ignis ſecũdum Aug. ſed ſolùm viſione imaginaria fuit monſtratum Abrahæ &c. Gene. 256. c. 3. C

Lampadi ardenti per olei appoſitionem, aſſimilatur ſtomachus hominis, ſimiliter & motus ad libidinem. Ruth. 251. c. 2. A

Lampades ornare, Mat. 25. quid ſit. Mat. to. 7. 1. c. 3. K

Lancea. Lanceæ aliquando ſignificãtur nomine ſcutorum, vt patet 3. Reg. to. vbi dicitur quòd Salomon fecit ducenta ſcuta, & trecentas peltas. Et 2. Parali. 9. dicitur quod fecit ducentas haſtas & trecenta ſcuta. 2. Paralipo. 128. c. 4. K. 129. c. 1. A

Landulphus. Landulphi opinio, de impaſſibilitate corporum beatorũ, refertur & impugnat. Mat to. 4. 236. c. 1. B

Langor. Vocatur infirmitas grauiſſima, cuiuſmodi ſunt infirmitates maximæ & incurabiles. Mat. to. 1. 268. c. 3. I

Inter langorem, & infirmitatem hoc intereſt, q̃ langor eſt infirmitas grauis & diuturna, ſed infirmitas eſt morbus parui temporis, vt ſunt febres acutæ. Matt. to. 3. 218. c. 1. C. & 223. c. 4. F

Lanugo. Eſt apud ſeres lanugo in arboribꝰ, cuius æſu hominis vita protenditur &c. Gen. 24. c. 2. B

Lapis. Terra quędam eſt, in qua non ſolum aqua in lapides conuertitur, ſed etiã animalia &c. Gen. 84. c. 4. H

Circa lapides, quos ſuperpoſuit Iacob capiti ſuo Gene. 28. referuntur opiniones Iudæorum &c. Gene. 210. c. 3. K

Lapis. quem erexit Iacob in titulum. Cen. 28. immobilis permanſit vſque ad redditum Iacob de Meſopotamia, vt par eſt credere, & ſi forte aliquo caſu lapis ille caderet, Deus erigebat illum, vt cõtingit de veſtigiis orbitarũ, quæ fecerunt currus pharaonis apud mare Rubrum, nam vſque hodie permanent extra aquam & intra. Et ab hominibus tranſeuntibus videntur. Gen. 312. c. 4 I

Lapis præciſus de monte ſine manibus, de quo Danielis ſecundo, eſt Chriſtus. Gen. 27. c. 4. F

De duobus lapidibus onichinis, in quibus erant ſcripta duodecim nomina filiorum Iſrael iuxta ſuas antiquitates in natiuitatibus ſuis, Exo d. to. 2. 61. c. 4. I 62. c. 1. A

Illorum duodecim lapidum, qui erant in rationali magni ſacerdotis, reſeruntur proprietates. Exod. tom. 2. 64. c. 4. I. 65. c. 1. A

Lapis ſardius, qui fuit primus in primo ordine lapidum, qui erant in rationali, rubrus eſt, ſicut terra rubra, & eſt nimium fulgens. Accẽdit gaudium, & timorem repellit, acuit mentem, audaciã nutrit, maleficijs reſiſtit. Exo. to. 2. 60. c. 4. I

Lapis topazius, ſecundus in primo ordine rationalis, eſt lapis habens colorem commixtum ex aureo, & cęleſti, qui ante ſolem poſitus, ſuper alias gemmas lucet. valet contra freneſim, & morbum lunaticum. Exod. to. 2. 60. c. 4 I

Lapis ſmaragdus habet viriditatem magnam, ita vt inficiat omnia ſibi coniuncta viriditate ſua. Valet tñ contra morbum caducum, & ſanguinẽ fluentẽ ſiſtit, reddit perſuaſoria verba, memoriç cõfert viſum acuit, valet cõtra phãtaſticas illuſiones, dæmones fugat, vt ait Diaſcorides. Exo. to. 2. 60. c. 4 K

Lapis Carbunculus, qui fuit primus in ſecunda linea rationalis: ſup̃ omnes alios lapides, vt carbo ignitꝰ irradiat, ita vt tenebras noctis vincat, oculos fulgore reuerberans vena lactea cinctus eſt, vt ait Pli. Exod. to. 2. 60. c. 4 K

Antiquitus reliquebant Iudæi geſta memoralia in lapidibus ſcripta &c. Ioſue to. 2. 188. c. 2. E

Lapis ſaphirus gemma gemmarum dicitur, cerulea & lucida, & cœlo ſimilis habet in medio ſtellam refulgentem, confortat cor, fluuio ſanguinis reſiſtit, valet contra timorem, contra venenum, contra antradẽ, viſum confortat. Sine iſto dij antiqui Gentilium reſponſa non dabant, per hunc magi multa faciunt miracula, educit vinctos de carcere tollit inuidiam, facit victorem, amorem caſtum, diligit. Exo. to. 2. 65. c. 1. A

Lapis iaſpis viridis eſt, & venuloſus, & tot virtutes habere creditur, quot venas. Exo. to. 2. 65. c, 1. A

Lapis ligurius primus in tertio verſu rationalis colorem habet medium inter aureum, & argenteum, & gignitur in arenis ex vrina lincis condenſata, paleas attrahit ſicut magnes ferrum, diſcoloratis p̃deſt, venenum indicat. Exo. tn. 2. 65. c. 1. B

Lapis achates venas habet albas, fulmini reſiſtit, tẽpeſtatem ſedat, ſimulachra mõſtrat ſomniorum, contra venenum prodeſt, pericula vincit. Exodo. to. 2. 65. c. 1. B

Lapis amethyſtus omnium eſt rubicundiſſimus, & fulgens, & æbrietati reſiſtit. Exod. to. 2. 65. c. 1. B

Lapis chryſolitus de die videtur aurei coloris, & de nocte ignei, hic in auro geſtatus contra dęmones valet. Exod. to. 2. 65. c. 1. B

Lapis onichinus eſt coloris ignei, venis cingentibus albis, virtutem habet ſpecularem, nam in eo imagines euerſę videntur, vt in ſpeculis concauis, habet omnes ſuos effectus noxios. Nam triſtitiam, timorem, & lites accendit, ſed in præſentia ſardij nihil nocet. Exod. to. 2. 65. c. 1. C

Lapis berillus viridis eſt palledine commixtus, oculos humidos ſanat, honorem diligit coniugalem, vt ait Diaſcorides. Exo. to. 2. 65. c. 1. C

Lapides duodecim, qui erant in rationali, non habẽtur ita diſtincti in lingua Hebræa, quantum ad nomina ipſorum, ſed quantum ad quoſdam colores notificantes nomina, & ideo Rabbini Hebræorũ, vt Rabbi Salomon, & Aben Ezra, neſcierunt tradere aliquid certum de eis. Exo. to. 2. 65. c. 1. D. Et iſti lapides deſierunt fulgere. 130. annis ante Chriſti natiuitatem, vt colligitur ex verbis Ioſephi. 1. Reg. to. 2. 109. c. 1. E

Duodecim lapides, qui de Iordane educti ſunt, fuerunt erecti in Galgalis in duodecim titulos. Et alij duodecim in alueo Iordanis magni valde erecti ſunt. Ioſ. to. 1. 72. c. 3. F. Et aliquando capita iſtorũ lapidũ eminent ſuper aquã &c. Ioſ. to. 1. 72. c. 1. C

Duodecim lapides, q̃ educti ſunt de alueo Iordanis, non ſunt portati primo in montem Hebal, & in montem Garizin &c. vt dicunt Hebræi, quod improbatur. Ioſue to. 1. 76. c. 3. G. Sed ſolum portati ſunt in Galgala, vbi & fuerũt fixii Io. to. 1. 77. c. 2. E

In lapidibus illis calce leuigatis, de quibus. Iol. 8. non ſolum erant ſcripta præcepta Decalogi, vt quidã dicunt, nec ſolum maledictiones, vt alii, nec ſola præcepta tam affirmatiua, quam negatiua, quæ erant numero ſexcentum & tredecim. Sed ſcriptus

tus erat totus. Deuter. &c. Ioſ. to. 1. 154.c.2.C
Antiquitus relinquebant Iudæi geſta memoralia in lapidibus ſcripta &c. Ioſue to. 2. 188.c.2.E
Lapides, quos ponebat Salomon in fundamento tẽpli, habebant viginti cubitos in longitudine, & decem in latitud ne, & in altitudine quinque, vt refert Ioſephus in lib. 8. de Antiq. 3. Reg. 47.c.2.D
De lapide exiſtente in monte Oliueti, in quo vſq; hodie veſtigia Chriſti manent impreſſa cum vellet cœlos aſcendere, Parado. 79.c.1.A
Hoc nomen lapis eſt nomen cuiuſdam regis Aegypti, qui vocabatur Lapis loquens. Et rex quidam Cretẽſis vocabatur Lapis abſolute. Gen. 154.c.1.E

Lapillus. Quomodo per lapillos, albos, & nigros cauſæ iudicarentur antiqui tus. 2. Reg. 108.c.2.A

Lapidare, Lapidatio. Qui apud Hebræos lapidabantur, nudi lapidabantur. Leui. 214.c.2.A
Adultera apud Hebr. lapidabatur. Mat. to. 6. 52.c.2.B
Cum quis apud hebræos lapidaretur, teſtes ponebant manus ſuper caput illius, & poſtea ipſi erant primi, qui eum lapidibus percutiebant. Leuit. 24. & Deu. 17 Leui. 282.c.2.H
Quando in veteri lege lapidatio fiebat, a toto populo fiebat. Et hoc propter multa, quæ referuntur. Ioſue to. 1. 140.c.1.A
Quod Chriſtus noluerit mori morte lapidationis, aſſignatur cauſa. Mat. to. 6. 303.c.1.D

Larus. De quo Leuiti. 11. coruus eſt marinus. Leui. 99.c.1.D

Latere. Ea, quæ latent, in maiore veneratione habentur, quam ea, quæ patent. Matt. to. 4. 222.c.1.D

Later. De lateribus, quos Hebræi faciebant in Aegypto, Exo. to. 1. 33.c.1.B

Latini. Dicti ſunt ſic a latendo a primęua ſaltẽ origine, quia in terra illorum latuit Saturnus fugiens a Ioſue eius filio &c. in Defenſ. 49.c.1.E.c.2.A

Latinum idioma. Literas latini idiomatis inuenit, vt fertur, Carmentas tempore belli Troiani, vel pauloante. Reg. to. 1. 5.c.3.I

Latomus. Latomi dicuntur lapidum ceſſores &c. 3. Reg. 47.c.1.E
Latomi, quos conduxit Salomon ad cedendos lapides fuerunt octuaginta millia, abſque præpoſitis, qui præerant ſingulis operibus, qui erant tria millia virorum. 1. Paralipo. 255.c.4.G

Latria. Ad latriæ cultum pertinet no aſſumere nomen Dei in vanum ex reuerentia eius, quæ eſt timere eum, quia magn⁹ eſt. Non timore ſeruili, ſed cuiuſdam humiliationis, &cæt. Exod. to. 1. 167.c.4.H
Ad latriam pertinet famulatus in obſeruãdo vnum diem ab omni opere ſeruili, propter Dei ſamulatum, ſcilicet, vt ſpecialiter famulemur illi, vacando laudibus, & contẽplationi bonitatis eius. Exo. to. 1. 169.c.4.F
Per latriam hoĩes ordinantur principaliter in Deũ, & latria dicitur virtus quædam, qua impendimus Deo debitum famulatum &c. Leui. 94.c.4.F
Latriæ actus dicuntur illi, qui in Deum ſolum dirigũtur ad impẽdendum ei aliquem famulatum, quatenus illi debitum eſſe credimus, vt dicit Magiſter ſenentiarum in 3. diſt. 9. Leui. 176.c.4.G
Latria ſeu religio dicitur virtus, ſm quam Deo exhibemus debitum famulatum, cognoſcendo eũ eſſe Deum, & Dominum, & pro hoc impendendo ei debitum famulatum. Et differt a charitate, quia per charitatem Deum ſuper omnia diligimus, & colimus, tamen non in quantũ Dominum, ſed inquantum ſummum bonum. Latria vero reſpicit Deum tanquam Dominum, & impendit ei cultũ tanquam debitum. de hoc Magiſter 3. ſenten. diſtin. 9. Num. to. 2. 133.c.1.E
Latria differt ab aliis virtutibus, quia ipſa eſt virtus imperatiua, quia ſecundum eam imperantur, & ordinantur omnia, quæ debent dirigi in Deũ ſub ratione Domini, & cui debẽt famulatus. Cęteræ autẽ virtutes ſunt exequentes. Nu. to. 2. 133.c.2.C
Latria eſt inter omnes virtutes morales excellentiſſima. Nu. to. 2. 135.c.4.k
Latriæ virtus non habet operationes determinatas ſm naturam, ſcilicet, quòd exhibeamus Deo iſtũ vel illum cultum: ſed hoc habetur ſolum ex aliqua lege poſitiua, quæ dirigat virtutem latriæ circa actus particulares &c. 1. Paralip. 186.c.2.A
Sacrificium eſt actus latriç. 1. Paralip. 186.c.2.B
De latria, & dulia. Mat. to. 1. 241.c.2.C
Latria continet omnem modum obſequij, quo homo Deo ſeruit. Mat. to. 2. 201.c.4.I
Ad latriam pertinet votum ſm ſe, & immediate &c. non tñ iuramentum. Mat. to. 2. 202.c.3.G
Latria magis applicatur orationi quàm cęteris, &c. Mat. to. 3. 51.c.4.I
Latria dicitur omnis cultus, vel ſeruitus Deo à nobis impenſus. Et ad hanc ſeruitutem tenentur omnes gentes, & ad tantam quantam ipſe expreſſerit, vel quantã ratio noſtra dictauerit Deo non exprimente. Mat. to. 6. 206.c.2.D

Latro. Occultare latrones iudici mentiendo, mendatium eſt pernitioſum, quia in perniciem reipublicę &c. Exo. to. 1. 6.c.2.E
De latronum pœna in lege vet. Deute. 133.c.1.B
Illorum latronum, qui cum Chriſto crucifixi ſunt, pedes & manus, clauis confoſſi ſunt. In Parado. 48.c.1.A

Latrunculus. Latrunculi in ſacris literis dicuntur perſonæ priuatæ. quando veniunt nomine ſuo ad prædandũ potius quam ad bellandum. 4. Reg. 136.c.2.D

Lauare. Ad oẽm miniſtrationẽ lauari debebant ſacerdotes. Exo. to. 2. 99.c.1.E
Vnde venerit conſuetudo lauandi manus in miſſa. Exod. to. 2. 212.c.2.B
Quare ſacerdotes vet. teſt. potius lauarent manus, & pedes, quam cæteras corporis partes tẽpore, quo deberent miniſtrare, aſſignatur duplex ratio. ſ. literalis & myſtica. Exo. to. 2. 215.2.B. Et non ſolum lauabant manus, & pedes, cũ miniſtrare deberent in tabernaculo, ſed etiam quando in altari holocauſtorum. 215.c.4.H
Traditio de lauandis manibus ante cibũ ſumendum non erat lex Moyſi &c. Mat. to. 4. 323.c.2.D
Lauare pedes conſueuerunt hoſpites in terra Chanaham, cum intrarent hoſpitium priuſquã comederent, & huius aſſignatur cauſa. Iudi. 192.c.4.K

Lotio. Veſtimentorum ad mundiciam, apud Iudęos, aliquando fiebat in aqua, quẽadmodũ, & nos lauamus ſordes corporis &c. Aliqñ fiebat ſimplex aſperſio aquę luſtrationis ſuper hoĩem: & veſtes ſuas, q̃ qdẽ aqua erat viua cõmixta cineribus vitulæ rutæ cõbuſtæ, de qua Nu. 19. exemplũ primi, de illo, qui portaret ſupra ſe morticinium &c. Leui. 101.c.1.E
Lotionibus, & vnctionib. licitũ erat vti cuicunq; homini, quantũcunq; virtuoſo, in terra Chanaham. 2. Reg. 63.c.3.F

Lotiones exteriores Iudæi credebant valere ad mundiciam cordis, quod probatur esse falsum. Matt. to.4 123.c.4.F

Lotio carnis, & vestimentorum in veteri lege, ad quid fierent. Mat.to.7. 308,c.2.E

Laurentius. Propter quid captus fuerit: & mortem subierit. Matt. to.5. 201.c.2.C

Laurus. Apud gentiles consecrata erat Phebo. 2.Paralip. 238.c.3.I

Laureola. Quid sit. Iudicum. c.4.I 196.

Laudare. Aliquid facile est, labores vero pati pro illo, durum est. Matth. to.4. 79.c.3.K

Laudare Deum est prophetizare, & qui laudat prophetia dicitur. 4 Reg. 10.c.4 H

Laudatus. Omnis homo laudatus placabilis fit laudanti, & benignior. to.6. 21.c.3.F

Laus. Est sermo explicans magnitudinem. Iudicum. 1.B. 1.Paralipo. 177.c.3.H,& 337.c.2.E

Laus Dei nimis Deo placet. Iudicum. 1.B

Laudes seculi exemplo Christi fugiendæ sunt. Matt. tom.4. 151.c.4.I

Quare nunc sit parua laus, aut fama bonorum. Mat. tom.7. 85.c.4.H

Lazarus. Quare non fuerit missus ad fratres diuitis epulonis, vt illos admoneret. Luc.16. Mat.to.7. 271.c.1.A

De verbis Christi in suscitatione Lazari. Mat.tom.5. 210.c.4.G

Lazari suscitatio est clarissimum opus. Matt. tom.5. 227.c.3.H

Lebes. Lebetes illi, de quibus Exod. 27. non erant ad coquendum carnes &cet. sed solum ad eiiciendos cineres ab altari in locum mundum extra atrium. Exod.to.2. 49.c.4.C

Quidam lebetes erant in sanctuario, qui non pertinebant ad Sanctuarium, sed eos adducebant offerentes hostias pacificas ad coquendum carnes sacrificiorum suorum, pro se, & sacerdotibus, vt patet. 1.Reg.2. Erant præterea vasa quędam, scilicet, ollæ quę pertinebant ad Sanctuarium, in quibus interdum coquebantur sacrificia, de quibus soli sacerdotes comedebant, & erant sacrificia pro peccato. Et ista interdum coquebantur in vasis fictilibus, vt patet Leuit.6. Et præter has erant ollæ æneæ, vt patet. 4 Reg.25. quæ si dicantur deseruire tam ad carnes pacificarum, quam ad carnes sacrificiorum pro peccato, nullum sequitur inconueniens &c. Exo.tom.2. 48.c.1.E. c.2.A

Lebetes deseruiebant ad duo. primo ad colligendũ cineres altaris holocaustorum. secundo ad coquẽdas carnes sacrificiorũ pacificorũ. 2.Paral. 58.c.3.F

Lecythus. Est vas continens oleum. Matt. to.7. 3.c.2.E

Lectio. Vete. testamen. est nobis valde vtilis. Mat.to.6. 245.c.2.D

Lectulus Og. Lectulus ferreus Og regis Basan, habebat nouem cubitos in longitudine, & quatuor in latitudine ad mensuram cubiti virilis. 1.Paralipo. 227.c.1.D

Lędere. Et affligere differunt realiter. Matt. to.7. 149.c.1.A

Potest aliquis iniuste lædere aliquem, & tamen ꝙ lęsus iuste lædatur. in Defen. 27.c.2.D

Lædere æternam maiestatem, grauius est, quã lædere temporalem. Mat.to.5. 69.c.1.D

Legatus. Iure gentium, & cõmuni omniũ consuetudine legati secuti sunt apud hostes. Iosue.to.1. 161.c.3. Fi.Re.to.1. 71.c.1.D

Legio. Vna legio continet sex millia sexcenta sexaginta sex militum. Exod.to.1. 89. c.4.1, & huiusmodi legiones sunt in Angelis bonis, & in dęmonibus. Mat.to.3. 167.c.1.E, c.2.A. & 175.c.3.H

Legitimari. Proles non legitimatur, quã accepit coniugatus cum soluta, si postea, mortua vxore contrahat cum ea, vt habetur extra de diuortiis. ca. tãta. Eodem modo si non esset cõiugatus, de coniugata acciperet prolem, cũ qua mortuo viro eius contraheret, non efficeretur proles legitima. 1.Reg.to.1. 137.c.4.K 138.c.1.A

Infidelis, habens plures vxores simul, ex quibus habeat prolem, proles legitimatur superueniente fide &c. 1.Reg.to.1. 138.c.1.A

Ex repudiata, si ab aliquo ducatur, vel ex illa quã accepit coniux repudiata vxore, nati ex talibus ex infidelitate, si postea conuertantur ad fidem, fiunt legitimi beneficio iuris. 1.Reg.to.1. 138.c.1.A

Legitimum. Legitima de iure naturæ debẽt filiis. Mat.to.5. 139.c.1.B

Legitimũ dr̃ id, qđ per legẽ statutũ est Leu. 178.c.2.E

Legitimum dupliciter accipitur, vno modo pro omni eo, quod lege scriptum est, siue sit morale, siue cęrimoniale. Alio modo proprie pro cęrimoniali tantum. Deut. 34.c.4.H

Leno. Secũdũ leges humanas, dicitur ille, qui adulterum, vel adulteram subiicit, id-est, procurat ꝙ aliquis committat adulterium cũ aliqua, vel aliqua cũ aliquo, vel qui pro comperto adulterio, siue stupro pecuniã recipit, vel ille, qui damnatã de peccato adulterii recipit in vxorem, vel qui ex adulterio vxoris quæstũ facit. i. qui tradidit vxorẽ suam alteri viro ad fornicandũ ad tẽpus pro pecunia, vel qui deprehensam adulteram retinuit in vxorẽ, etiam pęna lenocinii punitur, & dr̃ ille aliquo modo, cuius opere, vel consilio, vel dolo malo factum est, vt deprehensi in adulterio pecunia, vel pactione aliqua se redimerent, vt §. ad l. Iuliã, de adul. l.2. & l. castitati. &. ff. eo. tit. l.15. cuius, & l. mariti: & pęna lenocinii, fm leges humanas, est eadẽ cum pœna adulterii, vt. ff. de mino. l. auxiliũ. & est quinquẽnium datum ad accusationem huius criminis. ff. eo. tit. l. mariti. §. hoc quinquennium. Mat.to.3. 24.c.2.E.c.3.F

Leno, vt nos vulgariter accipimus, & largius, est vir vel fęmina, cuius consilio, vel opere fit, aut procuratur, vt aliqua fęmina cognoscatur ab aliquo viro cuiuscunq; conditionis illa sit, vel vir etiam &c. Mat.to.3. 24.c.3.F

Lenocinium. Lenocinii, tres modi assignantur, primus est si vir dedit vxorem suã alteri cognoscendam pro pecunia, vel pater filiam. Secundus, si vir, vel fęmina procuret, vt aliqua fęmina cognoscatur ab aliquo viro, siue illa sit soluta, siue non: similiter & vir. Tertius est cum quis, habens aliquas fęminas, eas pro quæstu tradit cognoscendas &c. & ad istum modum reducuntur illi, qui habent publicas meretrices sub defensione sua, & pro hoc ab eis pecuniã recipiunt, & lucrum istorum est turpe: ex illo tñ possunt facere eleemosinam. Mat.to.3. 24.c.3.G

Leo. Est inter bestias terribilissimus. Gene. 405.c.2.A

Quidã leo vnguibus suis effodit locũ sepulchri B. Mariæ Aegyptiacæ, prędente Zozima. 3.Re.131.c.1.C

Leones illi, qui lacerabant Samaritanos, quos misit Salmanasar in terram Israel 4.Regum 17. Cogniti sunt quòd fuerunt missi à Deo, propter multa. 4. Reg. 168.c.3.F
Leones misit Dominus in Samaritanos ad ostendendum gloriam suam 4.Reg.17.4.Reg. 170.c.3.G
& causa promeritoria fuit idolatria, & causa motiua fuit ostensio gloriæ Dei.4.Reg. 171.c.3.H
Leo græce significat regem. Mat.to.1. 32.c.2.C
Leoni cõparatur Christus propter multa in Parad. 22.c.2.C
In leonibus, & vrsis abundat terra Chanahan. 4.Re. 20.c.3.K

Lepra. In vete.lege, iudicanda erat per sacerdotes, propter multa. Leui. 125.c.4.I
Lepra cognoscebatur ex aliquo trium signorum, primo si pilorum color mutatus esset in album, rufum, vel flauum à colore pristino. secundo si plagæ locus sit profundior, vel humilior reliqua carne, quæ vicina est. tertio si color naturalis carnis esset mutatus in alborem. Leuiti. 126.c.1.C.& 132. c.2.D
Lepra virtutis corrosiuæ est, & contrahit carnem in rugam. Leui. 127.c.2.E
Quia lepra est morbus hominem reddens inutilem, & est morbus infectiuus, ideo leprosus eijciebatur extra castra, & habebant quædam signa in vestibus, per quæ cognosci possent. Leui. 130.c.4.K
& manebant extra castra nisi esset rex, vt patet de Ozia rege.4.Reg.15.Leui. 131.c.4.F
A lepra hominis inficitur vestis per contagium, similiter & parietes &c. cuius assignatur ratio & similitudo in speculo infecto à muliere menstruata. Leui. 132.c.1.B. Quibus infectis, poterit in illis lepra permanere, cuius infectionis rationem motalem assignat Aben Ezra, non tamen literalem, ibidem 132.c.1.E, & lepræ in vestibus vnum signum erat, macula rufa, vel alba &cæte. Leuitic. 132.c.2.D
Lepra habet virtutem germinatiuam, & multiplicatiuam sui ipsius. Leui. 133.c.3.I
Lepra quare dicatur volatilis, & vaga, Leuitic.13. Leu. 133.c.3.K
Quandocunq; lepra erat verè in veste, vestis debebat comburi. Leui. 133.c.3.K
Leprosi in lege Moysi tenebantur manere extra vrbem, nisi quando esset aliqua necessitas ineuitabilis, & tunc leprosi existentes intra vrbem manebant separati. Mat. 132.c.4.K, tom.3.133.c.1.A
Lepra frequenter aduenit propter peccatum, vt patet in Maria sorore Moysi. Num.12.& in Ozia rege. 4.Reg.15.Leui. 138.c.4.I
In domibus non esse lepram veram dicit Nicolaus, sed quædam qualitas infectiua, qua homines habitantes in ea inficerentur, sed fallitur, vt probatur Leui. 141.c.1.B
Lepra potest esse verè in parietibus, & vestibus, sed non lepra, quę est ægritudo, & in domibus, vel vestibus causatur lepra dupliciter, vno modo per adhæsionem. Leui. 141.c.3.H
Lepra excludit hominem à sacerdotio, etiam in nouo testamento, & aduenies post iam susceptum, excludit a ministratione. Leu. 232.c.1.A
Plaga lepræ infligebatur à Deo in vete. Testamento propter duo, primo propter murmurationem de prælatis, & maioribus, vt patet de Maria sorore Moysi. Num.12. secundo propter inobedientiam ad Sacerdotes, vel quoscunque prælatos spirituales, vt patet de Ozia rege. 4.Reg. 15. Deute. 128.c.2.D
Leprę percussio tam grauis est sicut mors 4.Regum 59.c.1.A
Lepra erat prima, & maxima naturalium immundiciarum. Mat.to.7. 202.c.2.D

Leprosus. Leprosorum separatio non seruatur nunc apud Iudæos. Exo. tom.1. 95.c.2.E
Leprosus duplicem habebat immũdiciam, i. veram maculam, & legalem. Leuit. 122.c.2.C
Leprosi vestes debebant esse dissutæ, vt distinguerentur ab alijs, & caput nudum. Leui. 131.c.2.B, Nu. to.1. 57.c.2.B
Leprosi cooperiebant os suum in signum lepræ, & ne inficerent alios, & hoc facere debebant, quando erant coram alijs hominibus, non tamen quãdo erant solitarij. Leui. 131.c.3.H
Leprosus potest a lepra mundari dupliciter, scilicet naturaliter, & supranaturaliter. Leui. 134.c.3.F
Circa leprosi emundationẽ, de qua Leui. 14 improbatur opinio quorundam dicentium eam deberi seruari, non solum in illis, qui iudicabantur leprosi, & erant expulsi extra castra, sed etiam in suspectis de lepra, qui per reclusionem quatuordecim dierum iudicabantur sani Leui. 134.c.3.F
Cęremoniæ, quę fiebant in emundatione leprosi, nihil conferebant naturaliter, sed fiebant ad reuerẽtiam Dei, & propter significationem. Leuitic. 134.c.4.G
In leprosi purificatione, quare offerebatur de ligno cedri, & quare vermiculus, & hyssopus, quæ vulgariter dicitur esparto. Leui. 135.c.2.D
In leprosi purificatione offerebãtur duo passeres, & vnus ex eis immolabatur nõ in sanctuario, vt quidam dicebant, sed extra castra, vt probatur. Leuit. 135.c.3.H, Nec illa immolatio erat sacrificium Deo, nec immolabantur a sacerdote, sed sacerdos iubebat vni ex astãtibus iugulare passerem, ibidẽ 136.c.2.A. Sed quare iugularetur super aquas viuentes, ibidem 136.c.2.C. Sed quare leprosus septies aspergeretur, vide ibidem. 136.c.3.K
In leprosi emũdatione quare passer viuus facta aspersione, emitteretur in agrum. Leui. 136.c.4.G
In leprosi emũdatione quare pollex manus dextrę, & pedis dextri, & extremum auriculę dextræ ipsius leprosi tingerentur sanguine. Leui. 138.c.2.D
In leprosi emundatione, quare sacerdos tingeret digitum oleo, & aspergeret coram domino septies, & quare tingeretur oleo extremum auriculæ dextræ, & pollex pedis dextri, & manus dextrę, & super caput eius. Leui. 148.c.3.K
Leprosi ponuntur nunc extra oppida, ne sanos inficiant, & ista est consuetudo generalis omnium gẽtium: extra de consu. lepro. cap.1. Leu. 148.c.2.B
A leprosis cauebant filii Israel cum essent in deserto, nam eiiciebantur de castris, similiter & viri fluentes semine, & mulieres fluxum sanguinis habẽtes &c. & cremata est in deserto vitula rufa. Leu. 227.c.4.I
Capilli leprosorum radendi erant extra castra, & nõ in Sanctuario. Leui. 14. Nu.to.1. 70.c.2.D
Circa leprosos duplices erant cęremoniæ. Nu.to.1. 170.c.1.E
Leprosorum cæremoniæ, ad inquirendum, an esset vera lepra, non sunt obseruatæ in Maria sorore Moysi. Num.to.1. 170.c.2.E
Leprosus illẽ, de quo Mat.8. quare dixit. Si vis, potes me mundare, & non dixit, munda me, Mat.to.3. 134.c.2.D, & ad curationem istius Christus tetigit illum propter multa, primo propter paruitatẽ fidei Iudæorum et cęt. secundo ad ostendendum dignita-

dignitatē humanitatis Chriſti,&c. tertio ad oſtendendum humilitatem, & benignitatem ſuam. Matt.to.3. 134.c.3.H, & quamuis lex prohiberet tangere leprosum,quia tāgens polluebatur: Chriſtus tamen non curauit hoc propter multa, ibidē 134.c.4.H. Nec Iudæi accuſauerunt Chriſtum, quia tetigit leprosum,propter multa. ibidem 135.c.1.B, & Chriſtus, quando mundauit leprosum, dixit, volo,mundare; ppter duo: primò ad oſtēdendum virtutem diuinitatis ſuæ &c.Secundò,vt oſtenderet,quòd ipſe miraculum hoc faciebat,& non alius &c. ibidem 135.c.2.B. Et fecit hoc miraculum ſubito: primò ad oſtendendum plenitudinem poteſtatis ſuæ &c. Secundò vt oſtenderet differentiam inter ſe,& prophetas præteritos &c. ibidem 135.c.3.H, & Chriſtus, faciens hoc miraculum,dixit illi, qui fuerat leprosus, vide nemini dixeris,propter multa &c. ibid.135.c.4.F, & 136.c.1.A, & leprosus iſte obligabatur tacere, & iuſſit hoc Chriſtus ad noſtram eruditionem.ibidem 136.c.2.E, c.2.A, & iuſſit Chriſtus iſti leproſo,vt ſe oſtenderet ſacerdoti propter multa, ibid. 136.c.2.E, c.3.F. Et expreſſe miſit illum ad ſummum ſacerdotem,vt patet Mar.1.dicēs,oſtende te principi ſacerdotum, ſed ad quid miſerit Chriſtus leprosum. Mat.to,3. 136.c.3.K, & iuſſit illi, vt offerret munus ſacerdoti,propter multa. Mat. to.3. 136.c.4.H, & illud in teſtimonium illis, dupliciter exponitur,ibidem 137.c.2.B, & de munere offerendo,ibid. 137.c.3.G

Leprosos ſanatos quare Chriſtus miſerit ad ſacerdotes. Mat.to.7. 305.c.3.F

Leproſi duobus gaudent priuilegijs,primum eſt, ꝙ poſſunt habere Eccleſiam propriam,quando fuerint multi in vna congregatione &c. ſecundum vt de hortis ſuis,& nutrimentis animalium, ideſt de animalibus, quæ nutriuntur ab eis, & naſcuntur non ſoluant decimas &c.Mat.to.6. 228.c.1.A

In lege vete.ſoli leproſi manebāt extra caſtra, & ponebatur eis ſignum: vt à longe cognoſcerentur. Matt.to.7. 302.c.2.D

Leprosos mundatos à Chriſto mittebat ad ſacerdotes: propter duo.&c.Mat.to.7: 305.c.3.F

Lepus. Timiditatem ſignificat &c. Leuitic. 95.c.2.D

De lepore, & eius proprietatibus: vide quam plura. Leui. 107.c.1.E, & c.2.A

Lętari. Quare Deus nō permittat hominem multum lætari in hac vita, Gene. 23.c.4.F

Lætari,triſtari,& ſimilia dicuntur de Deo per metaphoram. in Parado. 132.c.1.D

Lętificare. Inter lætificare, & conſolari quid interſit.Matth. tom.3. 77.c.4.H

Leuaui. Eſt dictio latina, & hebræa, latine ſignificat erigere,& hebraice ſignificat,cor meum, Ioſue tom.2.86.c.1.B, 1.Reg. to.1. 62.c.3.K. Mat.to.2. 122.c.3.K

Leucas. Promontoriū deſcribitur.1.Paralip. 18.c.2.E

Leue. In leuibus, & grauibus natura eſt actiuū principium motus.Mat.to.6.75.c.2.C

Leui. In hebræo idem eſt, quod coniunctio vel applicatio, & deſcendit de ilane,i. coniungetur.Gen, 318.c.3.F

Leui interpretatur copulatio,vel cohabitatio. 1. Paralipo. 42.c.1.E

Leui non facit tribum,quia tribus dicitur ſecūdum ſortem, quam accipiebant in terra promiſſionis, & Leui non accipit ſortem, quia Dominus erat ſors illorum,vt patet Nu. 18. & ſine Leui adhuc fuerunt duodecim tribus, & duodecim diſtributiones ſortium,vt patet Nu.35.& Ioſue. 15.16.17 18.& 19. poteſt tamen Leui vocari tribus à capite,quia ipſe fuit vnꝰ ex duodecim filiorum Iacob, non tamē a ſorte vel a poſſeſſione &c. primò modo accipitur Apocalip. 7. & ſecundò modo in vet.teſt.Gen. 412.c.3.F

Leui vixit centum triginta,& ſeptem annos. Exod. to.1. 7.c.1.D

Leui vixit nonaginta,& tres annos in Aegypto,& vixit plus quam Ioſeph viginti tres annos: & poſt mortem Iacob, ſeptuaginta ſex, quia Iacob vixit decem & ſeptem annos in Aegypto: & mortuus fuit Leui ante exitum de Aegypto, centum viginti duos annos, quia filij Iſrael ſteterunt in Aegypto ducentis quindecim annis, à quibus ſi ſubtrahantur nonaginta tres, reſtant centum & duodecim,& mortuus fuit Leui ante natiuitatem Moyſi quadraginta duobus annis,nam ſi à centum viginti duobus ſubtrahantur octuaginta, quibus natus fuit Moyſes ante exitum de Aegypto, reſtant quadraginta duo.Exo.to.1. 38.c.2.E. c.3.F

Leui habuit tres filios.ſ.Gaath,Gerſon, & Merari, a quibus deberent denominari tres familiæ principales, & tamen familia Caath diuiditur in duas.ſ. in ſacerdotalem,quæ vocatur Aaronitarum. & in familiam Caathitarum, & officium iſtorum erat portare ea, quæ erant honorabiliora.ſ.Archam, Altaria &c. Gerſonitarum officium erat portare omnia operimenta tabernaculi &c.Meraritarum vero officium erat portare columnas tabernaculi,& tabulas, & columnas atrij. & iſti portabāt iſta ſuper plauſtra,& ſimiliter Gerſonitæ, ſed Caathitæ ſuper humeros in vectibus.Num.7.1.Paralipo. 86.c.4.G

Tribus Leui in morte Chriſti fuit culpabilior cæteris tribubus.Mat.to.5. 164.c.4.H

Tribus Leui,in die Iudicij,erit digna maiore damnatione.Matt.to.5. 164.c.4.H

Leui nō computabatur vna ex duodecim tribubus, cū de re temporali ageretur. Mat.to.5. 165.c.1.B

Leui ſemper computatur pro tribu, quando materia, de qua agitur,eſt ſpiritualis, ſed non quando materia eſt temporalis, vt probatur Matt. tom.5. 165.c.1.C

De tribu Leui in duas partes diuiſa, & quid ei deberetur a populo Iſrael. Mat.to.6. 206.c.3.I

Quare tribus Leui aſſumpta fuerit in miniſteriū dei. Matt.to.6. 206.c.3.K

Leuita. Omnes Leuitæ aſſumpti ſunt in cultum Dei loco omnium primogenitorum Iſrael, & omnia pecora Leuitarum accepta ſunt loco omnium pecorum primogenitorum Iſrael,quę data ſunt Leuitis ex mādato Dei. Exo.to.1. 98.c.3.G

Nullus niſi Leuita accedere poterat ad tabernaculum,dato etiam quòd non miniſtraret, ſub pœna capitis,vt pa. Nu.1.Exo.to.1. 100.c.2.C.102.c.2.A

Leuitę meruerunt ſacerdotium,vt aiunt,quia ſeiunxerunt Moyſi,& occiderūt de populo viginti tria milia virorum, Exo.32.Exo.to.1. 163.c.1.E

Leuitę erant diſperſi per omnes tribus, quibus in qualibet tribu dabantur ciuitates in quibus ipſi ſoli habitarent, vt patet Nu.35.& Ioſue 20.& 1. Paralipo.6.Exo.to.1.236.c.2.E. 1.Paralip. 142.c.4.H

Leuitę non intelligebantur appellatione filiorum Iſrael, vt patet Exod. 29. a filijs Iſrael &c. ideſt a laicis Iſraelitis, à quibus ſacerdotes iura accipiebant,

bant,& Nu.1.cum dicitur, congregationes filiorum Israel &c. Exo.30.cum dicitur, filijs quoque Israel &c. comprehenduntur etiam Leuitę &c. Exod.to.2. 100.c.4.G

Leuitæ,quia nō petierunt deos,nec factum vitulum coluerunt,nec colentibus cōsenserunt,ideo,abiectis cęteris primogenitis filiorum Israel, susceptisunt loco eorum,vt habetur Nu.3. & Exo.32.& nō fuerunt puniti,sed punitores. Exo.to.2. 133.c.1.C

Nullus de Leuitis peccauit in adoratione vituli &c. licet in omnibus alijs tribubus aliquis peccauerit: ita vt nulla alia tribus fuerit immunis ab illo peccato,preter tribum leuiticam, & respondetur ad argumenta, quæ fiunt in oppositum, Exod. to.2. 135.c.2.B

Vxor leuitæ mortui poterat licite accipere virum alterius tribus,& tunc filij, inde nati, non erant leuitæ,quia filii erant de tribu, & progenie, de qua pater,& non de illa,de qua est mater &c. vt dicit quædam glo.hebræa. super illud Exod.32. consecrastis hodie manus vestras.Exo.to.2. 136.c.1.B

Nomen Leuitæ duo significat,aliquando progeniē, & aliquando officium,Leui.1.B.Nu.to.1.19.c.3.K

Leuitis non sacerdotibus licitum erat contaminari super mortuo, non tamen sacerdotibus.Leuitic. 217.c.1.D

Leuitarum officia erant deferre onera Sanctuarii,cū castra mouenda essent.Leui. 130.c.4.K

Leuitę solum habebāt decimas pro hæreditate. Nu. 18.nec habebant agros, nec locum, vbi illos haberent,vt patet Num.35.vbi dicitur quod Leuitis darentur solum oppida ad habitandum, sed non darentur termini illorum oppidorum ad colendum: sed solum dabantur suburbana ciuitatum per mille passus in circuitum ad alenda sibi pecora,& iumenta, & ex decimis comparabant omnia necessaria ad vitam, scilicet vestes. Leuitic. 236.c.1.D

Leuitæ magis laborabant in deserto quam sacerdotes,sed in terra promissionis fuit econtrario.Leu. 289.c.1.E

Leuitis dabantur vrbes in qualibet tribu Israelitarū, nam de toto Israel dari debebant quadraginta & octo vrbes muratæ cum suburbanis suis in circuitu,vt patet Nu.35.& non dabantur agri, qui erant in circuitu illarum vrbium,neque villulæ,sed manebant hęc in possessione illius tribus, cuius fuerunt vrbes illæ. vt patet Iosue 21.Leui. 300.c.3.I

Leuitæ in sacris literis dupliciter accipiuntur, vno modo pro omnibus de tribu Leui. aliomodo, vt distinguuntur contra sacerdotes.Leui. 300.c.2.C

Leuitę gaudebant lege redemptionis, vel reuersionis sicut alii populares, & hoc solum in domibus vrbium,cum non haberent alias hęreditates, vel possessiones &c. Leui. 300.c.3.G

Cum qualibet ciuitate data Leuitis dabantur etiam suburbana illius ciuitatis, idest, duo milliaria cubitorum per totum circuitum ciuitatis illius,vbi Leuitæ pascerent pecora sua. Leui. 300.c.4.F

Leuitis licebat habere pecora, & iumenta. Leuiti. 351.c.3.H

Leuitarum tribus distributa erat in quatuor principales familias &c.Leui. 1.B

Leuitę aliquando intelliguntur sub nomine filiorū Israel,& aliquando non.Num.to.1. 4.c.2.E.c.3.F Iosue to.1. 64.c.1.A, & 130.c.3.F

Leuitæ numerati sunt,nō vt alii Israelitę,sed ab vno mense,& supra.Num.to.1. 11.c.3.G.18.c.3.F

Leuitæ non computantur inter duodecim tribus Israel &c.Nu.to.1. 11.col.3.F,c.4.H

Ex leuitis solum Cahatitę portabant onera sibi deputata super humeros, Gersonitę vero, & Merarite in plaustris, Nu.to.1. 12.c.1.E

Leuitę castrametabantur in circuitu tabernaculi, Sacerdotes vero, & Moyses ad ostium tabernaculi, & alii Leuitę erant ad tria latera tabernaculi,scilicet ad Occidentem,Meridiem,& Aquilonem:ad Occidentem Gersonitę, ad Aquilonem Meraritę, & ad Meridiem Cahathitę. Nume. tom.1. 12.c.3.k.c.4.F

Leuitæ in vete. testamento habebant eum locum, quem apud nos habent diaconi,& acoliti &c.vnde Ecclesia antiquitus consueuit appellare Leuitas illos,quos vocamus diaconos,& subdiaconos, sic patet de beato Laurentio,de quo dicitur,Leuita Laurentius. Nu.to.1. 21.c.2.D

Leuitę commutati sunt in Dei ministerium pro primogenitis aliorum, ex conuentione Dei,& populi, & hoc fuit ex duplici causa. Nume.tom.1. 21.c.3.F

Leuitę quod essent loco primogenitorum ex Dei proposito fuit &c.Nu.to.1. 23.c.1.E

Leuitę non sunt assumpti in Dei ministerium ex eo, quia non peccauerūt in peccato vituli,sicut communiter dicitur, vt probatur Nu. to.1. 23.c.2.D, & 92.c.1.B. Nec etiam primogeniti debuerūt sic separari:sed oportuit,vt tota vna tribus ad ministerium Dei separaretur: vt probatur Num. tom.1. 23.c.3.l.c.4.F.Et hęc fuit tribus Leuitica ex multis causis. 24.c.1.E.c.2.A

Leuitica tribus fuit accepta pro primogenitis, & ei potissima causa fuit,quia parua erat,& minor omnibus.Num.to.1. 25.c.1.C

Distinctio Leuitarum in cantores, ianitores &c. nō fuit tempore Moysi,sed tempore Dauid,qui fecit illa,vt patet 1.Paralipo.a cap.14.vsque ad capit. 27. &c. Nu.to.1. 94.c.2.B

Tres familię Leuitarum distinguebantur in tria officia,secundum tria, quę erant in sanctuario.Num. to.1. 30.c.2.E

Leuitæ non solum applicantur Deo in commutationem pro primogenitis Israelitarum : sed etiam Dei speciali voluntate, vt ministrarent sibi &cęt. Num.to.1. 35.c.3.H

Leuitæ fuerunt appliciti Deo dupliciter, vno modo per viam applicationis specialis ad cultum Dei, alio modo per viam commutationis. Num.to.1. 37.c.1.C

Leuitæ, & sacerdotes non offerebant Deo primogenita pecorum suorum, sicut alii populares, sed sibi reseruabant. Num.to.1. 37.c.1.D

Leuitæ dati sunt Deo à populo in redemptionem primogenitorum, nam Leuitæ, pars erant populi priusquam separarentur, & Deus accepit quasi oblatos sibi a filiis Israel, similiter etiam dicendum est de pecoribus Leuitarum. Nume. tom.1. 38.c.1.B

Leuitis non fuerunt soluta iura sua in deserto, bene tamen in terra Chanaham.Nu.to.1. 38.c.4.I

Leuitas obtulit populus Domino coram ostio tabernaculi, totos corpore, & rasis omnibus pilis, ponens manum super capita eorum,sicut cum offertur aliquod animal,& tunc Aaron,& filii eius, acceperunt eos de manu multitudinis ad seruitium tabernaculi mancipandos.Nu.to.1. 39.c.4.F

Tres magnæ familiæ Leuitarum diuidebantur in octo.s.Cahathitæ,in Amramitas,Iessaritas, Hebronitas,Ozielitas,Gersonitę in duas.s.in Lebniticas, & Semeiticas,Meraritæ vero in Moolitas, & Musitas. Nu.tom.1. 40.c.4.G

Inter

Inter Leuitas quis ordo esset, quando mouebãtur castra, in ferẽdis rebus tabernaculi, similiter & cum accedebatur ad locum castrorum figendorum. Nu. to. 1. 42. c.2.A

Leuitæ Cahathitæ intrabant in sanctuarium ad educẽdum arcam, cum iam esset a sacerdotibus cooperta & inuoluta. Nu. to. 1. 46.c.1.E

Quòd Leuitis Cahathitis nõ liceret tangere vasa sanctuarij, etiam cum iam essent cooperta, videtur sentire sanctus Thomas prima secundæ, vbi agit de cęremonijs vete. testa. & de tabernaculo, & q ideo mortuus fuerit Oza sacerdos, quia tetigit arcam coopertam super plaustrum, sed falsum est hoc, vt probatur Nu. to. 1. 46.c.3.F

In familia Leuitarum Cahathitarum erãt duo principes, vnus leuita simplex. s. Elisaphã, & alius sacerdos. s. Eleazar, primus laicus, & tanquam ex genere, secundus erat prælatus spiritualis. s. Eleazar. &c. Nu. to. 1. 46.c.3.K

Leuitæ Cahathitę potentes portare vasa sanctuarij. s. a triceſimo anno vsque ad quinquagesimũ, erant numero duo millia septingenti quinquaginta, & inter eos diuidebantur vasa portanda &c. Num. tom. 1. 49. c. 1.B

Leuitæ computabantur varijs modis, primo ab vno mense & supra. secundo a viginti quinq; annis. & supra vsq; ad annum quinquagesimum. tertio a trigesimo anno, vsque ad quinquagesimum, & a quinquagesimo vsque ad mortem, & hoc quia computantur ad plura &c. Nu. to. 1. 52.c.2.E

Leuitæ nunquã numerati sunt a vigesimo anno & supra, sicut cæteri Israelitæ, neque soluebant dimidium siclum sicut cæteri, nec intrabant in numerum, quia Leuitæ nulla iura soluebant; sed ipsi potius accipiebant iura quædam a populo, neq; Leuitæ coincidebant cũ Israelitis. Nu. to. 1. 53.c.2.A

Super Leuitas asperſit Moyses aquas lustrationis in eorum consecratione. Num. to. 1. 89.c.1.B

Leuitarum officium erat ingredi in tabernaculum fœderis ad portandum vasa eius, & sanctuarium erigere, atq; deponere, & portare, cum castra mouenda essent. Num. to. 1. 91. c.1.A

Non omnes Leuitæ purificati sunt illa purificatione, de qua Nu. 8. quia paruuli non fuerunt purificati propter periculum rasionis capitis &c. sed solũ illi, qui sine periculo poterant purificari. Alij autem manebant purificãdi in alijs temporibus &c. Num. to. 1. 91. c. 2. D. potest etiam dici q nõ fuerunt tunc purificati omnes Leuitæ, in quibus sine periculo poterat obseruari ista purificatio, sed illi solum, qui fuerunt immediate assumpti ad ministrandum. Num. to. 1. 91.c.4.G

Leuitæ incipiebãt ministrare ab anno trigesimo ante tempus Dauid, sed postea post completum annum vigesimum quintum, incipiebant assuefieri ad ministrationem, vt videretur an essent apti vel inepti ad ministrationem, & cum peruenissent ad annum trigesimum. illi qui reperiebantur idonei ministrabant, qui vero non, expellebantur: sic dicunt quidam, sed hoc improbatur ab autore. Nu. to. 1. 94. c. 4. F. Et dicendum q a trigesimo anno incipiebant ministrare & alios iuuare &c. sed a vigesimo quinto consecrabantur, vt in anno trigesimo inciperẽt ministrare & alios iuuare, ibid. fo. 95. c. 2. C. tempore tamen Dauid ipse cum toto Israel statuit, vt Leuitæ ministrarent ab anno vigesimo, vt patet. 1. Paralip. 23. & ibi redditur causa q scilicet Dominus iam dederat requiem Israel, & non erat officium Leuitarum vlterius portare tabernaculũ de loco ad locũ &c. Nu. to. 1. 93. c. 4. I

Quando Leuitę consecrabantur, plures simul consecrabantur, & huius assignatur causa. Num. to. 1. 95. c. 2. E. c. 3. F

Post primam consecrationem Leuitarum, quæ facta est in monte Sinai, non fuit facta alia vsque in Terram promissionis, & tunc dicendum, q Leuitæ non consecrati ferebant onera Sanctuarij, nec hoc dici inconuenit. Nu. to. 1. 95. c. 3. I

Inter Leuitas non fuit consecratus Moyses, vt probatur Nu. to. 1. 96.c.3.F

Tribus Leui non ideo separata est ab alijs, vt aliæ tribus manerent duodecim, sed vt acciperetur pro primogenitis aliarum. Nu. to. 1. 110.c.1.A

Leuitæ vocantur tanquã vna tribus, quando id quod dicitur, est aliquid pertinens ad spiritualia &c. Nu. tom. 1. 176. c.2. D. secus si esset pure temporale. Nu. to. 1. 182. c.2.C

Leuitę habebant quadraginta & octo vrbes in terra filiorum Israel &c. Nu. to. 1. 220. c.4.G. nec illas habuerunt in vna sorte, sed in diuersis sortibus dispersas, nec illę faciebant sortem. Nu. to. 1. 255. c. 3.F. Deute. 99.c.2.B. Ios. to. 1. 173. c.3.G.1. Paralip. 91.c.4.K. & ex illis sacerdotes habebant tredecim in tribu Iuda, Iosue. 21. & 24. Math. to. 5. 213. c.1.A

Leuitæ habuerunt tres ministrationes vsque ad tempora Dauid regis. Nu. to. 1. 245. c.4.H

Quòd Leuitę haberent sortem in terra Chanahã triplici de causa, erat irrationabile, vt probatur. Nu. tom. 1. 255. c.1.A

Leuitæ qualiter decimarent summo sacerdoti de pecoribus & iumentis, Num. to. 1. 257.c.4.G

Non decuit vt Leuitæ comedere deberent fructus suos decimarum in sanctuario. Nu. to. 1. 258. c.4.F. 259. c. 1.A

Leuitæ non fuerunt subiecti sententiæ Dei datæ cõtra alias tribus, scilicet q omnes numerati morerentur in solitudine, & si Leuitę non fuerunt multiplicati, vt aliæ tribus, hoc non fuit ex peccato, sed quia accidit in quibusdam progeniebus, q parum multiplicentur. Nu. to. 2. 83. c.4.F

Leuitæ computabantur multis modis. Num. tom. 2. 83. c. 4. G

Duę separationes Leuitarum fuerunt ad ministrandum Domino, vna occulta & imperfecta, quæ nõ fuit separatio perfecta, sed principium separationis & causa. Alia perfecta & manifesta, & de hac intelligitur illud Deut. 10. vt portaret arcam fœderis Domini &c. Deut. 51.c.4.H

Leuitæ assumpti sunt in ministerium Dei pro primogenitis aliarum tribuum, qui coluerunt vitulum, & Leuitę adiuuerunt Moysem ad interficiendum peccantes. Deut. 62. c.1.A

Leuitæ decimas suas colligebant per propinquas ciuitates vrbibus suis. Deut. 81.c.2.E

Leuitæ non acceperunt hæreditatem cum alijs, primo quia Deus dabat eis omnia necessaria ad victum sufficiẽter in decimis & primitijs &c. secundo propter ministerium, quod exercebant &c. Deut. 99.c.1.E

De Leuitarum dispositione facta a Dauid. Deute. 100.c.4.I

Ex Leuitis erant quatuor millia ianitorũ custodientium templum. ne cui fas esset ad res sacras accedere, vt patet. 1. Paralip. Deut. 166. c.2.E

Leuitæ raro computantur nomine filiorum Israel. Iosuæ tom. 1. 54.c.3.H

In qualibet familia Leuitarũ erat vnus princeps cantorum, & Eman erat princeps inter Cahathitas, & Ephat iter Gersonitas, & inter Merarites Ethã. 1. Paralip. 6. 1. Paralip. 148.c.2.E

Tribus

Tribus Leui prima sui diuisione diuidebatur in tres familias. s. in Cahathitas, Meraritas, & Gersonitas. Nu. 3. & 4. quia Leui habuit tres filios. f. Cahath, Merari, & Gerson. Exod. 6. & de officijs eorum circa sanctuarium, Ios. to. 2. 56. c. 1. D

Leuitæ non fuerunt circuncisi in deserto, sicut nec alij. Ios. to. 1. 92. c. 1. A

Leuitæ licet non computarentur ad numerum, vt patet Num. 1. N 14. non sequitur propterea q̃ non possent pugnare. Iosue to. 2. 6. c. 3. & 4. F

Leuitæ in nõ accipiendo hæreditatem in Terra promissionis, differebant ab alijs Israelitis dupliciter. Iosue to. 2. 68. c. 4. C

Conueniens fuit propter duo, q̃ Leuitę haberent ciuitates suas semotas & diuisas per totam terram Chanaham. Iosue to. 2. 81. c. 1. A

Leuita duo notat. s. lineam progeniei, & gradum ministerij. Iosue to. 2. 69. c. 2. C. 3. Reg. 71. c. 4. k. 1. Paralip. 142. c. 4. F

Leuitarum officia referuntur. Iosue to. 2. 145. c. 3. k

Leuitæ raro comprehenduntur nomine Israelitarum, nisi in his, quæ sunt spiritualia, quæ omnibus communicantur. Iosue to. 2. 147. c. 1. C

Leuitis quomodo fuerint distributæ quadraginta octo vrbes. Iosue to. 2. 148. c. 2. E. sed quare non receperint simul omnes istas ciuitates, vt alij Israelitæ, Nicolaus affignat quatuor causas, & si satis apparentes, non tamen solidas vt probatur. Ios. to. 2. 148. c. 4. H. Et tãdem autor dat rationem solidam Iosue to. 2. 149. c. 4. k

De Leuitarum iuribus. Ios. to. 2. 149. c. 1. C

Leuita tripliciter accipitur, vno modo vt dicit genus, alio modo, vt dicit ministrationem, alio modo, vt dicit gradum. Ios. to. 150. c. 4. I

Leuitis erat licitũ peregrinari in Israel. Iud. 176. c. 1. D & assignatur causa huius. 176. c. 3. F

Leuitis licitum erat accipere vxores ex alijs tribubus quibuscunque. Iudi. 188. c. 4. I

Leuitarum filij erant inhabiles ad possidendum aliquod immobile. Iudi. 188. c. 1. A

Ille Leuita, de quo Iudi. 19. non peccauit diuidens vxorem in frusta, vt probatur Iudi. 199. c. 1. D

Quare Leuitæ non habuerint sortem in Terra promissionis. Mat. to. 6. 207. c. 2. A. Et quare volebat Deus q̃ Leuitæ non essent occupati rebus laicorum. B.

Leuitis licebat pascere greges. Mat. to. 6. 219. c. 1. E

Leuitæ nõ accipiebant decimas a Leuitis, sed a populo. Mat. to. 6. 226. c. 4. H

De Leuitarum ministrationibus. 1. Reg. to. 1. 27. c. 1. E. c. 2. A

Leuitarum officia teferuntur. 1. Reg. to. 1. 71. c. 1. A

Leuitarum matres non tenebantur ad legem purificationis, nec filij ad præsentationem. 1. Reg. to. 1. 32. c. 3. H

Pro Leuitis non fecit Moyses fieri aliquas vestes, sed post tempora Moysi fuerunt, vt probatur. 1. Reg. tom. 1. 39. c. 3. F

Nihil pertinebat ad Leuitarũ iura, nisi decimæ, quæ solis Leuitis dabantur. 1. Reg. to. 2. 85. c. 1. B

Leuitis fecit Salomon stolas quasdam, quibus ministrarent cantando in templo, vel faciendo alia opera sua, & illæ erant ad modum vestium candidarum, quibus ministri omnes ecclesiæ vtuntur in choro. 1. Reg. to. 2. 104. c. 4. G

Leuitæ non poterant consecrari ad officia sua ante annum vigesimum quintum, vel trigesimum. Nu. 4. & 8. 1. Paralip. 111. c. 1. C

Leuitæ cantores erant distincti per vigintiquatuor sortes, sicut sacerdotes. 1. Paralip. 114. c. 2. D

Leuitæ seruabant materialia, ex quibus conficienda erant diuersa genera panum per sacerdotes, quæ offerebantur in sacrificijs. 1. Paralip. 115. c. 3. F. & c. 4. k

Leuitæ tempore pacis manebant diuisi per loca sua, tempore vero reædificationis templi, cum esset tempus belli & laboris, manebant multi eorum in Ierusalem. 1. Paralip. 117. c. 1. C

Leuitæ aliquando intelliguntur nomine duodecim tribuum, & aliquando non, sed quãdo sic, & quando non. 1. Paralip. 138. c. 4. k. Et quando Leuitæ computantur nomine duodecim tribuum, non numerantur tribus Manasse & Effrain, sed tribus tantum Ioseph &c. 1. Paralip. 139. c. 1. & c. 2. A

De Leuitarum familijs. 1. Paralip. 165. c. 1. c. 1. E. & c. 3. H. & 166. c. 1. A. & c. 2. D

Quando Leuitæ canebant aliquas laudes Dei, dicebantur prophetare. 1. Paralip. 168. c. 2. E

Quidam Leuitæ erant ianitores simpliciter, scilicet illi, qui erant ianitores tabernaculi, alij per accidens, scilicet, ianitores arcæ tempore Dauid. 1. Paralip. 169. c. 3. F

Leuitarum habitus lineus, quo ministrabant, nõ erat sacer, & ideo laici poterant vti illo. 1. Paralip. 174. c. 3. I. Et talis habitus vel vestis linea, dicebatur ephot lineum. 2. Paralip. 32. c. 2. C

Leuitæ, qui semper volebant ministrare coram Domino, habebãt vltra iura decimarum aliquid propter ministrationem quotidianam. Deu. 10. Sicut in ecclesijs cathedralibus redditus diuiduntur in prebendam grossam, & in distributiones quotidianas &c. 1. Paralip. 190. c. 1. C

Leuitæ multis modis computati sunt in vete. testamento, aliquando pro primo genitis popularium. Aliquando ad ministrandum in officijs suis, & aliquando ad cessandum ab officijs. Primo modo cõputati sunt ab vno mense & supra. Nu. 3. secundo interdum à triginta annis, & supra, & interdum à viginti quinq; annis. Tertio modo computabantur a quinquaginta annis & supra. 1. Paralip. 267. c. 3. k. & 4. F

Leuitæ cum essent quinquaginta annorum, cessabãt seruire. Nu. 8. videlicet a portatione onerum, & tunc habebant alias ministrationes leues. s. custodire vasa &c. 1. Paralip. 268. c. 1. E. & 4. A

Leuitę non peccauerunt in adoratione vituli, vel minus quàm cæteri. Et adiuuerunt Moysen ad puniendum delinquentes, & ideo Deus elegit tribũ Leni ad sibi ministrandum. 1. Paralip. 271. c. 4. I

De ordine, quo Leuitæ excubabant in circuitu tabernaculi per quatuor latera eius, ad custodiam illius. 1. Paralip. 275. c. 2. E. c. 3. F

De proprio officio Leuitarum, quod erat portare sanctuarium. 1. Paralip. 275. c. 2. D

Quomodo Leuitæ fuerint oblati Aaron & filijs eius tanquam munus, vt essent subiecti eis ad ministrãdum in omnibus, quæ illis iuberent sacerdotes, & de ordine seruiendi. 1. Paralip. 175. c. k

Leuitarum principes erant duplices, quidam erant principes familiarum, & quidam erant sortium siue partium constitutarum à Dauid. 1. Paralipo. 288. c. 1. D. & c. 2. C

De numero triginta octo milliũ Leuitarũ, elegit Dauid viginti quatuor millia, ad ministeriũ domus Dñi. 1. Paral. 23. quod quidẽ ministeriũ erat quasi extraordinariũ, quia. s. nõ erat vnũ officiũ, sed multa. s. obedire sacerdotibus in oĩbus, quę iuberẽt seruiẽdo eis ad ministeria sua. s. parare animalia ad sacrificandũ. 1. Paralip. 268. c. 4. F. Et sex millia, vt essent iudices & prępositi, nã cuilibet iudici cuiuscunque

cunque loci dabãtur duo Leuitæ tanquam assessores, vt ait Iosephus quarto Antiqui. 268.c.4.K.& 269.c.1.A. Et quatuor milia ianitores, de quorum officijs.c.1.B.& c.2. & quatuor millia psaltes canentes Domino.c.in organis, de quibus. c.3.F

Potest teneri Leuitas non obligari ad seminis suscitationem. Et ita Eleazar, & Ithamar non obligabantur suscitare semen Nadad& Abiud fratrum eorum.1.Paralipo. 278.c.4.F

Leuitæ aliquando ex necessitate & ex dispẽsatione, poterant adiuuare sacerdotes, & solum ad descorianda animalia immolanda, quia scilicet sacerdotes essent pauci,& sacrificia multa,& ex necessitate offerenda, sic fuit tempore Ezechiæ regis Iuda, 2.Paralip. 53.c,2.D

De Leuitarum diuersis ministrationibus,& de diuisione ipsorum in eadem administratione.2.Paral, 74.c.3.F

Leuitarum potissimum officium erat officium cantorum,& isti erant de omnibus tribubus,& familijs Leuitarum. 2.Paralip. 74.col.3.B

De Leuitarum stolis byssinis, de quibus fit mentio. 2.Paralip.5. Et an essent proprie stolæ Leuitarũ, potest dici quod erant cões laicis,& Leuitis, vel melius dicendum q̃ illę erant alterius figuræ, quibus laici poterãt vti, ab illis quibus vtebantur Leuitę, nec stolas istas byssinas instituit Moyses, sed postea institutæ sunt, nec erant sacræ, neq; stolis istis vtebantur omnes Leuitæ, sed solum cantores &c. Et Salomon fecit octuaginta millia istarum. 2.Paralipo. 75.c.4 G.H

Leuitæ cantores erãt in atrio sacerdotum cum canebant.2.Paralip. 76.c.1.D.E

Leuitis non licebat canere tubis argenteis sacris, sed solum sacerdotibus, alijs vero tubis, quę nec erant argenteæ, nec sacræ poterant vti Leuitæ. & laici. 2.Paralipo. 76.col.2.B. C

Leuitæ dati sunt sacerdotibus in donũ a Deo. Nu.3. 8.& 15. Et seruire debebant ad mãdatum sacerdotum.2.Paralip. 104.c.2.C.D

Leuiticus ordo, dimissis sacerdotibns, diuidebatur in Cahathitas, Gersonitas, & Meraritas. Genes, 18.c.3.K

Leuitarum ministratio nõ fuit semper eadem, sicut ministratio sacerdotum, sed in multis mutata est postquàm factum est templum Salomonis. 2.Paralipo. 104.c.2.E

De Leuitarum ministrationibus, quas habebãt tempore tabernaculi Moysi.2.Paral.104.c.2.B.C.D.E

De Leuitarum ministrationibus post templum factum.2.Paraiip. 104.c.4.F

Leuitica tribus diuidebatur in duas partes, s.in sacerdotes,& leuitas,& quia omnes ministrabant, omnibus danda erat sustentatio a populo. Sacerdotibus dedit Deus iura primitiarũ,& votorum,& redemptionum primogenitorum, & oblationum, & sacrificiorum, Leuitis verò dedit decimas omnium fructuum & pecorum. Summo vero sacerdoti dedit decimas in decimis Leuitarum, nu.28. &c. Mat.to.6.206.c.3.1. Et quia Leuitæ specialius ministrabant pro primogenitis Israel, & ideo primogeniti vltra solutionẽ decimarum, post mensem a natiuitate sua redimebantur, & sacerdotes accipiebant quinque siclos argenti. Nu.18. Mat. to.6. 209.c.4.F.G.H

Quòd Leuitæ & sacerdotes nullã haberent sortem in terra promissionis, assignantur causæ. Mat.to.6. 207.c.2.A

Leuiticus liber. Totus Leuiticus liber tractat de ritibus colendi Deum. Gen. 71.c.3.K

Leuiticus liber ideo sic Græcè dr̃, quia de ministerio Leuitarũ sacerdotũ agit. Et Latinè offertori⁹ siue sacrificatorius dicitur, quia in eo agitur de oblationibus,& sacrificijs. Et Hebraicè dicitur Vaijera, hoc est,& vocauit, quia sic incipit liber ille secundum Hebræos: nos autem non habemus coniunctionem antè verbum, sed post. Et dicimus, vocauitque. Gen. 18.c.3.H

Leuiticus liber sic dr̃ Græcè. s.a Leuitis. Latinè verò dr̃ offertori⁹, vel sacerdotalis, vel sacrificatori⁹. & ẽ 3.pars magni libri Moysi, q Græcè dr̃ thorah, vel humas; nos verò Pentatheucũ dicimus. Leui. 1.B

Leuiticus liber tractat de qualitate oblationum & sacrificiorũ,& de dispositione sacerdotũ. Et de habitudine offerentium,& de quibusdã iuribus Leuitarum. 1.B. de prima parte. s. de offerendis sacrificijs, agitur a principio libri vsq; ad c.8. de secunda parte. s. de offerentibus agitur ab 8.cap. vsq; ad 23, tertia pars. s. de temporibus offerendi. in 27.ca. consumatur. 4. quæ de votorũ redemptionibus est, in ipso fine libri concluditur. Leui. 1.b

Leuiticus apud Hebræos dr̃, vaycra el Mosè. i. vocauit Deus Moysen, nam apud Hebræos mos est, libros suos ab exordijs nuncupare. Leui. 1.B

Leuiticus non dr̃ sic a Leuitis, proprie sumpto vocabulo Leuitarũ, sed prout Leuitæ solos sacerdotes significat ex vsu sacræ scripturæ. Leui. 2.a

Omnia Leuitici p̃cepta dicta sunt Moysi in Mb̃te Synai. vt patet. 24.& 27. Leui. 3.c.4.G

Leuiticus liber, quare non fuerit scriptus in tabulis lapideis. Leuiti. 5.c.1.A

In Leuitico recapitulant̃ oẽs ceremoniæ Iudaicæ,& illæ præcipuè, quæ ad sacrificiorum ritus ptinent. Et alibi posita sunt dispersa, vt sic ex omnibus liber vnus fiat, continens omnes Iudaicas cæremonias. Leuiti. 6.c.2.D.E

Omnia Leuitici præcepta incepta sunt dari Moysi mense primo anni secundi ab exitu de Aegypto. Nu.to.1. 6.c.3.G

Leuiticus apud Hebræos dicitur vaieciri. uel meliuaiciri,& est verbum præteriti temporis, quod significat. vocauit. 1.Reg.to.1. 10.c.3.1

Leuiathan. Interpretatur similiter in pace, quod in omnibus dæmonibus conuenit. Mat.to.4. 17.c.1.B

Lex. Proprie dicit̃ ius scriptũ. Gen. 494.c.3.G

In lege vel præcepto potest accidere grauitas ex duobus, primo ex multitudine, quando, s. præcipiuntur multa etiam leuia. Cuiusmodi fuit lex Moysi &c. secundo modo ex re, quæ præcipitur. Et hoc modo præcepta noui testamenti sunt grauia, i. illa, quę Christus declarauit in nouo testamento. vt dę dilectione inimici,&c.& de visione mulierum ad concupiscendum Matt.15. &c. quæ pauca sunt, sed sunt difficilia, nec satis adimplerentur, nisi per abundantiam gratiæ noui testamenti, quę, volentibus eam suscipere, facit omnia facilia. Et sic intelligitur Matth.11. Iugum meum suaue est,&c. id est, per gratiam alleuiantem. super Gen. 128.c.1. C

Legem veneramur omnes, quia regulando nos, relinquit nos liberos. Gen. 233.c.2.D

Leges non sunt, nisi in principatu cõitate politica. Et politicum iustum distinguitur per legale,& naturale &c. Geu. 235.c.1.B

Leges non extenduntur ad præterita, sed ad futura, vt patet, ext. de cõsti. c. cognoscẽtes. Ge. 312.c.2.A

Qui contra legẽ agit, nõ debet per eam iuuari, quia frustra legis aùxilium inuocat, qui cõmittit in legem,

gem,vt patet ext.de immunitate eccleſiarū & cemiteriorum.c.Immunitatē &c. Gen. 317.c.4.K
Legem declarare,eſt quando aliquis caſus,qui videtur comprehendi ſub lege, declaratur nō eſſe ſub lege. Exod.to.1. 182.c.3.I
Lex dupliciter accipitur,vno modo generaliter,pro omni mandato, vel regulatione actuū humanorum cuiuſcunq; conditionis illud ſit. Et iſto modo ius natnrale eſt lex, alio modo pro lege pure poſitiua,&c.ſuper Exo.to.1. 183.c.4.F
Lex ſiue præcepta ſunt ad directionem humanam reſpectu alicuius politiæ,&c.Exo.to.1. 185.c.3.F
Legum,quędam ſunt ſimpliciter bonæ,quędam bonæ tali, vel tali populo.Et legislator non debet dare leges ſimpliciter bonas, ſed leges bonas tali populo exemplo medicorum,&c. Et exemplo educantiū pueros teneros,&c.Exo.to.1. 204.c.2.D
Leges non habent vim legum,donec conſentiente populo promulgentur. Exo.to.1. 205.c.1.C
Qui legem non intelligit, nō poteſt eam obſeruare. Matt.to.5. 79.c.2.E
Lex optime obſeruatur ſm ſuam puritatē ab initio, poſtea verò remiſſius fit,&c.Matt.to.5. 92.c.4.H
Omnis homo eſt alicui legi ſubditus:quia eſt peccabilis. Matt.to.5. 203.c.3.I
Nulla lege tenetur Deus.Mat.to.6. 33.c.1.C
Cum dicitur ꝙ lex præcipit omnem actum virtutis, intelligitur materialiter,prout reducitur ad ſpeciē particularis iuſtitię.Nam formaliter ſolos actus iuſtitię præcipit.Exo.to.1. 177.c.4.G
Leges ſolent dare inęquales punitiones, pro culpis ęqualibus, videlicet illam culpam magis punire, ad quā maior eſt pronitas, vt homines magis exterreantur ab eis.Exo.to.1. 229.c.1.D
Primus qui dedit leges Græcis fuit Foroneus. Exo. tom.1. 234.c.1.D
In alicuius legis obſeruatione, non reſpicitur vtrum bona ſit, vel mala, ſed vtrum his,qui eam condidit, habuerit authoritatem condendi, &c. Exo. tom.2. 2.c.1.C
Lex non habet vim legis, niſi ex conſenſu ſubditorum.Exo.to.2. 3.c.2.D
Inter legem & præceptum quid interſit. Exo.tom.2. 11.c.1.A
Inter legem & mandatum hoc intereſt,ꝙ ſe habent ſicut ſuperius,& inferius, & lex debet dari in ſcriptis, ſed mandatum non oportet ꝙ detur in ſcriptis.Exo.to.2. 11.c.1.A
Numa Pompilius ſecundus rex Romanorum finxit ſe accepiſſe leges a Nimpha Aegeria,& Licurgus ab Apolline.Leuit. 4.c.1.D
Lex antiqua abolitur,cum alia ponitur in eodem genere negotij priori repugnans,ad qđ neceſſarium eſt priorem fore abolitam,&c.Leui. 28.c.1.A
Licèt generale ſit,poſterioribus legibus maiorē eſſe vigorem quàm primis,quando cōtrarię ſunt, ſi tamen non ſint totaliter contrariæ, & lex antiquior declaret magis quàm poſterior, reducēda eſt lex poſterior ad intellectum legis antiquioris,vt patet ff.de legi.l.ſed & poſteriores.Leui. 29.c.1.A
Ad probandum contrarietatem in legibus, non ſufficit leuis probatio, ſed oporteteſſe multa & ſolida argumenta,vt patet.ff.de legi. l.ſed & poſteriores.Leuiti. 29.c.1.B
In legis fraudem agit,quando obſeruans verba legis, agit contra voluntatem legis, vt habetur. ff.de legib. in l. contra legem, & in lege fraus. Leuit. 32.c.4.K.& 112.c.4.F
Lex prior limitatur per poſteriorem,vt patet ff.de legi.l.non eſt nouum.Leuit. 35.c.3.G
Leges humanæ iuſtæ, quando loquuntur de ſatisfactione,quæ in furto eſt, nunquam ponunt ſolam ęqualitatē rei ablatæ reſtituendam, ſed ēt aliquid vltra, & illud vltra erat rōne contrectationis rei alienæ inuito domino.Leui. 44.c.4.F
Legis interdum obtinent firmitatem,ea,quæ a legiſlatore volita ſunt,vt habetur ff.de cōſti. Princ.l.1. Leuiti. 61.c.2.B
In legibus humanis quædam ſunt, in quibus nec ratio redditur,nec vllatenus reddi poteſt, ſicut cum aſſignantur decem anni ad prędcribendū inter prędſentes,&c.& 20.inter abſentes, nam ita potuiſſent poni nouem, vel vndecim inter prędſentes, &c. Sic ēt de vicennaria prędſcri.&c.Leuit. 61.c.2.c.& 102.c.1.E.& c.2.A. 329.c.4.I. Similiter ꝙ dentur decem dies ad appellandum &c. 330.c.2.A
A legibus humanis ad diuinas non fit conueniens cōparatio,quo ad punitionē,vt ꝓbat Leu.84.c.1.B
In legibus humanis lex debet interpretari ſecūdum intentionem legislatoris,cum ille fraudem legi facit, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem,vt habetur. ff. de legi. l. fraus. & in l. prędcedente.Leui. 112.c.4.F
In condendis legibus intētio legislatoris eſt, non ſolum,vt opus fiat,ſed etiam,vt taliter fiat, qualiter virtuoſus facit.Mat.to.5. 149.c.2.E
In condēdis legib. duplex legislatoris voluntas, una eſt quā ꝓ legem exprimit,aut ꝓ legis verba uult intelligi. Altera eſt ad quam per legis obſernationē deducere vult &c.Mat.to.5. 150.c.1.A
Qui leges cōtēnit,cōtēnit legislatorē.Leui. 186.c.3.I.
Illæ leges dicuntur repugnare,quando vna vetat,qđ alia iubet.Leui. 191.c.2.C
Leges & ordinatio politię debent eſſe ſecundū conditionem gentis,cui dantur.Leui. 191.c.2.E
In legib.conſuetudo eſt,ꝙ leges poſterioresinterpretent ꝓ priores,niſi illis repugnēt. Leui. 245.c.3.G
Legis violatio eſt duplex,ſ.materialis,& formalis:primo modo, quando aliquid fit contra verba legis, non tñ contra intentionem.Formaliter verò quādo contra intentionē fit, ut quando aliquis habet priuilegium, ut non ſit ſubiectus legi communi, & utatur illo,dicitur violare legē materialiter &c. Leui. 258.c.1.B
Lex dicit aliquid poſitiuum habeus ortum ex voluntate legislatoris,etiam ſi nulla ratio in hoc ſit, &c. Leuit. 313.c.2.A
Multę ſunt leges, quarū non poſſunt aſſignari rationes,&c.Leuit. 329.c.4.I
Illa lex eſt purè poſitiua,quę nec a ratione dictante illam,eſt : nec tñ contra rationē eſt ; indiget tamen ad ſuam poſitionem actu rationis, ut uideatur ſi aliquo modo contra rationē eſt.Ideo de lege iudicatur ab hoībus antequā fiat,poſtquam verò facta eſt,iudicat homines,&c.Leui. 329.c.4.K
Si aliqua res ſit,quę hēt aliqd, quod ſola ratio dictat, & aliquid,quod ex ſola uoluntate conditoris eſt, dicitur mixta ex naturali & poſitiuo iure, exēpla ſunt,ut prędceptū de obſeruatione ſabbati, & prędcepta iudicialia.Leui. 330.c.1.D
Leges non ponuntur,niſi de his, quę accidunt, imò de his,quę frequēter accidunt,vt patet. ff. de legi. in l.nā ad ea,& prędcipuè ſi Deus ſit legislator, &c. Leuit. 339.c.2.D
Aliquas leges ex his,q̄ hñr Exo.21. & 22.eccleſia ſuſcepit.Et hñr ext.de homic.& de adulte.ſtupro,& de iniuriis,& damno dato,ſed illas non ſuſcepit eccleſia,prout datę erāt in vet.teſta.ſed quia eccleſia voluit ſuſcipere,tanquā de nouo. Inſtituens & tribuens autoritatē ligamenti,&c.Leui. 357.c.2.E

Leges & conſtitutiones non extenduntur ad præterita. extra de cõſti. cap. cognoſcentes Nu.to.1. fol.53.col.1.A. 152.col.1.c.121.col.3.H
Lex aliquando loquitur de re, quæ præſumitur, ſicut de re, quæ vere eſt, vt patet. Deut.22. vbi cum loquitur de puella, quæ cognita eſt in agro, præſumit eam clamaſſe &c. Nu.to.1. 62.col.1.D
Lex non dicitur ſempiterna propterea, quòd requiratur, vt illa omnia tempore maneat, ſed ſatis eſt, quòd dũ mãſerit ipſa materia, de qua datur lex, maneat etiam ipſa lex &c. Nu. to.1. 110. col.4.H 246.col.4.I
Lex non habet vigorem, niſi promulgetur: & tunc incipit habere vigorem, cum promulgata fuerit. Nu.to.1. 215.col.1.E
Non eſt ſemper eadẽ lex in acceſſorio, quæ in principalis, & præcipuè cum oppoſitum legis cauetur. Nu.to.1. 218.col.2.B
Nulla eſt lex, quæ sẽper duret. Nu.to.1. 246.col.4.H
Lex non eſt de finibus, ſed de his, quæ ſunt ad finẽ. Nu.to.1. 246.col.4.K
Leges Romanorum erant inter omnes leges gentilium optimæ, Mat.to.6. 47.col.3.I
Caſus ſpecialis non facit legem, nam ea, quæ ſpecialiter in quibuſdam perſonis facta ſunt, in conſequentiam trahi non debẽt, vt patet extra de electio.cap.cum in multis.Nu.to. 186.col.4.K
In legibus bene ordinatis debet vitari magnus circuitus, magnæ expenſæ. Nu.to.2. 197.col.4.K
Lex & iudex in diſtributione pœnarum intẽdunt vtilitatem publicam, Deut. 95.col.1.A,
Legum potiſſima intentio, in punitione malorum eſt, vt cæteri arceantur, ne talia cõmittant. Deut. 113.col.4.F
Lex iuſta omne malũ vetat, vt patet extra de conſtit.c.nam & concupiſcentiam, ſed hoc nõ tenet vniuerſaliter, quia lex humana iuſtiſſima non vetat omne malum, cum permittat meretrices, nec in hoc contrauenit legi euangelicæ, vt probatur. Deut. 126.col.3.H
Non debet dari alicui politiæ lex ſimpliciter bona &c. Deut. 127.col.31
Nunquam aliqua lex iniqua ſtatuenda eſt, quantũcunque faciat meliorem conditionem ciuitatis. Et ab alijs ſtatuta non debet ſeruari. Ideo lex vel conſuetudo ſecundum quam permittitur, quòd arca communitatis accõmodet ſub vſuris iniuſta eſt & iniqua. Deu. 131.col.B
Lex illa, quæ permittit aliquid contra legem euangelicam, quod ſi non permitteretur, redundaret in deſtructionem politiæ, & maiora mala, non eſt iniqua. Et principes non punientes non peccant, vt patet de meretricio. Et æquitas iſtarum legum habetur per conformitatem ad legem diuinam, & non oportet, quòd iſta cõfotmitas ſemper ſit in eo, quod lex mandat, ſed in eo, quod per illud mandatum inducere intẽdit, ſcilicet abſtrahere homines a peccando in multis grauiſſimis peccatis, &c. Deut. 131.col.2.C
Lex eſt oratio quædam imperatiua vel quaſi imperatiua, quæ quidem oratio aliter manet habitualiter in intellectu principis, & aliter in mẽte ſubditi &c. Deut. 154.col.2.D
Lex erat antiquis temporibus apud Græcos, vt vxores poſſent vendere pro ferro, vel eas inuicẽ commutare. Deut. 170.col.3.G
Lex eſt regula actuum humanorum. Ioſue, tom.1. 20.col.2.E
Legum mutatio debet eſſe rara, Ioſue. tomo 1. 73.col.4.K
Quando aliquam leggẽ profert Deus generaliter, non tollit obligationem ex lege naturæ prouenientem, niſi expreſſe illud prohibeat. Ioſue, tomo 1. 113.col.3.I
Lex violatur tunc, quando non obſeruatur tempore illo, quo ad obſeruationem obligat, Ioſue tomo 2. 7.col.3.H
Leges non habent vigorem, etiam ſi conditæ ſint, donec per promulgationem de eis conſtet. Ioſue to. 2. 10.col.4.A. in Paradox. 104.col.1.A
Lex dicit dictamen rationis drectiuum. Ioſue to.2. 158.col.1.E
Legum vnitas requiritur ad vnitatẽ populi, & vnitas principatus. Ioſue to.2. 165.col.1.B
Lex eſt propter politiam & non è contra. Iudicum. 215.col.4.F.& 223.col.4.I
Cum lex incipit eſſe pernitioſa, vel abroganda eſt, vel ſaltem diſpenſandum in ea. Iud. 223.col.4.I
Lex quæ dictat illegitimos non debere ſuccedere patri, ſemper obſeruata eſt ab antiquo. Iudicum 106.col.3.G
Lex dicitur communis, ſi per eundem legislatorẽ eſſet communis. Iud. 115.col.4.F
Legem interpretatur conſuetudo. Matt. tomo 6. 171.col.1.E
Non debent condi leges difficiles. Matth. tomo 6. 173.col.31.
Lex neminem obligat, niſi eos, quibus datur. Mat. tom.6. 191.col.2.D
Lex poſita non obligat ad bonum, vel ad malum, niſi ſuper quos ponitur, vt patet ad tom.3. ſcimus quoniam quæcunque loquitur, his, qui in lege ſunt loquitur. 1. Reg. tom.1. 60.colum.1.D 1.Reg.tom.2. 4.col.1.E
Legis autoritas maior eſt, quam conſuetudinis, cũ conſuetudo ſuccedat legi, & pro lege accipiatur, quando lex deeſt, cum ipſa ſit legum interpres, vt patet de conſuedine. cap. cum dilectus 1.Reg.tom.1. 139.col.2.C
Numa Pompilius ſecundus Rex Romanorum dedit leges Romanis per artem hydromãtiæ. 1. Regum.tom.2. 160.col.4.I
Quando dicitur, quòd leges obligant in territorijs ſuis, intelligitur de municipalibus, vel quaſi municipalibus; ſecus tamen de legibus generalibus, quæ obligant omnes homines vbicunque fuerint &c. 1. Reg.tom.2. 183.col.4.K
Leges factæ ab homine ſunt propter hominem: leges vero a Deo factæ non ſunt propter hominẽ, ſed magis homo propter illas, &c. 2. Regum 136. col.2.B
Plato tradidit legem, quòd homines per exercitationem fierent ambi dextri. 1. Paralipomenon. 132.col.2.B
In legum frequenti mutatione magnum damnũ eſſe, dicit Ariſt. 2 Politic cap. de politia Hypodamij Eriphontis. 1. Paralip. 18.col.1.E
Legem oportet mutari & ceſſare, mutatis rebus, de quibus eſt lex. 1. Paralipom. 268.col.1.D
Lex alicuius politiæ dicitur ęterna ad iſtum ſenſum, quòd, ſcilicet, durabit tantum, quantum politia durabit &c. 1. Paralipom. 275.col.1.C
Lex non debet mutari, quandocunque iniuſta eſt, etiam ſi reperiatur alia, quæ ſit melior, niſi ſit magnum grauamen. 2. Paralip. 139.col.4.K
Lex proprie eſt præceptum iubens, aut vetans, aut permittens. 2. Paralip. 230.col.4.G
Lex dicit quendam ſtatum totalẽ, i. complementũ ad regulationem omnium actionum ipſorũ ſub ſub lege viuentium, &c. Mat. 1. 161.col.3.G

Index Alphonſi Toſtati.

Leges vnde habeant, quòd vocentur ſanctæ. Matt. to. 1. 161.col.4.H
Vna lex non excludit aliam, niſi ponat prę̃cepta cõ traria, &c. Mat. to. 1. 162.col.1.C
Finis vltimus legis in politia non eſt pax & amicitia, ſed fœlicitas politica, ad quam ordinatur lex &c. ſuper Mat. to. 2. 81.col.2.B
Quędam perſonæ non ſunt dignæ legum obſeruatione, propter vitæ vtilitatẽ. C. de adul. l. quę adulterium &c. Mat. to 2. 162.col 1.B
Legis violator dicitur, qui facit per fraudem, vt patet, ff. de leg. l. contra legem, & in l. fraus. & extra de regu. iuris. lib. 6. in regula certum. Mat. to. 3. 97. colum. 4. I
Licet lex dirigat ad finem, nõ tamen eſt de fine, ſed de eo, quod eſt ad finem. Mat. to. 3. 98. col. 2. D
Si lex aliqua, data ab aliquo legislatore, ſit diſpenſabilis, omnes aliæ ab eodem datæ erunt diſpenſabiles &c. Mat. to. 4. 4.G
Ille committit contra legem, qui verba legis amplexus. contra legis nititur voluntatem. extra de regu. iuris. lib. 6. in regula certum eſt &c. Matt. to. 4. 124. col 4. K
Lex humaua non punit hominem coeuntem cum ſoluta, ſed quare ſic. Mat. to. 5. 109. col. 3. H
Lex humana non punit niſi illa peccata, quibus punitis poteſt ſtare reſpu. Mat. to. 5. 109. col. 3. I
Lex humana eccleſiaſtica punit omne genus adulterij: & æquali pœna. Mat. to. 5. 109. col. 4. I
Circa adoptantes filios ſecũdum legem humanam ponit autor duas concluſiones. Matthæ. to. 6. 47. col. 4. H
Leges fiunt ad ea, quæ ſæpe accidunt, & non ad ea, quæ raro, ff. de legibus. l. nam ad ea. Matt. to. 5. 50. col. 3. K
Non omnis lex iuſtiſſima vetat omne malum, ſi ſit humana. Mat. to. 5. 97. col. 1. E
Inter legem & ſentẽtiam hoc intereſt, quia lex eſt prę̃ceptum, & regula agendorũ in vniuerſali, nõ applicata ad aliquem vnum caſum numero, ſed ad omnia ſimilia negocia extenditur: ſententia verò eſt definitio data in aliquo particulari negocio, &c. Mat. to. 5. 108. col. 1. E
Leges ſemper indigent ſententijs, ſicut vniuerſale indiget applicari particulari &c. Matth. to. 5. 107. colum. 2. A
Legis mandata vere implet, qui implet illa quantũ ad ſubſtantiam operis, etiam ſi ex charitate non agat, vt probatur, Mat. to. 5. 149. colum 4. R
Et tunc licet non mereamur vitam æternam ſic ſeruando, euitamus tamen peccatum omiſſionis & comiſſionis. Mat. to. 5. 150. col. 1. C
Multæ leges, quas Deus dedit Iudæis, fuerunt prius apud gentes, & hoc ſi loquamur de legibus illis, quæ malæ erant, vt de libello repudij, de occiſione inculpati, vel caſualis homicidæ, cum ante vſ bem refugij caperetur, vel de vſuris, de ſuſcitatione ſeminis, &c. Et Deus iſta permiſit præcipue, quia apud gentes habebantur in legem &c. Mat. to 6. 46. col. 2. A
Nulla erat lex apud Romanos de ſuſcitatione ſeminis, neque de pluralitate vxorum. Matth. to. 6. 47. colum. 3. I
Lex ſuſcitationis ſeminis, non eſt apud Chriſtianos propter multa Mat. to 6. 47. col. 2. D
Legis diſpoſitio non habet locum, vbi nõ habet locum fictio, ſicut eſt de filijs adoptionis & arrogatis, nam illi ſunt filij legales, &c. Matth tom. 6. 47. colum. 4 G.
Non poteſt ſciri per corpora cœleſtia quando alia qua lex incipiet vel deſiniet &c. Matth. to. 6. 84. colum 4. G.
Legis prę̃uaricator eſſet, ſi non ſeruaret illam in ſenſu litterali, ſed in ſenſu ſpirituali. Mat. tom. 6. 170. colum. 3. I
Lex debet eſſe honeſta vel poſſibilis, vt ait Iſidorus. 5. Etymolo. & habetur diſtinctio. 4. c. erit autem. Mat. to. 6. 173. col. 2. C
Leges non dedignantur ſacros canones imitari, & ſpecialiter in materia de matrimonio & de vſuris, & vt clerici apud proprios epiſcopos conueniantur, vt colligirur. 2. q. 3. §. hinc colligitur. & extra de noui nunci. ca. intelligimus &c. Matth. to. 7. 48. col. 1. D
Lex humana non poteſt facere licitum quod ſecũdum ſe eſt illicitum, bene tamen lex diuina. Mat. to. 7. 43. col. 3. K
Inter legẽ & policiam quid interſit, inde Opt. poli. 4. col. 1. D
Quomodo Romani receperint leges a Grę̃cis. in de Opti poli. 4. col. 4. I
Nullæ leges humanæ ſunt ſimpliciter bonæ, in de Optima. poli. 4. col. 3. I
Legis humanæ finis eſt bonus ſtatus ciuitatis, qui cõ ſiſtit in quadam pace politica, quæ turbaretur ſi fornicatio ſimplex prohiberetur, vel puniretur &c. Gen. 268. col. 3. I
Lex quædam eſt in regno Caſtellæ, quòd accipiens vxorem ſuam, & aliquem cum ea fornicantem, poſſit vtrumq; occidere, vel ſi poſtea probatum fuerit, tradnntur in poteſtate eius, vt iugulet eos, vel faciat quod voluerit. Gen. 355. col. 2. D
Lex neceſſaria eſt ad perfectionem naturę̃ rationalis. Gen. 127. col. 3. H
Lex humana intendit bonum politiæ tanquam finem, ſcilicet, pacem commnnem. Exo. to. 1. 177. colum. 4. H
A lege humana nullus actus vetatur niſi iniuſtus, vel qui pertinet ad iniuſtitiam particularem, quę̃ eſt commutatiua, & c. Exo. to. 1. 178. col. 1. A. nec tollit omnia mala niſi illa tantum, quę̃ pertinent ad iniuſtitiam. ibidem. 178. col. 3. G
A legibus humanis quare puniantur adulterium, beſtialitas, ſodomia, inceſtus, ſtuprum, raptus. & non fornicatio ſimplex. Exodo to. 1. 178. col. 3. G & 179. col. 1. D
Leges humanæ diſtingunt inter homicidium volũtarium & inuoluntarium. ſimiliter & lex diuina, vt patet Exo. 21. Exo. to. 1. 181. col. 3. H
Lex humana recta intendit bonum ciuile, quod eſt pax publica & amicitia communis. Exo. tomo. 1. 183. col. 3. G
De legibus duodecim tabularum, de quibus in ff. habetur. & 8. diſtin. capitu Moyſes. Exo. tom. 1. 204. col. 1. b
Leges humanę̃ atque canonicæ quare maiorem pę̃nam ſtatuant furantibus de nocte pecora quam de die, qui fures nocturni, dicuntur nocturni depopulatores agrorum; qui propterea non gaudent immunitate eccleſiarum, etiam ſi non ſint publici latrones, vt patet extra de immunitate eccleſiarum in ca. inter alia, vbi duas perſonas excludit. ſ. publicos latrones, & nocturnos de populatores agrorum, & de his habetur. C. quando liceat ſine iudice ſe vindicare. l. prima. Exo. tom. 1. 229. col. 2. B
Leges humanæ & diuinæ aliquando ſunt conformes legi naturali. Aliquando ſuut pure a voluntate inſtituentium, imo videtur repugnantia, & in eis quæratur ratio, ſicut in præfixionibus terminorum

minorum &c. Vel in valoribus rerum, in lege di uina,de boue cornupeta &c.Exo.21.Et de redem ptione hæreditatum, quæ ſanctificantur Domino &c.de qua leui.27.Similiter ponuntur exempla de legibus humanis &c.Exo.to.2.229.col.2.D

Lex humana multa permittit,quia non poteſt corrigere omnem actum malum. Et licet aliquid approbaret, non ſequitur, ꝙ ſine peccato fieri poſſit,ſecus tamen eſt de lege diuina. Nu.tom.2.197. col.2.D

In lege humana multa ſtatuunt principes,quæ ſimpliciter iniuſta ſũt,vt probatur. Deu.131.col.1.D

In legibus humanis multa mala permittuntur,quæ ſecundum diuinam legem valde puniuntur, vt meretricium,&c.Deut. 131.col.1.E

Leges humanæ condebantur conueniente toto populo,& ſenator tunc quærebat alta voce, vtrum placeret illis talis lex.& ex reſponſione totius populi pendebat,vtrũ approbaretur,vel reprobaretur,vt patet Inſtit.de iure naturali.§.lex ex. Deut. 156.col.2.D

In legibus humanis aliquando vtimur epicheia, quia lex aliqua in caſu particulari induceret malum, ſi teneretur ſecundum verba, & hoc quia legislator non cogitauit illos caſus, vt patet. 5. Ethico. Iudi. 15.col.4.R

Multæ leges & cęremoniæ erãt communes Iudæis & paganis.1.Reg to.1. 130.col.3.H

Leges humanæ voluerunt Iudæos totalitur reducere ad obſeruantiam Chriſtianorum: & ideo non permiſerunt eos contrahere ſecundum legem Moyſi, ſed ſecundum conſuetudinem Chriſtianorum,vt patet. C. de Iudęis, & cęli. l. nemo Iudęorum &c.ſed canon mitius ſe habuit cum Iudæis,quam lex ſęcularis: nam permittit eis contrahere in omnibus illis gradibus conſanguinita. & affinita. in quibus lex Moyſi permittebat: ſed non permittit eos repudiare, nec ſimul habere plures vxores.Primum patet de conſanguinitate & affi.cap.de infidelibus. & de diuortijs.cap. gaudemus.1.Reg.to.1. 140.col.1.A

Lex mutari non debet in politia,ſi bona eſt,etiam ſi alia melior inueniatur; immo etiã ſi lex non ſit bona,dum tamen non ſit nimis nociua, non debet mutari,vt probat Ariſt.2.Politi.in ca. de politia.Ipodami:& idem dicẽdum eſt de principibus, 1.Reg.to.1. 192.col.3.F

Lex humana ſolet remittere delictum,quando eſt magna multitudo peccantium,extra de cleri.exco.c.latores.1.Reg.to.2. 104.col.3.F

Leges humanæ ſi dentur vniuerſaliter,ita quòd nõ exprimantur in eis omnes circunſtantiæ obſeruationum ſuarum, tales patiuntur interpretatio nem &c.ſi uero dentur particulariter quantum ad omnes ceremonias & circunſtantias obſeruationis,tales non ſuſpiciunt interpretationem. Si tamen ex obſeruatione ſequatur aliquod magnũ damnum, non obligabitur quis ad illam legem in tali caſu, eoquòd ſimpliciter eſt iniuſta, & illa deſinit eſſe lex.3.Reg. 116.col.3.H

Contra lege nouiter impoſitam grauius puniuntur delinquentes,quàm poſtea.4 Reg. 59 col.2.A

In qualibet lege tria conſiderantur ad hoc quòd perfectum habeat vigorem. primũ vt conditiones legem habeat poteſtatem condendi.ſecundum eſt legis promulgatio. tertium quod per illam iudicetur in omnibus occurrentibus.& hæc tria ponit Matthæus circa legem Cyriſti.Mat.to. 2.189.col.1.C.

Lex debet dari cum magna digeſtione,vt innuitur in. 1. li. ſexti decretalium. ſ. hunc codicem cum magna maturitate digeſtum &c. Matth. tom.2. 3 col.3 H

Lex datur de operibus virtutum. Mat. to. 2.4. columna 1.E

Nulla lex ponitur de nouo, niſi tollendo præcedentem legislationem,& ceſſat lex præcedens per aduenientem.Mat.to.2. 73.col.4.K

Lex dupliciter impletur,vno modo,faciẽdo ea,quę in ea ſcripta ſunt, alio modo implendo ea, quæ per ipſam promiſſa ſunt.Matth. tom. 2. 76.columna 3.K

Legis vigor eſt duplex vnus in obligando ſubditos ad ſui obſeruationem,& inquantum lex comparatur ad ſubditos. Alter eſt deducere ſubditos ad finem, ad quem ordinatur & iſte eſt vigor præcipuus,quia primus ordinatur ad iſtum. Et loquendo de iſto ſecundo uigore legis, lex Moyſi non fuit ſoluta ſed adimpleta, ſed loquendo de primo uigore lex Moyſi iam diu ſoluta eſt, quia ceſſauit, cum iam non obſeruetur, nec licitum ſit ipſam obſeruare,Mat. tom.2 76. colum. 4.K.77. colum.1.A

Nulli legi poteſt competere habere pœnam adiunctam, niſi inquantum lex illa data eſt ab aliquo. Mat.to.2. 139.col.1.A

Lex eſt propter communitatẽ,& non è cõtra.Mat. to.2. 240.col.3.I

Lex mægis obligat quam iuramentum, quia lex tollit iuramentum,etiam ſi ſit poſterior: ut ſi iuraui aliquid,quod nõ erat lege prohibitum, & ſuperueniat lex prohibens, non teneor ſeruare iuramentum: immo non licet illud ſeruare, & iuramentum factum contra legem,ſcienter vel ignoranter,non obligat.Matth.tom. 2. 211. columna 4.G

Lex humana quando reputet aliquem incorrigibilem ſcilicet ſi aliquod grauiſſimum facinus commiſit.uide Matth.to.2.85. colum.4.K. 86. columna 1.A

Lex interdum ſuſtinet aliquod inconueniens.Mat. to.5. 102.col.1.B

Leges ſemper indigent ſententijs,Matth. to.5. 107. col.2.A

Lex differt à ſententia, quia lex eſt præceptum & regula agendorum in vniuerſali &c. Sententia vero eſt definitio iudicis data in aliquo particulari negocio.Matth.to. 102.col.1.E

Lex humana in maleficijs conſiderat intẽtionem, ſed ſolum hoc conſiderat propter factum: nam vbi ſola intentio eſt,quæ non prodit ad extra,nõ habet culpam ſecũdum legem humanam,vt patet.ff.de pœnis l. cogitationis, & de pœnitentia diſtin.1. ca. cogitationis ſcilicet cogitationis nemo pœnam meretur ſed lex diuina magis conſiderat intentionem quam opus.Matth.tom.2. 91. col.2.B

Lex permittens latronem occidi a viatore, & inuaſore; ab eo,qui inuadit eum, iuſta eſt in foro ſuo. vt probatur Matth.tom.2. 92.col.4.I

Lex Iulia de adulterijs conceſſit, quòd pater poſſet occidere filiam & adulterum, quando eos inueniret in adulterio,cuius aſſignatur cauſa Mat.to. 2.95.colum.1. C.Et hoc cum quatuor conditionibus,quæ referuntur.ibidem 95. col.2. A.Et Iſta lex non permittit occiſionem tanquam iuſtam, ſed ſolum propter iram, quæ frenari non poteſt, & iſta cauſa exprimitur. C. de adulterijs.I. Grachus In foro tamen cõſcientiæ peccat talis, cum ex vindicta faciat.ibidem. 95.col.2.B

Secundum leges humanas voluntas & propositum distinguunt maleficia. Matth. to. secundo. 119. col. 1. D

Agere contra legem positiuam, & velle agere est peccatum mortale, & hoc est verum, quando lex positiua cõtinet aliquid, quod naturaliter est debitum determinate, vel indeterminate, ita q̃ lex ipsa positiua importat quoddam iustum, qd etiam si non esset positum in lege, ratio dictaret seruari. Et hoc maxime quando transgressio legis est directè in impedimentum alicuius: quia nulli nocere est de iure naturali. Matth. tom. 2. 139 col. 2. D

Leges, quæ videntur dare laico potestatem remittendi iuramentum, corriguntur etiam de mente iuris ciuilis. ar. in Authentico. vt clerici apud proprios Episcopos. §. si verò ecclesiasticum, colla 6. Mat. to. 2. 208. col. 2. D

Lex humana non potest omnino iustè punire peccata, quia non potest inuenire tot differentias pœnarum in acerbitate, quod sunt differentię peccatorum in magnitudine, & quando hoc posset, non tamen posset scire differentiam grauitatis in peccatis. Mat. to. 2. 236. col 31

De lege Talionis, vide in dictione, Talio.

Leges gentium sequebantur Iudæi circa foralia in multis Mat. to. 2. 161. col. 3 F

Lex humana iubet actus omnium virtutum, non inquantum sunt illarum virtutum, sed inquantũ sunt actus iustitiæ, & ita lex humana non dirigit perfectè ad virtutẽ, quia non dirigit nisi ad actus iustitiæ. Lex autem Dei perfectè dirigis ad virtutem. Mat. to. 3. 19. col. 3. G

Legum humanarum pœnę non obligãtur in foro conscientiæ, scilicet pœnitentiæ, licet ipsę leges obligent in foro conscientiæ, & illæ leges obligant in foro penitentiæ, & non omnes. Matthę. tomo 3. 27. col 4. I

Agens contra legem humanam de moribus humanis dirigendis, primo de vita hominis dirigenda, peccat mortaliter. Mat. to. 3. 87. col. 3. F

Lex non debet mutari, nisi postea inueniatur continere aliquod malum, vel nociuum rei publicę: & etiam non debet lex mutari, quandocunque inueniatur continere aliquod iniustum, nisi illud sit graue: vt dicitur secundo Politico. capitu. 5. & propter hoc, quia lex, quæ aliquando bona est, interdum propter veritatem temporum efficitur iniusta, solent mutari leges per tempora, nec est inconueniens, vt patet extra de consanguinitate, & affinitate, capitulo non debet. Et sic patet de multis legibus trium vltimorum librorum. C. & etiam in primo libro. C. &c Matthę. tomo 3. 88. col. 3 F

Lex posita à legislatore semper obligat, nisi quando obligatio eius esset contra intentionem legislatoris. Mat tom. 3. 89. col. 1. A

Tota lex humana consistit in ceremonijs exterioribus. Mat. tom. 4. 129. col. 4. F

De legibus, aut de moribus disputare non pertinet nisi ad viros peritos. Matthæ. tomo quarto. 121. col. 3. F

Inter legem humanam, & diuinam hoc interest, quia lex humana non punit si tota ciuitas, vel regnum peccauerit, sed regulariter parcitur multitudini, eo quòd lex est propter politiam, & non è contra, lex vero diuina punit etiam si totus mũdus peccauerit contra illam, &c. Matth. tom. 5. 14. col. 2. C

Ille agit contra legem, qui eam amplexus contra legis nititur voluntatem. Matthæ. tomo quarto. 124. col. 4. K

Nemo debet permittere leges corrumpi, aut hæreses introduci, inquantum poterit. Matthæ. tomo quarto. 136. col. 3. K

Omnes leges humanæ a principibus Gentilibus traditæ, si iustæ sunt, a Deo sunt. Matthæ. tom. 4. 135. col. 4. K

Lex humana non intendit punire omne crimen, sed solum illud, quod nocet statui politico, tollẽdo pacem illius: nam lex datur politiæ, & est pro conseruatione eius, & ideo vltra illa non curat, & propter hoc punit adulterium ex parte mulieris, quia perturbat maximè rem publicam &c. Mat. to. 5. 109. col. 3 H

Legum multitudo non debet esse sine causa necessaria, & non occasione perfectionis: & pauciores leges debent dari ab his, qui præsunt toti ecclesiæ, quàm ab his, qui præerant in veteris testamento, ex quo status ille veteris testamenti paucos habebat subditos. Et huius signum est, quia Christus, qui dedit nouam legem pauca instituit mandata & c. Mat. to. 6. 173. col. 3. K

Nulla lex humana, vetat omnia vitia, nec licet legislatori etiam Christiano vetare omnia vitia, vt probatur in Defen. 35. col. 1 bede. col. 2. bede.

Leges politicæ duo solum habent facere, scilicet dirigere quemlibet hominem, vt bene se habeat ad totam societatem politicam, & ad quemlibet talis societatis, scilicet bene faciendo ei. Secundũ est, quòd arceant homines à damnis, & iniurijs inferendis toti communicationi, & societati politicæ, & cuilibet de illa societate, & istud est principale, quia magis obligatur homo, abstinere a malefaciendo alteri, quàm obligatur ad benefacendum. Defen. 35 col. 2. A

Leges contrariæ pro diuersis temporibus sunt bonæ, vt dicitur extra de consanguinitate, & affinitate, capit. non deber. scilicet non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatẽ temporũ statuta quoq; varientur humana. Defen. 17. col. 2. A

Nullæ leges humanæ sunt simpliciter bonæ. De Opti. poli. 4 col 3. I

Lex naturalis Est conceptio naturalis indita homini, qua dirigitur ad operandum in finem vitæ. Matthæ. tomo 5. 83. col. 4. G

In lege naturæ aliquos Philosophos fuisse saluos, dicunt multi, vt Socratem, Platonem, & alios &c. Gen. 11. col. 2 C

In solis hominibus est lex naturalis. Matth. tom. 5. 83. col 4. H

Lex naturalis non est sufficiens dirigere creaturam ratioualem per omnia, cum sint quędam particularia tam variabilia, quòd ex natura non viderentur habere bonum, aut malum. Genesis. 127. colum. 3. I

Omne illud est directè contra legem naturæ, quod in humanis actionibus impedit principale intentum. Mat. 5. 84. col. 1. A

Lex naturalis non ita manifestat dominium Dei supra nos, sicut lex positiua, propter multa. Gen. 128. col 2. A

Tota lex naturæ a Deo est. Mat. to. 5. 94. col. 3. I

Per legẽ naturalem non sufficit homo disponi perfectè, ad perfectionem, quæ est in lege Christi, sed suppletur indispositio per gratiam, quæ datur in lege Christi, & hæc est causa, quare sola lex Christi vetat omnia mala, quia scilicet, in ipsa sola datur gratia. Mat. to. 1. 162. col. 3. G

In le-

In lege naturali ſaluabantur homines in prima ætate Mat to 7. 250.col.1.A
Lex naturalis non eſt niſi quædam determinatio iuſti & debiti, ſecundum rationem practicam, ad agendum vel cauendum. Matt.to.2 138.col.4.K
Lex naturalis eſt innata, & non data vel poſita, nam ideo dicitur naturalis: vt inuitur. ad Ro.2. Matt. to.2. 139 col.1.A
Lex naturalis, prout dicit comprehenſionem omnium præceptorum iuris naturalis, eſt ſicut quędam ſcientia, in qua ſunt quædam principia vniuerſalia & per ſe nota, & alia minus nota, & deinde concluſiones, quæ ſolum habent notitiam ex principijs. Mat.to.3. 123.col.1.B
In lege naturæ nihil promittebatur. Secus tamen in lege vete. & in lege noua. Matthæ.to.3.290.colum.2.D
Inter animalia homines ſoli habent legem naturalem, quæ quidem lex non aliud eſt, quam conceptio quædam homini naturaliter indita, qua dirigitur ad agendum in actionibus proprijs, ſiue competat eis ex natura generis, vt comedere, & gignere, ſiue ex conditione ſpeciei, vt ratiocinari, & ſimilia. Mat.to.5. 83.col.4.H
Ad legem pertinet dilectio dei. Mat.to.5.131.col.3. K.colum.4.F.
Legis præcepta ſine gratia adimpleri poſſunt, quantum ad id, quod directe ſub præcepto cadit, non tamen quantum ad intentionem legislatoris, cũ legislator intendat nos inſtituere in charitate. Matt.to.5. 149.col.3.F
Tota lex dirigit hominem in ſuis operationibus. Mat.to.6. 203.col.1.C
Contra legem naturalem contingit tripliciter contraire. Mat.to.5. 83.col.4.I
Cum dicitur, quòd lex naturalis eſt cõmunis apud omnes gentes intelligitur, accipiendo legem naturalem tertio modo, ſ. pro his, quæ competunt homini, non inquantum homo eſt, ſed inquantũ animal. Accipiendo tamen legem naturalem primo modo, non eſt commune ſic, licet omnes gẽtes debeant obſeruare id, quod eſt de rectitudine dictaminis rationis: quia tamen variomodo æſtimatur de rebus quantũ ad illa, quæ non ſunt naturaliter determinata, contingit circa concluſiones iuris naturalis, non idem ſentire omnes, ſed, quod quibuſdam videtur rectum, alijs videtur non rectum, cuiuſmodi eſt inſeparabilitas in matrimonio. Mat.to.5. 93.col.4.F
Reliqua de lege naturali, vide in dictione Ius nãle.
Lex diuina. Lex ſolum poſita eſt peccatori, & non iuſto, ad Gala.6. ſed in paradiſo non fuiſſent peccatores, ſed iuſti confirmati in gratia Gen. 22.col.2.C
Lex data a Deo occaſio peccati eſt. Gene. 127.columinæ 1.D
Lex Dei omne malum vetat, & omne bonum neceſſarium præcipit. Gen. 127.col.3.F
Quòd lex diuina aliquid mandet, & aliud imperet lex humana, altiſſimus ordo Dei expoſcit, quia ſicut non tenemur ſemper Deo conformari inuolito, ita nec ſemper tenemur conformari in iudicato, ſed ſolum in fine volendi & iudicandi. Gene. 268.col.4.H
Lex neceſſaria eſt ad perfectionem naturæ rationalis Gen. 127.col 3.H
Lex prima poſitiua data a Deo fuit illa de prohibitione ligni vetiti: ſecunda poſt diluuium, de non comedendo carnem cum ſanguine. Gene. 127. colum.4.F
Lex facit, quòd ſit peccatum id, quod non eſſet peccatum, niſi lex eſſet: ſecundo lex concupiſcentiã auget per prohibitionẽ, ſed non propter hoc ceſſat lex. Gen. 127.col.4.G
In lege vel præcepto põt accidere grauitas ex duobus, vel ex multitudine, vt fnit in lege Moyſi &c. vel ex te, quæ præcipitur, vt eſt in lege Chriſti, vt de dilectione inImici, & de viſione mulieris ad concupiſcendum. Gen. 128.col.1.C
Lex diuina poteſt facere aliquod malum bonum & è contra. Mat.to.7. 43 col.3.F
Lex diuina aliquomodo aſſimilatur legi humanæ recte poſitæ. Exo.to.1. 183.col.3.G
Finis legis diuinæ eſt vtilitas omnium partium corporis Chriſti myſtici, vt perueniant ab beatitudinem, & quia ſecũdum altiſſimum Dei iudicium ad fœlicitatem nemo admittitur, niſi cum puritate vitæ: ideo lex diuina omne malum vitat. Genes. 168.col.3.K
Lex diuina non ſolum debuit nobis dare cognitionem de his, quæ nullomodo nos cognoſcebamus, ſed etiam de his, quæ nos cognoſcimus, ſi in illis errare poſſumus. Exo.to.1. 184.col.1.D
Agere contra legem diuinam dupliciter accipitur, Mat.to 7. 296.col.4.I
De diuiſione legis diuinæ, in moralia, iudicialia & cęremonialia, iuxta tres regulas agibilium, Exo. to.1. 184.col.2.D
Sub lege non ſunt, qui ſpiritu Dei aguntur. 19. quęſtio 2.cap. duæ ſunt leges, ideſt illi, qui mouentur a Deo, mandante aliquid fieri, non ligantur lege communi. Exod.to.1.196.col.3.G. Nume.to.2. 141.col.2.C.
Finis legis charitas. Matt.to.5. 150.col.1.B
Lex ſpiritualis facit nobis libertatem, non tamen ab obligatione ciuili vel naturali. Num.to.2.141. colum.2.D
Agere contra legem Dei, dupliciter accipitur, vnomodo nolendo facere quod iubet, aliomodo nõ abſtinendo ab illo, a quo ille abſtinere iubet. Matthæ.to.7. 297.col.3.I
Leges diuinæ non recipiunt interprætationem in omnibus caſibus, bene tamen humana mandata, quæ non debent obſeruari, quando obſeruatio vertitur in magnum damnum ipſius obſeruãtis. 3.Reg. 116.col.3.G
Leges diuinæ, ſi dentur vniuerſaliter, ita vt non exprimantur omnes circunſtantiæ obſeruationis in eis, tunc permittitur nobis interpretati legem Dei, ſcilicet, quòd in qnocunque caſu reperimus ſequi malum, ex obſeruatione, quòd non obſeruemus, quia rationale eſt intelligere, quòd in tali caſu Deus non intellexerit, ſi autem mandatũ Dei ſit particulariter datum, & exprimit omnes circunſtantias obſeruationis, tale obſeruandum eſt ad omnem euentum. 3. Regum. 116.colum.3.K
Deus in principio cuiuslibet legis puniuit grauius peccata quam poſtea. 4. Regum. 59. colum.2.A
In aliquo caſu tenetur quis agere contra legem Dei, ne agat contra conſcientiã, quæ eſt lex Dei ſibi nota. Mat.to.2. 205.col.3.I
Ad legis diuinæ obſeruationem tria conducunt, ſ. imploratio diuini auxilij, conatus liberi arbitrij, & euitatio mali conſortij. Matthęi. tom.3. 122. colum.2.E
Lex præceptiua poſita eſt tam iuſto, quam peccatori, lex vero prohibitiua nõ eſt poſita iuſto, ſed peccatori, & tamen quantum ad obligationem ita

obligatur iustus ad legem prohibitiuam, sicut ad præceptiuam. Mat. to 3. 89 col. 1. D
Legis mandata vere implet, qui implet illa quantũ ad substantiam operis, etiam si ex charitate non agat. Mat. to 5. 149. col. 4. K. & tunc licet non mereamur vitam æternam sic seruando, euitat, tamen peccatum omissionis & commissionis. ibidem. 150. col. 1. C
Stat ꝙ Deus statuat aliquam legem, quam postea reuocet, immo de facto ita fecit &c. Matt to. 5. 85. col. 4. K
Inter legem diuinam & humanam hoc interest, ꝙ lex humana non punit si tota ciuitas vel regnum peccauerit &c. lex verò diuina sic, etiam si totus mundus peccauerit. Mat. to. 5. 14. col. 2. C
Per leges factas à Deo regulatur gens humanum principaliter, & istæ leges sunt principia quædã generalia omnium actionum humanarum; & vocantur leges naturæ, & præter has dedit Deus speciales leges illis populis, ad quos habuit conuersationem: primo Iudæis, & postea Christus in carne assumpta dedit leges vniuerso Orbi, sed istæ fuerunt pauciores, & præter hæc erant multa alia necessaria, secundum quę homines regerentur circa multa particularia, Et ideo in veteri testamento, & nouo reliquit Deus potestatem condendi leges: in nouo testamẽto omnibus prælatis, & dominis temporalibus, iuxta illud: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, idest, in eadem potestate. Sed in veteri testamẽto relicta est hæc potestas senioribus, qui manserunt post Moysem &c. Math. to 6. 173. col. 2. D col. 3. F
Lex diuina magis intendit prohibere hominem à peccato, vt perficiantur homines in vita æterna, quam consentiendo peccato, deducere homines ad temporariam perfectionem. De Opti. pol. 5. colum. 4. I
Quod Deus in veteri testamento dederit leges particulares circa foranea, & cęremonialia, & non in nouo testamẽto, vna de potissimis causis fuit, quia in veteri testamento, dabatur lex vni soli gẽti, quæ parua erat: & quæ eisdem moribus vtebatur, ideo sicut vnigeniti conueniunt eædem leges forales propter similitudinem conuersationis incolarum, ita & populo iudæorum conueniebant eædem leges iudiciales, & idem ritus cærimoniarum, lex autem Christi data fuit toti mũdo. Mat. 28. & Marci. 16. in quo sunt diuersi modi gentium &c. ideo non dedit eis leges &c. Math. to. 5. 59. col. 4. G

Lex vetus: vel lex Moysi.

Lex Moysi data est in deserto Exo. 19. sed eius obseruatio generalis cæpit post mortẽ Moysi, quia Hebręi fuerunt in pace in Terra promissionis, eiectis inde hostibus, quod fuit iuxta finem vitæ Iosue, idest post quam locauerunt tabernaculũ Domini in Silo. Iosue. 18. Gen. 70 col. 1. A
In lege vete. erant multi deffectus: quia data est populo imperfecto. Mat. to. 5. 92 col 3. I
Lex Moysi data fuit & confirmata anno primo ab exitu de Aegypto. mẽse tertio, vt colligitur Exo. 19. & 24. quę lex data debuit confirmari in sanguine sacrificiorum, sed nondum erant Aaron, & filij eius consecrati in sacerdotes secundum ritum legis, nec alij, quia ritus paternę consecrationis fuit in anno secũdo ab exitu de Aegypto, mense secundo, vt colligitur. Exo. 4c. & Leuiti. 8. & 9. facta sunt ergo illa sacrificia per alios, qui prius habebant consuetudinẽ ministrandi. Gen. 70. col. 4. I. & 254 col. 1. A. & data est sexta die mẽsis tertij &c. Exo. to. 2. 130. col. 1. E
Quare Deo in datione legis locutus sit de caligine. Mat. to. 4. 221. col. 4. F
Lex tripliciter accipitur, vnomodo pro testamento, secundomodo pro libris Moysi. tertiomodo strictissime pro ipsa lege, quæ totaliter data est a Moyse, quæ vocatur lex noua, quæ dicitur Deute. Mat. to. 6. 130. col. 3. G
Lex Moysi non prohibebat omnia mala, quæ prohibentur in lege euangelica: quia in lege Moysi non erant aliqua, in quibus homo se exercẽs, gratiam reciperet, sicut in lege euangelica, in qua sunt sacramenta. in quibus ex natura sacramenti datur gratia se exercitanti. Gen. 168. col. 4. F
In lege Moysi permittebatur repudium & vsura ad alienos, vt patet Deut. 24. quia illi quibus illa lex data est erant imperfecti. Gen. 168. col. 4. G
Aliquæ de legibus Moysi obseruabantur ante legẽ Moysi. Gen. 354. col. 1. E
Lex Moysi continet quinque libros, alij autem libri licet vocentur lex, quia continent documenta moralia & pręceptiua, non tamen vocantur lex Moysi, quia non scripsit illos Moyses. Gene. 9. colum. 1. D
Legis Moysi ablationem & euacuationem significat mors Saulis. Gen. 20. col. 3. G
Lex Moysi nos instruit in credendis amandis & sperandis, & generaliter in omni agibili. Gene. 28. col. 4. H
Legis datio fuit maximum, quod factum est in vete. testa. cum per illam veniretur Israel Deo, in populum peculiarem. Exod. to. 1. 14. colum. 3. K. colum. 4. F
Totam legem Moysi ad literam seruauit Christus vsque ad passionem, sicut obseruabant alij Iudęi. Exo. to. 1. 81. col. 1. C
Lex data est tertio die postquam fixa sunt castra in monte Sinai. Exod. to. 1. 160. col. 4. I
In lege Moysi erant quędam, quę partim in Deũ, & partim in proximum ordinabantur, & alia, quę totaliter in Deum, & alia totaliter in proximum ad primum pertinebant pręcepta decalogi, ad secũdum cęremonię. ad tertium pręcepta iudicialia Exo. to. 1. 147. col. 3. H
Lex Moysi non prohibebat omnia vitia. Exo. to. 1. 178. col 4 K
Quod lex vetus prohibuerit manum & animum probatur. Exo. to. 1. 182. col. 1. C
Lex vetus, quia data est ad faciendos homines amicos Dei: oportuit vt haberet pręcepta moralia ad faciendos homines bonos, quod pręsuppone batur ad amicitiam Dei. Exo. to. 1. 183. col. 4. E
Lex vetus occidebat non ex se, sed ex occasione, vt ait Augustinus in li. de Spiritu & litera Exo. to. 1. 184. col. 3. H
Lex vetus quare permiserit aliqua mala & nõ lex noua. Exo. to. 1. 204. col. 3. G
Cum lex illa, de qua Exo. 21. scilicet, si rixati fuerint viri &c. canonizetur ab Ecclesia, vt patet extra de iniurijs & damno dato. c. 1. quare non ponatur illa particula, si surrexerit & ambulauerit foras. Exo. to. 1. 217. col. 2. E
Legem illam, de qua Exo. 21. si quis per industriam occiderit proximum &c. quomodo sit canoniza ta ab Ecclesia, extra de homicidio ca. 1. Exo. to. 1. 217 col. 3. G
Lex Mosaica talionis, de qua Exo. 21. Oculum pro oculo &c. non debet intelligi, quòd mandauerit Deus fieri talionem, sed quòd ista deberẽt redigi

digi ad estimationem. Exod. to. 1. 221. col. 2. A
Lex Mosaica solum duo genera pœnarum inferebat, scilicet mortem, & flagellationē & in flagellatione non excedebatur numerus quadraginta flagellationum, vt patet Deuter. 25. Cęteræ autem pœnæ erant pecuniarię, &c. Exo. to. 1. 221. colum. 1. D
Lex talionis an aliter deberet adimpleri, vel ad æstimationem pecuniæ, vtrunque potest defendi absque præiudicio. Exo. to. primo. 221. colum. 3. F
In legibus iudicialibus, quæ ponuntur. Exo. 21. talis est ordo, ꝙ primo ponuntur leges magis pœnales, deinde minus, vsque ad fine. Exod. tomo. 1. 223. col. 2. D
Lex de animali cadenti in cisternam, de qua Exod. 21. reperitur canonizata ab Ecclesia extra de iniurijs & damno dato. c. 2. Exo. tom. 1. 226. col. 3. K col. 4. F
Doctrina legis vete. ad tria ordinabatur, primo ad cognitionē Christi promissi. secundo ad salutis consecutionem, per impletionem mandatorū. tertio ad cultum vnius Dei obseruandum. Mat. tom. 6. 188. col. 3. K
Lex vetus & noua sunt dissimiles in multis. Math. tom. 6. 189. col. 4. F
Legi Moysi habet lex Christi duo opposita. Math. tom. 6. 192. col. 3. G
Lex de vsuris apud Iudæos non fuit dispensatio: sed arctatio. Mat. to. 7. 45. col. 1. E
In legem Moysi non vetuit Deus omnia mala neq; permisit omnia bona, propter duo. Matth. to. 7. 45. col. 4. H
Illa lex, de qua Exo. 21. si bos alienus bouē alterius vulnerauerit, &c. non tenebat vniuersaliter, nisi quando bos mortuus & viuens essent æqualis valoris, dum vterque viueret &c. & ponuntur quatuor regulæ ad faciendum tectam diuisionem. Eod. tom. 1. 227. col. 1. C
Lex illa, de qua Exo. 21. Reddet bouē ꝓ boue &c. canonizata est ab Ecclesia, extra de iniurijs, & damno dato, capitu. tertio. Exod. to. 1. 228. colum. 1. B
Illa lex, de qua Exod. 22. Si effringens fur &c. canonizata est ab Ecclesia, extra de homicidio voluntario, vel casuali, & est tertia in ordine, & leges humanæ hoc idem sanciunt, vt patet. ff. ad legem Aquiliam, in l. itaque. §. penultimo. & ff. ad legem Corneliam, de Sicariis in l. furem. Exod. tom. 1. 230. col. 1. B
Lex vete. testam. de defloratione virginum obligauit in duobus temporibus, scilicet tempore vete. testamen. & tempore noui postquam Ecclesia illam valere decreuit. Exod. tom. primo. 236. colum. 2. C
In lege vete. quædam erant ex permissione, & quędam ex mandato: sed in quibus peccent illa nūc obseruando, & in quibus non. Matth. tomo 5. 102 col. 3. G
Lex de stuprationibus, non tenet vniuersaliter in omnibus personis in nouo testamento, sicut non tenebat in veteri Exo. to. 1. 237 col. 2. B
Gentilis agens contra legem Hebræorum, dato ēt quòd crederet Deum Hebræorum esse Deum verum, non peccat, & assignatur similitudo, secus tamen est de lege Euangelica, quæ omnes obligat, quia Christus voleit omnes ad eam obligari, Matth. 28. euntes per vniuersum mundū, &c. Exod to. 2. 101. col. 3. K
Lex data est die sexta mēsis tertij ab ęxitu de Aegypto in monte Sinai, & ipsa die stetit Moyses cū Deo in monte recipiens præcepta, quæ habentur Exo. 20. in fi. & 21. 22. & 23. & descēdit eadem die ad vesperum, & narrauit illa toti populo, quo consentiente, die sequenti, scilicet septima mensis tertij factis sacrificijs, & confirmato fœdere legis ascendit montem Sinai ad Deum, vbi stetit quadraginta dies: computādo ipsam diem septimam vsque ad diem decimam septimam mensis quarti, quo datæ fuerunt tabulæ Moysi, in quo ēt descendit Moyses de monte, & fregit illas. Exod. tom. 2. 130 col. 1. E
Lex Moysi si in præcipiendo bonum circa aliqua, excedit legem Christi. Mat. to. 7. 46. col. 4. F
Lex vetus continebat in se legem nouam velatam sub cortice literæ. Exo. to. 2. 184. col. 2. D
In omnibus legibus veteris testamenti, quæ connunt aliquam oblationem, & leges ęremonias, obligabatur conuersi sicut natura Iudæi, vt patet Leui. 24. in solis autem legibus, quæ concernebant aliquas dignitates, aduenæ non erant ęquales cum Iudæis ex natiuitate, vt patet Deut. 23. de Amonitis & Moabitis Leui. 176. col. 2. B
Legis veteris obligatio licet cessauerit in Christo, non tamen cessauit in Christi natiuitate, sed vel in morte eius, vel post Euangelij publicationem. Leui. 113. col. 3. F
Lex talionis non est simpliciter iusta, licet Pythagorici dicerent, quòd sic, vt refert Phylosophus. 5. Ethi. & probatur. Leui. 248 col. 1. D
Tota lex Mosaica fere data est monte Sinai. Leuit. 323 col. 1. C
Lex vetus permittens vsuram, libellum repudij, & purgationem zelotypiæ, faciebat ista licita, quæ alias essent mala, & peccatum, nec ideo isti sic facientes merebantur, non tamen peccabant, nec valet argumentum de legibus humanis permittentibus fornicationem simplicem, & quædam alia, quæ illicita sunt, quia leges humanæ rectæ ista non approbant, licet ea non puniunt: & dato, quòd permittant, non tamen sequitur quòd non sint peccatum. tomo primo. 66. columna 3. K
Iudæi non peccant mortaliter nunc, obseruando ea, quæ ex præcepto habebant facere alias, si sunt talia, quæ vbique faceret liceret: sicut abstinere a cibis discernendo eos, & obseruare sabbatum, & cœteras festiuitates, peccarent tamen mortaliter solum, quatenus ob amorem istorū, nolunt venire ad legem Christi: & hoc est verum nisi aliqua ex illis præceptis, inuenirentur expresse prohibita a Christo, vel ab Ecclesia: quia tunc peccarent obseruando illa. Matth. to. 5. 102. colum. 3. I
Lex Mosaica per obseruationem suam non inducebat directe aliquam vtilitatem, & tamen per violationem inducebat mortem. Nu. to. 1. 223. colum. 2. B
Lex vetus aliquando vocatur lex mortis, aliquando lex carnis, aliquando lex peccati, ad Ro. 7. Nu. to. 1. 223. col. 2. B
Lex vetus obseruata sub conditione sua, etiam sine merito deuotionis tollebat aduersitates pœnales, differens eas ad aliud tempus & dabat homini magnitudinem vitæ in tranquillitate, de hoc Leuit. 18. & ad Ro. 10. & Exo. 23. Num. to. 1. 223. col. 2. E
Lex vetus cessauit, quando cessauit status iudaicus, sin destructione Ierusalem per Romanos, nec obest, ꝙ lex vetus dicatur lex sempiterna multo ties

ties in ſacris literis, quia intelligitur, ꝙ eſſet dura tura quantum ſtatus iudaicus duraret. Nu. to. 1. 246. col. 4. H

Qui legem veterem cæremonialem ex contemptu omitteret adimplere, mundificando ſe ab immũditia corporali, ſi poſtea pẽniteret, poterat introire ſanctuarium, ſimiliter & exiſtens in peccato mortali, & tamen ſi ſolum corporaliter eſſet immundus, nõ poterat introire ſanctuarium, alioquin moreretur, quod videtur mirabile. Nume. to. 1. 270. col. 2. C

Inter legem veterem & nouam, hoc intereſt, quòd in lege veteri expreſſe promittuntur bona temporalia, & ſubticentur æterna, & in lege noua fit econtra, & aliquando in lege vete. promittũtur æterna, & in lege noua temporalia, ſed raro, ſcilicet Matth. 19. vbi dicitur, ꝙ qui aliquid propter Chriſtum in hoc mundo relinquit cẽtuplum recepturus eſſet in hoc mundo. Deuteronom. 9[illegible]. colum. 1. D

In lege veteri non fuerunt omnia mala prohibita, quia non erant in ea aliqua, in quibus homo ſe exercitans gratiam reciperet, ſicut ſunt ſacramẽta in lege noua, nec tantum Deus viſitabat corda hominum ſicut nunc viſitat, & poteſt concedi quod lex vetus fuerit iuſtiſſima, non abſolute, ſed reſpectiue, ſcilicet, reſpectu illius gentis, cui data erat. Deut. 126. col. 4. G

Inter legem veterem & euangelicam aſſignatur diſcrimen penes permiſſionem mali, & non permiſſionem. Deu. 126. col. 3. H. & col. 4. F

Lex vetus ex operibus ipſius nihil aliud erat, quam quædam diſpoſitio ad perfectiorem ſtatum vt. ſ. homines aſſuefierent in hac, ad poſtea recipiendum legem nouam, quæ non dirigit in aliquam aliam tanquam in ſtatu, perfectiorem, ſed immediate in vitam æternam. Deut. 127. col. 3. F

Lex vetus ſequitur conditionem legum humanarum in permittendo aliqua mala. Deutero. 127. col. 3. G

In lege Moyſi ſunt plura quam ſexcenta præcepta, ergo plures quã ſexcentę leges. Deu. 154. col. 3. D. erant ſexcenta tredecim præcepta. Ruth. 241. colum. 2. E

Omnes leges, quæ continentur in toto Exodo, & toto Leuitico vſque ad 27. cap. lib. Num. excluſiue de filiabus Salphaad, fuerunt datæ in monte Sinai, & omnes leges, quæ habentur a 27. cap. lib. Num. incluſiue, & in toto Deuteronom. datę fuerunt in valle contra Phanum Phegor. Deut. 54. col. 4. K. & 55. col. 1. A

Lex vetus finitur, in capite vigeſimo octauo libri, Deuter. 157. col. 1. D

Eccleſia nõ vetat Iudæis vti cæremonijs legis Moyſi, quamdiu nolunt redire ad legem Chriſti. Mat. to. 5. 102. col. 3. K

Inter legem Moyſi & legem Chriſti quid interſit vide. Matth. to. 5. 130. col. 1. A

Lex Moyſi non eſt neceſſaria ad habendum vitam æternam. Matth. to. 5. 129. col. 4. I

Quomodo lex Moyſi donabat vitam ęternam ſuis cultoribus. Matth. to. 5. 130. col. 1. E. col 2. A

In quo differant opera legis à ſacramentis. Matth. to. 5. 130. col. 2. A

Impletio legis Moyſi pertinebat ad Meſſiam. Matt. to. 5. 233. col. 2. B

Lex Moyſi, de ſuſpenſione & mãſione cadauerum in patibulo vſque ad veſperam: data fuit Iudæis tam pro ipſiſmet, ſi ſuſpẽſi eſſent, quam pro alijs non Iudæis, ſi a Iudæis eſſent ſuſpenſi, vt patet Deuter. 31. Ioſue. to. 1. 151. col. 4. I

In legis Moyſi confirmatione, non oblatum fuit ſacrificium pro peccato. Ioſue. to. 1. 154. col. 1. A

Lex Moyſi cum ſemel confirmata fuit in monte Sinai, quare fuerit poſtea confirmata in monte Hebal. Ioſue. 8. Ioſue to. 1. 153. col. 3. G

Tres erant ſpecies præceptorum vete. legis. Matth. to 6. 126. col. 3. I

Lex Moyſi cœpit obligare quo ad cæremonialia à tempore illo, quo quieuit terra Chanaan à prælijs, vt dicitur Ioſue 11. & ſpecialiter a tempore, quo totus populus congregatus tulit tabernaculum in Silo, & fixit ibi. Ioſue to. ſecundo. 52. colum. 2. A

Lex Moyſi contra homicidas à caſu erat nimis grauis ex duobus. Ioſue tomo ſecundo. 136. colum. 4. G

Lex de ſuſcitando ſemine, & lex permittens libellum repudij, & lex permittens vſuras, fuerunt prius apud gentes, quam apud Hebræos, Ruth. 239. col. 4. H

Duplex lex data eſt Iudæis a Deo. Matthæi. tom. 6. 129. col. 3. H

Leges vet. teſta. non complebant aliqua, legislationem Ruth. 272. col. 3. G

In veteri teſtamento, non dabatur lex hominibus ad hoc, quòd gignerent. Matthæi tomo. 6. 59. colum. 3. F.

Ex lege Moyſi nihil nunc obligat, niſi id, quod etiã ſi non poneretur obligaret, vt ſunt præcepta decalogi. 1. Reg. to. 1. 131. col. 4. F

Lex Moyſi erat lex timoris. 1. Regum. tomo 1. 198. colum. 4. G

In legibus iudicialibus ſiue foralibus Hebræorum nunquam imponebatur aliqua pœna, quæ pertineret ad ſacrificia, ſed omnes pertinebant ad intereſſe partis vel ad ius publicum. 1. Regum. to. 1. 193. col. 4. H

Lex Moyſi non fuit municipalis, ſed ſpecialis, nec opponuntur generale & municipale, ſed generale & ſpeciale. 1. Regum. tomo 2. 183. colu. 4. K. 184. col. 1. C

Lex Moyſi non excedit totaliter legem municipalem, ſed in aliquo exceditur. ab illa & c. 1. Regũ. to. 2. 184. col. 1. D

Lex vetus poteſt vocari perpetua multis modis. 1. Paralipom. 164. col. 2. G

A datione legis veteris vſque ad Chriſti natiuitatem, fuerunt anni mille quingenti quadraginta quinque. primo Paralipomenon. 164. colum. 2. E

Lex vetus ceſſauit in morte Chriſti, & per conſequens non obligabant tunc cæremonialia. 2. Paralipom. 47. col. 1. A

Quando lex data fuit, vix completi ſunt tunc dies quinquaginta ab exitu de Aegypto, quia fuerũt quadraginta octo dies, computando ipſum diem exitus de Aegypto, & diem dationis legis, quæ fuit tertia dies menſis tertij, & tunc data eſt lex die. 50. ab exitu de Aegypto, excludendo diem exitus, vel diem dationis legis. 2. Paralipom. 69. colum. 1. A

Lex vetus erat vere onus, quia magis erat oneroſa & obligatiua quã vtilis. ſecundo Paralipom. 24. col. 3. I

Vtilitas legis veteris erat domare per quandam ſubiectionem colla indomitorum virorum, vt ſic aſſuefierent ad legem perfecte libertatis, quando poſtea daretur. ſecundo Paralipomenon. 24. col. 3. K

De legibus,quas poſuerũt Philiſthini ſuper Iudęos. 2.Paralipo. 232.col.1.E
Lex Moyſi ordinabatur ad legem Chriſti, & ipſam procedit tanquam imperfectum perfectũ. Matt. to.1. 160.col.4.K. & 161.col.1.A
Lex Moyſi non eſt data, vt ſemper maneret,ſed ſolum vt diſponeret Iudæos ad legem Chriſti, ſicut imperfectum diſponit ad perfectum. Matth. to.1. 161.col.2.E
Per legis Moyſi exercitationem nouit Deus dare gratiam, quia non decuit gratiam præcedere Chriſtum.Ioann.1.Lex per Moyſem data eſt,gratia verò & veritas &c.Matth.tomo primo. 162. col.3.K
Lex Moyſi non prohibuit omnia mala, ſed aliqua permiſit,lex vero Chriſti omnia mala prohibuit. Matth. 162.col.3.K
Inter legem Moyſi & legem Chriſti aſſignantur diſcrimina quo ad perfectionem.Matth. to.1. 165.col.3.I.col.4.F
Lex Moyſi non debuit excludi niſi introducta lege Chriſti, ne daretur tempus medium, in quo neutra earum teneretur & obſeruaretur.Matt. to.1. 183.col.1.E
Legem Moyſi quare non inchoauerit Deus a beatitudinibus,ſicut nouam.Matth.2.tom.1. 70. colum.2.A
Chriſtus quomodo non venit ſoluere legem, ſed adimplere.Mat.to.2. 73.col.4.K.74.col.1.A
Legem Moyſi non venit Chriſtus deſtruere.Matth. to.2. 73.col.4.K
Lex vetus accipitur tripliciter, vnomodo pro toto contextu veteris teſtam. Aliomodo pro ſola lege Moyſi.Tertiomodo pro libro Deuteron. qui vocatur ſecunda lex, & propriè dicitur lex Moyſi.Matth.to.2. 74.colum.4.G
Aliquas leges iudiciales veteris teſta.ſeruamus nũc, vt habetur de iniuri. & damno dato, & extrà, de furtis,& extrà,de adulterijs,quæ habentur Exod. 21. & 22.non tamen obſeruamus illas tanquam datas Iudæis. Nam iam omnia illa ceſſauerunt, ſed tanquam de nouo inſtitutas ab Eccleſia,quaſi vtiles noſtræ politiæ. Mat.tom.2.75.colum.3.H. 78.col.1.B. 79.col.4.F
Ad adimplendum legem, quomodo Chriſtus dicatur veniſſe.Matth.to.2. 76.col.4 K
Lex Moyſi non fuit ſoluta quantum ad promiſſa, ſed quantum ad obſeruationem &c.Matth. to.2. 77.colum.2.A
Lex Moyſi non fuit proprie ſoluta per Apoſtolos & Eccleſiam,ſed ſolum per Chriſtum.Matt.to.2. 78.col.1.D.col.2.A
Lex Moyſi per ſeipſam ſoluta eſt & ceſſauit.Matth. to.2. 78.col.2.G
Lex diuina intendit homines Dei amicns cõſtituere.Exo.to.1. 183.col.3.I
Legem Moyſi ſoluerunt Apoſtoli & tota Eccleſia in concilio congregati.Actu.5.Matthæum.to.2. 78.col.4.H
De ſolutione legis Moyſi ponitur epilogus.Matth. to.2. 78.col.4.I
In ſolutione legis Moyſi Chriſtus fecit tanquam legislator,& Eccleſia tanquam iudex, Paulus vero tanquam oſtendens ſeipſum iudicem.Matt.to.2. 79.colum.1.B.
Conueniens fuit legem Moyſi ceſſare propter multa.primo, propter ſuam imperfectionem.ſecundo quia mala quædam continebat.tertio quia ex ſeipſa importabat, quòd aliquando eſſet ceſſatura. quarto quia ſi lex Moyſi ſeruaretur implicaret in ſe quandam repugnantiã.quinto quia nunquam debet quis ſe implicare rebus inutilibus. Tempore tamen ſuo conueniens fuit illam ſeruari.primo propter ſignificationem.ſecũdo quia Iudæi implicari ſe debebãt aliquibus ritibus cultus diuini.Matth to.2. 79.col.1.D.col.2.A
In lege Moyſi erant triplicita præcepta. ſ.moralia, iudicialia,& cæremonialia,moralia tamen nunquam,ceſſauerunt in lege Chriſti.Matth.tom.2. 79.col.4.F. Matto.6. 126.col.3.I
Lex Moyſi erat imperfecta & tanquam pedagogus regens paruulos per timorem, lex vero Chriſti comparatur viris plenæ ætatis.Matth.tom.2. 79. colum.1.E
Circa adimplerionem legis & prophetarũ per Chriſtum,recitatur opinio Nicolai,qui quamuis bene dicat,nihil tamẽ ad ptopoſitum literæ,nec ad intentionem Chriſti.Mat.5.Sed dicendum,ꝙ Chriſtũ adimplere legem poteſt capi dupliciter vnomodo ſic, vt.ſ. faceret quod per eã iubetur, aliomodo exhibendo quod in ea promittitur, & ſecundum hoc ſoluere legem eſt illam deſtruere,& illud.Mat.5.ſ.non veni ſoluere &c. intelligitur.i. euacuare quo ad promiſſa in lege,quod eſt præcipuum in lege illa.ſ.adimplere, cum ipſe fuerit totum bonum, quod in illa promittebatur, impleuit legem veniendo, prædicãdo & patiendo &c. Accipiendo tamen legem, quantum ad id,quod iubet impletur lex cum ei obeditur, & ſoluitur quando contra eam aliquid fit, & hoc modo nõ dixit Chriſtus,quòd venit ad adimplendum legẽ, licet eã Chriſtus ſic aliqualiter adimpleuerit ad literam ſicut Iudæi &c.Mat.to.2. 80.col.3.H
Lex quandoque cogitationes panit.Exo.to.1. 177. colum.4.F
Illud dictum quòd lex Moyſi prohibebat manũ nõ animum,lex vero Chriſti vtrunque,Auguſtinus tripliciter exponit, vnomodo ꝙ lex Moyſi prohibebat manum generaliter, animam tamen nõ cohibebat niſi in moralibus, ſed non in cęremonialibus. Secũdomodo quòd illud dictum intelligitur de generali prohibitione. Et quia in Euangelio prohibetur generaliter omnis concupiſcẽtia rei illicitæ, in lege vero Moyſi ſolum concupiſcentia vxoris alienæ & rei poſſeſſæ, ſed nõ cõcupiſcentia aliarum rerum.Tertiomodo ꝙ hoc ſit dictum ſecundum prauũ intellectum Iudæorum &c.ſicut dicebant ꝙ odio habẽdus eſſet inimicus & amicus diligendus,& hoc nunquã Deus præcepit Iudæis,ſed potius vetuit. Et iſta expoſitio videtur melior, qua duæ præcedentes licet illæ poſſint defendi. Matth.tomo.2. 137.col.4.K. 138.colu.1 A. Sanctus Thomas exponit aliter.3. Senten.diſt.40.artic.2.diſtin. quòd lex vetus prohibebat manum & animum generaliter, & tamẽ ſolam manum cohibebat,& comprimebat.Lex autem Chriſti manum, & animum cohibet,& prohibet. Prohibere eſt vetare,vel diſſuadere cũ autoritate. Cohibere eſt pęnam apponere pro tranſgreſſione mandati, ibidem,138.colum.2.A. Aliter poteſt exponi ſic, quòd lex vetus proprie ſumpta nec prohibebat,nec cohibebat animum, ſed ſolam manum,lex vero Chriſti,& manum,& animum,ſimul & prohibet,& cohibet. Nam lex Moyſi proprie ſumpta includit ſolum præcepta cæremonialia,& iudicialia:in quibus ſola manus prohibebatur, & nõ animus ſine actu exteriore. Lex autem Chriſti proprie dicta cohibet manum & animum.Matthæi. tomo ſecundo. 138. colum.2.D

Chri-

Christus in aliquibus seruabat veterem legem,& in aliquibus non.Matth.to.3. 136 col.3.G
Lex Moysi non vetabat Iudæorum mãducare cum aliquo homine nisi ille esset Gentilis. Exo 34.vel cum immundo tali immunditia,quòd non liceret ad eum accedere &c.Nu.5.Matth.to.3. 194. colum.2.D
Nunquam Christus prædicauit aliquid pertinẽs ad legẽ Moysi, nec Apostoli eius,licet ipsam obseruauerint.Matth.to.3. 236.col.4.H
Quid inter sit inter legem veterem,& nouam.Mat. to.3. 290.col.1.E.& col.2.A
In lege Moysi non promittebantur bona tempora lia tanquam præmium,sed tanquam quædam incitatiua ad obseruandum eam &c.Mat.to.3.291. colum.1.A
De legis Moysi,& de legis Christi difficultate. Mat. to.3. 291.col.1.E.& col.2.A
Lex vetus obseruata, quantum ad virtutem obseruantium eam, erat absolute difficilior, & onerosior,quam lex noua propter duo &c.Matth.to.3. 291.col.2.D
In lege Moysi dicebantur aduenæ ipsi Gentiles, qui sponte recipiebant Circuncisionem &c. Et omnes posteri eorum tenebantur ad illam obseruationem.Mat.to.7. 250.col.1.E
Ad legem Moysi non tenebantur Gentiles.Matth. to.7. 264.col.2.C
De lege vete. quo ad sacrificia de animalibus.Matt. to.7. 286.col.1.B
Rerum,quæ in lege Moysi erant,quædam erant ex permissione, & quædam ex mãdato.Exemplum primi, vt dare ad vsuram extraneis &c. prosequi vindictam.Exemplum secundi, vt celebrare festi uitates, facere certa sacrificia, & huiusmodi. In primis nunc peccant Iudæi,quia erant contra legem naturæ. Et solum erant licita Iudæis ex dispensatiua permissione, cessante autem statu legis,cessauit omnis dispensatio,quæ ibi erat.Et ita remanent illicita ea,quę sine dispensatione erant illicita. De secundis verò distinguendum est, qa quædam sunt, quæ obseruando etiam peccant, vt facere sacrificia, quia illa requirebant vnum locum determinatum in terra Chanaan.Deuter. 12.& Leui.17.Si autem sint, quæ vbique facere liceret, vt abstinere à cibis discernendo eos, & obseruare Sabbathum &c dicendũ, quòd non peccant mortaliter in quolibet actu,non quasi actus sit secundũ se malus, sed solum quatenus ob amorem istorum nolunt venire ad fidem Christi,quę vera est. Et hoc est verum,nisi aliqua de illis prę ceptis inuenirentur expresse prohibita Iudæis à Christo, vel ab Ecclesia: quia tunc peccarent seruando illa. Si autem Ecclesia vetaret Iudæis expresse ab aliqua obseruatione legis, vel sabbathi, vel calendarum, peccarent Iudæi contra faciendo.Ecclesia tamen licet suadeat Iudæis redire ad fidem Christi, non vetat eis seruare cæremonias legis Moysi,quandiu redire nolunt.Et ponuntur exempla in Iudæis contrahentibus in gradu secũ do consanguinitatis,&c.Matt.to.5. 102.col.3.G
Lex Moysi propriè sumpta, prout consistit in ceremonialibus, & iudicialibus, non conferebat vitã æternam,sed solum temporalia ex opere operato,secus tamen ex opere operante. f.si quis illa ex charitate obseruaret, quia tamen simpliciter loquendo legis obseruatio non dicit nisi opus, & non intentionem operantis, verum est quòd lex Moysi non dabat vitam æternam sed bona temporalia. Et in hoc differunt sacramenta nouæ legis ab operationibus legis Moysi.Matthæ.tom.5. 130.col.1.E.& col.2.A
Lex Moysi nec fuit vnquam meritoria vitæ ætetnæ, nec fuit etiam necessaria ad vitam æternam. Matt.to.5. 130.col.3.F
Lex Moysi non solet facere mentionem de filijs cõ cubinarum &c.Matt.to.6. 54.col.4.G
A datione legis Moysi vsque ad natiuitatem Christi secundum vnam computationem fluxerunt mille quingenti quadraginta quinque anni, sed secũdum aliam verificatam,non nisi mille quingenti decem.Matt.to.6. 85.col.2.B
Lex vetus vna est legislatio,& dicitur vna secũdum ordinem ad vnum finem,& continet diuersa prę cepta secundum distinctionem eorum,quæ sunt in finem.Matth.to.6. 126.col.2.E
Lex vetus accipitur tripliciter.Matt.to.6. 130. colum.3.G
Legis veteris doctrina ad tria extendebatur. primo ad cognitionem Christi in veteri lege promisi.secundo ad salutis consecutionem per adimpletionem mãdatorum. tertio ad cultum vnius dei obseruandum.Mat.to.6. 188.col.3.K
Aliqua sunt in lege veteri, quæ nunc obseruamus, non quia in tali lege instituta sunt, sed quia illa de nouo instituit ecclesia.Matt.to.6. 236.col.4.F
Eruditio in his, quæ sunt veteris legis, vtilis est nobis valde, non ad sequendum illas cęremonias, sed ad conuincendos Iudæos ex suis scripturis,& ad ostendendum Iesum R.N.esse Christum promissum in lege.Mat.to.6. 246.col.2.D
In lege vete.fuit dispẽsatio quo ad aliqua f.de libello repudij,de occisione inimicorum propria manu & absque hoc quòd apparerent eos esse mortis. Et tamen neutrum istorum licitum est in nouo testamento: & ita datæ sunt Iudæis quædam leges ad duritiam cordis &c.Mat.to.7.45.co.2.A
Data est lex Iudæis, vt esset medium aliquod inter habitudinem Gentilium, & legem Christi &cet. Matt.to.7. 46.col.3.F
Lex Moysi non fuit data nisi Iudæis de genere Iacob.Et durauit vsque ad legem Christi plene publicatam.Matt.to.7. 250.col.2.E
Ad legem Iudæorum non tenebantur gentiles, etiam credentes Deum Iudæorum esse verum Deum. Matthæ.tom.septimo. 296. colum.4.H
In lege Moysi multa erant scripta, quæ non erant de lege Moysi.Matthę.tomo septimo. 298. colum.1.E
Totam legem Moysi obseruauit Christus in tota vita sua, vt lex noua inciperet per mortem suam. Defens. 11.col.4.K
Lex Moysi quantum ad cæremonias vocatur onus. Defen. 12.col.1.A
Lex,quæ data est Iudæis, debuit esse talis quòd esset media inter purum malum, scilicet, inter gentiũ conuersationem in sacrificijs deorum suorum, &cet. & inter purum bonum, cuiusmodi est lex euangelica.Defen. 31.colum. secunda. B
Inter legem veterem & nouam multiplex assignatur differentia.Defen. 31.column. tertia.F.
Quare in lege vete. multa permittantur, quæ erant simpliciter mala, vt vsura, libellns repudij, occisio inimicorum innocentium. Defen. 31. colum.4.H
In lege veteri quare fuerit multitudo tanta contaminationum legalium, & purificationum, & discretio

ſcretio ciborum, & non in noua lege. Defenſo. 32.colum.2.D

In vete. lege quare Deus dederit leges forales pertinentes ad communicationem humanam, & nō in nouo teſtamento. Defen. 32.col.4.H

Quare in lege vete. oportuit eſſe multos prophetas, & multos modos conſulendi Deum, ſed non in noua. Defenſo. 33.col.1.C

Inter legem Moyſi & Euangelium differentia breuis eſt amor & timor. Exod. to.1. 161.col.4.I

Legem veterem, quæ data eſt Iudæis, prius fuiſſe data tam Amonitis, Moabitis atque Iſmahelitis dicūt quidam imperiti Iudæorum: ſed quia ipſi ex quibuſdam cauſis friuolis & ſuperſtitioſis ſuſcipere noluerunt, & ideo illam Deus tradidit Iudæis in monte Sinai, qui libentius ſuſceperunt. Parado. 22.colum.3.K

Lex vetus extincta eſt in morte Chriſti, ita vt circūciſio, & cęremonialia, exinanita ſint quo ad obligationē &c. Nō tamen fuerunt mortifera voſq; ad ſufficientem promulgationem Euangelij. Paradox. 103.col.3.G

Lex Moyſi tam diu vires habuit efficiendi, non tamen obligandi, quamdiu lex euangelica toto orbi fuit plene promulgata & diulgata, & obligare cæpit. Parado. 117.col.2.A

Quāuis Deus recte poſuerit veteris legis præcepta iudicialia, nulla tamen politia obligabatur recipere oīa illa, nec debuit. De Opti. poli. 4. col. 4. G

Multas leges iudiciales vete. teſta. Eccleſia canonizauit de nouo eas inſtituēs &c. Opti. pol. 4. col. 4. I

Nam Eccleſia non eas ſic recepit tanquam eis ſe obligatam crederet, ſed quia placuit eas ſtatuere, aſſentiendo aliquibus earum, quia recte poſitæ erant &c. De Opti. poli. 5. col. 1. B

Leges iudiciales legis Moyſi non ſunt ideo omnibus bonæ, quia non omnes &c. ſunt diſpòſiti ſicut erant Iudæi. De Opt. poli. 5. col. 1. C

Lex noua Chriſti.

Inter Euangelium & legem Moyſi differentia breuis eſt amor & timor. Exod. tom. 1. 161. colum. 4. I

Lex euāgelica omnes gentes obligat, quia Chriſtus voluit omnes ad illam obligare. Exod. to. 2. 101. col. 4. H. 1. Regum to. 1. 96. col. 1. C

In lege noua quare nō oportuit tot cæremonias eſſe ſicut in vete. Leuit. 94. col. 4. H

Lex noua dicitur æterna, quia non ſuccedet ei alia lex, & iſto modo non poteſt lex vetus dici æterna. Leui. 263. col. 4. G

Lex Chriſti appellaī gratia. Mat. to. 6. 245. col. 2. C

Lex noua quare dicatur lex perfectionis, & lex vetus, lex imperfectionis. Nu. to. 1. 75. col. 4. H

Lex Chriſti vetat omnia vitia. Mat. to. 6. 266. co. 3. K

Inter legem nouam & veterem hoc intereſt, q̄ in lege vete. expręſſe promittuntur bona temporalia & ſubticētur æterna: in noua vero expræſſe ęterna, & ſubticentur temporali: Et aliquando in lege vere. promittūtur æterna, & in lege noua promittuntur temporalia, ſed hoc raro contingit, ſcilicet, Math. 19. vbi dicitur q̄ qui aliquid in hoc mundo propter Chriſtum reliquit cētuplum recepturus eſſet in hoc mundo &c. Deut. 90. colū. 1. D col. 2. F

In lege Chriſti licite celebrantur ſecundæ nuptiæ. Math. to. 5. 96. col. 1. C

Lex euangelica eſt generalis per omnem modum, ſcilicet, reſpectu locorum temporum & ſubditorum: lex vero Moſaica non obligabat omnem hominem, nec in omni tempore &c. 1. Reg. to. 148. col. 1. C

Inter legem Chriſti & legem Moyſi quid inter ſit. Math. to. 5. 130. col. 2. A

Lex euangelica eſſet introducta etiam ſi Iudæi non peccaſſent. 3. Reg. 82. col. 2. E

Iudæis legem Chriſti ſuſcepturis a principio fuit neceſſaria aliqua diſpoſitio præcedens, & hæc facta eſt per legem Moyſi, & per præcepta Ioannis Baptiſtæ. pro Gentibus vero non fuit neceſſaria aliqua lex, nec aliqua diſpoſitio præcedens, & ratio diuerſitatis eſt, quia Iudæi debebant recipere lege Chriſti ante mortem eius, Gentiles vero poſt mortem &c. Et probatur hoc. Matth. tomo. 1. 162. col. 4. G

Lex Chriſti & lex vetus ſunt diſſimiles in multis. Mat. to. 6. 189. col. 4. F

Legem Chriſti ſuſcipientibus ante morte; eius, nō dabatur gratia, ita vt non indigerent aliquo diſpoſitiuo. Dabatur tamē gratia baptizatis baptiſmo Chriſti, ſcilicet, gratia remiſſionis peccatorū, ſed non dabatur ad plenitudinem gratia Spiritus Sancti, & ad oſtenſionem ſignorum, & confirmationem eorum, qui baptizabantur, nec ſequebatur aliqua perfectio, nec diſpoſitio hominis ad perfectionē: quia hoc erat in lege Moyſi per circunciſionem, & tamen lex Moyſi non faciebat perfectionem aliquam: neminem enim ad perfectum deduxit lex ad Heb. 7. imo nec diſponebat ſufficienter ad perfectionē. Mat. to. 1. 163. col. 2. D

Lex Chriſti bona eſt & quietiſſima, licet omne malum vetet, neque damnauit leges politicas iubēs eas tolli, ſed permiſit eas quaſi pertinentes ad alterum corum, ſingulis tamen hominibus, quatenus in eam tendunt, impoſuit ab omni malo abſtinere &c. Math. to. 2. 93. col. 2. A

Lex Chriſti differt a lege Moyſi in immutabilitate, quia licet lex Moyſi non fuerit diſpēſabilis, quia erat lex Dei, fuit tamen mutabilis. Similiter lex Chriſti eſt vniuerſalis, & eſt de bono ſimpliciter, quod eſt neceſſarium ad ſalutem. Math. tomo. 3. 89. col. 3. I

Lex Chriſti quare dicatur iugum. Matth. tomo. 3. 289. col. 4 H

Lex noua excellit veterem, quia lex vetus ſola temporalia promittebat expræſſe, ſcilicet, lex noua promittit æterna & temporalia, æterna tanquā principaliter promiſſa &c. Mat. to. 3. 290. colum. 1. E. col. 2. F

Lex noua facilior eſt ad tollerandum quam lex vetus. Mat. to. 3. 291. col. 1. D

In lege Chriſti ſola præcepta iuris naturæ continētur includens ea breuiter in pręcepto de dilectione Dei & proximi, & tamen quantum ad explicationem iſtorum præceptorum iuris naturalis videtur eſſe magna difficultas legis nouæ ſupra veterem. Mat. 5. Mat. to. 3. 291. col. 2. A

Lex noua addidit ſupra veterem conſilia, nec tamē propter hoc difficilior eſt, quia ad illa non cogit, addit tamen explicationem iuris naturalis, quod in vete. lege non erat declaratum. Mat. tomo. 3. 291. col. 3. G

Conſilia legis Chriſti neminem obligant niſi volētem ſe obligare. Mat. to. 3. 291. col. 3. I

Lex Chriſti via eſt ſtricta propter pręceptorum difficultatem, & nòn ideo quia Chriſtus in lege ſua introduxerit aliquas nouas diffieultates, quia nulla præcepta poſuit vltra ea, quæ erant de iure naturali, ſed illa declarauit quantum ad aliqua, quę erant obſcura, vel potius per prauam conſuetudinem obſcurata. Et ſic ius naturale ſi plene obſer-

ſeruandum eſt multas habet difficultates, vt probatur. Mat. to. 3. 127. col. 2. C
Lex Chriſti dicitur leuis non ſimpliciter, ſed propter duo. ſ. propter conſiderationem pręmij, & propter adiutorium ad operandum. Matth. to. 3. 127. col. 3. G
Lex Chriſti nullum bonum vel honeſtum impedit. Mat. to. 4. 125. col. 1. B
Lex Chriſti obligat omnes homines ad tenendum eam, & qui illam noluerit tenere, ſemper eſt in peccato mortali: & tamen non eſt neceſſe, quòd quandocunque infidelis aliquis agit contra præceptum aliquod legis Chriſti, peccet mortaliter, ſicut fidelis per inobedientiam. Infidelis tamen, cum non ſuſcepit legem Chriſti, non poteſt dici inobediens ad illam, quantum ad ſingula manda ta eius, ſed ſolum quantum ad vnum, ſ. de illam ſuſcipiendo, quia iuſſit, vt omnes homines illam ſuſciperent ſub pœna dānationis ęternæ. Marci. 16. Mat. to. 5. 88. col. 1. B
Lex Chriſti duo habet oppoſita legi Ioyſi. Matth. to. 7. 192. col. 2. A
Nulla lex ante legem Chriſti vetuit totaliter omnia, quæ erant contra ius naturale, eo quòd nulla ordinauit perfecte rationem, niſi lex Chriſti prohibens omnia mala: cæteræ autem leges aliqua mala permiſerunt, in quo cōtra ius naturale faciunt. Neque debuit eſſe aliqua lex humana aut diuina ante legem Chriſti, quæ omnia mala prohiberet, eo quòd nullum dabat ſufficiens remedium ad vitanda omnia peccata. ſ. gratiæ plenitudinem, quæ datur in lege Chriſti. Matt. to. 5. 93. col. 3. K
Quæ ſint legis Chriſti iudicialia. Matt. to. 6. 126. col. 2. A. Similiter quæ ſint præcepta cæremonialia. ibidem.
Lex Chriſti durabit vſque ad finem ſeculi, quia illi alia non ſucceder, & ideo ſicut eſt ignotus finis ſęculi, ita & finis legis Chriſti, & dies vniuerſalis reſurrectionis. Mat. to. 6. 84. col. 4. I
Legem ponebat Chriſtus alijs, ſed non ſibi. Matth. to. 4. 100. col. 4. K. 101. col. 1. A
In lege Chriſti nulla ſunt præcepta ceremonialia, neque iudicialia, & quare talia ſic dicantur. Mat. to. 6. 126. col. 4. K. 127. col. 1. A
Papa non poteſt variare aliquam legē Chriſti: neq; diſpenſare circa eam. Matt. to. 6. 210. col. 4. G
Lex Chriſti non proprie vocatur lex, ſed aliquid melius. ſ. gratia & Euangelium. Matth. to. 6. 245. colum. 2. C.
Lex Chriſti vetat omnia vitia. Mat. 6. 266. col. 3. K
Nulla lex debuit auferre omnia, quæ erant contra ius naturæ, niſi lex Chriſti. Mat. to. 5. 93. col. 3. R
In lege Chriſti non ſolum obſeruantur omnia præcepta prima legis naturæ, ſed etiam ſecunda, & ideo tollitur pluralitas vxorum, tollitur repudium, tolluntur matrimonia in gradibus cognationum, tolluntur vſuræ, tollitur perſecutio inimicorum &c. Mat. to. 7. 46. ool. 3. H
Lex Chriſti licet habeat omnem puritatem ad vetandum omne malum, quod non vetat lex Moyſi, tamen in præcipiendo bonum lex Moyſi excedit Chriſti legem, circa quæ iubet mutuare pauperibus omnia neceſſaria eis, Deute. 15. Et poſtea in anno ſeptimo de obligabuntur ab obligatione reddendi. Similiter & de venditione poſſeſſionum &c. Leui. 25. Et de venditione hominum in ſeruos, cuius aſſignat ratio. Mat. to. 7. 46. col. 4. F
Lex noua melius ordinata eſt quā lex vetus, vt probatur in Defen. 31. col. 1. E. col. 2. A
Lex noua debebat eſſe lex perfecta, qa gratia Chriſti ſupplet diſpoſitionem Gentiliū. Defen. 34. col. 3. F. Nec fuit cōueniens, quòd talis gratia daretur cum lege Moyſi. Et gratia, quæ dabatur in lege vete. non erat exoperibus legis, ſed magis ex fide implicita, vel explicita ſaluatoris, vel mediatoris, per quem erat futura &c. Defen. 34. col. 4. F
Nullomodo in legæ Chriſti ſunt vſuræ licitæ. Mat. to. 7. 45. col. 1. E
Sola lex Chriſti correxit vitam humanam vſq; ad vnguem. Defenſo. 35. col. 2. D
Licet lex euangelica vitet omnia vitia, principes tamen Chriſtiani, vel legum executores non debēt punire omnia vitia in fauorem legis Chriſti, & ſi ad hoc conarentur, peccarent, tv probatur in Defen. 35. col. 4. I
Prælati non ſunt executores legis Chriſti ad puniēdum omnia vitia contra legem Chriſti commiſſa, vt probatur in Defen. 36. col. 1. A
Legis Chriſti executor principalis & directus ī hoc mundo in foro pœnitentiæ eſt ſacerdos, executor in futuro ſęculo eſt ſabſidiarius. in Defen. 37. col. 2. B
Chriſtus nō dedit leges perſonales, nec locales, nec temporales, ſed omnino generales duraturas in omne tempus, comprehendentes omnē ſexum, ætatem, & ſtatum hominum ratione vtentium, & hoc eſt vnum in quo legislatio Chriſti differt a legislatione vete. teſtamenti, & ab omnibus alijs legislationibus. Defen. 39 col. 1. C
Lex euāgelica poſt eius perfectam publicationem vſque ad finem mundi omnes obligat ad ſui cuſtodiam. in Parado. 104. col. 2. D
Inter legem euangelicam & veterem, quid inter ſit quo ad obligationē, vide Paradoxa. 104. col. 2. A
Lex euangelica data eſt in præceptis vniuerſalibus, quæ non determinantur magis ad modum viuēdi vnius gentis quam alterius: & ideo omnibus conuenire queunt. in Parado. 104. colum. 2. C
Cum lex euangelica cœpit obligare, tunc lex vetus nullas habuit vires efficiendi, nec obligādi. in Parado. 117. col. 2. A. & ſic dicendum eſt, quòd nunc nemo ſine lege Chriſti ſaluatur. Matth. to 3. 234. colum. 2. D
Sola lex euaugelica eſt perfectiſſima prohibens omne malum. Si tamen illa daretur alicui polliciæ, peſſima eſſet, in de Opti. poli. 4. col. 3. K
Legale: Legalia ſunt, vt dicit Ariſtoetles. 5. Ethi. illa, in quibus nihil differt ſic vel aliter eſſe, antea quam ponantur &c. Leu. 178. col. 3. K. Deut. 25. col. 1. C
Legalia non obligare poteſt mortem Chriſti firmiter credit Apoſtolus, nolebat tamen hoc prędicare, ne aliquos ad peccandū induceret agendo cōtra conſcientiam. Deut. 80. col. 1. D
Multa legalia fuerunt ſtatuta in lege vete. quæ ceſſauerunt, ſed poſtea videns Eccleſia illa nobis conuenire, ſtatuit illa ſeruari deberi, ſed non obligāt quatenus a Deo fuerunt ſtatuta, ſed inquantum illa de nouo ſtatuit Eccleſia, vt patet extra de homici. capi ſi quis per induſtriam, & de adulterinis coniugijs, cap. ſi ſeduxerit, & de furtis cap. qui furatur, & de iniurijs & damno dato, cap. ſi rixati, & cap. ſi quis foderit, & cap. ſi vos aliena, & cap. ſi læſerit, & c. ſi aggreſſus. Quæ omnia habentur Exo. 21. & 22. & multa huiuſmodi de mandatis iudicialibus vete. teſt. ſunt in decretis canonizata per nouam inſtitutionē. Sic eſt de prohibitione graduum ad contrahendum, quos propter honeſtatem

tem statuit de nouo obseruari,& non solum hos sed addidit alios &c.1.Reg.to.1.131.col.4.K.132. col.1.A

Legislatio. Inter omnes legislationes siue humanas siue diuinas sola lex Christi noui testamenti est lex secundum se bona & simpliciter,quia nullum malum permittit, vt patet discurrendo per totam.Exo.tom 1.204. col.3.G

Deus in principio cuiuslibet legislationis quare punit grauissime peccata,potius quã postea,4. Reg. 59.col.2.A

Quælibet legislatio vnum præceptũ habet & multa.Mat.to.6. 126.col.2.B

Legislator. Legislatoris intentio & non verba legis debent seruari, vt patet. ff.de legibus,in l.non dubium, & extra de reg. iuris in sexto ĩ vltima regula.Exo to.1.187. col.1.B

Legislator non debet dare leges simpliciter bonas, sed leges bonas tali populo, exemplo medicorũ cibum dantium,& exemplo educantium pueros teneros.Exo.to.1. 204.col.2.E.col.3.F

Legislatores,in ferendis legibus, debent tenere ordinem naturæ,Exo.to.2. 2.col.1.A

Legislatores,vt leges,quas condebant, haberent auctoritatem,fingebãt se illas adijs accepisse,sic Numa Pompilius secundus rex Romanorum post Romulum, fecit, dicens cum Nympha Aegeria se ꝙpe locutum, & cum dijs nocturnis collocutionibus assistere dixit &cet. Sic Licurgus ab Apolline leges accepisse dixit.Exo. tom. 2.23. col.2.C

Ea,quæ a legislatore volita sunt,interdum obtinẽt legis firmitatem,vt habetur.ff.de constitu. princ. leg.1.Leuiti. 61.col.2.A

Legislatoris intentio est ciues efficere bonos, & legum obauditores.1.Ethi.Leuiti. 206.col.4.I

Aliqui legislatores volentes captiuare semper multitudinem ciuitatis,dederũt legem, quod nemo vẽdere posset &c.ne possessiones ciuitatis ad paucos diuites deuenirent &c.Leui. 297.col.3.F

Nullus homo legislator potuit vnquã facere perfectam legislationem.Nu.to.1. 100.col.3.F

Legislator vel rex licet possit dispensare in iure, in quantum vertitur in præiudicium ipsius iuris.s.ꝙ lex in seipsa non penitus obseruetur,quia qui potest legem totaliter abrogare,potest in ea dispensare contra ius partis;non tamen potest dispensare,quòd alicui non soluantur debita,ipso inuito, nec prorrogare terminum ad soluẽdum. 1. Reg. to.2. 95.col.2.B

Intentio legislatoris,in statuendis ligibus non solum est,vt opus fiat,sed etiam,vt taliter fiat, qualiter virtuosus facit.Mat.to.5. 149.col.2.E

Duplex est legislatoris voluntas in condendis legibus.Mat.to.5. 150.col.1.A

Legislator intendit potius amicitiam ciuium quã bonitate.Mat.to.6. 126.col.4.K

Legislatores aliquando appellantur sacerdotes propter leges sacras &c.vt patet. ff. de iustitia & iure l.1.1.Reg.to.2. 178.col.4.K

Quando aliquis legislator aliquã legẽ intendit tollere,hoc facit ꝑp vnum de duobus vel quia illius legis legislatorem oderit, vel quia fuerit male posita.Matheum.to.2. 73.col.4.K 74.col.1.A

Legislator magis procurat,vt ciues sint amici, quã ꝙ sint iusti.8.Ethi.Mat.to.6. 126.col.3.F

Legislator tenetur legem,quam condidit,obseruare,ex quadam naturali æquitate. Et peccat si contra eam agat sine causa.extra de constitu.cap.om nes isti.Mat.to.6. 172.col.3.K.col 4.F

Legislatores politici intromittunt se aliquando,cõdere leges circa cultam diuinum: id tamen non faciunt quatenus cultus Dei, vel latria sit virtus quædã vel naturale debitũ Deo propter diuinã excellentiam,vel ꝑp bona susceptа,sed quatenus Deum colere sit vtile reipublicæ.& pernicioſum valde non colere. Et statuendo,ꝙ Deus colatur propter vtilitatem reipub. rectissimè facit; quia non spectat ad legislatorem aliter de cultu Dei ordinare. Defen. 35.col.3.H

Legislator nõ debet ponere legẽ, quæ optima est secundũ se,quia sicut se habet politia ita se debent habere leges &c.De Optima poli. 4.col.3.G

Quomodo legislator debeat punire peccata in prin ci.4.Reg. 59.col.2.A

Legista. Legistæ illud tantũ appellant naturale,quod a natura cõmuni prouenit. Et,quod ex determinatione rõnis est, dicunt ciuile.sed corrupto nomine definiunt. Nam si aliqua regula est dictata, à recta ratione, de qua refert vtrum sit,vel aliter sit,quantũcunque concernat priuatã vtilitatem alicuius loci vel personæ,tale de iure nuturali est.Leui. 330.col.1.B

Lia. Liam teneros oculos habuisse dicitur Gen. 29.Ex continuo fletu,vt dicunt Iudæi, quia timebat,ꝙ Esau filio Rebecæ traderetur &c. sed hoc valde ridiculũ est.vt ꝑbatur.Gen.314.col.4.I

Lia peccauit mortaliter consentiendo introire ad Iacob,quia sciebat se voluntarie stuprum pati,& pellicem sororis fieri,& dare Iacob causam adulterij.Nec sufficiebat ad hoc patris iussio,euia quãdo actus est totaliter illicitus,qui nullomodo obediendo potest fieri licitus, obediendum non est. Gen. 321.col.2.C

Liam accepit Iacob in vxorem ex pietate,ne illusa maneret, perdita virginitate, & innupta. Gene. 317.columna.3.H

Lia per solam copulam carnalem cum Iacob, non fuit facta vxor eius,quia solus mutuus consensus est qui causat matrimoniũ,copula vero sine consensu & alijs solẽnitatibus matrimonij, nihil causat,vt patet extra de spõsa in ca.tua nos.Et in ca. cum locum eodem titulo.Et in decgetis. 27. dist. ca.sufficiat &c.Gen. 317.col.3.I

Lia erat boni animi fœmina, in cuius semine Deus voluit complere promissiones: nam descẽdit a semine Iuda,qui fuit filius Liæ,& quia Lia quatuor afflictiones patiebatur; quia a Deo abiecta videbatur; ab omnibus negleta, sorore contempta,ideo dedit illi Deo quatuor filios &c. Gen. 318.col.1.E

Liam fuisse mortuam in terra Chananan ante descensum in Aegyptum,videtur Auctori,contra multorum opinionem. Gene. 386. columna secunda,E

Libamen.libamentum. Libamina proprie vocantur illa, quæ offeruntur de liquidis,vt vinum vel oleum.Nu.15.Exo.tom.2.32.columna 4.G

Libamen de humidis rebus fit, non de siccis. Leui. 49.col.3.K

Libamenta sacrificiorum,dicebautur ea, quæ offerebantur cum quolibet sacrificio.s.panis,vinum, oleum, thus,sal, quæ in singulis sacrificijs offerebantur, prꝛterquam in illis,quæ fiebant ad inuestigationem malorum. s. in sacrificio zelotypiæ, vt habetur Nu.5.ibi.n.non ponebatur thus.Leui. 263.col.1.D

Inter libamen & libum, quod inter sit secundū aliquos, Leui. 263.col.2.D
Libamenta ad sacrificia ordinaria, quæ fiebant ex sumptibus tabernaculi, leuitæ quidam conferebant, qui illis libamentis præerant vt patet.1.Paralipus.Leui.263,col.2.D.Secus tamen erat delibamentis ad sacrificia spontanea, vel votiua, nā illa parabant illi laici, qui offerebant &c. Leui.263.col.2.E
Quis modus teneretur circa libamina, quæ offerebantur pro sacrificijs,Nu.to.1. 43.col.2.B
Libamina consistebant in duobus.s.in uino & simila.Exod.to.2. 197.col.2.D
Libamina,quæ offerebātur in sacrificijs, erant quinquòd scilicet thus, oleū,sal, vinum, & panis.Nu.to.1.215.col.4.F.217.col.2.A. Et istorum tria scilicet oleum, vinum, & panis non offerebantur in sacrificio pro peccato,cuius assignatur causa prę ter voluntatem Dei statuentis.Et hoc intelligendum est pręter sacrificium,quod offerebatur pro peccato leprosi.ibidem 216.col.1.B. Et istorum trium libaminum assignatur mensura ponenda in sacrificijs Nu.15.ibidem Leui. 263.col.2.A
Libum secundum suam originem notat alquid fluxibile.Nu.to.1. 222.col.3.G
Ex quinque libamentis sacrificiorum,sal, thus, apponebantur sine mensura: panis, oleum, & vinū cum mensura &c.iudi. 140.col.1.C
De libaminibus, quæ seruabantur in tēplo a thesaurarijs,1.Paralip. 114.col.4.H.&115.col.1.C.& col.2.E
Libaminum per sacrificijs,quędam consistebant in pondere,& quędam in mensura &c. 1.Paralip. 273.col.4.I
Libamenta, quę offerebantur cum carnibus animalis in holocausto,& in hostia pacifica, & in sacrificio pro peccato Nu.15.& Leui.2.Erant apparatus quidam, siue accessoria quædam ad carnes sacrificiorum,& erant quinque.s.simila, uinum, oleum,in certa mensura, & quædā absque certa mensura.s.sal & thus.2.Paralip.24.col.2.E. Et quę dam istorum appellabantur sacrificia. s.simila Nu.28.& Nu.29 ibidem 120.col.4.G. Et ista libamenta aliquādo offerebantur cum sacrificiis carnium,& tunc vocabatur libamenta qua si accessoria quædā. Aliquādo quædā istorū offerebātur per se,sicut simila frixa in sartagine, quod fiebat multis modis, Leui.2. tūc vocabatur sacrificium de simila.Mat.to 6. 200.col.3.F
Libatio,dicitur oblatio pertinās ad res liquidas &c. Et nunquam fiebat per se,sed cum sacrificijs animalium.Exod.to.2. 96.col.1.C
Libatio vocatur uini fusio super panem vel carnes Exo.to.2. 96.col.1.D
Libamenta,quæ apponebantur in sacrificijs erāt quinque.s.simila, vinum,oleum,sal,& thus.Mat. to.6. 200.col.3.F

Libare Est bibere vel deglutire 4.Regum.16. col.3.F

Libanus Mons. Libanus mons est in latere septemtrionali terræ promissionis, de cuius radice oritur Iordanis gemino fonte &cet. Exod. tom. primo,295.col.1.C.Et est iste mons altissimus, situs contra Tyrum & Sidonem, & in terra earum.Nu. tom.2.185.colum.1.B.Deut. 58.col.1.A
Libanus dicit magnam terram, quæ in quibusdam locis plana est, & in quibusdam montuosa. Iosue,to.2. 65.col.2.E
Libanus in hebręo,interpretatur candidus,quia ille mons semper apparet albus propter niues &c. 1.Paral. 134.col.4.K

Liber pro libro. Quinque libros continet lex Moysi,& alij nō vocantur lex Moysi,quia non scripsit illos Moyses.Gen. 9.col.1.D
Libri qui dicūtur prophetales, secūdum Hebręos, sunt Iosue,Iudicum, Ruth, Regum, Esaiæ, Iere. Ezechiel. Duodecim prophetę minores, & omnes hi sunt in secundo ordine librorum canoni corum:& sunt magnæ auctoritatis post libros legis.Gen. 9.col.1.D
Liber Genesis quid in summa comprehendat.Gen. 18.col.2.B
Liber Exodi quid in summa contineat.Gen.18.colum.3.F
Liber Numerorum Græcè dicitur Sarithmos,i.numeri.Hebraicè Vaiedabber.i. locutus est;sed nos postponimus coniunctionem & dicimus, locutusque est.Et hic liber dicitur numerorum in plurali,quia in illo.4.principaliter numerantur,scilicet.viri belatores 1,cap.primo geniti secundo,leuitæ tertio,& mansiones quarto.in 33.capitibus. Gen. 18.col.4.F
Liber Deutero.Græcè,Latine sonat secūda lex vel regula.dicitur enim Deuteronomiū a deuterō, quod est nouum,& gnoma,quod est regula.id est noua lex vel regula, quia ibi repetuntur multa, quæ dicta sunt in alijs libris & declarantur,& multa super adduntur. Et vocatur iste liber Hebraice,Elleaddabarim,ideſt,hæc verba,& sub intelligitur sunt. Sic enim incipit liber noua lex, quia sic interpretatur latine.Gen. 18.colum.4.I
Liber Deuter.est euangelicæ legis præfiguratio. vt probatur Gen. 18.col.4.I
Liber Iob est primus in ordine Hagiographorum. Gen. 10.col.1.D
Librum Iob a Moyse scriptum dicunt,& nullo modo a Iob.Et hoc secundum probatur. Gene.19. col.1.D
Liber Iosue primus est in ordine secundo librorum prophetalium,vt patet in prologo galeato.li Regum.Gen. 16.col.4.K
Librū Iudicū scripsit Samuel, & vocatur Hebraicè Sophetim.i. iudicum. Quidam tamen dicunt,q quilibet de iudicibus gesta scripsit sui temporis, sed Samuel vel Esdras in vnum volumen compegit: sed primum est verisimilius. Genesis. 20. col.1.D
Librum Ruth partem libri Iudicum esse dicunt, quia in diebus vnius iudicis illam historiam contigisse asserunt.Alij dicunt quòd fuerit decisus de libro Iudi.per apocopen. Alij eum non in ordine secundo prophetalium, sed in tertio,s.inter hagiographa computāt,de quo in prologo galeato hunc librum scripsit Samuel,antequam historia fuerit.Gen. 20.col.2.A
De libris Regum.Gen. 20.col 2.E
Libros sups a primis verbis eorum Hebræi nomina ręconsueuerunt, vt totaliter liber vocetur,qualis est prima dictio, aut oratio in principio libri. Et hūc morem secti sunt Latini in nominandis psalmis, vt psalmus beatus vir &c. Exod.to.1.2. col.3.F.& super Leuit.fo.1.A
Liber iustorum,de quo sæpe fit mentio in sacris literis,vt Iosue.10.cum dicitur,nō ne scriptum est in libro iustorum.& 2.Reg.1.dicitur sicut scriptū est in libro iustorum, nunc nō habetur sicut nec liberi iusti Henoch.De hoc Augusti. lib.15. de Ciui.Exod.to.1. 141.col.2.C

Librum

Librum iuſtorum fecit Moyſes,in quo continebãtur geſta multorum temporum propheticè dicta.Et creditur, quod iſte liber fuerit corruptus ab hæreticis vel imperitis. Et de iſto libro intelligitur illud Exo.17.cùm dicitur:In libro &c.Exo. to.1. 141.col.2.D

Liber iuſtorum alio nomine dicitur, liber bellorũ Domini.Nu.21.Exo.to.1. 141.col.3 G

Liber Henoch iuſti,cuius meminit Iudas in Canonica,non extat.Exo.to.1. 141.col.2.E

Qui dicatur liber vitæ.Exo.to.2. 139.col.3.H

In libro vitæ ſunt aliqui ſcripti ſecundum poteſtatem iuſtitiam tantum. Alij vero ſecundum æternam prędiſtinationem,& iſti deleri non poſſunt. Similiter dicendum eſt de libro mortis.Exo.139. col.4.K. 140.col.1.A

Circa libros vitæ,& mortis ponuntur qninque cõcluſiones mirabiles cum ſuis corrolarijs. Prima eſt,quòd poſſibile eſt aliquem eſſe ſcriptum ſimul in libro vitæ & in libro mortis: ſecunda concluſio.Poſſibile eſt aliquem eſſe bis ſcriptum in eodẽ libro. Tertia,quòd ſcripti in libro vitę ſecũdum firmam pręſcientiam, aliquando de illo delẽtur, ſimiliter & qui in libro mortis ſecundum certiſſimam Dei prænotationem aliquando delentur. Quarta quòd qui ſcriptus eſt in libro vitæ ſecundum firmam prædeſtinationem,non poteſt ſcribi in libro mortis ſecundum firmam præſcientiam. Quinta cõcluſio, quòd ſcripti in libro vitę ſecundum præſentem iuſtitiam,non poſſunt ſcribi ſecũdum præſentem iniquitatem in libro pręſcitorum. Prima concluſio probatur.Exod.to.2. 140.colum.1.D.Secunda concluſio,probaẽ. Exo. to.2.140.col.3.F.Tertia concluſio,probatur ibid. Quarta concluſio,probatur ibi. 141.colum.2.E. Quinta concluſio,probatur ibid. 141.col.3.H

In libro vitæ ,& in libro mortis , qui dicantur eſſe ſcripti, intus , & qui foris,& quomodo liber Dei intus non deletur,bene tamen foris.Exo. tom.2. 140.col.2.B.Illi,qui intus ſcripti ſunt,ſunt prædeſtinati,& præſciti,ibidem.

Non omnes, qui ſcripti ſunt in libro prædeſtinatorum, ſunt prædeſtinati , nec omnes præſciti , qui ſcripti ſunt in libro præſcitorum.Exo.to.2. 140. colum.2.D

Stat quòd aliquis ſit ſcriptus in libro Dei intus & foris,ſiue in eodẽ libro,ſiue in diuerſis. Exo. to.2. 140.col.4.F

De libro vitæ ſecundum præſentem iuſtitiam deletur quilibet pro quolibet peccato mortali.Exod. to.2. 142.col.4 H

Eſſe in libro vitæ ſecundum præſentem iuſtitiam eſt,quòd Deus aliquem ordinet ad vitam ſecundum ea opera,quæ nunc habet.Exo.to.2. 142. colum.4.K

Multos libros allegat ſacra ſcriptura , qui non extant: vt ſunt liber bellorum Domini,de quo Nu. 21.liber iuſtorum,de quo Ioſue 10.& 2.Reg.1.& liber Ennch iuſti,de quo meminit Iudas Apoſtolus in ſua canonica.Num.to.2. 35.col.4.F

Liber iuſtorũ ,de quo Ioſue.10. dicitur,Nonne ſcriptum eſt hoc in libro iuſtorum & 2 Regum 1.nõ eſt liber duodecim prophetarum,vt quidã aiunt. Ioſue to.1.202.colum.1.C. Nec liber Abachuch, vt alij dicunt,ibidem.202. col.2.A. Nec liber Geneſis,vt dicunt communiter Hebræi,& ſimiliter Nicolaus de Ly.Sed erat quidam liber,quẽ Moyſes ſcripſit: totus propheticus de euentibus futuris in ſtatu vete.teſtamen. ſicut apud nos Apocalyp.& prædictus liber iuſtorum vocatur aliquando liber bellorum Domini. Num.21.& fuit liber iſte magno tempore publice apud Iudæos, & habebatur in magna auctoritate vſque ad captiuitatem Babylonicam , ſed poſtea non amplius viſus eſt apud Hebræos, & forte quia Eſdras non tranſtulit illum, aut ſi trãſtulit poſtea fuit ſuppreſſus, nec erat tempore ſeptuaginta interpretum. Ioſue.to.1. 202.col.3.H

Liber iuſti Henoch, quare nõ recipiatur ab Eccleſia Ioſue.to.1. 202.col.4.H

Omnes libri Hebræorum deſtructi ſunt in captiuitate Babylonica.1.Reg.to.1. 4.col.3.F

Libri ſacræ ſcripturæ veter. teſtam. ſunt duplices.ſ. canonici,& nõ canonici,ideſt,apocryfi. Canonici diuiduntur in tres ordines.ſ.in legales,prophetales,& hagriographos. Ioſue to. 1. Sed penes qd attendatur iſte ordo.10.col.3.A.quæſt.17. vſq; ad 20.incluſiue.

Omnes libri veteris teſta.qui ponuntur in primo & ſecundo ordine canonis , iuxta ea,quæ dicuntur in prologo Galeato , fuerunt ſcripti per prophetas.1.Reg.to.2. 52.col.1.C

Liber de hebraicis quæſtionibus non eſt Hieronymi,ſed cuiuſdam Hebræi- 162.col.4.H

De libro iuſtorũ,qui allegatur. 2. Reg. 1. variæ ſunt opiniones,ſed dicẽdum , quòd fuit quidam liber continẽs bella Iſraelitarum,& multa de his, quæ habentur in ſacra ſcriptura , & prophetice ſcriptus & niniæ auctoritatis.2.Reg.5.colum.4.I. & iſte liber non habetur nunc apud Iudæos, Nec vnquam fuit poſt Chriſti paſſionem, & aſſignantur variæ cauſæ huius, ſecundnm varias opiniones.2.Reg. 6.col.1.B

In libro Apocalyp.prænunciantur principaliſſimę mutationes futuræ in Eccleſia , vſque ad conſumationem ſęculi , ſed ita obſcurus eſt , vt multa non intelligantur , niſi poſtquam acciderint , & nos velimus applicare ſcripturam ad illa facta. 2. Reg. 6 col.1.A

Libri Reg.ſcripti ſunt a Ieremia 3.Reg.135.col.4.F. Sed quare Ieremias non ſcripſit in illis omnia geſta. Reg. complete, ſed in multis remiſit ad alios libros ibidem. 135.col.4.I

Liber verborum dierum regum Iſrael , non eſt lib. Paralipo.vt probatur.3.Reg.133.col.1.E.Sed fuit liber aliquis ſcriptus ab aliquo ꝓpheta hiſtorico: in quo narrant oĩa opera regum Iſrael, nõ omittendo aliquid de hiſtoria,vel ꝙ temporibus regũ Iſrael ſcribebantur geſta cuiuslibet anni in libris, qui vocãtur annales apud nos , & apud Hebręos chronici.3.Reg.133.col.2.C.Liber verborum dierũ &c.fuit factus ante librum Paralipom.& ante libros Reg.1.Paralipom. 2.B

Liber inuentus ab Helcia ſummo ſacerdote in templo in arca quadã tempore Ioſiæ regis Iuda, erat liber Deute.4.Reg.223.col.1.B.Et de modo, quo fuerit inuentus.223.col.2.D.Et Ioſias perterritus eſt audiens illud Deut.29.Et ſedeant ſuper eũ mala dicta omnia.Ibid. 223.col.3.G

Aliqui libri non ſunt de canone, quos tamen legit Eccleſia:ſed ſunt apocryphi,vt ſunt liber Iudith, Tobię Sapientiæ , Eccleſiaſtici, vt patet in prologo galeato.1.Paralipom. 1.B

Libri, qui ſunt in canone ſacræ ſcripturæ, ſunt auctoritatis ſolidiſſimæ.1.Paralip. 2.A

De diuerſa auctoritate librorũ ſacræ ſcrip.1.Par.1.B

Multi libri,de ſcriptis a quibuſdam prophetis, non extant , quos Nicolaus dicit fuiſſe combuſtos per Chaldæos:ſed non videtur verum, quia illos allegat Eſdras,vt illa,quæ in libris Paral.deficiũt,

requirerentur in illis, ergo ſignum eſt, quòd reperirentur incombuſti; ſed dicendum eſt, quòd illi libri non manent: quia non fuerunt poſiti in canone ſacræ ſcripturæ, & poſtea perierunt, vt fuit liber Gad prophetæ, & Nathan, & Addo, & Semeiæ, & Ahiæ Silonitis prophetarum, & liber Verborum dierū regum Iuda, & liber Verborū dierum regum Iſrael. 1. Paralipome. 345. col. 1. C. & prædicti libri non ſunt poſiti inter libros ſacrę ſcripturæ, nec debuerunt poni propter duo. 1. Paralipom. 345. col. 3. G

Liber vocari poteſt apud Hebræos quęlibet ſcriptura, quantuncunque breuis ſit. 1. Paralipo. 13. col. 1. D. Mat. to. 1. 71. col. 3. F

In principio cuiuslibet libri debent eſſe aliqua documenta præcedentia ad intelligentiam ipſius & aliqua, quæ pertinent ad proſecutionem libri. 1. Paralip. 22. col. 2. E

Libri Nathan, Ahię, & Addo prophetarum nō fuerunt combuſti à Chaldæis. 2. Paralipom. 136. colum. 4. G. Illos tamen non adiunxit Eſdras canoni ſacræ ſcripturæ, cum potuiſſet, & hoc propter multa. ibidem. 137. col. 1. B

Duo libri hiſtoriarum regum ſcripti ſunt, vnus regum Iuda, & alter regum Iſrael, & præter hos vnus alius liber, in quo ſcriptæ erant hiſtoriæ regum Iuda, & regum Itrael. 2. Paralipomen. 219. colum. 2. D

Liber legis poteſt tripliciter accipi, vnomodo pro toto contextu librorum veteris teſtam. alio modo pro libris Moyſi. Tertio modo pro ſolo libro Deuter. 2. Paralip. 230. col. 4. G

Liber Deuteronom. eſt pure liber legis, non implicans ſe hiſtorijs pro magna parte, ſicut alij quattuor libri. 2. Paralip. 231. col. 3. I

De libris canonicis, & hagiographis ſacræ ſcripturæ. Mat. to. 1. 1. col. 4. G. 2. col. 1. E

Apud hebræos erant libri, in quibus ſcribebantur progenies ſingulæ, & ſeruabantur in locis autenticis non ſuſpectis, & vt aſſeritur, erant in archiuijs templi. Mat. to. 1. 83. col. 2. A

Liber de mirabilibus ſacræ ſcripturæ falſo intitulatur Auguſt. Mat. to. 4. 216. col. 1. D

Libri canonici apud Hebræos, ſunt viginti duo, & iſte canon non erat determinatus tempore Chriſti, & ideo licitum erat Saducęis recipere ſolos quinque libros Moyſi &c. Matth. tomo ſexto. 44. colum. 4. I

Liber prophetalis dupliciter accipitur. Matth. to. 6. 130. col. 3. K

Libri non proſunt niſi hominibus. Matth. tomo 7. 98. col. 4. H

Liber de ſpiritu & anima non eſt Auguſtini. Matt. tom. 7. 152. col. 4. F

Liber Auguſt. Gene. ad literam caute legendus eſt: quia multa dicit magis dubitando, quam aſſerendo. Mat to 7. 152. col. 4. K. 153. c. 1. A. & 161. c. 1. E

Libros aliquos doctorum etiam ſanctorum nō approbat Eccleſia. 15. diſtin. capit. ſancta Roma. Eccleſia, ſic vt definiat, quòd omnia contenta in illis habeantur, ac ſi eſſent per Eccleſiam determinata, vt probatur in Defen. 41. colum. 2. E. col. 3. & 4. 42. colum. 1. & 2. Et quando Eccleſia approbat opera alicuius doctoris, nō approbat omnia in illis contenta: immo nec vnam propoſitionem, vt probatur 7. rationibus, in Defen. 42 co. 3. F. Sed in illorū approbatione Eccleſia facit quinque, quæ referuntur, ibid. 43. col 2. E. colum. 3. F. Nec licet nobis ſentire contrarium alicuius dicti in libro approbato contenti, noſtro rantum arbitrio, immo nec cum ratione probabili, non neceſſaria: nam ſi in contrarium eſſet auctoritas ſacræ ſcripturæ, vel ratio inuitabilis, licitum eſſet tenere contrarium: ſecus tamen in his, quæ ſunt fidei determinate: nam tunc debemus captiuare intellectum noſtrum. in Defenſ. 43. colum. 4. K. 44. colum. 1. A. Etiam de hoc indictione, Approbare, & Approbatio.

Librum de Fatis Medeæ ædidit Abulenſis. Parodo. 74. colum. 1. D

Libri, qui aperientur in iudicio, accipiuntur metaphorice. Mat. to 7. 99. col. 1. C

Liber Phyſicorū Ariſtotelis, ſic vulgariter dictus, debuit appellari, liber de Naturali inquiſitione. in Parado. 2. col. 4. F

Liber de Pomo & morte, qui intitulatur Ariſtoteli, non eſt eius, vt probatur in Parad. 86. colum. 4. K. in de ſtatu animarū poſt mortē. 2. colum. 4. K.

Libellus infamato. Facientes libellos infamatorios cōtraueniunt illi præcepto, non loqueris contra pruximum tuum. Exo. to. 1. 179. col. 3. I

Libellus repudij: Et lex zelotypię data erant in remediū vxorum. Num. tom. 1. 61. col. 1. E

Libellum repudij nō poterat dare mulier viro ſuo, ſed ſolum è contra Nu. to. 1. 66. col. 1. B

Libellum repudij, non permiſit Moyſes, ſed Deus. Gene. 268. col. 2. D

Dantes libellum repudij, & dantes ad vſuram &c. in veter. legem non peccabant, & tamen peccabat cognatus occiſi ab alio, ſi occidentem occideret ex odio &c. Num. to. 2. 197. col. 3. I. Et nō peccabant primi, quia dare hoc conceſſu merata lege, ſimiliter & dare ad vſuras gentibus vel cōuerſis ad iudaiſmum. 2. Paralip. 86. col. 3. K

Libellus repudij non poterat dari niſi poſt conſumatum matrimonium. Deut. 24. vbi dicitur, ſi acceperit homo vxorem, & habuerit eam. Matth. to. 1. 91. col. 4. G

De libello repudij, vide in dictione, Repudium.

Liberi. Dimidium liberorum eſt mater, vt ait Ariſtotiles. 1. Politicorum, ca. vlti. ad hoc, ſcilicet, quòd filij ſint boni vel mali, vt probatur. Iudi. 28. col. 1. E

Liber homo. Homo liber nulla, poteſt recipere æſtimationem ſecundum naturam, vt probatur. Leui. 324 col. 3. F

Libertas liberum Radicem libertatis habet intellectus principatiuè, & voluntas formaliter, & completiuè, & intellectus eſt ſimpliciter principium actus humani, voluntas vero eſt ſecundarium & conſequens. Exo. to. 1. 287. col. 1. D

Liberum corpus æſtimationem non recipit, vt paret, ff. ad legem Rodiam, de iactu. l. 2. §. ſi cum homo, & ff. ſi quadrupes pauper. fecis. dicatur. l. ex hac, & ff. de eiectis & effuſis. l. vltima. Exo. tom. 1. 216. col. 4. I

Quælibet conditio libertatis, quātumcunque aſpera melior eſt quocunque ſtatu ſeruitutis. Nume. to. 2. 3. col. 1. D

Liberum vel voluntarium nō opponitur per ſe neceſſario, ſed coacto. Num. to. 2. 136. col. 2. E

De libertatis arbitrij ratione non eſt eſſe vertibilē in hoc vel illud: immo eſſe vertibilem, in hoc vel illud eſt defectus libertatis. to. 1. 201. col. 4. F

Super liberum arbitrium aſtra non habent cauſalitatem, ideo ſuper ipſum non poſſunt ſignificare vel eſſe ſigna. Exo. to. 2. 124. col. 4. I & 203. col. 1. A

Liberum agens eſt indeterminatum, ſeipſe determinans. Matth. to 6. 80. col. 1. D
Libertas ſpiritualibus, aut ſeruitus in homine, poteſt attendi dupliciter. Matt. tom. quinto. 135. colum. 4. G
Ad Hoc quòd aliquis ſequatur ſtatũ libertatis, vel ſeruitutis, quot requirantur. Matthæi. to. quinto. 135. col. 4. I
Libertas eueniendi rebus ſimiliter, & neceſſitas non conſideratur in actibus ipſis, quando ipſi actus fiunt, ſed priuſquam fiant &c. Ioſue. tomo 2. 43. colum. 3. I.
Quomodo libertas noſtra, & neceſſitas ſaluatur, cũ infallibilitate cognitionis diuinæ. Ioſue. tomo. 2. 44. col. 2. B
Libertas a coactione requiritur ad merendum, nõ tamen libertas a neceſſitate finis, quæ non eſt neceſſitas abſolute, prima vero ſic. Ruth. 246. colum. 1. B
Nullum maius bonum, quam libertas, & nullum maius malum, quam ſeruitus. 1. Regum. to. prim. 181. col. 3. K
Libertas operationis humanæ ſtat in duobus. ſ. in voluntate formaliter, realiter, & completiue, & in intellectu radicaliter, & principiatiue, & cete. 3. Reg. 108. col. 1. A
Liberum eſt homini bene agere, & ad beatitudinẽ peruenire. Mat. to. 5. 33. col. 2. B
Licet libertatem noſtram non tollat Deus directè, & per ſe: per accidens tamen poteſt tollere, tollẽdo. ſ. actum intellectus, in quo eſt principium, & radix libertatis. Et poteſt dupliciter agere per accidens contra libertatem noſtram. ſ. priuatiuè, & poſitiuè, ſed prædictis modis non tollit libertatẽ, vt probatur. 3. Reg. 108. col. 1. D
Libertas eſt bonum quoddam magnum. 2. Parali. 108. colum. 4. I
Duplex eſt libertas, quędam quæ eſt ſpiritualis, quę opponitur ſeruituti peccati, quia qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Ioan. 8. Alia eſt libertas ab obligatione iuris, vel ab obedientia mandatorũ, & iſta nemo eſt liber, niſi qui non habet ſuperiorem &c. Matt. to. 3. 89 col. 1. B
Ad expoſitionem quarundam auctoritatum, quæ videntur deſtruere liberum arbitrium, notanda eſt qoædam diſtinctio finis in principalem, & minus principalem. Exo. to. 1. 61. col. 1. C
Liberum arbitrium eſt facultas, intellectus, & voluntatis. Exo. to. 1. 286. col. 3. H
Liberum arbitrium principatur his, quæ ſunt poſteriora ipſo. Leui. 196. col. 1. E
Liberum arbitrium videntur tollere quædam autoritates ſacræ ſcripturæ prima facie, quæ videntur duæ, ſunt tamen cautè tractandæ, & ad mollem ſenſum referendæ &c. Ioſue. to. 2. 11. colum. 3. I
Per liberum arbitrium non poteſt homo ſufficienter vitare malum. Matthæi. tomo quinto. 27. colum. 1. D
Libertas liberi arbitrij, in quo conſiſtat. Matt. to. 5. 144. col. 3. H
In actu liberi arbitrij ſunt duo. Matthæi. to. quinto. 146. col. 1. B
Libertas non eſt ad efficiendum, ſed ad determinãdum. Matt. to. 5. 144. col. 4. G
In actu liberi arbitrij ſunt duo, vnum eſt ipſe actus deliberandi, aliud eſt quòd ſecundum illud reflectat ſe homo. ad hoc vel illud: quantum ad ſecũdum homo eſt Dominus ſimpliciter ſui actus: nec in hoc dependet ab aliquo, ſed quantum ad primum dependet ab alio. Nam poſtquam quis habet actum cogitandi, & deliberandi circa aliquam materiam, quòd flectat ſe ad hoc, vel ad illud, penitus eſt in potentia illius: ſed quòd habeat iſtum actum cogitandi, non eſt ex conditione liberi arbitrij, oportet ergo ponere cauſam extrinſecam, quæ mouet liberum arbitrium. i. rationẽ ad cogitandum id, de quo deliberet, & iſtud oportet quòd ſit ſuperius ratione. ſ. Deus. Matth. to. 5. 146. col. 1. B
Liberum arbitrium eſt naturale huiuſmodi ſicut eſſe animal. Et ideo quidquid potuit ante peccatũ, poteſt poſt peccatum: ſed non ita bene, & faciliter, quia ante peccatum non erat paſſio incitans ad malum, & diſturbans a bono. Matt. to. quinto. 152. col. 4. F.
Liberum arbitrium non mouetur præparando ſe ad gratiam, niſi a Deo motum, iuxta illud Ioann. Nemo venit ad me, niſi Pater meus traxerit eum. Matt. to. 5. 156. col. 2. C
Reliqua de arbitrio libero in dictione: Liberum arbitrium.
Liberum arbitrium non mouetur ad bonum niſi pulſatum a Deo. Mat. to. 5. 155. col. 4. F
Quare ſuper liberum arbitrium non poſſint corpora cœleſtia. Matt. to. 6. 84. col. 3. K. col. 4. F
Liberum arbitrium eſt purum quid immateriale. Mat. to. 6. 84. col. 4. F

Liberalitas Poteſt eſſe alicuius ad ſe ipſum aliquo modo, non quidem ſecundum, quòd conſiſtit in dationibus, ſed vt cõſiſtit in ſumptibus &c. Mat. to. 3. 36. col. 3. K
Liberalitas eſt pars, ſeu ſpecies iuſtitiæ. Matthę. to. 3. 12. colum. 1. D
Liberalitas nõ reſpicit æqualitatem neque proportionem, aut aliquid certum, ſed gratuitam volũtatem: non agentem contra rationem, & in hoc differt a iuſtitia, quæ ſeruat æqualitatem & proportionem. Mat. to. 5. 178. col. 2. A
De liberalitate patrisfa. circa nouiſſimos in parabola vineæ. Mat. to. 5. 178. col. 2. B

Liberari a peccato. Peccare & liberari a peccato quãdo accidat. Mat. to 7. 255. col 2. B

Liberi pro filijs. Naturale deſiderium mulieris eſt, vrbem liberis implere. Mat. to. 6. 324. col. 4. I

Libya. Abundat multis ac varijs ſerpẽtibus. Num. to. 2. 16. col. 2. C
Libya nomen eſt prouinciæ in Aphrica, & tamen hoc nomen Libya toti Aphricæ cõueuit. Ioſue. tomo 1. 176. col. 4. G
De duplici Libya. ſecundo Paralipom. 160. colum. 3. F. col. 2. E

Libyj. Vel Libyci deſcendũt a Phut tertio filio Cham, a quo & Mauritaniæ fluuius dicitur, & regio illa Phutenſis. 1. Paralipome. 30. colum. 4. H

Libido. De libidine Romanorum refert Seneca, quòd tempore ſuo, quando in ciuitate Roma totalis intemperantia vigebat, poſtquam viri defatigati erant exauſtis medulis laborantes, faciebant paruulos pueros & puellas coram ſe concubere, vel ſaltem hoc tentare, vt ſic ipſi turpiſſimi ad libidinem mouerentur. Gene. 267. col. 1. E
Libido habet aliquid ſpetiale contra cætera vitia, cætera enim ſperando fugantur. Sola enim libido fugiendo ſuperatur, vt ait Alanus in libro de Complanctu naturæ. Gen. 358. col. 4. F

Ad libidinem nimis incitat bellum & præcipuè homines ęqueſtres. Ioſue to. 1. 29.col.4.I
A libidine & ab ira facile vincitur is, qui eſt in peccato mortali Mat.to.5. 153.col.1.E
Libido eſt nomen generale ad multas paſſiones tã in concupiſcibili, quàm in iraſcibili. Matth. to.2. 101.col.4.I
Libido vel concupiſcentia magis repugnat rationi quàm ira. Mat.to.2. 144 col.2 C
Homo imprudens non peccat in alijs vitijs per tot modos imprudentiæ, ſicut in libidine, & hoc de per ſe.to.2. 144.col.1.E
Inconſtantia, quæ opponitur libidini, non eſt eadẽ cum illa, quæ opponitur fortitudini, & inconſtãtia, quæ opponitur fortitudini, naſcitur ex inconſtantia, quæ opponitur temperantię. Matth. tomo ſecundo. 144.col.2.E
Libido non eſt in vaſis genitalibus, ſed intra nos eſt in anima, & originẽ habet ab ipſa ſeminis abundantia, quæ non eſt in genitalibus, ſed intra corpus in vaſis ſeminarijs. Mat.to.2. 194 col.3.H

Libres populi. Habitantes in parte Meridionali Orbis, quæ eſt in Aphrica, & valde calida & arenoſa, plena ſerpẽtibus apud Aethiopes, & Aegyptios. Deſcendunt Aphut tertio filio Chã, vnde in terra illa eſt fluuius quidam, qui dicitur Phut. Gen. 51.col.3.G

Licentia. Facit licere, quod conceſſum eſt, ſed non obligat ad id, quod conceditur. Gen. 109.col.3.H

Licitum. Quod de ſe licitum non eſt, neceſſitas licitũ facit, vt patet extra de regulis iuris in regula, quod licitum. Exo.tom.1. 190 col.2.E
Licita ſunt omnia, quæ vetita non ſunt. Numero tomo primo 11.col.2.B
Duplex eſt licitum, ſcilicet licitum, & expediens, & iſtud licitum eſt iurare. Aliud eſt licitum, ſed non eſt expediens, & iſtud non licet iurare, de primo vt ieiunare, de ſecundo, vt non intrare religionem &c. Mat.to.2. 227.col.4.K

Lycurgus. De Lycurgo Lacedęmoniorũ Rege, leges condentes Exod tomo primo. 137.col.3.G
Lycurgus, vir famoſus legibus & exemplo, fuit legislator in Lacedęmonia, qui vt leges ſuę internum obſeruarentur in Lacedęmonia, voluntarium exilium amplexus eſt, & cum moreretur iuſſit oſſa proijci in mare, ne contingeret ipſum ſaltem mortuum Lacedęmoniam redire. Et ſic pntarent Lacedęmonij ſe abſoluto a iuramento, quod ei præſtiterant, ſcilicet, quòd leges eius obſeruarent, quouſq; ipſe rediret. 1. Parali. 9. col. 2 C

Ligare. Eſt a regno cœlorum excludere, & ſoluere eſt, ad regnum recipere. Mat. tomo 4. 173.col.1.B
Multos actus ligandi, & ſoluendi ponit Magiſter in 4. ſent. diſt. 18. ſed 3. & 4. quaſi coincidunt. Et primus & ſecundus pertinent propriè ad clauẽ &c. Mat.to.4. 178.col.2.C
Licet poteſtatem generalem ligandi, & ſoluendi, dedit Deus apoſtolis &c. non tamen, quòd ſolue rent & ligarent contra legem. Mat. tomo 5. 60. col.1.B
Quomodo virtute clauium ſacerdos habeat uirtutem ligandi Mat to.4. 178.col 1.A
Quatuor ſunt modi ligandi, & ſoluendi. Matth. tomo quarto. 178.col.2 C
Quid ſit ligare in culpa, quod Deus directè facere non poteſt, Mat.to 4. 178.col.1.D

Lignum. Quod oſtendit Dominus Moyſi, quo aquæ amaræ factæ ſunt dulces, dicit Rab. Salo. quòd fuit illud, quod nos vulgariter vocamus adelfa, & veriſimile videtur. Exo.to.1. 126.col.1.E
De ligꝰis Settim, de quibus facta ſunt opera tabernaculi, Exod.to.2. 16.col.1.D
Quid per lignum, fœnum, & ſtipulam ſignificcet Apoſtolus, Mat.to. 7. 245.col.2.E 246 col.4 G
De lignis Settim, quid dicat Rab, Salom. & qd, Aben Ezra, & quomodo magis placeat opinio Rab. Salo. Deut. 49.col.3.I
Secundum conſuetudinem ſcripturæ ſacræ, lignũ ſignificat arbotes non fructiferas, & arbor ſignificat arbores fructiferas. Mat to.5. 221.col.3.K
Ligna ſunt ligna precioſiſſima & alba, ita ſolidiſſima, quòd poſtquam ſint leuigata, & perfectè dolata, apparent in eis imagines ſicut in paſculis, & ideo ſunt prędioſiſſima inter omnia ligna. Et inuentum in inſula Ophir. 3. Reg. 89.col.4.H
2. Paralipo. 124.col.1.C
Lignorum ſcindendorum obſeruãda dies; ea namque in quibuſdam diebus inciſa non putreſcunt, quæ ſi in alijs ſcindantur tabeſcunt. Exo.tomo 1. 77.C.4.I

Lignum ſcien. boni & mali.

Lignum ſcientiæ boni, & mali ſic dictum eſt, vt dicit Ioſephus, quia vſum rationis acelerabat, & acuebat ad bonum ſenſum, vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ &c. Gen. 13.col.3.G
Lignum ſcientię &c. dictum eſt ſic ab euentu, quia guſtando de fructu eius cognouerunt primi Parentes malum, quod incurrerant, & bonum, qđ tenuerant, cognouerunt, inquam, per experientiam boni, & mali. i. experientiam boni perditi, & mali habiti. Gen. 13.col.4.G
Lignum ſciendi bonum & malum vocauit Plato ipſum hominem, quia non putauit eſſe talem arborem. Gen. 13.col.4.H
Lignum ſcientiæ &c. & lignũ vitæ, de quibus Gen. 2. non fuiſſe vera ligna dixerunt aliqui, ſed per lignum ſcientiæ &c. intelligunt tranſgreſſi manda ti experimentum &c. ſed falſum dicunt Gen. 95. col.4.G
Fructus ligni ſcientiæ boni & mali, dabat cognitionem boni & mali, dicit Ioſephus, qui erat cauſa acuminis intellectus, qđ improbat Nicolaus de Lyra, ſed non ſufficienter, vt probatur. Gen. 96. col.1.A
Lignum ſcientiæ &c. ſic dictum eſt non a natura, ſed ab occaſione poſtea ſecuta, quia experientia didicit homo, quod eſſet obedientiæ bonum, & inobedientiæ malum, exemplo medici. Gen. 96. colum.2.D
Lignum ſcientiæ, ideo ſic dictũ eſt, non ex ſucceſſu, ſed impoſitum eſt per falſitatẽ ex verbis diaboli, ſiue ſerpentis tentatis, & di. Eritis ſicut dij ſciẽtes bonum & malum. Et ſcire bonũ & malum nõ capit ſcriptura in malum, ſed in bonum. ſ. ſcire abſolutè &c. Gen. 96.col.4.F
Lignum ſcientiæ boni & mali, non habuit hoc nomen ante tranſgreſſionem, ſed poſt impoſitũ eſt ab Adam, vel a Moyſe ex euentu. Nec illa verba, quæ ante tranſgreſſionem dicta ſunt a Deo. ſ. ex omni ligno Paradiſi ſi comede, de ligno aũt ſcientiæ boni, & mali, ne comedas: sũt dicta a Deo, ſed alia, quæ hoc ſignificabant, & hoc fuit per anticipationis figurã, & ſic cõiter dr. Gen. 96.col.2.E

Proba-

Probabile eſt quòd lignum ſcientiæ boni, habuerit plura indiuidua eiuſdē ſpetiei, nec fuit ficulnea, vt aliqui dicunt, nam poſtquam viderunt ſe nudos, conſuerunt folia ficus &c. Sed certum eſt, ꝙ non auderunt iterum tangere illam arborem, ne maius malum inde eis accideret &c. Geneſim. 98.col.4.F

Lignum ſcientiæ &c. vnicū erat in paradiſo, quod perſuadetur multis rationibus Gen. 98.col.4.L

De ligno ſcientiæ &c. non obligantur non comedere Elias & Henoch &c. Gen. 119 col.3.G

De ligno ſcientiæ &c. prohibuit Deus comedere, non quia in ligno eſſet aliqua cauſa prohibitionis, ſed quia ſic placuit Deo. primo ad manifeſtandum dominium ſuum ſuper hominem. ſecundo ad dandum homini abundatiorem locum mærendi. Et datum eſt illi præceptum paruæ difficultatis, vt inciperet eſſe ſub iugo, ſed cur Deus dederit tale præceptum, cum ſciret hominem non obſeruaturum explicatur. Gen. 126.col.4.F

Lignum ſcientiæ boni &c. non ſic appellauit Eua, quia nondum habuerat hoc nomen, quod poſt peccatum impoſitum eſt ei, ſed dixit, de ligno, quod eſt in medio paradiſi &c. Gen. 169.col.2.D a. Et per anticipationem vocauit illud lignum Moyſes hoc nomine ſcilicet ſcientiæ & c. ibidem 169 col.2.E

Lignum vite Datum eſt, ad reducendum carne; hominis alimentalem ad puritatem carnis primæ. Gen. 13. col.3.G

Lignum vitę & lignum ſcientiæ boni & mali erāt in medio paradyſi. Gen 97.col.3.K

Aliqui dicunt lignum vitæ eſſe ſpiritualiter intelligendum, nam aliqui dicunt eſſe hominem, alij ſapientiam. Alii eſſe ſanctum ſanctorum ſcilicet Chriſtum, qui omnes probantur falſum dicere. Geneſim. 97.col.4.I

Poteſt dici quòd lignum vitę ſit eiuſdem ſpeciei, cū aliqua arborum, quæ apud nos ſunt, licet nos ne ſciamus, cuius ſpeciei ſit, ſed melius dicitur quòd non. Gen. 98.col.1.D

Lignum vitæ non ſic dictum eſt, quia conferat ad vitam, quia multa alia ligna ſic conferebant, ſed quia dabat longam vitam. Et iſta longa uita, quā præſtabat, intelligenda eſt vltra rommunem vitæ diurnitatem. ſ. vltra mille annos vel duo mille, quod conſtat in Elia & Henoch &c. Gene. 99. col.1.C

De ligni vitæ uirtute quid dicat Beda, refertur. Gē. 99.col.2.C

Per ligni uitæ eſum, quomodo poſſet conſeruari vita hominis in perpetuum Gen. 99.col.2.B

Lignum vitæ ſubueniret homini contra impuritatem humidi cibalis, per virtutem mirabilem datam adeo, quòd. ſ. aſſumptum & tranſiens in naturam corporis reducebat ad perfectam aſſimilationem. Et ita ſtabat humidum radicale in tanta puritate quanta prius. Gen. 100.col.4.F

Lignum vitę faciebat trāſire alimentum in alitum ſub tanta puritate, ſub quanta erat, id quod fuit reſſolutum. Gen. 100.col.4.F

Alia ligna paradiſi, præter lignum vitæ, & ſi non cō ferrent ad vitam longam eomodo, quo lignum vitæ, tamen illa conferrent vitam diuturniorē, quam hęc &c. Gen. 101.col.1.A

Lignum vitę non ſolum conferebat longam uitā, ſ. etiam immortalitatem i. nunquam mori. Et hoc eſt cōtra quoſdam di. oppoſitū Gen. 101. col.2.A

Lignū vitę ad hoc ꝙ conferret immortalitatē, non ſatis eſt, vt de eo ſemel tantum comederent, ſcilicet oportebat ſępe comedere. Scilicet quoties iterare deberent comeſtionem ligni vitæ & quā do; notum eſſet hominibus exiſtentibus in paradiſo, qui cognoſcerent diſpoſitiones corporum ſuorum, & noſſent quid eis opus eſſet. Gen. 101. colum.3.B

Lignum vitæ proderat dupliciter, vnomō vt cibus aliomō vt dans virtutē cibo & cibato. Et ita erat vt cibus, & vt medicina, ſ. magis vt medicina, large loquendo, quam vt cibus, Gen. 101.col.3 C

De ſolo ligno vitæ obligabatur Adam comedere, vt probatur. Gen. 109 col.1.K

Quòd de ligno vitę non comederint primi Parentes, probabilius videtur quam oppoſitum. Gene. 129.col.2.D

An Adam ante peccatum cognouerit lignum vilę vel non, none ſt certum, poteſt teneri quòd ſic, & ſimiliter quòd non. Scilicet rationabilius videtur quòd ſic Gen. 129.col.4 G

Ligurius lapis. De ligurio lapide vide ſupra in dictione, lapis.

Lymbus patrū. In limbo patrū exiſtētes nullas pœnas experiebātur ſcilicet ſenſus. Erat tamē ibi aliqua pęna dāni, in anima ſoluta a terreno carcere, quę apta erat videre Deum, & quia non uidebat accendebat er deſiderium, ex quo tanquam amans, qui expectat, cruciabatur, donec per Chriſtum inde exuta tranſiret ad beatam viſionē. Ad linien dum tamen anguſtias huius diutinæ expectationis, veniebaut angeli ad illos ibi manentes, quia conciues ſui erant multa de natura Dei & de uiſione æterna reuelantes. Et de ſtatu proſpero animi corum viuentium, per quæ multum ab angu. ſtijs liniebantur. gen. 295.col.2.B

In Lymbo Abraę animę ſanctorū Patrum cruciabatur ex deſiderio gloriæ, quam non habebant ſicut amantes, qui amatum longe eſſe conſiderant, ſola expectatione torquentur &c. Deut. 17. col 4.G

Lymbus patrum fuit paradiſus in morte Chriſti iuxta illud Luc 23. Hodie mecum eris in paradiſo Mat. to. 5. 36.col.1.C

Lymbus ex nominis ſignificatione, extremitatem deſignat. Mat. to 7. 168.col 1 A

Quomodo irentaiæ ad Lymbum ſanctorum. Mat. to 7. 208 col.C

Lymbus patrum quare nō vocatur Lymbus Moyſi; ſed Abrahę. Matth. tom. ſeptimo, 26. columna 2.D

Lymbus extremitas dicitur. Mat. to. ſeptimo, 263. colum. 2.E

In Lymbo ſanctorum patrum, animæ illic exiſtentes, fuerunt beatæ cum Chriſtus illuc deſcendit, quia ibi videbatur deitas ab illis, vt patet ex verbo Chriſti ad latronem luc. 23. hodie mecū eris in paradyſo. Mat. to. 7. 161.col.4.F

Lymbus patrum eſt ſinus inferni in corde terræ, & eſt quędam pars inferorum vt probatur. Mat. to. 7. 259. col. 3. F. Et iſte lymbus vocatur multis nominibus, nam vocatur inferus, vt patet in ſymbolo. ſecundo Lymbus patrum. tertio dicitur Finus Abrahę. Et iſtud nomen eſt illi a Chriſto impoſitum luc. 16 quarto vocatur lymbus inferni, vel ſinus. Mat. to 7. 259.col.3.K

Lymbus patrum vocatur Sinus Abrahæ propter multa. Mat. to. 7. 259.col.3.H col.4.F

Ad Lymbum primus iuit Abel, vt creditur. Matth. to. 7. 260.col.3.I

Limbus

Lymbus patrum conuenienter datus est iustis pro hospitio ante Christi passionem, vt probatur Matth.tom.septimo 260. columna 4. K.261.columna 1.A

Lymbus patrum, ante mortem Christi habebat aliquid de bono,& aliquid de malo, & ratione primi poterat vocari sinus Abrahæ,& ratione secūdi scilicet carentię diuinæ visionis, vocabatur Lymbus inferorum.Et primum erat quies a pœna &c.Mat.to.7. 261.col.2.C

Lymbus patrum idem est cum loco damnatorum, quoad continuitatem, differunt tamen secundū situm secundum supra.Mat.to.7. 262.col.1.A

Lymbus patrum,& Lymbus puerorum, non erant idem locus,sed erant duo receptacula. Mat. to.7. 262.col.3.G

In Lymbo patrum animę sanctorū detinebātur ꝑ sola dilatione redemptionis nostræ per mortem Christi. Potest etiam dici, ꝙ detinebantur ibi pro peccato originali vsquequo esset ibi plene expiatum &c.Mat.to.7. 263.col.2.C

In Lymbo patrum cęperunt esse animæ, cum cępe runt esse sanctorum animæ.s.a principio sęculi, quorum primus creditur fuisse Abel. Et durauit habitatio sanctorum in Lymbo vsque ad mortē Christi, ꝑ peccato originali,prout inficiebat natura &c. a qua infectione liberauit Christus ꝑ mortem suam. Et ad istum Lymbum ibant sancti ex quacunq; gente essent &c.Mat.to.7. 263.col.4.K 264.col.1.A

Ad Lymbum sanctorum ibant homines dupliciter primo directè,illuc descendendo, secūdo de alio receptando illud transeundo &c.Matth.tomo 7. 264.col.2.D

Animæ existente in Lymbo patrum, poterant inde exire,sed non constat,an exierint,vt probatur Mat.to.7. 270.col.3.F

De Lymbo patrum &de descendentibus ad ipsum vide in Paradox. 107. col. 1. A. Et de eius varijs nominibus. 107.col.2.B

Lymbus patrum quare diceretur Sinus Abrahę, & de descendentibus ad ipsum.vide in Parado.107. col.4.F

Lymbus patrum in quibus differret a Lymbo puerorum.vide in Paradox. 109.col.1.2.&3

Lymbus patrum per quadraginta horas fuit paradisus,quando ibi Christus,Redemptor noster per illud tempus ostendit suam diuinitatem in Paradox. 102.col.1.B

Lymbus puerorum.

In Lymbo puerorum est pœna damni, quæ est carentia &c.non est pœna sensus, & illa carētia est boni, qđ nati erant habere illi pueri &c. scilicet boni naturalis, quo gaudere poterant adipiscentes illud,& carentia diuinæ visionis &c.Mat.to.7. 232.col.4.H

In Lymbo puerorū non est pœna vermis &c. Mat. to.7. 233.col.1.E.col 2.A.sed quare illi paruuli locum habeant sub terra,& non aliunde, s. super terram.Mat.to.7. 233.col.2.C

Paruuli in Lymbo non solum carent visione Dei, sed ēt oībus alijs bonis &c.Mat.to.7. 233.col.3.G

Paruuli in Lymbo non solum habent carentiam visionis &c.quæ est sola priuatio, sed etiam aliquid positiuum.Sed vocatur priuatiua illa pœna,quia est de priuatione,& non de aliquo positiuo, & est quædam tristitia.Mat.to.7. 234.col.2.E

Paruuli in Lymbo,ad hoc, ꝙ pœnam sustineant ex carentia visionis Dei,duo requiruntur. Primum quòd sciant se non videre Deum, & quòd non videre sit malum, & pœnale. Et possunt cognoscere Deum dupliciter, vno modo naturaliter, & ex communi concursu, alio modo specialiter ex Dei reuelatione.Mat.to.7. 234.col.3.K

Quòd paruulorum in Lymbo sit parua pœna ex carentia diuinæ visionis,potest accidere dupliciter, vno modo, ꝙ nō cogitēt se carere illo bono &c. Alio modo,quia dato,ꝙ cogitent, causa tamē carendi alleuiabit eorum pœnam,quia scient se carere non ex aliqua iniquitate, sed propter legem Dei,vel propter aliquod extrinsecum,quod non fuit in potestate ipsorū &c.Mat.to.7.235.col.1.D

Omnium paruulorum in Lymbo existentium pœna est æqualis, secus tamen de adultis damnatis, & assignat ratio differētię.Mat.to.7. 235.col.3.G

In Lymbo puniuntur carentia visionis.Et potest dici,ꝙ pro peccato suo puniuntur, nō qđ fecerūt, sed in quod inciderunt,potest & aliter dici,quòd nullam patiantur pœnam,quia non est pœna,ꝙ scilicet non detur alicui, id quod non est ei debitum,& ideo non est pœna,ꝙ paruuli careant visione Dei,& hoc videtur verius, licet aliud communiter teneatur.Mat.to.7. 235.col.4.H

In Lymbo paruulorū solū paruuli detinentur &c. Matth.to.7. 236.col.1.D

Existentes in Lymbo paruulorum,sunt minores in cognitione cęteris damnatis &c.Matthę. tom.7. 238.col.1.D

Existentes in Lymbo paruulorum resurgent in corporibus tantæ quantitatis,quātam habituri erāt, si peruenirent ad annum trigesimū vitę suę, &c. Matth.to.7. 238.col.2.A

De Lymbo puerorum. in Paradox. 105.col.1.A

In quo solum puniuntur carētia diuinę visionis, quæ vocatur pœna damni, sicut culpa ipsorum fuit pura priuatio, si licet carentia originarijs iustitiæ &c.ibidem. 106.col.3.H

Existentes in Lymbo puerorum resurgent in die iudicij,sed non præsentabuntur ante iudicē Christum, vt quidam dicunt, sed nos dicimus,inquit autor,ꝙ est parui momenti, ꝙ præsententur, vel ꝙ non.In Paradox. 106.col.4.G

In Lymbo puerorum existentes multipliciter differebant ab existentibus in Lymbo patrum. Primo tanquam perpetuum a temporali, secundo quia in Lymbo puerorum existentibus, carentia diuinæ visionis erat pro pœna, sed non in Lymbo patrum.in Paradox. 110.col.1.A

In Lymbo puerorum nullus intrauit,qui aliquādo peccasset mortaliter actuali peccato. in Parado. 112. col.4.I

De situ Lymbi puerorum.Mat.to.7. 169 col.4.H

Lymbus puerorum & Lymbus sanctorum duplici ter considerantur.Mat.to.7. 262.col.31.I

Quomodo animæ paruulorum descēdant in Lymbum puerorum.Mat.to.7. 280.col.1.D

Pueri in Lymbo existentes, semper ibidē manebūt. Matth.to.7. 251.col.4.H

Limus. Limus dicitur terra madefacta,& cōtemperata aqua,Gen. 12.col.2.A

Linea. Dupliciter considerat̄ur, s. naturaliter & mathematicę.Mat.to.4.249.co.26.B

Lingua, scilicet carnea.

Inter organa corporis, quod magis exprimit rationem,est lingua,quæ aliquando cessat loqui ex irę magnitudine, vel ex maximo dolore. Matt. to.2. 107.col.3.H

Linguarum confusio,facta est fere per centū annos post

poſt Diluuium .ſ. in diebus Phaleg, quia Phaleg natus eſt centū annis poſt Diluuium. Patet cōputando duos annos, quibus poſt diluuiū natus eſt Arphaxad, & triginta quinque annos Arphaxad antequam gigneret Sale, & triginta annos Sale priuſquam gigneret Heber, & triginta quatuor Heber antequam gigneret Phaleg, qui ſimul ſumpti ſunt centū & vnus annus &c Gen. 54.col.2.E

Linguarum diuerſitas non debuit ſtatim eſſe a principio mundi &c. ſed bene poſt. Gen. 55.col.4.K

Linguarum numerus in linguarum confuſione, quotus fuerit, non explicat textus Gen. ſed communiter dicitur, quòd fuerunt ſeptuaginta duæ linguæ ex numero filiorū Noe, de quibus Gene. 10. dicitur quòd habebant ſinguli linguas ſuas. Sed dubium eſt, vtrum omnia idiomata, quę nūc ſunt, fuerint ibi data, vel aliqua eorum humana voluntas, & induſtria fecerit, & aliquod eorum perierit. Gen. 56.col.2.B

Linguarum confuſio facta eſt per hoc, quòd Deus turbauit intellectum omnium illorum hominū, & fecit obliuiſci idioma, quod prius cognouerant, radendo ab intellectu illum habitum cognitionum verborum & ſignificatorum per verba illius idiomatis & cauſauit in eis quoſdam habitus cognitiuos nouorum, prout ſunt ſigna rerū &c. Gen. 56.col.2.C

In linguarum confuſione prætendebat Deus, vt homines ſeipſos audire nollentes, ab inuicem recederent, & non ædificarent, & tunc diuiſi ſunt in diuerſas regiones. Gen. 56.col.2.D

In diuiſione linguarum Deus dedit idiomata diuerſa, omnia tantū completa dedit, ita vt hoīes nihil poſtea apponere deberent Gen. 137.col.3.H

In diuerſis linguis non inconuenit eſſe eandē vocē, quæ non ſignificat idē ſicut, leuaui, in lingua latina eſt verbum præteriti tēporis ſignificans &c. Et ī Hebræo ſignificat, cor meū. Mat. to. 239.col.3.F

Lingua hebræa fuit prima ab origine mundi. Gen. 24.col.3.H

Lingua hebręa caret caſibus Gen. 53.col.2.C

Lingua hebræa quantum ad quædā certior eſt lingua latina, lingua tamen latina eſt ſimpliciter perfectior lingua hebraica. Et ratio iſta perfectionis ſumitur ex natura finis &c. quia maior perfectio vel minor in lingua attenditur ſecundum q̄ de ſe eſt magis certificatiua, illius quod p̄ ipſum volumus exprimere, ſed hoc perfectius eſt in lingua latina, quam in hebræa, quia in hebræa ſunt multæ æquiuocationes in terminis, & multæ amphibologiæ in orationibus. Multæ quoque ſentētiarum decurtationes, quæ non ita ſæpe reperiuntur in lingua latina, vt experientibus patet &cet. Gen. 353.col.1.D

De lingua hebræa, vide in dictione, Hebręa lingua.

Lingua latina cæteris linguis eſt perfectior, licet hebręa excedat eam in hoc, quòd in adiectiuis & relatiuis & in perſonis verborum magis explicat genus &c. Et ponuntur exempla. Gen. 353.col.2.C. 356.col.2.D

Tres linguæ, ſcilicet, Chaldaica, Syriaca, & Hebræa ſunt ſimiles, quia habent eaſdes voces, & eaſdem literas, & ſimilem modum proferendi. 1. Reg. to. 5. col.2.E. col.3.F

Lingua Syra multum eſt cōformis Hebraicæ, & totidem literas haber, ſ. 22. eiuſdem ſoni, ſolum differentes in figuris Mat. to. 3. 228.col.4.I

Liuonienſes populi. Liuoniēſes populi ſunt quidā pagani, qui tarde conuerſi ſunt ad fidem, habebāt cōſuetudinem de ſuſcitando fratris ſemine. &c. 1. Reg. to. 1. 119.col.4 H. & 136.col.2 A

Lirima. Dictio græca eſt, quæ deuiationem vel errorem notat, vnde dicitur delyrus ſenex, qui rectum iudicium propter ſenectutem perdidit, ſic dicūtur lirimata origebis, ideſt, quidam liber, in quo ponuntur errores deuiantes ab his, quę tenet orthodoxorū Eccleſia. Gen. 16.col.2.C

Litigium. Litigia non ſunt licita religioſis. Mat. to 6. 181.col.3.H

Lis. De modo componendi lites in Eccleſia primitiua. Mat. to 5. 202.col.2.E

Lites vocantur negotia, quaſi negantes ocium. extra de verborum ſignificatione. c. forus. Mat. to. 5. 25 col.1.A

Litigare. Litigantes debent ſtare coram iudice, & non ſedere. vt habetur Deu. 25. leui. 190 col.1.A

Litigare in iudicio ſecundum ſe non eſt malum, licet ſit a malo, & ideo nulli genti prohibitum eſt niſi Chriſtianis. Et ipſis non eſt illicitum ſimpliciter, ſed corā infidelibus, & coram iudice infideli, quod reprobat Apoſtolus. 1. Corinthio 6. di. Audet liquis veſtrum, habens negocium aduerſus alterum, indicari apud iniqnos, & non apud ſanctos &c. Nam tunc potius debet perdere cauſam quam litigare coram iudice &c. Contendere tamen coram iudice fideli, non eſt ſecundum ſe illicitum, licet poſſit eſſe malum. Si litigauerit ex charitate, vt proximus non fiat malus, meritorium eſt. Si autem litigauerit deſiderio recuperandi rem ſuam, Et eſt vir imperfectus, cōceſſum eſt illi litigare, non tamen ſi ſit perfectus. Et hoc conſilium eſt pro perfecto, quod in duobus caſibus eſt intelligendum, vnus eſt, quando ſuper rebus pure temporalibus, quę noſtrę ſunt, litigandum eſt. Secundus quando contenditur ſuper quadam violentia ad prę̄ſtandas operas, Matth. 5. De primo, cùm dicitur; Qui vult contendere tecum in iudicio &c. De ſecundo, cùm dicitur; Qui angariauerit &c. De aliis autem caſibus nō tenet hoc, vnde interdum tenemur litigare. Et quantum quis fuerit perfectior tenetur magis litigare: primò in caſu fidei: ſecundò in rebus ſpiritualibus, quando neceſſe eſt incidere in peccatum mortale, ſi permittamus, quæ contra nos agūtur: tertiò pro defenſione uitæ & famæ: quartò in procuratione rerum alienarum, quarum negocium nobis incumbit. Et in his quatuor caſibus bene licet litigare, etiam coram iudice infideli. Mat. to. 2. 246.col.3.F

Litigantibus licitum eſt in iudicio obijcere crimina & deffectus in alterutrum, ad hoc quòd aſſequantur id, quod nituntur aſſequi: vt obijcere excommunicationem, periurium, ſimoniam, homicidium. Et hoc ſiue publica ſint crimina, ſiue occulta, dum tamen allegans probet. Si autem quis extra iudicium contendat cum aliqno in verbis ad emendationem illius, non licet allegare peccatū illius, niſi ſit publicum: quia alias præuaricaretur forma correctionis fraternæ. Matth. to 4. 128.col.4.G

Litigare conuenit monacho pro rebus monaſterij ex licentia ſui prælati, vel monaſterij. Matth. tom. 5. 24.col.4.I

Viri perfecti poſſunt licite litigare, licet hoc non cōueniat perfectioni eorum, quia per litigare minuitur quodam modo perfectio eorum &c. Ma-

thæum

th. to.5. 24.col.4.K
Omnibus perfectis licet litigare coram iudice petẽdo res suas iudicialiter, sed non conuenit eis regulariter. Aliquando tamen licet & conuenit, scilicet, in quinque casibus. Mat. to.5. 25.col.1.D

Litigium. In litigijs manifestè turpitudinis laudabile est nolle furare, nec alteri parti diferre. Nu. to.1. 230.col.3.I

Litera. Literarum & historiarum primordia inuenta sunt in Aegypto. Deuter. 168. col.3.H
De literis Hebræis emanasse literas Græcas & Latinas dicit Isidorus. Sed Hebręi vtũtur viginti duobus elementis literarum iuxta numerum librorum veteris testamenti. Græci vero viginti quatuor, & Latini viginti tribus. Et literas Hebręorum dicunt cępisse à lege per Moysen. 1. Reg. tomo primo. 4.col.4.K.5.col.3.H.col.4.F
Literas idiomatis Latini inuenit Carmentas, vt dicitur, tempore belli Troiani, vel paulo ante. 1. Regum. to.1. 5.col.3.I
Literæ quare dicantur elemẽta. 1. Reg. to.1.5.col.4.I
In literis Hebræorum non sunt vocales, sicut in latinis, sed sunt apices, qui ponũtur loco vocaliũ &c. 1. Reg. to.1. 6.col.4.H
Literæ dicuntur sic propter scripturam, quia leguntur & scribuntur, & dicuntur elementa propter prolationem, quia vocem intrinsece componũt. 1. Reg. to.1. 9.col.4.H
Inter literas Hebræas nulla minor, quàm Iota, quã ipsi vocãt Iod, nos vero Iotha more latino. Matthæum to.2. 74.col.3.H
Nulla litera apud Hebræos habet determinatum sonum, & vim vocalis, sicut apud Latinos. Matt. to.2. 74.col 3.I

Literalis sensus. Literæ sacræ scripturę, debet accipi per subauditam suppletionem, quando accipiendo eam, sicut iacet, sequitur aliquod inconueniens, alias autem accipi debet, sicut iacet. Gen. 79.col.31
Duplicem literalem sensum habet historia de agno Paschali. Num to.1. 102.col.4.H

Liuor Dicitur inuidia, vel color niger ex sanguine coadunato, & nigrè facto in loco percussionis & c. Gen.38.col.1.A.& 29.col.2.B

Locus. Deus & Angelus dicuntur esse in loco, per anallogiam, & non proprie: nã proprie corpus dicitur esse solum in loco. Exod. tomo 1. 14.col.4.H
Locus siue proprie, siue analogice sumptus dicit formaliter extensionem continentem. Et ideo Deus nec Angelus, secundũ, ꝙ in diuisibiles sunt, per substantiam suã, nec propriè nec impropriè locum habent: bene tamen secũdum, ꝙ in eis reperitur aliqua extensio non vera, sed metaphorica, idest, secundum virtutem, vel operationem dicũtur impropriè, vel metaphorice esse in loco, Vnde cum dicimus Deum esse vbique per essentiam, est valde improprius modus loquendi. Exo. tomo 1. 14.col.4.I
Superflue dicitur Deum esse in loco secundum prę sentiam, vt probatur. Exo. to.1. 14. col. 4. K. quia Deus secũdum essentiam nec est in loco proprie nec metaphorice, sed vere & metaphorice dicitur Deum esse in loco Exo. to. 1. 15.col.2.A
Solum corpus sensibile locum replet. Matthæ. to.1. 245.col.2.A
Locus nõ confert realiter ad beatitudinem, vel pęnam, agendo in anima. Mat. to.7. 271.col.3.I
Dicere Deum esse in loco secundum potentiam, sa tis calumniabile est ex vi sermonis, cũ esse, & potentia idem sint in Deo &c. Exo. to.1. 15.col.2.C
Quia scriptura sacra dicit Deum esse vbique nõ ab esse, vel a potentia dicit, sed ab operatione, & hoc denominatione extrinseca. Et sic metaphorice est in loco. i. ꝙ habet aliquam similitudinẽ ad rationem essendi in loco. Exo. to. 1. 15.col.2.D
Deus in loco est non proprie, sed metaphorice, & non per præsentiam, & potentiam, & essentiam, vt dicitur, sed operationem, semper intelligendo sanè & catholice. Exo. to.1. 15.col.4.G
Angelus est in loco non proprie, quia non est quantus, sed bene metaphorice. Nec est in loco secundum essentiam, quia eius essentia est indiuisibilis, quia diuisibilis ad indiuisibile non est proportio, quia sicut chimera non est in loco, quia nihil est ita nec substantia Angeli est in loco, quia secundum se indiuisibilis est. Nec est aliquis habens gra num intellectus, qui dicat, Angelum esse in loco secũdum essentiam, sed solum per operationem. Exo. to.1. 15.col.3.G
Non sunt proprie in loco substantiæ spirituales. Exo. to.1. 200.col.G
Locus non est principium operatiuum, nisi inquãtum est contentiuum influentiæ receptæ a corporibus cęlestibus. Leuit. 203.col.2.
Habitantes in locis frigidis sunt valde animosi, & ꝙ in locis calidis è contra, sed qui in locis temperatis, medio modo, vt ait Philosophus. 5. Poli. & 7. Leui. 203.col.2.B
Locorũ nomina frequenter imponebantur ab euẽtu in veteri testamento &c. Nu, to.1. 128.col.1.E
Aliquis locus dicitur Oriens tripliciter. Num.to.2. 58.col.3.K
Duo corpora esse simul in eodem loco, quidam putãt omnino impossibile, sed hoc est falsum, vt ꝓbatur. Mat. to.4. 246 col.1.C.col.2.A. Alij dicunt ꝙ vnũ corpus potest esse simul localiter cũ alio, non solum miraculosè, sed etiam per virtutẽ aliquam creatam, quod improbatur, & respõdetur ad fundamenta præfatæ opinionis. ibidẽ. 247.colum 1.E.col. 2 & 3. Alij dicunt, ꝙ duo corpora possunt esse in eodem loco per miraculũ, sed nõ alio modo, & hæc est opinio S. Tho. cui adheret Auctor. ibi. 248 col.3.H. Scotus & Rodulphus tenent, ꝙ per dotem subtilitatis possit corpus glorioſum esse simul cum non glorioso. ibid. 247.colum. 2.D. Et verba opinionis S. Thomæ in locis, q̃ allegat non sunt intelligenda, vt sonãt, sed ad bonum sensum. Mat. to.4. 248.col.4.F
Duo corpora esse in eodem loco, est miraculum, & consistit in hoc, ꝙ sicut non potest naturaliter cõseruari effectus, sine causa, vel posterius sine priori: ita etiam non potest naturaliter separari causa a proprio effectu, sed quantitati, siue dimensioni competit determinare locum & replere, & ex cõsequenti repellere quodcunque illud replens locum. Mat. to.4. 249.col.1.A
Locus non habet aliquam dimensionem. Matt. tomo 4. 249.col.2.I
Esse vnũ corpus in diuersis locis implicat contradictionem. Mat. to.4. 249.col.3.H
Licet Deus posset ponere vnum corpus glorioſum cum aliquo alio corpore diuina virtute, non tamẽ faciet, ꝙ vnum corpus nõ glorioſum fit cum alio non glorioso simul in eodem loco, vt probatur: bene tamen glorioſum cũ non glorioso, non tamen glorioſum cum glorioso. Matth. tomo quarto. 249.col.3.K.& per totam quæst.
Locꝰ ẽ supficies claudẽs locatũ. Mat. to.4. 249 co.1.E

Legibus

Legibus loci nō tenetur aīa. Mat.to. 7.265.col.4.G
Multa de loco inferni mentiuntur poetæ. Matthæ. to.7. 166 col.1.A
Duo corpora esse in eodem loco potest Deus facere.Mat.to.6. 87.col.2.D
Deus nulli loco deest.Mat.to.7. 269 col.1.B
Beatorum corpora nunquam erunt in minori loco quam sit quantitas ipsorum,sed semper in loco æquali &c.Mat.to.4.250.col 2.E. colum.3.F. & col.4.F
Christi corpus, nunquam est in minori loco quam sit sua quantitas.Mat.to 4. 250.col.4.G

Loculus. Loculos habere fuit conueniens Christo.Ioā.12.vt probatur. Mat. to.3. 114.col.3.F

Locari. Locatio. Inter locationem & venditionem, quid interst.Leu. 295.col.1.B
Penes locationem non accidit vsura.Matthæ.to.7. 48.colum.4.K
Locatio, quæ inter nos est, solum tollit fructus, & non substantiam,vel corpus possessionis. Leuiti. 297.col.4.I
Ad locationem tria requiruntur.Matth.tom.7. 57. colum.1.B
Ad Locationem multa requirnntur. primo, quòd res habeat vsum,qui non sit eius consumptio. secundo,quòd non transeat in conductorem,quātum ad dominium,sed eadem restituatur. tertiū, quòd periculum rei locatæ sit pœnes locatorem &c.Mat.to.7. 57.col.1.B
Spiritualia non locantur,nec alligantur.Matt.to.7. 307.colum.2.A

Locusta. Locustarum subito productarum plaga maius signum fuit quā productio grandinis, & fulgurum.Exo.to.1. 62. colum.4.H
Locustæ magis lædunt segetes aliqualiter duras, quam valde teneras Exo.to.1. 63.col.1.B
Locustæ nō sunt genitæ in terra Aegypti, sed in aliquo deserto in parte Oriētali Aegypti.Exo. to.1. 63.colum.1.D
Lucustarum Aegypti comparatio cum locustis, de quibus Ioelis.2.Exo.to.1. 63.col.2.C
Locustarū plaga respondebat afflictioni puræ, quā exercebant Aegyptij in Hebræos, vitam eorum ducētes ad amaritudinē &c.Exo.to.1.63.col.2.D
Locustas & alias bestias potest Deus mittere dupliciter ad deuastandum &c. Vnomodo producendo locustas.in aliquo loco quē vult deuastare &c. Aliomodo ducendo illas de alia regione per impulsum venti &c. Et potest dare illis multa in virtutum ad deuastandum vel paucam, sicut illi visum fuerit.2.Paralip. 110.col.2.B
Circa locustas,quas Ioannes Baptista comedebat,referuntur opiniones variæ, sed auctor dicit fuisse quædam animalia, quæ hic vocantur. Et illa comedebat sale condita.Mat.to.1. 170.col.4.G

Logos Dictio græca multa significat, q̄ congrue ad Christum referuntur.Gen.11. colum.4.G. Exo.to.2. 205.colum.4.K

Longitudo Magna mēbri virilis obest ad generādū.Exo.to.1.268 co.4.F

Loqui. Quòd aliqua irrationalia fuerit locuta, non habetur in tota sacra scriptura,nisi de serpēte.Gen.3.& de asina Balaā.Nu.22. licet ista animalia non fuerint loquuta. Sed dæmon in serpente,& Angelus in asina &c.Gen.64. colum 3.I.
Paulus Orosius refert, bouē quēdā fuisse locutū ad arantem dicendo frustra se vrgeri:in breui.n.non frumenta,sed homines desituros,& quòd hoc cōtingit paulo ante mortē Iulij Cœsaris.Gen. 164. colum 3.K
Quare Deus in datione legis locutus sit de caligine.Matt.to.4. 221.col.4.F
Nemo mansuete loquens, increpat &c. Matt. to 4. 264.col 4.G
Loquitur interdum Deus rebus non intelligentibus.Gen. 211.col 4.I
Quòd loqueretur Deus ad serpentem fuit conueniens. Et hoc nō propter serpentem,sed propter homines.Gen. 211.col.4.K
Angeli non possunt proprie loqui,sed per accidens in corpore assumpto.Exo.to.1. 47.colum.1.D. 191.colum 3.I
Loqui est formare vocem ex percussione aeris respirati determinatis organis. s. pulmone, arterijs vocalibus,lingua,palato,dentibus &c.de quibus. 2 de Anima.Exo.to.1. 47 col.2.B.& 191.col.3.I
Nūquam Deus locutus est per se vel per Angelum toti populo Israel, postquam locutus fuit illis in monte Sinai. Exo.to.2. 90 col.2.E
In duobus locis principaliter fuit Deus locutus Moysi.s.in Propitiatorio, & ad ostium tabernaculi super altare.Exo.to.2. 90.col.2.D.95 col.3.E
Loquitur Deus hominibus iuxta ipsorum hominū dispositionem:nam imperfectis per bona imperfecta,& perfectis per bona perfecta.Leui. 308. colum.1.D.
Deus nulli loquitur,nec vnquam locutus est. Iosue tom.1. 13.col.4.K
Multis modis dicitur locutus Deus in vete. testam. qui referuntur.Iosue to.2. 134.col.1.B
Quadrupliciter Deus poterat loqui per prophetas. 1.Regum to.1.166 col.3.K.2.Regum.71.col.1.C. Imo quinque modis.3.Reg. 118.col.4.G
Aliqui solent de se loqui, ac si de alio loquerentur. Matt.to.3. 186.col.2.E
In veter.testam. semper loquebatur Deus i.Angelus in persona eius intra nubem vel caliginem,siue intra tabernaculum loqueretur siue extra,& hoc faciebat vt tolleret occasionē idolatriæ &c. Mat.to.4. 221.col.4.K.& 222.col.1.A
In duobus tantum locis Deus loquebatur in testamento veteri.Mat.to.4. 221.col.4.K

Locutio Fit quatuor modis, quidam sunt, qui loquunt̄ & intelligunt, vt cōmuniter homines,alio modo fit locutio per illa, quæ nec loquuntur nec intelligunt, vt contingit per serpentē,& per asinam Balaā,alia loquuntur, sed non intelligunt,vt pica, psitacus, & quæcūq; huiusmodi &c. Alij sunt p̄ quos fit locutio, & nō loquunt̄ ipsi,sed intelliguntur q̄ loquunt̄,vt sunt energumeni & phanatici &c.Gen. 163.col.4.I
Inter p̄sonas diuinas non est locutio,a fortiori,neq; vocalis locutio.Gen. 131.col.1.C
Locutio vera est tam Dei ad Angelos, q̄ Angelorū inter se, licet non sit vocalis,diuinarum aūt p̄sonarum inter se non est locutio aliqua vocalis neque mentalis: quia est eadem earū intellectio, & vna non pōt aliquid reuelare,vel indicare alteri,quod altera ignoret.Et hoc requiritur ad locutionem.Gen. 131.col.2.D

Loth Et posteris suis multa bona fecit Deus p̄p Abrahā Gen. 66.co.2.A.72.col.3.K
Loth erat nimis obediens Abrahæ.Gen.72.co.3.H
Habitationē Loth in Sodomis exponunt Iudæi ad magnū opprobriū Loth,q̄ sciens Sodomitas esse viros p̄ssimos,& peccatores corā Dño,noluit diuertere

uertere ab eis &c. Catholici vero multũ laudant Loth in hoc, q̃ inter malos habitãs, malus factus non ſit. Sed ſemp ſeruauerit innocentiã, & oẽm carnis & cordis ſui munditiã, de quo Gregorius. 1. Moral. Gen. 75. col. 4. C

Loth, quia durum erat ſeparari ab Abraham, ideo Abraham dedit illi, vt eligeret quo vellet habitare. Gen. 78 col. 1. D

Loth habuit duos filios, & iſtis dedit terras habitandas Deu. 2. ſ. terras, quas ipſi populauerunt, cõtra quos vetuit Deus ne pugnarent filij Iſrael in exitu de Aegypto &c. Gen. 78. col. 3. G

Abrahã ſecum tulit Loth in terrã Chanaã propter multa. primo q̃a erat filius Arã fratris ſui defuncti. & illi comendatus a patre. ſecũdo quia Loth erat cultor Dei ſicut Abrahã &c. tertio q̃a Loth diligebat patruũ ſuũ Abrahã &c. Gen. 78. colu. 4. I. 1. Paralip. 206. col. 2. D

Loth quare elegerit terram, & non reliquerit electionem terræ ipſi Abrahæ. Gen. 79. col. 3. F

Loth eligens terram, & non reliquerit electionem terræ ipſi Abrahæ. Gen. 79. col. 3. F

Loth eligens terrã iuxta voluntatem Abrahæ, eleuauit oculos ſuos ex illo. ſ. loco, abſque hoc q̃ diſcurret quærendo terrã magis ſibi gratã. Et vidit omnem circa regionem Iordanis. i. omnem regionẽ Iordanis circa ſe. Gene. 79 col. 3. H

Loth quare fecerit coquere azyma duobus Angelis. Gen. 19. 267. col. 1. B

Loth non licite fecit offerendo filias ſtuptandas, vt iuuenes a peccato cõtra naturam liberaret, quia agebat contra ordinẽ charitatis &c. immo dicendum eſt, q̃ peccauit in hoc, cum ille actus de ſe malus fuerit, ſed excuſatur ex parte, quia nõ fuit totaliter voluntarius, propter perturbationem, quæ generat ignorantiam. Et propterea non erat multum arguendus, ſicut Petrus quando percuſſit ſeruum Pontificis. Matt. 26. Nã Chriſtus ipſum reprehendit, tãquam perturbatorem ſalutis animarũ, & repugnantem Spiritui Sancto. peccauit itaque Loth offerendo filias. Gen. 267. col. 4. F. Et poteſt excuſari a peccato, ſi fecit ex perturbatione. Iudic. 194. col. 3. H

Maius malum erat, quòd Loth traderet filias ad ſtuprandum, q̃ q̃ duo Angeli, quos viros eſſe credebat, ſodomiam paterentur: quia ſi totaliter inuolunrarie paterent, non peccarent, immo mererẽtur, ſicut mulier Leuitæ Iudic. 19. Sic dicebat beata Lucia, ſi me inuita in lupanar duci feceris, corruptio mihi duplicabit ad coronã. Gen. 268. c. 2. B

Filiæ Loth deſponſatæ erant. Gen. 19. & ideo Loth male faciebat concedendo eas viris ſodomitis. Item exponebat eas, vt cum eis peccarent contra naturam: nam hoc intellexit Loth cum dixit, ab vtimini eis qualiter vobis placuerit. Gen. 268. colum. 4. A

Loth habuit duas allas Filias maritatas, præter virgines illas, quas offerebat Sodomitis, dicunt hebræi. ſed non videtur verum. Gen. 269. col. 1. A

Loth, quando cognouit filias carnaliter, non erat dormiens: ſed erat ebrius. Matth. to. 7. 19. col. 3. I. & 234. colum. 1. C

Vxor Loth mortua fuit, & mutata eſt in ſtatuam ſalis, quia inobediens fuit verbis Angelorum. Gen. 271. col. 3. F

Vxor Loth reſpexit retro condolens rebus ſuis, & volens redire pro eis. Gen. 271. col. 2. D

Vxor Loth in ſtatuam ſalis, magis quam in aliquid aliud verſa eſt, vt doceret nos Deus a bono incepto nunquam deſiſtere, ne peior exitus ſequatur. Gene. 271. colum. 3. G

Vxor Loth fuit mutata in ſtatuam ſalis ante introitum in Segor. Gen. 272. col. 1. E

Loth q̃n cognouit filias ſuas, rũpendo earũ clauſtra virginalia, non dormiebat, quia vir vere dormiẽs fœminã virginẽ nullo modo valet cognoſcere, ipſe tñ Loth bene ſenſit carnẽ fœmineã apud ſe in lecto. Et conuertens ſe ad illã, cognouit eã carnaliter, quia tñ erat abſortus ebrietate, non cõſiderauit vtrũ eſſet vxor eius, vel non, nec recoluit, q̃ vxor ſua eſſet mortua vel non, vel q̃ cognouit, q̃ eſſet virgo vel non. Peccauit tñ Loth ſaltẽ ſequenti nocte non abſtinens a vino, cũ prima nocte cognoſceret ſe ebriũ, & magis peccauit ipſe q̃ filię: immo Hiero. & Strabus dicũt, q̃ filię Loth non peccauerunt: quia nõ libidinis deſiderio, ſed ſola pietate reſtaurandi genus humanũ, qui erat honeſtus finis. Itẽ quia ignorantia earũ fuit ſatis probabilis, quia putauerunt totũ mundũ perijſſe. Strabus dicit Loth nõ eſſe excuſatũ a peccato q̃ duo, quia Angelo dicẽti, q̃ maneret in Segor non credit, & in hoc incęſtus occaſionẽ p̃ſtitit. Secundo, quia pro ſecundo inebriatus fuit. Et inde ſecundo incęſtui locũ dedit &c. Gen. 272. col. 4. F

Coitus Loth cũ duabus filijs fuit culpabilis antecedẽter ex æbrietate culpabili, vt habet in decretis. 15. q. 1. c. inebriauerunt Loth. ſecus ſi non p̃ceſſiſſet culpa, vt patet. 34. q. 2. c. ĩ lectũ. Nu. 10. 71. co. 3. F

Vxoris Loth verſæ in ſtatuã ſalis vſq; hodie extant veſtigia. Ioſue. 10. 2. 55. col. 3. F

Loth tm̃ eſt culpandus, quantũ illa ebrietas meruit, & non quantũ incęſtus, vt ait Auguſtinus ꝯ Fauſtum. Et habet. 15. q. 1. c. inebriauerũt Loth filiæ. Et neſcienti ſe miſcuerunt, qua q̃ culpãdus eſt, non quidem tm̃, quantum ille inceſtus, ſed quantum ebrietas illa meretur &c. 1. Regum. tom. 1. 132. colum. 3. K. Matth. to. 7. 19. colum. 4. H

Loth culpabilis fuit de incęſtu. Mat. to. 2. 186. col. 3. K. 187. col. 3. K. & col. 4. F. non excuſatur a peccato inceſtus aliquo modo. Mat. to. 7. 234. col. 1. C

Loth cum cognouit filias carnaliter, non erat dormiens, ſed vigilans, ebrius tñ, quia nec q̃n quælibet earum introiuit lectum, neq; q̃n exiuit, pater ſenſit, quia ebrius erat. Et in aurora, q̃n pater ſurrexit, neſciuit an q̃ noctẽ concubuiſſet cũ aliqua fęmina &c. ſed illa, q̃ eum tetigit excitauit illũ, & applicuit ſe illi impudice &c. Ma. to. 7. 19. col. 3. G

Lotio Ponitur immediate poſt dictionem, lauare, ſupra.

Lucas Euangeliſta. Lucæ Euangeliſtæ laudes referũtur. Gen. 29. col. 4 K & 30. col. 1. A

Illud Lucæ, quod ait in prologo ſui Euãgelij. ſ. Q̃n quidem multi conati ſunt ordinare varrationẽ rerum, quæ in nohis completæ ſunt, qualiter ſit intelligendum referuntur opiniones, & confutã tur. Mat. to. 1. 55. col 1. B. Et tandẽ concludit auctor ponens ſententiã ſuã. ibid. 54. col. 3. H

Lucas doctus fuit a Paulo, & ab alijs diſcipulis. Mat. to. 1. 59. col. 4. F

De loco vbi erat Lucas, quando ſcripſit Euangeliũ. Mat. to. 1. 59 col. 4. G

Lucas Euangeliſ. ſcripſit Græcè. Mat. to 6. 245. c. 4. F

Lucas quare vitulo comparetur. Matth. to. 1. 63. col. 1. E. & colum. 2. A

Lucas reduxit genealogiam Chriſti vſq; in Adam, ex duplici cauſa. Mat. to. 1. 73. col. 2. A

Lucas Euãgeliſta artificioſe ſupplet, q̃ alijs deſunt. Et in ſe ipſo, quæ alij habent decurtat &c. Math 6. to. 3. 139. col. 2. B. & 145. col. 2. E

Lucer-

Lucerna Poteſt capi dupliciter, vno modo pro vaſe, in quo ponitur oleum & lichnum. Alio modo pro ipſo lichno ardente. Primo modo dicitur lāpas, licet aliqñ dicatur lucerna in ſcriptura ſacra. &c. Leui. 276. col. 4. K

Duas lucernas fecit beatus Iſidorus, quę ad pedes, & caput ſepulchri eius permanſerunt, quaſi per ducentos annos, ita vt de eis nihil videretur cōſumptum. Sed poſtea inde ſublatæ ſunt. Alia etiam lucerna reperta eſt tempore Caroli Magni Romæ in ſepulchro cuiuſdam Gentilis, multo tempore ante Chriſti aduentum. &c. Nu. to. 2. 24. col. 1. B. vide etiam de hoc in dictione, Candela.

Lucerna dicitur lumen poſitum in teſta, vel in alia re corporali. 2. Reg. 152. col. 3. E

Lucia. Beatæ Lucię dictum notandum valde refertur. Gen. 268. col. 2. B

Quomodo beata Lucia, ignorante ſponſo, dederit eleemoſynas. Mat. to. 3. 34. col. 3. H

Lucianus. De quo Hieron. in Prologo Mad. Damaſcum, &c. fuit presbyter quidam vrbis Antiochiæ in græco ſatis peritus, &c. qui fecit editionem in nouo, & in veteri Teſtamento. Matt. to. 1. 37. col. 1. A. Peccauit tamen addendo aliqua, quæ non erant in nouo Teſtamento, &c. ibidem. 37. col. 2. B

Lucifer diabolus. Lucifer non voluit æquari Deo, qā hoc erat impoſſibile, ſed voluit modum quendā Dei habere. ſ. quòd ſicut Deus eſt ſimplex principium omnium, ita Lucifer eſſet ſub Deo principium omnium. &c. Gen. 142. col. 1. C

Lucifer inter omnes creaturas tam bonas quā malas maxima eſt. i. altiores naturæ intellectualis ſic dicunt Gregorius, & Magiſter. 2. ſent. diſt. 6. &c. Gen. 209. col. 2. D

Lucifer quarto die, cum toto cęli ornatu fuit creatus: Adam vero ſexto die. Mat. to. 6. 158. col. 2. C

Lucifer eſt proprium nomen planetæ, quę venus dicitur. Græci tamen Heſperum vocant, nos verò Luciferum propter magnitudinem. Et per trāſlationem in ſacris literis ſignificat Nabuchodonoſor Regem. Eſaiæ 14. Doctores tamen noſtri accipiūt communiter pro dęmonum maximo. Iſa. 14. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris, &c. Mat. to. 4. 17. col. 2. C

Lucrari Tripliciter contingit lucrari cum pecunia. Mat. to. 7. 28. col. 4. K

Nullus obligatur ad faciendum quod aliquis lucretur, obligatur tamen ad faciendum, quòd cauſa ſui non perdat. Ruth. 266. col. 1. B

Lucrari in emendo, & vendendo, & negociari differunt ad inuicem. Mat. to. 7. 60. col. 2. A

Lucrum Nihil in ſe habet honeſti, ſed præter naturam. Et ideo vbi eſt ſolius lucri intentio, turpe lucrum dicitur, ſed non eſt lucrū iniuſtū, &c. Mat. to. 7. 60. col. 4. K. 61. col. 1. A

De duplici lucro Phariſęorum, Mat. to 6. 194. co. 3. I

Lucri intentio non eſt ſecundum ſe illicita, qa alias omnis negociatio eſſet illicita, in qua directè intēditur lucrum, dum tamen lucrum ſit moderatū, & ipſum genus negociationis non ſit vetitum ex ſe, vel ex perſona negociantis, &c. Matth. tom. 4. 76. col. 4. G

Amore lucri ſubeunt homines mechanicas adminiſtrationes. Mat. to. 5. 82. col. 4. F

Lucrum dicitur turpe tripliciter: vno modo turpe ideſt illicitum, & iniuſtū. Alio modo turpe. i. nullam continens honeſtatem, licet non habeat iniuſtitiam. Tertio modo turpe. i. quod acquiritur ſolo deſiderio, & ſi non committatur ibi aliqua iniuſtitia, &c. Mat. to. 7. 61. col. 4. I

Turpe lucrum vetitum eſt clericis, Matth. tom. 7. 61. col. 4. I

Lucrum turpe aliquando vetatur in lege. Aliquando vetatur actus, de quo habetur lucrum, ſed nō vetatur ipſum lucrum. Primo modo dicitur turpe lucrum, & iniuſtum, vt in rapina, & furto, vſura, & ſimonia. Secundo modo eſt turpe lucrum, ſed nō iniuſtum, vt in meretricio, in quo lex Chriſti vetat coitum, ſed nulla lex vetat lucrum inde acceptum, ſimile eſt de lucro, quod habetur ex diuinationibus necromanticis, & c. Et de huiuſmodi lucro poteſt fieri eleemoſyna, &c. Mat. tom. 3. 21. col. 4. G

Turpe lucrum, quod aliquis accipit vt male agat, non poteſt retinere, niſi ſit tale quod legibus permittatur, vt merces data meretrici, vel cuicunq; fornicariæ, &c. vel hiſtrioni, mimo, venatori, arenario, & ſimilibus. Si quis tamen ex fraudibus proximorum viuat, non ſolum vituperatur ſecundum legem, ſed etiam punitur, & cæt. Matt. to. 3. 27. col. 2. E. col. 3. F

De omni lucro ſoluitur decima. Mat. tom 6. 194. colum. 3. I

Lucrum dicitur quicquid prouenit ex re, detracta ipſa re, & expenſis circa eam factis. Matth. tom 6. 231. col. 3. F

Lucrum dupliciter fit vno modo ex negociatione, vt emendo aliquid minori precio, & vendendo cariori. Secundo modo habendo rem, de qua fructus proueniant, non tamen prædiales, & c. Matt. tom. 6. 232 col. 2. C

Lucrum duplex ſcilicet certum, & incertum. Matth. tom. 7. 58. col. 3. K

Lucrum quærere propter ſeipſum eſt in honeſtum. Mat. to 7. 63. col 3. K

Vt lucrum ſit iuſtum tria conſiderantur. Primum quòd non faciat vſurarios contractus. Aliud, ꝙ in commutationibus non ſit aliqua fraus. Tertio quòd non faciat immoderata precia, & cæt. Matth. to 7. 60. col. 4. F

Lucra intenduntur dupliciter. Vno modo per ſe, & principaliter. Alio modo non per ſe principaliter & c. Mat. to. 7. 61. col. 3. F

Negociationes propter ſolum lucrum vetitæ ſunt clericis. Mat. to 7. 61. col. 3.

Non licet clericis lucris nutrire pauperes. Mat. to. 7. 61. col. 3. K

Lucrecia Conſenſit in adulterium propter timorem infamiæ, &cæt. 1. Paralip. 197. col. 1. D

Lucretiæ hiſtoria refertur. Mat. to. 2. 94. col. 3. G

Luctus. Inter luctum, & mœrorem quid interſit. 1. Reg. to. 1. 29. col. 4. H

Lucus Dicitur arborum denſitas. Et accipitur Latinè pro monte obſcuro. Et dicitur de lucco luces, per antiphraſim. Et tales arborum denſitates habebant Gentiles apud altaria Deorum ſuorum, vt expletis ſacrificijs vacarent: libidinibus, quod magis cōtingebat in ſacrificijs Priapi, & c. Et hos lucos mandabat Deus ſuccidi, & cæt. Exod. 34. Et alio modo lucus dicitur ſtatua quędam vel imago in arbore facta, & c. Exo. to. 2. 172. col. 4. F

Lucos plantabant Gentiles apud altaria ſolennia. 4. Regum. 235. col. 3. I

Ludi populi Deſcendunt a Ludfilio. 40. Fem Gen. 53. co. 2. D. Et iſtorū Rex fuit Cræſus Rex Lydorū. 1. Par. 24 co 1. E

Ludere. Ludus.

Ludere multa significat. Ge. 27 7. co. 3. C. Exo. to. 2. 120 col. 2. C

Ludus ad vitā q̃tū necessarius. Exo. to. 1, 180. co. 2. A

Ludus alearum, & taxillorum potest esse sine peccato. Mat. to. 3. 30. col. 4. G

Ludi, qui sunt ad exercendam virtutem, vt currere, saltare, iactare, lanceam, vel lapidem &c. non solum sunt liciti, sed etiam laudabiles, & hoc si non sint periculosi, vt torneamenta, & similes, in quibus effunditur sanguis, & est periculum mortis. nam etiam si pęniteant, carere debent ecclesiastica sepultura, extra de torneamentis cap. fœlicis. & cap. ad audientiam. idem similiter est de pugnātibus in singulari certamine. ext. de cleri. pugnan. in duel. per totum, vnde vescendi causa permittitur, atque hastam, vel palum iaciendo, vel saliendo: cursum, vel bellum, vel non luctam faciendo causa virtutis spondere licebit. Matt. to. 3. 30. col. 4. K. 31. col. 1. A. Nec licet istis ludis ludere viris ecclesiasticis, quia exercitatio ordinatur ad bellum &c. Mat. to. 3. 31. col. 2. C

Ludi, qui sunt causa recreationis, & solacij possunt fieri bene, & meritoriè, si fiant ad bonum finem, vt. s. homo fortior resurgat ad operationes, & cęt. Et circa istos est quædam virtus, quæ dicitur eutrapelia. Ethi. c. 15. Et in istis peccat, si quis excessiuè, vel mordaciter ludat. Peccatur etiam ex conditione personæ, quando. s. est persona grauis, & maxime si est ecclesiasticus, aut prælatus, quia perditur auctoritas, & c. Mat. to. 3. 31. col. 1. C

Ecclesiastici, cum ludunt, debent cauare, vt ne ludāt in publico, nec cū laicis, nec eis præsentibus. arg. extra de homici. c. lator. Et c. continebantur, &c. Matth. to. 3. 31. col. 2. E

Ludus alearum, & taxillorum prohibitus est: ludus tamen sęcorum, & alij communes nō sunt prohibiti, extra de vi. & honesta. cler. c. clerici. officia. etiam per legem ciuilem, vt patet. ff. de aleato per totum &c. Mat. to. 3. 31. col. 3. H

Ludere pecuniam ludis non prohibitis licitum est laicis, & hoc dummodo sit gratia recreationis, & iucunditatis, & vt inde habeant aliquid ad cibum & potum, si autem hoc fiat animo lucrandi solū, vt. s. consequatur pecuniam, quæ non venit in vtilitatem communem vtriusque ludentis, ludere sic non est licitum, immo est peccatū mortale: eo quòd finis est inhonestus. s. accipere id, qđ est alienum, nihil conferendo ei, cuius est. Item quia nō est cōueniens modus trāsferendi dñium, cum noceat, & nō prosit Reipub. &c. Mat. to. 3. 31. co. 3. H

Ecclesiastici ludentes pecuniam solum, etiam ludis non prohibitis, peccant mortaliter, nisi illa pecunia sit pro cibo, & potu, & sit pauca pecunia, & quòd non ludant animo lucrandi, sed causa solatij &c. Mat. to. 3. 31. col. 4 I

Ludus taxillorum, & alearum licitus est laicis si fiat solum ad delectationem absque pecunia vel cum pecunia ad cibum, & potum, & moderatè &c. Secus si solum gratia lucri. quia tunc semper est peccatum mortale, & sequuntur multa mala ex hoc ludo. s. sexdecim, quæ referuntur. Matt. to. 3. 32. colum. 1. B. col. 2. A. Clericis vero omnino prohibitus est talis ludus, imo, & interesse ludentibus talibus ludis prohibitū est, ext. de vi. & hon. cler. c. clerici. & fiunt personæ viles, & repelluntur a dignitatibus ecclesiasticis, ext. de excessibus prælatorū. c. inter dilectos, &c. vnde simpliciter prohibitus est ludus taxillorum, & aleatum ipsis clericis, &c. Matth. to. 3. 32. col. 3. F

Ludus alearum non est vnicus ludus, sed omnes illi ludi, qui præcipuè initūtur fortunæ, & in quibus potest quis rem suam faciliter perdere, & in quibus multæ fraudes fieri possunt. Et in talibus competit repetitio, & c. Mat. to. 3. 33. col. 1. D

Quando ludens teneatur ad restitutionem eorum, quæ acquisiuit ex ludo, & quando non. Mat. to. 3. 32 col. 4. F. & per totam quæst.

In oībus ludis, in quibus ludens solum lucrum intēdit, maxime si ipse traxit alium ad ludendum, vī q̄ fieri possit repetitio: qa istud est contra ius diuinū. Et conuenit repetitio. ff. de aleato. l. vlt. Et conuenit repetitio vsq; ad annos quinquaginta, vt dicit constitutio Gręca. C. de reli. & sumpti. fune. Et si quis in ludo aleæ rem suam vendiderit, non tenetur de euictione. ff quarum re. acci. non detur. l. si filio. §. 1. siue §. si in alea. sic dicitur. 35. dist. c. episcopus. in glo. Et extra de vita & honest. cler. c. clerici in glo. &c. Mat. to. 3. 33. col. 1. E. col. 2. A

Acquisita per ludum, qñ acquirēs teneatur restituere, ponūtur quatuor regulæ. Mat. to. 3. 33. col. 2. C. Prima regula qui lucratur ab illis, qui nō sunt sui iuris, quia. s. sunt in potestate aliena, vel quia tales sunt, qui de facto indigent curatore, tenetur illis ad restitutionem. Secūda regula lucrans per fraudē tenetur restituere, & c. Tertia regula quicunq; ex cupiditate lucrādi traxit alium, & lucratus est, tenetur ei restituere in quocunq; ludo, & hoc in foro conscientiæ, quāuis lex humana nō obliget ad restitutionē, nisi in ludo aleę: & idem videtur si nemo alterum traxit, sed ambo æquali intentione conuenerunt ad ludendū. s. quòd qui lucratur, teneatur restituere, & non alteri eorum, sed pauperibus dare. Quarta regula id, quod ius ciuile disponit. s. quòd possit semper reperi, quod perditur in alea, non obligat nisi gentes illas, quæ obseruant istud ius, nam aliqua regna sunt, quæ non habent Imperatorem tanquam superiorem in tēporalibus, vt Regnum Hispaniæ, &c. Matth. to. 3. 33. colum. 2. C. col. 3. F

Ludus alearum nō solum prohibetur lege ecclesiastica & ciuili, sed Aristoteles vocat aleatores illiberales. 4. Ethi. c. 4. & c. Mat. to. 3. 33. col. 3. G

In foro conscientiæ nunquam potest retineri id, qđ acquiritur in ludo aleæ, sed semper est restituendū, vel ei, qui perdit, vel pauperibus, & hoc tenet Raimundus, & Alexander, & idem colligitur ex verbis S. Tho. Sed illi, qui non sunt subditi legi ciuili, non tenentur secūdum eum ad restitutionē in omni casu. vt. s. si quis venit sponte ad ludū causa recreationis, &c. Sed primū videtur verum in foro conscientiæ. Mat. to. 3. 33. colum. 2. H

De ludo, quo se exercebant pueri Iudæorum, Matth. to. 3. 282. col. 3. K. col. 4. F

Ludificatio.

In ludificatione illa forma, q̃ cernitur, non est in aere circūstante, neque in re ipsa, sed est in sensu. s. in oculo, non tamen q̄ potentia visiua illā causaret, qa potentia visiua solum modo patit̄, & nō agit, sed vel causata est, & reseruata in thesauro specierū. s. in imaginatiua vel rememoratiua, & dęmon p operationem suā facit illam recurrere ad sensum visus, & tūc necesse est, quòd ab illa immutetur potentia visiua, sicut si obiectum esset præsens. Et sic contigit in somnijs, & non in vigilia, nisi operatione Dei, Angeli, vel dœmonis. In somnijs autem fiunt dœmone illudente, vt ait Gregorius 4. Dialogo. Aliquando sola operatione naturæ &cæt. potest etiam esse hæc ludificatio, per organorum perturbationem, quibus perturbatis necesse est

falli

falli iudicium ſequens ex eis, vt patet de habente ophthalmiã. ſ. humorem quendam melãcholicum in oculis. 10. Ethi. Et de habente linguam infectam cholera. Poſſunt etiam eſſe aliquo modo a ſola cauſa extrinſeca quia quædam ſunt ſpecies, quæ hoc modo perturbãt, & faciunt apparere terribilia, vt combuſto quodam oleo ſpecialis confectionis, tota domus videtur repleri vitibus frondentibus. Et ex alio oleo iudicabit omnes trabes domus eſſe ſerpentes. Et hoc contingit ex perturbatione oculi, qui cum aliud videat, aliud iudicat ſe videre. Exo. to. 1. 48. col. 1. A

Lugere pro mortuis Qui luget mortem patris, &c. nec dolet, &c. peccat. Sed quomodo licitum ſit lugere pro mortuis, Leui. 87. col. 1. B

Qui mortuos nimis lugent, militant contra reſurrectionem, &c. Leui 200. col. 1. B

Lugere pro mortuis dupliciter accipitur. 2. Reg. 85. col. 4. H

Pro mortuis lugere debemus multis de cauſis, pro illis. ſ. quos certo ſcimus æternaliter perijſſe, nec eſt cauſa: propter quam debeamus gaudere de morte eorũ. pro mortuis vero, quos certo ſcimus ſaluos eſſe, poſſumus lugere propter quatuor, & gaudere pro duobus. Pro mortuis vero de quorum ſtatu poſt mortem dubitamus, debemus lugere, ſed non inconſolabiliter. 4. Reg. 14. col. 2. E

Lugendo mortuos, quos ſcimus eſſe ſanctos, nõ peccamus, vt patet de diſcipulis beati Martini 4. Reg. 14. col. 3. I

Lugere, & ieiunare idem erat apud antiquos. Matth. to. 3. 201. col. 3. F

Magis lugebunt infideles in die iudicij, quam fideles. Mat. to. 6. 304. col. 1. B

Per lugere quod eſt beatitudo tertia, perficitur homo reſpectu motuum partis concupiſcibilis, qui ſunt circa hominis concupiſcibilia. Ciborũ, potuum, venereorũ, guſtus, & tactus, viſus, auditus, odoratus, &c. Mat. to. 2. 4. col. 3. K

Lumbus. Lumbos accingere quid ſit, & quare iſto modo loquẽdi vtatur ſacra ſcriptura 4. Reg. 41. col. 4. F

Habere lumbos præcinctos quid ſit. Matth. tom. 7. 293. col. 1. B

Quomodo habeat intelligi quòd in lumbis ſit vis luxuriæ. Exo. to. 1. 82. col. 1. A

Lumen. Qui ſine lumine, & aqua Miſſam celebrat, grauiter peccat. Matth. to. 7. 3. col. 3. F

De lumine intellectus agentis. Ecce virgo cõcipiet. 6. col. 4. I

Lumen eſt valde delectabile. Mat. to. 7. 179. col. 2. E

Lumen fidei Eſt ipſa cognitio de rebus, quę creduntur: inquãtum per quamlibet cognitionem illuminatus intellectus: ſic lumẽ prophetiæ eſt cognitio prophetica, quæ eſt vt in plurimum: de futuris contingẽtibus per reuelationem. Mat. to. 5. 147. col. 3. F

Lumen gloriæ. Sine lumine creato non poteſt intellectus noſter videre diuinam eſſentiam. Mat. to. 7. 228. col 4. G

Et iſtud lumen datur beatis vario modo. ibidem. col. 4. I

Per lumen gloriæ efficitur eſſentia diuina conueniens, & proportionatum medium intelligendi, quæ erat obiectũ, &c. vel potius reddit ipſum intellectum aptum: vt ſit ſibi eſſentia diuina; vt forma intelligendi. Gen. 176 col. 1. E

Ex maiori vel minori lumine gloriæ, erit in beatis varia eſſẽtiæ diuinæ viſio, &c. Mat. to. 2. 32. co. 1. B

Lumen gloriæ habet ſe proportionabiliter ad lumen corporale: per quod res videtur, & ad lumẽ intellectus agentis &c. Mat. to. 2. 35. col. 2. D

Lumen gloriæ rectè vocatur illa diſpoſitio, per quã intellectus creatus eleuatur ad viſionem intellectualem diuinæ ſubſtantiæ, nõ propter hoc quòd faciat Deum intelligibilem in actu, ſicut facit intellectus agẽs ſpecies rerum materialium, ſed per hoc quòd facit intellectum poſſibilem actu intelligere Deum, &c. Mat. to. 2. 38. col. 1. C

Inter lumen glorię, & intellectum agentem, aſſignatur cõuenientia, & differẽtia Mat. to. 2. 38. col. 1. D

Lumen gloriæ ad effectum, qui eſt videre Deum, accipit virtutem a Deo, licet diſtet a Deo ſecundũ eſſe infinitum. & tamen ſecundum intelligere eſt indiſtans a Deo, quia ſecũdum illud vnimur Deo immediate &c. Mat. to. 2. 38. col. 4. G

Lumen gloriæ non poteſt eſſe connaturale alicui intellectui creato: eo quòd viſio diuina excedit capacitatem naturalem omnis creaturæ. Mat. to. 2. 39. col. 1. A

Lumen gloriæ ponitur, vt eſſentia diuina aptetur: & proportionetur intellectui noſtro, vt ſit nobis medium intelligendi Mat. to. 6. 160 col. 3. F

Lumen gloriæ requiritur, vt anima videat Deum ſimiliter & Angelus, &c. Mat. to. 7. 228. col. 4. F

Luminare. Luminaria, de quibus Gen. 1. dicitur, fiant luminaria infirmamento, &c. quatuor habent vtilitates, & Sol principaliter. Prima eſt quòd diſtinguit diem, qui eſt congruus ad laborandum a nocte, quæ conducit ad quietem, & ſomnum. Secunda quòd per aſtra cognoſcatur aliqua diſpoſitio futura in tempore, &c. Tertia ad diſtinguendũ temporis partes. ſ. Ver, Aeſtatem, Autumnum. Hyemẽ. Quarta, vt hominem ad videndum adiuuent, quia nulla viſio fit ſine luce, & illuminet terrã. ſ. animalia, &c. Et iſtæ quatuor vtilitates deſignantur in primo cap. Gen. 7 col. 2. E

Luna Dicitur magnum luminare in comparatione ad alia, non tamen quantum ad rem, ſed quantum ad apparentiam, quia præter Solem nullum aſtrum videtur Maius, quam Luna, & tamen ſecundum demonſtrationes Aſtrologicas. Luna eſt minor octies tota terra, & quolibet aſtro viſibili Luna eſt ad minus octies minor. propinquitas tamen orbis eius ad nos in comparatione ad alios orbes facit magnitudinem apparentiæ. Gen. 7. col. 3. I

Circa Lunam refertur error quorundam Iudæorũ, & confutatur. Gen. 7. col. 3 H

Luna fuit creata ĩ loco plenilunij, &c. Gen. 7. col. 4. F

Luna nõ ſic cauſat noctem vbicunque fuerit, ſicut Sol diem, non enim cauſatur nox Luna præſente, neq; definit cauſari illa abſente, dicit tñ prẽeſſe nocti, qa maius lumen, qđ in noctibus eſt, a Luna eſt, licet alia aſtra cõferant aliquid. Gen. 7. col. 4. G

Luna quando eſt in coniunctione, & maxime quando eſt indirecta oppoſitione, habet magnam virtutem in humidis, multiplicando humiditatem. Et ſignum eſt, quia tunc reperiuntur oſtræ marinæ, & conchilia, & cancri pleni humiditate. Gen. 45. colum. 3. T

Luna perfinit curſum ſuũ viginti nouẽ diebus & dimidio, ſed qa ille dies nõ põt diuidi: danẽ vni mẽſi triginta dies, & alteri viginti nouẽ. Ge. 44. col. 2 B

Luna quando eſt in quadraturis cum Sole. i. quando diſtat a Sole per nonaginta gradus, ſiue accedendo, ſiue recedendo, habet virtutẽ deſiccatiuã,

& tunc cõchilia,& cãcri vacui ſunt: patet ẽt hoc in vaſis theriacę cõſeruatiuis, q̃ reperiũtur plena ī oppoſitione & quaſi vacua in quadraturis,etiã cerebra humana bene ſe habẽt in oppoſitione, & cõiunctione, quia ſunt plena nimis,& in quadraturis male &c Gen. 45.col.3.K
Cęlũ Lunæ diſtat a terra per centũ nouẽ milliũ nõ gẽtorum triginta ſeptẽ milliaria Gen. 85.col.4.I
Lunam fuiſſe a principio æqualẽ cũ ſole in lumine, dicũt quidã Hebræi,& quia Luna inuidit, & pecauit,diminuta eſt a Deo ī lumine.Gẽ. 7.co ℓ.K
Lunæ aſſimilaſ mater,& ſolipater.Gen.350.col.1.A
Luna celerius totum zodiacũ pertranſit, quam ſol vnũ ſignum pertranſeat.Exo.to.1. 71.col.31.K
Quidam vocauerunt Lunam creatricem mundi. Exo.to.1. 166.col.2.E
Circa Lunam decepti ſunt Iudæi colentes eam vt Deum, & vocantes eam reginam cœli &c. Iere. 44.Nu.to.2. 105.col.3.K
De Lunæ operationibus:Deut. 91.col.1.D
Luna ſemp declinat ab eclyptica,p̃ duos vẽtres draconũ,niſi cũ p̃uenit ad caput, & caudã,q̃ ſunt interſectiones eclypticę &c.Ioſue to.1.185.col.1.E
Luna &c.planetæ faciunt draconem in motu ſuo. Ioſue to.1, 185.col.4.H
Cęlum Lunæ diſtat a terra per cẽtum nouẽ milliũ non gentorum triginta trium milliarium: vt dicit Ptholemęus,& Alfraganus, & iſta diſtãtia eſt maior ſemi diametro terræ triginta tribus vicibus.& medietate vicis,& medietate decimæ partis vnius vicis &c.Gen. 88.col.4.I
Quomodo ſtet, quòd Luna non det lumen ſuum, & Sol obſcuretur: quia hæc nõ poſſunt eſſe ſimul Mat.to.6. 300.col.3.G
In quibus temporibus accidet Lunæ, & Solis obſcuratio:Mat.to.6. 300.col.4.F
Lunam habere bigam, & Solem quadrigam dixerunt poetę.3.Reg. 93.col.3.I
Luna habet duplicem defectum. ſ. nouum & veterẽ.Habet veterem in fine lunationis, quando per acceſſum ad ſolem tegitur.Et nouum,quando p̃ receſſum a Sole nondum plenum manet occulata &c.4.Reg. 39.col.2.C
Luna vel quodlibet aſtrum quãdo accedit ad Solẽ per duodecim gradus diſtantiæ, & infra, ſiue ſuccedẽdo ſiue præcedendo,occultatur radijs Solis, & non videtur, & quia Luna dicitur noua poſt verã cõiunctionem,quã facit cum Sole, quouſq; recedat a Sole per duodecim gradus per coniunctionem manet occultata,& per alios,12. gradus priuſquã accedat ad veram coniunctionẽ,occultatur.Prima occultatio,quæ eſt per cõiunctionẽ, vocatur primus defectus, & ideo prima occultatio vocatur neomenia,& non ſecunda. 4. Reg. 39.col.2.C
Lunæ dabatur a gentibus vnus currus,& duo ęqui, & attribuebantur duo æqui propter duas qualitates Lunę,quas habet cauſare in iſtis rebus naturalibus.ſ.humiditatem,& frigiditatẽ. 4. Reg.233. col.4.234.col.1.A.2.Paralip. 13.col.3.H
Luna eſt mater omnium humidorũ,quia per motũ eius,& operationẽ regulantur oĩa humida,& patet manifeſte in fluxu & refluxu maris,quia quotidie fit bis fluxus & refluxus maris, per quatuor quartas circuli Lunæ &c.Mat.to.1. 272.col.4.I
Luna eſt minor terra triginta ſex vicibus,vt demõſtrant aſtrologi,in Defen. 49.col.4.F
Luna licet ſit minor corpore cæteris planetis.Cæteris tamen videtur maior, excepto Sole p̃ minimam eius diſtantiam a terra.Defen. 49.col.4.G
Luna complet motum ſuum de puncto ad punctũ in viginti ſeptem diebus,& modico plus,licet nõ attingat Solem, niſi in viginti nouem diebus & dimidio.Defen. 50.col.1.A
Luna regina eſt omnium humiditatum. Et cum ipſa creſcit in lumine, omnia humida creſcunt, & cum decreſcit;omnia humida decreſcunt,& minorantur,vt patet in acceſſu, & receſſu maris, & eius ebulitione &c.Et fit maior differẽtia in quadraturis Lunæ.Patet etiam in arboribus,quæ vrilius ſcinduntur in diminutione Lunæ &c. Et patet ſimiliter in theriaca,& in capitibus piſciũ, & in piſcibus ſalitorum, & in capitibus humanis &c.Defen. 50.col.2.A
14.Luna Chriſtus confecit Euchariſtiam, & in azymis: vt probatur Defen. 16.col.2.E.col.3.F
Lunatio. Per lunationes computant Iudæi annum.Et annus lunaris eſt minor anno ſolari per vndecim dies,Gen. 46.col.2.A
Nulla lunatio habet triginta dies, ſed viginti nouẽ &c.Exo.to.1. 71.col.4.G
Per principia lunationum incipiunt annos ſuos Iudæi, a principio cuiuslibet lunationis inchoãtes menſes.Et ideo coutingit multoties, vt nõ ſit illis,& nobis idem principium menſis &c.Leuit. 170.col.3.F
Vna Lunatio eſt a coniunctione ad coniunctionẽ ſolis, & quia metiuntur annũ per lunationes in quolibet anno erunt per lunationes in quolibet anno erunt fere quatuordecim; vel tredecim lunationes &c.Leui. 257.col.2.C
Quomodo Iudæi computent annos ſuos per Lunationes.Ioſue to.1.35.col.3.H.Mat.tom 7.287.colum.2.E
Lunatio,quæ magis cõiuncta eſt medietati Martij, eſt anni principium apud Iudæos.Et deinde quãlibet Lunationem dicunt vnum menſem. 2. Paralip. 202.col.4.F
Vna Lunatio continet viginti nouem dies & duodecim horas,vel quaſi,Defen.19.col.2.C.Et duæ Lunationes ſimul continent quinquaginta nouẽ dies &c.ibidem.
Iudæi computant menſes per lunationes, & tot habet dies;quot Lunationes.Defen. 18.col.4.K. Et Lunatio, cuius principium eſt magis coniunctũ æquinoctio vernali,ſiue præcedat ſiue ſequatur,eſt primus menſis eorum.ibidem. 19.col.4.F
Lunaticus. Qui dicantur Lunatici, & vnde ſic dicti,vide Mat.to.1. 172.col.4.I.Et interdum aliqui dicũtur Lrnatici propter duo &c.ibidem. 273.col.1.C
Aliqui Lunatici ſunt ſolum arreptiti, ſed dicuntur Lunatici, quia ſolum torquentur in conuerſionibus Lunæ ſcilicet in augmento, & decremento,& in quadraturis.Et alieui ſunt etiam Lunatici,quia morbum naturalem patiuntur in capite in decremento qui in augmento bene ſe habent &c.Et arreptitii dicit Lunatici torquentur adæmonibus in conuerſionibus Lunæ, quaſi a Luna videatur eſſe malum illud, quod faciunt propter duo primo quia aptius eſt tunc dæmonibus torquere hominem propter humorum augmentũ vel de crementum, ſecundo ex induſtria ad diffamãdum creaturas Dei, & propter alias cauſas: quæ referuntur.Mat.to.4. 263.col.1.C
Lupanar. Tẽpore Roboã erãt in Iſrael lupanaria virorũ Hebræo. 138.col.4.F
Lupus. Lupũ eſſe in fabula dicimus, cum aliquos videmus nõ potentes loqui &c. Nu.tom.2. 17.col.4.F

Lupus videns hominem, cum ipſum ad modicum tempus obmuteſcere facit, non eſt ratione viſionis, ſed a ſpiritibus infectis per oculos luporum exeuntibus &c. Nu. to. 2. 19. col 4. F
Lupus de propinquo cernens hominē, facit ipſum impotentem ad loquendum per aliquod tēpus. in Paradox. 55. col. 1. C. Sed quare hoc modo faſcinet tam duros, quàm teneros homines &c. vide ibid. 57. col. 2. B
Luſcus Communiter vocatur, qui oculos cō torquet, & videt in tranſuerſum magis, quā directe. interdum dicitur luſcus, qui parū videt, interdum qui nihil, nam luſcus dicitur qua ſi luce carens &c. Exo to. 1. 224. col. 2. C
Inter luſcum, ſtrabonem, orbum, & cęcum, qd interſit, patet ex his verſibus.
Luſcus in obliquum, ſed ſtrabo cernit in altum.
Orbe carent orbi, priuantur lumine cęci.
Exo. to. 1. 224. col. 2. D
Luſtrare Multa ſignificat, quæ referuntur. Gen. 3. col. 4. I
Luſtrare ſignificat circundare, purgare, illuminare. Et omnia iſta poſſunt ab iſto nomine luſtrum venire &c. Num. tom. 2. 162 col. 2. A. Ioſue tomo ſecundo. 120 col. 4. H
Luther Dicitur a luendo, ſiue lauando, vel purgando. 3. Reg. 66. col. 4. G
Lutum. Nec in luto, neque in pane aqua tincto, nō ſunt duo corpora in eodem loco: quia in terra, & in pane ſunt concauitates quædam: & ibi ſunt partes ſubtiles, quæ cedunt, & illæ implentur aqua &c. Matth. tomo 7. 131. col 4. K. 132. col. 1 A
Aqua lutherum in templo Salomonis, erat ad lauandum carnes animalium immolatorum &c. 2. Paralip. to. 2. 53. col. 2. A
Lutheres fuerunt templo Salomonis, & non in tabernaculo Moyſi propter duo &c. 2. Paralip. 53. col. 3. I. Et iſti lutheris magis erant ad pulchritudinem, quam ad magnam neceſſitatem eorum. ibidem. 53 col. 3. K
Lux. A luce ideo incepit diſtinctio rerum: quia volebat Deus rerum diſtinctas productiones, & ornatus, diuerſis diebus coaptare, & dies ſine luce eſſe non poteſt, ideo in prima die fecit lucem. Et aſſignatur duplex alia ratio, ſed dicta eſt præcipua Gen. 5. col. 2. C
Lux quomodo ſit in aere. Mat. 131. col. 3. K
Lux, de qua Gen. 1. Fiat lux. Nubecula, quædā erat lucida, quæ fuit facta in ſuperiore parte materię, ideſt in loco, vbi nunc eſſe ſolis circulus, & luſtrabat in circuitu incidens in medio illius corporis, vel materiæ corporeæ nondum diſtinctæ in varias rerum ſpecies, & luſtrauit tribus diebus donec in 4. die factus fuit ſol. Ex qua nubecula ſol creditur factus, quia illa nubecula erat de materia cęleſti incorruptibili. Gen. 5. col. 2. D
Exceſſus lucis non eſt triſtabilis: ſed potius delectabilis. Mat. to. 7. 138. col. 3. G
Lux eſt mater caloris. Exo. to. 1. 270 col. 1. B
Quomodo poſt iudicium manebit lux, & non generatio. Mat. to 6. 90. col. 3. A
Nihil delectabilius luce inter formas viſibiles. Exo. tomo ſecundo. 183 col 3. I
Lux diffunditur in inſtanti. Ioſue to. 2. 39 col. 3. F
Lucis actio eſt ſpiritualis, vel totaliter, vel maxime. Matth. to. 4. 227 col. 4. G
Lux naturalis, & glorioſa quomodo diferūt. Mat. tomo 4. 119 col. 3. F
Lux glorioſa licet ſit valde magna, non affligit, neque turbat ſenſum: ſed allicit. to. 4. 227. col. 4. H
Lux, & color non repugnat inter ſe, neque ratione ſui, nec ratione ſubiecti, nec operationis, vt probatur. Mat. to. 4. 256 col 2. A. Et quando proueniunt aliter, videntur exigere contrarias diſpoſitiones, quia colore exigit corpus terminatū lux autem corpus non terminatum, ſed in corporibus glorioſis erit color naturaliter, & lux ſupranaturaliter, & per conſequens lux non tollet colorem &c. Mat. to. 4. 156 col. 3. K
Inter lucem ſolis, & claritatē gloriæ, quid interſit. Mat to 4. 257 col. 2. B
Glorioſam lucem oſtendere, vel occultare, eſt in poteſtate beati. Matth. to. 4. 257. col. 2. D
Lux eſt extremitas perſpicui in corpore non terminato. Matth to 4. 256. col. 1. B
Per lucem operantur corpora cęleſtia. Matth. to. 7. 139. col. 2. D. Et talis operatio erit per motum, non quaſi motus conferat aliquid directè, ſed qa lux, vel corpus lucidum non poteſt operari niſi per motum, quia ſi non moueretur ſemper reſpiceret ea, quam reſpiceret ſecundum eandem habitudinem. Mat. to. 7. 139. col. 3. K
Ex magnitudine lucis fit dies. Mat. to. 7. 140. col. 3. F
Lux & lumen qūo diferant. Paradox. 18. col. 3. K
Lux non neceſſario conſequitur ignem. Matth to mo 7. 159. col. 4. F
Luxuria. Vel libido ſignificatur moraliter p Og regē Baſan. Deuter. 15. col. 1. D
De diuerſis ad luxuriam inclinationibus ludicum 193. col. 4. F
Luxuria à luxu dicitur, & luxus eſt ſuperfluitas, vel ſolutio: vnde luxurioſus dicitur quaſi ſolutus, vel ſuperabundans in voluptate: & cū nihil ſit, quod magis hominem ſoluat, quàm delectationes venereæ, quia ſubſtrahunt hominem à quadam rationis conſiſtentia, ideo eſt prȩcipuè circa venerea, licet de multis alijs rebus dici poſſit &c. Matth. to. 2. 140. col. 2. B
Refertur bellum quoddam attrociſſimum cuiuſdā militis Chriſti contra luxuriam. Matth. tomo 5. 115. col. 1. C
Peccata luxuriæ quare dicantur eſſe fœda. Matthę. tomo 7. 225 col. 4. H
Luxuria extenditur ad plura, quàm aliud peccatū. Matth. to. 7. 225. col 4. I
Vt animalia perfecta incitarentur ad luxuriam, appoſuit natura fortiſſimum incitamentum, ſcilicet, quandam vim igneam impellentem. Matth. tomo 7. 229 col. 4. F
Non omnis actus venerens eſt peccatum, vt probatur. Matth. to. 2. 140. col. 3 K
Licet actus venereus aliquando ſit licitus, luxuria tamen ſemper nominat peccatum, eo, quòd luxuria ſemper dicit exceſſum, & diſolutionem quandam &c. Mat. to. 2. 141. col. 4. I
Vitium oppoſitū luxuriæ eſt quidam defectus venerorum in eo, qui ex conditione ſtatus tenetur aliqñ dare operam venereis: vt coniugatus, q nō deſiderio placendi Deo, ſed quia deteſtatur mulieres, vel per actum venereum nullo modo vult reddere debitū, talis peccat per defectū. Et eſt rariſſimum, & vitium innominatū, & poteſt vocari inſenſibilitas &c. Mat. to. 2. 142. col. 3. I
Luxuria eſt vitium capitale, vt probatur ex tribus conditionibus vitij capitalis, quæ conueniunt luxuriæ. Matth. to. 2. 143 col. 3 F
Luxuria eſt velut ſcabies iugis, quia dominatur, vt ait Gregorius, & habetur. 49. diſt. ca. hinc etenim. Matth. to. 2. 143 col. I

Luxuria aliquando oritur ex desperatione, non tamen directe, sed per accidens, vt remouens prohibens. Matth to. 2. 143. col. 2. A

Luxuriæ assignantur octo filiæ. s. cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, incāstantia, amor sui, odium Dei, affectus præsenti sæculi, horror, & desperatio futuri. Et inconuenienter assignantur istę, vt filiæ luxuriæ. Nam in luxuria homo maximè decipitur ex obiecto, constituens tanquā finē fruibilem id, quod est paruum bonum; imo id, qđ est sępe malum. Et hoc dicitur cęcitas mentis. Secundo luxuria impedit considerationem & consilium circa medium ex ardenti desiderio, quod tollit attentionem, & diuturnitatem in attentione. Tertio quia luxuria, propter suam vehementiam, non permittit attendere, an media inuenta sint cōuenientia per iuditium, & hoc appellatur præcipitatio, quæ est tertia filia luxuriæ. Quarto per luxuriam impeditur actus, qui dicitur diffinitio rationis, qui actus vocatur præcipitatio rationis, & tale impedimentum dicitur inconstantia, quæ est quarta filia luxuriæ, qui luxuria magnam habet inconstantiam. Nam vna falsa lachrimula tollit, quod iam definitum est a ratione, vt dicit Terentius. Ex parte voluntatis consequiī duplex actus inordinatus ad libidinem, quorum vnus est appetitus finis, & iste est quinta filia luxuriæ, scilicet, amor sui, in quem inordinate sibi homo &c. Et consequenter nascitur alia, huic opposita, scilicet, odium Dei, quod est sexta filia luxuriæ. Nam non potest homo seipsum inordinate amare, nisi simul Deum oderit, quia Deus resistit prauis desiderijs nostris, & prohibet delectationes venereas inordinatas &c. Iob. 25. Qui dixerunt Deo, recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Alter est actus inordinatus ex parte voluntatis circa ea, quæ sunt ad finem, & hinc nascitur septima filia luxuriæ, scilicet, amor huius sęculi, nam luxuriosus, vt fruatur sua luxuria iocunde, concupiscit abundantiam rerum tēporalium. Pariterque dicendum, quòd ex opposito nascitur alia filia, quæ dicitur odium, aut horror, siue desperatio futuri sęculi &c. Matthæum tomo 2. 143. col. 3. I. & col. 4. 144. col. 1 2. 3. & 4.

Luxuriosus loquitur turpia scurrilia, ludicra, stultiloquia, vt dicit Isidorus &cet, Matthæi tomo secundo. 145. col. 1 A

Luxuria cōuenienter diuiditur in sex partes, vel species, scilicet, in simplicem fornicationem, adulterium, incęstum, stuprum, raptum, & vitium contra naturam, vt patet. 37 quæst. 1. per totū, & maxime in cap. lex illa. Et quæ aliæ partes sunt, ad istas reducuntur, quarum assignatur sufficientia. Mat. to. 2. 245. col. 2. B

Luxuriam esse propriam passionem mulierum, dicit Chrysostomus. Matthæi tom. quinto. 108. col. 2. C

Peccatum luxuriæ cōsistit in hoc quòd aliquis fruitur delectatione venerea non secundum rectam rationem. Quod contingit dupliciter, vno modo ex parte materiæ, in qua quærit istam delectationem. Alio modo quòd materia debita existēte, non obseruantur aliæ conditiones requisitæ ad hoc, quòd actus sit licitus, a circunstantijs non accipit actus mortalis speciem, sed ab obiecto Et ideo species luxuriæ ab obiecto, & non a circunstantijs accipit speciem, Matthæi tomo secundo. 145. col. 2. B

Inter luxuriæ partes, seu species, & filias illius quid interfit. Mat. to. 2. 146 col. 4. G

Luxuria per se non est maior alijs peccatis, quia peccata carnalia, vt ait Gregorius, sunt minoris culpæ quā spiritualia: sunt tamen maioris infamiæ quā spiritualia & minoris etiam, quā aliqua carnalia, vt puta, quam homicidium &c. Matthæ. tomo 2. 154. col. 2. E

Luxuriæ species non distinguntur per virum, sed p habitudinem ad fœminam, & ideo licet sit adulterium propter virum, non nominabitur tamē adulteriū, scilicet tale, quale denominari potest propter mulierem Matth to. 2. 156 col. 1. E. & incestus, in quo importatur spetialis conditio mulierum, quibus aliqui abutuntur, scilicet consanguinearum & affiniū &c. Mat. to. 2. 156 col. 3. G

Tactus libidinosi, vt oscula, amplexus &c. possunt esse peccata mortalia non secundum speciē, sed ex causa sua. Possunt etiam fieri sine peccato, quā do ipse actus est licitus, vt in vxorem nisi interdū propter magnam deordinationem viri, contingeret esse peccatum mortale in coitu, cū vxore &c. Mat. to. 2. 155. col. 2. A

Luxuriæ est species determinata vbicunque est aliquid repugnans debito vsui venereorum. Matth. tomo 2. 156. col. 3. H

Iniuria prout ex concupiscentia pertinet ad luxuriam, quia ex magnitudine concupiscentiæ procedit, q aliquis nō fugiat pericula &c. vt assequatur concupitum &c Matth. to. 2. 159. col. 2. b

Vt animalia perfecta incitarentur ad luxuriam, apposuit natura fortissimum incitamentum, scilicet quandam vim igneam impellētem &c. Mat. tomo 7. 229. col. 4. F

In luxuria aliquid dicitur contra naturam dupliciter, vno modo, quia repugnat rationi rectę, quæ est natura hominis: & hoc cōpetit omni speciei luxuriæ. Alio modo, quia vltra hoc repugnat ordini naturali actus venerei, qui competit speciei humanæ: & istud proprie vocatur vitium contra naturam in luxuria. Quod multipliciter accidit, vno modo absque omni cōcubitu, quod dicitur molities. Alio modo per concubitum ad rem alterius speciei, quod dicitur bestialitas. Alio modo si fiat per concubitum indebiti sexus intra eandē speciem. Alio modo si fiat mutatio organi manēte specie & sexu. Alio modo quātum ad monstruosos concubendi modos in vase debito. Mat. tomo. 2. 164. col. 1. A

De grauitate peccatorum in generali. Matth. tomo secundo. 176. col 4. K. Primo de grauitate luxuriæ in omnibus speciebꝰ suis in ordine ad alia crimina, & sic dicendum, quòd luxuria non est grauior omnibus alijs, quia nō est grauior idolatria, & hæresi &c Vnde quādo dicitur, quòd fornicatio est maximum, vt habetur. 33. quæst. 7. cap. nō solum. Non solum, intelligendum est nō simpliciter, sed solum quantum ad id, quod ibi exprimitur, scilicet, q per immunditiam carnis templum Dei violatur. 1. Cor. 6. quod non fit in alijs peccatis & 1. Cor. 3. Ille, qui fornicatur, violat tēplum Dei. Et sic dicentes iram esse maximū peccatorum, intelligitur in ferocitate, sed non simpliciter &c. Matth. tomo secundo. 177. col. 1. A

Si tamen fiat comparatio specierum luxuriæ inter se, vitium contra naturam est maius omnibus, vt sacri dicunt Doctores & iura, vt habetur. 32 quæst. 7. cap offerebat & cap. vsus naturalis. & cap. adulterij &c. Matth. tomo secundo 177 col. 1. E. col 2. A. Et comparando vitia contra naturā inter se, maximum istorum est vitium sodomiticorum; licet aliqui dicant, quòd bestialitas.

Et

Et poſt ſodomiticum beſtialitas. Et maxime ſimplicirer videtur maius, quando fœmina à pecore cognoſcitur, poſt hoc ſequitur ſi fœmina cognoſcat fœminam. poſt hoc ſi fœmina cognoſcatur extra vas ſolitum &c. poſt hoc eſt vitiũ molliciei, quod eſt minimum in peccatis contra naturam. Et quodlibet vitium contra naturam, eſt grauius illo vitio, quod non eſt contra naturam, imo grauius quàm coitus cum matre, & hoc ſecũdum ſpeciem, excepto peccato molliciei &c. Mat.to.2.177.col.3. H. In vitijs luxuriæ naturalibus primum locum tenet inceſtus, ſic dicitur.32. q.7.§.ſunt enim, & cap.adulterij poſt inceſtum ſequuntur alia crimina ſcilicet, raptus, ſacrilegiũ adulterium, ſtuprũ, fornicatio, & quodlibet iſtorum ſi cõmixtum ſit, grauius eſt quàm ſimplex. Si tamen vitia ſint ſimplicia, poſt incæſtum ſequitur raptus, poſt quem ſequitur ſacrilegium, poſt quod ſequitur adulterium, & poſt adulteriũ ſtuprum. Et vltimo ſequitur fornicatio ſimplex. Mat.to.2. 178.col.1 A

Luxuria dicitur eſſe grauius cæteris peccatis. ſ. extẽ ſiue, quia inficit animam & corpus &c. Matt. to. 235.col.4.I

Luxurioſus. Hominẽs luxurioſi, vt in plurimum, paucũ generant. Mat. to.5. 86.col.1.B

Luza Eſt idem locus quòd Bethel. Ioſue. to.2. 104.col.2.E

Maacha.

Tres Maachas fuiſſe legimus, quædã earũ fuit vxor Roboã filij Salomonis, q̃ vt dicitur, fuit filia Abſalom. ſcda fuit mater regis Aa, & vxor Abiæ. Alia fuit concubina Caleb filij Eſron. 1. Paralip. 54.col.1.E

Maacha, vxor Roboam, & mater Abiæ regis Iuda non fuit filia Abſalom filij Dauid, ſed cuiuſdam viri Vriel de tribu Beniamin, de vrbe Gabaa, qui erat vir potens & clarus in regno Iuda. Et litera noſtra corrupta eſt, cũ dicitur. 2. Paralipo. 13. quòd erat filia Abſalõ, & deberet dicere Abiſalom, nã ſic habetur in Hebræo. 2. Paralipom. 171.col.2.B Et poteſt dici quòd Vriel erat Abſalom, ſcilicet quòd eſſet binomius &c. vel ꝙ Vriel eſſet auus, & Abiſalom pater, ſed primum eſt cõueniẽtius. ibidem 171.col.3.H

Maara In Hebræo eſt nomẽ appellatiuum ſignificans ſpeculum. Ioſue to.2.64. colum.3.F

Machabæi Mathathias & Machabæi filii eius quomodo fuerint de tribu Iuda, oſtenditur. Gen. 405.col.2.E

Machabæi non obediebant Romanis, ſed erãt amici eorum ad compugnationem. Deu. 96.col.2.A

Machabæorum liber ſecundus, non eſt nimis approbatus ab Eccleſia. 3. Regum. 50.col.2.D

Machabæorum libri non habent hiſtoriam continuatam &c. Mat.to.1. 148.col.2 D

Mahometus Fuit natione Arabicus. Gen. 350.col 3.H

Mahometum eſſe Dei prophetam credunt Saraceni. Exo.to.1. 256.col 2.E

Per crus Mahometi non licet iurare etiam ipſis Saracenis, vt probatur Exo.to.1. 256.col 3.F

Mahometus in ſuo Alchorano dixit, fœlicitatem hominis poſt mortem conſiſtere in delectationibus tactos circa venerea & in guſtu. Nã aſſeruit quòd in paradiſo ſunt flumina lactis & mellis &c. Exod.to.1. 258 col.1 A

Mahometi ſecta introducta fuit inter viros ſimplices, qui faciliter decipi ſolent, & introducta & dilatata eſt per orbem manu armata, nec rationibus defenditur, vt iuſſit impius Mahomerus, ſcilicet, illam gladio defendi, dixit enim quòd Deus miſerat eum ad dandam legem, non oſtendendo miracula, ſed per potentiam gladij &c. Matt. to.1. 10.col.1.D

De Mahometi turpitudine Mat.to.6. 279.col.2.E

Mahometi poſitio, de ſtatu animarum poſt mortem, beſtialior eſt, quam omnes poſitiones Gentilium de ſtatu animarum &c. 8.col.4.I

Mahometiſtæ Prolificant multum, propter multitudinem vxorum. Mat.to.5. 84 col.1.E

Macrobius. Macrobios homines longæuos dixerunt Græci, cuius aſſignatur ratio Gen. 90.col.2.E

Macula. Agni, de qua Exo.2. non capitur pro varietate colorum, ſed pro mõſtruoſitate, vel defectu membri, deformitate aut morbo. vt patet Deut.12.& Leu.21. Exod.to.1.73.colum.2.D

De macula peccati. Exo.to. 146.col.1.E

Macula in veteri lege pœna quędam erat vel quaſi pœna, ſed immundicia erat culpa quædam, vel irregularitas cõſequens ad copulam. Num. to.1. 246.col.I

Macula dupliciter accipitur, Nu.to.2. 102.col.3.K

Macula peccati mortalis nunquã poſt mortem dimittitur. Mat.to.4. 25.col.4.I

Duæ maculæ erant in veteri teſtamento quæ non impediebant ſimpliciter ſacrificium, ſ. cauda vel aures amputatæ, præterquam ſi animal ex voto offerretur, quia tunc impediebant &c. etiam in iugi ſacrificio hæ maculæ impediebant. Nu.to.2. 102 col.4.I

Inter maculam & immundiciam in veteri teſtamẽto, quid intererat. 2. Reg. 30.col.2.D. Mat.tom 7. 301.col.1.B

Macula in peccato dicit priuationem gratiæ &c. Mat.to.5. 69.col.2.C. 151.col.2.E

Macula peccati, quomodocunque capiatur, non dicit in anima aliquod poſitiuum, ſed priuatiuũ, & magis proprie dicit priuationem pulchritudinis, quam aliquid aliud. Defenſorio.4. col.1.D. Et tot ſunt maculæ, quot ſunt peccata, ibi.4.col.4.G

Madai A tertio filio Iaphet, noĩe Madai, deſcendũt Medi. 1. Paralip. 29.col.3.H

Madian. Terra Madian denominabatur ſic a quodã filio Abrahæ ex Cetura dicto Madian. Et terra iſta erat propinquior terræ Chanaam, quam Aegyptus, & eſt in quadã parte deſerti circa Arabiam, per quam venerunt Hebræi de Aegypto. Et eſt conuicina monti Sinai. Exod.to.1.12.col.3.E. Ioſue to.2.36.col.3.H. 1. Paralip.36.col.3.H. Et eſt magis oriẽtalis, quã mõs Sinai &c. Exo.to.1. 29.col.1.E

Madian aliquando accipitur pro populo Madianitarum, aliquando vero pro quadam ciuitate in terra Moab. 1. Paral. 39.col.1.C

Madianitę Aliquãdo appellatur Iſmahelitæ, & ècõtra ꝑꝑ habitationis vicinitatẽ Gen.351.col.3.K. Et deſcendunt a Madiã filio Abrahæ ex Cethu. 1. Paralip.36. col.4.H

Madianitis. Madianitides virgines, quæ captæ fuerũt in bello ab Hebręis

Num.

Num.31. purificatæ fuerunt priuſquam intrarẽt caſtra Iudæorum.Nu.to.2. 161.col.3.F

Magdalena Non fuit meritrix venalis, licet aliquibus amatoribus ſe inhoneſte tradiderit.Ioſue.to.1. 37.col.3.K

Magdalum A quo Maria Magdalena ſic appellata eſt, eſt in ſorte Nephtali.Ioſue.to.2. 131.col.2.C

Magedan De quo Matt.15. eſt regio quædam,vt quidã dicunt,circa ciuitatem, alij dicunt, ꝙ eſt fons quidam magnus, a quo dicuntur fluere aquæ Iordanis. Matth.to.4. 152.col.3.I

Magedan,& Dalmanutha, idem locus eſt, varia habens nomina.Matt.to.4. 152 col.3.H

Magica ars. Magicę artis repertor fuit Zoroaſtes Rex Bactrianorũ, qui ridendo natus eſt.Exo.to 1. 41.col 4.F

Arte magica poteſt aliquis ſuſcitari a mortuis,Deo permittente,nõ ꝙ reuniatur anima corpori, nec ꝙ veniat de ſuis receptaculis ad reſpondendum de quæſitis, ſed quòd ſurgat aliquis Dęmon, ſumens figuram illius,de quo petitur, quòd ſuſcitetur,& loquatur in perſona illius. 1. Reg. tomo 2. 165.col.3.F

Magicus. Magici vtuntur imaginibus cereis & metallinis.Et in certis temporibus vtuntur illis, obſeruantes ſyderum tempora.Exo.tom.ſecundo. 19. colum.1.D

Nihil magicum fit niſi præmiſſis quibusdam cęremonijs Matt.to.4. 112 col.4.I

Magiſter. Chriſtus vocabatur Magiſter & Dominus vulgariter.Matt.to.5. 216. col.4.G. neque repugnabat humilitati eius, ꝙ ſic ſeipſum vocaret.ibidem 217 colu.2. A. ſed quare omnes vocarent Chriſtum magiſtrum. Mat.to.6. 125.col.1.D

Magiſtri,& doctores quomodo ſint honorãdi.Mar. to.6 30.col.4.G

Magiſter duo dicit.ſ.ſapientiã & gradum. Matthæ. to.6. 183.col.2.E

Velle vocari magiſtri nomine,& illius gradus honorẽ habere principaliter,vel ſolũ hoc,non conſiderata doctrina,vel vtilitate doctrinę,vituperabile eſt.Mat.to.6. 182.col 2.C

Effici magiſtrum non eſt malum, quia nec ſapiẽtia nec gradus, quæ dicit magiſterium, ſed bonum. Eccleſ.1.Mat.to.6. 183.col.3.F

Deus ſolus eſt magiſter.Mat.to.6. 184 col.3.G

Aliud eſt eſſe magiſtrũ vel fieri, & aliud vocari magiſtrum,aliud velle eſſe vel vocari magiſtrũ. primum honorabile eſt & bonum. ſecundum etiã non eſt malum:quia nomen compotens rei veritatem facit Et melius eſt proprijs nominibus rẽ appellari,quàm alijs & inconuenientibus nuncupari.De tertio dicendum,ꝙ aliquo modo refert velle eſſe magiſtrũ, quam velle vocari magiſtrũ, aliquis,deſiderando magiſterium,poteſt deſiderare ſolam ſcientiam, quæ requiritur ad magiſterium, & hoc bonum eſt &c.deſiderare ſolũ gradum magiſterij inſipientia, & inordinatum quid &c.deſiderare vero ſapiẽtiam & gradum ſimul, poteſt interdum bene,& interdũ male fieri, &c. Matt.to 6. 183.col.4.F

Magiſter vocatur omnis, qui profitetur aliquã ſciẽtiam, in qua ſit potens docere,iſtum.n.gradũ vel ſtatum deſignamus nunc per multa nomina.ſ.p magiſtrũ,doctorẽ,licentiatum,& huiuſmodi. Et iſta Chriſtus vetuit inquantũ deſeruũt vanæ gloriæ.Sed nullus gradus vetitus eſt quatenus ꝑdeſt ad auctoritatem doctrinæ, neq; vocari nomine eius &c.Mat.to.6.184.col.1.E.periculoſum tñ eſt eſſe magiſtrum.to.6. 184.col.2.A

Deus dicitur magiſter per excellentiam.Math.to.6. 185.col.1.D

Nemo eſt, qui debeat vocari magiſter, quia nemo eſt,ꝙ totaliter doceat,& interius,niſi Deus. Mat. to.6.186.col.2.D. Et ꝙ ſit magiſter & totaliter doceat.ibid.col.3.I.tñ per aliquam participationem magiſterij & large,multi dicũt magiſtri.ibid.c.4.F

Chriſtus proprie & abſolute dicitur magiſter &c. Matt.to.6. 186.col.4.I

Quomodo Meſſias poterat vocari magiſter. Matth. to.6. 187.col.4.G

Magiſterium. Magiſterij ſeu doctoratus gradus qũo cum peccato appetatur.Matt.to.6. 184.col.1.A

Magiſter ſentent. Magiſtri ſenten.opinio de baptiſmo Io. de qua in 4 diſt.2.cap.vltimo refertur.Matt.to.1. 181.colum.4.H

Magiſtratus Eſt nomen generale ad omnem dignitatem & præeminentiam &c.1.Paralip. 288.col.3.G

Magna dicere. Magna interdum Chriſtus dicebat de ſe:qñdoq; vero tacebat.Matth.to.7.107.col.3.F.Et dum aliqua de ſe dicebat, tria obſeruabat &c.ibi.col.3.G

Magnanimitas. Magnanimitas eſt circa magnos honores, cui opponit ambitio ꝑ exceſſum,& ſimiliterpręſumptio.Matth.to.3. 3.colum.2.C

Magnanimitas poteſt vti actibus omnium virtutũ. 4.Ethic. Et ratio eſt, quia magnanimitas habet ꝑ obiecto magnũ aliquid &c Mat.to.4. 131.co.2.E

Magnanimitas firmat animum circa bonũ arduum. Matth.to.5. 6.col.3.K

Magnanimitas & humilitas cõueniunt in materia, non tñ in modo,& ideo non oportet, ꝙ ſint partes eiuſdem virtutis.Mat.to.5. 8 col.4.G

Magnanimitas & humilitas ſunt duæ virtutes particulares circa eandem materiam. ſ. circa bonum arduum,licet oppoſito modo. Mat.to.5.8.co.2.E

Magnanimus. Magnanimi non audiunt libenter benefiũia,quæ receperunt,ſed quæ fecerunt.Gen. 269.col.4.G

Magnanimi delectantur,qñ beneficia abeis impenſa redduntur eis ad memoriã. Et ſic libentiſſime ad maiora conferenda mouent,vt patet.4.Ethic. cap.de magnanimitate &c.Gen. 332.col.1.C

Magnanimus ex 4. Ethi.non curat opinionem, ſed veritatem.Mat.to.3. 5.col.1.B

Magnanimus non eſt contentioſus, quia nihil magnum exiſtimat.Mat.to.2. 5.col 2.A

Magnificentia Et liberalitas habent idẽ obiectum materialiter, diferunt tñ ſecũdũ quãtitatẽ.Nu.to 2.55.col.1.A

Magnificentia appellatur latitudo cordis. 3. Reg.4. Cum dicit dedit Salomoni ſapientiam & latitudinem cordis.2.Paral. 19.col.4.G

Ad magnificentiam oſtendendam fiunt nonnunq; conſula.Matth.to.6. 4.col.1.D

Magnificus. Ad magnificũ duo pertinẽt, .ſ.habere pecunias maximas, & voluntatem liberaliſſimã &c.2.Reg. 46.col.3.F

Magnifici eſt, abundantius concedere quam petat. 3.Regum. 35.col.1.E

Magnificus non libenter audit ea, quæ alij fecerũt pro eo,ſed ea,quæ ipſe fecit pro alijs &c. Sic fecit The-

Thethis Iouem orans. Similiter & Lachones orãtes Athenienſes, vt auxiliarentur eis &c. 1. Parali. 202. col. 2. C. Sic fecit Iacob quando perijt a Domino, vt liberaretur de manu Eſau. Gene. 32. Sic & Moyſes, quando orauit ne delerer Iſraelitas p vitulo aureo Exo. 32. &c. 1. Paralipo. ibid. col. 2. E

Ad magnificum pertinet expendere abundantiſſime in his, quæ fiunt ſemel per vitam, vel raro. Et in his, quæ ſemel facta, ſemper manent, vt in cõtractu matrimonij, in domus cõſtructionem, in ſepulchro faciendo & ſimilibus. 4. cap. de magnificentia. 2. Paralip. 19. col. 4. F

Ad Magnificũ pertinet haberet res aliquas magni valoris & expenſarum, & paruorum reddituum, quæ ſolum proficiant ad oſtendendum magnitudinem illam. 4. Eticho. cap. de magnanimitate. 2. Paralipom. 19. col. 4 G

Magnificare. Magnificari duo ſignificat, ſ. magnum fieri, vel magnũ apparere. Num. to. 1. 202 col. 2. B

Deus magnificauit nos dupliciter. Matth to. 6. 35. colum. 1. D

Magnificare & laudare idem ſunt: quia laus eſt ſermo explicans magnitudinem. Et Deũ poſſumus diuerſimode magnificare, ſecũdum q̃ Deus a nobis vario modo concipitur &c. Matthę. to. 4. 148. colum. 4. K

Magnitudo Quæ eſt intra terminos eiuſdem ſpeciei, non facit differre ſpecie, bene tamen illa, quæ eſt extra terminos eiuſdem ſpeciei. Et ſic eſt de beſtialitate & malicia humana. Matrh. to. 2. 166. col. 3. H

Magica ars. De capite metallino, quod dicunt fieri per magicas artes, & per aſtrologiam. in dictione. Caput æneum.

Magnum Dupliciter accipitur, vno modo abſolute, & alio modo relatiue. in Parad. 16. col. 1. C

Magog. A Magog ſecũdo filio Iapheth deſcendunt Scitæ, qui habitãt in Aſia apud terram Amazonum. 1. Paralip. 29. col. 3. H

Magus. Præcipui magi Pharaonis, fuerunt lãnes & Mambres. vt patet 2. ad Tim. 3. Exo. 10. 1. 41. col. 3. H. & 52. col 4. F

Magi Pharaonis non potuerunt conuertere virgas in dracones veros, potuerunt tamẽ eſſe quatuor modi iſtius conuerſionis apparentis, vno modo deferẽdo aliunde dracones velociſſime ad illum locum, & tollẽdo virgas ab illo loco imperceptibiliter, & apponẽdo ſerpentes &c. Secundo modo per appoſitionem ſpecierum draconũ in oculis videntium, & a motis ſpeciebus viderunt virgas &c. Tertio modo poterat fieri hoc p̃ quandã turbationem organorum &c. Quarto modo per applicationem actiuorum & paſſiuorum &cet. Exemplo medici. Exo. to. 1. 49. col. 1. D. & colum. 2. A. Sed primus iſtorum modorum quatuor fuit conuenientior, vt probatur, ibid. 49. col. 4. H

Magos conſuli vetuit Deus Leu. 19. cum dicit, non declinetis ad magos: præcipuè quia ipſi non dicunt verba. Neque per artem ſuam poſſibile eſt inquiri ea, quæ ipſi inquirere conantur. Leuitich. 201. col. 4 I

Magus duo ſignificat, ſcilicet Incantatores, necromanticos, & omnes qui artibus illicitis vtuntur. Secundo pro Aſtrologo. Leu. 202. col. 1. B. & 201. colum. 4. K

Semper à magis reſponſa petere nephas eſt: quia ſic à Dęmone veritas petitur, qui nunquam niſi aliquis cultus illi tribuatur, & cęremoniæ famulatus, reſpondet ad quæſita. Leu. 202. col. 1 B

A magis, qui dicuntur Aſtrologi Theorici, inquirere de his, quæ per artem theoricam pertinent, nunquam eſt peccatum. Leu. 202. col 1. E. A magis tamen, qui dicuntur Aſtrologi practici, inquirere ea, quæ pertinent ad ſtatum naturæ, & ab ipſa natura ſine aliquo agente cauſante, licitũ eſt, dum tamen non credatur illa neceſſario euenire. Leui. 202. col. 2. B. Similiter quærere de his, quæ partim pendent a natura, partim ex operatione noſtra. Et in his, quæ pendent partim a natura. & partim a voluntate vel fortuna. Et in his, quæ pẽdent pure, & totaliter a fortuna Et in his, quæ pure voluntaria ſunt dependentia ex voluntate inquirentis, peccatum eſt inquirere, & aſſerere reſpondendo. Leu. 202. col. 3. K. & col. 4 F

Qui magos conſulunt, & ad eos declinant, idolatræ ſunt quodam modo indirectè. Leu. 208. col. 1. D

Magi qui venerunt adorare Chriſtum, erant de terra Meſopotamię, vel de alia terra propinqua Ieruſalem, & reſpectu eius Orientali. Nume. tomo 2. 58 col 4. G

Magi, qui venerunt adorare Chriſtum fuerũt tres, & fuerunt reges, licet hoc non eliciatur ex Euangelio, ſed communiter tenetur. Matth. to. 1. 107. colum. 1. B

Magus tripliciter dicit. ſ. illuſor, maleficus, & ſapiẽs. Et his tribus modis poſſunt dici magi illi, qui venerunt adorare Chriſtum Mat. to. 1. 107 col. D

De magis quid dicat Chriſoſtomus, & quid Auguſ. Mat. to 1. 107. col. 2. A

Magorum corpora manſerunt din Mediolani, ſed nunc ſunt in vrbe Coloniæ. Matt. to. 1. 107. c. 2. B

An magi venerint ab Oriente, capiẽdo Oriens abſolutè, pro prima parte terrę habitabilis verſus illum locũ, de quo Sol oritur, ſunt opiniones, quo modo in tam paruo tempore venire potuerunt: nam aliqui, vt Remigius, dicunt, illos non veniſſe naturaliter, ſed miraculoſe, quod improbatur. Matth. to. 1. 107. col. 2. E. & col. 3. F. Alij vt Hieronymus, aiunt veniſſe in dromedarijs, quod ſimiliter improbatur ibid. 107. col. 3. I. Alij dicunt, q̃ non venerũt in tredecim diebus, ſed in vno anno, & tredecim diebus, quod etiam improbatur. ibid. 108. colum. 1. E. Alij, vt Chriſoſt Matthę. & Aug. in ſermone de Epipha. dicunt, q̃ Stella apparuit iſtis Magis per duos annos ante Chriſti natinitatem &c. quod improbatur. ibi. 108. col. 2. C. Alij dicunt, q̃ Stella apparuit in hora Natiuitatis Chriſti, ſed Magi non venerunt vſq; ad duos annos & tredecim dies, ſed hoc improbatur etiam. Alij dicunt & vere, q̃ prædicti magi erant de aliqua regione propinqua terræ Chanaan, vt probatur. ibidem. 108. col. 3. G

Magi erãt de terra Meſopotamiæ, & de terra Amonitarum, quæ ſunt regiones coniunctæ terræ p̃miſſionis, erant de progeniæ Balaam prophetæ &c. Mat. to. 1. 108. col. 4. F

Magi venerunt in Ieruſalem ptopter duo: quia ſtella duxit illos in Ieruſalem, & tunc diſparuit. Secũdo quia Ieruſalem erat ciuitas regia, & ibi puer debebat naſci, vt veriſimile erat. Præter has rationes Remigius aſſignat alias quatuor. Matth. to. 1. 109. col. 1. C. & col. 2. A

Chriſti natiuitas cõuenienter notificata eſt magis, vt probatur ex multis. Mat. to. 1. 109. col. 3. F

Quòd Magi, viuente Herode, quærerent, dicentes, vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum, aſſignatur cauſa. Matt. to. 1. 109 col. 4. K. & 110. col. 1. A

Magi præter ſtellæ apparitionẽ, habuerũt reuelatio

nem

nem aliquam,vt probatur.Mat.to. 113.colu.3.I.
Quomodo magi videntes Stellam fuerint moti ad veniendum, recitantur opiniones, inter quas illam credit auctor rationabiliorem, quæ dicit, ꝙ venerunt iuxta prophetiam Balaam,de qua. Nume.24.ſ.Orietur Stella ex Iacob &c.Matth.to.1. 114.col.3.I
Magi cognouerunt eſſe Deum verum illum,quem venerunt adorare ſtella duce.Matth. tom.1. 115. colum.1.B
Magi non timuerunt Herodem,neq; quēquam hominum,etiam ſi putarent multos ex hoc grauandos,& moleſte paſſuros: quia ſciebant iſtum, ad quem ibant adorandum, eſſe Deum, & ꝙ defenderet eos.a quibuſcunq; &c.Mat.to.1.115.co.2.C
Quòd in aduentu Magorum fuerit turbata Ieruſalem,aſſignantur multę cauſæ a diuerſis.Mat.to.1. 117.col.2.E.& col.3.F
Magi quare,cum introirent in Ieruſalem, perierūt, vbi eſt,qui natus eſt rex Iudæorum &c. Mat.to.1. 122.col.4.H. Et hanc notificationem de Chriſto nato voluit Deus,vt fieret Iudæis propter multa. Mat.to.1. 123.col.1.B
Magis,exeuntibus de Ieruſalem, ſi non apparuiſſet ſtella, Deus prouideret eis per interiorem mētis illuſtrationē,quomodo inuenirent, & adorarent puerum &c.Mat.to.1. 123.col.3.K.& co.4.F
Magi cum viderunt ſtellam ſtare ſupra domum, abſque alio ſigno cognouerunt Chriſtum:vel dicendum,ꝙ aliquod ſignum interius habuerunt,a quo præter ſtellam cognouerunt Dominum,vel apparuit aliqua dignitas ī vultu pueri Ieſu ſupra modū humanū &c.Mat.to.1. 124.col.3.I.& c.4.F
Magi adorauerunt Chriſtum adoratione latriæ, vt probatur.Mat.to.1. 125.col.2.C
De aduētu Magorum poteſt concedi, ꝙ beatiſſima Virgo timuit, etiam cognoſcēs filium ſuum eſſe Deum,vel ſaltem ꝙ verecundiam paſſa ſit in cōſpectu Regum:erat enim puella tenera vix annorum.15.vel.16 &c Matt.to.1. 225.col.3.F
Quilibet magorum obtulit,vt creditur,tria illa munera.ſ.Aurum,Thus,& Myrrhā,& nō vnus unū, & alius aliud,vt probatur.Mat.to.1. 125.col.4.K. & 126.col.1.A. Sed quate hæc tria,dicunt quidā ꝙ fuit ex conſuetudine Regum Arabiæ, vt tenet Nicolaus. Alij dunt,ꝙ factum fuit ſecundum ſignificationem. ſ. aurum ad ſignificādum regiam poteſtatem, thus ad ſignificandam deitatē, mirrham ad ſignificandum verum hominem,& moriturum. Alij dicunt,ꝙ hoc fuit in ſignificationē, ꝙ nos debemus offerre aurum ſapientiæ. Et thus deuotionis in oratione. Et mirrhā mortificationis carnis. Alij dicunt,ꝙ obtulerunt aurum in ſuſtentationem paupertatis matris & filij, Thus cōtra fœtorem loci. Et mirrham ad ſolidandū mēbra pueri,ſed prima tū iſtarum opinionū eſt literalis,& quarta aliqualiter. Aliæ duæ ſunt myſticæ.Sed quarta opinio improbatur.Matth.tom.1. 126.col.1.B
De Magorum muneribus oblatis, quid factū fuerit nihil refert Euangeliſta: quia Euangeliſtæ multa de maximis omiſerunt,Spiritu Sancto moti.Poteſt tamen dici vno modo,ꝙ munera illa erāt valde magna: ſed Domina noſtra parum de illis acceperit &c. Secundo modo, quod cōmunius tenetur, dicit ꝙ accepit omnia, & illa fere tota pauperibus diſtribuit &c.Mat.to.1. 126.col.3.F
Quod Magi non redirent ad Herodē,fuit valde cōueniens ex multis.Matt.to.1. 127.col.2.C
Magi non peccauerunt non redeundo ad Herodē, vel non renunciando &c. immo ſi oppoſitū feciſſent, grauiter peccaſſent, etiam ſi cum iuramento promiſiſſent redire.Matthæi.tomo 1. 135. colum.1.B
Magi multa poſſunt facere auxilio dęmonum.Mat. to.4. 96.col.3.H
Maieſtas. Comittens crimen leſæ maieſtatis, non ſolum deletur ſecundum leges humanas,ſed etiam domus eius,vt non habiretur in æternum.Gen. 36.col.3.H
Maieſtatem æternam lædere, longe maius peccatū eſt, quam lædere temporalem, vt habetur extra de hæreticis.in cap vergentis.Exo.tom.ſecundo. 131.col.1.C. Mat.to.5. 69.col.1.D
Quomodo intelligitur maieſtatem eſſe Deitatem. Matt.to.7. 78.col.4.G
Maieſtas vocatur apparatus quidam excellens, ad notandum magnitudinem ſtatus. Et dicitur maieſtas quaſi maior ſtatus exterior. Et ille apparatus conuenit Regibus. 2. Paralipome. 95.colum. ſecunda E. & 98.colum.ſecunda E. Matth.to.6. 306.col.3.G
De maieſtate Dei, quæ repleuit templum Salomonis de qua.2.Parali.7.quid fuerit, referuntur opiniones,& tandem,videtur dicendum: ꝙ eſſet nebula quædam alba, quæ deſcendit, qñ deſcendit ignis de cœlo ad cremandum ſacrificia.2.Parali. 98.colum.3.G
Maior natu Poteſt quis dici dupliciter, vel ꝙ ſenior ſit ætate, vel ꝙ ſit generoſior.Leuit. 71.col.4.G
Maiores Natu,dupliciter dicuntur,vno modo illi qui ſunt antiquiores in ætate.Secundo,qui de maiori vel minori vel nobiliori ſunt genere nati &c Gen.414.col.2.E. Nume. 32.col.1.A
Ad maiores pertinet diuidere, & ad minores eligere.Gen. 79.col.3.F
Minores aliquando præponuntur maioribus in ſacra ſcriptura.Exemplum eſt de filijs Noe,& de filijs Ioſeph Gen. 34.col.2.C
Maiores vocantur omnes extra auum: vt patet extra de verborum ſignifi.in cap.interrog.adiuncta gloſ.Leu. 352.col.2.E
Quādo maiores miniſtrantur in officio minorum, nunquam eſt vſurpatio, bene tamen, quando è contra.Ioſue.to.1. 57.col.4.G
Maiorum peccata ſolent facile trahi in exemplum a ſubditis,propter multa &c.2.Paralipom. 159. colum.4.G
Maiores natu vocabantur præcipui in omnibus cōgregationibus Iſraelitarū, quæ fiebant &c.2.Paralipom. 63.col.3.H
Maioratus. De maioratu inter viros nobiles.2 Reg. 57.col.2.D
Maioratus poſſeſſores,ſunt vere Domini, licet non poſſint alienare &c.Mat.to.3. 46.col.2.D
Malach In Hebræo ſignificat angelum, vel nuncium.Iud.137.col.1.E. 1.Regū. to.2. t19.col.1.E
Malachias Prophetauit tempore Aggei, & Zachariæ,& cognoſcit hoc: quia in ſua prophetia non habet temporum annotationes,& interpretatur angelus Domini: ga quæcunq; dicebat recipiebantur, ac ſi aperte illa dixiſſet angelus &c.Gen. 25.col.4.H
Multæ auctoritates prophetiæ Michęæ exponuntur.Gen. 23.col.3.I.
Malalehel. Vixit octingentos nonaginta quinq; annos, & mortuus fuit ante

ante diluuiũ trecentis septuaginta, & vno annis. & post mortẽ Adæ trecentis quinquaginta quinque annis. Et anno viræ Noe ducentesimo vigesimo nono. Gen. 31. col. 3. K. 1. Paralip. 27. col. 3. F

Quo Malalehel fuerit primogenitus Cainam, verisimile est. Geu. 32. col. 4. G

Male agere. Impedire male agere, est bene agere, quando prohibendo vel impediendo, non transgreditur quis metas potestatis suæ &c. Iudi. 172 col 3. K

Qui male agit, odit lucem Iob. 24. & extra de offic. dele. ca. consuluit. 1 Reg. to. 2. 60. col. 2. F

Male consulere Simplici viro, significatur per illud Leui. 19. Ne coram cæco ponas offendiculum, sic dicunt Hebræi, & doctores nostri. Leui. 189. col. 3. G

Maledicere. In Deo maledicere, non est mala dicere, sicut in nobis, sed mala dare, sicut & benedicere bona dare &c. Gen. 241. col. 1. B

Quare non sit maledicendum principibus neque iudicibus: Exo. to. 1. 241. col. 3. F. Neque prælatis etiã si sint mali. Mat. to. 6. 30. col. 1. B.

De maledicẽtibus: Leui. 184. col. 4. K. & 185. col. 1. A

Maledicere aliquem peccatũ est, & præsertim eos, qui se defendere non possunt. Et hinc infertur ꝙ maledicere surdo, & absenti, sit crudelitas. Leui. 189. col. 2. B

Non est maledicendum indiferenter cuicunq; rei. Iudi. 50. col. 2. D

Maledicere diabolo non licet Gen. 307. col. 2. A

Quando quis habet auctoritatem maledicendi. tũc euenit id, qđ ipse imprecatur per maledictionẽ, nisi ille, in quẽ petitur euenire, diluerit, & sic obtinuerit solutionem a Deo &c. Iudi. 50. col. 3. H

Cum parentes maledicunt filios, & eueniũt eis mala, quæ imprecantur. Iudi. 50. col. 3. I

Interdum illi, qui non habẽt iurisdictionem, si maledicunt, faciunt maledictiones suas euenire, si a Deo moueantur, vt maledicant, vt patet de Dauid maledicente montes Gelboe &c. Iudic. 50. col. 3. I

Maledicere est mala imprecari: siue per illam imprecationem malum efficaciter infligatur, siue solũ permodum orationis, siue nullo modo. Primum est in maledictione Dei. Secundum verbo. & tertium ad homines pertinet &c. 2. Reg. 6. col. 4. K

Non licebat Dauid maledicere montes Gelboe: nõ tamen propter hoc peccauit, quia non habuit intentionẽ, vt sic eueniret montibus, sicut ipse loquebatur, sed ex amaritudine cordis, & ad exprimendũ dolorẽ dicebat illa &c. Et huiusmodi dolentes multa dicunt, quæ nollent euenire, sed dolor impellit ad loquendum. 2. Reg. 7. col. 1. D

Nemini licet maledicere rei animatæ; vel inanimatæ, si nulla causa subsit, & quando causa subest, nõ licet maledicere, nisi forte hoc cautam sit in iure vel Deus aliquem admouerit &c. 2. Regu. 7. colum. 1. A

Christus duplici de causa maledixit ficulneæ. Matt. 21. 2. Reg. 7. col. 1. E

Maledicenti Deo vel Regi, pœna mortis inferenda erat. 3. Reg. 292. col. 2. C

Maledicere conuenit prælatis ex efficio &c. 2. Paralip. 90. col. 4. K

Maledicere capitur dupliciter. Vnomodo pro illatione mali. Alio modo pro expressione ma. &c. Mat. to. 6. 189 col. 1. E

Maledictio. Ficulneæ prophetice facta est, ad mysticã significationẽ Mat. 21 significans Pharisæos maledicendos fructum boni operis non habentes Gen. 21. col. 1. A

De maledictione serpẽtis, & eius expositione. Gen. 21. col. 1. B

Maledictionem diaboli quidam exponunt allegorice de beata Virgine. Gen. 21. col. 2. B

Maledictionem datam serpenti, & diabolo, possumus intelligere quòd non fuerit maledictio. Nec fuerit dęmon punitus pro illa tentatione, sed ꝙ fuerit declaratio illius mali, quod diabolus patitur pro alio malo, quod comi sit ante tentationẽ Euæ, & illud malum pateretur etiam si non tentasset Euan. similiter fuit declaratio naturæ serpentis &c. Gen 41. col. 21. col. 3. H

Quod maledictio serpentis iuxta literam, de serpẽte intelligatur, potius quam de dæmone, ex eo patet: quia partes literæ in sensu plano ei conueniunt, & porius est maledictio hominis. Gen. 21. col. 4. K. & 22 col. 1. D

An pro maledictione esset inferenda pœna capitalis: 2. Reg. 192. col 2. C

Maledictio data est a Deo eo ordine, quo peccatũ initiatum est. Primo serpẽti. secũdo Heuæ. tertio Adę. Gen. 22. col. 1. E

De maledictione mulieris: Gen. 22. col. 1. E. col. 2. A

Maledictio non est data animalibus brutis. Gen. 22. col. 2. A

Illa maledictio, de qua. Gen. 3. in sudore, idest labore vultus tui &c. omni homini cõmunis est, quia nullus mortalium tam compositæ felicitatis est, qualicunque emineat statu, qui curarum, & laborum pondere pressus, vnam diem saltem sine labore, & dolore transigat, quoniam risus dolore miscetur. Et extrema gaudij occupat luctus, prouerb. 14 Gen. 23. col. 4. F

Sicut in maledictione mulieris, Deus illam subiecit potestati viri in regimine œconomico, sic maledictus est vir in acquisitione necessariorum ad conseruationem familiæ &c. Gen. 22. col 3. I

Maledictio importat diminutionem, sicut benedictio multiplicationem. Gen. 27. col. 2. E

Duas maledictiones habuit terra, primam per Adã, quæ extensa est ad totam naturam. secundam ꝙ Cain, ad quem solum extensa est. Ex quo peccatum eius fuit personale, & ideo punitio fuit personalis. cum dicitur: Maledictus eris super terrã. quod potest etiam exponi sic, id est, omnes maledicent te super terram: qui tantum scelus commisisti. Gen. 27. col. 3. F

Maledictio terræ, de qua Gen. 3. capitur pro diminutione in virtute &c. Gen. 198. col. 1. C

Maledictiones datæ serpenti, mulieri, viro, quidam accipiunt datas esse per comparationem ad peccata ipsorum, dicunt quòd peccauit serpens in tribus, mulier in duobus, vir in vno &c. sic dicit Historia scholastica, scilicet, serpens inuidit, mentitus est, decepit. Primi pœna fuit super pectus tuum gradieris &c. Secundi pœna fuit terram comedes &c. Tertij, fuerunt inimicitiæ &c. Sed ista non sunt recipiẽda, vt vera, quemadmodum iacent, & sunt secundum sententiam Iosephi, quamuis Magister in illa historia scholastica sit alterius sententiæ &c. Gen. 223. col. 1. E. & per totam secundam col.

Maledictio mulieris fuit vera maledictio, & non sicut seerpentis, quia maledictio nominat pęnam pro peccato, quæ non fuit in serpente &c. Gen. 224. col. 3. H. & 232. col. 2. E

Illa, quæ in maledictione viri, & mulieris ponuntur, quodammodo sunt naturalia. Et competerent

rent naturæ etiam ſine peccato ex condictione, & principijs naturæ, vt probatur. Et tamen data ſunt in pœnam, ita q̃ non euenirent niſi peccatum præceſſiſſet &c. Gene. 227 col.2.E
Maledictiones mulierum, non intelliguntur in maledictionibus viri propter multa. Gene. 240. colum.2.D
In maledictionibus primorum parentum prænunciauit Deus illa mala, quæ neceſſe erat accidere, non tamen illa, quæ poterant excuſari, &c. Gen. 240 col.4.F
In maledictione viri non debuit dici, quòd vir ſubijceretur viro pro iuſto paterno, propter multa. Gen. 241.col.4 H
Quare in maledictione mulieris non fuit poſitum, q̃ eſſet ſub poteſtate patris, ſicut dictum eſt, quòd eſſet ſub poteſtate viri: vide. Ge. 242.col.2.B
Maledictio viri per accidens comprehendit mulierem. Gene. 242.colum.3.H. Sed de maledictione fœminæ non ſic dicendum eſt: quia nihil illius extenditur ad virum: quia illa conſiſtit in conceptu, partu, & ſubiectione omnium talium rerum, &c. ibidem. 242.col 3. K. Dicendum ergo, q̃ ſicut obſequia domeſtica non pertinent ad virum, niſi ſecundum quandam vſurpationem, ita & adminiſtratio rerum exteriorum non pertinet ad fœminam vt cultus agrorum &c. 242.col.4.I
Maledictio mulieris concernit ſextum: ideo ſoli ipſi eſt in pœnam, ſed maledictio data viro, poteſt competere mulieri, & competit: quia eſt circa ea in quibus vir & fœmina communicant in natura ſ. vti cibo, & acquiſitio eius, in qua eſt difficultas, &c. Gen. 243.col.2.B
Maledictio data viro, quare non fuerit data in eo, quod pertinet ad ſexum, ſicut illa, quæ data eſt mulieri. Gene. 243.col.2.C
In maledictione mulieris, quare non fiat mentio de labore in acquirendo victum, cum hoc pertineat etiam ad mulierem, & non ſolum ad virũ. Gen. 243 col.3.G
Maledictiones viri & fœminę non communicant, quantum eſt ex verbis maledictionis, & intentione maledicentis: tamen accidit, q̃ mulier cõmunicet in aliquo in maledictione viri, non tamen è contra, &c. Gen. 243 col.3.I
Maledictio data Adæ de colendo terram, fuit vere maledictio, dato q̃ omnibus hominibus non cõueniat, ſicut nec maledictio data mulieri: qa non omnes mulieres concipiunt, neq; pariunt, neque ſunt ſub viri poteſtate, ſed ſatis eſt, q̃ pertineret ad illum, cui prænũciabatur. Et q̃ ex illo in alios tranſiret, accidẽtale erat, licet ita fuit, q̃ tota maledictio primorum parentum tranſiuit ad poſteros. Et ſic de Heuæ maledictione dicẽdum eſt. Poteſt ſecundo dici, quòd illa maledictio fuit generalis, &c. Tertio, quòd iſtud malum eſſet tranſiturum in ſingulos homines, niſi per prudentiam partim, & partim per tyrannidem prouidiſſent, vt non omnes colerent terram. Quarto, quòd illa maledictio eſt generalis ad oẽs homines, & cet. Gene. 245.col.2.C
In maledictione hominis quare dicatur, maledicta terra, & non dicitur, maledictus tu. Gen. 245. colum.3.K.
Maledictio a malo dato ſic dicitur. Gẽ.246.col.3.K
Cum Gene.3. dicitur maledicta terra in opere tuo, terra proprie non maledicitur: quia maledictio eſt pro peccato, & in eo, qui poteſt ſentire maledictionem, &c. Gen. 205.col 4.H
Quomodo terra dicatur maledicta in opere Adæ: Gene. 22.colum.3.I
Maledictio importat diminutionem, & benedictio augmentum. Nume. tomo primo. 66. colum 4 H
Maledictio ſecundum ſe mala actio eſt. Et ideo non eſt licita ſimpliciter, vnde etiam, nec minimis rebus pro magna cauſa maledicendum eſt. Iud. 96.
Omnis non iudex proferens maledictionem per modum vindictæ, ſi non poteſt aliter vindictam vſciſci, peccat mortaliter, &c. Iudi. 97. colum.1.A
Maledictio eſt verborum malorum expreſſio, ſub intentione, quòd eueniat id, quod imprecatur, vel per verba ſignificatur. Iudi. 92.colum.1.C. Si tamen fiat per iudices habentes auctoritatem, licite poteſt fieri, vt patet in excommunicatione, & cet. Iud. 97.col.1.C
Maledictio, a ſolo iudice iuſte infertur, cęteris vero non eſt poteſtas proferendi male dictionem, &c. Iudi. 97.col.2.C
Maledictio eſt multiplex, ſicut & benedictio. Matt. to.7. 118.col.3.K
Per maledictionẽ ficulneæ quid ſignificetur. Matt. to.5. 244.col.2.B
Maledictio vetita eſt, niſi his, qui præſunt iuriſdictioni, & in aliquibus caſibus poſſunt infligere maledictionem in pœnam, perſonis vero priuatis raro licet maledicere. Iudic. 172.col.4.K
Maledictio ſignificat diminutionem in rebus omnibus, ſicut benedictio moltiplicationem. Iudic. 225.col.1.D
Multiplex maledictio Dei ſuper domum Heli, de rua. primo Regum.2. Quomodo fuerit completa. primo Regum, tom. ſecundo. 105. colum.3.I
Pro maledictione principis erat inferenda pęna capitalis.3.Reg. 192.col.2.E
Duplex eſt maledictio, quædam realis, & quædam vocalis, & pro vtraq; maledictione inferebatur mors illi, qui malediceret patri vel matri. Exod. vigeſimoprimo. Si grauiter malodiceret verbo, ſecus tamen ſi leuiter, & ex calore iracundiæ. Matth.to.quarto.127.colum. 1. A. Et debitum paternum præponendum eſt, cœteris paribus, cuicunque eleemoſynę, vt probatur. Matth.to.4. 128.colum.4.K
Maledictio in ſacris literis ſæpe capitur in pœnam, iuxta illud Deuteronom 21. Maledictus homo, qui pẽdet in ligno, Gen.3. Maledicta terra in opere tuo, &c. Matth.to.7.22.colum.2.D. Et in pœnam habent mulieres, quòd non poſſint parere, &cet. ibidem. 22.col.2.C

Malefactor. Malefactores, quomodo punirentur apud Iudæos. Matto.4. 196.col.1.C

Maledictum Quomodo ſterilis dicatur maledicta. Matth. tom.7. 22.colum.2.B

Maleficus Quarũdam maleficarum in Hiſpania quędam vnctiones ſunt, quæ tantam faciant mentis alienationem, vt per certum tẽporis ſpatium nulla ſenſatio inuenia tur in eo, qui illo fuerit vnguento vnctus. Et notatur factum mirandum circa hoc cuiuſdã mulierculæ maleficæ. Gen. 140.col.2.E
Maleficæ artes in cauſa amatoria multa mala conducunt, vt patet exemplo Cypriani, & alterius iuuenis, vt legitur in vita beati Hilarionis. Exo. tomo 1. 237.colum.4.K.& 238.col.1.A
Dupliciter contingit per maleficas artes fœminam trahi

trahi ad amantem.Exo.to.1. 338.col.1.D
Malefici Pharaonis grauioribus veſicarū vlceribus præmebantur.Exo.to.1. 56.col.1.E.col.2.A
Malefici dicuntur,qui artibus malis & vetitis vtuntur: vt ſunt auruſpices,incantatores, ſiue apparitores,ſiue necromantia, geomantia, pyromātia, & ſic de cæteris,quæ aliquid agunt: aut agere pro mittūt per dęmonum inuocationes. Aut aliquas ſuperſtitioſas obſeruationes, quod ad duo pernitioſum eſt. Primò, quia mentes vtentium,& audientium a vero Dei cultu, & perfecta fide diſtrahuntur. Secundò,quia per hæc multa mala proximis inferuntur, & præcipuè in cauſa amatoria, &c.Exo.to.4. 237.col.3.H
Vergilius fuit magnus maleficus, vt deſignatur in Aegloga octaua, quæ incipit paſtorum muſam Dam.&c.Exo.to.1. 237.col.3.E.col.4.F
Circe fuit magna malefica,quæ ſocios Vliſſis mutauit in beluas,de quibus Boetius lib.4.de Conſola. metro.3.& Ouidius Metamorph.lib.14. Et Aug. lib.14.de Ciui.c.17.& 18.Exo.to.1. 237.col.4.K
Beatus Cyprianus martyr fuit maleficus tempore ſuæ iuuentutis. Exo.to.1. 238.col.1.A
Maleficę artes per ſolos dæmones efficiuutur, & ipſi in his præſtāt auxilium,&c. Mat.tom.1.235.colum.3.K
De maleficis mulieribus, quæ vulgariter dicuntur bruxas.Mat.to.1. 237.col.3.G
Maleficorum variæ artes referuntur, & illa de quibus ipſę artes tractant.Leui. 198.col.4.I
Malefici obſeruant certitudinem numerorum,quia rarò aliquid faciunt per numerū parem: ſed omnia per imparem,&c. Nu.to.2. 42.col.2.A
Omnia mala ſunt potius toleranda, quam recurrere ad maleficos, vt ab eis homines liberētur.Mat. tom.5. 120.col.2.E
Quomodo & quo tempore malefici poſſint ſimulare operationes viuentium in cadaueribus. Matt. tomo 7. 278.col.4.K

Maleficiatus. Quid inter ſit inter maleficiatos,& frigidos.Mat.to.5. 119.col.4.I

Malefici poſſunt interdū facere ſiſtere flumina opere dæmonum, vt ait Aug. lib.18. de Ciuita.cum agit de quibuſdam,quæ mirabilia videntur, & facta dicuntur a Dijs gentium.Ioſ.to.1. 60.col.3.F
Omnia genera maleficorum deteſtatur Dominus. Deuter.18. vbi dicitur, Non inueniatur apud te, qui luſtret filium ſuum,aut filiam.Matth. tom.3. 24.col.4.H
Malefici iuxta leges humanas ciuiles dicuntur mathematici. Et omnes tales puniuntur capitaliter. C.de malefi.l.nemo. Et nullus debet tales artes docere,nec adiſcere.C.de malef.leg.culpa.Mat.to.3. 24.col.4.I
De maleficiorum pęna ſecundum leges canonicas. Mat.to.3. 25.col.1.A

Maleficium. Maleficia fiūt per dęmones, vel per homines cooperantibus dęmonibus. Mat.to.5. 119.col.1.B
Maleficium aliquando accidit circa virum. Et aliquando circa fęminam.Primum poteſt eſſe circa vnam fęminam ſpecialiter, vt illam.ſ.cognoſcere non poſſit,aut circa omnes,& hoc raro contingit.Et propterea Glo de frigidis,& maleficiatis.c. literæ. ponit hanc differentiam inter frigiditatē & maleficium, quòd frigidus circa vnam eſt frigidus circa omnes: qui vero eſt maleficiatus circa vnam, nō eſt maleficiatus circa omnes,ſtat tamē quòd circa omnes ſit maleficiatus.Contingit etiā vt fęmina ſit maleficiata circa vnum virum, & non circa alios,& iſtos appellat vulgus ligatos, & ſatis propriè,&c.Mat.to.5. 119.col.1.E.col.2.A
De modis operandi maleficia. Matth.to.5. 119.col.2.E.col 3.F
Maleficia circa virum ſunt per aliquam operationē realem,ſed circa mulierem ſunt per opinionem, ratione illuſionis.&c.Mat.to.5. 115.col.2.B
Maleficia poſſunt circa homines dupliciter fieri. Mat.to 5. 119.col.2.C
Maleficium poteſt eſſe perpetuum,vt habetur 33.q.1.cap.ſi per ſortiarias. Et tunc poterunt coniuges ſeparari. Nec illud capitulum eſt correctum, vt quidam dicunt. licet in fine contineat aliquid, quod non recipitur,in quo Glo. dicit quòd bene vocabatur epiſcopus ille ignarus, ſed quo ad impedimentum perpetuum maleficiorum, nō corrigitur,ſed idem volunt iura noua, vt patet extra de frigidis,& maleficiatis.c.literæ.Et datur triennium ad cognoſcendum ſi ſit perpetuum maleficium. Et ſi infra triennium non poſſit coire,&c. matrimonium poteſt diſſolui, vt patet in dicto c. literæ. Et hoc verum eſt, ſi maleficium fuit ante contractum matrimonium, ſecus tamen ſi poſt conſummatum venerit. Et ſi venerit in deſponſatione ante cōſummatum, Eccleſia reputat,quòd ante venerit. Et ita iudicat in fauorem illorum, vt poſſint tranſire ad aliud matrimonium. Et vt non puniantur ambo ſine culpa,&c.Matt.tom.5. 119.col.4.F
Raro per maleficium impediunt dęmones coitum illicitum,&c.Mat.to.5. 120.col.1.D
Non omnes patientes maleficia, patiuntur illa propter peccatum. Et ſi propter peccatum veniant, non oportet, quòd ablato peccato per pęnitentiam,auferantur maleficia.Mat.to.5. 120.col.2.D
Inter cætera, quæ Deus permittit maleficiari per dęmones, nihil eſt,quòd magis permittat maleficiari, quàm copulam,carnalē, vt probatur. Mat. tom.5. 120 col.1.D
Maleficiorum bona curatio fit per ieiunia, eleemoſynas, &cætera bona opera. Et per quoſdam exorciſmos Eccleſiæ. Sic dicitur 33.quæſtio.1. c.ſi per ſortiarias, & maleficas,&c. & extra de frigidis, & maleficiatis.cap. literæ. Nec ſemper hæc ſanantur ex occulto Dei iudicio,&c. Matt.to.5. 120.col.2.E.col.3.F
Aſſerunt malefici, quòd ſunt aliqua maleficia, quæ per alia maleficia tolli non poſſunt, ſed ſemel facta ſemper manent, & illa, quæ non poſſunt tolli niſi per maleficos,dicuntur eſſe perpetua,quia nō licet facere, quòd per maleficos tollantur. Matt. tom.5. 120.col.2.C
Malefici in maleficijs faciunt quaſdam obſeruationes rerum,quas ligant,& exurunt,aut transfigūt, & terræ infodiunt, vel pelago demergunt, & tñ inde nulla actio,aut cauſatio vera cōſurgit ad ea, quæ patitur vir aut fęmina:quia illa non ſunt talia,quibus ſecundum naturam ſuam, cōpetat illa operatio,& dato quòd haberent taſem virtutem, non poterant illud agere propter elongationem. Nam impoſſibile eſt, ꝙ naturaliter fiat actio niſi per cōtractum. Sed prętendunt dęmones illas obſeruationes,vt magis fallāt hoīes. Et ſit eis modus cōuerſandi cum hoībus, & ſubijciendi eos cultui ſuo.Et dęmones ēt faciunt, ꝙ inuentis illis maleficijs, quæ erant terræ infoſſa, & diuulſis de loco, arq; diſperſis, ceſſent vexationes maleficiorum, vt magis fallant, quaſi aliqua virtus ſit in rebus illis, quas homines fecerunt. Et motiuum eſt,

vt dœmones dent hominibus maiorem confidẽtiam de ſe, & certitudinem, & cæt. Matth. tom. 5. 119. col. 3. F
De bona curatione maleficiorum, Matth. tomo 5. 120. col. 2. E

Maleuolus. De maleuolis, Leuit. 184. col. 4. K. 185. col. 2. A

Malitia Peruertit iudicium, & facit ignorare in particulari. 6. Eth. in fi. 1. Reg. to. 2. 61. col. 1. A
Malitia adiuncta ſine compoſitione ſubſtantiæ eſt duplex. Mat. to. 7. 123. col. 3. I
Malitia in Hębr. aliquando vocatur malum pœnæ. 2. Reg. 172. col. 3. G
Ad malitiam duo requiruntur: primo quòd ſit vitium per ſuperabundantiam, vel defectum circa obiectum humanæ operationis. Secũdo quòd in magnitudine non excedatur modus humani vitij, vel exceſſus in appetendo delectabile, & cæt. Matth. to. 2. 164. col. 3. K
Malitia differt ab incontinentia, ſicut habitus a diſpoſitione. Nam incontinentia non dicitur malitia. 7. Ethi. quia malitia eſt corruptio principij operationum, ſcilicet rationis. 7. Ethi. &c. Mat. to. 2. 164. col. 4. F
Malitia aliquando accipitur pro pœna ſecundum modum Hębraicum. Mat. to. 3. 110. col. 3. I

Malon. Græcè, Latinè rotũdum dicitur. Leu. 309. col. 3. G

Malus homo. Mali miſcentur bonis in vita præsẽti, vt ſint bonis cauſa exercitationis per afflictiones. Geneſ. 25. colum. 2. B
Propter malos non conſeruatur mundus, ſed propter bonos viuunt mali, ſcilicet vt vel boni fiant vel aliquos faciãt bonos, illos perſequendo. Gen. 239. col. 1. B
Malis hominibus licitum eſt viris ſanctis dare de bonis ſuis, ne vexentur ab illis. Et vt tranquillè viuant, quia in hoc redimunt ſuam vexationem. Geneſ. 232. col. 3. I
Mali magis ſunt ſub dominio Dei, quam boni. Exo. tom. 1. 30. col. 2. C
In malis ſunt duo. ſ. natura bona, quam Deus fecit: & malitia quam fecit homo per arbitrium defectibile, & c. Exo. to. 1. 268. col. 1. E
Mali præmiantur in hac vita pro bonis, quæ fecerunt, & hoc multis modis: ſimiliter & in inferno. Deut. 37. col. 2. C
Malorum punitio in hac vita multa bona confert. Deut. 76. col. 3. K
Contra malos non eſt petendum regulariter malũ. ſed bonum pro bonis & malis. Aliquando tamẽ petendum eſt malum pœnæ pro malis, ad eorum emendationẽ, & c. 3. Reg. 154. col. 4. G. 155. co. 1. A
Mali aliquando vocantur boni comparatiuè, & è cõtra. 3. Reg. 161. col. 1. C
In malorum medio ſæpe Deus collocat bonos. 3. Regum. 164. col. 3. K
Mali propter eorum peſſima opera ſe & vitam ſuã odio habentes, interdum ſeipſos interimunt. In de ſtatu animarum. 3. col. 4. K
Malus ſecundum philoſophum non amat ſeipſum: quia nihil inuenit amabile in ſeipſo. In de ſtatu animarum. 4. col. 1. A
Mali qui ſunt ſceleratiſſimi, fugiunt ſolitudinem, ne ſcelerum ſuorum recordentur. In de ſtatu animarum. 4. col. 2 B
A malorum punitione ceſſandum quando puniri non poſſunt ſine magno bonorum damno. Mat. tomo 4. 136. col. 3
Quod malorum vitam Deus interdum abbreuiet, & interdum prolonget aſſignantur cauſæ. 4. Reg. 217. col. 2. C
De malorum breui proſperitate. 1. Paralip. 263. col. 3. H. Et hæc proſperatio malorum rarius accidebat inter Hebræos, quam inter alias gentes. 1. Paralip. 263. col. 3. K
Solet Deus iubere ſeruis ſuis, vt recedant a malorũ congregationibus, ne ſint participes pœnarum ſuarum. 2. Paralip. 237. col. 3 G
Mali tolerantur a nobis, eo quòd ab eis illatas nobis iniurias patienter ſuſtinemus, ſicut oportet, non tamen debemus eos tollerare, vt ſuſtineamus iniurias Dei, & proximorum, quas illi faciunt, & cæt. Mat. to. 2. 234. col. 4. K. & 235. col. 1. A
Mali interdum vocãtur filij Dei. Mat. to. 4. 60. c. 2. A
Malis mala ſunt mala: bonis autem mala ſunt bona Matt. to. 3. 256. col. 1. C
Mali nunc ſunt in regno Dei, licet non ſint regnum Dei, ſed cum ſeparati fuerint a bonis, nec erunt regnum Dei, nec in regno Dei. Mat. to. 4. 60. c. 3. H
Quod Deus toleret malos expediẽs eſt propter multa. Mat. to. 4 62. col. 2. D
Mali tollerantur ab Eccleſia propter duo: vel quia non cognoſcuntur, vel quia ſine periculo bonorum non poſſunt puniri. Mat. to. 4. 62. col. 2. C
Eccleſia aliquos malos tolerat, & aliquos non. Mat. tom. 3. 62. col. 3. H
In malis leuibus Eccleſia non exercet vltionẽ. Mat. tomo 4. 62. col. 3. H
Malorum increpatio vocalis quomodo ſit facienda. Mat. to. 4 62. col. 4 F
Mali non conſeruantur propter ſeipſos, ſed quia ſunt admixti bonis, & eis neceſſarij, vel vtiles. Mat. to. 4. 64. col. 4. H
Malorum a bonis, erit ſeparatio in die iudicij. Mat. to. 4. 65. col. 2. E. col. 3. F
Melius eſt malis iniuſta præſtare, quã bonis iuſta ſubtrahere. Mat. to. 6. 171. col. 3. G
Quomodo angeli dicuntur, quòd ſeparabunt malos de medio iuſtorum. Mat. to. 4. 65. col. 4. F
Deus interdum præſtat occaſionem malis, vt appareat eorum iniquitas. Mat. to. 6. 243. col. 1. A

Malum In quantum malum vel cognitum malum, non poteſt voluntas velle, & c. Gen. 166. col. 3. H. 190. col. 2. C
Mala, & deteriorationes circa res inanimatas interdum iubet Deus fieri, & ipſe facit, non iubendo, vel pp malum hominum: vel pp deteſtationem peccati, vel ad cautelam foturorũ, & pp ſimiles cauſas. Et ponuntur exempla. Gen. 214 col. 4 K
Illud dictum, de duobus malis minus eſt eligendum ſcilicet quando alterum eorum neceſſario inſtat, non eſt ſimpliciter verum. Ideo diſtinguendum, eſt. nam vel vtrunque eorum eſt pœna, & tunc, vel reſpectu eiuſdem perſonæ, & tunc accipiat, quod maluerit: quia vtrunque ei licet, ſed ad prudentiam pertinet ſemper minus malum eligere, immo videtur quædam ſpecies mali, ſi aliquis potens defendere vitam, cum abſciſſione alicuius membri, eligat magis mori, quam membrum abſcidi, & c. Sed ſi reſpectu diuerſarũ, diſtinguẽdum eſt, quia aut illa mala ſunt pecuniaria, aut perſonalia, & capitur hic pro damno iniuſtè illato, & non pro iuſtè lato. Si primum: tunc conſideranda eſt abundantia vel paupertas perſonarum, quibus illa debent infligi. Nam ſi alicui pauperi omnia bona ſua iniuſtè tollerentur, niſi ego, qui ſum diues, darem centum de meis, potius deberem

eligere

eligere auferri a me centum,quam &c. Si autem sit iniuria personalis, vt membri mutilatio, vel percussio, vel mors. Licet non teneatur aliquis mori pro alio,nec pati æqualia, mihi tamen videtur,ait auctor, saluo meliori iudicio,quòd si occideretur aliquis innocēs ab aliquibus, nisi ego sustinerem alapam, vel ieiunarem duobus diebus, vel aliquid simile,quod non inferat magnum decus,ꝙ pecco mortaliter,si non sustineo,& alius occiditur. Necī hoc potest dari certa regula, &c. Si verò illa duo mala sint culpæ, distinguendum est,aut in eadem persona, & sic non potest habere locum:quia nullus potest cogi ad actum peccati,si in diuersis personis,dico quòd nunquam peccādum est,ne alius magis peccet,etiam leuissimo peccato,&c.Si autem vnum illorum duorū malorum sit pœna, & aliud culpa,distinguendū est: quia vel in eadem persona, vel in diuersis,& quomodocunque nullus debet peccare, vt ipse vel alius etiam durissimam pœnam euitet,&c.Si autem aliquis debeat subire pœnam, ne committatur peccatum,distinguendum est:quia vel in eadem persona, vel in diuersis: si primum, tunc debet quilibet pœnam sustinere potius quam peccare,vt patet extra de his, quæ vi,metusve causa fiunt.cap.sacris.& 32 q 5. c.itane. Si autem alius debet committere peccatum,ad quod inducitur quasi compulsus, tunc videtur dicendum, quòd licet non teneamur de necessitate tolerare pœnas, ne alij peccent, tamen charitas Christi compellit ad patiendum, maxime si pœna parua sit. Et licet ad hoc rationabiliter oēs inclinari deberent,prælati tñ ex officio coguntur multos labores,& pœnas sustinere,ne subditi incidant in peccatum mortale,&c.Gen. 267.col.4.I

Malis bene vti,conuertendo ea ad rectitudinem alicuius ordinis, soli bonitati diuinæ proprium est. Gen. 383.col.1.E

In malis semper pœna danda est ei, qui causam immediatam tribuit malo.Exo.to.1. 226.col.1.E

Separari a rebus amatis est malum horribilius morte,&c.Exo.to.1. 87.col.3.I

Mala, quæ a casu hominibus accidere videntur, a Deo infliguntur.Leui. 208.col.3 G

Mala,quæ homini ex natura proueniunt.Gen. 240. colum.4.G

Perditio rerum temporalium non est malum simpliciter Gen. 332.col.3.I

Non potest esse malum vniuersale toti mundo naturaliter.Gen. 392

Scit Deus ex malis elicere bona ex magna illius sapientia.Num.to.1. 210.col.4.I

Malum culpæ in bonum ordinatur per pœnā. Nu. to.1. 41.col.3.H

Quædam mala sunt,quæ Deus cōcedit hominibus petentibus, & quædam quę non. Nume.tomo 1. 179.col.2.D

Malum de perse nunquam aliquis de sanctis patribus faciebat,nisi Deus specialiter ei iuberet, bene tamen in his, quæ non per se mala sunt, sed sunt mala:quia prohibita.Viri sancti,de quibus suspitio mala non erat, non poterant illa facere sine Dei mandato.Nu.to.2. 186.col.4.F

Non solum a malo, sed ab omni specie mali abstinendum est: extra de vita & honestate Clericorum.Deut. 6.col.1.B

Malum scit Deus ordinare in bonum, vt probatur exemplo Iudæorum.Deuteronom.39.colu.4.K. & 40.coluu.1.A

Omne malum mortaliter consistit duobus: sicut & omne bonum mortaliter in eisdem duobus. &c. Deuteronom. 167.colum.4 H

Moueri aliquem a Deo ad malum, stat dupliciter: vno modo determinate:& sic nūquam Deus mouet aliquem ad malum: bene tamen indeterminate Iosue to.1. 41.col.3.F

Consulentes malum, magis interdum punientur, quam operantes ipsum malum:vt patet in decretis.86.dist.cap.tanta nequitia.Iudi. 195.col.4.I

Illud dictum quando sunt duo mala, licet accipere minus, vt euitemus maius, intelligitur de malis tēporalibus,in quibus prudētia est euitare maiora,tollerando minora,sed in peccatis non recipitur compensatio.Iud. 194.col.2.E

Quare magis inclinati simus ad iudicādum malum de alijs,quam ad iudicandum bonum.Ruth.250. colum.3.G

Malum,cum cognitum est, quòd sit malum,nō potest fieri bona intentione.1.Reg.to.2. 101.col.4 G

Ex malis solus Deus scit elicere bona.1.Reg.tom.2. 102.col.2.A

Triplex est hominis malum, sicut & triplex bonū. Matth.tomo 5. 47.col.1.D

Melius est mala pati, quam malo consentire.Matt. tomo 5. 49.col.4.H

Homo perseuerans in malo, pigrior fit ad bonum. Matt.to.5 74.col.4 H

Malum est id,quod ad duritiem cordis permittitur. Matt.to.5. 96.col.2.D

Omnia mala, quæ permissa erant Iudæis, erāt apud gentes Matth.tomo 5. 95.col.2.A

Omnia mala sunt potius toleranda,quam ad maleficos recurrere, vt ab eis homines liberentur. Matth.tomo 5. 120.col.2.C

Nemo faciendo malum, mæretur. Matth. tomo.5. 126.colum.4.H

Impossibile est,ꝙ volūtas moueatur ad malum sub ratione mali; neque in bonum sub ratione mali, ipsum amādo vel volendo.Mat.to.5.146.col.2.D

Deus nunquam trahit homines nolētes ad malum pœnæ.Mat.to.5. 146 col.3.I

Dispositus & inclinatus ad malum est omnis ille, q̄ est in peccato mortali.Matt.to.5. 151.col.4.I

Iudex non potest minus de malo, neque plus de bono dare:qa peccaret,&c Matt.to.5. 179.col.2.C

Deus nunq̄ dat plus de malo, neq; minus de bono, quam sit debitum.Matth.to.5. 180.col.1.A

Mala gentiū erant duplicia.Mat.to.6. 46.col.3.H

Malū dupliciter accipitur.Mat.to.6. 126.col.1.A

Magis nocet paruum malum, quam prosit quodlibet magnum.Matth tomo6. 171.colum.2.D

Mala sunt triplicia.Matth.to.6.372.col.3.G.Matth. to 7. 64.col.3.K

Malū præsens multum timeī.Mat.to.6.325.col.2.E

Malum & bonum sunt omnibus hominibus communia.Matth.tomo 6. 376.colum.2.C

Malum debemus cauere,& bonum agere,vt ad beatitudinem perueniamus mat.to.7. 7.col.1.D

Lex diuina potest facere aliquod malum bonum, & è contra.Matth.to.7. 43.colum.3.F

Omne malum repugnat rationi. Matthæ.tomo.7. 45.colum.4.G

Deus in lege Moysi non retuit omnia mala, neque permisit omnia bona propter duo. Mat.tomo.7. 45.colum.4.G

Omnium malorum radix est cupiditas. Matt. to. 7. 47.colum.4.K

Malorum & bonorum memoria, quæ mali comiserunt manebit in eis in æternum.Matthæ. to. 7. 102.colum.2.D

Omnia mala & omnia bona manifeſtabuntur in iudicio. Mat.to.7. 105.col.1.D

Non eſt malum faciendum occaſione boni. Matth. tom.7. 112.col.4.F

De malis & bonis, quæ accidunt hominib. poſt mortem propter bona & mala nepotum ſecundum Ariſtotelem. Mat.to.7. 113.col.4.I

Quid ſit malum per ſe. Mat.to.7. 187.col.1.B

In damnatis eſt duplex malum. Matt.tom.7. 187. colum.4.F

Malum ſimpliciter quid ſit. Matth. tom.7. 187. colum.4.H

Non eſſe quomodo ſit malum. Matth. to.7. 188. colum.4.F

In operantibus malum vel bonum tria conſiderantur. Mat.to.7. 226.col.1.E.col.2.A

Malum poteſt eſſe vel ſecundum partem rationalem, vel ſecundum partem ſenſitiuam. Mat.to.7. 232.col.3 I

Suſtinens malum, de illo dupliciter triſtantur. Mat. tom.7. 275.col.3.F

Malus. Deus non infert pœnã bonis, ſed malis. Mat.to.6. 84.col.1.D

Malorum increpationes, quæ ponũtur in ſacra ſcriptura, poſſunt tripliciter exponi. Matth. tom.6. 139.col.2.A

Quomodo mali & boni ardebũt in die iudicij. Mat. tom.7. 137. col.2.D

Boni ſeipſos diligunt, mali vero non, vt probat Philoſophus 9. Ethicorum, per nonem conditiones amicitiæ. Mat.to.6. 139.col.4.G

Conuerſari inter malos valde nocet bonis. Matth. tom.6. 277.col.3.I

Mali non poterunt per ſe ire ad iudicium ſed neq; volent. Mat.to.6. 307.col.4.K

Inter malos & bonos in iudicio erit magna differentia. Mat.to.7. 81.col.1.B

Mali in die iudicij manebunt in terra. Matt.tom.7. 81.col.1.C

Homines mali & boni ponuntur in quatuor ordinibus. Mat.to.7. 92. col.4 H

In malis manebit memoria in æternum eorum bonorum & malorum, quæ commiſerunt. Matth. tom. 7. 102. col.2.C

Malorum bona ſunt duplicia. Mat to 7.103.co.4.K

Malorum in die iudicij bona, & mala erunt nota. Mat.to.7. 105 col.2.E. col.3.F

Mali & boni erũt diuiſi in duas partes in die iudicij. Mat.to.7. 107.col.4.H

Quare Chriſtus in die iudicij dicet malis, diſcedite me, &c. Mat.to.7. 118.col.2.E.col.3.F

Quare Chriſtus enarrabit contra malos omnia opera bona, ſicut pro bonis. Mat.to.7. 121.col.3.K

Malorum & bonorum reſurrectio ſimul erit in ictu oculi. Mat.to.7. 134.col.3.H

Malus, non ſemper eadem vult propter duo. Matth. tom.7. 183.col.3.H

Exacto iudicio, erit vltima conſummatio bonorũ & malorum. Mat.to.7. 184.col.4.K

De malorum reſponſione in die iudicij. Matt.to.7. 122.col.1.E.col.2.A.

Mala multoties a Deo prænunciantur ventura ſub conditione, & ideo ſemper oportet orare ne eueniant. 1 Reg.to.2. 186.col.4.G

Deus non eſt auctor mali culpæ, ſed pœnæ. 2. Reg. 70.col.2 C

Infinita mala Deus prohibet fieri, quæ alias fierent per malam voluntatem dęmonum, & malorũ hominum. Et iſta prohibitio eſt non permittere, quod fit dupliciter, vno modo compeſcendo voluntatem aliquorum & cæt. alio modo cohibendo voluntatem, ne velit malefacere. 4. Reg. 219. colum.1.B

Malum publicum non eſt grauius malum occulto, niſi inquantum eſt magis ſcandaloſum, & incitatiuũ non peccantium ad peccandum. 4 Regum. 113.col.3.K

Ex malis noſtris ſcit Deus eligere bona, vt ait Boetius lib. 4. de Conſola. Pſa.6.4. Regum. 130. colum.3.G

Ad hoc quòd Deus infligat malum homini, non ſolum requiritur cauſa, ſed etiam ad hoc quòd permittat infligi ab homine. 4 Reg. 219.col.1.A

Nõ permittit Deus mala fieri ſine cauſa, &c. 4. Reg. 219 col.1.A

Ad id, quod malum eſt, i. quod per nullam circunſtantiam poteſt eſſe bonum, nunquam Deus inclinat aliquem. 4. Reg. 246. col.4.H

Malum eſt id, quod indiget excuſatione, quia bonũ a ſeipſo placet ſine aliqua excuſatione. 4. Reg. 235.col.2.D.

Mala nunquã eueniunt niſi propter peccata, immo impoſſibile eſt, quòd eueniant niſi propter peccata. 2 Paralip. 88.col.3.H

Omne malum, quod fit, Deus permittit fieri, Deus tamen nunquam adiuuat ſupernaturaliter ad ali quod malum efficiendum. 2. Paral. 173.col.1.B

Nullum eſt malum pœnæ, quod Deus non efficiat, ſed malum culpæ Deus non facit. 2. Paralip. 217. colum.2.B

De malo æterno nullus liberatur propter alterius bonum, bene tamen & ſæpins de malo temporali. Mat.to.1. 189.col.1.C

Malum dupliciter dicitur, vno modo, quod ſecundum ſe malum eſt, alio modo illud, ex quo poteſt ſequi malum. Et iſta diſtinctio habetur extra de iureiuran.c.& ſi Chriſtus Mat.to.2. 200 col.1.A

Ad mala credendum patroni ſunt homines: nam cum de aliquo mala dicuntur, faciliter credunt quòd vera ſint. Et ſi quis mala patitur, creditur illa meruiſſe. Mat.to.3. 254.col.3.H

Nemo poteſt alicui malum inferre, niſi quantum Deus definierit, ita vt ipſe Deus facere potius videatur, quã homines, qui pœnæ illius ſunt miniſtri, & ita eſt homini quædam conſolatio, quòd Deus homini malum intulit, & nemo alius inferre potuiſſet. Et prouidentia Dei aufert rationem mali ab aduerſus, quæ nobis accidunt. Matt.to.3. 256.col.1.A

Malum nunquam ſuſtinendum eſt, niſi quando creditur bonum inde venturum. Matth. tom.3. 248. col.2.D

Si malum non eſſet, multa bona non eſſent, & cæt. Matt.to.3 259.col.3.F

Mala cadunt ſub prouidentia, & quolibet malum ordinatur ad aliquod bonum, quod maius eſt quam deffectus boni, quem inducit malum. Et ita ipſum malum eſt quodammodo bonum, &c. Math.tom.3. 259.col.4.G

Malum non habet cauſam efficientem, ſed deficientem. Mat. to.3. 260.col.1.E

Malum videtur accidere hominibus, ut in pluribus quam bonum, propter multa. Matth.tomo 3. 260 col.3.I

In quolibet malo oportet aliquid boni remanere. Mat.to 4. 16.col.2.C

In hominibus vt in pluribus magis accidit malum, quam bonum, Mat.to.3. 260.col.3.I

Malum in moribus non eſt vitium. Matt.to.4. 125. colum.3.I

Nullus

Nullus vult malum ſub ratione mali, ſed inquantũ ipſum peccatum æſtimatur bonum ipſi peccanti, quaſi quietãs appetitum corruptum, &c. Mat. to.4.20.col.4.I.Matt.to.7. 277 col.1.E
Ad malum Deus neminem mouet. Matth. tom.4. 61.col.3.H
Deus non permitteret aliqua mala fieri, niſi illa aliquo modo facerẽt ad bonum, & ita malum reducitur ad naturam boni. Mat. to.5. 15.col.1.E. 31.col.3.I
Deterius eſt agere malum, quam mala pati. Matth. to.5. 20.col.2.C
Etſi non ſint facienda mala, vt inde eueniant bona, non tamen ſequitur, quòd non ſint dimittenda ne eueniat mala. Mat.to.5. 49.col.4.H
Non poteſt homo ſufficienter vitare malum per liberum arbitrium Mat.to.5. 27.col.1.D
Omnia mala, quæ permiſſa ſunt Iudæis, erant apud gentes, &c. Mat.to.5. 95.col.2.A
Malum bono coniũctum quomodo obſiſtendum ſit, & quomodo non, Mat.to.6. 171.col.2.C
Malum alicui optare ſub ratione mali, nunquam licet. Mat.to.6. 189.col.2.B
Magnum malum nunquam eſt ſolum, ſed multa illud præcedunt. Mat.to.6. 266.col.4.K
Mala, quæ patimur, interdum ſunt ab hominibus, interdum ab elementis, & interdum a Deo. Mat. tom.6. 272.col.3.G
Quando ſunt duo mala æqualia, & vnum eorum eſt certum, & alterum eſt dubium, illud, quod dubiũ eſt, minus malum eſt. Et illud debet prudens eligere, &c. Mat.to.7. 6.col.1.C
In nouo Teſtamento debuerunt potius vitari mala, quam in veteri, non illa, quæ nullo modo poſſunt eſſe bona. Sed illa, quæ aliquo modo ſunt cõtra rationem, ſed non ſunt determinatè contra illam, & talia facere non eſt illicitum, quouſque aliquo modo ſint vetita Prima mala vetantur in vete. teſta. non tamen ſecunda. Et inter iſta ſecunda, cadit dare ad vſuram, in nouo tamen teſtamento, omnia mala vetantur, tam prima, quam ſecũda, Mat.to.7. 43.col.3.1.col.4.F
Malum nõ poteſt eſſe purum, vt nihil boni habeat bonum vero ſic. Matth. to.7. 238.col.4. H. 266. colum.4.I

Malum punicum. Mala punica dicta ſunt ſic, quia in Aphrica primo inuentę ſunt arbores, hos fructus ferentes. Exo.to.2. 68.col.3.A

Mambre Eſt quædam magna vallis iuxta Ebron, & vocatur ſic a nomine cuiuſdam principis ſic dicti primogeniti inter ipſum & duos alios. ſ. Aner & Aeſtaol, in qua valle eſt ille ex Mambre, &c. Gene.343. col.3.C & 248. colum.2.D
Mambre, de quo Gen.23. reſpiciens Mambre, nomẽ ciuitatis eſt. Gen. 286. col.3.G

Mammona. Iniquitatis dicuntur omnes diuitiæ, etiam bene acquiſitę. Matth. tom 3. 21.col.1.D
Mãmona vel Mãmon, nomen eſt Syriacum, & ſignificat diuitias. Accipitur etiam Mãmona pro auaritia, & accipi poteſt pro dœmone, qui tentat hominem de auaritia, vt Aſmodęus de luxuria Tobiæ 3. Et pro dœmone accipitur ſecundum gloſ. Matth.6. Et quomodocunque accipiatur Mamona, non poteſt quis ſeruire Deo, & Mamonę, Mat. tom.3. 105.col.3.K.& col 4.F

Manaſſes. de tribu Manaſſę erant octo familiæ, quarum nomina ponuntur. Num.26.to.1. 25. col.3.G
Tempore Manaſſes regis Iuda, colebant Iudæi aſtra cœli. 4.Reg. 210.col.4.I
Manaſſes Rex Iuda, fuit peior omnibus regibus Iuda. Et fuit peior omnibus regibus Iſrael præter Ieroboam, & Achab. 4.Reg. 212.col.1.B
Manaſſes Rex Iuda, quare fecerit pythones, auruſpices, & augures. 4.Reg. 213.col.3.I
Quare propter peccata Manaſſes noluit Deus auerti a furore ſuo, cum iam dimiſſa eſſent. 4. Regum 241.col.2.B
Propter peccata regis Manaſſes venerunt multa mala ſuper Iudam, & omnia ferè, quæ euenerunt, poſtquam ipſe peccauit, vſque ad captiuitatem Babylonicam. Et principaliter fuerunt duo, primo, quòd ipſe Manaſſes fuit captiuatus in Babylonem. 2.Paralip.33. Secundum fuit ipſa captiuatio populi in Babylonem. 4. Regum. 214. colum.2.B
Manaſſes hiſtoria refertur. 4. Regum. 215. col.3.H
Manaſſes cum ductus eſſet in Babylonem dolo, & manſiſſet ibi aliquanto tempore, cognouit Deũ cœli, & doluit de peccatis, & fudit ad Dominum orationem deuotiſſimam, quæ habentur, ſecundo Paralip. vltimo. Et Deus exaudiens eum, fecit, vt redduceretur in terram ſuam a Rege Babylonis. Et ſtuduit quantum potuit, conuerti ad Dominum, &c. 4. Reg. 215. col.2.E.col.3.F
Triplex est genus martyrum,quidam sunt absolutè voluntarij,vt sunt illi,qui se offerunt persecutoribus occidendos ad augmentum meriti, & ille est perfectior gradus. Alij sunt volũtarij mixti. s.qui absolutè nolunt mori,& tamen potius volũt occidi, quã peccatum cõmittere: huiusmodi sunt, qui inuenti a persecutoribus,nec se offerentes,potius volebant occidi, quam Christum negare, & ita fuit de Ioanne Baptista. Alij autem, qui nullo modo sunt voluntarij, & tamen occiduntur pro causa Dei sine aliquo crimine,vt fuerunt Innocẽtes,&c.Mat.to.4. 80.col.2.C

Martyrium. Est mors susceptа propter Deum.Mat.to.4. 45.col.1.C
In martyrio est perfectissima victoria propter duo. Mat.to.4. 45.col.1.B
Martyrium Emergildi refertur. Mat.tom.3. 135. col.1.D
Martyrium debet esse voluntarium, & tripliciter contingit esse voluntarium.Mat.to 4.45. col.1.E. col.2.A
Martyrium non consistit in toleratione passionum interiorum. Mat.to.4. 45.col.3.F
Martyrium perfectum non consistit in sola voluntate, sed vltra hoc requiritur opus.Mat.to.4. 45. col.2.B
Pœnitentia propter solam similitudinem afflictionis, dicitur martyrium, & excedit martyriũ passionis diuturnitate, exceditur tamen ab eo doloris intensione,&c.Mat.to.4. 45.col.3.H
Ad martyrium non requiritur genus determinatũ mortis sed solum quòd pro Christo moriatur aliquid sustinens,ita quòd ista toleratio duret vsque ad mortem,vel sequatur mors ex malis toleratis. Mat. to.4. 45.col.4.F
Causa sufficiens ad martyrium non solum est confessio,sed requiritur virtus aliqua infusa, quæ habeat pro fine Christum.Mat.to.4. 45.col.4.H
Aliæ veritates,præter veritates fidei,possunt esse sufficiens causa martyrij, vt si quis potius occidi,eligat,quam dicere falsum, vt Christum non offendat,&c.Mat.to.4. 45.col.4.K
Non omnis veritas sufficit ad martyrium, sed illa, cuius defensionem nobis deserere non licet. Et ideo cum aliter defendi non potest, necesse est p illa animam ponere. Et contra talem veritatem non solum est illicitum agere,sed etiam permittere quòd quis contra eam agat, ad quem defensio spectat,& ista est veritas,de qua dicitur ext. de regu.iu.c.Qui scandalizauerit,&c. Vtilius scandalũ nasci permittitur,quàm veritas relinquatur. Math.to.4. 80.col.1.A
Martyrium extinguit obligationem cuiuscunq; satisfactionis faciendæ,&c. Paradox. 107.col.3.F

Martius mensis. Apud Hebræos vocatur Nisan ex noïe Chaldaico, quia in Hebræo non ponuntur aliqua nomina mensibus, sed solũ vocatur mensis primus, mensis secundus.Exo.to.1.70.col.2.E.Et Martius apud Græcos dicitur Xãdicus,& apud Aegyptios Faruncli.Exo to.1. 71.col.3.F
Quòd Martius de quo Exo. 12. Sit primus mensis probatur.Exo.to.1.70.co.3.H.Et September erat primus mensis ante exitum de Aegypto apud Hebræos.ibid. 70.col.3.H
Martius est primus mensis apud Hebræos,quantum ad festiuitatũ celebrationes, sed quantũ ad alias computationes September tenetur vt primus in omnibus contractibus eorum. Exo.to.1.70.c.3.I.
Martius mensis, ante tempora Numæ,& ante tempora Iulij Cæsaris, fuit primus mensis anni. Exo. to.1. 71.col.1.B
Martius olim apud antiquos, solebat esse primus mensis, vt patet ex computatione aliorum mensium s Septembris, Octobris,Nouembris,Decẽbris, qui sic non noïaretur nisi Martius esset primus. Sed postea Romani fecerunt Ianuarium,& Februarium primos.Leui. 258.col.3.K
In mense Martio colliguntur fructus in tota terra Chanaan.Mat.to.5. 242.col.4.I
Martius primus mensis Iudæorum,qui apud illos dicitur Nisan, coincidit,pro maiore parte cum nostro mense Martio,aliquando aũt cum toto Aprili,& interdum cum maiore parte Martij,& minore Aprilis,&ècontra. 258.col.4.G
Martius vocatur primum tẽpus dupliciter, primo, quo ad qualitatem temporis:Secundò,quia est tẽporum principium.Deut. 86.col.2.D
Martius erat primus mensis apud Hebræos, quo ad computationes festiuitatum.Deut. 86.col.3.G

Mas. Quomodo sit intelligendum, quòd fœmina sit mas occasionat⁹. Mat.to 6.120.c.2.A
Quare Deus creauerit masculum & fœminam.Mat. to.5. 80.col.4.I
Masculus cur sit agẽs,fœmina verò vt patiens. Gen. 232.col.4.H
Masculus,& fœmina differunt differentijs materialibus.Gen. 236.col.2.B
Masculus perfectior est fœmina.Mat.to.5. 79. c.3.I. & Gen.235.c.4.G
Masculus semper intẽditur à natura. Ge. 237.c.2.A

Masculinum. Ideo Dñs præcepti immolari sibi masculina, & redimi,quia Deus vult pro se illa, quæ sunt perfecta, sicut ipse perfectus est,&c.Exo.to.1. 101.col.2.A

Massagetę. Sunt de origine Scytarum,& dicũtur sic,quasi fortes Gethę, hij inter Scytas & Albanos habitant.Gen.5. col.4.H

Masserephot. Hoc nomen Masserephot apud Hebræos est nomen æquiuocum, quia põt esse nomẽ proprium & nomen commune,significans aquas calidas, quia in Hebræo dicit Mezerephot,&c. Ios. to.2. 3.c.4.H. Et cõponitur ex duobus appellatiuis. s. Main & Cerephot.i.aq̃ calidę exurentes.Ios.to.2.65.c.3.G

Mater. Assimilatur Lunæ & pater Soli, &cæt. Gen. 35.col.4.A
Matribus quantũ debeant filij.Exo.to.1. 175.c.3.H
Mater tenetur alere filium,si vir & vxor coniungantur:nam iura humana statuunt, vt mater vsq; ad trienniũ nutriat filium, quia tunc indiget magis solatio materno,quam paterno. Si autem filius excesserit triennium,dẽt nutriri apud patrem, ut patet,ext.de conuersione infide. c.ex literis.& ca. de patria potestate.l.nec filium, vnde versus:

Tollere matris erit trinum,trinoque minorem.
Maiorem trino tollere patris erit.

Exo.to.1. 175.c.4.G

Matrem

Matrem ſuã occidit Publicius Malleolus ciuis Romanus, anno ab vrbe condita ſexcenteſimoquadrageſimoſecundo qui fuit annus centeſimus ante Chriſti Natiuitatem. Pro quo crimine tota Roma turbata eſt, neſciens qua pœna eſſet adiudicãdus, tãdem in eculeo poſitus eſt inſutus corio bouis, & cum eo poſiti ſunt gallus, ſimia, vipera, canis, &c. de quo ff. de parricidij l. 1. Exo. to. 1. 215. colum. 3. K

Matrem ſuam occidit Oreſtes, & Alcmeon Athenienſis, ſimiliter & Ninia Rex Babylonis matrem ſuam occidit. Exo. to. 1. 215. col. 4. G

Mater tria facit, in quibus eſt propria ratio matris, Primo miniſtrat materiam. Secundo actiuè confert ad materiam. Tertio continet illam vt in loco naturali. Sed potiſſimè ſecundo dicitur mater &c. Leui. 117. col. 4 G

Qui coit primo cum matre matrimonialiter, & poſtea cum filia, non magis peccat, quam ſi primo cum filia & poſtea cum matrę, cęteris paribus. Leui. 210 col. 2. C. Filia tamen, quæ ſecundo ducitur magis peccat, quia maiorem iniuriam committit ſcilicet contra matrem, quam mater ſecundo cognita &c. ibidem 210. col. 3. G. Similiter ſi aſsũpta matre in vxorem, habeantur filia in concubinam, quam ſi è contra. ibidem 210. col. 3. H. Et grauius peccat, qui matrem & filiam aſſumit ſucceſſiue in vxores, aut vnam illarum primo in vxorẽ, & alteram in concubinam, quàm qui primo accepit vnam illarum in concubinam, & alteram poſtea in vxorem ibidem. 210. col. 4. F. Et filia aliqualiter grauius peccat, ſi, matre mortua, iungatur viro matris, quàm ſi è contra: vt probatur. ibid. 211. col. 1. E. Et grauius peccat, qui habuit matrem vel vel filiam in vxorem, & illa mortua habeat alterã in vxorem, quam ſi haberet in concubinam. ibid. 211. col. 1. B. Et grauius peccat accipiens matrem vel filiam prius concubinam, ſi poſtea, concubina mortua, ducat aliam in vxorem, quam è contra, & hæc omnia intelliguntur quando eis, qui contrahunt matrimonium, conſtat de affinitate inter illos. Nam ſi ignorent deterius eſt accipi in cõcubinam quam in vxorem. Leui. 211. col. 2. C. Et maius peccatum eſt ducere furorem in vxorem vel cognoſcere eam carnaliter, ſimiliter & matrẽ & filiam. Et tamen in lege vete. maior dabatur pœna ſecundis quam primis, vt patet Leui. 20. quia illi lapidabantur, & iſti viui comburebantur, & hoc quia homines magis aſſueti erant peccare cũ matre & filia, quam ſorore vel matre, vt ſic homines magis arcerentur ab illo. ibidem 211. col. 2. E. Et comburebantur ipſe vir & mater & filia, dato quòd altera earum primo fuerit legitimè coniugata. Et hoc quia cõſenſit, ſi vero non conſentiat, altera, quæ ſecundo cognita erat comburebatur. Leui. 211. col. 3. G

Matres bonæ multum conferunt filijs vt ſint boni. Leui. ſuper Ruth. 237. col. 2. A

Mater in vete. lege ſequebatur familiam filiorũ propter patrem illorũ, cui illi ſuccedunt, & illis mortuis deſinebat eſſe de familia eorum. 243. col. 4 I

Mater magis diligit filium, quam vxor virum. Iudi. 51. col. 2 A. 1 Reg. to. 2. 15. col. 4. K. 16. col. 1. A.

Mater eſt dimidium liberorum ſuorum, vt ait Ariſto. 1. Poli. cap. vltim. Ad hoc. ſ. quòd filij ſint boni, vel mali. Iudi. 28. col. 1. E

Cum matre adoptiua non licet alicui contrahere ſicut nec cum carnali. 1. Paral. 64. col. 1. B

Mater iuſtè irata contra filium proteruum peccat ſi maledicat eum. 2. Paralip. 90. col. 4. I

Matrem & filiam poterat quis habere in vxores ſucceſſiue in vete. lege. Similiter plures ſorores, &c. 2. Paralip. 156. col. 4. I

Nulla erat mater adoptiua in vete. teſtamento, licet nunc ſint multæ. 2. Paralip. 171. col. 1. A

Ingens amor & honor debetur matri. Mat. to. 4. 36. colum. 1. E

Mater non dicitur aliqua mulier, niſi pro eo quòd materiam diſponit, &c. Mat. to. 1. 99 col. 2. I

Matrem occidere grauius eſt, quam occidere vxorem, iura tamen maiorem pœnam poſuerunt cõtra vxoriſcidam, & hoc factum eſt, vt retrahantur homines a dilecto, &c. Mat. to. 4. 179. col. 4. I

Quod mater miniſtrat in conceptione eſt pure materiale, habet ſe ad id, quod vir miniſtrat, ſicut corpus ad animam. i. ad formam, nam nulla virtus eſt in eo, quod dat fœmina, ſed in eo, quod miniſtrat vir, eſt virtus formatiua corporis, & ideo, quia actiuum eſt, vocatur ſpirituale, &c. Mat tom. 6. 152. col. 1. A

Matres magis amant filios quam patres, &c. Matth. tom. 6. 152. col. 1. B

Filij aliquem affectum debent matri, quem non debent patri, quatenus ſcilicet multos labores pro illis ſuſtinet, quos non ſuſtinuit pater, ſed hoc nõ pertinet matrem inquantum eſt principium originis, &c. Mat. to 6. 152. col. 1. B

Materia. Omnis materia qualitercunque ſit, eſt in potentia ad omnem formam non exiſtentem, neque corruptam. Gen. 8. c. 4. G

Materiæ primæ propria paſſio, & prima eſt eſſe in potentia abſoluta. Gen. 8. col. 4. G

In qualibet materia ſunt infinitæ potentiæ particulares reſpectiuæ ad particulares, & determinatas formas. Gen. 8. col. 4. G

Quòd in materia maneat forma in æternum attribuendum eſt alicui de tribus ſcilicet vel conditioni materiæ ad formam, uel modo vnionis materiæ ad formã, vel ex defectu agentis. Gen. 2. c. 1. E

Materia dicitur eſſe eiuſdem rationis in cœlo & in iſtis inferioribus, ſecundum aliquos priuatiuè. ſ. ſed non poſitiuè, hoc eſt non plurium rationum, quia nihil habet, quod faciat diuerſitatem rationum, &c. Gen. 2. col. 2. C

Materia ſubſtantiatur ſecundum poſſe, ſecundum Commentatorem, id eſt, quòd potentia materiæ eſt, eſſe materiæ. Gen. 2. col. 2. C

Illa materia dicitur perfectior, quæ perfectiorẽ formam habet, & hinc eſt quòd corpus humanũ perfectius eſt corpore cœleſti, immo corpus ranæ, licet aliæ diſpoſitiones perfectiores ſint in cœlo quàm in homine, vt incorruptibilitas, fulgur & figura, & influendi virtus, &c. Gen. 12. col. 1. D

Materia prima & ſi non detur ſecundum actum, cõſideratur tamen ſic propter naturales diſpoſitiones. Exo. to. 1. 31. col. 1. B

Materia quanto eſt ſub paucioribus diſpoſitionib. tanto eſt vniuerſalior per indifferẽtiam, &c. Exo. to. 1. 30 col. 4. K

Materia non ponitur directè in prædicamẽto. Mat. to. 6. 73. col. 3. K

Nihil eſt imperfectius materia prima. Mat. to. 6. 73. col. 4. F

Materia prima quare non corrumpatur. Mat. to. 6. 92. col. 3. F

Materiam eſſe in potentia ad formam, non eſt materiam habere formam latentẽ, & poſtea p actiones influẽtium corporum apparere, ut dixerunt Anaximander & Anaxagoras. Exo tomo 1. 277. colum. 1. E. & colum 2. A. Nec eſt formas eſſe in

materia ſecundum eſſe diminutum, vt probatur ibidem 278. col. 1.C. Dicendum ergo, ꝙ formæ nullomodo præfuerunt in materia actualiter ante generationem, niſi forte qdditatiue. ſ. quòd in eadem materia numero ſtetiſſet aliqua alia forma eiuſdem ſpeciei, ſed omnes formæ præcedũt in materia in potentia ante generationẽ. Et cum fit generatio, educitur forma de potentia materiæ. Exo. to. 1. 278. col. 2. E. 283. col. 2. D

Materia non eſt in potentia ad formam corruptã, quia deſiderium materiæ eſt naturale, quod nunquam eſt ad impoſſibile ex ſecundo de Gen. Nec eſt in potentia ad formam iam gentiam, nec ad formam alterius materiæ. Exo. to. 1. 278. col. 4. K, 279. col. 1. A

Vna pars materiæ non ſolum non eſt in potentia ad eandem formam numero, quæ eſt in alia materia, ſed nec ad eandem formam numero, ad quam alia materia eſt in potentia, dato quòd illa forma adhuc in nulla materia genita ſit &c. vt probatur Exo. to. 1. 179. col. 1. C

Materiam rei artificialis impoſſibile eſt eſſe in potẽtia ad formam, ad quam eſt in potentia alia materia artificialis, Exo. to. 1. 279. col. 4. H

Duæ materiæ non ſunt in potentia ad eandem animam, nam alias concedendum eſſet quòd vtriq; poſſet vniri formaliter, vel deſiderium naturę eſſet ad impoſſibile, quod falſum eſſe ꝓbatur. Exo. to. 1. 281. col. 1. A

Materia omnium generabilium & corruptibilium qualis ſit conditionis oſtenditur Exo. tom. 1. 283. col. 2. D

Materiæ duplex eſt potentia, quædam remota, & eſt quando materia habet potentia ſeu virtutem ad hoc ꝙ de ea educatur talis vel talis forma, & tamen nondum eſt determinata ad illam formã, ſed poteſt habere aliam &c. quia ex diſpoſitionibus determinata eſt materia ad talem formã, ita ꝙ non poteſt habere aliam ſecundum tales diſpoſitiones &c. Exo. to. 1. 283. col. 2. E

Materiæ virtutes, ſecundum quas poteſt recipere diuerſas formas, ſunt quædam proprietas abſolutæ de natura materiæ. Exo. to. 1. 283. col. 3. G

Vnam materiam eſſe alia perfectiorem quomodo cognoſcetur. Exo. to. 1. 283. col. 3. I

Materia prima habet infimum gradũ perfectionis, & deinde elementa habent ſecundum gradum perfectionis, & poſt hęc elementata gradualiter, poſt hæc corpora cęleſtia, deinde res pure ſpirituales, & animæ rationales, & angeli, & tandem ſiſtimus in throno infinitæ ꝓfectionis. ſ. in Deo, qui eſt finis concatenationis. Exo. tom. 1. 283. colum. 3. K

Materia non habet maiorem vel minorem perfectionẽ ex hoc ꝙ eſt in potẽtia ad perfectiorẽ vel minus perfectam formam, ſed ex ipſis diſpoſitionibus, quæ faciunt materiam eſſe in potentia propinqua. Et ipſe diſpoſitiones ſunt formæ qualitatiuæ habentes gradus perfectionis &c. Exod. to. 1. 283. col. 4. F

Materia dicitur eſſe in potentia ad recipiendum formam, quia ipſa eſt talis conditionis, quòd in ea poteſt cauſari forma, non ducta ab extra, ſed conueniens naturę. Et dicitur educi de potentia materiæ, non ꝙ poſſit imprimi materiæ, ga tunc anima eſſet in potentia materiæ, ſimiliter & formæ artificiales; ſed quia forma naturaliter ſequitur factis diſpoſitionibus in materia naturaliter ab agentibus &c. Exo. to. 1. 289. col. 3. G

Materiam eſſe propriam formę alicuius ſpeciei, nõ faciunt dimenſiones interminatæ. Mat. to. 6. 92. col. 3. H

Materia prima, vt prima, nunquam eſt in actu, ſed ſolum habet eſſe ſecundum rationem. Mat. to. 6. 92. col. 4. I

Forma non diuiditur niſi ratione materiæ. Matth. to. 6. 93. col. 2. A

Materiæ partes ſemper manent eædem qualitercũque mutentur. Mat. tò 6. 93. col. 2. D

Materia, ad quas formas ſit in potẽtia naturali. Ma. to. 6. 106. col. 3. H

Materiam eſſe in potentia ad recipiendum formã eſt quidam gradus perfectionis, dato ꝙ ſit valde paruus Et probatur hoc ex comparatione ad intellectum. Exo. to. 1. 287. col. 4. G

Materia ſignata quomodo dicatur principium indiuiduationis. Exo. to. 1. 280. col. 1. E. col. 2. A

Materia ſecundum ſe non habet ſpeciem, ſed a forma, quæ perficit, & denominat dando eſſe. Deu. 148. col. 3. F

Materia eſt in potentia ad formas infinitas; non tamen habet infinitas potentialitates actualiter. Ioſue to. 2. 28. col. 2. E

Duplex eſt materię potentia. ſ. abſoluta & reſpectiua. Ioſue to. 2. 18. col. 3. K

Duplex eſt materię appetitus. ſ. abſolutus & reſpectiuus. Ioſu. 28. col. 3. K. & col. 4. F

Materia prima non magis determinatur ad hanc formam, quàm ad illam, Ioſu. to. 2. 28. col. 4. G

Materia non poteſt ſimul habere niſi vnicam potẽtiam reſpectiuam, & per hanc non eſt in potentia ad infinitas formas, ſed ad vnicam. Ioſue to. 2. 29. col. 1. A

Quomodo partes materiæ redeant in reſurrectione. Mat. to. 6. 107. col. 3 F

Materia diſtinguitur in propinquã & remotã: materia propinqua eſt illa, quę eſt diſpoſita ſecundũ aliquas diſpoſitiones ad formam introducendã, vel quę debẽt manere cũ forma introducta. Sed materia remota eſt illa, quæ nihil de dīſpoſitionibus præuijs ad formã introducendam habet, & hęc vocatur materia prima, quę eſt ſubiectũ omnis tranſmutationis naturalis &c. Mat. to. 2. 9. colum. 3. F

Corrupta omni forma ſubſtantiali cuiuſcunq; ſpeciei, manent adhuc in materia dimenſiones interminatæ, quæ nõ terminant, vel deſtiniunt materiã ſecundum exigentiam formę alicuius ſpeciei &c. mat. to. 6. 91. col. 3. F

Materia prima non corrumpitur, quia eſt prior omni contrarietate. Mat. to. 6. 92. col. 3. F

Materia non habet conditiones aliquas ipſam ad ſpeciem determinantes. Mat. to. 7. 156. col. 1. C

Partes materię ſemp manent æędẽ, qualitercunq; mutentur, quia diſtinctio illarum eſt per dimenſiones, & illæ nunquã peteunt, ergo ſeruatur ſemper diſtiuctio &c Mat. to. 6. 93 col. 2. D

Materia quomodo vocetur propria, & quomodo non. Mat. to. 7. 133. col. 1. B

Poſtquam materia cępit eſſe quanta, nunquam deſijt, quia corrupta vna forma ſuccedit alia &c. Mat. to. 6. 93. col. 2. E. col. 3. F

Materia eſt principiũ indiuidui. Mat. to. 7. 199. c. 4. F

Sicut ſe hẽt materia ad formã, ita intellectus poſſibilis ad formã intelligibilem, & ideo ſicut materia ſecundum vnum ordinẽ non habet habitudinẽ, niſi ad vnã formam, ita & intellectus poſſibilis. Sed differunt quia materia habet tãtũ duos ordines ad formã materialẽ, intellectus vero poſſibilis habet tres ordines. Mat. to. 7. 204. col. 4. I

Materiale

Materiale. In rebus materialibus tria inueniuntur quorum vnum non eſt aliud.ſ.indiuiduum,quidditas ſiue natura ſpeciei, & eſſe.In ſubſtantijs vero ſeparatis,ſecus eſt, quia ibi non diſtinguuntur hæc tria.ſ.indiuiduũ,quidditas,& eſſe, ſolum quidditas,& eſſe.In Deo vero nihil eorum diſtinguitur:immo quidditas, indiuiduum,& eſſe,idem ſunt.Mat.to.7. 199.col.4.F

Matertera. Qui materteram vel amitam accipit in vxorem, grauius peccat, quam ſi accipiat in concubinam. vt prob. Leuit. 213.col.3.I. Et magis peccat cognoſcẽs amitam vel materteram quam conſobrinam, ſicut grauius peccat cognoſcens matrem, quam cognoſcens filiam ſuam, licet ſint in eodem gradu cognationis.ibidem.213.col.3.K.Et in eodem coitu magis peccat auunculus vel patruus quam cõſobrina,&c.ibid. 213.col.4.H

Mathathias Et filij eius Machabęi,quomodo fuerint de tribu Iuda.Gen. 405.col.2.E

Mathathias pater Machabeorum occidens Iudæũ immolantem idolis ſuper aram,non fecit id tanquam perſona priuata,ſed tãquam princeps,&c. Mat.to 2. 87.col.4.F

Mathematicæ ſcientiæ. Diſciplinæ Mathematicæ primum gradum obtinent certitudinis, vt Commentator ait commento 16. Geneſ. 1.col.2.B

Scientiæ mathematicæ fuerunt primo apud Chaldęos,vt di.Ioſephus 1. Antiq. deinde apud Aegyptios,& multo fęlicius.1.Reg.to.1. 67.col.2.E

Matthias. Matthię electio p ſortes proceſſit imperfectione Apoſtolorum, & ex paucitate fidei.Ioſ.to.1. 134.col.1.D

Matthæus. Scripſit Euang. in Hebręo vt patet per Hier. in prol. ſuper Mat. Exo.to.1.255.col.3.I. Leui.280.col.2.C

Matthæus prius quã iret in Aethyopiam,quæ nunc vocatur Nubia, quæ eſt vltra Aegyptum verſus Meridiem,qnam ſorte obtinuit, ſcripſit Euangelium in Hebræo,vt relinqueret Hebræis, quibus in Iudæa prædicauerat,de hoc Hieronymus in libro de Viris illuſtribus,& in prolo. Mat. quod incipit,plures fuiſſę,&c.Et in alio,qui incipit, Matthæus ex Iudæa,&c.Mat.to.1.17.col.3.H.36.col. 3.G. Dicunt tamẽ aliqui,quòd Euãgelium ,quod quod prius ſcripſit in Hebręo,poſtea vertit in grę cũ. Sed hoc dubium eſt Hieronymo in lib. de Viris Illuſtribus c.de Matthæo. Mat. to.1. 26.col.4.I

Quare Matthæus inceperit Euangelium ſuum a generatione Chriſti temporali, & non ab æterna. Mat.to.1. 71.col.3.G

Præcipua intentio Matthæi, in principio ſui Euangelij fuit,probare Chriſtum eſſe Meſſiam promiſſum Iudæis in lege,quia quidam Iudæi recuſabãt ſuſcipere legem Chriſti,putantes non eſſe Meſſiã, quia nou conſtabat eis quòd ipſe haberet omnes conditiones, quas ſcriptura dixerat de Meſſia. Et ideo Matthęus conatur probare Chriſtũ eſſe Meſſiam promiſſum Iudæis in lege, applicando ad eũ omnia, quæ in lege & prophetis dẽ Meſſia dicta erant, ꝙ eſſet de genere Dauid, per generationẽ Chriſti probauit, ꝙ naſciturus eſſet de Virgine, quia ſic dicitur Iſa.7.Et ꝙ nomen eius eſſet Ieſus, qđ idem eſt,quod Emmanuel,& ꝙ natus eſt in Bethlehem.Micheæ.5.Mat.to.1. 105.col.3.F

Matthæus fecit mentionem de Herode loquens de natiuitate Chriſti,ad probandum ipſum eſſe Meſſiam ex tempore, quia de Meſſia intelligitur illud Gen.49. non auferetur ſceptrum de Iuda,&c. Et ad oſtendendum perſecutionem,quam fęcit Herodes Chriſto.Mat.to.1. 105.col.3.I

Matthæus allegat auctoritates,quas cæteri Euangeliſtæ allegant,& adhuc plures,& hoc,non vt adhibeamus fidem dictis eius, ſed quia ſcripſit Iudæis, qui tenebant legem Moyſi,& Prophetas,in quib. plurima de ipſo Meſſia, & in actibus eius ſcripta erant, & quia erat impoſſibile Meſſiam eſſe eum, qui non impleret omnia, & ideo Matthæus ſpecialiter habuit hanc ſollicitudinem. Matt.tom.1. 137.col.4.G

Matthæus ſolet magis ſequi ordinem naturalem hiſtoriæ, quam alij Euangeliſtæ,alij verò interdum ſequuntur ordinem artificialem,quod Matthęus aliquando facit,ſed rarius quam alij. Matth. to.3. 155.col.3.G

Plurimi negant Euangelium Matthæi fuiſſe viſum a Marco & Luca.Mat.to 3. 164. col.1.E

Matthæi vocatio fuit poſt ſanationem paralitici, de quo Mat.9.contra Nicolaum de Lira oppoſitum di.vt probatur.Mat.to.3.188.col.4.K.189.col.1.A

Matthæus, & minus principale fuit Leuit. Et forte hoc nomen Matthęus,fuit illi impoſitum a Chriſto poſt vocationem.Et ꝙ prius vocaretur Leuit. Mat.to.4.189.col.2. E.Et Matthæus in vocatione ſua facit mentionem ſui ſub hoc nomine Matthæus,ſed Marcus,& Lucas ſub nomine. Leui, ꝙ ipſe Matthæus fecit ex humilitate, ſed Marcus & Lucas ex vrbanitate &c.Et aliter põt dici ꝙ Marcus & Lucas nihil noui fecerunt,vocando eũ Leui. ipſe vero Matthæus receſſit a ſolito.Et vt redderet notam ſuam veterem conuerſationem,appellauit ſe eo nomine,quo appellabatur,qñ vocatus eſt. Et hoc videtur veriſimiliter.Mat.to.3.189. col.3. I. & col.4 F. Nec poteſt reddi cauſa præter Chriſti voluntatem, quare Matthæus poſt vocationem Petri Andreæ, Iacobi, & Ioannis, & cæt. vocatus ſit,&c.ibid. 189.col.4.K

Matthæus ponitur ſeptimo loco inter Apoſtolos Mar.3.& Luc 6. licet ipſe ponat ſe octauo loco. Mat.10.Matt.to.3. 190.col.1.B

Matthæus colligebat vectigalia,& videtur, ꝙ colligeret iura maris & terræ. Et domus telonei non erat in vtbe Capharnaum, ſed circa illã ad duas leucas,&c.Matt.to.3. Et de Mathæo dicitur ꝙ ſedebat ad teloneum propter multa.ibidẽ.190.col. 3.F.Et Mathęus fuit Iudæus,& non gentilis,vt dicit Tertulianus.Mat.to.3. 190.col.3.K.& col.4.F

Matthæus, ꝙ vocatus eſt a Chriſto, ſequutus eſt eũ. Matt.to.3.191.col.1.B. Non tñ pp multa miracula,q̃ vidiſſet,& famã celeberrimã, vt dicit Chriſoſtomus:ga licet hoc multũ prodeſſet, non tñ ſuffi ciebat,ad hoc ꝙ Matthęus vocatus illico deſereret oĩa,niſi aliquid aliud fuiſſet. ibid. 191.col.2.A. Sed dicendũ, ꝙ Chriſtus tunc mouit cor eius, qñ vocauit eum.Et hoc fieri poterat tripliciter. vno modo mutando per virtutem vocis Chriſti.Tertio modo per aliquod ſignum apparens in facie Chriſti vocantis.&c.Matt.to.3. 191.col.2.D

Matthæus non ſecutus eſt Chriſtum: quia teneret illũ ſequi tanq̃ Deũ,nec tanquã propherã,ſed ga præceptũ Chriſti trahebat ſecũ executionẽ ſuã: quia cõpellebat quaſi ex quadã neceſſitate abſoluta Matthæũ ad ſequendũ,ita vt nõ poſſet Matthæus aliud facere,hoc eſt: ga Chriſtus mouebat cor eius, vt videret ſibi nihil eſſe melius,q̃ Chriſtũ ſequi oĩa deſerendo,&c.Mat.to.3. 191.c.3 H

Matthæus non diſpoſuit prius de rebus ſuis,quam

ſebueretur Chriſtum,'ordinando.ſ.rationes ſuas, aut ſaltem colligēdo ea,quæ habebat in teloneo,. & ponendo in cuſtodia.Matth.to.3. 191.col.3.K colum 4.F

Quare Matthæus non petierit licentiam a Chriſto ad ordinandas res ſuas, prius quam ſequeretur Chriſtum.Mat.to.3.191.col.4.H.Et quomodo factum eſt quod ipſe omnia deſereret, & rationes officij ſui imperfectas relinqueret.Mat.to.3. 192. colum.1.B

Matthæus poſt vocationem diſpoſuit de omnibus, quia poſtea, Chriſto volente, tedijt in domū ſuā, & de omnibus diſpoſuit,quia poſt illam vocationem, fecit Matthæus magnum conuiuium in domo ſua.Mat.to.3. 192.col.1.D

Conuiuium,quod fecit Matthæus, forte fuit die ſequenti poſt vocationem, vel paucis diebus poſt. Mat.to.3.192.col.2.E. Et fecit hoc conuiuiū propter multa.ibid.192.col.2.E.col.3.F. Et conueniēter fecit magnum conuiuium, ad quod Chriſtus venit propter multa. Matt.to.3.192.col.3.K.col. 4.K. Ad quod etiam conuiuium fuerunt vocati publicani propter multa,ibid.193.col.2.C. Phariſæi tamen murmurabant de Chriſti manducatione cum publicanis,& murmurabant, non quia ageret contra legem, ſed quia alias eſſet reprehenſibilis,vt putabant,ibid.193.col.4.H.194.col.1.& 2.col.3.F. Et iſtam murmurationē faciebant Phariſæi coram diſcipulis Chriſti,ſed non corā Chriſto, propter multa. ibid. 194.colum.3.I. Et in iſto conuiuio fuerunt inuitati publicani prēter Chriſtum & diſcipulos ſuos, & iſtos publicanos vocāt Euangeliſtæ peccatores,&c. 195.colum.1.B. Et Chriſtus reſpondit Phariſæis, quamuis ipſi nō alloquerentur eum,propter multa.Matt.to.3. 195. colum.1.D

Matthæus quare in Euangelio ſuo alleget quaſdam auctoritates vet.teſt.& non alij Euangeliſtę. Mat. tom.3. 196.col.1.D

De Matthæo Apoſtolo & Euāgeliſta, quomodo fuerit vir clarus propter ea, quæ ſcripſit, & propter ea,quæ habentur de ipſo in ſacra ſcriptura,&cęt. Mat.to.3. 222.col.2.D

Matrimonium. Non eſſe niſi in hominibus habetur in Inſtit.de iure naturali, & gentium in principio.Et dixit illud eſſe ad id quod natura iaclinat,in brutis tamē non dicitur matrimonium, & differentia nominis eſt propter differentiam excellentiæ noſtræ. Geneſ. 230.col.2.B

Quòd matrimonium ſit nunc ſaltem inter Chriſtianos,cauſa legitima eſt,ne quęratur alius concubitus Gen. 188.col.2.A

Matrimonium eſt nunc principaliter propter fornicationem vitandam.1.Cor.7.vnuſquiſque vxorē ſuam habeat propter fornicationem.ſ. vitādam, in paradiſo non eſſet timor fornicationis, nec aliqua inconuenientia, & ideo hic mulier imperat ſicut vir,non autem in paradiſo. Gen.231.co.4.H

Matrimonium in paradiſo ſolum eſſet ad procreationem liberorum, & nunc eſt propter fornicationem,vitandam.Gen. 232.col.1.B

Matrimonio copulari conſanguineos in ſecundo gradu licitum erat tempore Abrahę propter idolatriam.Gen. 288.col.1.E

Ad matrimonium contrahendum nullus honeſtè moueri poteſt niſi dupliciter.ſ.vel vt prolem habeat,vel vt ſe a malo cohibeat,ne.ſ.in illicitas libidines incidat,cum licitam non habuerit.Alię autem cauſæ ſunt illicitæ.Gen. 315.col.1.C

Matrimonium tradi non poteſt cum violentia,bene tamen cætera ſacramenta.Gen. 308.col.1.D

Matrimonium & oratio quantum ad validitatem actus ſimilia ſunt, & habent robur ex voluntate. Gen. 308.col.1.D

In matrimonio & benedictione error pſonæ excludit validitatē actus, ſed error in pſona eſt duplex, vt ext. de ſpon.c.tua nos.ſ.error in nomine,& error in ſubſtantia perſonæ.Gen. 308.col.1.E

Matrimonium contraxit Iacob cum Rachel a principio conuentionis ſeruitij per ſeptennium per verba de præſenti, & ſuſpenſa eſt conſummatio per carnalem copulam ex volūtate Laban vſq; ad ſeptem annos, & eſt ſimilitudo de recipiente ordinem ſacerdotij,&c.Gen. 315.col.4.I

Si matrimonium ſit conrractum per verba de præſenti, viro petente debitum, quocunq; tempore petat,poteſt ſine peccato reddere vxor,non tamē tenetur ſub prēcepto reddere, donec ſolennitas Eccleſiæ ſit completa.ſ.benedictiones,& publicæ nuptiæ, & habentur tanquam vir & vxor,& nō vt concubinarij,&c. Gen. 316.col.1.B

Ad matrimonium nihil facit copula carnalis ſine conſenſu mutuo. Et conſenſus mutuus dicitur, quando vni conſtat,quòd alter conſentit in eum, & è contra alteri conſtat aliam conſentire in eū. Hoc autem nō erat in Iacob & Lia. De hoc ſunt iura vulgaria,extra de ſponſ.per totum. Et ibi in cap.cum Ioannes. Et in cap.tua nos.Potuiſſet tamen eſſe matrimonium ſaltem interpretatiuum fictione iuris,ſi Iacob deſponſaſſet Liam per verba de futuro,dicens:Ego te accipiam in vxorem, & poſtea eam carnaliter cognoſceret,&c. Gen. 317.col.3.I

Quare iura eccleſiaſtica concedant fieri matrimonium in principio pubertatis.ſ. viro in quatuor decimo,& fęminæ in dupdecimo.Gen.322.c.1.B

Si quis contrahat matrimonium cum concubina, filij,qui prius erant illegitimi, fiunt legitimi virtute matrimonij, vt patet extra qui filij ſunt legitimi.in c.tanta eſt vis.Gen. 316.col.1.C

Solus conſenſus cauſat matrimonium perfectū de præſenti inter perſonas legitimas, vt patet. 27.q. ſufficiat.Et extra de ſponſalibus.per totum.Gen. 273.col.2.D

Matrimonium eſt de iure naturali, vt patet Inſtitut. de iure naturali,ciuili,& gentium.in principio.& ff de iuſtitia & iure.l.iuris opera.&c.Exod.tom.1. 182.col.4.G

Matrimonium in lege veteri non erat ita ratum, ſicut in lege noua, vt patet extra de diuortijs. in c. gaudemus,&c. Exo.to.1. 207.col.4.G

Matrimonium nullus poteſt contrahere inuitus, ut patet extra de ſpon. & matrimonio. per totum. Et vbi coactio vel metus intercidit, matrimoniū non iudicatur,vt patet extra de ſponſalibus.in c. cum locum.Exo.to.1. 207.col.1.E.col.2.A

Contrahentium matrimonium debet eſſe liber conſenſus,vt habetur extra de ſponſ.& matrimonio. c.cum locum.Exo.to.1. 235.col.4.G

Circa matrimonium erat regula in Iſrael,quòd illi, qui erant de diuerſis tribubus, non copularētur matrimonio.vt patet.Nu.36.Exo.to.1.236.c.2.C

Matrimonio coniungi non poterat Gentilis, etiam ad Iudaiſmum conuerſus cum Hebræa, nec è cōtra.Exo.to.1, 236.col.3.K

Matrimonium non licet fieri in aſcendentibus per lineam conſanguinitatis, bene tamen in lateralibus.& in alijs non.Leui. 280.col.3.F

Quod matrimonium ſit bonum, vel malum in aliquibus,

quibus,non possunt facere corpora cœlestia &c. Leui. 296.col.4.G
Matrimonium consistit ex duobus, ex mutuo cõsensu contrahentium, & ex verbis consensum illum exprimentibus. Leui. 296.col.4.K
In omnibus contractibus matrimonialibus generaliter definiendum est, ꝙ quandocunque aliquis cõtrahit cum aliqua,& matrimonialiter cognoscit eam, quã matrimonialiter licebat accipere, nullum erit in matrimonio pactum, & tunc cognosci mulierẽ matrimonialiter honestum est. Accipi autẽ in concubinam turbe. E cõtrario autẽ,quãdo aliqua mulier matrimonialiter cognoscitur, quã in matrimonium accipi non licebat, grauius est eã matrimonialiter cognoscere, quã in concubinam accipere: vt pote si cõsanguinea, vel affinis, vel vxor alterius sit. Leuit 213.co 3.G. Et grauius peccat cognoscẽs amitam vel materteram,quam cognoscens vxorem auunculi, vel patrui. Leuit. 214.col.1.C
Matrimonium apud nos ratũ est: sed apud Iudæos, & Infideles quamuis sit verum,ratum tamen nõ est,vt patet extra de diuortijs. in gaudemus, Nu. to.1. 65.col.4.K
Matrimonium in vete. testamento nõ erat ratum, cum quilibet posset vxorem suam repudiare, ẽt sine aliqua causa. Secus tamen in nouo testamento: quia nemo potest repudiare, vxorem ex quacunque causa: etiam ex causa fornicationis: quia Deus dixit Mat.19.Quos Deus coniunxit homo nõ separet.& Mat.19.vbi voluit nullam esse causam repudij, nisi fornicationem. Et istam non quidem simpliciter ad dirimendum matrimonium,sed ad tollendum cohabitationem: vt patet extra de diuor.in c.gaudemus &c.Num.to.2. 119.col.1.E
Matrimonialia semper fuerunt libera. Num. to. 2. 124.col.3.H
In vete.testamento non videtur locus determinatus, vt appareat,quòd puellæ possent sibi accipere in viros,quos voluerint,eo ꝙ parentum ista sit potestas. Erat tamen potestas in puellis, ꝙ matrimonia non essent coacta. Patres enim determinabant viros ipsis puellis, ipsæ tamen accipiebãt si vellent: neque poterant compelli &c.Nu. to.2. 124.col.4.H
Matrimonium in veteri testamento an posset fieri inter personas diuersarum tribuum vel vnius tãtum,nõ erat cautum: cum adhuc populus Iudęorum esset in vltima mãsione iuxta Iordanem: immo videtur ꝙ personæ diuersarum tribuum cõtrahẽt matrimonium ex illo Nu. 36 quas si alterius tribus homines acciperent &c.Num.tom.2. 202.col.2 A
In matrimonio requiritur libertas,& maior quam in alijs cõtractibus: quia si metus quicunque vel coactio interciderit,non erit locus matrimonio. extra de spon ca.cũ locum. Nu.to.2.203.col.2.A
Personæ vnius familiæ poterant contrahere matrimoniũ cum personis altrius familiæ eiusdem tribus.Nu.to.2.203.col.2. C. Sed non cum personis alterius tribus. Et ꝙ personæ de tribu Iuda cõtraherent cum personis de tribu Leui,& è cõtra,patet de Ioiada Summo Sacerdote, qui contraxit cũ filia regis Ioram de tribu Iuda.imo licitũ erat omnibus tribus accipere vxores de tribubu Leui,& dare eas Leuitis,nec erat ibi comixtio diuersarũ tribuum: vt possessiones miscerentur: nam Leuitæ non habebant aliquam possessionem &c. Nu.to.2. 203.col.2 E.& col.3.F
Christiano licitum est contrahere cum muliere infideli,hac.s.condictione; vt fiat Christiana: vt habere.28.q.1.c.caue.non tamen si nõ apponatur prę fata conditio: imo si contra faceret,grauiter peccaret, & punitione dignus esset, etiam per leges humanas. Deu. 69.col.2.D
In veteri testam.non sic arctabatur vir sicut mulier legibus matrimonij,sicut nec nunc &c.Deu.116. col.4.F
Matrimonio magis repugnat repudiũ, quàm plura litas vxorum, vt probatur Deut. 127.col.4.G
Matrimonium inter Dalidã, & Samsonẽ erat simpliciter illicitũ, nisi aliquid illud excusasset.s. motio diuina &c.Iosue to.1. 117.col.4.
Matrimonium inter Othonielem & Axam filiam Caleb fratris Othonielis, erat secundum se illicitum,tamen ex dispensatione factũ est licitum: & licet non appareat illa dispensatio,credẽdum est, quòd fuerit. Iosue to.2. 96.col.4.K
Nullum matrimonium tẽpore Abrahæ & in uete. testamẽto,erat totaliter ratũ &c.Iud 196.col.4.F
Inter cõtrahentes matrimoniũ multo maior libertas est in nouo testamẽto,quàm in veteri, & quã apud omnes alios antiquos &c.Iud. 227.col.2.E
Matrimonium fit per verba denotãtia certum consensum,& non per verba cõditionalia &c.Ruth. 156.col.3.G
Matrimonialis contractus cum mulieribus gentilibus,nõ erat prohibitus Iudæis,duabus condictionibus seruatis, prima quòd malieres illæ non essent Chananææ.secunda quòd non manerent in ritu gentilico.Ruth. 282.col.2.A
Solus matrimonialis contractus cum matre, aut sorore fuit prohibitus ante legẽ.Exo.to.1. 8.co.4.K
Matrimonium noui testamenti non solũ reddit cõcubitum excusabilem, sed etiam cõfert gratiam adiuuantem ad operadum illa, quæ in matrimonio requiruntur,quatenus in fide Christi contrahitur.1.Reg.to.1. 100.col.1.D
Matrimonium inter infideles nõ significat aliquid sacrum, prout est ab institutione infidelium, bene tamen prout est ab institutione Dei: nam sic continet aliquod sacrum,vel illud significat. 1. Reg.to.1. 100.col.1.E
Soli matrimonio. noui testa. competit significare vnionem Christi & Ecclesiæ, sed præter istã vnionem sunt aliæ vniones. s. Dei anima sanctam, & Verbi Diuini ad carnẽ: quę vniones significantur per matrimoniũ. Et possunt pertinere ad matrimonium, quod non est noui testamenti specialiter.1.Regum.to.1. 100.col.1.E
Matrimonium dicitur dicitur ratum: quia non potest dissolui, & sic omne matrimonium dicitur ratum, & hoc post institutionem legis Christi & eius promulgationem, secus tamen prius. 1. Regum.to.1. 100.col.2.B
Circa matrimonium infidelium existentium in infidelitate,ponuntur regulæ,& de eisdem conuersis ad fidem, circa retentionem plurium vxorũ. 1.Reg.to.1.100.col.3.G.vsque ad q 52 exclusiue.
Ponuntur regulæ matrimonij circa mulieres conuersas ad fidem, qd debeant facere circa maritos infideles,& an possint cõtrahere matrimonia, & qñ,& qũo.1.Reg.to.1. 101.col.4.K.102.col.1.A
Non soluit matrimonium quæcunq; diuersitas status, bene tamẽ diuersitas status quo ad mortem. 1.Reg.to.1. 103 col.4.K.& 104.col.1.A
Matrimonium quomodo soluatur per mortem,& non per transitum de infidelitate ad fidem.1.Regum.to.1. 104.col.1.D.& col.2.A

Matri-

Matrimonium magis pertinet ad corpus, quam ad animam: licet solo consensu contrahat: quia nō contrahitur ad fidem spiritualem, sed corporalē. 1. Reg. to. 1. 194. col. 2. A

Circa matrimonium contingit triplex fornicatio, s. carnalis, apostasiæ, & infidelitatis. Et prima reputatur maior, deinde secunda, & minor tertia, &c. 1. Reg. to. 1. 106. col. 1. A. Sed quare prima fornicatio dicatur maior: deinde secunda & tandem tertia sit minima. 1. Reg. to. 1. 106. col. 1. E. col. 2. A

Non permittitur personam fidelem matrimonio iungicum infideli, non solum propter periculū: sed propter ignominiam: quia est confusio quædam fidei, & religionis Christianæ, quòd mulier fidelis sit subdita viro infideli, &c. 1. Regum. to. 1. 108. colum. 4. G

Matrimonium habet actus personales ex parte corporis: sed non ex parte animæ. 1. Regum tomo. 1. 110 col. 3. G

Matrimonium fidelium in nullo casu potest solui, bene tamen matrimonium infidelium. s. in tribus casibus. 1. Reg. to. 1. 112. col. 4. G. 114. col. 1. B

Matrimonium inter personas fideles, non soluitur per crimen superueniens, bene tamen matrimonium inter infideles. 1. Reg. to. 1. 112. col. 4. H

Quod matrimonium inter infideles non dicatur esse ratum, potest tripliciter intelligi, vno modo qa licitum erat quondam repudiare vxores. Alio modo secundum opinionem ipsorum infideliū, licet ratum sit secundum veritatem. Tertio quia sunt tres casus, in quibus matrimoniū inter infideles possit solui, nullus tamen casus est, in quo matrimonium fidelium consummatum possit dissolui. Sed tertius modus est magis proptus & verus. 1. Reg. tom. 1. 113. col. 1. C

Matrimonium de se non habet indissolubilitatem. Sed eius indissolubilitas prouenit ex mandato Christi iubentis, quòd non separētur, quos Deus coniunxit, sed si in aliquo casu matrimonium videatur dissolui, hoc prouenit ex quadā interpretatione verborum Dei: quasi Deus illud si intelligi voluerit: quia per istas interpretationes cōtingit de iure inter infideles dissolui, & non inter fideles. Nam dicimus matrimonium esse ratum inter fideles, &c. 1. Reg. to. 1. 113. col. 3. K

Matrimonium contractum per verba de præsenti, non consummatum per copulam, nō est ratum, vel firmatum: quia est dissolubile: non quidem absolute, sed in aliquo casu, & ista dissolutio non habet locum, nisi inquantum videtur consonare verbis Dei, & hoc si concurrant duo, scilicet, ꝙ Deus dicit matrimoniū esse indissolubile, quod est consummatum per copulam. Gen. & melius. Matt. 19. Erunt duo in carne vna. Itaque iam nō sunt duo, sed vna caro: Quos ergo Deus coniunxit, homo nō separet. Et sic propter vnitatem ipsorum non est separatio, quæ vnitas est per copulam &c. & istam rationem reddit Alexander, tertius de conuer. coniugatorum. cap. verum. & ca. ex publico. 1. Reg. to 1. 113. col. 4. I. & 118. co. 3. K.

De tribus casibus, in quibus matrimonium contractum dissolui potest, quando alter coniugum est infidelis, & tantum in illis tribus casibus 1. Regū. tomo 1. 114. colum. 3. H. vsque ad quæst. 112. inclusiue. 122. colum. 3. F

Matrimonium potius soluendum est, quam pereat fides. 1. Regum tomo primo. 115. col. 1. D

Matrimonium est absolute indissolubile, nisi ex speciali dispensatione Dei, & hoc in tribus casibus, & non quia non est confirmatum sacramento fidei primo Regum. tomo primo. 115. col. 3. G

Matrimonium inter infideles, ipsis existentibus infidelibus, non soluitur. 1. Reg. to. 1. 115. col. 3. I

In tribus casibus, in quibus matrimonium contractum, & consummatum dissolui potest, quando alter coniugum est infidelis, solum in primo casu recedit infidelis a fideli. Sed in alijs duobus recedit fidelis ab infideli, prout iura sentiunt, licet alij teneant, quòd in omnibus tribus casibus infidelis discedit a fideli, quod videtur magis cōuenire verbis Apostoli, &c. 1. Reg. to. 1. 117. col. 4. I & 118. col. 1. A

Apud infideles natos vel conuersos, non licet solui matrimonium in tribus casibus. Primo quando alter eorum labitur in hæresim vel infidelitatē. Secundo quando, qui lapsus est, non vult cohabitare absque contumelia, &c. Tertio quando, qui lapsus est, nititur alium, qui fidelis est contrahere ad peccatum. vt probatur. 1. Reg. to. 1. 118. colu. 3. I. colum. 4. F.

Non soluitur matrimonium per aliquem prædictorum trium casuum, ipso iure, & tamen ipso iure, in quolibet dictorū casuum fidelis habet statim licentiam dissoluendi illud, transeundo ad aliud matrimonium, si voluerit, &c. 1. Reg. to. 1. 119. col. 2. E. & col. 3. F

Circa matrimonia est regula, quòd omne, quod dirimit matrimonium contractum, impedit contrahendū, sed multa sunt, quæ impediunt contrahendum, q̄ nō dirimunt contractū. Vnde versus:

Desere spernentem, vel blasphemare volentem,
Vel te credentem scelus ad mortale trahentem,
Nam sunt absque mora tunc vincula rupta priora.

Intelliguntur, nō quòd desinat esse matrimoniū, sed quòd coniux fidelis incipiat habere licētiam transeundi ad alterum matrimonium, & dissoluendi istud, quasi nullum matrimonium existeret, &c. 1. Reg. to. 1. 119. col. 3. H

Nullus de iure compellitur contrahere matrimonium cum persona determinata, nisi ex delicto, & cæt. 1. Reg. to. 1. 119. col. 4. F

Non est alia res matrimonium, & ius matrimonij, &c. 1. Reg. to. 1. 121. col. 1. C

Matrimonium non solui per contumeliam creatoris tenet Hostien & alij iuristæ: sed per lapsum termini positi a iudice ecclesiastico ipsi infideli, ad hoc quòd cohabitet sine contumelia, quod in aliquo sensu potest teneri. Tamen melius dicitur, ꝙ coniux fidelis habet facultatem dissoluendi contrahendo aliud matrimonium: quia in quolibet trium casuum habet fidelis ipso iure, & auctoritate Dei licentiam transeundi ad secundas nuptias, &c. 1. Reg. to. 1. 121. col. 2. C

Si in lege matrimonij aliquid agant infideles contra legem Christi, habet considerare Ecclesia. 1. Reg. to. 1. 122 col. 2. D

Impossibile est, ꝙ contractus matrimonij teneat ex vna parte, & ex altera non teneat, cum ex natura sua sit contractus mutuæ seruitutis in corpus. Ideo si soluitur quantum ad fidelē, soluitur quantum ad infidelem, &c. 1. Reg. to. 1. 123. col. 1. B

Stat matrimonium claudicare quantum ad effectū ex vna parte, non tamen quātum ad vinculum, s. quando vni coniugum licet, quod alteri non licet. Cum vir & vxor ad paria iudicentur, extra de diuortijs. cap. gaudemus. Et istud accidit tripliciter. Primo quando vni licet petere debitum, & alteri non. Et sunt multi casus in iure, &c. Secundo quando licet alteri coniugum recedere a cohabitatione & alteri nō. in casu, quòd alter cōiugum

gum fornicetur.extra de diuor.cap.significasti.& cap.ex literis.& in alijs casibus,&c.Tertio modo, quando vni coniugum licet, recedere ab alio, & transire ad secundas nuptias & alteri non licet, & istorum trium modorum duo vltimi inueniuntur in matrimonio infidelium, quando alter eorum conuertitur,& non alter, nō tamen primus modus,hæc dicit sanctus Tho.& bene in 4.Sent. 1.Reg.to.1.123.col.1.E. Sed aliud quod dicit.ſ.q̄ fideli licer accipere aliam vxorem, non tamē infideli,& hoc magis factum esse in pœnam, quā ex necessitate præcedentis matrimonij, nō videtur verum,vt probatur.ibid.123.col.3.F. Dicit tamē quòd si infidelis conuertatur, tunc dispensatiue conceditur ei,quòd contrahat, & hoc est consequens ad præcedentem errorem,vt probat.ibid. 123.col.3.H

Quando infidelis non vult cohabitare cum fideli, vel non sine contumelia, vel sine hoc q̄ cogat ad peccandum mortaliter ipsum fidelem. Et prius q̄ fidelis transeat ad secunda vota: tunc ipse infidelis peccat, & non tenet matrimonium. Si vero postquam fidelis contrahit, infidelis contrahat: neque peccat infidelis, neque matrimonium est inualidum.1.Reg.to.1. 123.col.3.H

Licentiam dissoluendi matrimonium inter fidelē, & infidelem dedit Christus,vt quidam dicūt,per illa verba.Luc.12. Putatis q̄ pacem veni mittere in terram,non dico vobis,sed separationem,&c. Alij dicunt,q̄ per illa verba.Matt.5.& 19.q̄.ſ.nō licet dimittere vxorem, nisi propter fornicationem.1.Reg.to.1. 125.col.1.E

Quæ pertinent ad matrimonium in vete. testamento sunt cęremonialia,&c 1.Reg.to.1.128.col.1.E

Circa matrimonium nullos gradus consanguinitatis,aut affinitatis distinxit Christus.1.Reg.tom.1. 129.col.4.F

Matrimonio omnes illi coniunguntur a Deo, qui non coniunguntur contra legem Christi. 1.Reg. to.1. 129.col.4.G

Cum dicitur,quòd matrimonium contractum inter fideles in gradibus, qui nobis sunt prohibiti ab Ecclesia; non soluitur si conuertantur ad fidē: intelligitur, quando infideles contraxerūt in gradibus licitis secundum leges eorum communes, aut municipales, aut secundum consuetudinem regionum suarum,secus tamen si contra, &cę.1. Reg.to.1. 129.col.4.l.& 130.col 1.A

Matrimonium dicitur legitimum,quod legali institutione, vel prouinciæ moribus contrahitur.vt habetur.28.q.1.§.item illud. Et secundum Magistrum.4.Senten.dist.39.1.Reg.to.1. 130.col.2.E

Matrimonium tenet inter infideles conuersos,si cōuersos,si contraxerunt secundum statuta veteris testamenti, & non in gradibus vetitis a canone. Et si non:non tenet iuxta illud,quod habetur extra de consanguinita.& affinita.ca.de infidelibus. Sed istud caput intelligitur solum de Iudæis 1. Reg.to.1. 131.col 1.A

Omnes illi dicuntur matrimonio cōiuncti à Deo, qui non sunt contra eius mandatum, vel prohibitionem copulati.1.Reg.to 1. 136.col.3.I

Ad sciendum quando matrimonium inter infideles tenuerit, non requiritur aliud nisi q̄ legibus vel consuetudinibus prouinciæ contractum fuerit,etiam in gradibns vetitis apud nos.1.Reg.to.1. 136.col.4.G

Matrimonium contrahere in quarto gradu concessit Gregorius Anglicis tunc nouiter conuersis, sed postea procedente tempore negauit illud his, quibus prius concesserat.1.Reg.to.1. 137.col.1.A

Matrimonium aliquando contraxerunt infideles secundum veritatem: & aliquando secundum eorū opinionem.1.Reg.to.1.139 co.1.D.col.2.A

Matrimonium inter ascen.& descendentes est contra legem naturæ.1.Reg.to.1. 139.c.1.E.col 2.A

Si matrimonium contraheretur inter infideles in primo gradu consanguinitatis.ſ.inter fratrem & sororem iuxta consuetudinem illorum, vt erat apud Romanos vsque ad tempora Gregorij, cū ad fidem conuertuntur, non debet dirimi: quia non est contra legem naturæ,vt probatur.1.Reg. to.1. 139.col.3 G

Matrimonium infidelium cōtractum per leges eorum,in tantum reputatur legitimum,& uerum, inquantum non est contra legem Christi, extra de diuor.cap.gaudemus.1.Reg.to.1. 189.col.4.I

Leges humanæ voluerunt totaliter reducere Iudæos in matrimonio ad obseruantiam Christianorum,non permittentes eos contrahere in gradibus datis secundum legem Moysi. Sed canon mitius se habens concessit illis hoc,dempto repudio & pluralitate vxorum.&c. 1.Regum.tom.1. 140.col.1.A

In matrimonio contrahendo Ecclesia non concessit Iudæis vti suis cęremonijs propter duo.1.Regum to.1. 140.col.3 F

Aequius est permittere Iudæis contrahere in secūdo,tertio,& quarto gradibus, quā vetare, & hoc propter quinq;.1.Reg.to.1. 140.col.3.K.col 4 F

Matrimonij indiuisibilitas infertur ex his verbis: Et erunt duo in carne vna.Gen.2.& Matt 19.1.Reg. tomo 1. 144 col 1.E

Matrimonij indiuisibilitas non erat sub præcepto ante Christi prædicationem. 1. Regum. tomo.1.

Per illa verba & erunt duo in carne vna, significantur aliquo modo duo.ſ. inseparabilitas matrimonij,& vnitas: sed principaliter inseparabilitas, &c.1.Reg.to.1. 144.col.3.I

Matrimonium est nomen contractus, vel vinculi. Et istud vinculum causatur per mutuum cōsensum. Et consensus mutuus non potest esse inter plures,quam inter duos,&c.1 Reg.to.1. 144.col. 3.K.& col.4.F

Cum aliquis habuit plures fœminas matrimoniali ter coniunctas, non pertinuerunt omnes illæ ad virū illum in vno matrimonio: sed in pluribus. Et Deus de vnico matrimonio locutus est, dicēs: Et erunt duo in carne vna.1 Reg to.1. 145.c.1.B

Antiquitus con contrahebatur matrimoniū absq; hoc q̄ fierent instrumenta dotalia, aut probationes aliquæ,aut sacramenta.Nam aliter non reputabatur matrimonium:vt patet in Authen. Vt liceat nostri & auiæ. §. quia vero. Colla. 9. Sed postea aliter secundum legem humanam factū est.ſ. vt Matrimonium per solum consensum coniugalem contrahatur, nulla alia interueniente solemnitate, aut dotalibus pactis, vel sacramentis, vel probationibus. Et hoc est verum: nisi in quatuor casibus, qui referuntur. 1. Reg.to.1.149.col. 2.A.Sed dicendum, q̄ matrimonium secundum veritatem solo consensu, vel affectu coniugali, contrahitur. Et dotalia instrumenta, & cæteræ solemnitates non faciunt ad contrahendum matrimonium: sed solum ad ostēdendum filios esse legitimos,&c.1.Reg.to.1. 149.col.2.D

De ratione matrimonij est,quòd coniuges habeant intentionem cohabitandi vsque ad mortem. Vnde si in cōtractu matrimonij interueniat aliquid, q̄ od repugnet perpetuitati vinculi,illud erit cō

tra

tra ſubſtantiam matrimonij: vt ſi quis contraheret,dicens contraho matrimonium vſq; ad duos annos: vel vſquequo mihi placuerit retinere: nõ teneret matrimonium.extra de condict. appo.c. Si condictiones.1.Reg.to.1. 149.col.4.G

Ad matrimonium ſecundum antiquos requirebãtur aliquæ ſolennitates. ſ. conſtitutio, inſtrumentum dotale, vel approbationes, vel ſacramenta. Nunc vero non requiritur aliqua ſolennitas, ſed ſolus conſenſus coniugalis extra de ſpon. cacum apud.& 27 q 2 c.ſufficiat.Et ad hoc ꝙ iſte cõſenſus ſit certus,debet conſtare de illo, & ideo debet exprimi per verba de præſenti.extra de ſpon. cap.ſi inter virum. Et hoc ſi ſint potentes loqui. Nam ſi non,ſufficient nutus & ſigna. Sed ad hoc, ꝙ filij reputentur legitimi,requiruntur quædam ſolennitates, vt ꝙ proponantur edicta publicè in Eccleſijs; & hoc, vt non contrahant perſonæ illegitimæ,vt patet extra de clandeſti.in cap.cum in prohibitio,&c.1.Reg.to.1. 151.col.3.H

Meritum, & demeritum tollit neceſſitas, licet non tollat bonum, & malum in operatione. Mat. to.7. 186.c.2.A
Meritum in quo conſiſtat. Matth. tom. ſeptimo. 118.c 4.H

Maioritas vel minoritas meriti attenditur iuxta maioritatem,vel minoritatem connatus. matt.to.7. 226.c.2.E.c.3.F. Et 231.c.4.F

Meretrix. Meretrices reputat lex infames personas: licèt eas tanquam necessarias permittat, in nulla tamen lege reperitur mandatum expressum, quod meretrices sint in ciuitate. Gen. 268.c.3.H

Meretrices tolerat lex humana,quia non est perfecta simpliciter,sed secundum conuenientiã humanę politiæ. Et ideo licet eas nõ approbet, nõ tñ punit eas, futuro Dei examini puniẽdas relinquens, lex tñ diuina non permittit,sed vetat:quia omnẽ fornicationem condẽnat.legislatores tñ q̃tũ ad istam partẽ nõ sequũtur lrãm legis diuinæ vetãdo oẽm fornicationem: quia lex diuina vult, ꝙ licèt ipsa vetet fornicationem, ꝙ lex humana non vetet illam. Gen. 268.c.3.H

Meretrices tolle de ciuitate,ait Augusti & cętera libidinibus conturbabis.Gen. 268.c.3.K

Meretrices non gignunt,quia in vno eodem tempore vicino cum pluribus coit.Gen. 319.c.4.I

Meretricem esse de filiabus Israel,similiter & scortatorem,prohibitum erat apud Iudæos Deu.23.non tamen propter hoc, si quæ meretrices essent, vel scortatores occidebantur. imò apud Iudæos erant publicæ meretrices,vt patet Deu.23. cum dicitur: Non offeres mercedem prostribuli,neq; pretium canis in domum Domini Dei tui.Leu. 200.c.3.H

Meretricem vocant Iudęi illam,quæ pretio locat se, siue omnibus,siue quibusdam.Leui. 221.c.4.H

Meretricis peccata tripliciter distinguuntur. Matth. tom.6. 218.c.1.E

Meretrix potest de meretricio dare eleemosynam, & tenetur ad decimas soluendas, si meretricium committat secretè. secus tamen si sit meretrix publica.Mat.to.6. 218.c.1.B. c.2.F

Meretrices,excommunicati,& infideles quãdo sint tractandi dulciter, & quando durè,& quando dulciter,dulcius tamen infideles.Leui. 253.c.1.D

Meretrices erant in Israel,& licèt Deus vetuerit meretricatum Deu.23. nullam tamen pœnam imposuit meretricibus,si essent.Leui. 223.c.1.C

Meretricis votum simile est eius oblationi, nisi corrigatur.Num.to.2. 145.c.2.B

Meretrices permittit lex humana, non statuendo,vt sint, aut expressam licentiã eis dando,vt maneant, & viris,vt commisceantur eis, sed solùm eas non puniendo.1.Reg.to.1. 142.c.2.B

Qui cum meretrice contraxerit, prodest ei ad remissionem peccatorum suorum,extra de sponsa. cap. iuter opera.1.Reg.to.1. 131.c.3.G

Meretrices, & Histriones tenerẽtur ad restitutionẽ, si ecclesia statueret, sicut instituit de vsurarijs, & symoniacis.4.Reg. 61.c.3.F

Quod acquirit meretrix iniustè acquirit. Et tamen Quod acquirit suum est.Matth.to.3. 21.c.1.B

Meretrix potest facere eleemosynam de acquisitis per meretricinm.Et licèt sit turpe lucrum, non tamen iniustum:turpiter enim agit, qui se subijcit cuique sine fœdere matrimonij, & hoc iniustum est, quòd tamen inde pecuniam accipiat, non est iniustum,sed turpe,i.de turpi acquisitum. Matth. tom.3. 21.c.3.K. c.4.F

Meretrix dici potest quæcunq; mulier fornicaria: qa sine lege matrimonij copulatur alicui viro, siue sit coniugata,siue monialis,siue cuiuscunque status,quæ si ex coitu cum clerico recipiat ab eo aliquid,si sit secularis & libera,an teneatur ad restitutionẽ,si illud quod accepit fuit de bonis,quę cleri cus acquisiuit intuitu Ecclesiæ, vt de redditibus, opiniones sunt,sed verior opinio est, ꝙ talis mulier nõ tenetur ad restitutionem illorum, quę accepit: quia clericus est dominus eorum, quæ dedit,licèt clericus peccat male dispensando,cùm illi redditus debeant expendi in bono: quia acquisita sunt e sacris. Alij tenent, ꝙ talis mulier debet illa restituere,nisi episcopus velit dispensare cũ illa. Si autẽ clericus fuerit regularis, aut monacus, tenetur illa ad restitutionem: quia illud non erat illius,neque poterat dare, cùm non posset habere proprium,vt patet extra de statu monach.ca.cum ad monasteriũ.Et illud,quod licitè habet,est monasterij, sed cui sit facienda restitutio. Matt. to.3. 21. to.4.k 22.c.1.A

Meretricis oblatio etiã de his, quæ aliàs propriis manibus acquisiuit,non debet recipi propter turpitudinem personæ, iuxta illud Deut.23. Non offeres mercedem prostribuli, &c. licet tamen sacerdoti recipere aliquid a meretrice secretè, vt ipse oret pro ea,vt Deus illuminet mentem eius: quia tale non applicatur sacris.Matt.to.3. 23.c.2.E

Meretrix si extorqueat ab aliquo fornicatore plus q̃ id,quod ex consuetudine, vel aliàs taxatum est,tenetur illi fornicario restituere.Matt.to.3. 29.c.2.D

Meretrices, & histriones efficiũtur domini eorum, quæ accipiunt &c.& non competit contra eos repetitio.Matth.to.6. 218.c.1.B

Vtilitas vitæ noluit astringere meretrices laqueis legum.C.de adult.l.quæ adulterium. Et hoc est verum quãtum ad pœnam criminis, scilicet, vt non puniantur,vt adulteræ. Sed quantum ad alia onera debita, non eximuntur a lege. Matth. tom.4. 218.c.1.C

Meretrix illicitè agit,quia fornicatur,sed non illicitè. recipit:nam non peccat recipiendo. Matt. tom.6. 218.c.2.D

Christus dixit principibus sacerdotum, quòd erant meretricibus viliores. Matth.21. propter multa. Matth.to.5. 261.c.2.B

Meretricium. De filiabus Israel vetuit Deus Deut.23. non tanquam peccatum, sed vt quandam ihdignitatẽ,vel turpitudinem illius populi,& illud erat,quasi quę dam suasio ad excellentiam populi conseruandã secundum carnem. Et in hoc non posuit pœnam aliquam.Matt.to.2. 152.c.1.D

Meretricium quare permittatur contra legẽ Euangelicam.Deut. 131.c.2.D

Quod meretricium est curiosum est, nam meretrices curiosæ sunt, vt prouocent viros ad lasciuiam. 2.Paralyp. 223.c.3.F

Quod de meretricio non possit fieri oblatio in causa est dignitas rerum sacrarum.& vt non videatur foueri in illo actu illicito,& ad ruborem & confusionem meretricis:idem dicendum de quibuscũque alijs oblationibus quorundam peccatorum, vt eorum,qui sunt in manifesto odio,& nolunt reconciliari,& eorum,qui opprimunt pauperes per violentiam.90.dist.cap.oblationes. & eorum, qui rapiunt ab ecclesia.17.q.4.cap.miror. Matth.tom.3, 23.c.2.C

Meretricium simpliciter est grauius peccatũ, quàm concubinatus.Matt.to.2. 153.c.4.G

Mergulus. Auis est, quæ vulgariter dicitur Anadebraua, vel coruus marinus,vt alij dicunt.Leui. 99.c.2.B

De mergulo,& eius proprietatibus.Leui. 109.c.3.G

Merlinus. Vates in partibus Anglicis genitus est, vt aiunt,per dęmonem primo

primo ſi ccubum, & deinde incubum. Gene. 35. c. 1. C

De Merlini generatione. Exo.tom.1. 45.c.3.I
In Parado. 8.c.1.B

Merob. Inter Merob filiam Saulis, & Dauid non fuit contractum matrimoniū. 1. Reg.to.2. 54.c.2.D

Merobaptiſtæ. Fuerunt quidam Iudæi hæretici, qui obſeruabant maguam munditiā in omnibus rebus Et cum ventrem purgaturi eſſent, obſeruabant, ne radii ſolis poſſent contingere ſtercora ſua, ſed operiebant ea puluere. Et iſta ſecta & multæ aliæ pullularūt poſt tempora Machabęorum pauloante Chriſti tempus: vt refert Ioſephus. 13. & 14 Antiquita. 1. Regum, to. 2. 122.c.1.D

Meroe inſula. In Meroe inſula Nili sūt homines corpulēria valde exigui, ſed nimis animoſi, ita vt Cocodrilli fugiāt illos, & ab ipſis capiantur. Exo.to.1.109.c 3.G

Meręr. Dicit interiorem triſtitiam ſine lachrymis, fletus verò dicit lachryma rum emiſſiones. Deu. 153.c.4.G

Inter mœrorem, & luctum quid interſit. 1. Reg. to. 1. 29. c. 4. H

Meſopotamia. In Meſopotamia erat Hur Chaldæorū: erat etiam Charra, ſiue Aram, & ciuitas Nachor. Gen. 63. c. 2. C

Meſopotamia clauditur inter Tigrim, & Eufratem, & ab eis Græco vocabulo Meſopotamia dicitur, quaſi poſita in medio aquarum. ſ. in medio duorum magnorum fluminum. Gen. 103.c.3.G

Meſopotamia, de qua Gen. 24. non eſt nomen alicuius regni, vel prouinciæ, ſed nomen ciuitatis, & eſt appellatiuum compoſitum apud Græcos, dicitur autem a meſo quod eſt mediū, & potamos, quod eſt aqua, quaſi medietas aquarum: quia ciuitas eſt inter aquas, ſed nomen propriū illius ciuitatis eſt, Aram. Et tantum eſt dicere Aram Meſopotamia, ſicut dicere Aram inter aquas. & ideo in Hebręo vocatur Aram Naharayn. ſ. Aram fluuiorum, vel aquarū, quia eſt ſita inter flumina &c. Et iſta Meſopotamia diſtabat a terra vbi erat Abraham itinere ſeptem, vel octo dierum. Gene. 238.c.4.I,& 310.c.1.A. Super Iudi. 28.c.3.H

Meſopotamia Orientalis eſt reſpectu totius terræ Chanaā, maximè reſpectu Berſabee, de qua exierat Iacob, non eſt tamen totaliter Orientalis reſpectu terræ Chanaā, ſed aliquo modo eſt Septentrionalis; quia iacet inter Tygrim a Septentrione, & Eufratem a Meridie, terra verò Chanaā habet Eufratem a Septentrione. Gen. 313.c.2.G

Meſopotamia eſt intra Chaldæam. Gen. 65.c.3.H

Meſopotamia Græcè, & Aram Hebraicè idem ſignificant. ſ. ciuitatem poſitam in medio aquarū. Deute. 120.c.3.I. Ioſu. to.2. 179.c.22

De Meſopotamiæ deſcriptione. 1. Paralyp. 218.c.4.E

Meſphat. de qua Gen. 14. dicitur, vſque ad fontem Meſphat, Hebraicè ſignificat iudicium: quia ibi iudicati ſunt Moyſes & Aaron, ut nō intrarent terram promiſſionis: quia increduli fuerunt ori Domini. Nume. 20. Gene. 250. c. 1. A

Meſraim. Aegyptij deſcēdunt a Meſrayn: vnde in Hebræo, Mizrai Aegyptius dicitur. Gen. 51.c.3.G

Meſſa rex Moab. Immolauit filium ſuum vnigenitum ſuper murum ciuitatis, cum obſideretur ab Iſraelitis, ad flectēdum hoſtes ad miſericordiam. 4 Reg. 3. Et ſic factum eſt. nam cum hoc viderent Iſraelitæ, ſtatim receſſerunt. 4. Reg. 30.c.2.D

Meſsias. Meſſiæ natiuitas probatur ex Eſa. Exo.to.1. 19.c.2.A

Meſſiæ dies dicuntur eſſe vltimi dies, vel fines dierū. Eſai. 2. cū dicitur, Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons Domini. Et Micheæ quarto, Et erit in nouiſſimo dierum præparatus mons Domini. Et ad Hebr. duodecim, Apoſtolus tempus Meſſię vocauit tempus ſeculorum, dicens: Nos ſumus, in quos fines ſeculorum deuenerunt, & 1. Ioan. 2. Filij nouiſsima hora nunc eſt. Leui. 239.c.2.C

Meſſiæ proteſtatio, quæ fiebat in ſacrificijs implicitè, non erat ex natura actus, quaſi actus ſecundum ſe hoc ſignaret, ſed inducebatur ex voluntate inſtituentis, & hoc non poterat quis proteſtari occultè, niſi inquantum conformabatur voluntati inſtituentis. Leui. 253.c.1.B

Propter Meſsiam voluit Deus, vt cū magna diligentia ſeruarentur genealogiæ, & ſtirpis ordo, & propterea nō ſeruatur in nouo teſt. Nu.to.2.86.c.4.H. Et dato ꝙ non eſſet aliqua prophetia, quę dicerer, de qua tribu futurus eſſet Chriſtus, neceſſaria eſſet diſtinctio familiarum per iura primogenituræ, & certitudinis omnium familiarum ſecundum ſucceſsiones hæreditatum, vt probatur Num.to.2. 87. c. 1. E

Ad probandum, quòd Meſsias erat futurus Deus, locus efficaciſsimus eſt illud Iſa. 11. ſ. Non ſecūdum viſionem oculorum iudicabit, neque ſecundum auditum aurium arguet: ſed iudicabit in iuſtitia pauperes. 1. Paralip. 240.c.1.C

De Meſsia in ſcriptura ſacra præcipuè habētur tempus, locus natiuitatis eius, & progenies eius. Matt. tom. 1. 168.c.3.G

Sine fide Meſsiæ implicita, vel explicita, nunquā ſalui facti ſunt homines. Mat.to.1. 170.c.1.B

Duo erant opera Meſsiæ. ſ. mori pro nobis, vt nos redimeret, & dare legem, in qua viueremus ad conſequēdum fructum redemptionis ſuæ. Matt.to.1. 170. c.3. F

Meſsias per excellentiam vocatur mittendus. Matt. tom. 1. 192.c.3.F

Meſsiam eſſe Deum ſignificat Ioānes Baptiſta. Mat. 3. per illa verba, cuius ventilabrum in manu ſua. Matt.to.1. 193.c.4.H

Ieſum eſſe Meſsiam nunquam, eo uiuēte, ab aliqua parte populi creditum eſt. Mat.to.4. 164.c.4.H

Ioannes Baptiſta communiter credebatur, quòd eſſet Meſsias, & nullum miraculum feciſſet. Matth. tom. 4. 165.c.2.A

Meſsias propriè vocatur Chriſtus. Matth. tom. 6. 266. c. 1. C

Meſsiam credunt Iudæi futurum eſſe purum hominem, iuſtiſsimum tamen. Mat.to.1. 169.c.2.E

Quod Meſsias futurus erat de ſemine Dauid prophetauit Hiere. 33. dicens: Suſcitabo, inquit, Dauid ſemen iuſtum. Matt.to.4. 12.c.4.I

De ſignis, quæ facturus erat Meſsias ſecundū Iudæorum ſcripturas. Matt.to.4. 155.c.2.E

Meſsias dicebatur iuſtus per excellentiam. Matt.to.4. 12. c.4. I

Meſsias erat tota Iudæorum expectatio. Matt. tom. 4. 81. c. 1. A

Phariſæi potius volebant carere Meſsia, quàm quòd Ieſus Nazarenus eſſet Meſsias, & hoc erat ex odio perſonali. Matt. to.4. 13.c.1.D

Meſsias in lege permiſſus non erat facturus in aduentu ſuo ſigna de cœlo, vt Iudæi imperite putarunt. Matth.

Matth.to.4 155.c.2.E
Messiam regnaturum temporaliter putabant Iudei, & reducturum Iudæos de omnibus gentibus, in quibus erant dispersi, vt esset regnum eorum glorioſum, ſicut aliqñ fuerat. Matth. to.4.199. c.4.F
Vt Iudæi crederent Iesum esse Messiam, non cōcurrebat Deus, vt patęretur. Mat.to.4. 165.c.2.D
Iudæi non credebant Messiam futurum esse Deum, licèt ex sacris litteris inferat. Matt.to.5.190.c.4.H.
Sed credebant, quòd regnum eius futurum erat in terra. 192.c.3.F
De modo, quo Messias cognitus fuerit ab aliquibus tempore suo. Matt.to.5. 276.c.2.A
Christus omnia fecit, per quæ constabat sufficienter ipsum esse Messiam, nam aliàs excusatētur Iudei non credendo. Matt.to.4. 165.c.3.G
Iesum esse Messiam & Deum, non cognouerūt principes sacerdotum ex authoritatibus sacræ scripturæ, contra Nicolaum, nec ex miraculis, vt probatur Matt.to.5.276.c.4.k 277.c.1.A. Imò ex miraculis, quæ fecit Iesus, non potest probari eum esse Messiam. matt.to.5. 277.c.1.B
Messiam regnare temporaliter habebant Iudæi tanquam communem conceptionem. matt.tom.5. 4.c.1.B. Et nunc tenent. 192.c.3.F
Si Messias non esset filius Dei, nihil profuisset nobis aduentus eius, & mors: quia saluare non posset, cum ipse potius indigeret aliena salute. matt.to.6. 156.c.1.A
Quòd messias futurus erat de semine Dauid, probatur authoritatibus. matt.to.6. 157.c.2.B
Ad messiam pertinebat impletio legis. matt.tom.5. 233.c.2.B
Quomodo messias posset vocari magister. matth. tom.6. 187.c.4.G
Iudæi cognouerunt Iesum esse filium Dei, vel messiam. matth.to.5. 268.c.2.E
Messiæ regnum credebant Iudæi esse vltimū regnorum. matt.to.6. 261.c.2.D
Iudæi credunt, messiam futurum esse purum hominem, iustum tamen. matt.to.6. 42.c.3.H
Messias vocatur propriè Christus. l. rex, & absolutè vocatur rex. ſ per excellentiā. mat.to.6. 266.c.1.B
Multi Iudæorum putauerunt Herodem esse messiā, matth.to.6. 20.c.4.k
Quod messias nō esset mutaturus legem moysi, creditum erat apud Iudæos, imò credebant quòd soli Iudæi pertinebant ad messiam. matth. tom.6. 289.c.4.I
Messias maior est lege, & prophetis. matth. tom.4. 224.c.1.E
Multi Iudæorum, quare non crediderunt Iesum esse messiam. matt.to.6. 277.c.1.E
Messias nasciturus erat in Bethleem secundum Iudæos. matth.to.6. 157.c.1.E
Iudæi credebant solos ipsos pertinere ad messiam. Et quòd non debebat prædicari doctrina eius, nisi solis Iudæis. matt.to.6. 189.c.4.I

Messis. Ordeacea incipit in terra Chanahan in medietate mēsis Martij, vel quasi, vt patet Leuit.23. Et messis triticea in fine mensis Aprilis, vel in principio Maij. 1.Reg.to.1. 199.c.3.I
Messis duo significat. 1. segetes, quæ metuntur, & ipsum tempus metendi. matth.to.4. 60.c.2.C
Messis est tempus, quando sine præiudicio tritici potest radicari zizania. matt.to.4. 80.c.1.E

Metallum. Modus inueniendi metalla refertur. Gen. 29.c.1.A

Metaphysicus. Metaphysici sunt sapiētes: quia per causas altissimas considerant omnia, reducendo ad primam causam, & altissimā. Exo.to.2. 105.c.2.E

Metaphora. Metaphoris, & parabolis vtimur propter rudes. Matt. tom.4. 52.c.3.G
Metaphora habet locum in narrationibus rerum gestarum, non tamen in verbis præceptorum. Iosue tom.1. 140.c.3.H
Metaphoram facit sacra scriptura de Deo in infimis, matth.to.4. 52.c.4.k
Ea, qnę per metaphoram dicuntur, possunt variè accipi secundum adaptationem ad diuersas partes, & rei proprietates, de qua fit transumptio. matt. tom.4. 41.c.1.B
Metaphoris, & parabolis conuenienter vtitur sacra scriptura, vt probatur. matt.to.4. 52.c.3.F
De metaphora vini in regno cœlorum, matth.to.6. 121.c.3.G
In metaphoris non est comparatio, bene tamē similitudo. matt.to.4. 52.c.2.D
Inter metaphoram, & parabolam quid interſit. Mat. tom.4. 52.c.2.C
Metaphoricæ scripturæ habentes catholicum sensum debent inter authenticas scripturas collocari. in Parado. 2.c.1.B
Metaphora fit multis modis. in Parado. 29.c.3.F

Metari. Idem est, quòd figere, ponere, vel situari. Nu.to.1. 12.c.4.F

Metheoricæ impressiones minoris quātitatis fiunt in terra calida, quàm in terra frigida, & econtrario in terra frigida. Iosue.to.1. 179.c.3.I

Methodius. Martyr, quem multum sequitur Magister historiæ scolasticæ, dum esset in carcere, orauit Deum, vt reuelaret illi aliqua de principio & fine mundi, quod & obtinuit, & scripsit ea, licèt verbis impolitis. Gen. 25.c.2.E
Methodij martyris scripta non sunt magnæ authoritatis. Gen. 35.c.1.B
Methodij martyris prænunciatio, vel prænosticum refertur de his, quæ acciderunt in Hispania tempore regis Roderici. Gen. 258.c.4.G

Metreta. Speciale nomen est mensuræ significans certam quantitatē, vt patet Ioan.2 scilicet Capientes singulæ metretas binas, vel ternas. Sed non constat nobis quāta mensura sit, sicut nec bathus: licèt sciamus, ꝙ bathus contineat vnam metretam, & dimidiam, possumus tamen cognoscere quantitatem bathi per magnitudinem maris ænei, vt probatur. 2.Paralipome. 53.c.1.B

Metrum. Metrorum multæ sunt species, quarum quædam denominantur a materia. Alia a numero pedum, & alia a pede prædominante. Gen. 26.c.4.I
In lingua Hebræa sunt metra, vt patet in Hieremia, Et probat hoc Hieronymus in prologo super Iob, quæ quidem metra non potuerunt seruari in trāslatione in linguam Latinam, propter multa. Gen. 22.c.1.C
In quolibet metro saphico sunt vndecim syllabæ. Gene. 27.c.1.D
Sicut diuerso metrorum genere vtuntur poetæ, ita & sacra scriptura vsa est. 1.Reg. 8.c.2.E
Metra secundum authoritatem Latinorum multipliciter nominātur, quædam ex numero pedum, alia a materia, vt metra heroica ab heroybus, & elegiaca, &c. quædam ab inuentoribus, ut archilogica, & asclepiade, & saphicum. Et istis metris vtitur

Vtitur frequenter Boet. 1. Reg. to. 1. 8. c. 2. E. c. 3. F

Tria alphabeta lamentationis Hieremiæ scribuntur metro, scilicet primum, secundum, & quartum. 1. Reg. to. 1. 8. c. 3. F

Meum. Quod meum est ex vna causa, ex alia causa meum effici nō potest, nisi desiexit esse meum, vt patet, extra de fide instru. in cap. inter dilectos. Leui. 353. c. 2. F. 1. Reg. to. 1. 27. c. 2. E. 165. c. 1. B

Mezaab. Nomen est proprium cuiusdam mulieris, & non appellatiuum, vt malè dicit Nicolaus. 1. Paralip. 39. c. 2. B

Michael. Fuit vnus de primis principibus Iudæorum. Exo. to. 1. 292. c. 2. D

Michael fuit ille Angelus, qui præcedebat Israelitas, & mouebat nubem. Exo. to. 1. 292. c. 3. H

Angelus, q apparuit Danieli, quare dicatur Michael. Iudic. 138. c. 3. H

Michael aliquando est nomen Angeli, & aliquando nomen viri, 1. Paralip. 81. c. 1. A

Michas. Historia de idolo Michæ fuit tempore Caleph. Iud. 172. c. 1. C

Michęas. Propheta prophetauit Ioathā, Achaz, & Ezechia, & loquitur contra Samariā & Hierusalem. Gen. 23. c. 3. H

Fuit Michęas de Morasti, quod Hebraicè sonat hæredem qui grādis uiculis est iuxta Eleutheopolim vrbem Philistinorum, vt ait Hieronymus. Gene. 23. c. 3. H

Micheæ prophetæ aliqua dicta exponuntur. Genes. 23. c. 3. k

Micheæ prophetæ sanguis non satisfecit pro populo &c. contra Nicolaum. 3. Reg. 199. c. 4. H

De Michæa propheta, & tempore, quo prophetauerit. 4. Reg. 155. c. 4. K

Michæas propheta Domini manebat tempore regis Achab in Samaria. 2. Paralip. 240. c. 2. F. Et iste nō erat ille Michæas, cuius prophetia habetur in libro prophetarum minorum, quia dicebatur Michæas Morastites, nam alius fuit centum quinquaginta annis priusquàm iste, vt probatur. 2. Paralip. 241. c. 2. E. c. 3. F

Cum Michæas dixit Achab regi Israel. 2. Paralip. 18. vidi vniuersum Israel dispersum in montibus, sicut oues absque pastore, &c. Intelligendum est de visione imaginaria. 2. Paralipom. 246. c. 2. B. Et istā visionē potuit hīe Michęas tam in somnis, quàm in vigilia, vt patet de visione beati Stephani, cum dixit Actuum 7. Ecce uideo cęlos apertos. 2. Paralip. 246. c. 2. D. Et verisimilius est, quòd habuerit illam uisionem priusquam vocaretur a rege Achab. c. 4. F

De visione secunda Micheæ, & quomodo fuerit cōueniens, & verisimilius valde. 2. Paralip. 247. c. 3. I. c. 4. F. Et de spiritu illo, quem vidit Michæas in illa visione imaginaria, qui & decepit prophetas Baal, dicit Rab, Salom. quòd fuit spiritus Naboth, quem occiderat Achab, vt acciperet vineam eius, sed probatur hoc esse falsum. 2. Paral. 248. c. 1. B

Michol. Non peccauit ponendo in lecto simulachrū quoddam ad repręsentandum ibi iacere Dauid, vt probatur 1. Reg. tom. 2. 61. c. 4. I. 62. c. 1. A

Michol dicens, q Dauid ægrotaret. 1. Reg. 19. peccauit venialiter. 1. Reg. to. 2. 62. c. 4. G

Michol peccauit propter multa, cū despexit Dauid eo q saltaret corā Archa Dñi. 1. Paral. 175. c. 1. A. Et aliquo modo increpando Dauid, & propterea datum est illi in pœnam quòd nunquam pareret. 2. Reg. 6. 1. Paralip. ibid.

Migale De quo Leuit. 11. secundum glos. ordinariam, dicitur esse animal ad deridendū natum, dolosum, rapax, ingluuiosum, tamen secundum litteram Hebraicam dicitur esse eritius, sed quicquid illud sit, prohibitum erat Iudæis. Leuit. 102. c. 3. H

De migale. Leuit. 121. c. 1. D

Miles: Militibus licitum est relinquere signa virtutis suæ in armis, in Templis, siue Ecclesijs, & potissimè, cum illa bella fuerint ad aliquid honestum, quia per hoc innuunt, q magnifica gesta, quæ habuerunt in armis, ex Dei beneficio sint assecuti. 1. Reg. to. 2. 90. c. 4. F

Quare milites quidam dicantur milites Sancti Ioannis de Acre, Iosue to. 2. 93. c. 2. B. 4. Reg. 5. c. 4. H

Leges humanæ valde priuilegiant milites stipendiarios, intantum quòd filiusfamiliàs, qui aliàs non posset esse dominus alicuius peculij, fiat verè dominus propter militiam, & habeat administrationem peculij castrensis, vel quasi castren. 1. Paralip. 221. c. 4. I.

Milites in bellis debent habere Ecclesias in magna reuerētia, & loca sacra, & personas religiosas, quāquam pertineant ad hostes, ne aliquod malnm eis inferant. 1. Paral. 212. c. 4. G

Miles succedit in causa illius, cui prestat patrociniū, inquantum efficitur vnum cum eo ad vnitatem actus, scilicet belli infligendi. 1. Paral. 22. c. 4. K

Quòd milites stipendiarij non possint agere veram pœnitentiam, iuxta illud, de pœniten. & remiss. distin. 2. cap. falsas. & 4. Senten. dist. 16. qualiter sit intelligendum. 1. Paral. 223. c. 1. E

Milites stipendiarij tenentur fideliter pugnare pro illis a quibus mercedē accipiunt propter duo. 1. Paralipom. 224. c. 3. I

Vna de causis, quare status militum sit periculosus est, quia interdum fugiunt, non existente timore rationabili, & tenebuntur ad immēsa damna, quæ inde sequuntur. ε. Paral. 224. c. 3. k

Militare. militaris.

Militantes solo stipēdio possunt tenere illud officiū sine peccato, status tamen eorum est satis periculosus. prima pars, probatur. 1. Paralipo. 221. c. 4. H. Et secunda pars probatur. 221. c. 4. I

Habentes officium militare, multa debent aduertere, vt non peccent, quæ referuntur. 1. Paralipom. 222. c. 3. G

Militares stationes & vigiliæ, quot sint. Matt. tom. 4 107. c. 3. G

Militia. De militia datur decima. Matth. tom. 6. 217. c. 2. F

Milo. Ciuis Crotonienſis, fuit vir tobustissimus, & tantō robore præditus, vt nuda manu percutiens taurum, vno ictu occideret illum, & occisum eadem die solus integrum deuorabat, & nihil in hoc grauabatur stomacho, cuius meminit Arist. 2. Ethicorum. Exo. to. 1. 132. c. 1. B. similiter & Solinus. 2. Paral. 190. c. 4. G

Millenarij. De Millenarijs hęreticis. Matthę. to. 6. 121. c. 4. H

Miluus. Miluos apud Grecos dicebātur bomoluchi, ideſt, raptores intestinorum. Leuit. 14. c. 2. B

Miluus dicitur, quasi molliter volans, de quo & eius proprietatibus. Leui. 108. c. 2. C

Mimus. De Mimo, vide in dictione, Histiro, &c.

Minare. Minare est baculo dirigere, & pertinet proprie ad pastores, iuxta illud

Iud Ebrardi, pastor oues baculo minari, lupus ore minatur. Exo. to. 1. 14. c. 3. G
Minare est impellere, & pertinet ad pecora, quando homo voce, vel baculo, aut alias impellit illa, vt eat ad aliquam partem. 4. Reg. 40. c. 2. D

Mineralia. Est in aliquibus locis vis mineralis, vt dicit Albertus, quòd non solum aqua vertitur in lapides, & aliæ materię, sed etiam animalia, quæ in illa loca inciderint, integra vertuntur in lapides, declinantes aliqualiter ad rubedinem. Gen. 84. c. 4. H

Minerua. Græcè Athena dicitur. Exo. to. 1. 118. c. 2. D

Minimum. Semper est mẽsura aliorum omnium. 4. Physic. & 10. Metaph. Nu. to. 1. 40. c. 1. A

Minima sub diuina prouidentia cadunt. Exo. to. 1. 57. c. 1. E

Minister. Fidelitas ministrorũ Dei in quo constat. Matt. to. 6. 36. c. 2. B
In ministris tam noui, quàm vete. testam. magna honestas est obseruata, & id Deus voluit. Num. to. 1. 137. c. 4. G

Ministerium. Ad Dei ministerium in nouo testam. non fuit conueniens, vt aliqua vna coadunatio hominum acciperetur quemadmodum in vete. testa. accepta est tribus Leuitica, vt probatur. Nu. to. 1. 25. c. 3. K c. 4. F
Quatuor ministeria erant in sanctuario communia omnibus sacerdotibus, & vnum solum maiori sacerdoti. Num. to. 1. 48. c. 1. E. c. 2. A. & 86. c. 4. G

Ministrare. ministratio.

Christus ministrauit parentibus vsque ad tricesimũ annum suæ ætatis. Matt. to. 4. 68. c. 2. D
Quid administret fœmina in generatione. Matt. to. 6. 152. c. 1. A
Quatuor ministrationes exercebant sacerdotes in toto sanctuario, tres earum quotidie, & quartam a sabbato in sabbatum. Leui. 88. c. 4. K
Duplices erant ministrationes in templo, quædam necessarię, & istę non fiebant coram arca Domini, qnando erat diuisa a tabernaculo. Alię erant spontaneę, & istę bene poterant fieri coram arca, Et de vtrisque. 1. Paral. 190. c. 3. G. & c. 4. F
De ministrationibus, quę Christus venit ministrare. Matt. to. 4. 99. c. 4. H

Minor propositio.

In minore propositione est tota vis argumenti, uel syllogismi. Matt. to. 3. 138. c. 2. C

Minores. Maioribus pręponuntur aliquando in sacra scriptura, exemplum est de filijs Noe, & de filius Ioseph. Gen. 34. c. 2. C
Ad minores pertinet eligere, & ad maiores diuidere. Gen. 79. c. 3. F

Miphiboseth. Filio Ionathę dedit Dauid omnia bona Saulis, quia attinebant ad ipsum de iure. 2. Reg. 57. c. 3. F
Miphiboseph filius Ionathę alio nomine dicebatur Mirabaal. 1. Paral. 8. 1. Paral. 107. col. 2. A

Miraculum. Miracula consueuit Deus facere circa homines, qui intelligere possunt ipsa esse miracula. Genes. 124. c. 2. C
Per miraculum illa tantùm facit Deus, quę non possunt fieri per naturam. Gen. 149. c. 3. G
Miraculum operatio est diuina. Mat. to. 5. 207. c. 3. H. Et solus Deus potest miracula facere. 237. c. 2. E
Operatio miraculosa est a credentibus. Matt. tom. 5. 245. c. 4. k
Ad miracula facienda, nota doctrinam Christi. Mat. tom. 5, 246. c. A
Miracula Dei differunt a miraculis factis a maleficis, quia miracula Dei sunt vera miracula, & alia sunt apparentia miracula, & non vera. Exod. tom. 1, 16. c. 2. D
Miracula confirmant dicta illa, propter quę fiunt, Exo. to. 1. 22. c. 3. H. & 156. c. 3. G
Miracula vera nō possunt facere dęmones, ergo nec malefici, patet. 2. ad Thessal. 2. vbi dicitur, ꝙ Antichristus veniet in signis mendacibus secundū operationem Sathanę, & probatur id multis rationibus. Exo. to. 1. 44. c. 4. C
Miracula vel signa facta a Deo, differunt a miraculis vel signis factis a dęmonibus tripliciter, primo ex efficacia virtutis operantis. secundo ex eorum vtilitate. tertio quantum ad finem mirabilis operationis. Exo. to. 1. 45. c. 2. A
Miracula, quę fiūt a Deo, fiunt ad laudem diuinam, vel fidei corroborationem. Exo. to. 1. 45. c. 2. C
In miraculis duo demonstrat Deus de se, scilicet ꝙ Deus est, & ꝙ Dominus est. Exo to. 1. 61. c. 2. D
Vnde fit quod aliqui fideles miracula faciant, inuocato nomine Iesu, & aliqui non, similiter aliqui infideles, vt patet Luc. 9. & aliqui non, vt patet Actuum 19. non est nostrum inuestigare. Exo. to. 1. 127. c. 2. E. c. 3. F
Miracula, quæ fecit Deus inter Hebræos, post peccatum vituli, referuntur. Exo. to. 2. 171. c. 3. G
Quare non fiant nunc miracula, sicut fiebāt in primitiua Ecclesia. Leuit. 78. c. 3. I
Miracula non fiunt sine causa. Leuit. 119. c. 1. E
Quæ miraculosè fiunt, completius fiunt, & perfectius, quàm quæ a natura, vt patet in vino ex aqua facto. Ioan. 2. Nu. to. 2. 2. c. 3. H
Nemo potest facere miraculum verum in testimonium falsitatis. Deut. 73. c. 1. A. Mat. to. 1. 69. c. 1. E
Non consueuit Deus facere miraculum, vbi sine miraculo potest res fieri & conseruari. Deutero. 155. c. 4. H
Miraculum factum in aquis Iordanis, fuit factū per Angelos, similiter & Maris rubri diuisio. Ios. to. 1, 60. c. 3. F
Tripliciter potest aliquid fieri miraculosè. 1. Reg. tom. 1. 199. c. 1. B
Vnum miraculum non est maius alio. 1. Reg. tom. 1, 215. c. 4. K
Fides illorum, qui offerunt aliquem ad hoc, ꝙ fiat miraculum, multum promeretur, vt fiat tale miraculum. 3. Reg. 161. c. 3. B
Miracula fecit Deus aliquando, operantibus sanctis, per quædam instrumenta, & non per alia. 4. Reg. 12. c. 1. E
Plura miracula fecit Helisæus, quàm Helias. 4. Reg. 13. c. 1. D
Miraculū de oleo, quare factū fuerit secretè. 4. Reg. 4. 4. Regum, 33. c. 1. B
Aliquod miraculum esse minus, vel maius alio, potest dupliciter intelligi, vno modo ex parte potentiæ facientis, & sic omnia sunt æqualia. Alio modo ex parte rei, quæ fit miraculosè, & sic potest unum miraculum esse maius, vel minus alio, & sic vno modo, multiplicatio olei facta per Helisæū, fuit maius miraculum, quàm multiplicatio facta per Heliam, & alio modo fuit econtra: Simpliciter tamen malus fuit miraculum factum per Heliam, quàm factum per Helisæum. quarto Reg. 33. c. 3. F

In con-

In conceptu alicuius mulieris potest cõtingere mul tiplex miraculum.4.Reg. 37. c.1.B
Si quis petierit miraculum fieri ad defensionem fidei,vel defensionem sui, si existat in extrema necessitate,nihil omnino hæsitans, illico fiet.4.Reg, 39.c.4 k
Circa miracula,credebant insani Iudæi vnum miraculum posse fieri,& non aliud.4.Reg. 42.c.1.C
Miraculum de suscitatione pueri.4.Reg.4 non impeditum est per hoc, quòd Giezi loqueretur in via, & denunciaret omnibus occurrentibus,ꝙ ibat ad suscitandum vnum mortuum, vt dicunt Hebrei, & Nicolaus,sed quia noluit Deus magnificare tãtum ipsum Helisæum.4.Reg. 43.c.1.B
In miraculis faciendis Apostoli multum excesserũt prophetas vet.test. 4.Reg. 43.c.2.E
Non omnia miracula, quæ ascribuntur beatæ Virgini,sunt authentica.4.Reg. 43 c.1.D
Deus prætendit, vt miracula sua habeãtur in magna reputatione, & per hoc homines laudent Deum, 4.Regum. 73.c.4 I
In faciendis miraculis patres noui testa. excesserunt patres vete.testa.4.Reg. 137.c.4 G
Licèt vnum miraculum non sit maius alio ex parte potentiæ facientis, modus tamen faciendi vnum miraculum potest esse excellentior quàm modus faciendi aliud.4.Reg. 33.c.3.F. 137.c.3 H
In perfectione miraculi fuerunt tres gradus, scilicet imperfectus,perfectus,& pfectissimus. primꝰ fuit in sanctis vet.test.sec.in Apostolis & viris noui testam.tertius in Christo.4.Reg. 137.c.4.F
Quòd fiant plura miracula pro vno, qnàm pro alio, non arguunt illum esse meliorem alio.4 Regum 179.c.3.H
Miracula non fiũt, nisi pro aliquibus necessitatibus, in quibus humana potentia nõ sufficit.4.Regum. 179.c.3.H
Omnia miracula,quæ Deus facit, principaliter fiunt ad gloriam nominis eius.4.Reg. 199.c.1.C
Quid interfit inter modum faciendi miracula in nouo testamento, & modum faciendi in veteri. 4. Regum. 202.c.1.B
Miraculum potest tripliciter accipi,vno modo pro illo,quod secundum cursum naturæ insolitum est. Alio modo pro eo,quod non potest fieri, nisi per diuinam potentiam. Tertio modo pro eo, quod fieri potest a minore potentia quàm a diuina,& tamen cum magna difficultate.4 Reg. 205.c.3.F
Quædam miracula, quæ specialiter ostendunt aliquam cautelam,vel prudentiam, possunt dici adinuentiones Dei.1.Paral. 179.c.4.G
Miracula nominantur diuersis nominibus, sed diuersis rationibus.s.mirabilia,signa, ostẽta,iudicia, prodigia,monstra.1.Paral. 181.c.3.F
Deus non facit frustra miracula,sed cum facit, ad aliquem finem facit,qui nimis expediat. 2.Paralipo. 79.c.2 B
Miracula diuina non fiunt, nisi ad supplendum aliquam necessitatem, quam natura supplere nõ potest.2.Paral.98.c.1.B.Matt.to.1. 128.c.4.H
Omnia miracula Christi ostẽdebant eum esse Deũ. Matth.tom.1. 31.c.3.G
Miraculum fit duobus modis.Matt.to.1. 101.c.4.G
Licèt per Christi miracula probabatur ipsum esse Messiam firmissimè, vt ipse dixit Ioan.5. necessarium tamen fuit, ꝙ Ioannes Baptista veniret propter multa.Matt.to.1. 169.c.1.C
De fide,quæ valet ad facienda miracula.Matth.to.5, 247.c.3.F
Miracula requrũt potẽtiã infinitã.Matt.to.5. 247.c.4.F
In miraculis sunt tres gradus.Matt.to.5. 247.c.4.I
Mouere montem non est de maximis miraculis,sed de minimis, licèt vulgares putent esse maximum miraculorum.Matt.to.5. 248.c.2.A
Miracula necessaria erant in Ecclesia primitiua, sed modo non .Matt.to.1. 163.c.4 k.& f.164.c.1.A
Omnis gens concedit Sarracenorum similiter & Iudæorum, Christum & Apostolos fecisse miracula,licet diuersimodè,alijs dicentibus,ꝙ virtute dæmonũ,alijs ꝙ virtute nominis Tetragrammaton, quod dicebant Christum alligasse cruri suo, quod nomen dicunt furatum esse de templo. Matth. tom.1. 164.c.2.B
Nemo debet nunc petere miraculum ad credẽdum, vt probatur.Matt.to.1. 164.c.1.C
Christus per miracula sufficienter probauit se esse Messiam.Matt.to.1. 167.c.4.I. Et necesse fuit illa facere præter testimonium Ioannis. Matt.to.1. 169.c.2.B.& 270.c.3.I
Præter miracula,quæ Christus faciebat ad ostendendum se esse Messiam & Deum,necesse fuit quòd aliquid prẽnunciaretur in lege de eo,propter multa. Matt.to.1. 169.c.4 K.& 170.c.1.A
Virtus faciendi miracula nõ conceditur homini propter honorem & vtilitatem suiipsius, sed propter vtilitatem aliorum,qui sunt,vel possunt esse partes Ecclesiæ.Matt.to.1. 174.c.3.H
Miracula nunquam ponenda sunt, nisi ex necessitate. Matt.to.1. 212.c.1.C
Miracula Christi sequebantur doctrinam eius,& nõ econtra,cuius assignatur ratio.Mat.to.1.271.c.1.D
Vera miracula potest quis facere existens in peccato mortali, per virtutem Christi, vt patet 1.Cor. 13. Matt.to.3. 130.c.3.H.& 239.c.4.G
Miraculum in leprosо,de quo Matt.8. fecit Christus post sermonem factum in monte, primò ad confirmationem doctrinæ,quam prædicauerat.secundo ad excusandũ calumniam Matt.to.3.133.c.2.E. Et istud miraculum & sequentia fuerunt necessaria ad cõfirmationem eorum, quæ prædicauerat, ex multis causis, primò ad auferendum duritiam cordis Iudæorum, secundò ad confirmationẽ sermonis, tertiò propter nouiter superuenientes, quartò ad ostendendum differentiam sui ab alijs prophetis, quintò vt ostenderet se esse Messiam, sextò propter Christi misericordiam. Matth.to.3. 133.c.3.I. c.4.F
Miraculum factum non confirmat dictum sequens, sed præteritum,sic dicitur Deute.18. quòd si quis diceret se esse prophetam,& a Deo missum, & diceret aliquod signum futurum,& eueniret,sic talis deberet credi,quòd esset missus a Deo. Matth. tom.3. 133.c.4.G
Miraculum fit in instanti.Matt.to.3. 135.c.2.E
Omnia miracula a Christo facta,vt communiter,fiebant in instanti, interdum tñ aliqua miracula differebantur, & circa hoc erat triplex modus, quædam fiebant & complebantur tota simul, mox vt Christus loqueretur. Alia differebantur,vt tota fierent post tempus, vt patet de deeem leprosis, de quibus Luc.17. Alia,quæ partim statim,& partim post tempus fiebant,ita vt videretur miraculũ esse in successione,vt fuit de cęco,de quo Marci.8.sed non fuit successio, sed pluralitas miraculorum. Matth.to.3. 135.c.3.F
Miraculum potest dupliciter excedere vires naturæ, vno modo ex parte operationis, ad quam naturæ vires per nullam viam possunt pertingere, vt suscitare mortuũ. Alio modo ex parte modi operandi, vt curatio socrus Petri a febre.Mat.to.3. 144.c.1.D

Miraculum, quòd fecit Dominus imperando mari. matth.8.fecit iterum.matth.14.vbi dicitur,cum ascendisset in nauiculam cessauit ventus, & hoc fecit propter multa.Matth.to.3. 161.c.1.D
Miracula non fecit Christus circa Angelos bonos,sicut fecit circa malos,& circa malos nō fecit ad vtilitatem eorum,sed hominum. Matthę.tomo 3. 171.c.4.G
Christus non semper voluit miracula facere,ne prę-iudicaret veritati incarnationis, & humanitatis suę. Matth.to.3. 178.c.1.A
Mirabile,siue miraculum non est absolutum, sed relatiuum.Matt.to.3. 184.c.2.E
Nullum miraculum, in ratione miraculi, est maius alio,quia miraculum dicitur ex ea parte, quę excedit potestatem rei creatę, quia in miraculis, tota ratio facti est potentia facientis,quæ est infinita.Si autem cōsideretur miraculum ex parte rei, in qua fit,potest vnum miraculum dici maius alio. Et isto modo distinguuntur tres gradus miraculorū. Matth.tom.3. 184.c.3.G
De tribus gradibus miraculorum. Matt.tom.tertio. 184.c.3.k
Non est maius miraculum dimittere peccata, quàm paralyticum sanare,&c.de quo Matt.9.quia vtrunque miraculum est, & nullum miraculum est maius alio,& propter multa alia.Matt.to.3. 184.c.4.k 185.c.1.A
Mortuos suscitare maximum esse miraculum putāt vulgares,cum non sit ita.Matt.to.3. 187.c.3.I
Potestas faciendi miracula nulli potest cōmunicari. Matth.to.3. 188.c.1.D
Miraculum in puero Centurionis, & in filia Archisynagogi facta fuerunt in Capharnaum. matthæ. tom.3. 203.c.3.F
Vario miraculorum genere diuinam in se virtutem Christus ostendebat. matt.to.3. 191.c.4.k
De miraculo in muliere patiente fluxum sanguinis a duodecim annis.matth.9.matth.to.3.204.c.1.C. c.2.3.4.vsque ad quęst.112.
Totus finis intētus a Christo ex miraculis, erat fides, non enim faciebat miracula, nisi vt credereturin eum, & credentes saluarentur per fidem. matth. tom.3. 205.c.3.G
Ex miraculis Christi apparebat deitas in ipso,sed non trinitas.matth.to.4. 168.c.3.I
Iudæi ex miraculis Christi incitabantur ad eum persequendum.matth.to.4. 168.c.3.I
Ad operationem miraculorum nullam virtutē habebat humanitas Christi,vt probatur matt.tom.3. 205.c.4.k.206.c.1.& 2.
Ad miraculorum operationem prodest fides,quę dicitur confidētia,& de hac loquitur Christus matthæ.21.si habueritis fidem & nō hęsitaueritis &c. Et ista confidentia potest esse sine fide,quę dicitur fides theologica,per quam vocantur fideles. Mat. to.3.208.c.2. D. sed ad quid sit necessaria fides ex parte nostra cum Episcopus miracula operetur. Mat.to.4. 208.c.4.k:109.c.1.A
In miraculo puellę mortuæ.Matt.9.noluit Christus, vt interessent tibicines propter multa. Matth.to.3. 209.c.2.B.& Chrs dixit non est mortua puella, sed dormit,ꝓpterea ꝙ erat immediatè suscitanda,ibi. 209.c.2.D. Et Christus nō dixit esse vere mortuā, vt erat,propter multa.Mat.to,3.209.c.3.F. Christꝰ verò non increpauit illos,qui irriserūt ei,qñ dixit, nō ē mortua puella,& hoc ꝓꝑ multa.ibi.209.c.3.I. Et Christus priusquā veniret ad domū principis, relictis cęteris discipulis fecit secum ire tres tātū,s. Petrum,Iacobum,& Ioannem,&c. ibi.209.c.4.H.
Et hoc fuit propter duo.Primò,quia Christus volebat hoc miraculum aliqualiter occultari. Secundò,propter honestatem.Matt.to.3.210.c.1.A.Et illos tres solos secum admisit propter multa. ibidē 210.c.1.D. Et eiecit totam turbam de domo,ita vt solum tres discipulos, & patrem & matrem puellæ permitteret.Matt.5. & Lucæ 8. & hoc propter multa.ibidem.210.c.3.k. c.4.F. Sed quare patrem & matrem adesse voluit.vide ibidem. 210.c.4.k. 211.c.1.A. Et voluit adesse illos tres discipulos præter patrem & matrem puellæ, propter multa. Matth.tom.3.211.c.2.D.c.3.F. Et alios discipulos præter tres illos noluit adesse Christus,&c. propter duo.ibid. 210.c.1.D
In miraculo puellæ suscitatę Christus tetigit manū puellæ,similiter & clamauit ad suscitandum eam propter multa.Matt.to.3.211.c.4.k. Et iussit dare illi manducare propter multa.ibid.212.c.2.D. Et quare Christus dixerit parentibus puellæ, ꝙ nulli dicerent.vide ibid.212.c.4.I. Noluit tamen Christus,ꝙ omnino ignoraretur puellam fuisse suscitatā ab eo,quia non faciebat miracula, nisi ad ostensionem diuinæ uirtutis,saltē principaliter, sed voluit ꝙ ad tempus occultaretur.ibid.213. c.1.C. Et dicendū, ꝙ tenebantur facere istud miraculum ad tēpus videlicet vsquequo Christus aliū mortuum suscitaret publicè,quia istud miraculum non tacebatur,nisi vt nō valde irritaretur furor Pharisęorū contra Christum.ibid.213. c.3.I. Et hoc non obstante exijt fama de suscitatione puellę per vniuersam terram,quod potuit fieri multis modis. ibid. 213.c.4.I
Circa miracula duorum cęcorum,quos illuminauit Christus.matt.9.qui solus hāc narrat historiā, multa quęruntur. primò,quare ad Chrm venerint, & quare in via,ad quę rndetur.matth.to.3.214.c.3.k. c.4.F. secundò,quare dixerunt,Iesu fili Dauid. Nā ideo dixerūt, quia crediderunt Iesum esse Messiā. Matth.to.3.214.c.4.H.tertiò,quare in domo, & in uia illuminauit eos, & dicitur quòd propter multa ibidem.215. quartò, quare Christus quæsiuit a cæcis, an crederent, cum ipse sciret, quòd crederent,dicitur ꝙ propter multa. ibidem. 215. c.2.C. quintò, quare Christus dixerit illis, creditis quòd possum hoc facere vobis,& dicitur,quòd iō quæsiuit hoc, quia volebat deducere illos ed altissimū gradum fidei, ibidem 215.c.3 F. sextò, quare tetigit oculos eorum,& quid fecerit tāgendo,de quo vide ibidem 215.c.3.I. septimò, quare dixerit illis, secundum fidem vestram fiat vobis, vide ibidem 215.c.4.F. octauò, quare iusserit illos tacere hoc miraculum. vide ibidem 215.c.4.I. nonò,cur cæci isti ausi sint dicere hoc miraculum, & an peccauerint.vide ibid. 216.c.1.C
Miracula sæpissimè Christus volebat occultare, dās per hoc exemplum fugiendi vanam gloriam. Matthæ.tom.3. 215.c.1.E.ɔ.2.A.216.c.1.B
Miracula faciebat Christus subito. Matt.tom. tertio. 217.c.3.H
Miraculum,qđ fecit Christus de duobus cæcis. Mat. nono, fuit ad confirmationem huius articuli, scilicet, quòd poterat sanare eos: nam Christus dixit, creditis quòd possum hoc facere vobis, & dixerunt, vtique domine, tunc Christus dixit, secundnm fidem vestram fiat vobis. Matth. tomo tertio. 215.c.4. G. Et præcepit vt tacerent, & in verbis suis Christus ostendit aliqualiter,quòd volebat,vt miraculum publicaretur,& quòd aliqualiter nolebat,vt probatur ibid. 216.c.2.A
Illud miraculū de homine muto,dæmonium haben te.

te. Matth. 9. non est illud, quod habetur Marci. 11. & Luc. 11. sed aliud, quod solus Matthæus narrat. Matt. tom. 3. 216. c. 4. F
Circa illud miraculum, quod fecit Iesus in homine muto dæmonium habẽte, quod solus Matthæus narrat. 9. cap. quæritur primo, quare non petijt ab eo Christus fidem, ad quod variis modis respondetur, & tandem dicitur ꝙ quando apparebat, Christus non petebat illam. Matth. tom. 3. 216. c. 4. k. Secundò, si erat naturaliter mutus, an solum a dæmone, ad quod dicitur, quòd vtrunq; dici potest, licèt ab aliquibus dicatur quòd erat mutus tãtum a dæmone, & hoc propter multa. Tertiò de modo, quo dæmon facere potest hominem mutum. ibid. 217. c. 2. C. Quartò, quare turbæ audientes mutum loqui, dixerint, nunquam sic apparuit in Israel. Ad quod dicitur, quòd non dixerunt hæc verba propter solum illud miraculũ, sed propter hoc, & alia multa, & specialiter propter modum faciendi. Matth. tom. 3. 217. c. 3. F. Quintò, quare Pharisæi dixerint, in principe dæmoniorum eijcit dæmonia, ad quod dicitur, ibid. 217. c. 3. K. c. 4. F
Christus in omni genere miraculorum, voluit ostendere suam potentiam, vt sic crederetur omnipotens. Matt. to. 3. 220. c. 4. H
Necesse erat, vt omnes ad Christum accedentes sanaret. Matt. tom. 3. 219. c. 3. H
Christus faciebat miracula absque inuocatione nominis alicuius etiam Dei, sed solum imperando. Matth. to. 3. 223. c. 1. C
In omnibus locis Christus faciebat miracula. Matth. tomo 3. 219. c. 2. C
Deus dedit Apostolis potestatem faciendi miracula. Matth. 10. propter multa. Matt. to. 3. 224. c. 2. G
Christus post prædicationes sanabat ægritudines. Matt. tom. 3. 219. c. 2. D
Potestas faciendi miracula non potest esse, a nisi virtute infinita. Matt. to. 3. 224. c. 2. A. Et ideo non potest communicari creaturæ. ibid. A
Tempore Christi nemo faciebat miracula sub alio nomine quàm sub nomine Christi. Matth. tom. 3. 224. c. 2. E
Non faciunt nunc miracula prædicatores, neque prælati Ecclesiæ, qui gerunt vices Apostolorum, sicut faciebant Apostoli, propter multa. Matth. tom. 3. 224. c. 4. G
Miracula sunt ad confirmationem doctrinæ fidei. Matth. to. 3. 224. c. 4. I
Miracula non sunt necessaria Iudæis, vt conuertãtur, licèt alijs Paganis possent prodesse, sed quare Deꝰ non concedat miracula facere ipsis prædicatoribus, assignantur causæ. Matt. to. 3. 225. c. 2. D. c. 3. F
Christus tria genera miraculorum concessit Apostolis. Matt. 10. scilicet, infirmos curare, mortuos suscitare, & dæmones ejcere, quæ declarantur. Matt. to. 3. 236. c. 4. I. Et dedit Christus Apostolis hanc potestatem propter multa. ibid. 237. c. 1. D. Nec alia miracula fecerunt præter illa, que Deus cõcessit eis, vt facerẽt, licèt possent alia facere &c. ibid. 237. c. 2. B. Et restrinxit illis hanc potestatem, vt ad aliqua possent, & nõ ad omnia, propter multa. Matth. to. 3. 237. c. 3. k. c. 4. F. Et solum dedit potestatem supra dæmones, scilicet, ad effugandum eos, & non quamcũque potestatem supra dæmones. Matt. to. 3. 238. c. 1. D
Miracula fiebant ab Apostolis ad notificationem veritatis, & ad vtilitatem audientium. Matth. tom. 3. 237. c. 2. B
Nullum miraculum est faciendum, quando ex curiositate petitur. Matt. to. 3. 237. c. 3. G
Miraculosę curationes erant infiniti valoris. Matth. tom. 3. 239. c. 1. B
Nunquam Deus facit miracula, nisi quando humanitus fieri non potest, quod per miracula quæritur. Matth. tom. 3. 241. c. 2. B.
Apostoli inueniebant hospitium per miraculum. Matt. to. 3. 241. c. 3. G
Miraculum est necessarium ad probandum aliquem esse prophetam. Matt. to. 3. 278. c. 2. B
Quare Christus noluit miracula facere de cęlo, cum multa signa de cœlo facta fuerint in vete. testam. Matth. tom. 4. 29. c. 3. I. c. 4. F
Si miracula non suscipiantur cum veneratione, inutile est. Matt. to. 4. 28. c. 4. I
Miracula curationum, quæ faciebat Christus, ostendebant ipsum esse Messiam. Matt. to. 4. 24. c. 4. I
Referuntur miracula, quæ fecerunt in cœlo antiqui prophetæ. Matt. to. 4. 154. c. 1. D
Quomodo incredulitas nostra dicatur impedire diuina miracula. Mar. 6. cum dicitur, & nòn poterat virtutes multas agere propter incredulitatem eorũ. Matth. tom. 4. 70. c. 1. C
In miraculorum operatione dupliciter proficit fides. Matt. tom. 4. 70. c. 2. A
Deus interdum facit miracula ad vtilitatem, & interdum ad solam ostẽsionem gloriæ suæ, primo modo requiritur fides ad operationem miraculi: sed non secundo modo. Matt. to. 4. 70. c. 1. E. c. 2. A
Nobis inuitis Deus quandoque facit miracula. Matt. tom. 4. 70. c. 2. C
Potest teneri ꝙ Christus fecerit tria miracula saturationis ex panibus, & piscibus, duo, quæ narrãt Matthæus, Marcus, & Lucas. & tertium quod narrat Ioann. 6. cap. sed rationabilius dicitur, quòd fuerũt tantũ duo, & illud, quod refertur Ioan. 6. sit idem cum illo, quod refert Matthæus, c. 14. & Marcus. 9. vt probatur Matt. to. 4. 85. c. 1. E. c. 2. I
Miraculum, quod fecit Christus de qnque panibus, & duobus piscibus, de quo Matth. 14. Marci. 9. & Ioan. 6. vno ferè anno factum est ante Christi mortem, quasi in principio anni trigesimi secundi ætatis Christi, vt probatur Matth. to. 3. 85. c. 3. H
Miraculum ex quinque panibus &c. non fecit Christus ad Solis occasũ, vt dicit Nicolaus, sed post trãsitum meridiei. Nam Luc. 9. dicitur, ꝙ dies inceperat declinare, sed dies incipit declinare, qñ Sol incipit descendere a contactu circuli meridiani &c. Matt. tom. 4. 85. c. 4. H. Et Christus tenuit turbas sine cibo tanto tempore propter multa. Matthæ. tomo 4. 86. c. 3. I
Circa miraculũ de quinque panibus concordant tres Euangelistæ cum Ioanne. Matt. to. 4. 86. c. 3. F
Circa miraculum ex quinq; panibus hordeaceis concordatur Marcus, cap. 9. dicens, quòd turbę præuenerunt Iesum ad locum, ad quem ibat, cum Ioan. cap. 6. qui videtur innuere, ꝙ Iesus erat in terra, qñ uenerunt turbæ, quia dicitur subijt ergo Iesus in montem, & ibi sedebat cum discipulis suis, & sequitur cum subleuasset oculos, vidit ꝙ multitudo magna uenit ad eũ, & ita innuitur, ꝙ ipse priꝰ erat in loco, quàm turba. Matt. to. 4. 87. c. 4. F
Ad faciendum miraculum ex quinque panibus quæ fuit dominus opportunitatem loci, ac temporis ad ostendendum potentiam suam in saturatione turbarum, &c. Et ad ostendendum esse Deũ. matthę. to. 4. 89. c. 3. H. Et fuit conueniens causa faciendi, eo ꝙ erat defectꝰ ciborũ, nec erat cõpetens modus quærendi illos. matth. to. 1. 89. c. 4. F
In miraculis, quæ faciebant alij in nomine Christi, maior excellentia ostendebatur: quàm in illis, quę ipse

ipſe faciebat.Matt.to.5. 277.c.2.A
Circa miraculum ex quinque panibus, &c. concordantur cæteri Euangeliſtæ cum Ioanne, ꝙ cæteri dicunt, ꝙ locutus eſt Ieſus ad diſcipulos dicens, vnde haberent panes pro illa multitudine, & quòd ipſi dixerunt, quòd non haberent niſi quinque panes. Et Ioan.6. dicitur, ꝙ Andręas hoc dixit, ſcilicet, eſt puer vnus hic.Matt.to.4. 89.c.4.k.90.c.1.A
In miraculis duplici modo oſtendebat Chriſtus potentiam ſuam.Matt.to.4. 89.c.3.I
Circa miraculum ex quinque panibus concordantur etiam Euangeliſtæ: quia quidam exprimunt, quod alij non dixerunt. Et in his quæ omnes exſerunt, non eſt eadem ſententia. Matth.tomo 4. 90.c.1.D
Quod in miraculo ex quinque panibus diſcipuli ſolum duos piſces haberēt, fuit propter multa.Matthæ.tom.4. 91.c.1.E.c.2.A
In miraculo ex quinq; panibus non fuit vinum, cuius refertur ratio.Matt.to.4.92.c.1.A. Et fuit conueniens, ꝙ Chriſtus daret piſces, & non vinū propter multa. 92.c.2.A
Circa miraculum ex quinque panibus fit mentio de fęno, quod erat in loco, &c. propter multa. Primo ad oſtendendum locum conuenientem diſcumbendi. Secundò propter ſupplemētum apparatus menſæ. Tertiò propter reliquias ciborum.Matth. tom.4. 92.c.3.k
Chriſtus faciebat miracula propter doctrinā, vt crederentur, quæ ipſe prædicabat. Matthæ. tom. 4. 147.c.2.A
Miracula, quę Chriſtus faciebat ad oſtenſionē ſuę diuinitatis, ſemel illa faciebat.Mat.tom.4.249.c.3.K. col. 4.F
In miraculo ex quinq; panibus, &c. dī ꝙ Chriſtus acceptis panibus aſpexit in cęlum, quod fecit propter multa.Matt.to.4.92.c.4.k Et Chriſtus facturus miracula, aliqñ aſpiciebat in cęlum, & aliquando non, cuius aſſignatur ratio. Mat.to.4. 93.c.1.C.
Monachi quare habeant magnam tonsuram in capite. matth.to.1.
Monachis non repugnat litigare pro rebus monasterij, cum non habeant res proprias. Et hoc ex mandato prælati vel monasterij. matthæ. tom.5. 24.c.4.K

Monarchia. Principatus monarchiæ est simplicer melior omnibus,licèt per accidens sit periculosus, quia difficile est omnia vni committere, ex 3. Politi. Gene. 366.c.3.I
Monarchiam datam esse magis populo Romano, quàm alicui alteri populo orbis, fuit conueniens. Matt.to.6. 285.c.2.B
Principatus monarchichus approbatus est à Deo.Iosue to.1. 59.c.3.k

Monarcha. Inter monarcham,& regem, quid interest. Deuterono. 95.c.3.k

Moneta Moneta illa vocatur publica, quæ insignita est characẽre, quo moneta totius communitatis insignitur, & vocatur probata,ideſt,certi ponderis. Gen. 286.c.2.E
De moneta, quæ dicitur alba apud Hispanos, & de moneta etiam, quę apud eosdem dicebatur coronatus.vide ibidem in dictione coronatus.
Monetæ falsator grauiter punitur secundum leges humanas, inquãtum directè lędit totam rempu. matth.to.4. 132.c.1.E.c.2.A
Minima monetarum,apud Hebræos, erat obolus. Leuiti.353.c.1.D.Nu.to.1. 40.c.1.A
Ad principes vel ad solas comunitates, quæ non habent superiorem immediatum pertinet monetã cudere.matth.to.6. 24.c.3.G
Cui conueniat monetam cudere. vide in dictione, cudere.

Monimentum. Dicitur quasi mentẽ monens,& ob hoc libri historici dicuntur monimeuta maiorum. Exo.to.1 79.c.4.F,& 141.c.2.A

Monica. Quomodo intelligitur,quòd Monica mater August. eum nulla nocte desereret. matth.to,7. 271.c.2.D

Monitio. Sicut tollit errorem, vel ignorantiam negationis,ita tollit ignorantiam secundum actum, quæ est in quolibet malo, quia omnis malus est ignorans. Num.to.1. 226.c.4.G

Mons: Montes erant ante diluuium, nam Gen.7.dicitur, quòd aqua diluuij exceſſit montes altiſſimos terræ quindecim cubitis,& quòd arca ſedit in montibus Ararath, item quia ſine montibus non eſt terra multum fertilis, nec bonæ influentiæ.Gen. 6.c.3.F

De monte in quo diabolus tertio tẽtauit Chriſtum. matth.to.1. 237.c.4.I

Mons ille,in quo Chriſtus prædicauit,matth.tom.5. fuit mons Oliueti, vt quidam dicunt: ſed falſum eſt,vt probatur ſuper matt.tom.2.3.c.1.F. Dicendum, quòd ille mons eſt in Galilea non multum diſtans a Capharnaum,vt probatur ibid. matthæ. to.2. 3.c.1.G.c.2.A

Mons quidam tantum ſpatium reliquit ſtructoribus Eccleſiæ, quantum opus habuerant, & hoc præcibus Gregorij Neoceſarien.matth. tom. quinto. 150.c.3.H

Apoſtoli forte tranſtulerunt montes, licet non ſit ſcriptum,ſicut & multa alia geſta Chriſti. matth. tom.5. 150.c.3.F

Mons Olympus,qui eſt in Theſſalia, vel potius in Macedonia Græciæ, tam altus eſt, quod excedit nubes &c.Et hunc non cooperuiſſe aquas diluuij, dicunt quidam,ſed oppoſitum eſt verum. Genc. 42.c.4.G.& 87.c.1.D

Montes Hebal, & Garizim vnus mõs eſt, ſed dicuntur duo,quia habet duo capita,quorum vnum dicitur Hebal,& aliud Garizim.Gen. 67.c.1.E

In monte Moria ædificatum eſt templũ Hieruſalẽ, vbi volebat Abraham immolare filium ſuũ.Gen. 67.c.2.B,& 280.c.2.C

Mons Moria,& mons Sion eſt idem mons. 1.Paral. 250.c.4.K.& 251.c.1.A

Mons Athos Macedonię nubes excedit,& tantæ eſt altitudinis,vt vmbram protendat in Lemno octuaginta ſex millia paſſuum. Gen. 87.c.2.C

In cacumine montis Athos fuit oppidum nomine Acroton,in quo incolę illius in dimidio longiori vita viuebant, quam in alijs regionibus, & inde Græci appellauerunt Macrobios longęuos. Gen. 90.c.2.D

Verba,quæ dixit Dauid contra montes Gelboe, ſcilicet quòd neque ros,neq; pluuia deſcenderet ſuper eos, poteſt dici quod non fuit maledictio data,aut mutatio facta in eis,quia non dixit illa verba prophetice prænunciando id,quod Deus intẽderet,ſed vt ab oratore componente metricas lamentationes,vt patet lib.2.Reg.cap.primo. Gen. 214.c.4.F

Montibus Gelboe non euenere,quæ Dauid imprecatus eſt.Gen, 214.c.4.H

Montes Seir, de quibus Gene. 14. in montibus Seir &c. nominati ſunt ab Eſau.Gen. 249.c.4.H

Mons Abarim variis nominibus nuncupatur, nam aliquando vocatur mons Phaſga, & aliquando tranſitus Nebo.Num.tom.ſecundo. 45.c.4.K, & 95.c.1.C

Mouere montem non eſt de maximis miraculis,ſed de minimis,licèt vulgares putarent eſſe maximũ mircaulorum. matth.to.5. 248.c.2.A

De montibus dantur decimæ. matth.tom. ſexto. 217.c.1.C

In monte orate quid ſignificet. matth. to. quarto. 106.c.2.A

De ſitu montis Sion. matth.to.5. 249.c.2.A

Mons Hor,in quo mortuus, & ſepultus fuit Aaron, alio nomine dicitur Moſera.Deutero.10. Deute. 50.c.3.G

Mons Nebo eſt in terra duarum tribuum, & dimidiæ vltra Iordanem.Deuterono. vlti. 1. Paralipo. 79.c.1.E.c.2.A

Mons Galaad protenditur ab Oriente in Occidentẽ. Et medietas, quæ eſt ad partem Meridianam illius montis,data fuit tribui Rubem,& Gad.Et alia medietas Aquilonaris data eſt dimidiæ tribui Manaſſe. Deuterono.3. & Ioſue 13. primo Paralipo. 82.c.3.F

Mons Sinai,& Oreb idem ſunt. Exo. to.1. 148.c.4.F

Exo.to.2. 10.c.4.F

Quare Dominus vetuerit ne in montem Sinai aſcenderent Hebræi, imò quòd nec tangerent radices montis. Exo.18.Exo.to.1. 159.c.3.F

Quare Deus apparuit in monte Sinai in fumo, & igne obſcuro,& nube denſiſſima. Exod. tom. 1. 162.c.3.F

Iudæi appellabant montem Sinai, montem per excellentiam,quia ibi plura bona receperunt,quam in aliis locis,ſcilicet,legem, ſacrificia, ſacerdotiũ, tabernaculum. Et omnes cæremonias illius populi &c.vt patet a cap.19.Exod.vſque ad finem,& per totum librum Leuiti. & Num. Exod. tom.2. 5.c.2.B

In monte Sinai manſerunt Iſraelitæ anno integro demptis diebus decem. Leuit.5.c.4.H. Et receſſerunt inde die viceſima mẽſis ſecundi anni ab exitu de Aegypto. 6.c.4.H

In ſolo monte Sinai oblata ſunt ſacrificia in deſerto Num.to.1. 44.c.4.k.

De monte Ethna,& Vulcano in inſula Siciliæ.in Parado. 123.c.1.E

Mons Oliueti dictus eſt mons offenſionis propter templa idolorum, quæ ædificauit Salomon vxoribus ſuis in illo.3.Reg.98.c.4.I.Et manſerunt iſta templa toto tempore Salomonis, & Roboam filij ſui, & omnium regum Iuda vſque ad Ioſiam, qui deſtruxit illa. 4. Regum 23.3. Reg. 98.c.4.I

Mons Oliueti dicebatur ſic ab oliuis: quia erat plenus oliuis. Matt.to.5. 213.c.1.E

De ſitu montis Oliueti.Matt.to.5. 249.c.1.A

Mõs Oliueti diſtabat a Hieruſalem per mille paſſus, quod erat iter Sabbati. Actu.1.Et iſte mons erat contra Hieruſalem ad Orientem,in quo Salomõ fecerat templa idolis vxorum ſuarum. Et permanſerunt iſta templa vſque ad tempora Ioſiæ regis 4. Regum 23. ipſe enim deleuit illa: de monte iſto aſcendit Dominus in cęlum. Et in ſcripttura fit magna mentio de iſto monte,eo quod erat iuxta Hieruſalem. Et in iſto monte dicitur Deus aliqñ appariturus.Zacha. 14. Et vocatur mons Oliueti: quia abundabat oliuis.matth.to.5. 213.c.1.D

Monſtrum Monſtruoſum corpus monſtruoſam animam repræſentat,vt dicit Ariſto.in lib. de Phiſionomia in Paradoxo. 20.c.3.F

Monſtrum quoddam natum eſt in finibus Normãniæ, & Britaniæ, quod erat duæ fęminæ in dorſo coniunctę taliter quòd omnia ſuperiora vſque ad vmbilicum erant duplicia, & inferiora ſimplicia. Gen. 9.c.2.E

Omne, quod naturæ non conuenit, monſtruoſum eſt. matth.to.6. 119.c.1.D

Homines mõſtruoſi naſcuntur propter multa.Mat. to.5. 117.c.4.H

Monſtra ſolent eſſe præſagium alicuius magni mali de proximo futuri &c. In Paradoxo, 6.c.3.G

Fœtus monſtruoſi accipiunt monſtruoſitatem in vtero. Matt.to.6. 113.c.2.D

Mora. Cuilibet nociua eſt etiam ſecundum iura.Deute. 124.c.4.I

Mora aduentus Chtisti reddit quosdam ad malum procliues. Mat. to. 7. 11. c. 2. E

Mores. Nobilium magis noti sunt, quã mores ignobilium. Deut. 5. c. 3. k

In moribus, & legibus disputare non pertinet nisi ad viros peritos. Matt. to. 4. 121. c. 3. F

Circa mores, quã potestatem habeat Ecclesia. Mat. to. 5. 89. c. 1. B

Eruditio in moribus est multiplex. Iud. 171. c. 2. E

Morale. Moralis bonitas, vel malitia cõsistit in electione bona, vel mala, & ab hac habet bonitatem, vel malitiam exterior operatio. Gene. 26. c. 2. E

Moralis homo nihil in agendo moratur post quam consiliatus fuerit. ex. 6. Ethic. Gen. 261. c. 3. I

Pro materia morali ponuntur tres regulæ: Prima, ꝙ scire secundum habitum non tollit malam operationem: sed non stat scire secundum actum bene, & operari male secundum actum. &c. Secũda quòd in scientia morali sunt duæ propositiones, scilicet vniuersalis, & particularis: scientia actualis vniuersalis propositionis non tollit malam operationem: si tamen sciat secundum proportionem particularem rectam, tollitur mala operatio &c. Tertia est de modo habendi habitum: nam aliqui habent habitum impeditum, ita quòd secundum illum nullo modo possunt operari. Alij verò habent habitum expeditum, ita vt qñ velint, possint faciliter operari. Gen. 331. c. 2. C

Bonitas moralis actus, naturaliter pendet ex fine. Exo. to. 1. 182. c, 4. G

In moralibus non est necesse, quòd quando aliquis declinat ab vno actu, qui est secundum rectam rationẽ, ꝙ incidat in eum, qui est contra rectã rationem: quia sequi Christum in arctissima pauperta te bonum est, tamen non sequi Christum in paupertate non est contra rectam rationem, tenet tamen hoc in præceptis non tamen in consiliis &c. Exo. to. 1. 24. c, 3. I

In moralibus magis assentimus operi, quam voci. Exo. to. 1. 145. c. 4. F. 1. Reg. to. 2. 22. c. 1. A

In moralibus non ad res ipsas, sed ad electionem attendimus ex. 4. & 9. Ethic. Leui. 77. c. 2. E

Sicut in moralibus ponitur finis tãquam principiũ, & in speculatiuis propositiones tanquam prima principia. 7. Ethic. Sic etiam est in coordinatione præceptorum. Leui. 306. c. 2. D

In moralibus magis mouent facta, quam verba. 10. Ethicorum. Num. tom. primo. 138, c. 1. E. Mat. to. quarto. 79. c. 3. k

Moralis doctrina inanis est, nisi reducatur ad operari. ex. 2. Ethic. Deute. 32. c. 3. G

Morales actus accipiunt bonitatem, vel malitiam a principijs suis elicitiuis, quæ sunt tria, scilicet intellectus, appetitus, & sensus. ex. 6. Ethico. Sensus tamen non est proprie principium, sed magis est instrumentum actionis, quam principium. Deute. 167. c. 4. I

Moralis doctrina est infinita, quia nunquam aliquis peruenit ad finem eius, nec peruenire potest. 1. Paralipo. 5. B

In moralibus recta ratio est mensura. Matth. tom. 3. 64. c. 2. E

In morali doctrina ad distrahendnm aliquem a vitio, ad quod est multum inclinatus, regula est, ꝙ ille non reducat se in medium, sed ad extremum oppositum, & deinde paulatim reducetur in medium, exemplo illius, qui virgam tortuosam reducere vult ad rectitudinem. 2. Ethic. cap. 9. Matt. to. 3. 102. c. 3. H

In omni morali actu, vel spirituali, qui ex parte recipientis idoneitatem requirit, duo requiruntur, scilicet iudicium, & executio. Matt. to. 4. 173. c. 3. K

Morale documentum est, quod homo debet semp cõmendare se ipsum Deo, & petere a Deo, vt dirigat illum in viam suam, & facto hoc potest incipere laborare ad habenda temporalia. Matt. tom. 3. 109. c. 3 F

Morale documentum est, ꝙ homo ex parte sua secundũ prudẽtiam humanam debet facere quod in ipso est, aliàs tentaret Deum, si totam curam relinqueret Deo, secus tamẽ si homini iussum esset ꝙ totam curam relinqueret Deo. Matth. tom. 1. 130. c. 4. K. & 131. c. 1. A

In moralibus plus mouent facta, quã verba, vnde si quis contra doctrinam suã agat, etiam si videatur excellens, & vera, contemnitur, vt Aristo. dicit de Eudocho philosopho. 10. Ethic. Mat. to. 1. 196. c. 4. G, & 79. c. 3. k

In moralibus aliquid fecit Christus, quod partim pertinet ad instructionem, & partim ad potestatis ostensionẽ. Mat. to. 1. 220. c. 1. D

Actus in moralibus potest esse idem in diuersis speciebus moris. Mat. to. 5. 18. c. 4. G

Circa moralia triplex est genus doctorum, quidam, qui male viuunt, & male docent in lege, vt hæretici. Alij, qui bene viuũt, & bene docent. Alij, qui bene docent, & male viuunt, de quibus Matth. 5. qui ergo soluerit vnum de mãdatis istis minimis. Matt. to. 2. 81. c. 2. E

Habitus in moralibus interdũ specificatur ex obiecto, & interdum ex fine. Matt. to. 5. 18. c. 4. F

In maralibus non inuenitur ita perfecta ratio generis, & speciei, sicut in naturalibus, & ideo cõtingit quòd actus existens sub vna specie perfectiore alia, sit minus perfectus, quã sit actus alterius speciei minus perfectę, & econtra: quia imperfectio & perfectio in moralibus non solum accipiuntur a natura speciei, sed etiã a circunstantijs, quæ sunt extra naturam rei. Matt. to. 2. 224. c. 4. I

In moralibus valde mouent facta. Matt. tom. quarto. 126. c, 2. C

In moralibus aliquando fit specificatio ex obiecto, vel materia, & aliquando ex fine. primum est in habitibus elicitiuis, secundum in habitibus imperatiuis. Et contingit interdum, quòd idem actus determinetur ad diuersas species ex vtraque parte, & hoc qñ actus est a duobus habitibus, ab vno elicitiue, & ab alio imperatiue: vt qñ quis fornicatur ꝑꝑ lucrum, nã est in specie luxuriæ ex obiecto, & in specie auaritiæ ex fine. Et tamen non sunt ibi duo peccata: sed vnum, in naturalibus vero non potest inueniri vnum indiuiduum duarũ specierum: quia naturalia habent vnum modum determinatum essendi. Matt. to. 5. 18. c. 4. F

In moralibus actionibus finis debet esse notissimus. Matt. to. 4. 205. c. 1. A

Circa quamlibet operationem moralem completã sunt quatuor actus, primo est actus elicitus prudẽtiæ. secundo actus elicitus virtutis moralis. tertio est actus prudentiæ directiuus, siue per quem prudentia dirigit in exteriorẽ actũ. quarto ponitur ipsa assecutio, vel actus exterior, cũ quo est directio prudentiæ, & hoc est verum quando est perfecta actio moralis, i. qñ peruenit ad exteriorẽ executionẽ. Et probat exẽplo. Mat. to. 5. 40. c. 1. B. Et ĩ admonitione fraterna sunt isti quatuor actus. 40. c. 1. D

Moralia præcepta, quæ dicantur. Matth. tom. sexto. 126. c. 3. K. c. 4. F

Non omnia moralia præcepta ponuntur in Decalogo,

go,licèt aliquo modo reducantur ad Decalogum. Matt.tom.6. 127.c.1.C
Moralia præcepta tot ſunt, quot inueniuntur de dictamine rationis.Mat.to 6. 127.c.1.D
In moralibus menſura accipitur ex fine in omnibus appetibilibus,& agibilibus,ideſt per primum finē iudicatur quantum de eis accipere oporteat.Mat. to.6. 134.c.2.A
Circa quamlibet operationem moralem completā ſunt quatuor actus. Mat.to.5. 40.c.1.B
Omnis operatio moralis eſt ad finem boni. Matth. to.5. 47.c.2.E
Medium in moralibus eſt ſm rationem, & non ſecū dum quantitatem.Mat.to.7. 22.c.1.A
Ratio de moralibus, cui non fuerit adiuncta aliqua experientia,cito deficit.Mat.to.7. 192.c.4.H
In moralibus medium debet accipi ſecundum ratio nem,& non ſecundum quantitatem. Mat.tom.7. 22.c.1.A.Et accipitur medium ſecūdum proportionem circunſtantiarum ad rationem rectam. Mat.to.7. 23.c.3.G

Moralitas. Refertur moralitas, ſeu tropologia belli Saulis contra Naas. 1.Reg.to.1. 191.c.3.k
Refertur moralitas illius 4.Reg.3.de illuſione Heliſei a pueris. 4.Reg. 21.c.1.E.c.2.A

Morapetinus Morbꝰ. Morapetinꝰ mo neta Caſtellę tempore Autoris valebat duas albas & vna alba tres coronatos.Gen. 286.c.1.A
Morbus,qui a medicis dicitur amor hereos, difficilis eſt curationis : quia eſt paſſio multum ſpiritualis. Matt.to.7. 18.c.4.K
De morbis contagioſis, qui per contactum in alios tranſeunt. In Parad. 55.c.3.H
Morbi per contraria ſanantur.Gen. 403.c.2.D

Mordax. De mordacibus. ſuper Leuitic. 184.c.4.k

Moria mons. In monte Moria ædificatum eſt templum Domini in Ieruſalem,vbi volebat Abraham immolare filium.Gen. 67.c.4.G.& 87.c.1.D
Moria mons,& mons Sion idem ſunt.1.Paralipom. 250.c,4.k,& 251.c.1.A
Moria apud Hebr. eſt nomen appellatiuum ſignificans viſionem : & vocatur mons viſionis,a quodā euentu,quia.ſ.Deus vidit ibi deuotionem Abrahæ volentis ibi immolare filium ſuum Iſaac ad p̄ ceptum eius,& prouidit ei dando arietem, quem immolaret &c.Gen.22. Et ibi templum conſtructum eſt poſtea.2.Paralip. 40.c.1.B
De monte Moria. vide etiam in dictione Mons.

Mori. Sunt inſulæ quædam,in quibus nō moriuntur homines, vt Hibernia. Gen. 13.c.1.C.& 24.c.2.B.& 90.c.2.A
Homini inflictum eſt, vt moreretur. Matt.to.ſexto. 89.c.1.E
Omnes homines quantumcunq; boni ſint, deſiderant mori in terra ſua. Et cum ægrotant, vellent eſſe in terra ſua:quia vigoroſior pietas eſt inter cognatos, quam inter extraneos &c. Gen.386.c.2.B
Morienti Chriſto elementa compatiebantur. Matt. to.6. 300.c.2.D
Determinatum eſt,vt propter peccatum homo moreretur.Mat.to.7. 140.c.3.H
Morientibus claudebantur oculi olim ab illis, quos moriēs magis diligebat,dum viueret. Et hæc erat conſuetudo apud antiquos.Cen. 386.c.2.C
Mori in bello reputat maximum vitiū vulgus. Matt. to.7. 177.c.3.H
Moriendum dixit Ariſto. pro ſua cuſtodia honeſta, vt patet ex 3.Ethico. nihil de Deo cogitans.Exod. to.1. 260.c.3.I
Quidam morientes ſtatim deducūtur in infernum. Mat.to.7. 267.c.3 I
Quando aliquis Iudæorū moritur in domo aliqua, Iudæi effundunt totam aquam,quæ eſt in domo, quidam exiſtimantes,quòd aqua eſſet immunda, ex eo quod aliquis ibidem mortuus eſſet. Aliqui vero arbitrabantur,ꝙ anima lauaret ſe in aqua.Et ex hoc fieret munda.Leui. 137.c.4.I
Voluntas morientis figitur in eo,quo deceſſit.Matt. to.7. 185.c.1.D
Quare naturalius ſit hominem mori in ſenectute, quam in pueritia.4.Reg. 51.c.3.K
Potius debet quis mori,quam ex mādato regis, vel alterius aliquod iniuſtum facere.4.Regū. 5.c.1.B

Mors. Stricte ſumendo eſt corruptio, & eſt terminus vitæ,& non eſt motus: ſed mutatio,& eſt terminus cuiuſdam motus alterationis,qua quis diſponitur contraria diſpoſitione ad vitam.Gen. 226.c.1.A
Mors quid ſit.Gen. 226.c.1,A
Quod mors prædiceretur ipſis primis parentibus in datione præcepti, & nō aliæ pęnalitates,quas poſt peccatum Deus prænunciauit, fuerunt tres rationes,de quibus Gen. 226.c.3.H
Mors in maledictione viri non ponitur,vt pars male dictionis : ſed vt quoddam præſuppoſitum. Gen. 244.c.1.B
Mors quare ſit horribilis hominibus malis, & viris ſanctis valde amabilis .Exo.to.1. 87.c.3.K
Qui mortem patris nō luget,nec dolet,peccat.Leu. 87.c.1.A
Mors venit rebus animatis propterea, quia incipiūt deficere aliquæ diſpoſitiones, quas exigit anima ad ſui exiſtere. Leui. 175.c.3 I
Mortem petere a Deo ſtat dupliciter, vno modo vt cum ipſo gaudeamus,& ſic non eſt inconueniēs. Sic enim petiit Apoſtolus ad Colo. 2. cum dicit: Cupio diſſolui,& eſſe cum Domino. nec tamen inſiſtēdum eſt huic orationi determinate,vt omni modo velimus migrare: ſed cum conditione, ſcilicet ſi Deo placuerit. Nu.to.4. 136.c.1.D. Alio modo quando quis deſiderat mortē, vt liberetur ab aliquo malo præſenti, & hoc dupliciter, vno modo,quod eſt peccatum,&ſic ſi abſolute petat, & non conditionaliter non licet.Num.to.primo. 136.c.2.E. Alio modo poteſt quis petere mortē, vt liberetur a ſolis laboribus, & incōmodis huius vitæ. Et ſic nūquam licet petere,imò grauiter peccat,qui ſic petit.Nu.to.1. 136.c.3.I
In omnibus, in quibus infligitur mors occiſori. Nu. 35.præſupponendum eſt, quòd aut occiſus mortuus eſt ex pcuſſione illa,& breuiter,vel mortuus eſt poſt multos dies, & nunquam conualuit, aut conualuit, & poſtea mortuus eſt.Si primo, & ſecundo modis occiſor reus erat mortis. Sed ſi tertio modo, non, ſed reſtituebat expenſas in medicos &c.& opera perdita.Num.to.2. 196,c.1.C
Qui intulit mortē alicui,& cōdemnatus eſſet per iudices,talis in vet.teſt.tradebatur occidēdus cōſanguineis mortui. Nu.to.2.190.c.1.E.Similiter conſanguineus occiſi poterat occiſorē interſicere, ēt ſi per ſententiā non damnaretur, vbicunq; illum reperiſſet extra vrbem refugij,quòd ſi ille occiſor conſanguineum occiſi ab eo, occidiſſet defendēs ſe moderate,non tenebatur de occiſo,nec de vulnerato : quia illud fecit ob tutelam corporis ſui, q̄ ſibi commiſſa eſt.Nu.to.2. 196.c.2.A

Quæ circa mortem dicuntur a magnis viris, magna memoria retinentur. Deut. 4.c.2.A
Mors triplex est. s. corporalis, spiritualis, & æterna: mortem spiritualem solus peccator causat Deo nihil agente. Et ista mors, nec mors Gehennæ nō infligitur a Deo aliquibus propter peccata suorū parentum: sed morte corporali aliqñ Deus punit aliquos propter peccata sua, & aliqñ propter peccata parentum. Nec istud videatur inconueniens, quia quicunq; quātumcunque iustus debitor est mortis Deo ꝓp peccatum originale. Et istā mortem filiorum pro peccatis parentum multoties Deus exercuit. Deut. 130.c.1.B. Sed istam mortē filiorum pro peccatis parentum suorum non possunt iudices inferre, quamuis aliqui dicant oppositum, sed probatur. Deut. 130.c.2.C
Nulla mors iustius infligitur, quam patriæ proditoribus. Iosue. to.1. 42.c.4.K
Ferocius genus mortis est exustio. Iosue to. primo. 115.c.4.K
Fugiens mortem iniustam, aliquando grauiter peccat. Iosue to.2 9.c.2.B
Ea, quæ quis agit in limine mortis, multum memoriæ commendantur. Iosuæ tom.2. 172.c.1.D.& 176.c.4.I
Per mortem extinguntur actiones personales puræ, quæ competunt contra defunctum, vnde si poterat agi de crimine contra defunctum, & moriatur, atqae resurgat, non poterit iam contra eū agi de crimine, quia crimina morte extinguuntur. 1. Reg. to.1. 104.c.1.D
Quod quis sustineat mortem, peccatum nullū est, sed interdum est meritum, quòd tamen illam desideret, peccatum est. Reg. to.2. 74.c.2.A
Si quis morte dignus est, & petat occidi ab eo, qui iudex est, peccat, etiam dato quòd iudex eum esset aliàs occisurus. 1. Reg. to.2. 74.c.2.C
Nulli licitum est vt directè sit causa mortis suæ &c. 1. Reg. to.2. 74.c.2.D
Nemo debet præstare alteri occasionem ad mortē, vt ipse non moriatur. 1. Reg. to.2. 107.c.1.E
Qui potest alterum a morte eruere, cùm iniuste patitur, & non eruit, ipse est reus mortis. 1. Reg. to.2. 108. c.1.D
Dies mortis accipitur tripliciter, vno modo pro die, quo quis moritur. Alio modo pro die, quo Deus præsciuit illum moriturū. Tertiò modo pro die, quo finitur periodos eius, 1. Reg. to.2. 126.c.1.B
Mors violenta non datur tanquam pœna primi peccati: sed tanquam pœna peccatorum nostrorum specialium, & ideo sic morientes dicitur Deus occidere 1. Reg. to.2. 126.c.2.E
Licitum est gaudere de morte, vel occisione malorum, non quatenus illi pereunt, sed quia iustæ leges habent executionem. 1. Reg. tom. secundo. 141.c.2.C
Stoici dixerunt optimam esse mortem, quam quis sibi infert. sed male dixerunt. 2. Reg. 111.c.1.D
Morte calamitosa consumpti sunt omnes homines, qui excelluerunt in aliquibus maximis perfectionibus, quas communis opinio vocat fœlicitatem, vt Deus ostenderet fœlicitatem nostram non cōsistere in aliquo de bonis, quibus in præsenti fruimur. 2. Reg. 111.c.3.G
Non licèt alicui morti se exponere pro quacunque etiam amico, qui occidendus est pro crimine, vel alia causa. 2. Reg. 120.c.4.H
Non licèt alicui morti se exponere absolute ꝓ alio, vel se exponere solum ne alius moriatur. Licitū est tamen, ꝙ aliquis se exponat in dubio ad mortē pro alio, s. vt defendat eum, vel interdum, vt adiuuet contra hostem. 2. Reg. 120.c.4.G
Mortem nemo debet desiderare absolute, potest tamē aliquis desiderare mortem propter aliquam causam conuenientem, s. propter laudem Dei. 2. Reg. 173.c.1.D
Mortem suam minus tenetur aliquis velle quā mortem alterius, cæteris paribus. 2. Reg. 173.c.2.A
Mortem non esse in instanti credunt vulgares aberrantes. 2. Reg. 4.c.2.B
Crimina extinguūtur morte secundum iura quantū ad personam peccantis. Mat. to.5. 53.c.2.E
Quando debeant Christiani fugere mortem, & quādo non. Mat. to.5. 186.c.2.A
Quilibet homo debitor est mortis Deo. matt. to. 6. 6.c.2.C
Christus ter se liberauit a morte. Matt. tom. quinto. 228.c.2.C
Mors est vltimum malorum in hoc seculo. Matthæ. to.6. 1.c.4.H
Propter quid fuit mors. Matt. to.6. 115.c.2.D
Mors cuiuslibet hominis est aduentus Christi. Matt. to.6. 321.c.1.A
Mors dicitur fur, quia furtim venit. Matth. to. sexto. 321.c.4.F
Mors in die iudicij erit omnibus viuentibus subitanea. Matt. to.6. 331.c.1.B
Mors non est in potestate hominis, sed Dei. Matth. to.7. 35.c.4.k
Mors est incerta quo ad tempus. Matth. to. septimo. 87.c.3.G
De bonis, & malis, quæ accidunt hominibus post mortem, propter bona, vel mala nepotum, secundum Aristotelem. Mat. to.7. 113.c.4.H
Quo modo mors sit malorum vltimum. Matt. to.7. 147.c.2.D
In morte cuiusque adest Christus. Matt. to. septimo. 279.c.4.F
Post mortem non datur gratia. Mat. to.7
Mors Pilati refertur. Mat. to.6. 271.c.1.B
Post mortem non potest quis accusari, nisi in tribus casibus. 3. Reg. 12.c.2.D
Mors impij sacrificium Dei est. 3. Reg. 26.c.1.C
Mortem expectare nō est peccatum in quibusdam: bene tamen ire ad mortem. 3. Reg. 121.c.2.A
Mors naturalis non datur homini nisi in pœnam peccati originalis. Et ideo oportet, ꝙ omnes descendentes ab Adam moriantur, imò vt proprie dicamus, mors non est pœna pro peccato originali: sed pro deriuatione ab Adam: siue contrahamus peccatum originale per illam deriuationem, siue nō: quia tunc qui non contraxerunt peccatum originale, non obligarentur ad mortem, vt B. Virgo, & Christus. 3. Reg. 152.c.2.C
In articulo mortis potius debet homo enarrare bona, quæ egit, quam alio tempore. tertio Regum. 167.c.3.I
Mortem petere absolute, etiam vt morte fruamur Deo, peccatum est, secus tamen, si cū conditione, scilicet si vita nostra non sit vtilis Ecclesiæ Dei, vt patet de Paulo, & de beato Martino, aut si viuens potius seruiat Deo. 3. Reg. 175.c.3.H
Mortem desiderare ad vitandum peccata, vt scilicet, Deus non offendatur pluries, licèt hoc desiderium sit secundum se bonum; non tamen sic est petenda mors absolute: sed sub disiunctione, scilicet quòd aut Deus det illi constantiam in bono opere, aut tollat eum de mundo, ne vltra peccet. & tunc iusta est petitio, dum tamen non fiat cū quodam mō desperationis gratiæ habēdę.

Si autē quis desideret mori propter aduersitates, quas patitur, vt illas effugiat, credens ꝙ in alio seculo nihil horum patietur, peccat: quia incidit in vitium timiditatis. Reg. 175.c.4.H
Mortem desiderare ex zelo Dei: quia videmus mala multa super terram, potissime contra cultum Dei, non potentes illa tolerare, bonum est, vt patet de Mathatia patre Machabæorum. 1. Machab. 2. s. væ mihi, &c. & de Helia. 3. Reg. 19. 3. Regū. 176.c.1.C
Mors quomodo data sit hominibus in pœnam, cum aliàs esset illis naturalis. 4. Reg. 5.c.2.E
Mortem desiderare solū duobus modis licet. 4. Reg. 73.c.1.A
Morti tenetur homo se subiicere sponte quando fides, vel gloria nominis Dei periclitatur. 4. Regū. 73.c.1.D
Licèt in morte regulariter extinguantur delicta. Sūt tamen aliqua, quæ in morte nō extinguūtur. Sed post mortē proceditur ad punitionē eorū, quantū mō humano puniri possunt: vt si fuerit hæreticus, vel hæreticos instituerit hære. 4. Re. 236.c.3.C
Multiplici morte solet Deꝰ homines interimere, excepta morte naturali. 1. Paralip. 151.c.1.C
Mors, quæ data est populo propter peccatum Dauid in numeratione populi, non fuit propter aliquam aeris corruptionem &c. sed Angelus Domini quē libet particulariter percuiebat, & moriebatur, & potuit fieri percussio per appositionē alicuius valde pestiferi ad cor. Et sic fuit in pcussione primogenitorum Aegypti, & in percussione exercitus Senacherib. 4. Reg. 29. & Esai. 27. 1. Paralip. 243.c.4.F. Et ista mors, vt aliqui dicunt, non durauit per vnum diem, & est communis positio. 244.c.1.A. tamen videtur dicendum, quòd durauerit per tres dies, vt probatur ibi. 244.c.1.B
Nemini inferebatur mors apud Iudæos pro simplici furto: sed tenebatur ad restitutionem, vel vt vēderetur, si non posset restituere, vt colligitur Exo. 22. 1. Reg. to. 1. 194.c.1.B. 4. Reg. 31.c.4.F
Mortem desiderare absolute peccatum est, sed desiderare sub aliqua conditione, si iusta est, non est peccatum. 1. Paralip. 249.c.2.E.
Mors quare dicatur sopor. 2. Paralip. 168.c.1.E
De quatuor generibus mortis. s. mortis naturæ, culpæ, & gehennæ, & ciuilis. Matth. to. 1. 29.c.3.K. 30.c.1.A. A quibus liberamur per Euangelium indicatiue. 30.c.2.D
Mors spiritualis vnde causetur. Mat. to. 5. 23.c.2.D
Mortē corporalem potest aliquis desiderare alicui, & diligere eum ex charitate. matt. to. 2. 86.c.3.I
Homo refugit mortem: quia iudicat bonum esse viuere, & mortem esse malam. Matt. tom. quarto. 194.c.4.I
Quod post mortem alicuius possint illi accidere bona, vel mala realiter, non ausus est asserere Aristo. Matt. to. 2. 239.c.2.E.c.3.F
Dies mortis cuiuslibet est dies iudicij eius. Mat. to. 3. 247.c.1.A
Mortem non debet quis appetere, nec sustinere inutiliter. Matt. to. 3. 252.c.2.C
Deus interdum permittit viros bonos humili morte, & sæuis cruciatibus occidi. Mat. to. 4. 79.c.3.G
Inter mortem timere, & mortem cauere quid interfit. Matt. to. 4. 81.c.3.F
In morte quomodo extinguantur crimina. Matth. to: 5. 54.c.1.E.c.2.A
Mortis periculosis præferendum est bonum rationis. Matt. to. 5. 7.c.1.B
Ignorantia temporis mortis est nobis vtilis. Matt. to. 6. 321.c.4.I
Qui mortem sibi iussu Dei infert, non est dicendus homicida: sed in hoc valde meretur, vt patet de Christo Domino nostro, & Samsone. In Parad. 47.c.1.C

Mors Christi.

Mortem Christi plangimus quolibet anno in die Crucis; eo quod dolor iste non tantum agitur, vt ostendamus mortem Christi fuisse nobis contra voluntatem: nam potius gaudemus de morte eius, cum per eam simus redempti: sed dolemus compatientes, vt mereamur dolendo. Iud. 120.c.1.C
Turpissimum genus mortis passus est Christus. Mat. to. 4. 79.c.2.E
Mors Christi dedit exordium nouo testamento, & vigorem omnibus sacramentis eius. 2. Paralipo. 78.c.1.C
In morte Christi posita fuit omnium hominum salus. Matt. to. 5. 184.c.2.E
Per solam mortem Christi appropinquauit nobis regnum cęlorum, vt probatur Mat. to. 1. 260.c.4.H
In morte Christi culpabilior fuit tribus Leui, quam cæteræ tribus. Matt. to. 5. 164.c.4.H
A morte Christi vsque ad tempus, quo Abulensis scribebat septimum tomum super Matt. fluxerūt anni mille quadringenti, & ferè viginti. Matth. to. 7. 88.c.2.D
Christus dixit mortem suam, & resurrectionē suam discipulis suis secrete propter multa. Matt. tom. 5. 184.c.2.B
Mors Christi non fuit ad aliud, nisi vt nos per mortē suā a mortis debito solueremur, & in virtute eius oīa nobis crimina tollerentur. In Defen. 2.c.1.A
Quod multis vicibus Christus mortem suā pnuncia ret, fuit conueniens. Matt. to. 5. 185.c.2.D
Per mortem Christi congregata est tota Ecclesia credentium, quæ nunc est, Mat. to. 6. 254.c.2.B
De tempore mortis Christi licet in sacra scriptura non appareat expresse determinatum tēpus mortis. s. quo anno ætatis suæ mortuus fuerit, dicendū ꝙ mortuus fuit anno. 33. ætatis eius inchoato, de quo solū transierunt tres menses, & aliquot dies, sicut probari pōt tripliciter. s. historice, legaliter, & astrologice, de historica pbatione. In Def. 17.c.2, C. Et de secunda probatione, ibi. 17.c.3.K, de tertia probatione. ibid. 18.c.4.H. Et ad istam tertiam probationem. s. Astrologicam, debent præsuponi quædā fundamēta legis diuinæ. Primū, ꝙ Christus mortuus fuerit die Veneris. Secundū ꝙ mortuus fuit 15. luna primi mensis Iudæorū &c. Tertiū, ꝙ Christus mortuus est inter annum trigesimū suæ ætatis, & annum quinquagesimum sequentem. Quartum, quod iste primus mensis, in quo Christus mortuus est, erat illa lunatio, cuiꝰ principiū magis propinquū erat æquinoctio vernali, qđ est in capite arietis. De tribus primis fundamentis. Defen. vbi sup. Et de 4. ibi. 19.c.1.E. Quibus præsuppositis dicendum primò, ꝙ Christus non potuit mori anno trigesimo primo suæ ætatis, nec trigesimo secundo, neq; trigesimo quarto. Et sic consequenter, vt probat in Defen. 20.c.1.B. Dicendum ergo, ꝙ Christus mortuus est anno trigesimo secundo ætatis suæ finito, & diebus centū & vno, anni trigesimi tertij. s. die tertia Apri. & eadē dies fuit luna 15. & vera oppositio solis, & lunæ decē horis, & dimidia ante meridiē illius diei. Et secundum meridianum vrbis Rome, octo horis, & aliqua particula parua. Et secundum meridianum Ierusalem septem horis, & dimidia ante meridiem

meridiem. Eratq; tunc sol in gradibus vndecim Arietis,& Luna in libra gradu vndecimo, & fere eodem minuto, quo Sol &c. Ex quo patet quòd Christus non anticipauit festum parchale,vt Græci dicũt. sed comedit &c. Luna quarta decima, vt alij Iudæi. in Defen. 20.c.3.I

Christus poterat mortem suam euitare, si voluisset. matt.to.5. 186.c.4.G

Tenentes mortem Christi fuisse die Annũciationis, idest quarto Cal.Aprilis.Sequuti sunt August.dicentem hoc. Sed causa erroris istorum fuit: quia prima facie ista conclusio Augu.videtur pure historica. In Defenso.24.c.2.A. Sed quare veritas de die mortis Christi manserit incognita antiquis tẽporibus. 24.c.2.E.c.3.F

De die mortis Christi,quòd fuerit 8. Calen. Aprilis Ecclesia nõ determinauit, vt probatur in Defens. 40.c.2.B. Nec istud tenet Ecclesia vniuersalis, nec obseruat.Et ad dictum Aug.ꝙ patrum traditio,& Ecclesię autoritas hoc tenet,dicendũ,ꝙ veritas est hæc,ꝙ tpe suo plures de doctoribus,& patrib⁹ Ecclesiæ hoc tenebant. Hodie tamen nõ tenent hoc omnes Ecclesiæ, cum quotidie multi circa hoc dubitent,& affectuose quærãt in quo die,& cuius mensisChristus fuerit mortuus,quod tamen non licuisset dubitare,si Ecclesia vniuersalis hoc teneret. in Defens. 40.c.4.G

Christi mortis,& passionis principium,quantum ad effectum,fuit quod Iudas venderet ipsum.matth. to.5. 187.c.3.G

Post Christi mortem nulla fuit facta emendatio,vel correctio in computatione temporum secundũ Latinos: sed prius factæ sunt emendationes quædam apud Latinos. Nam quondam apud Latiuos antiquissimos, & rudes homines,non erant in anno nisi decem menses, & incipiebatur à Martio, & finiebatur in Decembri. Et ista cõputatio inepta, & inconuenientibus plena durauit apud Latinos vsque ad Romuli tempora. In Def. 49.c.1.A Sed Numa Pompilius addidit,prędictis decẽ mensibus alios duos.s.Ianuarium,& Februar. sed quia isti menses erant lunares, fuit computatio defectuosa.Et ideo per Latinos facta est alia computatio duodecim mensium solarium.Et hanc computationẽ obseruant Persi,& Aegyptij &c.Sed tunc non erant bisextiles. Et durauit hæc computatio vsque ad tempora Iulij Cesaris, & Octauiani: sed quia illa cõputatio erat etiam defectuosa, quasi sicut computando per menses lunares, vt probatur in Defen.53.c.2.A. Ideo Octauianus addidit quartam bissextilem,& in quarto quoque anno addebatur vnus dies. Et iste dies non ponebatur in principio anni, nec in fine, sed in mense Februario. Et hæc dies nuncupatur dies interposita, vel intercalaris,quæ vocatur bissextus,vel bissextilis: qa in anno 4. in quo restaurabantur quatuor quartę omissæ, non scribebantur ter centum sexaginta sex dies de anno:sed in illo anno vigesima quarta dies Februarij computabatur bis.s.6.Calẽ.Martij, & ideo ille dies bisextus dicitur.i.bis computatus ille sextus dies Cal.Martij. In Def. 53.c.3.k. c,4.F

Multi Iudæi non consenserunt morti Christi. Matt. to.5. 240.c.2.E

De Christi morte. In Paradox. 47.c.3.G

Mors Christi fuit ad salutem nostrã necessaria.Matt. to.6. 244.c.1.B

Mortale. Non est de essentia hominis, nec differentia eius,ponitur tamen in definitione hominis,vt ait Anselmus ex errore philosophorum. matth.to.4. 236.c.2.D

Morticinum. In sacris litteris aliquãdo significat per se mortuum.Leui.11.& 17. Aliquando capitur pro occiso gladio.Psal.78.posuerunt morticina seruorum tuorũ æscas volatilibus.Leui. 176.c.4.G.240.c.1.B

Mortificatum. Bona mortificata nota erunt in die iudicij. matth.to.7. 105.c.3.H

Mortuus. Inter mortuum,& morticinum quid interfit, Leui.100.c.3.F. & 102.c.4.H

Quomodo licitum sit pro mortuis lugere. Leuitic. 86.c.2.B

Mortuos lugere nimis militat contra resurrectionẽ. Leui.200.c.1.A,& 217.c.3.K.& c.4.F

Super mortuo quibus modis poterat aliquis cõtaminari in lege vete.à quibus sacerdotes minores debebant esse immunes,exceptis sex conditionibus mortuorum,scilicet patre,matre,filio,filia,fratre, sorore virgine. Sacerdos tamen maximus ab omnibus debebat esse immunis.Leu.217.c.2.B.Quorum assignatur triplex causa.ibid.217.c.3.H. Quæ causæ non subsistunt in sex conditionibus prædictorum mortuorum.Leui. 218.c.1.A

Mortuos lugebant Aegyptij per dies quadraginta, & ſm alios per septuaginta.Leui. 217.c.4.G

Pollui super mortuo nullum erat peccatum,imò interdum erat meritum,vt patet de Thobia, sed ista pollutio solum prohibebat,ne quis sic pollutus accederet ad res sanctas,nec erat contra præceptum Dei,quia non reperitur prohibitum nisi solis sacerdotibus,& dato quod vitaretur, non sequebatur peccatum in tali contaminatione, sed solum irregularitas quædam corporalis prohibens accessum ad res sacras,& Num.19.non agitur de contaminatione super mortuo prohibendo,sed dicitur quomodo aliquis sit immundus sup mortuo, & qũo expiandus sit. Leui. 218.c.1.E

Circa mortui contactum, assignatur multiplex distinctio.Leu.237.c.2.D. Et qui tangebat cadauer hominis &c. debebat esse extra castra per septem dies.i.vsque ad occasum septimæ diei, & lotis vestimentis,& corpore &cæt. fiebat mundus. Leui. 238.c.1.A

Qui mortuus est, & qui nunquam fuit pro eodem habetur secundum iura, vt patet extra de regulis iuris cap.3.nam & ego.Leu. 243.c.3.H

Non iudicatur mortuus,qui filium reliquit,iuxta illud Eccle.30. Mortuus est,& non est mortuus pater eius,reliquit enim filium similem sibi. Leuit. 244.c.1.D

Mortuos suscitari non contrauenit philosophiæ naturali. Gen. 12.c.2.D

Primi parentes nõ fuerũt mortui statim vt peccauerunt,primò quia esset directè cõtra intentionem Dei. Secundò, quià habuerunt aliqualẽ excusationem in peccato, iõ debuerũt habere alleuiationẽ in pęna &c. & dilationem pęnæ. Et hoc pertinebat ad Deum propter duo. Primò propter facilitatem eorum ad peccãdum &c. Secundò,quia ipse permiserat eos tentari ad extra.Gen. 224.c.4.G

Aĩabus mortuorũ non beatis obsunt infortunia tuorum in hac vita existentium,si illis constet.Exod. to.1. 167.c.2.C

Beneficiati tenentur de lege naturæ quodammodo & diuina orare pro mortuis.Exo.to.2. 70.c.1.A

Recipiens stipendia de mortuorum bonis,& pro eis non orãs, magis peccat,quàm recipiens stipendia de bonis viuorum,pro quibus non orat.Exo.to.2. 70.c.1.C

Mortuorum corpora in Eccleſiis ſepellire non incõ uenit,imò magna videtur eſſe vtilitas. Num.to.1. 272.c.1.A
Corpus mortuum non eſt idem, quod erat viuum, licèt ab aliquibus vocẽt idem ab identitate ſymbolorum,ſed non bene dicunt,vt probatur.Deu. 148.c.3.F
Hominibus recenter mortuis obſtruuntur foramina inferiora a viuis,alioquim ſtercora prorumperent prius quàm ſepelirentur. Iudi. 32.c.4.I
Plorans ſuper mortuo, quando incurreret immundiciam in vet.lege,& quando non. ſecundo Reg. 74.c.1.C
Plorare pro mortuo rationabile eſt, & valde pium, vt probatur.2.Reg. 82.c.2.E
Dupliciter contingit lugere pro mortuis 2. Regum. 85.c.4 H
Mortuus, quem credimus naturaliter damnatum, multis de cauſis lugendus eſt a nobis. 4. Regum. 14.c.2.E. ſi vero cum credimus eſſe beatum, lugendus eſt a nobis propter quatuor, & gaudere debemus de morte illius propter duo. ibidem. ſi vero dubitatur de ſtatu illius poſt mortem,lugendꝰ eſt a nobis multis de cauſis, illis ſcilicet quibus lugendus eſt a nobis damnatus, excepto quod p primo debemus lugere inconſolabiliter, & non ſic pro eo de quo dubitamus. Reg. 14.c.4.F
Mortuos,quos ſcimus eſſe ſanctos,ſi lugeamus non peccamus, vt patet de diſcipulis beati Martini.4. Reg.15.c.1.C
Mortuus ſuſcitatus ab Heliſęo,cum primum tetigit oſſa eius,non fuit ſtatim mortuus poſtquam ſurrexit, vt dicunt hebræi, ſed dicendum, quod vixit poſtea magno tempore.4.Reg. 137.c.2.A
Mortuorum oſſa conſueueruut cremari, & in aliqbus locis cremantur ad effugandum animalia venenoſa, & ad purificandum aerem peſtiferum. 4. Reg. 236.c.2.B
Pro quibus mortuis lugendum ſit, vide indictione, lugere pro mortuis.
Ad illos,qui iam mortui ſunt,multipliciter pertinẽt bona ſuorum poſterorum. ſ.tripliciter, vno modo ſecundum opinionem noſtram. Alio modo, ſi fiat illis reuelatio poſt mortem: Tertio modo, ſi illi,prius quã morerẽtur, ſciuiſſent bonum proueniturum ſucceſſoribus.1.Paralipo.200.c.1.C. Et quando fit reuelatio tertiomodo, fit propter merita viuentium, vel fit reuelatio malorum futurorum in ſucceſſoribus propter demerita viuentiũ. Et ponuntur exempla.1 Paralip. 200.c.A
Inter mortuum & viuum vere, & inter mortuum & viuum metaphoricè,quid interſit. Matt.to.2. 133.c.2.E.c.3.F
Mortui etiam ſi ſciant proſperitates, & infortunia ſuorum in hoc mundo,non gaudent, vel triſtantur de bonis,vel malis eorum, ſicut quando viuebant, quia iſtæ affectiones ſunt in homine ex inclinatione carnis,& ſanguinis. matth. tom.ſecundo. 239.c.2.B.c.3.F
Mortui putant nullius eſſe ponderis proſpera,& aduerſa huius vitæ, reſpectu bonorum, vel malorũ alterius ſeculi,& per conſequens non puniuntur mortui in ſeipſis de aduerſitatibus viuentium, matth.to.2. 239.c.2.E.c.3.F
Omnis viuens naturaliter timet mortuos, & loca mortuorum. matt.to.3. 164.c.3
Qualis fuerit cõſuetudo ſepeliendi mortuos apud Hebræos. matt.tom.3. 164.c.3.K
Opera facta pro mortuis a viuentibus proſunt mortuis, vt ait Gregorius ad Bonifacium, & habetur 13.quæſt.2.cap.pro obeuntibus. Et iſta opera proſunt eis, ſi tales ſint quòd viuentes meruerunt vt eis proficerent, vt ait Auguſt. lib. de Cura agenda pro mortuis. & 13.quæſt. 2. capit. non extimemus. Et iſta opera,quæ illis proſunt,ſunt quatuor.ſ.oblationes ſacerdotum,preces ſanctorum, & eleemoſinæ charorum, & ieiunia cognatorũ. 13.quæſt.2.cap.animæ defunctorum. Cætera autem,quæ fiunt,magis ſunt ad ſolatium viuorum, quàm ad vtilitatem mortuorum, vt conditio funeris,& pompa exequiarum, & modus ſepulturę eo.cap. animę.matt. tom.to.3. 50.c.1.C
Ad mortuorum luctum vocabantur tybicines ſm antiquam conſuetudinẽ Iudæorum propter duo. Primò ad augendam triſtitiam. Secundò propter ſolemnitatem luctus.matth.to.3. 209.c.1.D
Mortuos ſuſcitare,maximum eſſe miraculum putãt vulgares, cum non ſit ita. Matthę. tom. tertio. 187.c.3.I
In mortuorum ſuſcitatione Chriſtus voluit adeſſe teſtes,quia illa faciebat ad probandum quod eſſet Meſſias &c.Helias vero. 3. Reg.17. & Heliſęus. 4. Regum 4.non,quia ad benefaciendum fecerunt. matt.to.3. 211.c.3.k.c.4.F
Omnes mortui reſpectu Dei dicuntur dormientes. Matt.to.3. 209.c.3.H
Mortuis non obeſt excommunicatio,vt probatur. Mat.to.4. 187.c.4.F
Mortuis non prodeſt vſus clauium,quo ad ligare,vel abſoluere, nec obeſt excommunicatio. Mat.to.4. 187.c.2.D.c.5.F
Mortuis nullę indulgẽtiæ poſſunt concedi directè, & dicuntur directè concedi,quæ eis cõceduntur, non facta mentione de viuentibus, vt probatur. matth.to.4. 188.c.2.D
Mortuis non poſſunt merita ſua communicare viuẽtes. matt.to.7. 14.c.2.C
Corpus mortuum ponderoſius eſt,quàm viuens,eo quod in mortuo nulli ſunt ſpiritus. matth.tom.4. 255.c.4.H
Mortui habent eſſe quoddam,ſed leue,ſcilicet, in opinione nra.vt patet 1. Ethi.cap. pro nepotũ autem fortunas. Et ſecundum eſſe,quod habent,poteſt eis bonum honoris, vel malum infamiæ accidere, etiam quia defuncto infamato perit quidã honor eis, de cuius familia ſunt. Matthæ. tom.5. 53.c.3.F
Chriſtus mortuus eſt tertia die Aprilis,& hæc ſentẽtia Autoris eſt cõtra omnem opinionem ſanctorum. matth.to.5. 243.c.4.H
Mortuus ſi accipiatur realiter pro ſuppoſito,nihil eſt niſi inquantum manet in opinione noſtra &cæt. Et hoc modo non vocatur Deus,Deus mortuorũ, quia vere nihil ſunt. Si autem accipiatur mortuus in ſpe,& diſpoſitione diuina,mortuus aliquid eſt, qa Deus diſpoſuit,quòd ille, qui mortuus eſt,aliquando ſit ille idem,qui prius fuerat. matth.to.6. 70.c.4.G
Quicquid debetur mortuo,debetur hęredibus eius eo quod ipſi ſuccederunt in vniuerſum ius eius Mat.to.7. 73.c.3.k
Non orat Eccleſia pro motuis vt ferantur in Purgatorium,ſed in vitam æternã; quia illos preſupponit eſſe in Purgatorio, pro quibus orat, cum aliàs non proſit,& ante mortem Chriſti orabat, vt deferentur in ſinum Abrahæ.matth.to. 7.261.c.3.F
Mortuis quomodo proſint opera viuorum,& quomodo non. matth.to.7. 13.c.3.k
In mortuis perit affectus naturalis,quia mutatur cõditio naturalis. matth.to.7. 271.c.3.F

Mortui, secundum Aristot. nihil boni, aut mali sentiunt, de his, quæ fiunt in nobis, nisi secundum esse, quod habent in memoria nostra. in de statu animarum, &c. 2.c.2.B

Christus mortuus est anno ætatis suæ trigesimotertio incepto, die tertio mensis Aprilis. Matth.to.6. 85 c.1.B

Mortariolum. Mortariola distinguebantur ab acceptabulis. Nu. tomo 1. 43.c.1.D

Mos. Tres mores esse fugiendos dicit Philosophus septimo Ethic.ca.1. scilicet, incontinentiam, malitiam, & bestialitatem, & illa dicitur incontinentia, quia non est malitia perfecta. Malitia verò dicitur humana peruersitas, sed bestialitas dicitur peruersitas maior, quàm humana, malitia verò est genus ad omne vitium hominũ, & declaratur per singula. Matthæ.tom.2.164.c.2. & c.3. F

Mosoch. A Mosoch sexto filio Iaphet veniunt Cappadoces, & ibidem ciuitas quædam est, quæ vocatur Moscha. Genes. 51.c.1.D. Et isti habitant in Asia iuxta Pamphiliã non longè a terra Iudæorum. 1.Paral. 29.c.4.I

Mouere moueri.

Deus non mouet aliquam rem successiuè in ratione causæ efficientis, bene tamen causæ finalis, scilicet vt amatum, vel desideratum. Matt.to.1.112.c.3.G. 219.c.4.F

Aliquem moueri a Deo ad malum stat dupliciter, vno modo determinatè, alio modo indeterminatè, primo modo non contingit, bene tamẽ secũdo modo. Iosue to.1. 41.c.3.G

Grauia & leuia non cessant moueri, nisi ab extrinseco impediantur. Matt.to.4. 254.c.4.k

Motio. Dei nullam aliam motionẽ præsupponit: quia ipse est primũ mouens. Matth.tom.5. 156.c.2.B

Motus Festinatio excludit cogitationes, propter duo. Gen. 270.c.1.B

Motus dicitur esse causa caloris per compressionem partium motarum, & per motum & exaltationẽ spirituum discurrentium, & calefaciẽtium membra. Exo.to.1. 252.c.3.K

Deus simpliciter est principium omnis motus. Matt. tomo 5. 147.c.4.G

Si non esset alius motus, nisi motus naturalis Zodiaci & planetarum, multa sequerentur incõuenientia, quæ referuntur. Exo.tom.1.270.c.2.A. similiter si poli mundi essent etiam poli Zodiaci, & planetarum, ibi. 270.c.4.H

In grauibus & leuibus natura est principium motus. Matt.tom.6. 75.c.2.C

Motum esse in instanti, includit contradictionem. Exo.to.1. 274.c.2.A

Si motus esset in vacuo, ille esset in instanti. Matthæ. tom.4. 253.c.1.E

Motus calefacit ab extrinseco, & subtiliat ab intrinseco. Deut. 60.c.1.B

Motus nullam perfectionem dicit in corporibus cœlestibus. Matth.to.7. 125.c.3.k. c.4.F. Quia motus est actus enti imperfecti. 126.c.1.D

Nullus motus ad formam fit sine appetitu. Iosu.to.2. 18. c.4.I

Inter motum naturalem & violentum, quid intersit. 52 c.3.F

In motu locali sunt tria, scilicet spatium, motus, & tempus. Et motus mẽsuratur vtroque tam spatio quàm tempore, & ideo omnia tria consimiliter diuiduntur. Matt.to.4. 253.c.2.A

Quòd in motus velocitate attendenda sit proportio secundũ proportionem resistentię vnius medij ad alterum medium, dicit Philosophus 4.Physicorũ, aliqui dicunt esse falsum. Matth.tom.4.253.c.4.H. Sed q̃ sit verum, vt Commentator exponit, probatur Matt.to.4. 254.c.1.A

Ad quem motum pertineat resurrectio, Matth.to.6. 75.c.1.A

In motu grauium, vel leuium, tota resistentia est ex parte medij. Matth.to.4.254.c.1.C. Sed hoc nõ habet verum in motu corporum cęlestiũ, quia tempus motus mensuratur secundum proportionem motoris ad mobile. ibi. 254.c.1.E

In motu progressiuo resistentia est ex parte mobilis, & ex parte medij. Matt.to.4. 254.c.1.D

In quolibet homine vel animali est duplex motus, vnus per naturam elementi prædominãtis, alius, cuius principiũ est anima, qui dicitur motus progressiuus, & differunt in tribus. primò in principijs. secundò q̃ primus motus semper est ad vnũ terminum, secundus autem non. tertiò, quia in motu primo res non cessat a motu per aliquod intrinsecum, licet habeat aliquid intrinsecum, per quod incipiat moueri. In secundo motu mobile sistit, & cessat per aliquid intrinsecum. Mat.to.4.254.c.4.G

Subtilitas medij, per quod mobile mouetur, minuit quantitatem temporis motus eius. Matth.tom.4. 254. c.2.C.

In motu, in quo nulla est resistentia, nulla potest accipi tarditas. Matt.to.4. 254.c.2.D

In omni animali duplex est motus. Matth. tomo 4. 254.c.4.G

Motus omnium animalium differunt in tribus. Matthæ.tom.4. 254.c.4.H

Res mota, & res mouens differunt. Matth.tomo 7. 279.c.2.B

Motus organicus dicit duplicem successionem, scilicet in partibus motus, & in partib. mobilis. Matthæ.tom.4. 255.c.1.C

Motus cęli agit, vt principium primum generationis & corruptionis. Matt.to.7. 147.c.1.E

Motus vel actio tripliciter se habet ad naturam. Matt. tom.6. 74.c.4.I

Motus nũquam accipit speciem a termino a quo, sed a termino ad quem. Matt.to.6.89.c.3.H. Intensionem tamen velocitatis habet ex dispositione mobilis, & virtute mouentis. Matt.to.6. 165.c.1.C

In motu dicitur natura ex duobus. Matthæ.tomo 6. 75.c.1.C

Motũ cęli dixerunt Philosophi nunquã cessaturum. Alij verò dixerunt cessaturũ esse naturaliter. Alij, q̃ cessabit post vniuersalem resurrectionem, & hoc diuina voluntate, & hæc est vera, & catholica positio. Matth.to.7. 141.c.2.D

Motus cęli est causa oĩs motus. Matth.to.6.81.c.1.B

Cessante motu cęli, cessabit omnis motus naturalis, cuius principium est motus cęli, non tamen cessabit motus volũtarius, cuius principium est voluntas. Matt.tom.7. 178.c.3.G

Motus localis erit in instanti, Deo authore. Mat.to.6. 87. c.2.C

Motus primi mobilis, scilicet motus nonę spherę, est totius motus origo, tam cœlestis, quàm elementaris. in Defen. 49.c.3.G

Motus propriè dicti sunt quatuor. Et largè dicti sunt 6. vt patet ex 5. Physic. scilicet, augmentatio, diminutio, alteratio, & ſm locum mutatio. Generatio verò & corruptio dicuntur motus largè. Omnes isti motus fuerũt in Christo, secundum quòd homo, vt

mo,vt probatur in Paradoxis. 62.c.1,C
Circa motum dæmon est potentior anima. Matth. tom.7. 278.c.4.G

Motiua potentia.

Motiua potētia in animalibus perfectis est in musculis cruriū. in Paradox. 46.c.1.C

Mouere. Et res mota differunt. Matt.to.7. 279.c.2.B
Quare terra non moueatur,secundum Arist. Matth. tom.4. 71.c.2.E

Mula. Mularum generationē inuenit Ana de quo Gen. 36. vt tenet Isidorus, & multi alij Doctores,& Hebræi. Genes.346.c.2.B. 1. Paralip. 38.c.1.B

Mulcta. Mulcta dicitur pœna pecuniaria. 4.Regum. 243.c.2.A

Mulier. Mulieris semen passiuè se habet in generatione,quod recipit actiones sicut materia formas.Gen. 15.c.4.H
Mulieres in parte inferiore,scilicet, in natibus grossæ sunt & amplæ, in parte autem superiore, vel dorso, graciles, & hoc fit ex paruitate calidi digerentis. Gen. 17.c.1.A
Quare mulier formata fuerit de costa viri. Genes. 17.c.1.B
Mulier in Hebræo vocatur issa,& vir is. Ge.17.c.2.B
Mulier, quomodo falli potuit a serpente. Genes. 18. c. 2. C
Per mulierem significatur appetitus sensitiuus, vel sensualitas,&c. Cùm dicitur.Gen 3.Inimicitias ponam inter te & mulierem.Gen. 21.c.1.E
Erumnæ & labores mulieris prægnantis referuntur. Genes. 22.c.2.A
Sicut Deus maledixit mulierem, eam subijciēdo potestati viri in regimine œconomico, sic maledixit virum in acquisitione necessariorum ad conseruationem familiæ.Gen. 22.c.3.I
Mulier non fuit formata in Paradiso, quasi dignior, sed quia fuit de latere viri formata, qui ante formationem fuerat positus in Paradiso, & non fuit inde exclusus,nec vnquam inde exijt,nisi postquā peccauit. Gen. 92.c.4.K
Mulieris semen est recta operatio, & diaboli semen est praua suggestio.Gen. 21.c.2.B
Mulieres in Aegypto sunt deformes, & nigræ, quia est terra nimis calida.Gen. 67.c.4.G
Mulier propter virum facta est, vt esset ei adiutoriū, & ideo similitudo,& imago viri esse debuit.1.Corinth.11.Gen. 172.c.4.I
Mulier aliquo modo est ad imaginem Dei, vel imago,& aliquo modo,non tamen sequēdo modum loquendi sacræ scripturæ, debemus dicere virū esse imaginem Dei, & fœminam non esse imaginē Dei,&c.sed imaginem viri. Gen. 133.c.1.A
Quòd ex muliere non fuerit vir,sed bene ecōtra, conueniens fuit,vt probatur Gen. 142.c.2.E
Quòd mulier non facta sit ad dominandū viro, conueniens fuit,vt probatur multis rationibus. Gene. 144.c.2.C
Mulier dominari viro suo.s.marito, est contra rationem naturalem, & cōrra ius diuinum,bene tamē potest licitè dominari viris.i.masculis habitātibus in terris suæ iurisdictionis; & hoc indirectè, quia principari directè per actum iurisdictionis, vt est in iudicibus,qui habent iurisdictionem,& habentur dirimere aliorum lites. Et hoc tantum conuenit viris. Gen. 144.c.3.I
Mulieres nunquam efficiuntur iudices,sed viri, imò nec testes,quia varium est, & instabile testimoniū quod fœmina profert,extra de verb. sign. c.forus. Genes. 144.c.3.K.& c.4.F
Indirectè per accidens fœminæ conuenit principari, quando.s.principari consequitur diuitias, sicut & possessio seruorum.Gen.144.c.4.F. Sed adhuc nō totaliter cōuenit mulieri principari, & iurisdictio, eo ꝙ mulier non exercet per se iurisdictionem audiendo causas,& exequendo in viros, sed ista committit viris,& ita ipsa retinet imperium habitualiter, sed exercitium in viris est, & ideo impropriè ipsa dominatur & principatur. Gen.144.c.4.H. Et si obijciatur de Delbora, quæ fuit iudex in Israel, vt patet Iudi.4.& 5.dicitur primò,quòd illud fuit speciale in illa,quia erat Prophetissa. Et fuit illud donum datum illi a Deo.Et potest etiam dici,ꝙ illa potius fuit Prophetissa, quàm iudex,licèt inter iudices computetur, quia iudicia ipsius erant per modū Prophetiæ,quia non iure humano, sed modo prophetico dirimebat causas,i.sicut Deus ei revelabat, &c. itē quia Delbora non fuit sola iudex, sed cum ea fuit Barach filius Abinoch. Genes. 144.c.4.I
Quòd mulier non fuerit facta ad seruiendum. Gene. 145. c. 1. C
Mulier formata est a Deo talis,vt viro esset minor secundum naturalem dignitatem, non tamen formata est ancilla,nec ad seruiendū. Gen.145.c.2.B
Mulier dupliciter potest errare loquēdo in publico. primo loquendo rem fatuā. secundo propter dissensionem suscitādo clamores magnos,quia sunt naturaliter clamosæ,& impatiētes in verbis. Gen. 145. c. 2.E
Lex humana vetuit,vt mulieres agerent causas iudicialiter,quia importunæ sunt & clamosæ,quod apparuit in Calphurnia, quæ huic edicto dedit causam. Gen. 148.c.2.E
Quòd mulier habeat naturaliter minorem intellectum quàm vir, refertur argumentum efficax. Genes. 145.c.3.F
Mulier in sacra scriptura aliquando dicitur adiutoriū viri,quod significat aliquid min* viro.Gen.2. Aliqñ vocatur socia, qđ significat æqualitatē. Gen.3. Aliquando dicitur subdita.Gen.3.Cùm dr̄,sub viri ptāte eris. sed hoc vltimum dicitur in pœnā peccati. Et prima duo dñr secundum statum naturæ, & ante peccatum, & possunt illa duo prima accipi dupliciter. Gen. 146.c.1.C
Mulier dicitur adiutorium viri, inquantū confert ad gñationem, & dicitur socia propter æqualitatem, quam habet ad virum secundum speciem &c.vel est adiutorium propter cōitatem naturalem, quæ est inter virum & fœminam, & dicitur socia ꝑpter communicationem domesticam.Gen. 146.c.2.C
Si fœmina formaretur de pedibus viri,non propterea esset serua, nec si de capite, esset propterea domina. Gen. 147.c.1.E
Quòd mulier fuerit formata ex latere viri potius q̄ ex alia parte corporis,præcipua ratio fuit,qa Deus voluit eam formare de costa,quia voluit ꝙ pars illa,de qua formaretur,haberet carnem & os. Gen. 147. c. 2. D
Quòd ex muliere nō debuerit vir formari, sed econtra,assignantur rationes.Gen. 149.c.2.C
Quod vnica mulier, & non plures simul debuerint formari ex viro,assignantur rōnes.Gen.149.c.3.G
Mulier formata est per modum ædificiorum, iuxta sententiam Nicolai de Lyra. Sed fallitur Nicolaus. Gen. 150.c.3.G
In mulieris formatione ex costa, fuerunt Angeli ministri,vt dicit Magist.2.Sent. dist.18. sed sententia eius

eius improbatur,& ostenditur ꝙ solus Deus id effecerit. Gen. 150.c.3.I

Mulieris maledictio fuit vera maledictio; & non sicut maledictio serpentis, qa maledictio nominat pœnam pro peccato, quæ non fuit in serpente. Genes. 224.c.3.k

In paradiso non esset mulieris ad virum talis subiectio, qualis nunc est, fuit tamen aliqua præsidētia, & aliqua subiectio ibi futura erat, etiam si homines non peccassent. s. subiectio naturalis, non tamen despotica,omogalatica,nec politica. Gene. 228.c.3.H.& per totam 4.col.

Mulieris sexus incautus est, & mollis.Matth.tomo 6. 191. c. 3. F

Mulier semper tenetur reddere debitum viro, quia semper debet, & semper est in soluendo, vir autē non est semper in soluendo, ideo non est debitor pro omni tempore, sed quando est in soluendo. 231. c.1.B

Naturale mulieris est desiderium vrbem liberis adimplere.Matt.to.6. 324.c.4.I

Mulier,& vir sunt sicut potentia & actus,sicut imperfectum,& prouenit ex differentia caloris. Genes. 232. c.4. H

Mulier calidissima est frigidior frigidissimo viro. Genes. 232.c.4.I

Mulieres quondam apud Athenienses conueniebāt in publicas consultationes, sed postea hoc sublatū est,ne mulieres possent dare vota in publicis negocijs. Genes. 233.c.1.D

In cœlo non erit subiectio mulieris ad virum. Gene. 236.c.1.D.& 239.c.4.G

Nullam mulierem futuram esse in resurrectione,dicunt aliqui,quod esse erroneum probatur.Primò, quia contra intentionem Ecclesiæ. Secundò,quia piè creditur Virginem Matrem esse nunc in Paradiso in corpore,& anima. Tertiò,quia est irrationabile dictum. Quartò,quia repugnat conditioni resurgentiū,&c. qui futuri sunt ijdem numero, qui fuerunt &c.Quintò,quia hoc esset incidere in opinionem Pythagoricam de transcorporatione &c. Sextò ex intentione dñi nostri respondentis argumento Saduceorum. Septimò ex eadem rñsione. Octauò ex intentione Sāctorum Doctorū. Nono ex intentione Augustini. Decimò ex eiusdē intentione.Vndecimò ex eiusdem intētione .Gen.236. c.1.D.& 4.Et soluuntur sex rationes prædictæ opinionis,vel erroris di.oppositum. Ad primā.Gene. 237.c.1.B.Ad secundam.ibi.237. c.3. H. Ad tertiā ibid.237.c.4.H.Ad quartā,ibi.238.c.1.C.Ad quintam,ibid.238.c.2.D.Ad sextam,ibid. 239.c.2.E

Inter damnatos esse mulieres, sed non inter beatos aliqui concedunt, sed omnes beatos esse viros. Genes. 237.c.1.B

Mulieres apud Persas ad bella procedunt, vt ait Isid. lib.9.Aethimo.Gen. 242.c.4.k

Mulierem esse subditam viro conuenit, vel ratione sexus. Gen. 243.c.2.B

Mulier & virago pro eodem nomine accipiuntur apud Hebræos.s.Issa.Gen. 245.c.1.C

Mulier circa venerea delectatur in duobus, & vir similiter in duobus.Gen. 353.c.4.G

Mulieres debere pugnare & facere generaliter omnia,quę faciunt viri dicunt quidam,quorum ratione fertur ex 2.Politi.Exo.to.1. 93.c.3.I

Mulieres non litigant in iudicio.Exo.to.1. 149.c.1.B

Mulier solum habet virtutem generatiuā super sanguinem menstruum.Leui. 114.c.4.I

Mulieres, prius quam habeāt sanguinem menstruū, non possunt concipere,nec etiā cum desinit menstruum. Leui. 114.c.4.k

Mulier nunquam deberet cognosci a viro quousque pateretur fluxum menstrui, & hoc secundum rationem & iura.Leui. 119.c.4.F

Mulier pariens masculum immunda erat totali immūdicia septem diebus,& triginta tribus alijs,minori quadā immūdicia.vt probat Leui. 120.c.4.H

Mulier pariens masculū abstinebat septem diebus a communicatione rerum sacratū, & a cōicatione humana in cibo, potu, & carnali accessu. Leui. 121.c.1.A

Mulier menstruata,non solū erat immunda, sed etiā separata.Leui.12. cum dicitur iuxta dies separationis menstruæ. s.a separatione rerum sacrarum, & a communicatione hominū, similiter & pariens masculum in primis septem dieb.Leui.121.c.2.A

In nullo loco sacræ scripturæ scriptum est, ꝙ separentur extra castra.Leui. 121.c.2.A

Quomodo in mulieribus accidat impedimentum naturale ad venerea.Matth.to.5. 117.c.1.D

Mulier in lege vet. non poterat dare viro libellum repudij,quia hoc tantum erat viris permissum.Nume.tom 1. 66.c.1.B

Mulieres non debent ire ad bellum,quia ineptę sunt, vt probatur Deut. 114.c.4.H

Mulier in lege vet. quæ nec coniugata esset, nec desponsata, si tamen esset obligata per legem alicui viro,& fornicaretur,lapidāda erat,vt patet de Thamar,quæ obligata erat Sellæ ad suscitandum semen fratris. Deut. 117.c.3.K.c.4.F

Mulieres importunæ naturæ sunt,& impatientes.Iosue tom.1. 89.c.4.G.& 91.c.1.C

Non cōuenit mulierem esse iudicem. Iudi. 39.c.1.C

In mulieribus rara prudentia est, & vix formant opinionem vniuersalem,sicut bestiæ, vt ait Aristote. 7.Ethic.Iudic. 39.c.1.C

Nati ex mulieribus sterilibus habuerunt aliquid ad mirabile. Iudic. 130.c.2.B

Compertum est mulierem quādam a duobus uiris, & in eisdem temporibus concepisse. Matth.to.5. 89.c.2. C

Vnde proueniat,ꝙ cognita muliere ab aliquo, nonnunquam eam postea odio habeat, cum eā prius magnō opere dilexisset.Matt.to.5. 90.c.2.E.c.3.F

Mulieris propriam passionē esse luxuriā, dicit Chrysostomus.Matt.to.5. 198.c.2.C

Mulieres vnius tribus, licet nō contraherent cū viris alterius tribus,tamen aliquando factum legimus. Iudic. 98.c.4.F

Nunquam licuit,vt vna mulier haberet plures viros, vt probatur nouē rationibus.1.Reg,to.1. 21.c.4.k. & fo.22.c.1.& 2.

Cùm mulier sępè conceperit,statim clauditur pellis secundina.1.Reg.to.2. 29.c.4.k.30.c.1.A

Mulier videtur superare virum in duobus,quæ diminuunt peccatum in fornicatione simplici, primū est ducibilitas ex dispositione corporis. fm est defectus resistentiæ.Matt.to.5. 108.c.2.A

Quòd mulieres non transirent ad secundas nuptias, nisi expleto anno luctus, humanæ leges sanxerūt. Canones tñ absoluunt eas ab oī pœna legali, si accipiant virum secūdum ante finitum annū luctus eius,vt patet ext.de secun.nup. ca.cum secundum Apostolum.1.Reg.to.2. 141.c.3.I

Quòd aliqua mulier habeat plures viros est cōtra substantiā matrimonij,& contra statum politiæ, imò contra naturam.1.Reg.to.2. 142.c.3.K

In alicuius mulieris conceptu potest cōtingere multiplex miraculum.4.Reg. 37.c.1.B

Mulieres illæ,quæ occiderūt filios suos ad comedendum,

dum, propter famē in obsidione Samarię. 4. Re. 6. grauiter peccauerūt propter multa. 4. Re. 69 c. 4. F.
Licebat tñ eis comedere de carnibus eorū, si per se mortui fuissent, & hoc, cum iam nihil haberent ad comedendū. 4. Reg. 70. c. 2. B. Et mulier illa, quę abscondit filium suum, vt non occideretur, nō peccauit in hoc, imò si tradidisset illum ad occidēdū, peccasset grauiter. peccauit tñ propter conuentionem cum alia, & similiter, quia cooperata est cum alia, vt occideretur filius alterius. ibid. 70. c. 3. F
Nulla mulier obligabatur venire ad sanctuarium in festis Iudæorum, sed solum masculi. 4. Re. 46. c. 4 k
Omnia desideria passionalia sunt maiora in mulieribus, quàm in viris, propter minorem resistentiam ex defectu iudicij. 4. Reg. 117 c. 4. F
Mulieres sunt auariores viris, eo ꝙ sunt impotentiores ad acquirendū. Et auaritia naturaliter cōsequit impotentiam acquirendam. 2. Paral. 224. c. 3. H
Mulieris pulchritudo solet valde afficere, & illa quare, imò in seruitutem redigere animos viriles 2. Paralipo. 156. c. 3. G
Mulier propriè non dicitur mater, nisi pro eo ꝙ materiam disponit. Matt. to. 1. 99. c. 2. I
Mulier non cooperatur actiuè in conceptione, vt probatur Matt. to. 1. 100. c. 2. A
Mulier aliquando concipit nō emittens semen. Matthæ. tom. 1. 100. c. 4. F
Mulier fluxum sanguinis patiens, de qua Matt. 9. non intrauit vrbem, sed extra sanata est. Matt. to. 3. 204. c. 2. D. Et voluit tangere fimbrias Christi ꝓp multa. Matt. to. 3. 204. c. 4. G. & accessit ad Christum, vt sanaretur, & tñ non petijt ab eo sanitatem propter multa. ibid. 204. c. 4. I. & accessit retro ad Christū, propter multa. ibid. 205. c. 1. A. Et voluit Chīs facere hoc miraculum, non petente muliere propter multa. ibid. 205. c. 2. B. Et dī Matth. 9. ꝙ mulier ista dicebat intra se. Si tetigero tantū vestimentū eius salua ero, ad ostēsionem fidei illius. ibid. 205. c. 3. F. & mulier ista sciuit se esse sanatā, quia cessauit sanguis fluere. ibid. 205. c. 4. G. & istud miraculū, quod in secreto factū est, voluit Christus, vt manifestaretur propter multa. ibid. 206. c. 4. H. Et non dixit mulieri, tu me tetigisti, sed quis me tetigit, propter multa. Et fuit cōueniens modus aperiendi miraculum, propter mul. Mat. to. 3. 206. c. 4. k. 207. c. 1. A
De muliere fluxum sanguinis patiente, dicitur Matt. quinto, ꝙ postquā sanata est, Christus circūspiciebat videre eam, & hoc propter multa. Matth. to. 3. 207. c. 2. C. & ipsa cum se sanam sensit, volebat latere, propter multa. ibi. 207. c. 3. F. Et putabat se posse latere, eo ꝙ non digne concipiebat de Christo: nam nō putabat eum esse Deum, sed Prophetam aliquem. ibidem 207. c. 3. B. Et prædictam mulierem tangentes incurrerunt immunditiam legalē, vt probatur Matth. tom. 3. 207. c. 4. G. Christus tamen non incurrit. Primò, quia non subiacebat legi, cum esset Deus, nec etiam incurreret dato quòd esset purus homo, dum tamen faceret talia miracula sanando ægritudines, non iudicaretur incurrere immunditiam, cùm ipse immunditiam tolleret. Alij verò non iudicauerunt se incurrere immunditiam, quia cùm ista curatio fieret opere diuino, crediderunt quòd tangendo illam, quæ sic a Deo curabatur, immunditiā non incurrerent. Matth. tom. 3. 207. c. 4. k. 208. c. 1. A. Christus tamen dixit mulieri, confide filia, propter multa. Matth. tom. tertio. 208. c. 1. B. Sed quare Christus dixit illi, fides tua te saluam fecit, cùm mulier illa non haberet fidem. vide ibid. 208 c. 2. C
Illa mulier curata a fluxu sanguinis. Mat. 9. fecit Christo statuam æneam, vt refert Eusebius, ibidem. Matt. tom. 3. 208. c. 3. G
Mulierum ornatus consistit in duobus, scilicet in apparatu corporis, & fuco colorum, de primo dicitur circa vestes virorum, secundum omnes distinctiones. Matth. tom. 3. 275. c. 1 B. per totam quęst. Est tamen aliquid vltra in cultu mulierum: quia ornatus earum incitat viros ad luxuriam, ibidem. 276. c. 3. B. Si mulier habet virum potest licitè ornare se, operam dando, vt soli viro suo placeat, ne propter defectum ornatus vir contemnat eam, & quærat aliam. Et hoc non solum est licitum: sed etiam meritorium. Matth. tomo 3. 276. c. 3. H. Sed si mulier non habeat virum, & sit in ætate, vt habere non possit, tunc non licet sibi ornare se curiosè, ibidem l. k. Si verò potest habere virum, & proponit non habere, non licèt illi ornatum quærere ad pulchritudinem ostendendam, &c. quòd si proponit habere, idem est sicut de coniugata, &c. ibidem. 276. c. 3. k. c 4. F. Si autem se ornet ex quadam leuitate, vel vanitate propter iactantiam, vt ostendat pulchritudinem, quam habet, vel simulet, quam non habet, non intendens mouere ad libidinem, non semper peccat mortaliter. & idem dicendum est de viris. Matt. to. 3. 276. c. 4. G. & per totam quæst.
Mulieres propriè vocantur illæ, quæ sunt corruptæ. Matth. tom. 3. 280. c. 1. C.
Mulier Chananęa, visa filia iam sana, creditur, ꝙ rediit ad Christum, vt ageret illi gratias pro beneficio susceptо. Matt. to. 4. 146. c. 2. A
Mulieres ducibiliores sunt ad coitum, quàm viri ex dispositione corporis. Est enim in muliere plus valde de humore, quam in viro. Et humor agit ad coitum. Matt. to. 5. 108. c. 2. A
Mulieres solent valde ad nouitates concurrere, & facilius ad deuotionem mouentur. Matth. tom. 4. 101. c. 3. H
Mulieres sunt magis incautę, & magis molles, quàm viri. Matt. to. 6. 191. c. 3. F
Mulieres secundum legem Moysi nunquam ad numerum transibant. Matt. to. 4. 101. c. 4. I
Quod mulier maneat indotata est damnū rei publicæ. ff. sol. matr. l. 1. Matt. to. 7. 55. c. 1. A
Mulieres docere non permittunt. Gen. 233. c. 1. B
Mulier nullam actionem habet in patrem, vt eam doret. Matt. to. 7. 55. c. 1. D
Mulieres flegmaticæ cęteris paribus gignunt filios maioris corpulentiæ, quam mulieres colericę, sanguineæ, vel melancholicæ. Et assignatur causa. in Parado. 8. c. 1. D
Mulier non potest naturaliter concipere absq; semine viri, vt probatur. in Parado. 8. c. 2. C
Mulier potest concipere absque fractione, vel corruptione clausтri virginalis, & d efacto contingitēt manente corporis, & mentis integritate. in Parad. 8. c. 3. H
Quod vna mulier habeat plures viros repugnat intentioni naturæ, vel Dei coitum ingeniantis, & propter multa alia. in De Opti. Poli. 10. c. 4. G
Mulier potest concipere non fractis clausтris virginalibus: sed talis non erit virgo, sic concipiendo. Ecce Virgo &c. 2. c. 1. A
Mulier non habet potestatem corporis sui: sed vir, & econtra. 1. Cor. 7. Ecce virgo, &c. 1. c. 4. G
Matrix mulieris calida ē, & sicca. Ecce virgo. 2. c. 1. A
Mulier seruata virginitate corporis & mentis, potest concipere. Ecce virgo &c. 2. c. 1. A

Muliebria. Raro accidunt muliebria alicui fœminæ vltra sexaginta annos.

annos. 4 Regum. 174.c.4.G

Multiplicatio. Præceptum de multiplicando, quando obligauerit, & quando non. Matth.tom.5. 82.c.4.H. 83.c.1.A

Multiplicatio carnalis non cõuenit nũc populo Christiano. Matt.to.7. 23.c.3.K.c.4.F

Multiloquium. In oratione aliquando valet ad plenius exprimendum conceptum. Aliquãdo ad flectendum animos aliorum. Aliquando ad excitandum affectum nostrum, vt deuotio per verba excitetur. Matth.to.3. 65.c.3.H

Multiloquium prohibitum est in oratione, quando venit ex infidelitate. Matt.to.3. 65.c.1.A

Ethnici, quare vterentur multiloquio in orationibus suis. Matt.to.3. 65.c.4.I

Omne multiloquium a gentilibus venit, vt dicit Augustinus in li. de sermone Domini in monte. Matthæ.to.3. 66.c.1.E

Multitudo. Illud dictum Augustini, cũ multitudine agendum est magis monendo, quàm minando, qualiter sit verum. Matth.tom.5.21.c.4.F. Et multitudini secundum iura solet remitti, vel attenuari pœna, ibid.

Quod multitudini peccanti lex interdum totaliter parcat, patet extra de cleri. excommun. aut de po. ministran. cap. latores. vbi si peccantes fuerint vltra quadraginta, non imponitur pœna. si verò pauciores, puniuntur. Aliquando pro peccato populi imponitur pęna, sed parua. Leui. 36.c.4.k. 1.Reg. tom.1. 226.c.3.I

Mulus. Muli, & mulæ non erant in terra promissionis, cùm ista gignantur ex coitu diuersarum specierum, quod Hebræis prohibitum erat Leui. 19. Deut. 115.c.3.F

Mundatio. Erat duplex, quædam naturalis, & quædam cęremonialis. & vna alteram pręsupponebat, s. secunda primam. Leui. 136.c.3.H

Munditia. Et immunditia, de quibus agitur in veteri testamento, solũ erant in homine, & in rebus, quæ aliquo mõ pertinebant ad hominem, secundum quod ad vsum eius applicantur, vel ipse homo applicat eas ad cultum Dei. Leui. 135.c.2.A

Munditia facit nimis fulgere rei perfectionem. Nu. tom.1. 219.c.3.F

Quare in locis sacris debeat esse munditia. Deutero, 121.c.4.H

Mundus. Mundi contemptus ad satis proficientes pertinet. Gen. 31.c.3.I

Aliqui dicunt mundi creationẽ fuisse in mense Martio, quorum rationes referuntur. Gen. 6.c.4.I. Sed communior opinio est, quòd mundus cœpit esse in mense Septembri, &c. Neque creatus fuit Sol in primo gradu Arietis: sed circa finem Virginis, vel in principio Libræ circa medium Septembris, quando omnes arbores fructus maturos habent. Genes. 7.c.1.B

Mundum fuisse ab æterno posuit Aristoteles. Et non quia ad hoc aliquam rationem haberet: sed quia argumentis respondere non valebat, si teneret ipsum habuisse principium. Et in hoc habuit se vt ille, qui falsitatem manifestam argumentorum viribus confitetur. Et responderet Aristoteles ad rationes, quæ fiunt contra illum, sed responsiones eius non esse sufficientes probatur Deu. 168.c.4.F

Quòd mundus fuerit ab ęterno probatur rationibus, quæ sumuntur ex cognitione conditionis rerum, quæ sunt in mundo. Deut. 169.c.1.A

Mundum habuisse principium dixit Anaxagoras, & Empedocles, sed ad hoc probandum posuerunt modos quosdã repugnantes rationi, contra quos arguit Aristoteles 8. Physicor. & secundo de cœlo &c. Vnde putat se demonstrare mundum non habuisse principium, sed fallitur, vt probatur Deute. 69.c.1.E.c.2.A

Quidam ponebant aliquo modo mundum æternũ, & aliquo modo incepisse, & huius opinionis fuit Ouidius in principio Metamorph. qui non vt poeta, sed ut Philosophus, vel theologus veritatẽ principij rerum inquirere conatus est. Ponit enim mundum quantum ad suum principium materiale, & habere principium quantum ad formarum distinctiones. 70.c.3.H

Mundus factus est ex materia indiuisibili nullam habente quantitatem. Matt.to.6. 106.c.3.F

Pars anterior mundi est oriens. Iosue to.1. 146.c.2.C

In mundo necessario fuerunt duo motus contrarij, scilicet naturalis in planetis, & motus raptus causatus a primo mobili. Iosue to.1. 187.c.3.H

In mundo pars Orientalis est anterior, & Occidentalis est posterior. Ios.to.2. 170.c.2.D

Mundus cessabit in isto statu, cum completus fuerit numerus prædestinatorum, vt probatur Matthæ. tom.1. 8.c.2.E.c.3.P

In medio mundi dicitur esse ciuitas Arim. tam secũdum longitudinem, quàm secundum latitudinẽ. Matth.tom.1. 108.c.4.I

Homo est paruus mundus. Matt.to.6. 323.c.3.G

Mundus accipitur quinq; modis, vno modo pro uniuersitate rerum. Secundo mõ pro statu præsenti, quo inter homines viuitur. Tertio pro omnib. hominibus, siue bonis, siue malis. Quartò pro hominibus malis, vel mundanis. Quintò pro rebus, quæ in mundo sunt. Primo, secundo, & tertio modis mundus non tentat: sed bene quarto & quinto. Matt.to.1. 250.c.1.E.c.2.A

Mundus interdum capitur pro mundanis hominib Matth.tom.5. 14.c.1.D

Ad ponendum mundi æternitatẽ ratio Philosophorum magis præcipua refertur. Matthæ. tomo 6. 82.c.3.k. c.4.F

De mundi purgatione in fine seculi. Matth.tom.7. 223.c.2.D. Et ista purgatio fiet per ignem, vt probatur ibid. 124.c.1.D

Mundi nouatio ad quid ordinetur. Matth. tomo 7. 139.c.1.B

In mundi innouatione fient tria, primum, ꝙ tolletur infectio relicta ex culpa. Secundò auferetur impuritas mixtionis. Tertio causabitur dispositio ad pfectionem gloriæ in corporibus. Matthæ.tom.7. 124.c.1.E.c.2.A

De mundi innouatione futura, de qua Isa. 66. Ego creo cęlum nouum, & terram nouam, primũ cœlũ, & prima terra abijt. Et Apoc.21. Vidi cęlum nouum & terram nouam. Matth.to.7. 137.d.3.I

In mundi innouatione elementa recipient claritatẽ ꝑm proportionem suarum capacitatum, terra, vt dr̃ in superficie superiore erit, vt vitrum, aqua, vt crystallus. aer sicut cęlum. ignis sicut luminaria cęli. Sed an talis gradus lucis futurus sit, nobis est incertum: quia nulla est scriptura sacra, quæ hoc asserat. Matth.to.7. 138.c.2.E.c.3.F

Deus potest facere mille mundos æquales huic. Matthæ.tom.7. 145.c.4.H

In mũdi innouatione corpora cęlestia accipient augmentum lucis. Isa.30. Erit lux lunæ, sicut lux Solis, & lux Solis septempliciter. Matt.to.7. 139.c.1.A

Mundus innouabitur: quia homo innouabitur, quasi mũdus sit propter hominẽ. Mat.to.7. 140.c.4.H
Innouato mundo non erit vltra motus corporũ cœlestium, vt probatur Matt.to.7. 141.c.2.A
In fine mundi, quando stabit cœlum, Sol, & Luna erunt in oppositione, vt verisimilius creditur. Matthæ.to.7. 143.c.4.F
In fine mundi, cessante motu cœli', cessabit omnis motus, & actio. Et hoc erit, quia Deus suspendet actionem suam. Matt.to.7. 144.c.2.A
Post mundi innouationem nõ manebunt animalia, neq; plantæ, neq; mineralia: sed corpora cœlestia, & homines. Matt.to.7. 144.c.4.G
Mundum fuisse creatum in Martio aliqui dicunt, sed hoc sub dubio est: quia alij tenẽt, ꝙ fuerit creatus vigesimaquinta die Septembris, & Adam vltima die Septembris. Et hoc tenent communiter Iudæi, & multi Latinorum periti. Et est opinio verisimilior. Defensorio. 47.c.4.F

Mundus.

Mundi corde dicuntur, qui habent puritatẽ conscientiæ, ita, vt non sint aliqua vitia in corde hominis, nec aliqua desideria mala, vel superflua rerũ temporalium, etiam si tales res licitè desiderari possint. Matt. to.2. 5.c.2.A
Mundum, & immundum non eodem modo sumimus nos, & natura. Matt.to.4. 138.c.2.C

Municipale. Dicitur a municipio, id est, loco vel territorio, in quo obligat. 1.Reg.to.2. 184.c.1.D

Munus. In muneribus est magna vis: quia animos iratos conciliant, & amorem causant. Gen. 375.c.3.I
Inter munus, & donũ qd interfit. Exo.to.2. 69.c.4.H
Munerum receptio excęcat iudices iustos atque prudentes. Leui. 189.c.4.F
Munera vocabantur benedictio. i. bene data. 4. Reg. 52.c.2.E
Quare Helisæus non accepit munera a Naamã, cum tamen licitè posset accipere. 4.Reg. 53.c.1.C
Munera aliquando secundum leges accipiuntur pro aliquibus, quę subditi tenentur dare dominis suis. Num.tom.1. 216.c.2.B
Munera recipere quando sit peccatum, & quando non. 1.Reg.to.1. 193.c.1.C
Munera licitum est dare alicui, quando alteri non licet recipere. 3.Reg. 127.c.1.D

Murmurare Iudæi pluries murmurauerunt in deserto contra Dominum. Iosue to.1. 90.c.2.E. Nec tamen illi subito mortui sunt cum decem exploratoribus in Cades barne, propter multa. ibid. 90.c.3.H

Murmuratio. Propriè est a minore ad maiorem: quia maiores non propriè murmurant de minoribus. Et est cũ quis dicit contra aliquid quod dici non deberet. Exo.to.1. 126.c.1.B. & 128.c.1.A. & 137.c.4.I

Murus. A fec ciuitatis quomodo cecidit, de quo 3.Reg.20.3.Reg. 188.c.1.B

Mus. De mure, & eius proprietatibus. Leui. 110.c.4.F
De muribus & anis auribus, quæ Philistini obtulerũt Deo Israel, & posuerunt iuxta arcam, quid factum fuerit. 1.Reg.to.1. 69.c.3.H. Et dicendum ꝙ de illis licitè poterant fieri vasa ad diuinum ministerium. 1.Reg.tom.1. 70.c.1.A

Mustela. Longus mus dicitur a mus & tellon. i. longum Leui. 102.c.2.A
De mustella, & eius proprietatibus. Leui. 110.c.3.I

Musach. De quo. 4 Reg. 16. quid fuerit referuntur opiniones, sed secunda videtur verisimilior. 4.Reg. 361.c.3.I

Musca. Muscarũ diuersa gña referunt, q̃ Aegyptios puniebant. Exo.to.1. 53.c.3.F
Muscarum plaga respondet afflictioni, qua Aegyptij presserunt Iudæos in varijs operibus vilibus terrę, nam præcipua muscarum materia est. Exo.tom.1. 53.c.3. G
Muscam araneam, & stultitiam creata esse a Deo, dicunt Hebræi, propter aliquam vtilitatem. 1. Reg. tom.2. 122.c.2.E.c.3.F
De musica ænea Virgilij, quę posita in porta Neapoli cęteras musicas expellebat. Gen. 17.c.1.B

Musica. Armonicis vocibus, tubarum flatibus, & pulsatilibus concrepat organis, de qua August. sicait: A terra vsque ad cœlum mensura cęlestis, musica mensuratur. Est namq; in terra gamaut. in luna. are. in mercurio. bemi. in Venere. C. in sole. D. in Marte. E. in Ioue. F. in Saturno. G. Sunt a terra vsq; ad firmamentum septẽtoni. A terra vsq; ad lunam, vnus tonus. ab eadẽ ad Mercurium semitonium. A Mercurio ad Venerẽ, semitonium. A Venere ad Solem tria semitonia. A Sole ad Martem unus tonus. A Marte ad Iouẽ semitonium. A Ioue ad Saturnũ semitoniũ. A Saturno ad firmamentũ tria semitonia, quæ vniuersa cõiuncta septẽ tonos efficiunt. tonus ſm quosdam continet quindecim millia milliaria. Genes. 16.c.3.H. Iosue to.3. 180.c.3.K. & c.4.F
Musicæ inuentor fuit Tubal filius Lamech, de quo Gen.4. Genes. 28.c.4.G
Musica delectabilis est, & potissimè post cibũ. 1. Regum, to.2. 49.c.2.C

Musicum instrumen.

Musica instrumenta pulsabantur coram domino in vet. testam. propter duo. 2. Reg. 35.c.3.G.
Musica instrumenta pulsare diebus festis, quando sit peccatum. Exo.to.ε. 85.c.1.E

Mutatio. Dupliciter remouetur mutatio a mobili. Matt.to.7. 146.c.2.D

Mutatum esse: Non est ens reale, sed sola imaginatione sub sistens. Exod.tom.1. 234.c.2.A

Mutire. Ad vocem submissam pertinet. Exod.to.1. 69.c.1.A

Mutus. De filio Cręsi muto mirabile quoddã narrat a Solino, qd̃ refert. Gen. 32.c.4.I
Dęmon dr̃ esse mutus dupliciter. Matt.to.4. 12.c.2.B
Esse mutũ cõtingit dupliciter, vno modo ex aliquo vinculo linguę, vel impedimẽto naturali in aliquo de organis vocalibus. Et talis dicitur mutus per se, vel verè mutus. Alio modo contingit ex surditate naturali. primo modo accipiendo mutum: dęmõ non potest loqui per mutum, bene tamen secundo modo. Matt.tom.4. 12.c.3.F

Mutuare. Dupliciter contingit aliquid mutuare de vino, vt reddatur sibi alio tempore. Matt.to.7. 59.c.3.k.c.4.F

Mutuũ. Inter mutuum, & cõmodatum qd interfit. Exo.to.1. 234.c.2.A. Et inter mutuo dare, & commodare. 4.Reg. 62.c.3.F
Mutuum trãsit in dñium eius, cui datur, & ideo mutuum dr̃ quasi, meum tuum. Exo.to.1. 234.c.2.C
In veteri testam. si quis peteret mutuum paulo ante tempus anni remissionis, poterat fieri fraus legi, si creditor nõ daret pauperi petenti, poterat ẽt fieri fraus ipsi creditori: si petens esset diues, vel saltem nõ esset pauper. Sed primo modo tenebatur.

Et

Et non ſecundo modo,vt probatur.Deutero. 84.c.1.C
Ex mutuo nihil ſperare,ſemper eſt præceptum.iux ta illud Luc.6. Mutuum dantes,& nihil inde ſperantes.Mat.to.7. 41.c.3.F
Contractus mutui eſt quando res vnius transfertur in alterum,quantum ad proprietatem, & non eſt pretium pro illa conſtitutum: quia alias eſſet vēditio. Et dicitur mutuum,quaſi meum tuum, id eſt,res vnius fit alterius. Et talis contractus eſt in rebus illis, quæ conſiſtunt in numero, pondere,& mēſura:vt in pecunia,in maſſa auri,in oleo, tritico,vino,&c. Et in ſolo contractu mutui cadit vſura: quia mutuum debet eſſe gratuitum, ꝙ ſi non eſt gratuitum,non eſt mutuum.Duo contractus ſunt liberi.ſ.contractus mutui,& conrractus accommodati.Matth.tomo.7. 48.c.2.A
In mutuo transferimus dominium rei mutuatæ in accipientem, ideo non poſſumus licite petere pecuniam, pro vſu rei, quæ non eſt noſtra: ſed melius dicitur, quòd in mutuo cadit vſura: quia ad mutuum pertinet res, quarum vſus non diſtinguitur,&c.i.non ſeparatur a ſubſtantia rei,&cæt. Mat.to.7. 48.c.2.E.c.3.F
In contractum mutui eſt ex oppoſito ad contractū locationis,&c.Mat.to.7. 57.c.1.C

Naaman.

NAAMAN Syrus poſt ſuſceptam ſanitatem a lepra tenebatur ad aliquem cultum exhibendum ſpecialem Deo Iſrael,& non colere Deos alienos,&c.4.Regum.53.c.4.H. Sed non obligabatur ad cultum Iudæorum,&c.ibid. 54.c.2.A
Naaman voluit portare duo onera terræ, de terra Iſrael in terram Syriæ, vt faceret ſuper eam ſacrificium Deo, quod ipſe fecit propter multa.4.Regum.54.c.2.D. Et petijt ab Eliſęo facultatem portandi terram propter multa. 4.Regum. 54.c.3.H
Naaman offerendo munera Eliſęo,non potuit cōmittere Symoniam realem: quia ad illam requiritur conuentio inter partes de dando ſpirituale pro temporali,&c.Potuit tamen Naaman eſſe ſimoniacus mentalis cum Eliſeo dupliciter,&cæt. Poſſumus tamen excuſare Naaman à ſimonia mentali,ſi dicamus,quòd non obtulit illam pecuniam quaſi in recompenſationem ſanitatis receptæ:ſed quod beneuole contulit volens ſuccurrere paupertati Eliſæi,&c.4.Reg. 57.c.2.B
Naaman dans pecuniam Giezi potuit cōmittere ſimoniam realem, & Giezi ſimiliter ſi dedit quaſi in recompenſa,pro ſanitate accepta. Et ſi non habuit talem intentionem,non commiſit ſimoniā, &cæt.Tenendum eſt tamen,quòd nullam ſimoniam commiſerit, quod rationabile eſt propter tria,&c.4.Reg. 57.c.2.E.& c.2.F
Hiſtoriam Naaman leproſi quaſi legat Eccleſia in quadam epiſtola quadrageſimæ.4 Reg. 51.c.1.B
Naaman erat vir vrbanus.4.Reg. 55.c.4.G

Naas Interpretatur ſerpens, qui Diabolum ſignificat,&cæt.1.Regum to.1. 191. col.3.K
Naas nomen eſt viri,& loci.1.Paralipomenon. 61. col.4.F

Naaſon Fuit princeps filiorū Iuda, primus, qui in deſerto præerat tribui Iudæ, & toti magnæ cohorti ſub vexillo ſuo, vt patet. Num.1.2.& 7.Exo.to.1. 38.c.4.I

Nabaioth. A Nabaioth primogenito Iſmahel omnis regio ab Euphrate vſque ad Mare rubrum,Nabathea dicitur:quæ eſt quædam pars Arabiæ,vt dicit Hierony. Gene. 295.c.3.I

Nabathei Populi Nabathei habitantes Circa Arabiam, quorum meminerunt poetę, deſcendunt à Nabaioth filio primogenito Iſmahelis.1.Paralipo. 35.c.4.I

Nablum Nomen hebræum ſignificat pſalterium, & organa apud nos: vnde Hebrardus.
Pſalterium Græci,nos organa,nabula Iudæi.
2,Paralipom. 124.c.2.E

Nabuchodonoſor Quem Daniel vocat patrē Balthaſar, non fuit immediatus pater eius,ſed pro auus: quia in medio intercidit Euilmerodach & alij. Et ſic dicit Hieron.ſuper iſtum paſſum,qui habetur.Danie.5.& extra de verbo.ſignificat cap.nam & rex Nabuchodonoſor pater tuus, i pro auus. more ſacræ ſcripturæ, quæ auos, & deinceps patres appellat.Gen. 58.c.2.B
Nabuchodonoſor iuſſit ſe appellari, & coli in Deū. Num.to.2. 41.c.2.E
Nabuchodonoſor dedit legem, ne quis malediceret Deo Iſrael ſub pœna mortis.Daniel.3.3.Reg. 78.c.3.G
Licet Nabuchodonoſor poterat iuſte facere, quæ fecerat contra Iudæos,vt probatur.4.Reg.246.c.2.C.Peccauit tamen faciendo: quia in eo defecerunt duo,ſcilicet,iuriſdictio,& recta intentio: qa a deſiderio dominandi motus eſt. Et omnia illa, quæ fecit, credebat ſe agere ex poteſtate ſua,& deorum ſuorum,&c.4.Regum 246.c.3.K. Poteſt etiam teneri, quòd non peccauerit, vt probatur. ibidem. 246.c.4.G
Nabuchodonoſor accepit vaſa de templo ter: primo quando captiuauit primum Ioachin. Secundo captiuauit ſecundum Ioachin. Tertio Nabuzardan princeps militiæ venit in vrbem Ieruſalem. Et cremauit templum Domini cum vrbe, &c.Et manebat ibi Nabuchodonoſor in Reblata Syriæ 4. Reg.24. Et omnia vaſa aurea & argētea redierunt in Ieruſalem poſt reditum a Babylone. Aerea tamen vaſa non redierunt: quia confracta fuerunt.Et prædicta vaſa aurea, &c. fuerūt in magno honore, eo tempore,quo erant in Babylone. Nam Nabuchodonoſor poſuit illa in tēplo Dei ſui in cuſtodia, vſquequo Cyrus iuſſit illa dari Hebræis, vt redirent in Ieruſalem,&cæt. 4 Reg. 240.c.4.I.& 248.c.1.A

Nachor Filius Sarug vixit annos centum quadraginta octo.Gen.11. Et mortuus fuit anno quadrageſimo nono vitæ Abrahæ, quo anno mortuus fuit Phaleg, vel ſaltem vno anno poſt.Et tempore iſtius Nachor incepit regnum Aegyptiorum,quorum rex primus fuit Zoes,ſiue Mineus dictus ſecundum aliquos: ſed non ſecundum mentem Euſebij.Gene.57.c.3.G. 1.Paralip. 35.c.3.K
De Nachor deſcēdunt omnes Hebræi ex parte matris,& ex parte patris de Abraam.Gen. 59.c4.G

Nadab & Abiu De quibus. Exo.24. Filij erant Aaron. Exod. to.2. 1.c.3.F. Et iſti duo conſumpti ſunt coram altari holocauſtorum, igne exeunte de altari: qa contra Domini præceptum obtulerunt de igne alieno,

alieno,vt patet.Leu.10.& 16.duos alios filios minores istis habuit Aaron.s.Eleazar.& Ithamar. ibid. 3.c.3.H

Nadab,& Abiu combusto,& sacrificium pro pecca to fuit die sequenti septem dies consecrationis eorum,vt patet.Leu.9.Exo.to.2.88.c.1.D. Et cõbustio istorum fuit miraculosa,&c.ibid. 90. c.4.F Et ignis,qui combussit istos, egressus est ab altari holocaustorum: quia cum apportarẽt ignẽ alienum ad adolendum thymiama,cum accesserunt ad altare holocaustorum,egressus est ignis,& cæt. Exo.to.2. 90.c.4.H

Aliqui dicunt,quòd Nadab & Abiu erant æbrij, cũ arreptis thuribulis,&c.Leu.10.Sed hoc improbatur.Leuit.81.c.3.H.& 81.c.3.G.Sed dicendum, ꝙ id fecerunt ex inaduertentia, sicut noui ministri. Leuit. 81.c.4.G

Nadab,& Abiu acceperũt ignem alienum, qui erat in atrio ad coquendas carnes,&c.Leu. 81.c.1.D

Nadab, & Abiu qualiter occisi fuerint ab igne, qui exijt ab altari.Leu.71.c.2.C.Qui iustè puniti sunt, vt probatur. ibid. 81.c.2.D

Nadab & Abiu extincti sunt ab igne, non tamen combusti,nec etiam capilli, nec vestes,&c.Leuit. 83.c.3.F

Aliqui dicunt,quòd ignis, quo extincti sunt Nadab & Abiu,fuit sicut ignis fulminis: sed oppositum probatur. Leui.85.c.1.B. Et dicendum quòd ille ignis fuit supranaturaliter operatus, iuxta Dei voluntatem mouentis illum.ibid.85.c.2.A.Et vo luit Deus,vt non comburerentur propter peccati leuitatem.Et in hoc se habuit Deus vt legislato res humani,&c.ibid. 85.c.2.B

Nadab & Abiu cum vestibus sacerdotalibus sepulti sunt,in quo Deus voluit monstrare sacerdotes sepelliendos fore in vestibus sacerdotalibus.Leu. 85.c.3.I. Summus tamen sacerdos non sepeliebatur cum vestibus pontificalibus. Sed an alij sacerdotes sepelliri deberent in vestibus sacerdotalibus,non constat: quãuis de his duobus, scilicet Nadab & Abiu constet.Leui. 85.c.4.F

Nadab & Abiu an sint dãnati æternaliter,non constat.Sed videtur probabiliter,ꝙ nõ.Leu.88.c.1.A Et verisimiliter creditur, ꝙ tempore cõbustionis contererentur, vt probatur exemplo cuiusdam clerici,&c Quod citat Bernardus.Et exemplo illius prophetæ, qui occisus est a leone. 4. Regum. 14.&c.Leu. 87.c.3.K

Nadab & Abiu mortui sunt in principio secũdi anni ab exitu de Aegypto. Sed quomodo mortui sunt.1.Paralip. 279.c.1.D.& c.2.B

Nadab filius Semei,de quo 1.Paralip.2. non fuit ille Nadab,qui combustus est,quando voluit offerre incensum coram Domino.Leu.10.& Nu.3.& 1. Parali.24. Quia ille fuit de stirpe Leu. Et iste filius Senei fuit de tribu Iuda.1.Paralip. 48. c.1.B

Naher In hebræo significat puerum.2.Parali. 172.c.3.G

Naphal Dictio hebræa significat duo.s.cadere vel mori, & figere tentoria,de prima significatione habetur Gen.16. & de secunda Gen.25.Gen. 296.c.1.A

Narrationis Ordo est duplex, quidam naturalis, cum res narrantur, vt geruntur. Et iste ordo nihil habet pulchritudinis rhetoricæ.Alius est artificialis quando non tenetur totaliter idem ordo,qui erat in efficiẽdo,&c. Et iste secundus ordo sæpissime habetur in sacris literis,& in alijs historicis narrationibus,&c.Exo. to.2. 91.c.4.I

Nasci In Bethlehem nasciturus erat Messias secundum Hebræos.Mat.to.6. 157.c.1.E

Nasus. Nasi tres proprietates excludentes aliquem sacerdotem a ministrando. Leu. 231.c.2.D

Natalis dies. Solos tres Natales dies sancto rum celebrat Ecclesia,scilicet Christi,matris eius,& Ioannis Baptistæ. Et istorũ naturales dies celebrat,nõ quia nati sunt,sed quia diuinitus nati sunt,&c.Mat.to.4.-74.c.4.I.

In sacris literis duo tantum reperiuntur, qui natales dies suos celebrarent,scilicet Pharao,& Herodes.Mat.to.4.

De natali die,vide in dictione Natalis.

Natatoria Siloè 3.Regum. 12.colum. 2.& c.3.F

Nathan Propheta non fuit filius Dauid, vt probatur euidenter. 1. Paralipom. 192.c.1.D

De Nathan & eius propheta. 2.Paralipomen. 135. colum.4.G

Libri Nathan prophetæ & Ahiæ prophetæ, & Addo prophetę,qui citantur.2.Paralipom.Non fuerunt combusti a Chaldæis,vt probatur. 2. Paralipomenon. 136. c.4. G. Nec tamen sunt ab Esdra adiuncti libris canonicis propter multa. ibidem. 137.c.1.C.

Nathinei Sunt illi, qui appellantnr Gabaonitæ.1.Paralipom. 109.c.2.C

Natiuitas. Natiuitatis principinm est in fœmore.Exo.to.1. 2.c.4.K

Natiuitas Christi. Designis,quæ contingerunt in Christi Natiuitate.Gen. 25.c.1.A

In Natiuitate Christi vnus Angelus annũciauit gaudium pastoribus.Mat.to.5. 191.c.1.A

Natiuitas Christi,vt dicit Beda, fuit in solstitio hyemali,&c.Exo.to.1. 71.c.1.A

Natiuitas Christi ex Virgine non fuit occulta Diabolo, vt probatur contra aliquos oppositum tenentes.Mat.to.1. 87.c.3.H

Natiuitas Christi tripliciter manifestata est, primò pastoribus,secũdò Magis,tertio Simeoni,& Annæ in templo, in signum triplicis cõuersionis ad Christum.Prima fuit Apostolorum,& Iudæorũ. Secunda Gentium. Tertia iterum Iudæorum in fine ęculi.Mat.to.1. 109.c.4.H

Natiuitas Christi conuenienter manifestata est Magis per stellam.Mat.to.1. 113.c.2.A

Natiuitas Christi manifestata est tribus generibus personarum per signa illis familiaria,&c.Matth. tom.1. 113.colum.2.E.& colum.3.F

Natura Non facit vnum ad multa:sed vnum ad vnum,&cæt.Gene. 235. colum.2.C

Natura multis modis accipitur.Gene. 237. c.1.C.& seq.

Naturæ ordo rarò mutatur.Et hoc ad nostram eruditionem, vt puta cum fiunt miracula, ex quibus fides exordiale fulcimentum accipit, &cæt. Exo.to.1.59.colum.2.B. Et natura cedit miraculo,ibidem.

Natura non abstrahit a materia & motu,&c. Exod. to.1. 264.c.1.A

Natura facit unũ ad vnum, & non vnum ad plura. Ars tamen facit vnum ad plura, propter indigentiam,vt gladium delphicum pro paupere,de quo. 1.Politicor. Exod.tomo.1.276.colum.1. A. Matt.to.2. 140.c.4.K

Natura nihil agit per saltum.Leuit. 175.c.3.G

In natura nihil eſt ſignum ſine cauſalitate Leuit. 203.c.4.K
Natura dicit dictamẽ rationis in vniuerſali. 1. Reg. to.1. 131.c.3.K
Natura inclinat ad aliquid dupliciter, vno modo ſicut ad id, quod eſt neceſſarium ad perfectionem vnius per ſe, & in ſe ipſo, & non in ordine ad alios. Alio modo ad id, quod eſt neceſſarium ad perfectionem multitudinis. Primo modo talis inclinatio obligat omnes: quia naturales perfectiones ſunt communes omnibus Et ita quilibet obligatur vacare conſeruationi ſui ipſius: ſiue per cibum & potum, ſiue abſtinendo a nociuis: quia conſeruatio eſt ad bonum, quod eſt eius particulariter, velut vnius. Secundo modo nemo obligatur determinate. Mat.to.5.82.col.3.G
Natura ſemper agit ſecundum ſucceſſionem, eo ꝙ virtus eius eſt limitata, & habet repugnantiam in opere. Matth.to.5. 210.c.2.A
Natura non ſolum intendit generationem ſed etiã prolis educationem. Mat.to.5. 81.c.4.H
Modus propagandi, ad quem inclinat natura, non eſt omnibus animalibus idem: ſed vnicuique ſecundum ſuam ſpeciem. Mat.to.5. 82.c.1.B
Natura quomodo docuerit animalia vnitatẽ vxoris. Mat.to.5. 84.c.4.H
Naturæ regimen optimum eſt. 12. Meta. Matt. to.5. 89.c.3.I
Natura nihil magis deſiderat, quàm ſe ipſam conſeruare. Mat.to.5. 115.c.4.K.& 116.c.1.A
Naturæ defectus deducit in memoriam Dei dupliciter. Mat.to.5. 117.c.3.K
Si defectus naturæ tollerentur multa bona de uniuerſo tollerentur. Mat to.5. 118.c.1.A
Duplex natura conſideratur in homine. Matt. to.5. 144.c.2.B
Omnis natura corporalis vel ſpiritualis, quantuncunque perfecta, non poteſt in ſuum actum exire, niſi moueatur a Deo. Mat.to.5. 147.c.4.F
Quomodo natura diligat Deum; & quomodo charitas. Mat.to.5. 147.c.3.K.c.4.F
Excellentior modus diligendi Deum eſt per charitatem, quàm per naturam integram. Matth.to.5. 147.c.4.G
Natura nihil agit ſupra ſe, ſed agitur. Matth. tom.5. 147.c.4.I
Naturæ ordo, qui in peccante per peccatum peruerſus eſt, non poteſt niſi per Deum reparari. Ma. to.5. 154.c.2.A
Natura eſt in motu ex duobus &c. Matth. tom. 6. 75.c.1.C
Nihil de natura habet corpus glorificatum, nec ex hoc eſt contra naturam. Matth.to.6. 75.col.1.D
Motus ſe habet ad naturam tripliciter. Matth.to.6. 74.col.4.I
Natura non eſt principium reſurrectionis. Matth. to.6 75.c.2.B
Natura eſt principium actiuum motus in grauibus & leuibus. Mat.to.6. 75.c.2.C
De quatuor gradibus penes naturam. Matth. to.6. 75.col.4.I
Natura non fertur ad impoſſibile. Matth.tom.6 79. col.2.D
Omne, quod eſt de intentione naturæ, eſt pulchrũ & perfectum. Mat.to.6. 116.c.1.C
Omne, quod naturæ non conuenlt, monſtruoſum eſt.to.6. 119.c.1.D
Quæ ſit natura vniuerſalis. Matth. tom. ſexto 120. colum.2.B
Natura, per cibum & potum, & alia vitę neceſſaria, conſeruatur. Mat.to.6. 148.c.1.A
Aliquid fieri per naturam cõtingit dupliciter. Mat. to.7. 147.c.2.F
Eſſe & naturæ virtus & operatio per ordinem ſe habent. Mat.to.7. 192.c.4.I

Natura humana. Natura humana dupliciter deficit. Matt. to.6. 118.c.2.C

Naturæ Chriſti, quantum ad humanam ſpeciem & naturam, nihil poteſt addi. Mat.to.7. 145.c.3.I
Ad naturam tripliciter ſe habet actio vel motus aliquis. Mat.to.6 74.c.4.H
Non poteſt eſſe quòd natura ſit principium alicuius motus, & non ſit terminus eius. Matt.to.6.75. col.1.B
Quædam ſunt contra naturam, & alia ſunt nullomodo naturalia, quæ tamen non ſunt contra naturam. Alia ſunt non naturalia ſimpliciter, & tamẽ ſecundum quid ſunt vel poſſunt dici eſſe naturalia. Alia verò ſunt pure naturalia. Matt. to.6. 75.c.4.H
Natura agit ſolum ſecundum formam, & ideo nõ multiplicat materiam, ſed formam. Principium agendi in natura eſt forma, & ideo neceſſe eſt, ꝙ effectus naturę ſit forma. vel aliqnid ſecundum exiſtens inquantum formam accipit. Matt. to.6. 110.c.3.H
Natura particularis dicitur ipſa vis corporea infita rebus &c. Et natura vniuerſalis vocatur non ſolum Deus ſecundum veritatem, ſed etiam ſecundum philoſophos illa intelligentia, quæ præeſt rebus corporeis in motibus ſuis naturalibus dirigendo eas. Mat.to.6. 120.col.2.A
Natura nihil plus appetit, quàm ſe ipſam conſeruare in eſſendo. Matth.to.7. 229.col.3.K

Naturalis. Naturalis ratio accipitur ex habitudine motus. Matth. tom.7. 86.col.4 K

Res naturalis habet duas perfectiones, ſiue actualitates, prima eſt completio, quam acquirit in aſſecutione formæ ſubſtantialis, & qualitatum conuenientium, altera eſt vltimata perfectio, quam acquirit in hoc quòd per formam, quam habet, exit in opertionem denominatam perfectionẽ rei. Et vocantur iſtæ duę formę actus primus & ſecundus. Gen. 10.c.3.K
In naturaliqus regula eſt, quòd quandocunque ponitur aliqua cauſa determinata ad aliquem effectum, ſiue arguatur ibi a cauſa ad cauſatum, ſiue ex eauſato ad cauſam, conuenienter ponitur aliquid eſſe ſignum alterius ſecundum naturam. Leui. 197.c.4.F
Naturalia non funt pęnalia. 4. Reg. 198.c.4.G
Naturalia non poſſunt conuenienter eſſe ſigna rerum ſuper naturalium. Mat.to.1. 110.c.3.G
Aliquid dicitur eſſe naturale dupliciter, vnomodo ſicut ex principijs naturæ ex neceſſitate cauſatum, vt lapidi moueri deorſum &c. Aliomodo dicitur aliquid naturale ſcilicet id, ad quod natura inclinat, & tamen mediante libero arbitrio completur, ſic virtutes dicuntur ineſſe naturaliter homini, ſic matrimoniũ dr̃ eſſe naturale quã tum ad inclinationem &c. Mat.to.5. 81.col.3.F
Ea, quæ ſunt naturalis rõnis, non reperiuntur eadẽ apud omnes, ſaltem quantum ad concluſiones particulares: ſecus tamen quantum ad principia multum vniuerſalia &c. Mat.to.5. 82.c.2.B
Rei naturalis concurſus mutatur dupliciter, vnomodo ex hoc ꝙ aliqua cauſa naturalis per aliam cauſam naturalẽ impeditur a curſu ſuo: aliomodo

do per cauſam ſupra naturalem, vt contingit in miraculis &c. Mat. to. 5. 94. c. 1. D
In naturalibus eſt duplex agentium habitudo. Mat. to. 5. 43. c. 2. A
Aliquid dicitur eſſe naturale dupliciter. Matt. to. 5. 81. col. 3. F
Rei naturalis curſus dupliciter mutatur. Mat. to. 5. 94. col. 1. D
Quemcunque curſum rei naturalis poteſt mutare res ſupra naturalis. Mat. tom. 5. 94. col. 2. A
Quę ſunt pure naturalia, agunt ex neceſſitate. Mat. to. 5. 243. col. 4. H
Naturale multipliciter dicitur. Matth. tom. 80. colum. 1. A
Naturale & violentum non ſunt immediate oppoſita. Mat. to. 6. 80. c. 2. D
Naturalia a Deo ſunt inſtituta. Matthæum tom. 6. 151. col. 1. B
Eadem eſt origo generationis rei naturalis & generationis ſcientiæ. Mat. to. 7. 191. col. 1. C
In rebus naturalibus inueniuntur tria. Matth. to. 7. 199. col. 4. F

Natus ex ſterili. Nati ex mulieribus ſterilibus habuerũt aliquid admirabile &cæt. Iudicum. 130 col. 2. B

Nauis. Primus inuentor nauis fuit Iaſſon filius regis Eſonis in Theſſalia &cæt. Vt dicunt hiſtorici &cæt. Deuter. 162. colum. 1. D. Sed rei veritas eſt, quòd naues prius incæperunt. Nam de eis facit mentionem Moyſes coram populo. Deutero. 28. in fine. Inquit enim, ſic reducet te Dominus claſſibus in Aegyptum, & Ouidius dicit tempore Saturni eſſe puppes, & veniſſe eum de Creata in Italiam puppi ductus, & tamen Saturnus fuit tempore Iacob. Deuteron. 162. col. 2. D

Nauigare. Chriſtus nũquam nauigauit per mare Oceanum, nec per Mediterraneum &c. Mat. to. 3. 162. c. 3. K

Nauigatio Chriſti. Nauigatio Chriſti, de qua Matt. 14. non fuit illa, de qua Ioan. 6. vt dicit Chryſoſtomus ſuper Ioannem. Sed Auguſtinus in libro de Cõcordia Euangeliſtarum tenet quòd fuerit eadem, & ſic tenetur communiter, vt probatur. Et reſpondetur ad rationes eorum, qui tenent oppoſitum. Mat. to. 4. 104. c. 2. A

Nauta. Nauta non dirigunt ſtellæ mobiles, vt ait Lucanus lib. 9. cuius aſſignatur ratio. Deu. 160. c. 3. I

Naum propheta. De Naum prophetа, & tempore quo prophetauit. 4. Reg. 155. c. 4. K. 156. c. 1. A
Naum prophetauit euerſionem Niuiue, & deſtructionem Regni Aſſyriorum ad conſolationem regni Iuda. 4. Reg. 193. c. 2. E
Naum vnicam rem prophetauit. ſ. deſtructionem Niniue. 4. Reg. 216 c. 2. C
Naum propheta prophetauit tẽpore, quo Michęas cuius aliqua verba exponuntur. Gen. 23. c. 4. H

Nauſea. Aliquando ex abominatione ſtomachi, aliquando ex repletione maxima cauſatur &c. Num. to. 1. 141. c. 4. F

Nauſeare. A naui dicitur, quia in naui poſiti a principio euomunt. Num. to. 2. 16. col. 1. D

Nazareth Erat in ſorte tribus Neptalim, nõ longe a mari Galilææ, diſtans per ſeptem leucas a mari Mediterraneo occidentali, ita ꝙ & eſt modicum magis ocidẽtalis quàm Ieruſalem, quia Ieruſalem diſtat a mari Mediterraneo per nouem leucas, aut plus. Et Nazareth eſt nunc deſtructa quàm ſi totaliter. Et vſque hodie habetur in ea locus, in quo Gabriel angelus ſalutauit Virginem &c. Et multa alia vide de Nazareth Mat. to. 1. 143. c. 1. D
In Nazareth quomodo potuerit habitare Ioſeph, cum eſſet de tribu Iuda. Mat. to. 1. 143. c. 2. D

Nazarenus. Quare Ieſus dictus ſit Nazarę nus, & non de Capharnaum &c. Mat. to. 3. 178. c. 3. H

Nazaræus. Quare Nazeræi ſcandalizabatur in Chriſto. Mat. to 4. 69. col. 2. E
Votum Nazaræorum nihil aliud erat, quàm votũ de ſeparatione a quibuſdam, quibus omnes alij homines licite vtuntur, ſcilicet, vt non aſcendat nouacula in caput eius, vt non bibat vinum, nec comedat quicquam de vinea, vt non accedat ad exequias mortuorum. Neque tangat, dato etiã, quòd pater ſit, vel mater, & quædam alia, de quibus Nu. 6. Gen. 411. c. 3. F
Nazaræus interpretatur ſeparatus. Geneſim. 411. col. 2. E
Nazaræorum purificatio erat votiua. Matthæ. to. 6. 290. c. 2. B
Nazaræorum votum quare nunc non obſeruetur apud Iudæos. Matt. to. 63. c. 2. B
Nazaræorum obſeruatio in quibus conſiſteret. Nume. 6. Leui. 326. c. 4. F
Votum obſeruauit Paulus per ſeptem dies ad oſtẽdendum ſe ſeruare legem Moyſi. Leu. 326. c. 4. F
Nazaræorum lex erat, vt toto tempore, quo quis ſe conſecraret Domino, non aſcenderet nouacula ſuper caput eius Nume. 6. Et illud ſpetiale votum, & toto tempore, quo ſe voto cõſecrabant, non licebat abſcindere aliquem de capillis ſuis. Leui. 199. c. 3. K
Oculi morientis claudebantur ab illo, quem magis diligebat moriens, dum viueret, apud antiquos. Gen. 386. c. 2. C

Per illos oculos, de quibus Genes. 49. Dicitur, oculi eius pulchriores vino, intelliguntur oculi Christi, similiter, & dentes, vel oculos ad Christum, & dētes ad eius Apostolos referre possumus. Gen. 407. col. 4. G

Oculorum gratiositas in tribus attenditur. Genesi. 407. c. 4. G

Oculo dextero carentes inepti sunt ad bellum, &c. 1. Reg. to. 1. 186. c. 2. B

Oculus malus quid sit Mat.to.4. 139.c.1.B
In oculis paret magis superbia, quàm in alijs partibus &c.similiter & alij affectus, vt ira', libido &c. 4.Reg. 191.c.4.H
Sunt quædam gentes monstruosæ vnum tantum oculum habentes in fronte, quæ dicuntur cyclopes. Sunt & aliæ quæ oculos habent locatos in humeris, qui & capitis figuram non habent. Parado. 69.c.4.H
In oculo beati duplex est qualitas. s. perspicuitas, & lux. Mat.to.4. 243.c.2.A

Odire Deum. Quomodo dicamur nos odire Deum. Exod.tom.1. 167.c.3.I
Vnde proueniat, quòd quis odiat mulierem cognitam a se, cum prius eam nimis dilexerat. Matthę. to.5. 90.c.2.E
Dęmones interdum nos odio habent, sicut hostes. Mat.to.7. 276.c.2.E

Odium. Dicitur quædam ira inueterata manens in anima &c. Leui.190. col.3.I
Odium interdum perturbat rectum iudicium. Ma. to.6. 32.c.1.B
Odia sunt restringenda, & fauores ampliandi, vt patet de reg.iur.lib.6.cap.odia restringi. Iudi. 214. c. 2.D. Mat.to.6. 50.c.1.D
Odium fertur ad duo, & ad vtrumque sub ratione mali. s. in malum, quod vult, & in id, cui vult. Ma. to.2. 101.c.1.B. 107.c.3.I
Odium nũquam potest esse bonum: quia est de malo, sub ratione mali, nisi de peccatis: qa in eis nulla est ratio boni, quatenus peccata sunt. Matthæ. to.2. 101.c.3.H
Odium est grauius malum, quàm ira, vt probatur. Mat.to.2. 103.c.3.H
Odium ad melancoliam pertinet, ira vero ad cholcram. Mat.to.2. 103.c.4.H
Qui odit aliquem, non vult malum illi tanquam retributio ad iusticia; pertinet: sed solum vult malum, inquantum malum est, & nocet illi, cui malum volumus &c. Mat.to.2. 104.c.2.D
Odium quare non dicatur vitium capitale. Matth. to.2. 111.c.2.C
Odium perfectum dicitur, odire iniquitatem: quia ad perfectionẽ pertinet quòd peccata odiamus, & personas diligamus, iuxta illud Psal. iniquitatem odio habui &c. Mat.to.6. 139.c.1.E
Odium non habet determinatam causam, nam aliquando procedit ex ira, aliquãdo a sola tristitia, vbi nulla ira est, & quãdo procedit ab ira, non immediate procedit: sed a tristitia, & ob hoc ponitur tristitia tanquam causa propria odij, & nõ ipsa ira, conuenientius tamen ponitur sub accidia, quàm sub ira. Mat.to.2. 111.c.1.C
Odium in parentes aliquando est pietas in Deum. Mat.to.3. 265.c.3.F
Odij fundamentum non potest esse virtus. Matth. to.5. 100.c.3.K
De odio, & inuidia demonum in homines. Matthę. to.7. 276.c.2.D
Odium erat tota causa, & immediata repudij in lege Moysi. Mat.to.5. 100.c.3.G
Odium interdum pertinet ad charitatem, sicut dilectio. Mat.to.6. 139.c.1.E
Odium Dei, si daretur, esset maximum peccatorũ. Mat.to.6. 203.c.E
Nulla creatura potest Deum odio habere, considerando ipsum sub ratione Dei, vel summi boni, &c. Mat.to.7. 189.c.1.D
Vbi odium est, non est charitas. Mat.to.5. 63.c.4.F
Odium inimicorum, quatenus est contra charitatem, semper est peccatum mortale, & ideo nunquã fuit licitum. Occidere tamen inimicos semper fuit licitum, vt in bello iusto &c. Mat. tom.7. 43.colum.2.C

Odolam. De qua Gen. 38. quædam terra est saltuosa versus meridiem terræ promissionis, in qua latuit Dauid. 1. Reg. 22. Genesi. 353.c.1.A

Odor, Odorare. Odor ille, de quo Gen. 8. dicitur: Odoratus est Dominus odorẽ suauitatis, capitur tropicè pro deuotione offerentis: quia, scilicet, bono corde sacrificium offerebat. Gen. 46.c.3.K
Odor fit per emissionem vaporalem, cuiusdam substantiæ fumosæ delicatæ &c. Gen. 199.c.1.B
Odor agri pleni de se non est suauis: sed per accidẽs, propter abundantiam &c. Gen. 306.c.3.I
Odor causatur ex resolutione calidi agentis in Siccum. Nu.to.1. 131.c.1.C
Odor in beatis non requirit fumalem euaporationem. Mat.to.4. 242.c.3.F
Homo parum odorat. Mat.to.4. 242.c.3.F
Qui odor dicatur Deo suauissimus. Num. to.2. 101. col.3.I
Odor intentionaliter diffunditur: non tamen negãdum est odorem emitti cum fumali euaporatione. Mat.to.4. 242.c.1.D
Quod odor fumalis sit substantia corporea probatur Mat.to.4. 242.c.v.C
Odoris species potest esse fine substantia rei odorantis. Mat.to.4. 248.c.1.D

Odoratiuum Homines sunt male odoratiui, propter magnam humiditatem cerebri, quo fit vt solos magnos odores percipiamus, & in parua distantia. Matt. to.4. 242.colum.3.F

Odoratus In odoratu nullum animal præter hominẽ delectatur: sed odor in alijs animalibus ab homine, solum ordinatur ad cibum. i. per odorem animalia quærunt cibũ. Ex.3.Ethico.cap.de temperantia. Matth.to.3. 98. colum.3.I
Odoratus non erit in patria. Mat.to.4. 235.c.1.D
De odoratu. Parado. 45.c.3.H

Oeconomia, Oeconomicus.

Oeconomia constat ex quatuor personarum generibus, scilicet, viro, vxore, liberis, & seruis Nu.to. 1.168.c.3.F. Gen.22.c.2.C
Oeconomia quælibet habet virum vnum, qui est oeconomus. 1. dispensatiuus, siue pater familias. Iosue.to.2. 51.c.3.K
Oeconomicæ cõmunicationis finis Gen. 228.c.4.F
Oeconomia communicatio non est simplex sed cõposita ex duabus, scilicet, ex naturali, & desposita. Gen. 234.c.2.C
Oeconomica communicatio non erit in Paradiso.
Oedipus vide in Edipus.

Offendere Offendi quid sit. Matth. to.5.15 co-.3.K
Correctio fraterna est bona offendentis, & etiam offensi. Mat.to.5. 45.c.3.G

Offendiculum. Proprie est aliquid ante oculos nostros positũ, & ante pedes, quod non videntes. i. non aduertẽtes impingimus & cadimus. Ios.to.2. 175.c.2.A

Offensa. Accipit quantitatẽ ab eo, qui offenditur, vt probat Arist.5.Eth.ca.de cõtrapasso. Mat.to.1. 22.c.A

Circa

Circa offensam illatam posuit Christus duo p̄cepta ex parte offensi, & vnū ex pte offendētis. Ex parte offensi, primum præceptum est, ꝙ remittat rācorem, vel non teneat: secūdum est, ꝙ admoneat offendentem cessare a peccato. Ex parte verò offendentis remissionem, & reconciliationem petat &c. Mat. to. 5. 45. c. 3 K
Offensæ non remittūtur in cęlis. Mat. to. 5. 66. c. 2. B
Offensa ī peccato quid sit. in Defen. 3. c. 4. G. 9. c. 1. B
Offensa in peccato accipitur dupliciter, vno modo pro eo, quo formaliter aliquis dicitur offendere alium. Et tunc actus malus dicitur offensa, inquātum in eo est quædā prauitas, vel inæqualitas opposita iuri, & debito, secundū q̄ ille offenditur iniuste, contra quē cōmittitur talis actus. Alio mō capitur pro effectu offensæ. i. pro quadā indignatione iusta consecuta ex parte eius, contra quem cōmittitur ille actus. Offensa primo mō non manet trāseunte actu peccati: quia fundatur in actu positiuo, sicut culpa, & per cōsequens illa transit, & desinit esse, transeunte actu peccati. Et hoc modo non pōt aliquis absolui ab offensa Dei, nec ēt Deus tollit illam, neque remittit, sicut neq; culpam &c. Secundo modo offensa manet, transeūte actu peccati: quia quandiu manet illa indignatio, dicitur manere peccatum, quia tūc Deus imputat nobis ad pœnam &c. Et huic offensæ opponitur gratia Dei. Et ab offensa isto modo Deus non absoluit, bene tamen Deus remittit illam, vel tollit. Defen. 3. c. 4. G
Quicunque videt offensas Dei manifestas, & non dolet de illis saltem in corde suo, peccat mortaliter. 4. Reg. 225. c. 4. F

Offensus. Duo præcepta posuit Deus ex parte offensi, & unum ex parte offendentis. Mat. to. 5. 45. c. 3. K
Offensus ab aliquo quid debeat primo facere. Mat. to. 5. 45. c. 2. C. Quid offendens. ibid. c. 2. D

Offerre. Quid liceret Deo offerre in veteri testamento. Leui. 22. c. 1. C
Offerre, & vouere seruant puram libertatem, & ista inter se distinguuntur. Mat. to. 6. 235. c. 1. C
Christus approbauit quosdam offerentes Ecclesijs. Mat. to. 5. 201. c. 1. D
Deus indignatur, quando illi res despectæ offeruntur. Mat. to. 7. 292. c. 3. K
Offertorium missæ mortuorum declaratur. Gene. 253. c. 2. C

Officium. Officiorum, & beneficiorum arrendationes licitæ sunt, si fiant, sicut oportet. Mat. to. 7. 57. c. 3. F
Difficile est esse pacem inter communicantes in eodem officio. Matt. to. 5. 84. c. 2. A
Officium Christi, ad quod missus fuerat, fuit non manducare panem ociosus, & vacare semper doctrinæ, & verbo. Mat. to. 5. 240. c. 1. C

Og. Opinio Rabbi Salomonis circa Og regē Basan improbatur Gen. 250. c 3. K
De magnitudine Og regis Basan quid dicant Talmudistæ, & quomodo expositio quorūdam Hebræorū exponentium illud mystice nō quadret. Nu. to. 2. 30. c. 4 F
De quātitate, & magnitudine Og multa vana dixerūt Hebræi. Et vt ꝓbat Auctor, lōgitudo eius non erat maior, q̄ lōgitudo duorū hoīum mediocriū, vel duorum hòminum & dimidij, & proportionabiliter in latitudine. Deu. 14. c. 4. G
Per Og quid mortaliter intelligatur. Deu. 15. c. 1. C
Lectulus ferreus Og regis Basan habebat nouem cubitos in longitudine, & quatuor in latitudine &c. 1. Paralip. 227. c. 1. D

Ogdoas. Significat octo, & inde sumptum est hoc nomen octo, & significat nouū testamentum, in quo octaua dies colitur. i. Dominica. Et octaua resurrectionis generalis rememoratur. Gen. 8. c. 1. A

Ogyges. Ab Ogygi regis diluuio Marcus Varro cōtexit historiā &c. De. 168. c. 3. H

Olda. Vxor Sellum fuit prophetissa. 4. Reg. 22. Iudi. 6. A

Oleum. Offerebatur Dominò in lucernis. s. vt arderēt intra tabernaculum, & in sacrificijs, quando fiebant sacrificia de similia, & in sartagine, & in sacrificio farris noui, vt patet Leu. 1. Et generaliter in omni sacrificio præceptum erat apponi oleū, vt patet Nu. 15. Exo. to. 2. 17. c. 1. A
Triplex genus olei fluit ex eisdem baccis oliuæ. Primum est quod sua sponte fluit de baccis in torcu lari, nullo præmente, & hoc purissimum est, nihil habens secum admixtum impuritatis materiæ grossæ &c. Secundum est, quod ex ipsis baccis excutitur, ipsas percutiendo maleo, siue pilo &c. Et hoc nō est ita purum, sicut primum. Tertium est, quod in torculari prægrandi lapide terente fluit. Sed hoc est impurum, cum multū de amurca illi coniungatur. Primum genus olei deseruiebat vsui lucernarum tabernaculi. Secundum deseruiebat libaminibus: quia in sacrificijs, simila, vinum, atque oleum infundebātur. Vt patet Nu. 15. Tertium in solos vsus populi conuertebatur. Similiter dicēdum est de triplici genere vini &c. Exod. to. 2. 53. c. 4. F. Sic dicit rabbi Salomon. Sed dictum eius non consonat literæ: quia loquens oleo lucernarum, dicit ꝙ sit purissimum pili cōtusum, sad minus pilo tōsum, id est, non sit amurcæ admixtum &c. Exo. to. 2. 53. c. 4. G. & 89. c. 4. H
Oleo sancto, quo vngebantur sacerdotes, vngebantur & ipsi Reges, quando assumebant potestarem regiam &c. Exo. to. 2. 101. c. 1. B
Oleo sancto, non licet vti: nisi in Ecclesijs in sacramentis. Exo. to. 2. 101. c. 1. E
Oleum, quod Deus mandabat offerri. Exn. 35. Erat ad tria. Primo ad fouenda luminaria candelabri. Secundo ad conficiendum vnguentum &c. Tertio ad faciendum thymiama. Exo. to. 2. 185. c. 4. G
In sacrificijs de sartagine tripliciter apponebatur oleum. Leui. 19. c. 1. E
Oleum, de quo Leuit. 21. cum dicitur: quia oleum sanctæ vnctionis Dei sui super eum est, intelligitur de oleo non mixto sanguine arietis. Et illud Leui. 10. Oleum quippe sanctæ vnctionis super vos est, intelligitur de oleo mixto sanguine arietis, quo aspergebantur tam minores sacerdotes, quam sacerdos magnus. Leui. 228. c. 3. H
Tantum olei ponebatur in sacrificijs sicut vini. Leuitico. 263. c. 3. I
Olei oliuarum tres sunt conditiones, de quibus. Le. 276. c. 1. A
Duplex oleum erat in sanctuario veteris legis, vnū pro lucernis, & alterum ad vnctiones. Primum erat simplex. Et secundum compositum. Nume. to. 1. 48. c. 1. B
Oleum infirmorum, & catheçuminorum. Quod appellatur chrisma, solum conficitur in sedibus Episcopalibus, & inde omnes Ecclesiæ minores habent oleum. Nu. to. 1. 268. c. 3. G
Oleum aliquando efficiebatur immundum ad sacrificium in veteri lege. Nu. to. 2. 111. c 4. F
Olenm in confirmatione, & extrema vnctione, debet esse consecratum. Alioquim non confer-

tur ſacramentum.4.Reg. 88.c.4.H
Oleum,quod erat in lecytho mulieris viduæ, quod per miraculum multiplicatum eſt ad inſtantiam Eliſæi.4.Reg. 4. Multiplicabatur in ipſo lecytho, ita vt adimplerentur omnia vaſa &c.4. Reg. 33. c.2.C.Et Modus creſcendi olei fuit per multiplicationē. ibidē 33.c. 2. D. Et iſtud miraculum fuit aliquo modo maius, quam, quod fecerat Elias de oleo &c.Et aliquo modo è cōtra. Sed miraculum Eliæ fuit ſimpliciter maius. vt probatur ibidem. 33.c.3.F
Olympus. Eſt mons altiſſimus in macedonia,ita vt cœlum ſuſtinere,& tāgere videatur,ſub quo etiam nubes eſſe dicūtur, de quo Vergilius, & nubes exceſſit olympus. Et diuidit Macedoniā a Tracia:& ꝙ Mediam regionem excedat,oſtēditur ſigno manifeſto &c.Gen. 87.c.1.D
Philoſophi Olympum aſcendentes, vt ſitus ſtellarum,& curſus earum inſpicerent,deferebant ſpōgias cum aqua, vt aerem redderent ſpiſſiorem: quia alias viuere non valerent, vt dicit Hiſtoria ſcholaſtica.Gen. 87.c.1.E
In Olympo erat ara Ioui conſecrata, & cum ibi literæ fierent in cinere,vel in puluere, quando fiebant ſacrificia,ſequenti anno eædem literæ inueniebantur integræ &c.Gen. 87.c.2.B
De Olympo quid dicat Solinus, refertur. Gene.87. col.2.C
Olympum montē ſuperauerunt aquæ diluuij.Gen. 43.c.4.G.87.c.3.H
Olympias. Spatium erat quatuor annorū, quæ ortum habuit a ludis factis Ioui olympiaco &c.Et hæc olympiades a Pelope auo materno Herculis inchoatæ ſunt in honorē Iouis &c.Exo.to.1. 71.c.2.E
Primus annus primæ olympiadis fuit annus ſexcenteſimus ante Chriſti natiuitatem,regnante apud Iudęos rege Ezechia.Exo.to.1. 71.c.3.F
Oliua: Oliuæ abundant multum in terra promiſſionis,in tantum, ꝙ dicebantur vngere pedes in oleo,& hoc maxime in ſorte Aſſer. Deut. 149.c.3.H
Olla nomen Hebræum: Secundum ſuā originem ſignificat eleuationem, & poteſt competere aſcēſioni,quia per gradus eleuatos fit aſcēſio: Competit etiam holocauſto, & alijs ſacrificijs: quia manibus ſacerdotum eleuantur coram Domino.2 Paralip. 122.c.4.I
Non erant ollæ caldariæ,& lebetes altaris ſacrificiorum,ad coquendum carnes, ſed offerentes portabant neceſſa,ſecundum victimas, quas offerebāt, ſiue illæ eſſent fictiles,ſiue Aeneæ.Exo tom.2.49. colum.4.F
Omen. Eſt quædam ſpecies ſuperſtitionis, vel augurij ex verbis impertinētibus aliorum ad noſtram intentionē reducta &c. 3. Reg. 188.c.2.D
Omē habitum eſt apud antiqnos pro religione &c. 3.Reg. 188.c.3.F
Omine fundata eſt Roma.3.Reg. 188.c.3.F
Omiſſio. Fuit principiū peccati primorum parentum.ſ.non cogitare, quod cogitare debeāt.ſ.an appetitus ille honoris eſſet malus,vel bonus &c Gen. 180.c 2.D
Omiſſio,quatenus omiſſio eſt,nō ſuſcipit magis, & minus:quia eſt priuatio.Mat.to.7. 33.c.1.D
Omiſſio,quæ venit ex obliuione vel ignorātia;quę non excuſat a toto, redducitur in actum voluntarium omittendi, nō tamen immediatum &c. Mat.to.7. 233.c.4.I.234.c.1.A
Omittere. Tripliciter pōt omittere is, qui eſt obligatus facere aliquid. Mat. to.7. 233.c.3.K.c.4.F
Omnis. Ly omnis, in ſacra ſcriptura,non diſtribuit ſemper vniuerſaliter: ſed aliquando ponitur oēs pro valde multis. Gene.13. colum.1.E.& 16.colum.2.D.88.col.4.I. Exo.to.1. 167.colum.1.A. Nu.to.2.172.col.3.I.Ioſue.to.2. 155 c.3.H & 160.c.2.C
Omnia capitur promultis in ſacris literis. Exo.t.1. 55.c.2.C.Paralip.169.c.1.D.Mat.to.3.145.col.3.K. Mat.to.5.61.c.3.H.Mat.to.7. 79.c.1.A
Omnis,& Vniuerſus ſæpe diſtribunt pro generibus ſingulorum,& acomodè Ioſ.to.2. 51.c.2.A
Omnipotentia. Dei omnipotentiā non cognouit Ariſtoteles, nec alij philoſophi,vt probatur.Io. to.1.48.c.2.D
Omnipotentia oſtenditur dupliciter, ſcilicet intenſiue,& extenſiue.Mat.to.3. 155.c.4.H
Onan: Filius Iudę differt ab Onā filio Ierameel primogeniti Eſron ex ſecūda vxore, de quo.1.Parali.2.in literis vltimis,quia Onā primogēitus Iudæ ſcribitur cum litera Nun, & alius cū litera Mem, vt patet ex Hebræo.1. Par.47.c.4.K
Onicha. De qua Exodo.30.eſt quædam parua oſtreola,vt dicit hiſtoria ſcholaſtica, vel quædam herba aromatica iuxta Papiā.Exod. to.2. 102.c.1.D
Onix. Græcè unguem ſignificat, vnde & lapis quidam onichinus dicitur propter colorem vnguis humani,quem habet,albi rubeiq; coloris mixtim.Gen.i4.c.3.H.Exo.to.2. 102.c.4.K
De duobus onichinis lapidibus, in quibus ſculpta erant nomina filiorum Iſrael iuxta ſuas antiquites in natiuitatibus ſuis.Exo.t.2.61.c.4.I.62.c.1.A
De lapide onichino vide etiam in dictione lapis.& Exo.to.1. 65.c.1.C
Lapis onichinus multos habet effectus noxios, ſi digito porretur,vel collo ſuſpendatur &c. Geneſi. 102.c.4.K
Lapis onichinus inuenitur vel influmine Phiſon, vel in terra Heuilath. Et eſt vnus de duodecim lapidibus prætioſis,qui ponebanē in rationali,Exo. 28.Et eſt albus permixtus rubro ad ſimilitudinē vnguis humani, vnde Gręci vnguem appellant onicen: & habet colorē ignis venis albis cingentibus. Et etiam onix arabicus nigri coloris albis cingentibus venis,& huiusgeneris ſunt quinque Gen. 102.c.4.I
Onix in Gręco ſignificat vnguem, vnde & lapis qui dā pretioſus dr̄ onix,quia habet figuram & colorē vnguis humani, & inde deriuatur onichinus. Et multos de iſtis lapidibus dedit Dauid ad neceſſitatem templi. 1.Paralip. 334.c.2.C
Onocrotalus. De quo Leui. 11. Auis quędam eſt,quæ vulgariter dicitur grama.Leui. 99.c.2.C.& 109.c.4.K
Onus. Conditio perſonę non tollit onus reale &c.Ruth. 262.c.2.B.
Oola. Nomen viri eſt,ſimiliter & nomen meretricis.1.Patalip. 103.c.F
Opera. Nemo in vanum operas debet expendere.Mat.to.7. 60.c.4.I
Nemo cogitur dare operas ſuas gratis. Mat. tom.7. 63.c.1.C
Operari. In omnibus operātibus bonum vel malum,tria cōſiderātur.ſ. æqualitas vel inæqualitas naturalium.Magnitudo ex partę acti

acti eliciti, differentia ex parte conatus &c. Matt. to. 7. 226. e. 1. E. c. 2. A
Deus operatur in inſtanti: & natura operatur ſucceſſiue. Mat. to. 5. 210. c. 2. A
Non eſt neceſſe operari in via ſecundum virtutem Mat. to. 6. 135. c. 2. A
Operans publice poteſt tripliciter ſe habere. Matt. to. 6. 174. c. 3. K. c. 4. F
Circa omnem gratiam, nobis a Deo datã, tenemur aliquid operari. Mat. to. 7. 114. c. 4. F
In operantibus bonum vel malum tria conſideran tur. Mat. to. 7. 226. c. 1. E
Aliquis dicitur ſemper operans ſecundum aliquã virtutem, quando nunquam contra illam opera tur, & ꝙ temporibus cõuenientibus ſemper operetur &c. Mat. to. 2. 252. c. 1. D
Ad operãdum bonum duo requiruntur: primo vt affectus inclinetur a Deo ad bonum: ſecundo vt ratio inueniat vias congruas ad perficiẽdum bonum virtutis. Mat. to. 5. 27. c. 2. E. c. 3. F
Quòd nullus operetur, niſi vbi eſt, eſt verum ſimpliciter. Mat. to. 7. 216. c 4. I
In operantibus ſecundum intellectum talis eſt contradictio, ꝙ nunquam operantur ſine fine præſuppoſito Paradox. 10. c. 2. C

Operarius.

Operarij poſſunt dupliciter accipi. Mat. to. 5. 147. c. 1. D
Operarij vineæ dicuntur dupliciter. Matt. to. 5. 173. colum. 2. D
Conducere operarios in vineam, dupliciter accipitur. Mat. to. 5. 173. c. 2. D
Quare omnes homines dicantur operarij vel mercenarij. Mat. to. 5. 173. c. 3. F
Cogens operarios laborare vltra modum, ita, vt ex hoc incurrãt debilitatem, vel aliquod damnum, peccat mortaliter; & tenetur eis ad diſpendium, quod ſua cauſa incurrant operarij. Et ſic dicendũ eſt de illis, qui conducunt animalia ad opera. Ma. to. 3. 91. c. 1. C
Per operarios in parabola vineæ poſſunt intelligi omnes homines, & poſſunt intelligi ſoli doctores & prædicatores, vel perſuaſores &c. Ma. to. 5. 173. c. 2. D

Operatio. Opus

Vna operatio bona meretur, ꝙ Deus conſeruetur operantẽ, ne cadat in peccatum, ſed cõfortetur ad aliam bonã opationẽ. Gc. 275 c. 1. D
Nemo ex vna bona operatione poteſt iudicari virtuoſus. Mat. to. 6. 7. c. 2. E
Ad operationem bonã duo requiruntur. ſ. verus intellectus, & appetitus rectus. Exo. to. 1. 164. c. 2. C
Anima eſt operationis principium. Matt. to. 6. 69. col. 2. E. c. 3. F
Operationum tria ſunt genera, primum eſt neceſſariũ, a quo nulla erat abſtinentia in ſabbato nec in alijs feſtis vete. teſta. Secundum erat paratio cibi, & hoc fuit vetitum in ſabbato, & in die propitiationis ſolum. Tertium erat operationum ſeruilium, & iſtud vetebatur in omnibus feſtis Hebræorum, & iſtud genus operationum ſolum vetatur in feſtiuitatibus noui teſta &c Exo. tom. 1. 86. col. 4. I
Operationum noſtrarum, fundamentum eſt Chriſtus. Mat. to. 7. 245. c. 3. F
Tota operatio naturæ humanæ eſt ſub operatione diuina. Mat. to. 6. 76 c. 1. D
Operatio eſt finis delectationis. Mat. to. 6. 122. c. 1. A
Operatione fundatur amicitia. Matt. to. 6. 140. c. 3. I
Seruilis operatio poterit eſſe in potẽtijs organicis, in motiua, operatiua, & expreſſiua, vt probatur. Exo. to. 1. 82. c. 2. B. & vſque ad quæſt. 73.
Operatio dicitur ſeruilis duplicitur, vnomodo qa per ſeruum aliquẽ expediri põt aut decet, ne dominantis vileſcat ſtatus, vt arare &c. Aiomõ dicitur ſeruilis a fine, pro quo fit, vt fiat propter lucrum &c. Et iſto modo operationes linguæ poſſunt ſeruiles &c Exo. to. 1. 82. c. 3. K. c. 4. F
Corpora noſtra ſunt inſtrumentum bonarum & malarum operationum. Mat. to. 7. 268. c. 3 G
Omnis operatio reducenda eſt ad aliquod principium operans & dirigens per intellectum. Leui. 158 col. 2. C
Operationes noſtræ non ſunt indifferentes: ſed aut bonæ ſunt aut malæ Mat. to. 7. 236. c. 3. F
In operationibus malis procedentibus ab eodem habitu, ſemper poſteriores peiores sũt prioribus, cæteris paribus, ſimiliter & de bonis dicendum eſt, vt probatur. Leui. 314. c. 4. I
Eſſe aut natura, virtus & operatio per ordinem ſe habent. Mat. to. 7. 192. c. 4. K
Operatio Dei non eſt cum ſucceſſione &c. Ioſ. to. 1. 1. Reg. to. 1. 60. c. 2. C. 215. c. 4. I
Dei operatio duplex vna, qua res in eſſe perduxit, altera, qua operatur in gubernatione rerum creatarum Mat. to. 7. 85. c. 3. F
Operatio dicitur naturalis, quando vtrunque principium eius, ſ. paſſiuum, & efficiens naturale eſt, cum autem vtrunque principium fuerit ſupernaturale, tũc operatio dicitur ſupernaturalis. Et quando principium actiuum eſt ſupernaturale, & paſſiuum naturale, operatio non dicitur pure ſupernaturalis, &c. 3 Reg. 173. c. 4. H
Operatio eſt a forma ſubſtantiali. Mat. t. 7. 131. c. 4. I
Operationes multiplicantur per interciſionem & interruptionem. Mat. to. 2. 16. c. 4. I
Operatio cœli eſt propter hominem. Matth. tom. 7. 140. c. 2. D
Operationis perfectio dependet ex quatuor, primo ex ſuo genere, ſecundo ex principio operatiuo. tertio ex obiecto, quarto ex forma operationis. Mat. to. 2. 57. c. 2. A
Dupliciter cõparatur operatio, vnomodo ad ſubiectum, &c. alio modo ad obiectum, &c. Matt. to. 7. 216. c. 3. I
Operatio formæ propriè dictæ eſt dare eſſe. Matth. to. 7. 150. c. 4. H
Tria opera Dei iã fuerũt patrata in principio mũdi, ſed quartũ. ſ propagatio, nondũ completũ eſt. Et quintũ erit qñ in vita æterna præcinget ſe Dñs, & tranſiens miniſtrabit beatis, &c. Gene. 11. c. 1. B
In operibus noſtris eſt duplex neceſſitas, vna ex parte Dei, altera ex parte hominũ & vtrũq; poterat fieri in die ſabbathi in vet. lege. Exo. to. 1. 80. c. 4. I
Opus ſeruile eſt operatio laborioſa organorũ executiuorum, nulla vrgente cauſa ad humanã vitã nõ immediatè ſuſtinendũ, aut fouẽdũ, cuius diffinitionis declarant particulæ. Exo. to. 1. 81. c. 4. F
Hoc intereſt inter opus oẽ, qđ prohibebat die ſabbathi in vete. lege, & inter opus ſeruile, quod prohibebatur in alijs feſtis, ꝙ omne opus nihil addit ſuper opus ſeruile, niſi ciborum apparationem. Exo. to. 1. 84. c. 2. E. & c. 3. F
Magna de operibus Dei naſcitur admiratio, cũ ea, quæ paruis laboribus expediri potuiſſent, cum multis conficiantur, &c. Exo. to. 1. 65. c. 3. G
Opus ſeruile proprie dr illud, quo homo ſeruit homini, poteſt ẽt dici ſeruile illud opus, quo homo ſeruit Deo nõ immediatè, quod dr pp ſacrificia, quæ immediatè applicabantur ad cultum Dei, ſecus tamen de diſpoſitionibus ad ſacrificia, quæ pote-

poterant dici opera seruilia. Leui. 262.c.4.G
Pro opere bono tantum erogat Deus, quantum ipsum meretur, & amplius. Leuit. 1308.c.2.D
Opera spiritualia duplicia sunt. Matt.to.5. 22.c.3.H
Quomodo ab operibus legis differant sacramenta nouæ legis. Mat.to.5. 130.c.2.B
Quomodo opera viuorum prosint mortuis: & quo modo non Matt.to.7. 13.c.3.K. Viuentes tamen non possunt opera sua mortuis communicare. ibid. 14.c.2.C
Opus bonum est duplex, quoddam procedēs quod antecedit virtutem, & causat virtutem acquisitam siue moralem, &c. Matt.to.5. 145.c.1.E
Per propria opera, & non per aliena datur gradus gloriæ. Mat.to.7. 13.c.4.K
Opera bona malorum sunt duplicia. Matth.tom.7. 103.c.4.K
Opera bona immortali facta prosunt ad supplitiū minus subeundū, quod dupliciter saluatur. Mat. to.7. 104.c.1.D
Quare Christus referet omnia opera misericordiæ ꝫ malos sicut pro bonis. Matth.to.7. 121.c.3.K
Inter nullum opus facere: & non facere opus seruile, quid interfit. Mat.to.6. 289.c.2.D
Opera per se satisfactoria, si fiant pro defunctis, alleuiantur defuncti a pęna, sicut si ipsi viuentes egissent illa. Et hoc intelligendum est non generaliter. Iud. 120.c.1.E.c.2.A
In omnibus operibus nostris debemus ad Deum respicere propter multa. 1. Reg.to.1. 207.c.3.K
Facere opera bona in publico, non est illicitum, & nihil refert illa facere in publico vel in secreto. Christus tamen dedit regulam ad faciendum bona opera in publico vel in secreto, non ꝙ sit magis illicitum sic vel, sic: quia in hoc datur cautela hominibus, vt non perdant fructus laboris sui, &c. 3. Reg. 166.c.4.K.& 167.c.1.A
Agere bona opera in publico, ad vnum prodest. s. ꝙ videntes laudent Deum. Agere vero in occulto prodest ad multa. 3. Reg. 167.c.1.B
Bonum opus quando debeat in occulto fieri, ex cōsilio auctoris. 3. Reg. 167.c.1.D
Opera bona, quæ quis facit, non est malum dicere alteri secundum se. Sed potest esse malum, quatenus ex hoc potest insurgere inanis gloria: nam dicere bona, quæ fecimus, alteri, interdum potest esse bonum, & interdum malum, sed regulariter est malum. Sed quando liceat dicere, & quando non 3. Reg. 167.c.2.B
Quando aliquis infamatur, licitum est illi opera sua bona referre, si propter infamiā sine accusatione proceditur contra eum, &c. 3. Reg. 167.c.3.F
Bona opera, quæ quis egit, potius debet enarrare in articulo mortis, quam alio tempore. 3. Regum. 167.c.3.I
Inter opus seruile prohibitum, & omne opus prohibitum apud Hebræos hoc intererat: quia cum prohibebatur omne opus absolutè, tunc non licebat succendere ignem ad parandum cibos aliquos, sed ex præcedenti die paratos, comedere. Et cum prohibebatur opus seruile, omnia opera erant prohibita, præter ciborum præparationē, & omnia necessaria ad hoc. Exo. 12. &c. 2. Paralip. 26.c.4.G. Vnde in omnibus festis Iudæorum licebat parare cibos præterquam in sabbatho. ibidē.
Ad perfectam rationem operis boni, requiritur ꝙ agatur bonum & bene 2. Paralip. 144.c.2.E
Quodlibet bonum opus & arduum in deserto est. Matt.to. 218.c.4.F
Bonum opus vnius potest alteri prodesse duplicitер. Mat.to.4. 187.c.4.K.& 188.c.1.A
Omnia opera Christi fuerunt satisfactoria pro peccatis nostris, & ista sunt, quæ reseruātur in thesauris Ecclesiæ, quæ dispensantur per prælatos Ecclesiæ nobis in satisfactionem pro debito pœnæ temporalis, &c. Matt.to.1. 221.c.1.A
Opera bona facta in peccato mortali, sunt satisfactoria, siue fiāt pro aliquo onere, quod nobis specialiter incumbit pro obedientia generali, siue legis Christi, siue legis naturalis, non tamen erunt meritoria vitæ æternæ. Meretur tamen per ea aliquis aliquid, quod est minus vita æterna. Et communiter dicitur per quòd illa meretur homo diminutionem pęnæ inferni, & bona temporalia, & ꝙ Deus illustret facientē, vt citius exeat a peccato, vnde versus.

Quæ cum peccato fiunt dant bona terræ,
Cor faciunt humile, subleuant tormenta gehenæ.

Quarto quia ꝑ illa bona opera assuefit homo ad bonum per generationem boni habitus. Quintum bonum est, quòd diabolus habebit minorem potestatem super ipsum, quanto bona plura fecerit, &cæt. Quantum tamen ad illud, quod dicitur, quod per illa bona opera mereatur homo diminutionem pœnæ gehenæ, Auctor non credit esse verum, vt dicit se ostensurum alibi. Matt.to.2. 131.c.2.D.& 132.c.1.E.& c.2.A
Operatio perfecta est, cessante impedimento. Mat. to.7. 202.c.4.K
Opera bona facta in mortali peccato, sicut tunc, cū fiebant, non erant meritoria vitę æternæ, ita nec postea, charitate adueniente, fiunt meritoria vitæ æternæ, vt probatur. Mat.to.2. 132.c.3.K.c.4.F
Tantum est opus, quantus est ille, cuius nomine fit. Mat.to.5. 14.c.2.A
Opera facta in charitate, per peccatum mortale superueniens, mortificantur: Ezechielis. 18. cum dicitur, Si auerterit se iustus a iustitia sua, & operatus fuerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius non recordabuntur, &c. Matt.to.2. 133.c.1.A
Opera bona præterita dicuntur mortificari quantum ad rationem merendi in Dei memoria & reputatione, per illud Ezechie. 18. non erunt in memoria iustitiæ, quas fecit. Mat.t.2.133.c.1.E.c.2.A
Quibuslibet operibus bonis conuenit meritorium dupliciter, vno modo ex Dei acceptatione: alio modo ex quadam ęquiualētia naturali. Primum perditur per peccatum mortale sequens, non tamen secundum. Mat.to.2. 133.c.2.C
Opera meritoria vitæ ęternæ, quæ postea per peccatū mortale fuerunt mortificata homo ne posset, per illa assequi vitam æternam, superueniente tñ postea gratia, viuificātur, vt iam sint in statu priore, quo facta fuerunt: & dicuntur opera viuentia per analogiam ad viuentē, &c. Matt.t.2.133.c.3.I
Opus bonum factum in secreto ratione vitandæ vanę glorię, assimilatur potioni amarę & medicinali. Mat.to.3. 9.c.3.I
Opera bona, si sint talia, quæ facta publicè impedirentur, vt orare, quando nō tenemur publicè orare, melius fierent in secreto, illa tamen, quæ non impedirentur, melius est, vt publicè fiant, cuiusmodi est dare eleemosynam, & hoc, si non timeatur inanis gloria, &c. Mat.to.3. 9.c.4.G
Non facere opera, vt ab hominibus videamur, non est præcepti sed consilij: quia non est peccatum mortale, sed veniale, & sic intelligitur illud Matt. 7. s. attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Mat.to.3. 10.c.A
Ex opere, qnod bonum est ex genere suo, nūquam quis

quis incurrit peccatum,etiam si propter malum finem agat,vt siquis det eleemosynã propter vanam gloriam, non peccat mortaliter,sed perdit fructum eleemosynæ.Matt.to.3. 76.c.2.C

Aliquando abstinendum est ab operibus bonis publicè facientis,& aliqñ non.Mat.to.3. 210c.4.G

Opera satisfactoria dicuntur opera bona & pœnalia, quæ alias necessaria non erant, nisi quis peccasset.Et tunc ad remissionem peccati necessario fiunt,&c.Mat.to.3. 12.c.4.G

Quatuor ex operibus nostris ꝓsunt defunctis.s.oblationes sacerdotum,preces sanctorum eleemosynę charorum,& iciunia cognatorum.13.q.2.cap. animæ defunctorum,&c Mat.to.3. 50.c.1.C

Opus habet rationem meriti ex duobus.s.ex charitate & ex instrumento.Mat.to.4. 40.c.1.E

Opera ex genere bona vel mala,potest homo facere ex natura sua,non tamen opus meritorium,sine gratia adiuncta,contra Pelagium.Nam meritorium dicit efficatiã operis, & non genus eius, dicitur enim meritorius actus,quatenus habet efficatiam excedentem naturalem virtutem.i.inquantum est efficax ad consequendum illud præmium.s.vitam æternam,quod excedit naturæ facultatem,&c.Matt.to.5. 144.c.2.E.& c.3.F

Aliquod opus dicitur dupliciter bonum, vno modo,quia procedit a virtute,& ipsa est informatũ, & hoc opus excedit facultatem naturæ.i.facultatem rationis, siue illa virtus sit naturalis siue infusa.Aliud est, quod antecedit virtutem acquisitã, & causat illam, & talis operatio disponit etiã ad virtutem infusam,& non fit istud opus, sicut fit a virtuoso,&c.Mat.to.5. 145.c.1.E.& c.2.A

Faciens opera sua in publico potest tripliciter se habere,vno modo vt alij instruanẽ, & Deus in operibus illis laudetur,&c. Secundo modo,vt faciẽs huiusmodi opera capiat laudes humanas de operibus illis. Tertio mõ, vt faciat opera illa ꝓp Deũ, & faciat illa in publico,non ponendo ex hoc aliquem finem sibi, nec bonum nec inane. Primo modo meritorium est. Secundo modo peccatũ est saltem veniale, & perditẽ per hoc merces operis.Tertio modo,nec est meritorium,nec vitupęrabile sic agere in publico, licet opus in se sit bonum,&c.Mat.to.6. 174.c.3.K.& c.4.F

Deus non respicit in nobis habitum operis,per quẽ operamur, sed intentionem operantis & ipsum opus.Mat.to.4. 41.c.4.H

Opera meritoria non potest quis alteri communicare, nec in hac vita, nec in futura, vt probatur. Matth.to.7. 14.c.1.B

Opera meritoria.s.facta in charitate,magis erũt digna præmio in damnatis,quam opera bona,quę facta sunt in mortali,&c.Mat.to.7. 239.c.1.A

In quolibet bono opere ex genere,facto ex charitate,duo considerantur,primum est,ꝙ fit ex charitate, secundum difficultas vel labor in tali actu, quantum ad primum ille actus est meritorius vitæ æternæ,quantum ad secũdum ille actus est satisfactorius.Mat.to.7. 241.c.3.K.c.4.F

Opera misericordiæ, de quibus Dominus exiget rationem in iudicio, omnia pertinent ad membra eius,quæ sunt pauperes, & non ad ipsum, & cæt. Matth.to.7. 114.c.3.F

Operimentum tabernaculi.

De operimento tabernaculi ex cortinis. Exod.to.2 38.c.3.F.& c.4. 39.c.1.2.& 3. De operimento secundo ex sagis.ibidẽ.40.c.1.A.& c.2.3.& 4. Et de duobus operimentis, vno expellibus arietinis rubricatis. Et altero expellibus hyacinthinis,& cæt. Exo to.2. 42.c.2.C

Ophir. Insula abundat auro, ita vt montes aureos habere dicatur, ad quam insulam mittebat quolibet anno Salomõ pro auro. Et dicta est hic Ophir nepote Heber ex lactã.Gen. 53. c.3.H & 1.Paral. 35.c.1.E

Opinari. Cuicumque genti licet facere, sicut opinatur,quando nihil est,per quod conuincatur,male opinari. Mat. to.5. 94.c.4.G

Opinio. Licet sit adhęsio vni parti contradictionis,est tamen cum formidini alterius.Gen.12.c.3.H.in Defen. 25.c.1.C

Opinio circa mala non modicum operatur. Exod. tomo 1. 57.c.1.C

Opinio quanto est plurium & maioris auctoritatis, tanto est firmior Mat.to.9. 60.c.2.D

Quando sunt duæ opiniones, & ad vnam sequitur aliquod inconueniens, & ad aliam non tenenda est illa, ad quam nullum sequitur inconueniens, Ruth. 278.c.2.D

In quo casu opinio prævaleat veritate, 1. Reg. to.1. 98.c.3.G

Oppidum Duplicite accipitur, vno modo proprie pro villa, & isto modo appellãtur homines quidam oppidani,id est,villani,& distinguuntur cõtra ciues, alio modo largè, & sic tam villa,quam ciuitas dicitur oppidũ,& dicitur oppidum,quasi opem dans Gen. 39.c.3.K

Opponi.Oppositio. Oppositio non fit per effectum, sed per formam.Mat.to.3. 5.c.1.E

Duo opponuntur gloriæ corporis.Ma.to.7.223.c.2.D

Optimates. Optimates alicuius ciuitatis dicuntur illi, qui sunt potẽtiores & nobiliores.Et maiores natu,dicuntur antiquiores ætate & prudentia.4.Reg. 105.c.3.H

Optimè natus. Quid sibi velint bene natus,& optimè natus Matthæ.to.5. 145.c.3.G

Ora. Sine aspiratione significat extremitatẽ vel regionem.Exo.to 2. 205.c.3.G

Oraculum. Dicitur respõsum,vt cõiter reperitur in iure canonico,cũ Papa loquitur ad aliquẽ dicẽs,petisti super hoc Apostolico oraculo edoceri,.i.informari in hoc per responsionem Sũmi Pontificis,vt patet ext.de restispolia.in c.literas,& vocatur oraculũ ab orando, qa ꝑ operationes acquiritẽ,&c. Exo.to.2.26.c.1.D

Oracula Deorum gentilium reddebant semper obscura responsa. Exo to 2. 66.c.3.I

Oraculum aliqñ vocatur responsoriũ,siue locus ad rñdendum, qa oraculum pro respõsione accipit, sicut sæpe dr̃ in iure, & in literis Apostolicis vitæ vocis oraculo.i.per responsionẽ ipsius Summi Põtificis.Et sic accipitur Nu 7.Cum dr̃, vt cõsuleret oraculũ, & propitiatoriũ dicebatur oraculũ.i.locus ad respondendum,&c.Exo.to 2. 195.c.3.G

Dęmones respondebant in oraculis æquiuocè vel amphibologicè, circa futura purę contingentia, cuius assignatur ratio.Leui. 202. c.1.A

De mõ dãdi oracula ab Apolline. 2. Paral.238.c.3.I

Oraculum in vete.testamento tripliciter accipitur, vno modo pro responso, quod voce fit,alio modo pro propitiatorio arcę fœderis,quod erat coopertorium eius.Leui.16. Et dicebatur oraculum, quia superillud opertorium arcæ, audiebatur diuinũ responsum vocaliter.Nu.7.Tertio mõ accipit,pro tota domo sancti sanctorũ,&c.Quæ dicebatur oraculũ ꝑp multa.2.Paral.68.c.2.E.& c.3.F

Orabant

Oraculum viuæ vocis dicitur responsum, quod fit per vocem.2.Paralip. 59.c.4.K.& 68.c.2.E
Orabant Hebræi capite cooperto, atq; ita in templum intrabant:nos verò contra. Ratio est. Leu. 131.c.2.D.& rel.
Orare. Orans duo semper debet attendere.s. quibus verbis magis humilietur,& quibus in amorem crucifixi pauperis inflametur.Gen. 332.c.1.E
Iudæi, vbicunque essent, orabant contra templum Salomonis.Gen. 395.c.2.E.& c.3.F
Orãtes debent se taliter habere in orationibus suis, vt faciant orationes per modum humiliationis meritorium suorum potius, quam per modum cuiusdam iustificationis, melius enim sic oratio concipitur. Domine Deus meus licet omniũ beneficiorum indignus sum : quia & pane, quo vescor carere merebar, necĩ hoc aere saluberrimo flatus vitales attrahere : tua tamen immensa benignitate,qua nos caducos & miserabiles redemisti,mihi indigno,talia vel talia concede: quã si dicatur.Tu nosti Domine Deus meus,q̃ dilexerim te in toto corde meo,q̃ in puritate manuũ mearum ambulauerim,faciens,quod rectũ est in conspectu tuo,ideo mihi talia,vel talia concede. Ge. 332.c.1.D
Modus orandi antiquorum erat per extensionem manuum in cœlum.Exo.to.1 60.c.2.A
Iudæi orabant cõtra Occidentem prupter duo. Et ante datam legem non habebant specialem modum orandi Deum, sed illum post legem accepe runt,&c. Exo.to.1.154.c.1.A. Et nos oramus versus Orientem.2.Paralip. 68.c.3.F
Pharisæi publicè orabant, vt viderentur ab hominibus propter duo.Mat.to.6. 191.c.3.I
Orare pro mortuis est quodammodo de iure naturali & diuino, & maius peccatum est non orare pro mortuis, a quibus recipimus stipenda,& cæt. quam non orare pro viuis, a quibus similiter recipimus stipendia,&c.Exo.to.2. 70.c.1.A
Orans pro peccato.s. vt peccata alterius remittantur, non exauditur. Si tamen oret, vt remittantur sibi peccata,exauditur,&c.Exo.to.2. 80.c.2.D
Nisi Deus mouisset Moysen ad adorandum pro Israelitis,impossibile essèt,vt ipse pro eis oraret, & Moysen mouit Deus dupliciter ad orandum, s. interius,& exterius.Exo.to.2. 122.c.4.F
Iudæi orabant capitibus coopertis, nos tamen oppositio modo,& assignatur causa diuersitatis. Leuitic. 131.c.2.C.& c.3.F. 226.c.2.D
Qui orare debet, oportet vt abstineat se ab actu matrimoniali.Num.to.1. 158.c.1.D
Cum sumus in aliqua aduersitate,debemus semper orare, quousq; Dei voluntatem cognoscamus. Nom.to.1. 193.c.4.F
Cum quis videt aliquem in extremo periculo constitutum,tenetur orare pro illo, sed hoc spetiale est. Prælati vero tenentur orare generaliter pro subditis,&c.1.Reg.to.1. 201.c.1.C
Orare Dominum,ne puniat viatores delinquẽtes, bonum est,nisi per Dominum prohibeatur.1.Regum.to.1. 8.c.2.D
Qui orat pro martyre iniuriam facit martyri, extra de celebratio.missarum.cap.cum Marthę.1.Reg. to.2. 8.c.2.E
Qui orat pro eo,quem scit æternaliter esse damnatum,grauiter peccat.1.Reg.to.2. 8.c.2.E
Quantum liceat orare p̃ hostes.2.Reg. 98.c.4.H
Orare Deũ pro vita æterna,adhuc bonũ esset illi, q̃ sciret,Deo reuelãte, q̃ habiturus esset sine dubio vitam æternã : quia tunc licet talis oratio esset in modum petitionis, quantum ad formam verborum,esset tñ potius gratiarũ actio de certitudine promissi,q̃tũ ad intẽtionẽ orãtis.4.Re. 191.c.1.C
Talem modum orandi, debet homo frequentare, in quo sentit succendi magis in deuotione: quia oratio ad nihil aliud est, nisi vt cor nostrum eleuetur in Deum 1.Paral. 202.c.2.B
Multa orat Ecclesia,que scit necesse esse fieri, etiam si non oret,&c.1.Paral. 204.c.4.F
In orando quem modum haberent antiquitus viri sancti.2.Paral. 88.c.3.K
Orauit Salomon Dñm q̃ Gentiles orantes in tẽplo suo, exaudirentur, & sic orando ipse non peccauit,&c.2.Paral.91.c.4.G. Et exaudiebantur,si deuote & toto corde orarent,&c.ibi. 92.c.1.D
Iudæi existentes extra Ierusalem in terra aliena habebant ex consuetudine orare cõuertentes se cõtra Ierusalem, & exẽplum huius patet in Daniele,cum esset in Babylone,nam quotidie tes flecte bat genua,& apertis fenestris domus suæ conuertebat vultum contra Ierusalem,& orabat,vt patet Danielis.6.2.Paral. 93.c.2.A
Nulli diuinæ personæ conuenit orare,vt probatur. Mat.to.3. 53.c.4.I
Christo conuenit orare non ratione personæ, sed ratione humanitatis assumptæ,&c. Matthæ.to.3. 54.c.2:A
Sancti,qui sunt in patria,Deum orant,quia competit eis ratio orandi,quæ in duobus consistit. Primo, q̃ orans sit ens rationale, secundo,q̃ non sit omnipotens.i.non habeat omnia,quæ potest desiderare, & hæc duo conueniunt sanctis, &cæt. to.3. 54.c.3.F
Christus,inquantum homo,potest orare:quia ex ea parte minor est Deo,& habet bonum suũ a Deo. Et sic petere potest.1.Ioann.2.Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Nec tamẽ dicimus: Christe ora pro nobis: sed, Christe adiuua nos: quia Christus est nomen suppositi,&c.Mat.to.3. 54.c.3.K
Non solum orandum est ad sanctos superiores, sed etiam ad inferiores,vt probat.Mat.to.3.55.c.2.A
Quare dicamus:Sãcte Petre,ora pro nobis,& nõ dicimus,Anima sancti Petri ora pro nobis.Matth. to.3. 55.c.2.D
Iumenta orare nõ possunt,nec nos oramus pro eis, sed pro nobis.Mat.to.3. 55.c.3.K.& c.4.G
Angeli & dæmones possunt orare, licet dęmones nunquam pro se orent, qa sciũt nunq̃ exaudiendos,&c.Nec pro alijs,qa cũ sint inuidi,potius vellent oẽs perire æternaliter,q̃ saluare quemquã,& iste est totus conatus eorũ,tentando homines,vt, s.cũ illis pereant. Angeli tñ boni orãt pro nobis, & ꝑ existentibus in Purgatorio Mat.t.3. 56.c.2.B
Angeli boni pro se possunt orare ad istũ sensum, q̃ gloria eorũ erit ꝑfectior post resurrectionẽ:quia tunc oĩa præterita intelligent in verbo,id est,oẽs res q̃ habẽt aliquo mõ esse.Nunc aũt non intelligunt oĩa,sed plura intelligunt superiores, q̃ inferiores,&c.Matth.to.3. 56.c.3.K.& c.4.F
Quando oramus,soli Deo orationis cultum impẽdimus,quia ab ipso solo petimus obtinere, quod oramus.Mat.to.3. 56.c.4.I
Orare,vigilare,& videre,sunt nobis necessaria.Mat. to.6. 321.c.3.K
Ecclesia orat pro existentibus in purgatorio. Matt. to.7. 246.c.2.A
Quomodo Ecclesia oret pro defunctis. Matt.to.7. 261.c.3.H

Orare ad aliquem, dicit quandam excellentiã eius, ad quem oramus, & ista competit eis, qui sunt in patria, & non in alijs, vt probatur. Matt. tom. 3. 57. c. 2. C
Si quis oraret ad Patrem solum, vel ad filium solũ, quasi magis affectus ad vnam personam, quam ad aliam, grauissime peccaret, & ad hæresim pertineret, &c. Mat. to. 3. 58. c. 1. A
Ecclesia aliquando orat dirigendo ad vnam personam, non nominando alias, quia orat pro actu alicuius appropriati alicuius personæ, & non alterius. Vnde quando oratur pro gratia vel charitate, vt in illa oratione Veni creator Spiritus. Et in illa, nunc Sancte nobis Spiritus, &c. Vel quando oratur ad vnam personam, &c. hoc fit: quia in vnaquaque persona reperitur tota essentia, & perfectio trium. Mat. to. 3. 58. c. 1. C
Ad orãdum instituit Deus sanctuarium, & synagogas per singula loca in vete. testa. Et Apostoli in nouo testamento instituerũt Ecclesias, in quibus fideles conueniebant ad orandum vt innuitur. 1. Cor. 11. & 14. Mat. to. 3. 58. c. 3. G
Ad orandum nihil confert locus directè. Mat. to. 3. 59. c. 1. D. Ministri tamen Ecclesiæ debent habere loca, vbi in publico orent, vt communitati, p qua fit innotescat. Et ad hoc iussit Deus sibi fieri sanctuarium in vete. lege, & postea templum. Ad orationes verò priuatas, sicut non requiritur, vt fiant publicè, vel secretè, ita non determinant sibi aliquem locum. Fuit etiam cõueniens pro orationibus priuatis statuere locum, vbi non solum, ministri Ecclesiæ, sed etiam laici conuenirent ad orandum. s. Ecclesiam: sic ostendit Paulus 1. Cor. 14. Dans modum quomodo viri, quando conueniunt in Ecclesiam, orare debeant. Et referuntur aliquæ causæ, propter quas laicis etiam cõueniat esse locum determinatum ad orandum. Matth. to. 3. 59. c. 2. B
Orare versus Orientem communis est Ecclesiæ cõsuetudo. Et ideo capita Ecclesiarum constituuntur versus Orientem. Habet autem Ecclesia hãc consuetudinem propter multa. Primo, propter ostensionem diuinæ maiestatis, &c. Secundo propter paradisum, &c. Tertio propter Christũ, &c. qui vocatur Oriens, &c. Mat. to. 3. 60. c. 1. B
Orare versus Occidentem cæremonia erat veteris legis, sed iam non obseruatur Mat. to. 3. 60. c. 2. A
Iudæi, quando erant in Sanctuario, orabant versus Occidentem, sed quando erant extra Ierusalem, orabant versus Ierusalem, &c. Mat. to. 3. 60. c. 2. B
Orandus est Deus, vt tota sacra scriptura suadet, & Christus nos in hoc instruit, &c. Multi tameu errores fuere circa hoc. Primus, q̃ res humanæ nõ reguntur diuina prouidentia. Sed q̃ temerario casu sine rectore fluctuent. Secundus fuit, quòd omnia ex necessitate accidant. Tertius, quòd res humanæ a Deo gubernentur, & tamen quòd sint contingentes ex variabilitate diuinæ prouidentiæ. Mat. to. 3. 60. c. 3. F
Sæpè tenemur orare id, quod Deus dispositi nõ dare aliquibus: nam omnes tenemur petere vitam æternam, & tamen ad illam multi sunt non peruenturi, &c. Mat. to. 3. 61. c. 3. H
Quod diuinæ laudes vocaliter dicãtur, instituit Ecclesia, vt in Clementi. graui. extra de celebratione missarum, vbi diuinum officium vocat fructũ labiorum, &c. Mat. to. 3. 62. c. 2. B
Nõ oramus vocaliter, vt aliquid notificemus Deo: sed vt per vocalem orationem, nobis ipsis proficiamus in multis. Mat. to. 3. 63. c. 1. A
Oportet semper orare, & non deficere, vt Christus dicit. Lucæ. 18. Non quòd debeat oratio semper durare, quantum ad essentiam, siue sit oratio vocalis, siue mentalis: sed quo ad virtutem, vel effectum, inquãtum motiuum, quod est vitam æternam habere, ex quo debet fieri oratio, debet durare semper in omnibus operibus nostris. Mat. t. 3. 63. c. 2. E. & c. 3. F
Potest aliquis prolixe orare, & pauca verba loqui, &c. Mat. to. 3. 64. c. 4. I
Quod formam orandi nobis daret Christus fuit cõueniens, & valde vtile propter multa. Mat. to. 3. 68. c. 3. I
Deus in vete. testamento nõ dedit certam formam orandi. i. petendi, bene tamen dedit formã faciendi gratiarum actiones, & laudandi, cuius duplex assignatur causa. Prima, quia oratio est pars contemplationis, & pertinet ad viros cõtemplatiuos anhelantes ad perfectionem. Status vero legis Iudaicæ, fuit status hominum adhuc imperfectorũ, &c. Secũda, quia lex vetus erat temporalis, id est, exterius, vel in cortice sola bona temporalia promittens, &c. Mat. to. 3. 69. c. 1. D
In quolibet opere bono necesse habemus petere auxilium Dei Mat. to. 3. 71. c. 1. B
Orantes tenemur nihil aliud petere, nisi quod sub oratione dominica continetur: quia quidquid aliud petit, inhoneste & carnaliter petitur. Mat. to. 3. 79. c. 4. G
Tandiu orandum est: quandiu deuotio durare potest, &c. Mat. to. 3. 79. c. 4. I
Orantes, & intelligentes, quod orant, frutuosius orant, quam non intelligentes, sic dicitur. 1. Cor. 14. Quòd si quis loquitur, & non intelligit, mens sine fructu est. Et oratio dominica deberet simplicibus exponi in vulgari, eo modo, quo possent intelligere. Matt. to. 3. 110. c. 1. D
Iusti orantes non semper exaudiuntur, vt patet de Samuele orante pro Saule. 1. Regũ. 15. & 16. Nec paulus orans pro se. 2. Cor. 12. Nec Moyses Deu. 3. Nec Ieremias. Iere. 7. Et ideo non est conueniẽs signum ad cognoscẽdum aliquem esse sanctum, vel peccatorem: Ex auditio in orante: sed quãdo ibi agitur de cultu Dei, vt patet de Elia. 4. Reg. 1. in descensu ignis de cœlo, &c. Mat. t. 3. 124. c. 2. B. & 134. c. 2. A
Pro bonis, & iustis est etiam orandum, & hoc tripliciratione. Mat. to. 3. 124. c. 4. I
Orare tenemur pro proximis nostris, & talis oratio aliquando exauditur, & aliquando nõ Nam malitia illius, pro quo oratur, non permittit orationem exaudiri, vt patet de Iere. 7 ca. Similiter de Samuele orãte pro Saule. 1. Reg. 15. & 16. Mat. t. 3. 124 c. 3. K. & c. 4. F
Dñs præcepit orare: quia multa sunt, q̃ disposuit nõ concedere: nisi oratus, &c. Mat to. 3. 222. c. 2. D
Quilibet tenetur orare pro Ecclesia sancta Dei, & specialiter pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt, &c. Mat. to. 3. 222. c. 3. H
Consuetudo Christi erat, ire solus ad orandũ. Mat. to. 4. 83. c. 2. A
Christus orabat ante cibum, & post cibum. Mat. t. 4. 94. c. 4. G
Orandi locus est sulitudo. Mat. to. 4. 106 c. 1. E
Quisquis in angustia est, orare debet, vt liberetur ab ea. Mat. to. 4. 105. c. 4. F
Ecclesia orat pro peccatoribus, vt salui fiant per claues. Mat to 4. 173. c. 2. C
Orare vocaliter valde prodest hic ad merendum. Mat. to 4. 242. c. 3. H.

Orare in monte Matt. ꝛ. eſt animū ab infimis euocare,& totum in Deum colligere, &c. Mat. to. 4. 106. c. 2. A
Orare crebro bonum eſt, diu tamē in oratione permanere, non eſt facile. Mat. to. 4. 106. c. 4 G
Melius eſt in occulto vel remoto loco orare quam in alijs partibus. Mat. to 4. 106. c. 2. D
Multos ſimul orantes orantes facilius Deus exaudit, quam vnum, &c. Mat. to. 5. 61. c. 4. I
Ad bene orandum requiritur ieiunium. Matt. to. 4. 272. c. 1. C
Nihil eſt potentius homine decenter orante. Matt. to. 4. 272. c. 1. D
Dupliciter dicitur, ꝙ Chriſtus orabat. Matt. tom. 4. 106. c. 1. A
Orantes aliquando exaudiuntur, & aliquando nō, ſicut experimur Et conditiones, quæ communiter ponuntur ad exauditionem, non ſufficiunt: nam ſæpè orat quis bonum petens pro ſe, aut ꝙ alio, & non obtinet. Matth. to. 5. 249. c. 2. A
Semper orandum eſt pro omnibus, quæ volumus a Deo recipere, &c. Mat. to 6. 291. c. 2. A
Sancti non orant, neque petunt, niſi quod iuſtū eſt, & Deo placere cognoſcunt, & ſuis precibus impetrendum ſciunt. Mat. to. 7. 174. c. 1. A
Eccleſia non orat pro mortuis, vt ferantur in purgatorium: ſed in vitam æternam, quia illos præſupponit eſſe in Purgatorio, pro quibus orat, cum alias non prodeſſet illis oratio. & ante mortem Chriſti orabat Eccleſia, vt deferrentur in ſinum Abrahæ. Matt. to. 7. 261. c. 3. H
Perfectius oramus, quando mente, & voce, & genu flexione, & lachrymis oramus, quam quando ſola mente id facimus, &c. in Parad. 68. c. 2. E. c. 3. F
Conuenientius oramus voce, quam mente tātum. Et maxime conuenit imperitis, ſic orare: nam iſti vix ſe ipſos intelligunt, ſi ſolo intellectu ad Deū fundant preces, &c in Parad. 68. c. 4. F
Oratio. Tres orationes ſolemnes erant inter Hebræos. ſ. matutina, quā fecit Abraham, veſpertina ante Occaſum, quā fecit Iſaac.
Et oratio nocturna, quam fecit Iacob. Gen. 28. Gen. 293. c. 2. D
Error perſonæ in oratione impedit efficatiam eius. quia in oratione totus effectus eſt ab intentione noſtra, &c. Gene. 308. c. 1. D
Tres orationes, ſeu petitiones notabiles, fuerunt factæ a tribus viris ſanctis, vt dicunt Hebræi. Primo Iſaac petiuit, vt daretur hominibus aliqua pœna, vt cognoſcerent ſe ipſos, vel vt a malo recederent. Et ideo data eſt ei caligo oculorum. Secunda a Iacob facta eſt petitio, vt daretur homini ante mortem aliquis moribus. vt ante mortē conuerteretur ad Deum, & ideo Deus dedit morbum ipſi Iacob, ante quem nullus homo ęgrotabat, ſed ſubito moriebatur. Tertiam fecit Ezechias. ſ. vt homines poſt morbum ſanari poſſent: quia vt ipſi dicunt, quicunque ægrotabant ante tempora Ezechiæ, in ipſa ægritudine morieban tur. Sed iſta fictitia ſunt, & fundantur ſuper quadam ignorantia, & errore magno. ſ. ꝙ ea, quæ in ſacro canone ſcripta non ſunt, non fuerunt, & c. quod probatur eſſe falſum. Ge. 395. c. 4. K
Refertur oratio, quam veriſimiliter faciebat ſacerdos ſummus intra Sancta Sanctorum, vel ante altare thymiamitis. Exo. to. 2. 96. c. 3. K
Orationes iuſtas virorum iuſtorū Deus ſtatuit apud ſe exaudire. Exo. to. 2. 121. c. 4. K
Totius orationis radix eſt cordis affectio, vt ſit meritoria. Exo. to. 2. 123. c. 1. A
In oratione vult Deus, ꝙ habeamus confidentiam, ꝙ dabit nobis, quod petierimus: quia ſic confidēdo multum tribuimus ipſius bonitati, & cæt. Et ſi non confidamus, & c. aliquid eius bonitati detrahimus, & c. Nam diſpoſuit nūquam dare aliquid, niſi confidentibus. Exo. to. 2. 138. c. 2. D
Orationes ſanctorum ſunt verbis ſuccinctæ: ſed deuotione ampliſſimæ. Deu. 48. c. 3. K
Orationes debent eſſe breues, nec Eccleſia facit cōtra hoc in horis canonicis, vt probatur. Deuter. 48. c. 4. I
Multum conuenit orationi eleuatio manuum in cœlum. 3. Reg. 75. c. 1. C
Oratio. & ieiunium valde diſponunt ad prophetiā. 4. Regum. 27. c. 1. A
Orationis meritum nō eſt in verbis, ſed in directione cordis noſtri ad Deum, cum oratio ſit aſcenſio mentis in Deum. Et ideo verba non dicūtur, niſi inquantum ſeruiunt ad aſcenſionem mentis in Deum, & c. Et communiter vtilius eſt homini orare verbo, quā ſolo corde, & c. 4. Reg. 199. c. 3 H
Quid inter ſit inter orationem Ezechiæ. 4. Reg. 20. & inter orationem, qaam fecit phariſæus ille de quo Luc. 18. 4. Reg. 199. c. 4. F
In oratione nō debet homo regtlariter referre bona, quæ ipſe fecit propter Deū: quia per talia, quā tum eſt ex ſeipſis, non laudatur Deus, ſed homo. Et talis fuit oratio illius Phariſæi, de quo Luc. 18. & c. Sed debet referre, q̄ a Deo recepit, & maxime illa, quæ non reddunt ipſum orantem laudabilem, ꝙ ſi reddunt ipſum laudabilē, caueat tunc ipſe orans, ne extollatur aduertens ad ſe ipſum: ſed conſideret ſolam Dei bonitatē, qui talia voluit ei conferre, & c. 1. Paralip. 202. c. 2. A. Sic fecit Thethis orans Iouem: ſic Lachones apud Athenienſes: ſic Iacob, quādo orauit libcrari ab Eſau. Gene. 32. ſic Moyſes, & cæt. Exo. 32. 1. Paralipom. 202. c. 2. C
Inter orationem, & obſecrationem, quid interſit. 2 Paralip. 83. c. 1. E
Oro vocat iniuſta tripliciter. Vno modo ex parte orantis. Alio modo ex parte orationis: quia in ea res mala petit. Tertio modo, ex parte eius, ꝑ quo petit. Primo modo exaudit oratio, ſi in ea petit aliquid, ꝑ quod ipſe petens efficiat iuſtus, immo neceſſe exaudietur: ſi toto conatu, & in vero corde petat: qa alias daret, ꝙ homo vellet exire a peccato, & nō poſſet: qd eſt abſurdū: ſi vero petat malū, non exaudit: ſimiliter ſi petat indiferens: quia non meret exaudiri. Similiter dicendum eſt, ſi petat bonū, quod non ſit, vt ipſe efficiat iuſtus, non exaudiet: quia non meretur exaudiri. Et ſi aliq̄n Deus talē exaudiat, rarò contingit, & ex aliqua cauſa ſpeciali, & c. Si vero eſt omnino iniuſta, nō exaudiet per modum orationis, licet exaudiatur per modum quærellæ, & c. 2. Paral. 90. c. 1. C. Si autē ille, qui orat malum p̄ alterum, nullam habeat cauſam orandi, licet alter mala mereat, Deus nō exaudiet orationē illius: ſed talis orans peccat. Et ſi illa mala eueniant illi, p̄ quē orat, non eueniēt ꝑꝑ orationē: ſed qa euentura erant, ēt ſi non oraretur. ibid. 90. c. 3. H. Si aūt oret quis pro aliquo, quod eſt iniuſtum ex parte illius, pro quo petit. ſ. ꝙ illud, quod petit non ſit malū. Et etiā ipſe orās ſit diſpoſitus ita, vt exaudiri mereat. Et illud bonum, quod petit, nō meret ille, pro quo petit, tūc eſt diſtinctio. Nam vel oratur de malo vitando. Et tunc dicendum eſt, ꝙ Deus exaudiet tales orationes. Si autem ſit de bono acquirendo, etiam eſt diſtinctio, & c. 2. Paral. 91. c. 1. C

In oratione sunt petenda illa bona sine conditione, quæ absolutè bona sunt, & nullo modo possunt esse mala, cuiusmodi est vita æterna, virtutes, remissio peccatorum &c. 2. Paralip. 91.c.2.A
Oratio requirit ardorem,& eleuationem mentis in Deum. Matth.to.1. 217.c.4.G
Quod tempore orationis, cessandum sit à coitu cõiugali in diebus festorum solennium assignãtur causæ. Et magis necessaria est abstinentia a coitu in oratione, quã in ieiunio : quia fructus orationis non est nisi ex hoc, ꝙ mens eleuatur in Deũ, cui eleuationi valde repugnat coitus. Matt. to.2. 181.c.2.A
Qui in oratione sua excludit aliquos homines vinentes,peccat. Mortuos etiam in generali non licet excludere, nec etiã aliquem in speciali, sed tantum eos,qui sunt in inferno &c. Matth.to.2. 252.c.4.K
Oratione sanantur pestes animæ, ieiunio vero pestes corporis. Mat.to.3. 16.c.3 K
Oratio prout idem est,quòd postulatio, nõ est actus voluntatis, sed actus intellectus practici. vnde oratio dicitur,quasi oris ratio. Matth.to.3. fol.52. col.4 G
Oratio, secundum Damascenum, est decentium petitio à Deo,&c. Mat.to.3.fol.42.col.4.I. Et ista tangit magis proprie rationem,& essentiam orationis, quàm aliæ definitiones, quæ ab aliis assignantur. ibid.fo.53.c.1.D. non tamẽ omnis petitio est oratio. Matth to.3. 56.c.2.D
Illa orationis definitio, quam ponit Augustinus,scilicet, ꝙ oratio est pius affectus mentis in Deum, qualiter sit intelligẽda, Matt.to.3 f.53.c.1.E.c.2.F
Definitio orationis, quã ponit Hugo de sancto Victore,s. Oratio est deuotio quædam ex compunctione procedens: qualiter sit intelligenda. Matt. to.3. 52.c.3.I
Oratio vocalis exterior significat immediate actũ rationis deprecantis. Et mediate significat desiderium tanquam principium suum, quia actus deprecandi est a desiderio, & sic oratio potest vocari desiderium boni. Mat.to.3. 53.c.3.I
Oratio tẽdit in Deum dupliciter, quasi mota à charitate voluntatis, vno modo, ex parte eius, quod petitur. Et hoc est præcipuũ in oratione,s. vniri Deo,iuxta illud Psal.26. Vnam petij a Domino, hanc requirã, vt inhabitẽ in domo Domini &c. Alio modo ex parte petentis: quia oportet,quod petens accedat ad Deum, à quo petit, siue loco, siue mente &c. Mat.to.3. 53.c.4.G
Oratio fit ad Deum non ratione personæ, idest inquantum est Pater,vel Filius, vel Spiritus Sãctus, sed ratione attributorum essentialium, idest inquantum est bonus, omnipotens, & sapiens & c. Mat.to.3. 53.c.4.I & fo.57.c 4.H
Orationes sanctorum in patria prosunt,tam nobis, quam illis,qui sunt in purgatorio. Mat.to.3.f.55. col.1.A
Orationes nostræ exaudiuntur, si fiant in charitate, quia nos possumus mereri, & similiter satisfacere. Mat.to.3. 55.c.1.A
Orationes nostræ non sunt meritoriæ existentibus in Purgatorio, sed solum satisfactoriæ. Mat.to.3. 55.c.1.B
Ad orationem requiruntur duo. Primo, ꝙ ille,qui, orat sit ens rationale. Secundo, ꝙ non sit omnipotens &c. Mat.to.3. 56.c.2.E
Oratio non solum fit ad Deum, sed etiam ad omnes beatos,siue homines, siue Angelos,sed ad solũ Deũ fit oratio,quasi per eũ implenda; ad alios vero, quasi per ipsos impetrãda. Mat. t.3.56.c.4.I
Sancti cognoscunt in verbo orationes mentales, quas ad eos dirigimus,tãquã ad Imperatores &c. Matth.to.3. 57.c.1.A
Oratio non potest fieri ad eos, qui sunt in mundo vel in Purgatorio,quia nondum habent beatitudinem: potest tamẽ fieri quædam petitio vel supplicatio ad Sanctos, qui sunt in mundo, vt orationibus suis nos adiuuent,non tamen ad existentes in Purgatorio &c. Mat to.3. 57.c.3.F
Oratio, quia de se est bona, conuenienter fit in publico propter multa. Mat.to.3. 58.c.2.E
Duplex est oratio, quędam necessaria, quæ fit à ministris Ecclesiæ. Et exhibetur Deo nomine totius communitatis, quibus constituitur victus de cõmunibus expensis, & eleemosynis, s de decimis & primitijs,& oblationibus fidelium. Et istud obseruatur in nouo testamento, quia Deus sic instituit in illo &c. Et ista oratio debet fieri in publico. Aliæ sunt orationes non necessariæ, vt sunt illæ,quas singuli faciunt. Et de istis dicendũ est,quòd possunt fieri in publico, & in secreto, sicut quilibet viderit sibi expedire, quia aliqui sũt, quibus non est impedimentum in publico orare. Et isti possunt orare in publico. Alij vero sic. Et isti debent in secreto orare, vel quia perdunt attentionem,si orent in publico, vel fructum orationis propter inanem gloriam, quæ subrepit. Et istis consulit Christus. Mat.6.quòd orent in secreto &c. Matt.to.3. 58.c.3.H
Quod oratio sit vtilis apud Deum, & quòd aliquid efficiat absque mutatione diuinæ dispositionis. Mat.to.3. 60.c.2 E.c.3.F
Oratio nostra non ordinatur ad immutationem diuinæ dispositionis, sed vt obtineatur nostris precibus,quod Deus precibus obtinẽdum disposuit. Mat.to.3. 60.c.4.H
Oratio ad Deum facta prodest ad multa. Mat.to.3. 60.c.4.I
Oratio determinata ministrorum Ecclesiæ, cadit sub præcepto, quia ex statuto Ecclesiæ, tenentur Ecclesiæ ministri orationes certas dicere ab Ecclesia institutas loco ipsius communitatis, cuius vicem gerunt, & de cuius eleemosynis & salariis sustentantur. Et secundum hoc tenentur omnes Ecclesiæ ministri,tam scilicet beneficiati,quã in sacris constituti ad horas canonicas iuxta consuetudinem Ecclesiarum &c. oratio vero inde terminata, quæ est personarum priuatarum,cadit aliquando sub præcepto. & aliquando non: non tamen est determinatum illud tempus,vt in personis,quæ sunt Ecclesiæ ministri, sed videtur, quòd personæ priuatę teneantur ad orandum. Nã illos Ecclesia ad hoc instituit, vt sunt omnia festa solennia, in quibus a laboribus corporalib⁹ abstinendum est &c. Mat.to.3. 61.c.2.B
Deus non prohibet orare pro his,quæ pertinent ad salutem,vt pro gratia &c.sed manet res libera vsque ad mortem, secus tamẽ aliquãdo pro aliquibus,quæ non pertinet necessario ad salutem nostram, vt patet de Moyse, Deut.3. Et de Samuele &c. Mat.to.3. 61.c.4.G
Oratio cõis,quę fit Deo,non sufficit ꝙ solum fiat in mẽte,& in solo cõceptu,sed oportet ꝙ fiat in voce. Et hoc propter multa,s. ꝓpter quinque. Matt. to.3.fo.62.c.1.A. Sest oratio priuata, quæ non est ministrorũ Ecclesię, nõ est necesse ꝙ fiat in voce, sed põt fieri mẽte vel voce, vt voluerimus, & vt visum fuerit magis expedire: tñ oro priuata cõuenięter fit in voce ꝓp multa. Matt.to.3.fo.62.c.2.B

Index in omnia Opera

In oratione nullus debet introducere nouitates, vel clamando,vel pectus percutiēdo,vel manus expandendo, quāndo in publico orauerit, vt nō sit alijs scādalo,secus vero si oret in secreto.Mat. to.3. 62.c.2.C.& 63.c.2.A

Oratio vocalis multum mouet affectus tam audiētium,quam ipsius dicentis.Mat.to.3. 62.c.2.D

Oratio fit conuenienter in voce propter simplices & rudes,&c.Mat.to.3. 62.c.3.G

Oratio vocalis valet ad tenendum mentem attentam,&c.Mat.to.3. 62.c.4.F

Oratio vocalis vtilis est propter deuotionem, non quidem sequentem,sed præcedentem,&c.Matt. to.3. 62.c.4.H

Oratio vocalis vtilis est propter debitū iustitiæ,&c. Mat.to.3. 62.c.4.I

Oratio vocalis non impedit mentalē, sed adiuuat, quando voces prolatæ significant conceptum. Mat.to.3. 63.c.1.C

In orationibus ministrorum Ecclesię lex posita est, quantum dicere,vel orare debeant,& ideo tantū dicere iustum est,& est medium,quantuncūq; videatur longum,&c.Mat.to.3. 64.c.2.D

Oratio priuata,quæ pro satisfactione iniungitur.dicenda est,siue magna sit,siue parua: quia id tenēt quis dicere ex obligatione. Si vero oratio priuata dicenda sit & non ex obligatione, talis oratio poterit esse breuis vel longa. Et si talis oratio fiat principaliter ad satisfaciendū,tunc vtile erit orare prolixe, si autem fiat principaliter, ad merendum talis oratio debet esse deuota,& feruida. Et tunc tamdiu orare bonū est, quandiu feruor excitatur:cum autem feruor non excitatur, sed potius fastidium gignitur, tunc oratio non est vlterius extendenda,&c.Mat.to.3. 64.c.3.H

Multiloquium in oratione prohibitum est, illud, s. quod prouenit ex infidelitate,&c. Mat.to.3.65.c. 1.B. Quod contingit dupliciter:vno modo,quia hoc facit ad plenius notificandum Deo, quæ petit. Alio modo, quando credit per multiloquiū Deum flectere a dispositione sua,&c.Et hæc duo prohibita sunt a Christo.Mat 6.cum dixit, Orantes nolite multum loqui. Et subdit contra primum: Scit enim pater vester, quid opus sit vobis ante quam petatis.Secundum prohibet, cum dicit,sicut Ethnici faciunt,&cæt. Si vero multiloquium non veniat ex infidelitate,& tamen petatur inhonestum,vel inutile,prohibitum est.Si autem petitur,quod petendum est Et petitur verbis ornatis & compositis,talis, qui petit multiloquus dicitur, etiam si paucis verbis petat, & hoc quando talis ornatus propter seipsum quæritur, vel vt habeat vim suadendi,sicut apud oratores, secus tamen quando id facit vt seipsum magis excitet per talia verba,nam tunc laudabile est,& id dicendum est de melodia, quæ est in cantu ecclesiæ,&c.Mat.to.3. 65.c.1.C.& c.2.A

Multiloquium in orarione aliquando valet ad plenius exprimendum conceptum,aliquādo ad flectendum alios importunitate verborum, aliquā do ad excitandum affectum nostrum,vt deuotio excitetur per verba.Mat.to.3. 65.c.2.D

In oratione,quæ fit per modum laudis,in qua nihil petimus,sed enarramus Dei laudes,vt in Psalmis non est prohibitum multiloquium,&c.Matthæ. to.3. 65.c.3.H

De oratione Christi in orto.Luc.22. & Matthæ.26. Mat.to.3. 65.c.3.I

In oratione debent esse pauca verba, & longus affectus, vt per desiderium immoretur homo circa id,quod petit,&c.Mat.to.3. 65.c.3.K

Orationes, quæ sunt Horæ canonicæ,vel diuinum officium,magis pertinēt ad laudes Dei, quam ad orationem, & de diuino officio dicit Bernadus, quòd in diuino officio vsque ad vnam syllabam debitores sumus,&cæt.Matth.tomo 3. colum 4.H 65.

Gentiles putabant, Deos non intelligere orationes suas, nisi verbis vterentur orantes. Matthæ.to 3. 65.c.4.I

Oratio Dominica est excellentissima omnium orationū. Et in ea sapientissime recollecta sunt omnia,quæ petenda, & appetenda sunt, extra quæ, & extra ea,quæ ad ista redduntur,nihil est petendum,neque desiderandum,&c.Matthæ.tomo 3. 66.c.2.D

Orationis dominicę prima petitio est, Sāctificetur nomen tuum,& est de honore diuino,quem primo desiderare debemus, & quod qcedit est quasi prologus.s.Pater noster,qui es in cœlis.Mat.to.3. 66.c.3.F

In oratione dominica, cum dicitur, sanctificetur nomen tuum,non accipitur sanctificari,pro sanctū fieri,sed pro sanctum reputari. Petitur enim, quòd nomen Dei apud omnes gētes honoretur, & omnes reputent illud tāquam sanctum, & excellens.Mat.to.3. 66.c.3.I.& 70.c.2.E

Per illa verba orationis dominicę:Adueniat regnū tuum, precamur, vt Deus faciat nos beatos.i.veniat beatitudo tua in nos,&cæt. Matth.tomo 3. 66.c.4.G

Per illud orationis dominicæ,Fiat voluntas tua, significatur primum, & principale medium ad assequendum regnum Dei.i. beatitudinem, quod est conformare voluntatem nostram diuinæ voluntati.i.vt tales simus, quales nos esse iubet. i.da nobis,vt possimus complere voluntatem tuam. Impeditur homo complere voluntatem Dei dupliciter.Vno modo,per hoc,quòd ignorat, quid Deus vult. Alio modo per hoc, quòd voluntas hominis non inclinatur ad complendum illam, &c.Mat.to.3.66 c.4.I.& 67.c.1.F. Et ad complendum diuinam voluntatem requiruntur duo. Primo, quòd Deus ostendat nobis id,quod vult. Secundo,quòd inclinet nos ad volendum, quod ipse vult.Mat.to.3. 67.c.1.D

Illa verba orationis dominicæ, sicut in cœlo, & in terra:exponuntur sic.i. sicut voluntas Dei impletur in cœlo,a spiritibus cęlestibus: ita impleatur in terra.i.ab hominibus,qui habitant terram,vel quibus data est terra ad habitandum,&c.Matth. to.3. 67.c.2.A

Orationibus dominicæ quarta petitio est,Panē nostrum super substantialem da nobis hodie, quod potest intelligi de sacramentis. Et præcipuè de Eucharistia,& de cibo id est de sustentatione necessaria, quæ omnia sunt instrumenta ad assequēdum beatitudinem, vt probatur. Matth.tom.3. 67.c.2.D

Quinta orationis dominicæ petitio est: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et per hanc significatur illud, per quod beatitudo acquirit indirectè,tanquam per remotionem mali præteriti.i.peccati cōmissi:nam non possumus assequi vitam æternam, vsquequo peccatum sit totaliter dimissum, & quo ad offensam,& quo ad reatum totius pœnæ,&c. Mat.to.3.67.c.3.G. Et p debita debitorū nostrotū,nō intelligit debitū pecuniale,sed debitū iniuriæ,vel peccati contra nos.Mat.to.3. 67.c.3.H

Orationis

Orationis dominicæ ſexta petitio eſt: Et ne nos inducas intentationem, quod intelligitur de liberatione mali, quod timetur in proximo comittendum propter tentationem, cui petimus non ſuccumbere. Mat. to. 3. 67. c. 3. K

Orationis dominicæ ſeptima petitio eſt: Sed libera nos a malo. Et poteſt intelligi dupliciter, vno modo de malo pœnæ exteriori, alio modo de interiori. i. de fomite: ſed melius intelligitur de primo. Matt. to. 3. 67 c. 4. F

Præter orationem dominicam, licitum eſt vti alijs orationibus. vt probatur Mat. to. 3. 68. c. 1. C

Oratio diuiditur in laudes, vel gratiarum actiones, & in petitiones. Primum dicere vel facere Deus non coarctauit: ſed qualitercunq; poſſumus laudare Deũ, & quantũcunq; prolixa oratione, &c. Secundum, quod propriè eſt orare, poſſumus facere per alias orationes præter dominicam: quia in oratione dominica Deus poſuit ſummariam quandam collectionem eorũ, quæ petenda ſunt, ſub quibus petitionibus comprehenduntur omnia, quæ licitum eſt à Deo petere. Et poſuit Chriſtus ordinem in petendis, quid magis, & principalius à Deo ſit petendum. Et ſic dicẽdum, ꝙ nemini licet aliam orationem facere, quo ad ſubſtantiam, quam orationem dominicam. Mat. tom. 3. 68. c. 2. B

Quodcunq; petatur in aliqua oratione, ad aliquod illorum, quod petitur in oratione dominica refertur. Mat. to. 3. 68. c 2. D

In orationibus, quas faciebant Gentiles errabant in duobus, primo, quia petebant res inhoneſtas, & inanes, &c. Secundo, quia in forma petendi erant multiloqui, &c. Mat. to. 3. 68. c. 3. G

Chriſtus non obligauit nos ad dicendum orationẽ dominicam quantum ad verba, ſed ſolum quantum ad ſententiam. Mat. to. 3. 69 c. 1. A

In principio orationis dominicæ, dicitur, Pater noſter propter multa. ſ. propter quatuor, & quare non dicatur Pater meus: ſed Pater noſter, aſſignãtur tres cauſæ. Mat. to. 3. 69. c. 3. H. Et dicitur, qui es in cœlis, propter multa. ibidem. 70. c. 1. D

In oratione dominica nihil petimus, niſi quod per nos facere non poſſumus ex nobis, vt patet inductiuè diſcurrendo per omnes petitiones. Matth. to. 3. 70. c. 4. H

Sex petitiones orationis dominicæ pertinẽt ad hominem: quia in eis petit homo bonum pro ſe ipſo, quarum prima eſt, adueniat regnum tuum. Et hæc petitio communiter exponitur de beatitudine, quæ vocatur regnum Dei. Et præter iſtam expoſitionem aſſignantur aliæ tres. Prima, ꝙ per regnum Dei intelligatur tempus, in quo Deus ſolus regnabit. ſ. a die iudicij in perpetuum, &c. Secunda. i. fac, ꝙ ceſſet regnum diaboli, & regnum tuum ſit ſuper omnes homines, &c. Tertia, ꝙ per hæc verba homines petant conſeruationem in ſanctitate, vel bono, quod habent. Matthæ. to. 3. 21. c. 2. C

In tertia petitione orationis dominicæ. ſ. fiat volũtas tua ſicut in cœlo & in terra. Et in duabus ſequentibus petitur id, ꝑ quod ad beatitudinẽ peruenitur. Et præcipuum iſtorum eſt, ꝙ fiat voluntas Dei, & compleatur: & iſta petitio poteſt exponi ſex modis. Mat. to. 3. 71. c. 4 G

Quomodo ſtet, quòd debeamus orare, vt fiat volũtas Dei, quod quadrupliciter poteſt ītelligi. Vno modo, quòd taliter nobis gratiam cõferat, quòd poſſit impleri in nobis voluntas antecedens, & ſigni. Et ſimiliter voluntas conſequens, & beneplaciti: quia multa diſpoſuit Deus futura mediãtibus precibus noſtris, & ꝓpterea neceſſe eſt nos orare, vt illa adimpleantur: quia ſi nunquam oraremus, nunquam adimplerẽtur. Et ideo quomodocunque accipiatur voluntas Dei, neceſſarium eſt nobis orare, vt voluntas Dei adimpleat̃. Alio modo: quia bonum eſt, quod oramus, etiam ſi voluntas Dei deficiat in aliquibus, nobis non orantibus: quia per hæc excitamur nos ad Dei voluntatem implendam, &c. Tertio modo: quia voluntis Dei adimpletio: partim eſt ab ipſo, & partim a nobis, &c. Quarto modo, vt. ſ. Deus adiuuet nos ad faciendum ea, quæ ipſe vult, &c. Matt. tom. 3. 72. c. 2. I. & 73. c. 1. A

Tres primæ petitiones orationis dominicæ. ſ. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuũ. Fiat voluntas tua, &cæt. incipiunt in hoc ſęculo. Et complentur in patria: ſed quatuor petitiones ſequentes, totaliter complentur in preſenti ſęculo, vt probatur. Mat. to. 3. 73. c. 1. C

Illa petitio orationis dominicæ, Panem noſtrũ quotidianum, &c. poteſt vno modo intelligi de pane ſacramenti, ſcilicet, de Euchariſtia. Et alio modo de pane verbi diuini, ſcilicet prædicationis, ſed conuenientius intelligitur de pane materiali, ſcilicet, de ſuſtẽtatione in omnibus neceſſarijs, tam de victu, quam de veſtitu, quam de pane ſacramẽtali Et hoc propter multa, &c. Mat. to. 3. 73. c. 4. F

Per illud orationis dominicæ Panem noſtrum, &c. Innuuntur multa vitia, quæ accedunt circa appetitum & vſum temporalium, &c. Et prædicta peti conuenit omnibus hominibus, vt probatur. Mat. to. 3. 73. c 4. K. & 74. c. 1. A

Oratio fieri debet pro eo, quod deſiderandum eſt, & per nos ipſos haberi non poteſt, &c. Matt. to. 3. 74. c. 3 F

Quinta petitio orationis dominicæ, ſcilicet, dimitte nobis debita noſtra, &c. intelligitur de peccatis præteritis, & iſta dimiſſio eſt ad beatitudinem, ſicut remouens prohibens. Et quare peccata dicãtur debita. Matth. to. 3. 74 c. 4. F. Et in iſta petione innuuntur duo neceſſaria ad mores. Primum. quòd homo ſemper maneat in timore quodam & humilitate reputãdo ſe ſemper debitorẽ, &c. Secundum, quòd homines debent ſemper viuere in ſpe. Nam licet quilibet credat ſe debitorẽ, de venia tamen ſperare debet, &c. Matth. tom. 3. 74. c. 4. H

In oratione dominica nemo poteſt exaudiri, ꝙ non dimiſerit ꝓximo peccatũ. Et hoc ex corde, & ꝙ dimittat prius. q̃ ipſe petat a Deo remiſſionẽ peccatorũ ſuorũ. Mat. to. 3. 75. c. 1. D. Et debita, q̃ debemus dimittere ꝓximo, ſunt peccata, quę ꝯ nos commiſit, & non debita pecuniaria. Et debet dimittere odium, quod quis cõcepit ꝯ proximum ꝑ aliquam iniuriam illatam, non tñ obligatur dimittere proſecutionem iuris, quod habet contra proximum ad condemnationem ꝑ iniuriã illatam: quia hoc poteſt ſtare cũ charitate. Sic dr̃. 23. q. 5. c. officia. Et ca. non eſt iniquitatis, &c. Difficile tñ eſt, ꝙ quis accuſet inimicũ ſuũ capitaliter, & ꝙ ſeruet charitatem erga eũ. Vnde ſecurius eſt dimittere ipſam iuris proſecutionem, & idem eſt in damno dato, &c. Matto. 3. 75. c. 3. F

Quidam dicunt, quòd qui non dimittit debita fratri ſuo, melius faceret, ꝙ dicendo orationem dominicam, omittat dicere. Et dimitte nobis, &c. quam quòd dicat. Et alij dicunt, ꝙ talis nõ debet dicere orationẽ dominicã: ſed vtrunq; iſtorũ improbat̃. Mat. to. 3. 75. c. 4. K. 76. c. 1. A. Sed dicendũ, quòd

quòd melius eſt, quòd talis dicat orationem dominicam.vt probatur.ibid. 76.c.1.E
Oratio dominica non fit ab aliquo tanquam a perſona priuata:ſed tanquam a tota Eccleſia, cū omnes clauſulæ ponantur in plurali,&c. Matt.to.3. 76.c.2.A.& 124 c.1.E
Per illud orationis dominicæ:Et ne nos inducas intentationem:ſignificatur, quod Deus non patiatur nos tentationi ſuccumbere. Nam illum intentationem induci patitur, quē ſuo auxilio deſerit. Matt.to.3.77.c.1.D. Et per dictam petitionem petimus,vt Deus det nobis perſeuerantiam in bono,quod ſi fecerit, nulla tentatio nobis nocebit,quod Deus facit dupliciter per feruorē charitatis, & per illuminationem intellectus, &cæt. Mat.to.3. 77.c.1.E
Per illud orationis dominicæ, ſed libera nos a malo:petimus, vt quidam dicunt, liberari a fomite. Alij dicunt,quòd petimus liberari a diabolo.Sed melius exponitur,quòd petimus liberari ab omni malo,quod eſt extra peccata præterita,& tentationes ad peccata.ſ.de infirmitatibus,aduerſitatibus,& omnibus periculis, & generaliter ab omnibus malis,quæ ab extrinſeco inferuntur. Et ab iſtis Deus liberat quadrupliciter. Primo faciendo,ne aduerſitas nobis ſuperueniat,quod raro facit,&c.Secundo conſolando hominem in aduerſitatibus præſentibus,& grauantibus. Tertio faciendo afflictis tot bona poſt tribulationē, vt mala præterita tradant obliuioni, ſicut ſol poſt tempeſtatem,&c. Quarto conuertendo tribulationem,& anguſtiam in bonum hominis, &c.Mat. 77.c.3.F
De ſeptē petitionibus orationis dominicæ,& quare ſeptem ſint, & de ſufficientia ipſarum, & ad quid ſingulæ pertineant.Matthę.tom.3. 78. colum.1.A
Inoratione dominica,primo ponuntur bona, quę deſiderantur. Secundo mala, quæ fugiuntur. Et hoc ab illa parte, Dimitte nobis,&c.Matth.to.3. 78.c.1.B
Oratio dominica eſt melior, & nobilior quacunq; alia oratione, in ſexdecim proprietatibus, & excellentijs illius,de quibus vide.Matth.tom.3. 78. c.2.E.& c.3.& 4.
Per orationem dominicam venialia peccata dimittuntur,vt dicit Auguſtinus.Matth.tom.3. 77. colum.3.F
Orationis dominicæ ſex conditiones referuntur. Prima eſt, quòd in præfata oratione continetur quidquid petendum ſit. Secunda,quòd in ea ponuntur petitiones eo ordine, quo petendum eſt. Tertia,quòd illa non fit ſpecialiter pro orante: ſed pro omnibus, &c. Quarta, quòd iſta oratio cōuenit omnibus hominibus magnis & paruis, doctis & indoctis, &c. Quinta, quòd conuenit homini pro omni tempore. Sexta, quòd in hac oratione ſunt quædam petitiones, quæ pertinēt partim ad præſens ſeculum,& partim ad futurū, & aliæ totaliter ad præſens ſeculum. ſ. quatuor vltimæ,&c.Mat.to.3. 79.c.1.E
Ante oīa ſtandum eſt orationi.Mat.to.5. 229.c.3.F
Ad colligendum herbas medicinales ſunt orationes prohibitæ præter Symbolum,Orationē Dominicam,& Aue Maria.Mat.to.6. 177.c.3.K
Orantes nihil aliud petere tenētur, niſi illud, quod ſub oratione dominica continet, quia quidquid aliud petitur inhoneſte,& carnaliter petit. Matt. to.3. 79 c.4.G
Orationem dominicam tenetur quilibet fidelis ali quando dicere,cum Dominus inſtituerit eam,vt ab omnibus fidelibus diceretur. Et licet alias orationes non teneamur dicere, melius eſt tñ alias interdum dicere,quam orationem dominicam, dum tamen iſtam omnino non omittamus. Et hoc pp duo,quæ referuntur.Mat.to.3. 79.c.4.G
Oratio principaliter inſtituta eſt, vt homo ſeipſum excitet ad deuotionem.Mat.to.3. 79.c.4.H
Nulla oratio eſt fortis niſi illa, quæ fit in ſpiritu humiliatio,& corde contricto.Mat.to.3. 80.c.1.B
Conditiones orationis ſunt quatuor. ſ.pie perſeueranter pro nobis, & quæ ad ſalutem petere. Et iſtarum tres ſignificātur.Mat.7.Cum dicitur:Petite.ſ.pie,Quęrite.ſ.perſeuerāter, Pulſate.ſ.in vobis,vt patet:quia ſubditur. Et aperiet vobis. Mat. to.3. 122 c.3.G.Et ponuntur iſtæ quatuor conditiones orationis ad remouendum impedimenta,& ad impetrandum,&c.Mat.to.3. 123.c.3.G
Ad hoc,p per orationem mereamur,ſufficit,quòd orans ſit in charitate: non tamen ſufficit hoc ad impetrandum,& quādo pie oramus, & erramus in petendo.Mat.to.3. 123.c.3.I
Per orationem nō poteſt mereri peccator, quādiu eſt in peccato,poteſt tamen impetrare interdum id,quod petit.Et boni interdum non impetrant, quod petunt,vt probatur.Mat.to.3 124.c.1.A
Orationes beatorum in patria valent magis, quam orationes noſtræ in via,etiam ſi ſimus in charitate, & hoc propter duo. Primo, quia illa ſola petunt,quę Deus diſpoſuit euentura,vt cognoſcūt in verbo. Secundo,quia impetratio fit ex Dei clementia,quæ eſt magis circa ſibi coniunctos in patria,&c.Mat.to.3. 124.c.1.B
Oratio dominica nō profertur, vt dicit Cyprianus, nomine vnius perſonæ, ſed nomine totius Eccleſiæ.Et ille,qui non vult dimittere proximo,dicēs hanc orationem,non mentitur,&c.Matth.to.3. 124.c.1.E
Vt per orationem mereamur,non requiritur,quòd perſeueranter fiat,dummodo ex charitate procedat, bene tamen ad hoc p ſit impetratoria: nam impetratio dicit conſecutionem. Sed ad conſequēdum oportet venire per medium, ne fiat interruptio,&c.Mat.to.125.c.1.B. Sed quare in oratione requiratur perſeuerantia.ibid. 125.c.1.B
Orationes bonorum,p interdum nō exaudiant, in cauſa potiſſima eſt:quia illi aliqñ petunt aliquid, quod ad ſalutem eorum non pertinet,& hoc ex ignorantia:& tunc Deus nō concedit, qđ petūt, ſed,quod expedit,&c.Matth.to.3. 125.c.2.B
Nihil dignius Deo offerimus,quam orationem fidelem.Mat.to.3. 134.c.2.C
In oratione duo conſiderantur.ſ.meritum & impetratio.Mereri in oratione dependet ab orāte, ꝙ neceſſe eſt,p orās in charitate.mereat p hoc gradū quēdā ī vita æterna.Impetratio vero depēdet ex ſola Dei clemētia,ꝙ orat,&c.Mat.3.173.c.3.H
In oratione requiritur perſeuerantia. Matth. to.4. 144.c.3.F
Nulla opera,apud Iudæos iudicabant meliora oratione,& ieiunio.Mat.to.4. 271.c.1.A
Nihil ſic eleuat hominem in Deum, ſicut oratio. Matt.to.4. 272.c.1.B
Oratio noſtra,quantūcunq; fiat a viris ſanctiſſimis, nunq̄ exaudit, ita vt quod petitur impetret, niſi Deus diſpoſuerit illud facere.Mat.to.3.243.c.2.E
Oratio quibus cōdictionibus exauditur.Matt.to.5. 61.c.4.I
Oratio noſtra pertinet ad minorem. Matth.tom.4. 106.c.1.B

Inte-

Integris noctib. Christus in oratione pernoctabat. Mat. to.4. 105. c.4.I
Oratio magnum habet fructum, cum attente fit, & ad hoc debet esse solitaria, &c. Mat. to.4. 106. c.2.C
Ad orationem debent recurrere prædicatores para to sermone, Deo gratias agentes. Mat. to.4. 105. col.4.K
Oratio exigit requiem, & silentium. Mat. to.4. 106. col.3.G
Orationis magnus est fructus si attētè fiat. Mat. to.4. 106. c.2.C
Optima est coniunctio orationis cum ieiunio, oratio propter se, & ieiunium propter orationē, &c. Mat. to.4. 272. c.1.D
Quare Christus diu permanebat in oratione. Matt. tomo 4. 107. c.1.B
Vt oratio non exaudiatur a Deo, multa solent impedire. Mat. to.5. 61. c.4.G
Quomodo angeli dicātur deferre orationes, nostras ad Deum. Mat. to.5. 27. c.1.B
Ad impetrandum in oratione alia præter miraculum, non est necessaria fides, idest, confidentia, bene tamen ad miraculum. Mat. to.5. 249. c.3.H
Quæ sint, quæ hominem impediunt exaudiri in oratione. Mat. to.5. 61. c.4.G
Orationem nostram Deo vocaliter proponimus, etiam si ipse mētem nostram cognoscat, propter multa. In Parad. 68. c.2.C
Orationes nostræ voce emissæ, vltra mentem, prouocant ad maiorem, & feruentiorem deuotionē, quam si sola mente fiant, vt probatur in Parado. 78. c.4.K
Oratio interior, interdum sine vocis expressione, valde prodest, &c. in Paradoxa. 69. c.3.G

Orator. Oratoris finis est persuasio. Mat. to. 5. 142. c.3.G

Orbis. Ab orbe condito vsq; ad Christi natiuitatem, fluxerunt quinque mille centum nonaginta nouem anni. Gen. 12. c.4.K Et hoc tenendo numerum annorum secundum literā 70. interpretum & secundum q̄ computat Eusebius. Et tamen secundum veritatem & literam Hæbraicam, quam Biblia nostra sequitur, non fluxerunt nisi, tres mille nongenti sexagintaduo, &c. Genes. 13. c.1.A

Orbita. Orbitarum vestigia, quę fecerunt currus Pharaonis apud mare rubrum vsque hodie permanent extra aquam & intra, & ab omnibus transeuntibus videntur, &c. Exod. to.1. 117. c.1.B

Ordeum. Ad ferendum hordeum respiciendum est quòd Sol sit in libra, aut in principio scorpionis. Exo to.1. 77. c.4.K

Ordo. Ordo tanto est perfectior quanto descēdit ad minima. Mat. to.3. 261. c.4.F
Quis sit ordo resurgendi a peccatis, Matt. to.5. 154. colum 2.C
Duplex est ordo narrandi, quidam naturalis, & quidam artificialis, & iste secūdus sępissimè habetur in sacris literis, & in alijs historicis narrationibus, &c. Exo. to.2 91. c.4.I
Ordo naturæ, qui in peccante peruersus est per peccatum, non potest nisi per Deum reparari. Matt. tomo 5. 154. c.1.A
In ecclesia olim fuit ordo quidam militum S. Ioannis de Acre, &c. Ios. to.2. 93. c.2.B. 132. c.1.A
Ordo principalius inuenitur in rebus, quam in cognitione. Mat. to.6. 141. c.4 K. 143. c.1.A
De ordine prædestinationis a Deo seruato. Mat. tomo 6. 34. c.4.I
Vbi ordo non est, charitas esse non potest. Mat. to.6. 153. c.4 F
In sacramento ordinis imprimitur character. Exo. tomo 2. 87. c.4.G
In omnibus ordinibus imprimitur character. Mat. tomo 4. 172. c.4.F
Omnes ordines subordinantur ordini sacerdotali, quia illi subministrant. Mat. to.4. 172. c.4.G
Desiderare ordines sacros in se in nouo testamēto, non est peccarum, &c. Exo. to.2. 212. c.1.B
Ordo sacerdotalis continentiam habet annexā. Nu. tomo 2. 119. c.1.D. & 155. c.3.K
In quolibet ordine datur aliquod signum sensibile ipsi, qui ordinatur, per quod significatur, quæ sit potestas illa spiritualis, quæ ei traditur. Et ista signa sunt de necessitate collationis ordinis, in tantum, quòd si non obseruarentur, non imprimeretur character. Ruth. 279. c.4.F
Per ordinem sacrum, castitatis votum dicitur solenizari, licet votum non emittatur. vt patet extra de voto & voti redemptione lib. 6. c. quòd votū. Mat. to.2. 157. c.2.C
Ordo de necessitate sacramenti exigit sexum virilē. Mat. to.4. 182. c.3.K
Sacramento ordinis necessaria sunt docere & præesse. Mat. to.4. 183. c.1.C
Ordinis potestas immediatè datur a Deo. in Defen. 36. c.2.A
Multi non promouentur ad sacros ordines, & absq; culpa, vt patet de filijs presbyterorum, & de bigamis, &c. in Paradox. 2. c.4.G

Ordinari. In ordinādis prælatis Ecclesia sum pśit quendam actū a Gentilib. &c. Gen. 394. c.1.B
In his, qui incipiunt ordinari ad Dei ministerium, quare dicatur: Dominus pars hæreditatis meæ, &c. Num. to.1. 255. c.4.I
Quando Episcopus ordinat aliquos in episcopatu suo, submittit eos in adiutores. Matth. to.4. 185.

Ordinarius. Ad ordinarium pertinet habere curam de testamentorū cōplexione, &c 3. Reg. 142. c.1.B

Ordinatio. In ordinatione non datur iurisdictio, sed tunc, quando datur materia. Mat. to.4. 173. c.1.D
In ordinatione licet non detur scientia, quæ est habitus conclusionis in intellectu, datur tamen sciētia, quæ est potestas cognoscendi, & inquirendi conscientiam peccatorum, & ista est clauis, & nō habitus scientiæ acquisitus vel infusus, & ista clauis reperitur in omnibus ordinatis. Mat. to.4. 174. col.1.B

Oreb mons. Mons Oreb est mons Sinai. Exo. to.1. 14. c.3.I. 148. c.4.F
Oreb, de quo Exod. 17. Cum dicitur, super petram Oreb, non est mons Oreb, qui est Sinai, sed alius deserti ante montem Sinai, sic dictus, Exo. tomo 1. 148. c.4.F
Fons, quæ erupit de petra Oreb, Dei beneficio, spirituali, vsque hodie fluit magno profluxu aquarū, ita vt tota vallis irrigetur, & terra illa iam facta fit habtabilis, & vocatur vallis Moysi, quia ibi Moyses percussit silicem, & profluxerunt aquæ. Exo. to.1. 148. c.4.H

Organum. Organica virtus subiectiuè est in organo, & radicaliter in anima. Exo to.2. 46. c.2.B
Per nullum organum exercet anima actum intelligendi. Mat. to.6. 103. c.3.I
Organorum animalis, quædā sunt de natura aquæ,

vt oculus, quædam de natura aerea, vt olfactus, & auditus,&c Exo to.1. 46.c.3.I
Angeli non habent organa, nec dęmones in corporibus assumptis,& per consequens nec in ipsis sentire possunt.Exo.to.1. 46.c.4.F
Organica potentia solum ponitur passiua & nullo modo actiua.Exo.to.1. 47.c.4.H
In genere organorum ptincipatum tenet manus,& ita manus interdum ponitur pro omnibus organis.Exo.to.1. 60.c.3.F
Inter organa animalium quædam sunt organa motiua,& hæc sunt nerui,& musculi, in quibus reperitur potentia motiua, & ista est principaliter in cruribus ad ambulandum, quædam sunt organa operatiua,vt manus,quæ dicitur organum organorum. 2.de Anima. Alia sunt organa expressiua,vt lingua cum alijs instrumentis vocalibus,& ista sunt organa executiua, quia voluntati obediunt, & in his poterit esse operatio seruilis,vt ꝓbatur.Exo.to.1. 82.c.2.B
Quanto aliquod organum est subiectū alicuius virtutis magis spiritualis,necesse est,vt tanto sit tenerius,&c.Exod.to.1 174.c.2. E. Et hinc est,ꝙ citius fatigamur, considerando aut studendo,quàm videndo,vel audiendo,&c. Exo.to.1. 174.c.3.F
Virtus organica est in organo, & organum dicitur quædam pars corporis, dissimilis reliquis in figura,& complexione,quemadmodum sunt oculus, nasus,pedes,& lingua,&c. Vnde corpora homogenea nullo modo sunt organica. Et omnes partes corporum homogeneorum sunt infatigabiles.Exo.to.1. 174.c.3.K
In potentia & organo reperitur aliqua conformitas vel similitudo ad suum obiectum. 1.Reg.to.2. 27.c.2.B
Sola organica virtus est fatigabilis. Exod.to.1. 174. col.4.G
Organa sunt instrumenta quædam, per quæ anima operatur, & tot sunt organa,quot sunt potentiæ operatiuæ,& actiones ipsius animę,& quanto anima est perfectior tanto habet plura organa. Exo. to.1. 272.c.1.A
Organum corporis dicit quandam partem integralem corporis determinatam in quantitate,& figura,&c.Ios.to.1. 61.c.1.A
Organum nomen Græcum est,significans id,quod, instrumentum apud nos. 1.Paralip. 168.c.1.A
Per corruptionem organi corrūpitur sensus. Matt. tom.3. 165.c.4.F
Organa sentiendi immutātur a rebus, quæ sunt extra animam,dupliciter,vno modo immutatione materiali,alio modo immutatione spiritnali,&c. Mat.to.3. 247 c.3.F
Quare organa solum polsentur in Ecclesia. 2. Reg. 35.c.4.G
Vnde organorum vsus venerit in diuinis officijs. in Paradoxa. 69.c.2.D
Organizatio. De modo,quo fiat organizatio corporis humani in vtero matris.in Paradoxa. 5.c.4.G
Orgia Bacchi. Orgia Bacchi dicebantur festiuitates, quæ Baccho fiebant.1.Paralip. 16.c.2.c
Oriens, & Occidens. Oriens,& Occidens dupliciter accipiuntur,vno modo relatiuè,& sic idem punctum potest dici Oriens,& Occidens:in ordine ad aliud & aliud.Alio modo absolutè pro parte illa, quæ propinquior est ortui Solis, vel occasui,cuiusmodi est Hispania.Et secundo modo accipiendo est distinctio,quia vno modo capitur strictè secundum Astrologos pro vero Oriente, & Occidente.Et tunc Oriens,& Occidens sunt puncta fixa, & distat Oriens ab Occidente per totum diametrum cœli, & est spatium dierum duodecim, & tunc Oriens, & Occidens non sunt puncta signata in terra habitabili,sed in mari,tam ex parte ortus,quæ ex parte Occasus.Et iste modus est necessarius apud Astrologos.Et ipsi Soli vtuntur eo, ad inueniendas longitudines ciuitatum ad inuicem, per habitudinem ad Orientem & Occidentem, per arcus interceptos inter Meridianos eorum. Accipitur etiam minus strictè, pro puncto in principio terræ habitabilis ex parte ortus Solis,& Occidens, similiter contra Occasum, & isto modo etiam vtuntur Astrologi,&c. Alio modo accipiuntur minus strictè, pro terra vltima habitabili cōtra ortum Solis scilicet,pro India,& Occidens pro puncto in principio terræ habitabilis, scilicet,pro Hispania. Alio modo & vltimo accipitur Oriens pro terra, quæ multum elongata est ab alia contra ortum Solis,&c.Contra Occasum Solis. Et iste modus est vsitatissimus,& sic capitur in sacra scriptura.Gen. 91.c.4.I
Oriens tripliciter dicitur.Num.to.2. 58.c.3.K.c.4.F
Oriens est pars anterior cœli.Iosue to.1. 146.c.2.C
Oriens, & Occidens, si proprijssimè capiantur,nullus est locus,qui sic dicatur, quia non est locus,in quo non fit punctus, Orientalis & Occidentalis alicuius Orizontis. Alio modo Oriens potest capi largè, & tunc vel absolutè vel respectiuè, &c. Mat.to.1. 107.c.2.C
Oriens & Occidens dupliciter accipiuntur. Matth. tomo 3. 138.c.3.F
Orientale. Aliqua terra dicitur Oriētalis dupliciter,vno modo simpliciter,& alio modo respectiuè,&c. Gen. 283.c.4.G
Origenes. Origenes natione Græcus, de Achaia prouincia.Sub Seuero pertinace Romanorū Imperatore floruit anno a Natiuitate Christi ferè ducentesimo, qui & Adamantius dicebatur, diuini quidem ingenij, de quo Isidorus li.5. Etymo. Septem millia librorum scripsit,fuit in omnibus artibus liberalibus, & naturalib.eruditissimus,sed præcipuè in sacra scriptura, hębraicam linguā didicit, vt veritatem sacræ scripturæ acutius inuestigaret. Gen.35.c.1.B. Ios. to.1.9.c.1.A.& 1.Paral. 23.c.3.K
Origenes in scribenda Biblia sic se habuit,quòd veritatem Hębraicam primo poneret vertendo in linguam Græcam.Deinde septuaginta interpretum translationē.Tertio Theodotionis,& Aquilæ & Symachi translationem, post quintam,sextam, & septimam æditionem,cum magno labore coniunxit, quas omnes translationes in quolibet fol. libri margini per septem distinctas colūnelas locauit,distinguens istas translationes asteriſco,& obelo,vt obelo superflua confodiat,& quę minus dicta sunt,asteriſco quasi illuminet. Et ita illa Biblia Origenis erat magna, sic vt in vna Biblia septem Bibliæ essent coniunctæ,&c. Gen.35. col.1.C
Origenes errauit circa Paradisum terrestrē,dicēs,illud debere intelligi de Paradiso spirituali, i.de Ecclesia,eo quòd nesciebatur,vbi esset Paradisus terrestris.Gen. 83.c.4.F
Origenes improbatur circa illud Nu.14.Feriam igitur eos pestilentia.Nu.to.1. 208.c.2.D
Origenes & Empedocles posuerunt in mundo circulationes. Mat.to.7. 137.c.3.H

De Origene viro clarissimo. 1. Paral. 9. c. 4. I
De modo, quem Origenes habuerit ad inquirendū veritatem scripturæ vete. testam. & quod modus ille non fuit sufficiens, ad inquirendum, quod petebat. 1. Paralip. 10. c. 1. & 2
Origenis sententia de tentatione Christi, improbatur. Mat. to. 2. 227. c. 1. E
Origenes abscidit sibi genitalia, vt liberius posset prædicare in occulto: tempore persecutionis Ecclesiæ. s. vt securè posset esse cum fœminis, qui tamen postea apud Cæsaream factus est sacerdos. Matt. tom. 2. 195. c. 2. B

Originale peccatum. De originali peccato, vide in dictione, Peccatum originale.

Originalis iustitia. De originali iustitia, vide in dictione, Peccatum originale.

Ornamentum. Sacerdotalia ornamenta quę, & quot fuerint in veteri testamento. Exo. to. 2. 54. c. 4. H
Ornan Iebusęus, vide Hornan.

Ornatus. Ad ornatum rerum distinctarū, de quo a die quarta incæpit Deus agere, vt habetur Gen. 1. Non pertinēt arbores, & herbæ, sed ad distinctionem, quia videntur esse quædam partes terræ, cum firmiter adhæreant terræ cum radicibus suis, &c. Gen. 7. c. 2. B
Ornatus propriè pertinet ad aliquid extrinsecū adueniens, sicut sunt animalia bruta, & homines, aues, & pisces. Omnia enim hæc elementis suis superaddita, sunt per se mota, similiter & stellæ erraticæ, eo quòd habent per se motum distinctum a motu orbium suorū, sicut aues a motu aeris, sed non tantum. Astra tamen octauæ sphęræ, nō ita videtur quòd pertineant ad ornatum, quia fixa sunt, nec videntur moueri motu distincto contra motum firmamenti sui, &c. Gen. 7. c. 2. B
De ornatu cęlesti agitur die quarta, & de ornatu elementorum die quinta. Gen. 7. c. 4. I
De ornatu mulierum, vide in dictione Mulier.
Ornatus nominat studium aliquale apparatus exterioris, q̄ potest esse ad hoc, ne quis vilis appareat, vel vt pulcher videatur. Primo modo ornatus est cuilibet necessarius. Secundo modo regulariter nulli est necessarius, &c. Matth. to. 3. 277. c. 1. A. Et considerandæ sunt ad tria ad hunc ornatum. Primum est debitus finis. Secundum status conditio. Tertium honestas ornatus, &c. Matth. to. 3. 277. col. 1. B
Ornatus debet competere conditioni personæ secundum communem consuetudinem, &c. Mat. tom. 3. 277. c. 3. F

Oroscopium. Augusti. in lib. 5. de Ciuita. improbat Oroscopium. i. artem de inquirendis ascendentibus, & septē domibus cęli, ad sciendum conditionem, & statum eorum, qui nascuntur, &c. Leui. 201. c. 3. I. Sed de his iudicare, nec est secundum naturam, neque totaliter contra naturam, & catholicam religionē, vt probatur ibidem. 203. c. 1. C. Et de his, quæ secundum naturam sunt, bene poterit quis iudicare, &c. ibidem 203. c. 1. C. Cauendum tamen est ne aliquis initatur his iudicijs, quia poterit frequenter falli, &c. Sed præfata iudicia tenebunt mediū inter possibile & necessarium, vt ait Ptolomæus, &c. ibidem 203. c. 2. D. Non poterit tamen iudicare quis de his, quæ partim pendent a natura, & partim a fortuna, nec in his, quæ totaliter a fortuna. Et ponuntur exempla ibidem 203. col. 2. E

Orosius. Hispanus scripsit librū de Ormesta, ad petitionē Aug. Ma. t. 3. 251. c. 3. H

Orpheus. Orphei fabula refertur. Genes. 28. col. 1. E
Orpheus peccato sodomorū infectus, docuit Thraces concubitum masculorum, de quo Ouidius lib. 10 Metamorph. sic ait

Ille tamen Thracum populis fuit auctor amorem.
In teneros mutare mares, citraque iuuentam,
Aetatis breue ver, & primos carpere flores.

Gen. 267. c. 2. D

Os. Ossa duodecim Patriarcharum, qui mortui sunt in Aegypto, ducta fuerunt in terrā Chanaan in exitu de Aegypto, vt ibi sepellirentur, vt multi volunt. Licet de Solis ossibus Ioseph sacra scriptura veteris testamenti faciat mentionē. Sed Actuū 7. Habetur quòd ascendit Iacob in Aegyptum, & defunctus ipse & patres nostri translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham. Gen. 386. c. 3. H
Ossa aliorum Patriarcharum, & si videatur nō fuisse portata ab Hebræis in exitu de Aegypto, sicut ossa Ioseph: auctor tamen tenet quòd sic. Exodo tomo 1. 106. c. 2. D
Ossa Ioseph qualiter fuerint inuenta a Moyse, varie opinantur Hebræi. Exo. to. 1. 105. c. 3. I
Ossa mortuorum consueuerunt antiquitus cremari in quibusdam terris, ad purificādum aerem pestiferum, & animalib venenosa, & loco illorum fiunt: nunc ignes de alij rebus 4. Reg. 263. c. 2. C
Ossa excommunicatorum, si cognoscantur, ex humana sunt. 4. Reg. 236. c. 3. F

Osa. Aliquando est nomen viri. 1. Paralip. 4. Et aliquando nomen loci, in sorte Asser. Ios. 19. & 1. Paralip. 60. c. 1. C

Osanna. Quid dicunt esse interiectionem, deprecantis, alij quòd est est vna dictio composita ex integro, & corrupto, alij, vt Hieronymus quòd est vna dictio simplex, & significat salua, vel saluifica, & ista est vera interpretatio, & ita Iudæi petebant se saluari per Iesum Christū. Et ad hanc debent reduci duæ aliæ expositiones, &c. Mat. to. 5. 222. c. 3. H

Osculum. Ius erat primogenituræ. Genes. 306. c. 3. H
Osculum datur in collatione gradus magistralis aut doctoralis, tanquam insigniū inter cætera. 1. Reg. tomo 1. 172. c. 2. C

Osee Propheta. Pater Osee Prophetæ dicebatur Vocri. Et Pater Osee Regis vocabatur Hela, & Osee Propheta fuit ante tēpora Osee Regis, &c. Gen. 20. c. 4. F
Osee aliquando loquitur contra Iudam, & aliquando contra Regnum Israel. Gen. 21. c. 1. B
Multa verba Osee Prophetę exponunt. Gē. 21. c. 2. E
Osee accedens ad mulierem fornicariam, &c. Non peccauit, quia Deus, qui est auctor matrimonij, copulauit eos matrimonialiter. Ex. to. 1. 188. c. 1. B
De Osee Propheta, & quo tempore prophetauit, 4. Regum. 155. c. 1. C
Osee Prophetā dicūt fuisse de tribu Isachar: & huius opinionis sunt Hieronymus Historia Scholastica, & Epiphanius Historiographus. Sed Hebręi. & Nicolaus de Lyra, dñt fuisse de tribu Rubē, sed qđ istorū sit verū, nō apparet. Sed qa Hieronymus tenet primū, vr̄ ei potius assentiendum. Si quis vero firmiori testimonio potuerit secundum probare ei insistemus. 1. Paralip. 78. c. 2. C

Ostentum. Ostenta dicuntur signa probantia diuinam potestatem, & infligentia

gentia pœnam, & dicuntur ſic ad oſtendendum, quia oſtendunt ſe eſſe a Deo, qa a nullo alio talia fieri poſſunt. Exo.to.1. 40.c.2.E.c.3.E.& 69.c.2.D

Othoniel. Inter Othonielem & Axam filiã Caleb fratris ſui fuit matrimonium illicitum ex ſe, licitum tamen ex diſpenſatione. Ioſ.to.2. 96.c.4.H

Othoniel frater Caleb natus eſt in deſerto. Iudi. 28. col.4.K

Ouidius. Credidit mundum æternum ex parte principij materialis. Et habuiſſe principium quantum ad diſtinctiones formarũ pro conſtitutione ſpecierum, &c. Deu. 170.c.3.I

Ouidius vĩ eſſe Platonicus, & ex parte redolet Anaxagorę & Empedoclis ſententiam. Deu. 170.c.4.I

Ouidius cum Platone ſentit ponens cœlum de natura ignis, & mirabile eſt, ꝙ omnes poetæ, qui fuerunt ante Ariſtotelem, poſuerunt cœlum eſſe ignem cũ Platone, & aſtra eſſe puriſſimos ignes, quæ dicebant cibari aquis Oceani: ſicut ignis in humido vnctuoſo olei & ſeppi fouetur, &c. Deu. 171.c.1.B

Ouidius potuit cognoſcere a Iudæis, qui tunc erant Romæ, & in Italia aliquas veritates. Deuter. 171. col.1.E

Ouidius ſentit, ꝙ Deus formauerit hoĩem quantũ ad animam de ſubſtantia ſua. Deu. 178.c.2.E.c.3.F

Ouis. Oues errantes domus Iſrael peccatores ſunt. Mat.to.4. 143.c.3.F

Ouis ſignificat Chriſti innocentiam. Gen. 254.c.2.B

Quare per vnam ouem genus humanum ſignificetur. Mat.to.5. 38.c.1.A

Ex ouibus plures partes cremabantur in ſacrificio pacifico, quam de bobus. Leui. 24.c.4.K

Quare boni vocentur oues, & mali hædi. Mat.to.7. 80.c.3.I

Si de ouibus quis offerre vellet holocauſtum, oportebat offerre agnum anniculum. Leui. 25.c.1.A

Ouum. Oua communiter vocantur lac auiũ. Exod.to.1. 266.c.2.E

In ouis eſt ſemen auis, ſed illud non excitatur niſi calore naturali auis digerente & excitante virtutem ſeminis: ſicut vis formatiua in ſemine viri ſe habet ad menſtruum muliebre, formando & digerendo illud. Deu. 115.c.1.B

Oza. Mortuus eſt tangens arcam Domini, quia peccauit in duobus. Primo, quia tetigit arcam inhoneſtę, &c Secundo quia portauit arcã ſuper plauſtrum, cum debuiſſet portare eam ſuper humeros, &c. 2. Reg. 36.c.3.G

Oza mortuus eſt, quia tetigit arcam, cum eſſet immundus, vel quia tetigit eam irreuerenter. 1. Par. 149.c.3.G

Cauſa mortis Ozę principalis non fuit, quia poſuit eam ſupra plauſtrum, ſed quia tetigit illam, vt dicitur. 1. Paralip. 13. Fuit tamen cauſa minus principalis, cum deberet eam humeris portare, & cæt. 1. Paralip. 149.c.3.I

Mors Ozę, qualicunq; fuerit, fuit ſubitanea, & vĩ dicendum, ꝙ fuerit per ignem, potius quam p aliũ. modum. 1. Paralip. 151.c.2.C. Et fuit mortuus coram arca propter duo. Primo, vt moreretur ſtatim vt peccauit, &c. Secundo, vt puniretur in eo, in quo deliquerat, &c. 1. Paral. 151.c.2.D

Propter mortẽ Ozę fuit Dauid nimis contriſtatus, propter multa. 1. Paral. 151.c.4.F

Ozias. Ozias non cæpit regnare, ideſt, adminiſtrare Regnum vſque ad annum vigeſimumſeptimum Ieroboam Regis Iſrael: quia quando mortuus fuit pater eius Amaſias, manſit ipſe paruulus duorum annorum, & collata eſt illi adminiſtratio Regni anno decimoſexto ætatis ſuæ, & tunc erat vigeſimusſeptimus Regni Ieroboam Regis Iſrael, &c. 4. Reg. 147.c.2.D

Ozias allo nomine dicebatur Azarias. 4. Reg. 147. colum.1.D

De peccato Oziæ Regis Iuda, & de punitione eius per lepram. 4. Reg. 148.c.4.H

Tempore Oziæ regis Iuda fuerunt multi prophetę, ſcilicet, Iſaias, Oſee, Amos, Ioel, Abdias, & Ionas. 4. Reg. 149.c.2.E

Ozias Rex Iuda nunquam declinauit ad Idola, licet peccauerit volẽdo offerre Thymiama, &c. 4. Reg. 149.c.2.E

Ozias fuit cultor Dei, quia erudiuit eum Zacharias Propheta. 4. Reg. 149.c.2.E

Ozias fuit valde bellicoſus, & multas victorias habuit de Philiſthinis, & Arabibꝰ, & Amonitis, quos redegit in tributarios, & poſt hæc habuit magnã reipublicæ curam, & fuit agriculturæ deditus, & alendis pecoribus, &c. 4. Regum. 149. colum. 2. E. col.3.F

Geſta Oziæ Regis Iuda ſcripta ſunt copioſè per Iſaiam Prophetam, vt dicitur. 2. Paralip. 36. 4. Reg. 149.c.4.K

Ozias Rex Iuda, cum eſſet laicus, voluit miniſtrare Deo in templo, vt acciperet ſibi opinionem ſanctitatis, & potius tentauit facere hoc ex deſiderio honoris, quam pecuniarum, vt patet. 2. Paral. 26. Vbi dicitur, quòd cum roboratus eſſet, eleuatum eſt cor eius in introitum ipſius, & idem dicit Ioſephus 9. lib. antiquit. 4. Reg. 148.c.4.F

Ordo in peccato Oziæ fuit, quòd in ſolennitate generali propitiationis indutus eſt ſtola ſacerdotali: & intrauit in templum volens offerre Thymiama, ſuper altare aureum, quod erat in prima parte templi. 4. Reg. 148.c.4.H

P. litera.

P LITERA, in lingua Hebræa non exprimitur, ſed loco eius ponitur litera f. Matth. to.3. 228.c.4.H

Pacificus. Pacifici, de quibus Matt.5. Deſcribuntur. Mat.to.2. 5.c.2.D

Pactum. Pactum Dei, quod fecit irritũ puer, qui non eſſet circunciſus, de quo Geneſ.17. Eſt pactum, quod Deus cum Adam in Padiſo pepigit dicẽs: Quacumq. die comederis, morte moreris. Et tunc eſt ſenſus, ꝙ oẽs hoĩes pro peccato primi parentis obligati ſunt ad mortẽ æternam, iuxta illud ad Roma. 5, Omnes in Adã peccauerunt. Quare neceſſe eſt ſecundum iſtam obligationem hoĩes mori morte æterna, niſi per aliquẽ modum abſoluantur, .ſ. vel per circunciſionem, &c. Et pactum irritum facere eſt non accipere remedium inſtitutum ad liberandum a culpa primi pacti irritati, & hoc eſt non circuncidi. Si quis autem contendere velit, quòd iſtud pactum ſit pactum circunciſionis, quærat aliquem modum, per quem ille paruulus propriè dicatur irritum feciſſe pactum, quia non poteſt dici, quòd ille irritam fecerit circunciſionem, ſed in illo facta fuit irrita circunciſio, ſcilicet, quòd illi, qui eum circuncidere tenebantur, non curauerunt. Gen. 261.colum.1.B

In pacto ſemper aliquæ conditiones ſeruandæ ponuntur. Exo.to.1. 37.c.2.A

Pactum de quo Exo. 19. ſcilicet, Si cuſtodieritis pactum meum &c. Eſt conuentio inter partes, pace dictum. Exo. to. 1. 155. c. 1. E
In pacti confirmatione antiquitus occidebatur animal, & ponebantur partes illius ſeiunctæ, & ipſi paciſcentes tranſibant inter diuiſiones, ſignificantes per hoc ꝙ ſicut animal diuidebatur, ita diuidi deberet, qui pactum innitum violaret, de hoc Oroſius in tertio lib. de Ormeſta mundi in fine, Et talis confirmatio dicebatur fœdus a fœda porca, quę occidebatur & diuidebatur, &c. Exo. to. 2. fo. 7. c. 4. I. Similiter quando fiebat pactum cum Deo. 1. Reg. to. 1. 186. c. 1. E. c. 2. A
Pactum ſemel fractum, non habet vires, niſi conſenſu partium reintegretur &c. Leuit. 320. c. 4. G
Duo pacta habuit Deus cum Iudæis, vnum iniuit cum Abraham. Gen. 15. 17. & 22. Alterum cum ipſis Iudæis in monte Sinai &c. Leuit. fol. 321. col. 3. F
Pactum eſt inter partes conuentum, atque vtriuſq; conſenſu firmatum, in quo, quid vtraque pars facere debeat. Leuit. 322. c. 3. H
Pactum Dei cum Iudæis principaliter vocatur illud, quod continebatur in duabus tabulis lapideis. Deuter. 47. c. 1. C
Pacta Dei de beneficiis conferendis, aut pœnis infligendis: quanquam ſimpliciter proponantur, intelligi debent cum cōditione, ſi res manſerit in eodem ſtatu &c. Ioſ. to. 1. 91. c. 2. D
Pactum Iſraelitarum cum Deo initum, ex duobus habebat vigorem. Ioſ. to. 2. 176. c. 1. A
Pactum initum inter Deum & aliquem, ſi ſit conditionale, & conditio adimpleatur, tunc Deus ſeruat pactum, ſiue ille, cui fit pactum, ſit bonus ſiue non, dum tamen conditio illa ſit compaſſibilis malitiæ. Si autem conditio nō adimpleatur, tunc non cuſtoditur pactum. Si autem pactum ſit abſque conditione expreſſa vel ſubintellecta neceſſe eſt, quòd adimpleatur &c. 2. Paralip. f. 83. c. 3. G
Pactum ſalis, dicebatur ſic, apud Hebræos, quādo. ſ. erat perpetuū, quia ſal eſt perpetuum, ſiue in bonum, ſiue in malum. 2. Paralip. 174. c 1. B

Palantes. Idem eſt, quod diuagātes. Iudicum. 212. c. 1. E

Palata. Dicitur maſſa de ficubus quæ redacta eſt in modum caſei, & illa maſſa comprimitur inter tabulas, & ideo vocatur palata a palis quibus comprimitur. 1. Paralip. f. 142. c. 1. B

Paleſthina. Terra Iudæorum dicitur Paleſthina, de qua Ouidius lib. de Arte amandi, terra Paleſthinæ ſeptimo culta viro, i. à Iudæo, qui dicitur ſeptimus vir, ideſt vir colens ſeptimum diem, ſ. Sabbatum. Gen. 6. c. 4. I
Paleſthina dicitur quaſi Philiſthina: quia Iudæi nō ponentes F. in principio ditionum pro F. ponūt P. ſuper Gene. 6. c. 4. I
Paleſthina habet ab Occidente mare Mediterraneum, & ab Aquilone Phiniitiam, ideſt, Tyrum, & Sidouem ciuitates. Et ſunt in Paleſthina quinque ciuitates principales, ſcilicet, Gaza, Azotus, Acharon, Aſcalon, Geth, & Gerara. Aliqui ſunt, qui non faciunt diſtinctionem inter Iudæam, & Paleſthinam. Et ſic accipitur communiter Paleſthina. Gen. 6. c. 4. I
Tres ſunt Paleſthinæ, quæ ſunt prouinciæ magnæ Syriæ, in quarum prima Ieruſalem eſt metropolis. Mat. to. 1. 271. c. 3. K. c. 4. F
In Paleſthina non ſunt tecta domorum acuta, ſed plana, & æqualia. Mat. to. 3. 254. c. 2. E

Paleſthini. Quos Greci Paleſthinos appellāt, Hebræi vocāt Philiſthinos, quia vbi nos ponimus prolationem, & vim huius literæ F. in principiō, Hebræi ponunt P. & idem eſt in medio. Ioſ. to. 1. 18. c. 3. G. 1. Paral. 9. c. 3. H
Paleſthinis, & Syris familiare eſt cum parabolis loqui. Mat. to. 5. 66. c. 1. D

Pallas. Seu Minerua Dea facta eſt, quia plures artes inuenit in Africa apud Tritouidē lacum. Exo. to. 1. 158. c. 1. D

Pallium. Quo cooperuit ſe Rebecca. Gen. 24. Erat ſecundū quoſdā, genus quoddam ornatus cooperiens caput. quod ſecundum Ioſephum vocatur teuſtrum, & eſt genus Arabici veſtimenti &c. Gregorius tamen dicit, quòd præ verecundia cooperuit ſe. Gen. 293 c. 3. H

Pallor. Pallorem, timorem, & febrem coluit, vt deos, Hoſtilius tertius rex Romanorū, ne ei nocerēt in bello, quod cōtra ſe in fraudem verti vidit Albanos. Exo to. 1. 158. c. 1. E. 170. c. 1. A

Palma. Palmæ Aegypti ſunt admirandę conditionis, nam earum fructus ante maturitatem ſitim tollunt. Et ſi maturi ſint ſenſum tollunt, motū impediunt, linguam retardant &c. Exo. to. 1. 109. c. 4. G. Leui. 88. c. 3. F. Nu. t. 1. 68. c. 3. K

Palmira ciuitas. Quam ædificauit Salomon in deſerto, magis eſt terræ Chanaan Septentrionalis, quam ſit Euphrates, vt dicit Ioſephus 8. Antiqui. Et deſertum illud à nullo erat occupatum, eo quòd carebat aquis ad bibendum. nam eſt inter Eufratem & Syriam ſuperiorem. In loco tamen vbi fuit ædificata Palmiria magna erat aquarum copia. Et ideo Salomon inueniens regionem illam a nullo occupatam, occupauit illam, & conſtruxit magnam quandam ciuitatem, quę Hebraice dicta eſt Thamur. Græce vero Palmira. 2. Paralip. 113. col. 3. H

Palpabile. Omne palpabile eſt tangibile eſt ſed nō ecōtra, vt patet de aere &c. Nam palpabile addit ſupra tāgibile, ꝙ reſiſtit tangenti, ne ipſum diuidat &c. Mat. to. 4. 251. c. 1. D

Pamachius. Pamachi filij Paulinę ſororis Paulæ refertur hiſtoria. Ioſ. t. 1. 11. c. 2. A

Pamphilus. Pāphilus martyr fuit, & preſbyter, Euſebij Cęſarienſis epiſcopi amicus de quo. 1. Paral. 9. c. 4. G

Pandion rex Athenienſium.
De Pandione rege Athenienſiū. Exo. to. 1. 117. c. 4. K 118. c. 1. A

Pandum. Dicitur curuum, & repandum, val de curuum. 2. Paral. 51. c. 3. F

Panis. Nomine, de quo Ge. 3. veſceris pane tuo, intelligimus omne, quod quęrimus, & neceſſarium eſt nobis, aut conueniens: nam omnis cibus nomine panis intelligitur &c. Gen. 23. c. 3. G. & 377. c. 2. A
In quinque panum miraculo de quo Ioan. 6. fiebat continua appoſitio materię inuiſibiliter, quę cōuertebatur in panem, erat enim materia viſibilis, cum eſſet corporea: ſed erat inuiſibiliter appoſita &c. Gen. 149. c. 1. C
Magis de pane eſt in parte Aquilonari mundi, q̄ in Meridiana, & ideo menſa propoſitionis ponebatur in parte Aquilonari tabernaculi. Exo. t. 2. 33. c. 1. I
Conſuetudo erat apud Iudęos, ꝙ ſi in aliqua domo coqueretur panis, daretur vnus vel offerretur ſacerdotib⁹, vt habetur Nu. 15. ſuper Leui. 18. c. 4. K

Omnia,

Omnia, quæ de panibus offerebantur Domino, debebant esse de similia, &c. Leui. 19.c.1.D
Panes, quos sacerdotes faciebãt de similia oblata Domino, & illius vna pars cremabatur in altari, non debebant fermentari ad vsum sacerdotum, vt patet Leui. 5. & 6. & Leui. 50.c.1.D
Panes fermentatos non licebat offerri super altare, bene tamen si offerrentur sacerdotibus ad comedendum, &c. Leuit. 56.c.4.G
Panem interdum vocat scriptura omne comestibile. Leuit. 232.c.4.F
Panis oblatus in consecratione sacerdotum, totus cremabatur super altari: nec aliquis comedebat de eo. Leuit 6. & Leuit. 244.c.1.E
Panes in sacris literis aliquando accipiuntur pro sacrificiorũ carnibus, & omnibus comestibilibus, quæ offerebantur, &c. Leu. 251.c.2.A & 254.c.1.C
Inter panes, polenta, & pultes quid interslit. Leuit. 263.c.3.K
Panis quare dicatur baculus Leuit. 26. & Leuit. 316. colum. 2.D
Panes formati, & cocti ilico durescunt in terra Chanaan, & in terra Aegypti, & in magna parte Asiæ in terris calidis valde. in 3. vel 2. climate propter caliditatem regionis, & ideo coguntur quasi quotidie formare panes, &c. Iud. 58.c.1.A
Nomine panis in sacris literis intelligitur omne, qđ potest comedi. Iudi. 136.c.3.I. & 4. Reg. 263.c.1.C
Duplices panes offerebantur a sacerdotibus in vetere testam. quidam extra Sanctuarium, vt panes primitiarum, alij vero in Sanctuario, vt panes libamentorum, & sacrificiorum, de primis habetur Nu. 15. De quibus licebat Leuitis vesci, similiter & laicis. Panes vero secũdi dupliciter offerebantur. Vno modo in forma panis. s. pasta cocta in clibano, vel frixa in sartagine. Alio modo in farina nõ dum cõmixta, sed cosperta oleo: & de hac farina non poterant comedere Leuitæ, sed solum masculi de genere sacerdotũ. Leuit. 6. Nec de primis licebat Leuitis comedere, &c. 1. Reg. to. 2. 84.c.4.G
Panis sanctus erat duplex. s. panis propositionis, & qui proueniebat sacerdotibus ex sacrificijs, &c. 1. Reg. to. 2. 86.c.1.C
Quinque panes in miraculo Christi multiplicati sũt per intus susceptionem, & non per iuxta positionem, quemadmodum res animatæ, cum augmẽtantur, similiter & farina in hydria, & oleum in lecythо viduæ Sareptanæ, &c. 3. Reg. 160.c.2.E. col. 3.E. & Mat. to. 4. 95. col. 4 H. & 96.c.1. & 2. Et talis multiplicatio facta est in instanti. Matth. to. 4. 96. colum. 2.C
Panis quare dicatur cœlestis. 3. Reg. 176.c.4.I
Panis ille subcineritius datus Eliæ, non habuit virtutem conseruandi Eliam illis quadraginta diebus & vltra: quia fuerit formatus manibus vel virtute angelorum, vt dicit August. sed propter Dei voluntatem. 3. Reg. 178.c.2.B
Diuersa genera panium fiebant in Sanctuario ad offerendum cum sacrificijs, videlicet lagana, coliridæ, & panes de similia perfundebantur oleo, & hoc præcipuè fiebat in sacrificijs pacificis, &cæt. 1. Paralip. 115.c.3.I
Panis tribulationis dicitur, quando tam modicus est, qꝫ homo comedens tribulatur. 2. Par. 248.c.4.I
Nomine panis multoties intelligitur cibus & potus in sacris literis. Mat. to. 3. 73 c.3.I. & Mat. to. 4. 121. colum 1.A
In pane madefacto aqua, vel vino vel in terra madefacta aqua, non sunt duo corpora simul, &c. Mat. to 4. 247.c.2.A. & Mat. to. 7. 131 c.4.K
In reliquijs ex quinque panibus duo magna ostensa sunt. Mat. to. 4. 100.c.2.E
Panis in sacris literis, sæpe accipitur non pro solo pane, sed pro quolibet pertinente ad sustentationẽ, vnde & mel vocatur panis. 1. Reg. 14. Cum dicitur maledictis vir, qui manducauerit panem vsque ad vesperum, &c. Mat. to. 6. 235.c.2.C
Quare fragmenta Exo. 5. panibus Christus non dederit turbis. sed Apostolis. Mat. to. 4. 101.c.2.C

Panis azymus. Panes azymos comedunt nũc Iudæi octo diebus, ad vitandum dubium, quia decimaquarta Luna primi mensis debent incipere, & continuare per septem dies, &c. Deut. 86.c.4.K
In commixtione panis azymi non apponitur fermentum, neque Sal. Deut. 87.c.1.A
De panibus azymis, videī dictione Azymus panis.

Panem propositionis Erant duodecim, in memoriam duodecim tribus Israel, de quibus Leui. 24. Et ponebantur isti panes in duobus ordinib. Sex in vno ordine, & sex in altero. Exo. to. 2. 32.c.4.H. Vel melius dicendum, quòd sex panes ponebantur in vno cumulo, & sex in altero, & super quemlibet cumulum ponebatur vnum vas thuris lucidissimi, vt probatur. Exo. to. 2. 32.c.4.I. & Numer. tomo 1. 48.c.2.A
Panes propositionis conficiebant sacerdotes ex farina delicatissima, quam filij Israel offerebant, & confectos ponebant ipsi sacerdotes coram Domino, & quilibet panis istorum habebat duas decimas ephi, & per singula sabbatha mutabãtur, sic scilicet, quòd in die Veneris post meridiem tollebantur illi panes de mensa, & ponebãtur alij duodecim recentes, & sic consequenter, vt patet Leuit Exo. to. 2. 32.c.4.K. & 186.c.2.D
Panes propositionis erant sancti, quos non licebat comedere, nisi solis sacerdotibus, vt patet Leuitici 24. & 1. Regum 21. & Matt. 12. Et erant duodecim in memoriam duodecim tribuum Israel, & ponebantur in tabernaculo coram Domino, id est, coram sancta sanctorum, vt Deus videns illos panes, recordaretur eorum iuxta modum humanum, &c. Et erant panes in memoriam illius præcipui beneficij scilicet conseruationis, quæ fit per panem Eccl. 29. Initium vitæ hominis panis, & aqua. Et propterea ista oblatio erat continua. Et cęteræ erant interpollatæ, &c. Exo. to. 2. 35.c.1.F.
Panes propositionis dicebantur sic, quia ponebantur coram Dño per singula sabbatha, & dicuntur in Hebręo panes facierum, cuius duplex assignat ratio. Exo. to. 2. 33.c.1.H. & 208.c.3.I & 178.c.2.C
Panes propositionis non coquebantur in clibano, sicut panes vulgares: sed in quibusdam vasis ferreis, vel aureis ad ignem: quemadmodum fiunt nunc hostiæ, & illa vasa in vtraque eandem similitudinem exprimebant, & tales erant infra sicut supra, & ideo vtrobique facies habebant. Panes vero nostri non nisi vnicam faciem habent: sic dicit Rab. Salo. &c. Exo. to. 2. 33.c.2.F
De panibus propositionis refertur opinio Iosephi. Exo. to. 2. 33.c.2.G
Panes propositionis non debebant comedere sacerdotes eo tempore, quo cum vxoribus miscebantur, vt colligitur Exo. 1. Reg. 21. Exo. to. 2. 73.c.3.I
De panibus propositionis, qualiter pararentur, & quomodo a solis sacerdotibus mundis essent comedendi. Leuit. 228. colum. 2. B. Ad quos conficiendos filij Israel dabant farinam. Leuit. 232. colum. 3.G

Ad panes propositionis confidendos filij Israel dabāt similam, de iure magis, quàm per modū eleemosynæ, & quilibet illorum panum habebat ex similà duas decimas ephi.i.duo gomor.Leui. 277.c.1.B
Matth.tom.4. 4.c.2.B
Panes propositionis sanctiores erāt, quam alij panes, quos Israelitæ offerebant,& hoc ex multis. Leui. 277.c.2 D. Matt.to.4. 5.c.1.D
Panes propositionis parabant, & coquebant sacerdotes,& non Leuitæ, vt aliqui dicunt, Leuitæ tamen dabant eis similam,ex qua panes efficerent. Et similiter dicendum est de simila ,quæ frigebatur, & laganis, qua frigebant sacerdotes, vt patet 1.Paral. 23.cum dicitur, ꝙ sacerdotes erant super sacrificiū similæ. Leui. 277.c.4.k
Super panes propositionis ponebatur thus, de quo nihil cremabatur in altari thimiamatis, vt falso quidam affirmant,& probatur Leui. 278.c.3.I
De panibus propositionis non licebat laicis comedere,bene tamen sacerdotibus,& filijs eorum masculis. Alij tamen dicunt,ꝙ licebat etiam filiabus sacerdotum comedere de illis:sed non reliquæ familiæ,quod tamē improbatur.Leui.279.c.3.k.& 4.G. Alij dicunt, quòd licebat comedere de illis toti familiæ sacerdotum, dum tamen essent mundi: sed nec hoc est verum. Dicendum ergo, ꝙ solis filijs masculis sacerdotum licebat comedere de his panibus præter sacerdotes,vt probatur Leu.280.c.1.B
1.Reg.to.2. 86.c.3.H
Duodecim panes propositionis semper ponebantur super mensam, etiam postquam duodecim tribus idolatrarunt cum Ieroboam. Leui. 280.c.3.H.
Matt.to.4. 4.c.3.F
Panes propositionis appellant Hebræi panes facierū: quia sic eos vocat lingua Hebræa, cuius causam dicunt esse, quia illi panes habebant duas facies, propterea, quia formabantur in quibusdam vasis aureis positis ad ignem, &c.Sed hoc improbatur.Nume.tom.1 87.c.3.H. Dicendum igitur, quòd dicebantur panes facierum, quia positi erant coram facie domini,&c.ibidem. 87. c.3.k. 1.Reg. tomo 2. 86.c.2.B. 2.Paral.21.c.1.E.c.2.A.Matt.to.4 4.c.2.C
Et ponebantur illi panes coram domino propter multa,ibidem. 2.Paralip.21.c.2. C. Matth.tomo 4. 4.c.2.D
Quomodo licitū fuerit Dauid comedere panes propositionis.2.Reg.to.2. 85.c.2.C
De panibus propositionis,qui essent,& quomodo fierent. 1.Reg.to.2. 86.c.1.E.c.2.A
Panes propositionis coquebantur die sabbati , vt ponerentur calidi coram Domino.1.Regum,tom.2. 82.c.1.E.c.2.A
A quibus panes propositionis fierent, & ad quid offerrentur.1.Paral. 275.c.4.k.276.c.1.A
De panibus propositionis. 1.Paral. 115.c.4.G
De panium propositionis ministratione, & a quibus licitum esset comedi.2.Paralip.21.c.1.A.Matth.tomo 4. 4.c.2.A
Panes propositionis debebant esse æquales, & duodecim: & poni in mensa propositionis , quæ erat ad Aquilonem, & poni debebant seni, & seni, & manebant per septem dies,&c. 2.Paralip. 21.c.3.F. Matth.tom.4. 4.c.3.k.c.4.F. Et debebant formari a sacerdotibus, nec debebant illos tangere mulieres, nec laici, & farinam ad conficiendos istos panes debebant dare Israelitæ laici. Et a solis sacerdotibus erant comedendi, postquam tollebantur a mensa propositionis, ibidem 21.c.4.H. Matt. tomo 4. 5.c.1.D
Panes propositionis manebant super mensam septem diebus, & in sabbato tollebantur,& ponebantur alij duodecim, cuius assignatur ratio. Matthæ. tomo 4. 5.c.4.I
Panes propositionis dedisset Abimelech ipsi Dauid, & pueris eius, etiam si non essent mundi a mulieribus, si vidisset eos in extrema necessitate famis, vt probatur Matth.tom.quarto.5.c.3.K.Imo etiam tolleret panes qui erant coram Domino, si esset extrema necessitas. Et tunc habebat restituere alios duodecim panes in mensa.Matth.tom.quarto. 6. c. 1. A.

Papa. Altiorem statum tenet, quàm Moyses suo tempore tenuerit: quia Moyses gerebat vicem Dei super populum Hebræum, Papa autem super omnes homines. Et potest absoluere, & ligare plenissimè ex ptāte clauium,quę apud eum totaliter est. Et in hoc excedunt sacerdotes nostri temporis sacerdotes vete.legis & propheras. nam quilibet sacerdos simplex huius temporis est maior quàm Moyses quantum ad hoc, qui erat eximius prophetarum, & maior quàm Aaron, qui erat summus saeerdos &c.Exod. tomo primo. 152.c.3.F
Papa vocatus est ad plenitudinem potestatis.cęteri vero episcopi in partem sollicitudinis,vt patet in cap. cleros.21.dist.Exo.to.1. 151.c 3.H
Papa errat aliquando in sententiando:quia nō cognoscit omnia, licèt dicatur habere omnia iura in scrinio sui pectoris,vt patet in 6.de rescriptis, in cap.licet Romanus,&c. Et sicut contingit eum peccare mortaliter perdendo charitatem, ita cōtingit eum perdere rectum iudicium quantum ad aliquid. Exo.tom.1. 152.c.3.I
Papæ consecratio fit per episcopum Hostien. Exod. tom.2. 84.c.3.H
Papa cum eligitur a Cardinalibus,a tota Ecclesia eligitur.Num.to.1. 227.c.3.G
Papæ potestas originatur a potestate Ecclesiæ, vt probatur. Num.to.1. 227.c.3.H
Papa asserit se nabere iudicium in omni potestate, in ca.per venerabilem,extra qui filij sunt legitimi. licèt non semper se intromittat, ne iuri præiudicet alieno. Dent. 93.c.1.A
Papa non potest se ipsum absoluere. Iosue tomo 1. 83.c.4.I
Papa non potest dispensare inter ascendentes & descendentes, vt contrahant matrimonium.Bene tamen in omnibus gradibus consanguinitatis & affinitatis, sed in primo gradu, non nisi cum maxima necessitate.1.Reg.to.1. 132.c.3.G
Papa non potest dispensare in his,quæ dixit Christus, & in illis, qnæ Apostoli dixerunt ex mandato Dei: similiter nec in illis, quæ non dixit Christus, nec Apostoli apertè. Et Doctores sacræ Scripturæ subtiliter inquirentes, ostendunt ea fuisse ex intentione Christi,vt patet 25.quæst. prima, sunt quidam. Et hoc intelligendum est in his,quæ continent doctrinam moralem: secus tamen si ceremonialem. 1.Reg.tom.1. 133.c.3.H
Aliqua sunt,in quibus Papa potest dispensare: sed nō expedit, quòd dispenset. primo Regum, tomo 1. 134.c.1.E
Nō est necesse verum esse,quod Papa asserit, vt probatur 1.Re.t.1. 134.c.3.F.Mat.to.5.112.c.2.D.c.3.F
Dare alicui maiorem scientiā,quàm Papæ non inconuenit,sed inconuenit dare alicui maiorem potestatem quàm Papæ.1.Reg.to.1. 134.c.3.G
Non est inconueniens,ꝙ Papa erret asserēdo aliquid: sed nec ex hoc sequitur,quòd ius erret,&c. ut probatur 1.Reg.to.1. 46.c.2.D

Index in omnia Opera

Ad papam in nouo teſt.& ad ſummum ſacerdotē, & iudices vete.teſtamenti pertinebat definire in omnibus,in quib.lex non definierat.Mat.to.4.23.c.3.H

Circa ea,quæ ſunt iuriſdictionis, magis ſtandū eſt Papæ,quam alicui viuenti, ſed quantum ad determinationem veritatis, etiam in ſacra ſcriptura magis ſtandum eſt dictis Doctorum virorum, quàm dictis Papæ.1.Reg.to.1. 134.c.2.K

In inuenienda veritate,& definienda,non oportet ſtare definitioni Papæ potius,quam doctoribus,ſecus tamen quo ad coertionem ad tenendum id, quod determinatum fuerit,vt verum.1.Regum,tom.1. 134.c.4.G.246.c.3.F

Papa poteſt aliquando deponere reges.3.Regum. 104.c.4.G

Quando aliquis conſtituitur in ſummum Pontificē, mutatur illi nomen propter multa. Primò, quia tunc gerit vices Dei in terris, cum prius eſſet perſona priuata. Secundò, quia tunc efficitur ſucceſſor Petri, cui Deus mutauit nomen, &c. Tertiò, quia poterat habere nomen turpe a prima impoſitione.4.Reg. 249.c.1.E,c.2.A

Ad Papam,& Cōcilium generale pertinet magis declaratio legis,quàm ad aliquem hominem, eo ꝙ Papa ſit caput Eccleſiæ.Et Concilium generale repreſentat totam Eccleſiam vniuerſalem.2.Paralip. 105.c.2.E

pa poteſt eſſe hæreticus, vt patet de Liberio, & de Ioanne vigeſimoſecundo. Concilium tamen non poteſt errare in fide, nec in moribus, vt probatur Matth.tom.1.7.c.4.G. Patet etiam de Gregorio iuniore, qui errauit circa matrimonium, vt patet in dicto eius.32.qō.7.cap.propoſuiſti. Matth.tomo 5. c.2.E. 112.c.3.E

Papa eſt filius Eccleſiæ.Matt.to.1. 15.c.1.B

Papa poteſt diſpenſare contra aliqua dicta Apoſtolorum,licèt non contra omnia. Matt.to.1. 24.c.3.G

Ad papam propria ſuperſcriptio,& quam tota Eccleſia ſeruat, eſt illa Hieronymi in prologo ſecundo. Matt.ſcilicet Beatiſſimo Papæ Damaſo. Matt.to.1. 32.c.4.Et hoc nomen, beatiſſimus, conuenit Papæ ratione ſtatus,ibid. 33.c.3.I

Papa poteſt reualidare ea,quæ de facto aliquid ſunt,licèt de iure nulla ſint.Matt.to.1. 187.c.E

Papam diſpenſare in homicidio ſtat dupliciter. Vno modo in homicidio facto, alio modo in homicidio faciendo,in facto,dupliciter. Vno modo abſoluendo a peccato homicidij,& conſtat quòd ſic. Alio modo in irregularitate contracta ex homicidio, diſpenſando:vt poſſit talis aſcendere ad ſacros ordines,vel miniſtrare in ſuſceptis, & iſtud eſt propriè diſpenſare in homicidio, & in hoc Papa diſpenſat cum difficultate: quia eſt contrarium iuri, vt patet in decretis.50.diſtin.cap.miror.in homicidio vero faciendo poteſt diſpenſare, quòd aliquis occidat alium ſine culpa,ſcilicet in caſibus, in quibus homicidium licitum eſt de iure naturali, ſ.tribuendo illi poteſtatem occidēdi malefactorē &c. Et explicantur ſex caſus, in quibus licitum eſt homicidium.Matt.to.2. 87.c.4.k.& 88.c.1.A

Papa poteſt diſpenſare in omni illo,quod eſt extra legem naturæ,& diuiuam.Matt.to.2. 88.c.7.A

Papa poteſt diſpenſare in his, quæ ordinata ſunt ab Apoſtolis, ſi non ſint de iure naturali, vel non pertineant ad doctrinam Chriſti. Matth.to.ſecundo. 88.c.1.B

Papæ peccatum poterit fraterne corripere quicunq; illud cognouerit.Matt.to.5. 41.c.3.k

Papa eſt maior qualibet Eccleſia particulari. Matthæ. tom.5. 56.c.3.H

Papa eſt præcipuus filius Eccleſiæ vniuerſalis. Matth. tom.5. 56.c.3.B

Papa committit ſymoniam vendens res ſacras, non tamen incurrit pœnas ſimoniacorum.Matth.to.3. 15.c.4.k

Papa non poteſt diſpenſare cum monacho, vt proprium habeat, cum repugnet eſſentiali voto religionis, vt patet extra de ſtatu monachorum. cap. cum ad monaſterium.§.nec exiſtimet. Matt.to.3. 42.c.2.C

Papa licèt ſit vniuerſalis prælatus, non tamen eſt prælatus propriè immediatus omnium hominum,accipiendo prælatum immediatum pro illo,qui non habet ſub ſe alios prælatos directè ſubiectos: licèt ſit immediatus prelatus,ideſt, potens vti claue immediatè ſuper quemlibet hominem. Et ideo Papa non ſe habet omnino immediatè ad omnes homines fideles, ſicut epiſcopus ad omnes de ſuo epiſcopatu: quia epiſcopus nullos habet ſub ſe habentes ordinariam iuriſdictionem: ſed curati omnes ſunt commiſſarij.Matt.to.4. 186.c.1.C

Papa poteſt per Eccleſiam deponi, & coudemnari, ſi ſit hæreticus.Matt.to.4. 169.c.4.G

Papa non poteſt expoliare Purgatorium pro ſuo arbitrio.Matt.to.4. 188.c.4.H

Papa non poteſt ſeipſum abſoluere:ſed neceſſe eſt, ꝙ abſoluatur a ſubdito ſuo.Matt.to.4. 178.c.2.A

Crimen papæ defertur ad eccleſiam uniuerſalē per denunciationem in correctione fraterna,& nō ſolum in crimine hereſis, ſed etiam in ſpectantibus ad mores.Matt.to.5. 56.c.3.I

Papa videtur peccare ſi diſpenſet non attendendo ad bonum publicum.Matt.to.6. 36.c.3.H

Papa ideo non percipit decimas eccleſiarum:quia ipſe habet alios redditus &c. poſſet tamen,ſi eſſet neceſſe. Matt.to.6. 220.c.4.I

Papa nihil poteſt cōtra ius diuinum: ſed tenetur illud defendere vſque ad ſanguinem. 25.qō.1. cap. ſunt quidam.Matt.tom.6. 222.c.4.

Papa poteſt facere generalem conſtitutionem, ꝙ nullus laicus ſoluat decimas; dum tamen relinqueret miniſtris Eccleſiæ congruam ſuſtentationē. Matt. to.6.223.c.1.B.& poteſt priuilegiare quos voluerit de non ſolnendis decimis perſonalibus,ſed malefaceret ſic diſpenſando.Matt.to.6. 222.c.3.F

Dicere,ꝙ papa poteſt abſoluere a culpa & pęna.: eſt falſum iuxta rigorē terminorū, licèt iuxta ſenſum quem aliqui per iſta uerba prętendunt, verum ſit, quia ſic abſoluere a culpa, & pœna: eſt abſoluere plenariè,&c.in Defen. 3.c.1.B

De poteſtate papæ,quo ad concedendas indulgētias. vide in Defen. 3.c.2.B

Papæ poteſtas ad plns ſe extendit,quàm ad plenariam indulgentium peccatorum,ſed non poteſt eam totam ex defectu materię.in Defen. 3.c.2.C

Papa poteſt errare,non ſolum circa accidentia, & particularia facta humana, &c. ſed etiam circa fidem poteſt ignorare, & errare,& effici hęreticus.ſic patet in decretis.40.diſtinc.cap.ſi papa. vbi dicitur, ꝙ ſi papa reperiatur a fide deuius, deponitur, & patet exemplis de Marcellino,qui thurificauit idolis. 19. diſt.cap.nunc autem.& de papa Liberio qui factus eſt Arrianus. Et de Ioanne vigeſimoſecundo, qui tenuit hęreſim circa viſionem beatificam: quam poſtea coactus eſt publicè reuocare, vt patet in geſtis pontificum,&c.in Defen. 27.c.2.E

Stat, quod papa damnet aliquam propoſitionē tanq̄ hęreticam,vel aliquem authorem. Et tamen ꝙ ſic damnando erret,&c.in Defen. 27.c.2.E

Papa eſt indeterminatę poteſtatis, & poteſt abſoluere

uere quemlibet in quocunque casu. Matth.tom.5. 60.c.1.E.

Quod Papa dicatur in plenitudinem potestatis, & cęteri in partem solicitudinis, quomodo habeat intelligi. Matt.tom.5. 60.c.1.E.c.2.A

Papa non potest immutare aliquam legem Christi, neque dispensare circa eam. Matt.to.6. 210.c.4.G

Papa non recipit decimas Ecclesiarum: quia ipse alios redditus habet. Matt.to.6.220.c.4.k. Potest tamē nō solum decimas, sed & alia quęcunq; iura Ecclesiarum accipere propter aliquam necessitatem, durante illa, ibid. c.4.I

Papa suscipit iurisdictionis potestatem a Deo, vel ab Ecclesia ipsius Papę matre; nam Papa est Ecclesię filius, vel membrum, &c. in Defen. 36.c.4.H

Papa omnia potest prętęrquam in duobus casibus, primus est: si agat in manifestum damnum, & decolorationem status ecclesię vniuersalis: nam quantum ad hoc nihil potest. 2. Corin. 13. data est nobis potestas in cōstructionem, & non in destructionē, &c. secundus est, quando intētio Papæ se fundat super falsitatē: quia intentio ipsius se debet fundare supra veritatem. 2. Cor. 13. contra veritatem nihil possumus. oēs alij ministri Ecclesiæ sicut habent ptātem per leges Ecclesiasticas, ita habent iurisdictionem limitatam per illas, &c. in Defen. 36.c.4.I

Papa potest priuilegiare, quos voluerit, de non prętādis decimis personalibus: sed male faceret sic dispēsando. Matth.to.4. 222.c.3.F

Papæ crimina possunt denunciari in concilio generali, vt ostenditur. in Defen. 39.c.1.B

Papa pōt concedere decimas laico ad tempus; vel in perpetuum, sed male faceret. Matt.to.6. 222.c.3.k

Canonistę dicunt, ꝙ Papa non potest denunciari, nisi in illo crimine, de quo potest accusari, vel iudicari, vel deponi. Et quòd tunc debet fieri per generale concilium. in Defen. 39.c.1.C

Papa non potest in ea, quæ sunt de iure diuino, neque cum causa, neque sine causa. Mat.to.6. 223.c.1.C

In Papa est tota authoritas determinandi Contra clericos concubinarios. 3.c.3.K

Papatus. Addidit potestatem. Et potestas est ad aliquid iubendum, & statuendum: sed non ad aliquid verius dicendum. 1. Reg. tom.1. 147.c.1.E

Papilio. Significat principaliter quandam auiculam: sed secundario significat tentorium factum de pellibus, aut pannis, & dicitur sic: quia ad formam illius auis formatum est, vt ait Isidorus. Exo.to.2. 153.c.1.D

Papula. Papulæ, de quibus Leui. 22. dicuntur quidam carnis tumores, &c. vel secundum quosdam dicuntur maculæ cuiusdam scabiei pessimæ: sed primum videtur magis conforme literæ Hebraicæ. Leui. 249.c.3.F

Par. In parem non habet imperium. Matth.to.6. 227.c.4.I

Parabola. Secundum Hieronymum est rerum natura discrepantium sub aliqua similitudine facta comparatio. Matth. to.4. 52.c.2.E.c.3.F.& fo.51.c.1.B

Parabolæ aliquando ponebantur, vt audientes non plenè intelligetent. Matt.13. Interdum verò, vt sensus earum gratius, & attentius caperetur. 2. Reg. 68.c.2.B

Parabola cardi ad cedrum est viri debilis ad fortem. 4. Regum. 141.c.1.C

Parabola dicitur propositio quædam vniuersalis pertinens ad mores regulandos. 3. Reg. 42.c.4.H

Parabola dupliciter accipitur. Vno modo pro quadā figurata locutione, & sic Christus loquebatur in parabolis, &c. Alio modo pro communi sententia, quæ est documentum vniuersale, & sic parabola dicitur prouerbium, & sic liber Prouerbiorum dicitur liber parabolarum Salomonis. Et tamē ibi non ponuntur aliquæ figuratæ locutiones: sed solum ponuntur sententiæ quædam vniuersales circa moralia. Et ita quodcunque dictum commune in moralibus vocatur parabola. 2. Paral. 108.c.3.H

Parabolis, & metaphoris vtitur conuenienter sacra scriptura, vt probatur Matt. to.4. 52.c.2.C

In parabola est similitudo, & comparatio. in metaphora verò solum similitudo, & non comparatio. Matth.tom.4. 52.c.2.D

Parabolis, & metaphoris vtitur sacra scriptura propter duo. Primò ratione diuinæ sublimitatis, &c. Secundò specialiter propter rudes. Matth.tomo 4. 52.c.3.F

In quacunque prædicatione, Christus semper dicebat aliquā parabolam, propter vtilitatem turbæ audientis. Matt.to.4. 252.c.4.H.& 59.c.3.F

Parabola ad duo confert. Primò ad manifestandum aliquid. Secundò, vt magis memoriæ infigatur. Matth.tom.4. 53.c.2.D

Parabolæ seminatoris expositionem, de qua Matt. 13. quæsierunt discipuli Christi finito sermone, quem fecit in naui. Matt.to.4. 83.c.1.D

Parabola, quando ponitur sine expositione, est ad occultandum, sed cum illi adiungitur expositio, est ad manifestandum. Matt.to.4. 53.c.3.F

In parabola seminantis, Matt. 13. Christus posuit quatuor differentias terræ, in qua semen cęcidit, quod fuit conueniens tam ex parte parabolæ, quam ex parte rei significatæ per parabolam, vt probatur Matt.to.4.55.c.3.I. Et similiter illæ quatuor partes seminis differunt inter se. Matt.to.4. 56.c.1.A

In parabola seminantis ostenditur primus status Ecclesiæ, qui fuit Christo prædicante & Apostolis. Nam totum illud fuit tempus plantandi fidem per prædicationem, &c. Et per parabolam zizaniorum significatur secundus status Ecclesiæ, qui fuit immediatè post Apostolos, in quo insurrexerunt hæretici, &c. Et exponitur parabola zizaniorum. Matthæ. tom.4. 57.c.2.B

Per parabolam synapis significatur tertius status Ecclesiæ sub sanctis Doctoribus, & exponitur parabola. Matt.to.4. 57.c.4.I

Parabola de fermento in tribus satis farinæ abscondito, de qua Matth.13. exponitur variè. Matth.to.4. 58.c.3.G. Et tandem assignatur sensus literalis Parabolę, ibidem. 58.c.4.I

Omnes parabolas exponebat Christꝰ discipulis suis, vt habetur Matth.4. cùm dicitur: Seorsum autem discipulis suis omnia. Matt.to.4. 61.c.2.B

Parabola zizaniorum, licèt de omnibus possit intelligi, tamen de solis hæreticis præcipuè habet intelligi, vt dicunt Chrysostomus, & Augustinus. Matt.tom.4. 61.c.3.G

Parabola zizaniorum sic fuit ad literam. Matt.tom.4. 61.c.4.G

Parabola thesauri absconditi, de qua Matth.13. variè exponitur. Matt.to.4. 63.c.1.D

Non oportet quòd singulæ parabolarum partes applicentur rebus signatis, sed satis est, quòd aliquæ earum applicentur, aliæ verò sunt, vel propter ornatum parabolæ, vel vt verisimile videatur. Matt. tomo 4. 63.c.2.A

Parabola sagenæ exponitur. Matthæ. to. 4.64.c.3.F

Parabola sagenæ in quo differat a parabola zizaniorum. Matt.to.4. 65.c.1.C

Familiare est Syris & Palestinis in parabolis loqui. Matth.to.5. 66.c.1.D

Parabola multum differt ab exemplo, quia in parabolis nunquam est idem sensus, quem foris verba faciunt &c. in exēplis verò idem est sensus, qui in verbis apparet &c. Secundò differt quia parabolæ hñt sensum per se, qui non adducitur in confirmationem, vel concordiam alterius. Exemplū verò non habet sensum per se, sed semper trahitur in concordiam, & cōfirmationem alterius sententiæ, quæ intēditur, sed interdum vnum capitur pro alio, Matt.to.5. 65.c.4.I

Parabola vineæ, de qua Matth.20. posita est ad confirmandum id, quod in fine capitis deciminoni dictum erat. s. multi erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Matth.tom.5.172.c.4.H. Et inducitur ad ostendendum, quòd non secundum ordinem temporis erit ordo, vel gradus meritorum, sed ꝙ vltimi possunt esse primi, vel potiores in meritis, &c. vt patet ex conclusione Christi, & magis videtur facere ad propositum Christi, æqualitas denarij, quàm ordo processionis in solutione: licèt vtrūque faciat ad propositum. Matt.to.5. 178.c.1.A

De applicatione parabolæ vineę iuxta aliū sensum. Matth.tom.5. 181.c.2.D

Quando ponitur aliqua parabola, non oportet applicare singulas partes parabolæ ad rem signatā, sed satis est applicare illud, quod est ad propositū, & propter quod inducta est parabola, vt patet in parabola vineæ. Matth.20. quæ non fuit inducta, nisi ad ostendendum, ꝙ multi nouissimi erunt primi, & primi nouissimi. Et ideo satis est applicare illā partem, in qua dicitur, quòd vltimis data est primo merces, & quòd æqualiter datū est eis, & primis, cętera autem ponuntur, vt parabola appareat verisimilis. Matth.tom.5.173.c.3.K-& 174.c.2.E. & 176.c.4.I

Per parabolam vineæ. Matth.20. conuenienter significatur retributio vitæ æternæ; quia Christus induxit illam ad ostendendum illud. Secundò, quia litera dicit: Simile est regnum cęlorum homini patrifamilias, i. similis est status vitæ æternæ quātum ad retributionē mercedis, quam paterfamilias fecit operarijs, non tñ est totalis similitudo. Primò, quia quibusdam datū est ex sola iustitia, alijs verò ex liberalitate vltra debitum iustitiæ circa vitā ętern ā, aut cum oībus agitur ex grā aut ex iustitia. Secundò, quia cultores vineę æquale pretium receperunt, quocunq; tpe laborarent, & quantuncunque, quia singuli singulos denarios, sed in vita ętern a nō recipiunt oēs æqualē gloriam. Tertiò, quia in uita æterna seruatur proportio meritorum &c. Et hoc siue per horas diuersas conductionis significentur ætates diuersę sęculi, siue ętates eiusdē hominis. Facit tñ ad propositum vitę ęternę hęc parabola cū retributione vitę ęternę; quia sicut omnibus operarijs quocunq; tpe uenerunt, datus est denarius, ita omnibus colentibus Deum, quocunque tempore colant, & incipiant, dum tñ in cultu Dei finiant dies suos, datur vita ęterna. i. visio diuinę essentię, siue sint magna merita, siue parua, omnibus rñdet visio Dei. Sunt tamē inęquales quantum ad gradum visionis & gloriç, quod non contingit in operariorum solutione. Matth. tom.5. 178.c.3.k.c.4.F.

Tota litera parabolę vineę. Matt.20. ab illa parte, cū sero factum esset, vsq; in finē, pōt exponi de aduētu Christi. Et de murmuratione Iudæorū conuersorum ad fidem contra patrēfamilias, ꝙ reciperet gētes ad fidem, & pares illos faceret in prelationibus, & dignitatibus spiritualibus. Matthæ. tom.5. 182.c.1. E.c.2.A

Parabola vineæ, de qua Matth.20. incitat eos, qui tota vita seruientes vanitatibus seculi, ad finem uolunt adhærere Deo, ne desperent, se ex hoc posse consequi fructum, quia poterunt illis ęquales fieri, qui a principio iuuentutis colere cęperunt, & permanserunt. Eos quoq; iuuat, qui aliquando coluerunt, & postea cadentes abierūt retrorsum, nam si aliquando redeant, non est illis desperandū, sic dicit Chrysostomus, Matt.to.5. 182.c.4.K

Secundum consuetudinē scripturæ tam noui, q̄ vet. test. quando Deus vult, ꝙ aliquis cōtra seipsum sententiam ferat, proponit parabolam, ex qua ille iudicans, vt rationi consequens videtur, seipsum accusat. Matt.tom.5. 260.c.2.A

Parabolam vineæ locatę agricolis, de qua Matth.21. proposuit Christus principibus sacerdotū &c. propter duo. Matt.to.5.263.c.4.I. Et de istius parabolæ applicatione in spetiali, vide ibid. 267.c.1.A

Quare tot parabolæ de eadem vinea ponantur. Matt. tom.5. 268.c.3.H

Exponitur parabola hominis regis, qui voluit ponere rationem cum seruis suis. Matth.to.5.65.c.1.C. vsque ad fo.69.

In parabola de nuptijs, qui dicantur vocati, & qui electi. Matt.to.6. 18.c.1.A

Illa parabola, quæ ponitur Matth.22. de rege, qui fecit nuptias filio suo, &c. Non est eadē parabola, quam refert Luc.cap.14. vt probatur Matth. to.6.2. c.4.k. 3.c.1.& 2. Et per regnum cęlorum ibi intelligitur Ecclesia militans, vt probatur. Matt.to.6. 3.c.3.I

Inter parabolam & metaphoram, quid interfit. Matt. tom.4. 52.c 2.C

In illa parabola, de qua Luc.14. ponuntur tria per ordinem. s. innitare, vocare, & compellere. Matt.tom.6. 7.c.1.E

Applicatio parabolæ de rege faciēte nuptias filio suo de qua Matt.22. refertur in generali. Matth.tom.6. 9.c.2.A. Et postea in speciali. a fo. 9. c.2. Deusque ad quæst.69. inclusiuè.

Parabola potest dupliciter accipi, uno modo pro narratione facta sub tali cortice verborum, quę faciūt illum sensum, quem prætendit proferens, ut contigit sępe in prophetis, &c.

Alio modo accipitur pro qualibet similitudine, & tales magis inducuntur in probationes, quàm vt similitudines, uel parabolæ. Secundo modo accipitur illud Matth.24. Scilicet illud autem scitote quoniam &c. Et non primo modo. Matthæ. tomo 6. 221.c.3.F

Parabola decem virginum, de qua Mat.25. exponitur in sensu parabolico ad corticem literę. Matth.to.7. a fo.1.vsq; ad fo.6.c.3.F. Deinde exponitur in sēsu, in quo Christus illam induxit. ibi. a fo.6.vsq; ad 22.

Tota parabola de decem virginibus ad vigilantiam pertinet. Matt.to.7. 6.c.4.H

Tres parabolę, scilicet, de patrefamilias vigilante, ne fur suffodiat domum suam, & de seruo dispensatore constituto a patre familias, de quibus Mat.24. Et parabola de decem virginibus, de qua Matt.25. persuadent nos ad vigilandum, primę duę, quia nescimus diem iudicij neq; mortis, tertia, quia nescimus horam. Matt.to.7. 7.c.1.A

Conueniens fuit, ut sub diuersis parabolis Chrs commendaret vigilantiam. Matt.to.7. 7.c.1.B

In expositionibus parabolarum, non oportet singulas partes esse significatiuas, sed solum illas, quæ faciunt ad intentionem utentis parabola, nec tamen propter hoc cęteræ partes dicuntur superuacuę,

uacuæ, sed sunt necessariæ. Et ponunt Doctores exemplum in aratro,&c.Matt.tom.7. 8.c.4.F.Nec oportet,quòd quælibet pars parabolæ, seu figuræ applicetur,ibid. 288.c.2.E.c.1.F

Parabola talentorum competit statui prælatorum. Matth.to.7. 26.c.1.D

Parabola Domini tradentis seruis talenta. Matth.25. posita fuit ad ostendēdum modum rationis, quæ in die iudicij exigenda est.Et intelligitur de omnibus hominibus,quantum ad ea dona,quæ Dominus illis commisit, de quibus exiget rationem in iudicio. Matt.to.7. 27.c.1.A

Paradisus dicitur, quasi parans Dei visum, in quo visu est totalis delectatio, & hinc est ꝙ locus habitationis Adæ in statu innocentiæ,sic dicebatur per analogiam. Gen. 12.c.4.F

Paradisus terrestris est locus amœnissimus in partib. Orientis, sed ignoratur in qua parte Orientis sit. Aliqui dicunt,ꝙ non fit sub æquinoctiali, propter magnum Solis ardorem, sed ad partem Septentrionalem post tropicum æstiualem Cancri. Et huic videtur concordare,quia flumina, quæ egrediuntur de Paradiso, intrant terram nobis cognitam,s.Indiam,& Armeniam per partem Septentrionalem.Alij dicunt,ꝙ sit sub æquinoctiali,&c. Sed magis placet prima opinio.Gen. 12.c.4.F

Paradisi terrestris amœnitas describitur. Genesis. 12.c.4.I

De Paradisi terrestris situ. Gen. 13.c.1.D

E fonte Paradisi terrestris, authore Isidoro, & Basilio,fluunt aquæ abundantissimæ, quæ propter loci altitudinem faciunt magnum fragorem, a quo aliquæ gentes, quæ per aliquam distantiam a Paradiso terrestri habitant in locis secretissimis, efficiuntur surdæ. Et omnes nascentes ex illis naturaliter surdi generantur. Et a descensu Paradisi in planitie magnæ lacus ex aqua fluenti efficiuntur, quæ in quatuor flumina distinguuntur. Genes. 13.c.1.E

Paradisus terrestris creditur esse magnæ latitudinis, quia ibi omnes homines erant victuri,licèt post aliquas generationes essent trāsferendi, vt quidam dicunt,& volunt quòd in ambitu habeat centum leucas,& in longum,quasi triginta leucas,vel paulo plus. Gen. 13.c.2.C

In Paradiso terrestri erat lignum vitæ sic dictū ab effectu, quia comedentibus vitæ diuturnitatē præstabat,vel sic dictum,quia comestū sæpius, hominem firmaret,ita vt nulla anxietate, vel infirmitate, vel senio in deterius occasum, vel in mortem laberetur.Gen. 13.c.2.D

In Paradiso sunt aues armonijs mirabilibus cōcinentes, & aliqua alia animalia pulchra visu, in quibus Enoch & Helias ibidem quiescentes delectantur. Genes. 13.c.4.K

De Paradisi fonte duæ referuntur opiniones, quarū vna est Isidori & Basilij in Exameron, cui concordat Abulen.Gen. 13.c.4.k.& 14.c.1.A

Strabus,& Rabanus,cum dicunt ꝙ Paradisus pertingit globum lunarem, intelligendum est.i.principium supremę regionis aeris,nā dictum illorum, vt iacet,falsum est, vt probatur Gen.14.c.1. C. Et cōmuniter dicitur, quòd in Paradiso terrestri est murꝰ igneꝰ.ibi.14.c.2.B.& 85.c.4.H. & 86.c.1.& 2.

In Paradiso non esset cōmunicatio œconomica, nec politica, quia in qualibet istarum est principatus, & subiectio,iudex,& lex, sed sola esset communicatio maris & fœminæ ad generationem. Genes. 22.c.2.B

Hebræi dicunt Cayn & Abel genitos esse in Paradiso,sed oppositum dicunt omnes Doctores catholici. Gen. 25.c.3.G.& 30.c.2.A

Aquæ diluuij non inundauerunt Paradisum terrestrem,vt probatur Gen.42.c.4.I.88.c.3.k. Matthæ. to.7.recitantur tres opiniones,sed 1.& 2. est verisimilior,scilicet,ꝙ non inundauerunt. 129.c.4.I

De Paradiso tres sunt generales sententiæ,aliqui cōcedunt tantùm esse Paradisum corporalem. Alij tantùm spiritualem. Alij corporalem & spiritualem. Gen.81.c.4.k. Prima positio posset admitti sub hoc nomine Paradisus in sacris litteris, secus tamen est si accipiatur in tota sua generalitate, ut sumitur a Doctoribus, qui Paradisum vocant vitā beatam,ibidem 81.c.4.k.& 82.c.1.A. Secunda positio est Origenis, quam ostendit esse falsam Epiphanius Episcopus Cyprieñ.&c.ibidem. 82.c.1.B. fo. 95. c.4. H. Sed tertia opinio tenenda est: nam Paradisus capitur propriè pro loco corporali, & largè prout in communi locutione nostra accipimus, accipitur pro loco non corporali, sed spirituali,s.pro quiete beata, quæ metaphoricè dicitur Paradisus, ibid. 82.c.2.A

Paradisus Græcè, significat hortum Latinę. Genes. 82.c.2.B

Paradisus apud Hebræos non dicitur hortus absolutè,sed hortus deliciarum.s.Gan eden.quia Gan significat hortum, & eden delitias. Gen.82.c.2.C. &91.c.2.D.Matt.tom,7. 129.c.4.F

In paradiso terrestri est aquarū salubrium copia, & arborum omnis generis fructuum.Gen 83.c.2.D

In Paradiso non erant animalia saltem quadrupedia aut reptilia,& de auibus dubium est, sed bene potest concedi,ꝙ sic,similiter & pisces in aquis.Gen. 82.c.3.F.& fo.89.c.2.B

Quòd Paradisus non sit insulæ fortunatæ,vt quidam falso arbitrantur,probatur.Gen. 84.c.2.B

Paradisus terrestris situs est in parte Orientali in aliqua parte Asiæ, quod probatur tā assertione omnium scriptorum, & præcipuè sacræ scripturæ, q̃ ex quatuor fluminibus quæ fluunt ab Asia, & præcipuè hoc constat de Gange, quod est in India. Genes. 84.c.2.E

De Paradiso terrestri dicunt Beda & Strabus, quòd est locus in Oriente positus interiecto Oceano, & montibus appositis a regionibus, quas homines incolunt, secretus & remotissimus. Et paradisi flumina possunt bene ad terram nostram uenire, licèt interiaceat Oceanus, per quosdam occultos subterraneos meatus, vt patet de aliquibus fluminibus,quæ alibi orta, ad alias terras, interfuso mari, per subterraneos meatus procedunt, vt constat de Alpheo flumine, quod in regionibus Elidis, & Pisæ in terra absorbetur, & in insula Ortigia renascitur, vbi demum terra mergitur, & per longos tractus maris Ionij vsque in Siciliam per profundas terræ cauernas deuehitur, & rursus in Sicilia apud ciuitatem Syracusas oritur, ut Ouidius testatur libro quinto Metamorph.& Virgil. libro septimo Bucolicorum Egloga vltima. Genes. 84.c.3.H

Duo flumina paradisi, scilicet Tygris & Eufrates nō manifestantur vsq; ad Armeniam,ubi de uno fonte ambo soluuntur, & statim diuidūtur, ut Boetiꝰ & Salustius,authores certissimi,probant. Et Nilus multis in locis absorbetur a terra, & ortus eius vsque nunc inueniri non potuit.Gen. 84.c.3.k

Quidam dicunt paradisum terrestrem esse in terra continente, & non in insula, sed nullus illuc adijt propter multa impedimenta, deserta inaccessibilia, montes excelsos, serpentes, & diuersa genera bestiarum.

bestiarum. Genes. 84.c.4.F
Paradisum terrestrem esse locum accessibilem, dicunt quidam, sed homines illuc nunquam accedere dicunt, quia & locum nesciunt, & viam ignorant &c. Et hoc fauet positioni illorum qui dicũt (quorũ vnus est S.Tho.) Paradisum esse sub æquinoctiali, &c. Gen. 84.c.4.k
Ad paradisum terrestrem non possunt homines venire ascendendo per illa quatuor flumina, vel per aliquod illorum, nam nullum flumẽ illorum continuo cursu fuit super terram, sed in multis locis absorbentur a terra, & alibi postea renascuntur, Genes. 85.c.1.B
Paradisi terrestris locum cognitum esse, dicunt quidam, & populos habitare non longè ab illo, sed illuc perueniri non posse dicunt propter fragorem casus aquarum, & huius opinionis est Basilius & Ambrosius. 85.c.1.C
De paradiso terrestri, quid dicat Historia scholastica, quid Damascenus, & quid Augustinus. Genes. 85.c.2.B
De paradisi magnitudine, nihil habetur in sacra Scriptura, ideo Doctores de hoc nihil definiunt, &c. potest tamen dici, quòd sit locus satis magnus, ex quo in illo sunt arbores omnium generum. Gen. 85.c.2.D
Circa paradisi terrestris altitudinem, est communis opinio, quod sit in loco valde excelso. & variè a variis ponitur. Gen. 85.c.3.I 86.c.3.G
Paradisus ponenda est in loco excelso, sed altitudinis quantitatem definire nescimus, quia neque sacra Scriptura ponit, neque ratio illud conuincit, neq; quis vnquam nostrum experimento didicit, sed credimus esse statutũ super aerem caliginosum mediæ regionis, & ita tenet Alexander de Ales, & videtur ista positio satis rationabilis, &c. Genes. 86.c.4.I
Dicere possumus, quòd paradisus terrestris altior sit cæteris montibus terræ quindecim cubitis, & sic diceremus aquas diluuij non inũdasse paradisum, Genes. 80.c.1.A. Possumus etiam dicere, quòd supra altitudinem paradisi terrestris inundauerunt aquæ diluuij quindecim cubitis, sed non intrauerunt in paradisum, sed steterunt sicut muri circundantes illam, quemadmodum contigit in mari rubro, & in Iordane, & hoc videtur verisimilius. Genesin. 89.c.1.B
Paradisus comburetur per generalem conflagrationem. Genes. 89.c.1.D. Matth. tom.7. 129.c.3.k. c.4.F
Paradisi qualitas, & excellentia describitur. Genes. 89.c.3.I
Paradisi salubritas, vnde proueniat. Gen. 90.c.1.E
Quare Deꝰ fecerit paradisum terrestrẽ. Ge. 92.c.3.H.
Paradisum creari a Deo, fuit conueniens, ẽt si illã non esset hõ assecuturus. vt probat Gen. 90.c.4.k
Hoc nomen paradisus proprius dicitur de terrestri, quàm de cœlesti, de quo per metaphoram dicitur. Gen. 91.c.1.E
Cur voluerit Deus paradisum esse iocum primo datum homini. Gen. 91.c.2.A
In Paradiso non ideo formata fuit mulier, quia dignior, sed quia fuit de latere viri formata existẽtis in Paradiso. Gen. 92.c.4.k
De Paradiso loquens scriptura. Genes. 2. quare dixit, produxit Deus omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue. Gen. 94.c.1.D
In Paradiso facturus esset homo vitã fęlicem, si non peccasset, ita vt nihil cuperet, quod nõ haberet, & nihil adesset, quod contristaret. Genes. 94.c.3.G.
In Paradiso sunt ligna tam fructifera, quàm non fructifera, & huius assignantur causæ, & obiectiones in oppositum soluuntur. Gen. 94.c.4.I
Quare Gen. 2. tantum fiat mentio de duobus lignis Paradisi, scilicet, de ligno scientiæ, &c. de ligno vitæ. Genes. 95.c.2.E
Paradisus terrestris potest mysticè intelligi, vt explicat Augustinus. Gen. 95.c.4.G
Paradisus est locus nobis valde secretus, qui & in cognitionem hominum non uenit, nisi quantum sacra scriptura reuelauit, & vt istud, quod reuelauit, fiat credibilius, Moyses posuit ꝓ signo, ꝙ illa quatuor flumina exeant de illa, ponendo conditiones eorum, & aliud signum, ꝙ scilicet est ad Orientẽ. Et constat illa flumina venire ex parte Orientis habitatorib. Asiæ, & maximè Iudæis, quibus Moyses ista loquebatur. Gen. 102.c.1.C
In Paradiso prouidit homo dupliciter contra uerecundiam. Matt. to. 7. 111.c.2.B
In Paradiso terrestri, semel solum posuit Deus Adã, licèt alicui videatur ꝙ bis, quia Gen. 2. dĩ, tulit Deꝰ hominem, & posuit eum in Paradiso. Et ante hoc dicitur, plantauerat Deus Paradisum voluptatis, in qua posuit hominem, sed hæc ad vnam tãtum positionem referri debent, vt probatur. Nam vtitur scriptura anticipatione, & recapitulatione. Genes. 206.c.4.k
uòd in Paradiso Deus posuerit hominem, vt operaretur, & custodiret illam. Gen. 2. potest tripliciter intelligi. Gen. 107.c.2.D
In Paradiso tria erant principaliter, quæ alibi non inuenirentur, scilicet arborum, & herbarum multiplicitas, aeris salubritas, & fructus ligni vitæ copia, quæ tria erant necessaria ad fœlicem vitam. Gene. 107.c.3.F
Quòd Paradisum coleret homo, prodesset ad tria, primo, vt per hoc terra Paradisi efficeretur melior. Secundò ad tollendum otium. Tertiò ad acuẽdum hominem in contemplationem Dei per opus agriculturæ. Gen. 107.c.4.F
Per Paradisi custodiam ab homine, intelligitur possessio eius ab homine, & non capitur pro vigilantia contra inuasores, quia nullus erat inuasor. Gen. 107.c.4.H
In Paradiso nõ essent hoĩes carnes manducaturi, sed solũ fructus arborũ, & herbas si vellent, mãducare licebat, quia nihil vetitũ erat, nisi arbor scĩę, &c. Et tam fructus q̃ herbas comederent crudos. Et non coquerent aliquid, nec pararent. Gen. 113.c.4.I
In Paradiso erant, & futuræ erant omnes delitiæ corporales, quæ appeti possent ab eo, qui rectam uoluntatem haberet. Gen. 113.c.4.F
Quare in paradiso adducta fuerint animalia ad Adã. Genes. 136.c.1.A
Paradisus erat locus temperatissimus, vbi nec erat excessus frigoris, nec caloris, Gen. 186.c.4.k
In Paradiso non erant animalia, sed solus homo, ut dicit Damascenus. Gen. 201.c.4.k
Si primus homo non peccasset, non esset in paradiso, nisi communicatio naturalis. Gen. 228.c.3.I
In Paradiso vxor non peteret debitum, bene tamen vir, ut probatur Gen. 231.c.4.H
Paradisi flumina nascuntur ab Oriente versus Septẽtrionem. Gen. 295.c.4.H
A paradiso expulsi sunt primi parẽtes per Angelos, & ducti sunt ad vallem Hebron. Gen. 24.c.2.A
Peccatum primorum parentum in Paradiso, demonstrat necessitatẽ Messiæ redimentis, ad quem tota sacra scriptura principaliter tendit. Gen. 25.c.2.A
Primi parentes virgines egressi sunt de Paradiso, deinde

deinde anno decimo quinto vitę Adam, natus eſt Cain, & ſoror eius Calmena, & forte tanto tempore à copula vacauerunt, quia plorabant peccatum, & amiſſionem paradiſi &c. hoc ait Methodius martir. Gene. 25. c. 2. E. Sed hoc non videtur verum. 26. c. 1. A

Paradiſus diſtinguitur in cœleſtem, & terreſtrem, tamen iſtud nomen, Paradiſus, magis conuenit terreſtri, quia paradiſus ſignificat locum delitiarum. Mat. to. 7. 266. c. 2. A

Non eſt locus in toto ſacro canone, vbi paradiſus capiatur pro cœleſti, ſed ꝓ terreſtri. 4. Reg. 10. c. 1. C. Et dicit Autor pro cęleſti, quia illud Luc. 23. hodie mecum eris in paradiſo, nō intelligitur de Paradiſo terreſtri, neque de cęlo.

Paradiſum, & infernum fingebant gentiles pro vero aſſerentes, ad reformandos mores hominum. Matt. to. 6. 43. c. 3. I

Paradiſus terreſtris deſcribitur in Parad. 119. c. 1. A

Cœlum empyreum non dicitur paradiſus ex aliqua conditione illius cęli, ſed quoniam ibi Deus ſe notum reddit, & non alibi. In Parado. 120. c. 1. A

Lymbus patrum fuit paradiſus per quadraginta horas. in Paradox. 120. c. 1. B. Matthæ. tom. quinto. 36. c. 1. C

Paradiſi gloria cępit eſſe in cœlo empyreo in Angelis bonis ab exordio mundi, & bonis hominibus in die Aſcenſionis Domini noſtri. In Paradox. 120. c. 2. B

Quomodo intelligatur, quod animæ beatæ portentur ab Angelis in paradiſum. Matth. to. ſeptimo. 279. c. 4. I

Paradoxa.

Paradoxæ propoſitiones, dicuntur admirabiles, ſed quare dicantur propoſitiones admirabiles, In Parado. 2. c. 2. D. Et quia illæ quinque propoſitiones, quas regina Hiſpaniæ vxor Ioānis regis Caſtellæ. 2. huius nominis miſit ad Autorem, erāt huiuſmodi, ideo Autor vocauit illas Paradoxas figuratas. ibidem. 2. c. 3. F

Prima paradoxa.

Prima Paradoxa ſic habet: Fuit vas quoddam clauſum, & non clauſum: paruum, & non paruum; luminoſum, & non luminoſum; vacuum, & non vacuum; mundum, & non mundum. Parado. 2. c. 3. I. Quam quidem Paradoxam quo ad ſingulas partes exponit Autor de Domina noſtra. 2. c. 3. I. vſque ad 31. c. 4. G

Secunda Paradoxa.

Parado. 2. ſic habet: Fuit vnus leo, qui videbatur, & non videbatur; qui audiebatur, & non audiebatur; qui tenebatur, & nō tenebatur; qui cognoſcebatur, & erat incognitus. In Parad. 21. c. 4. K. Et hanc probat Autor de Chriſto. Et primam partem. ſ. Leo, qui videbatur exponitur in Parad. 22. c. 1. B. vſq; ad 32. 3. H. Secundā partē. ſ. Leo, qui non videbatur, expo. Autor ibid. 32. c. 4. I. Tertiam partem. ſ. Leo, qui audiebatur, expo. Autor. ibi. 35. c, 1. A. Quartam partem. ſ. qui non audiebatur. exponit Autor. ibi. 35. c. 2. E. Quinta pars. ſ. Leo, qui tangebatur. exponi. ibid. 35. c. 4. I Sexta pars. ſ. Leo, qui non tangebat̄. expo. ibid. 36. c. 2. C. Septima pars. ſ. qui cognoſcebatur. exponi. ibid. 36. c. 4. H. Octaua pars. ſ. qui non cognoſcebatur. expo. ibi. 37. c. 2. B. Nona pars. ſ. qui tenebatur. expo. ibid. 37. c. 3. H. Decima pars. ſ. qui non tenebatur. expo. ibid. 39. c. 1. E

Tertia Paradoxa.

Sic habet: Fuit q-dam agnus tonſus, & non tonſus; verberatus, & non verberatus; agnus, qui clamabat, & non clamabat; agnus, qui patiebatur, & non patiebatur; agnus, qui mortuus eſt, & non mortuus eſt. Cuius prima pars. ſ. fuit agnus tonſus. exponitur in Parad. Secunda pars. ſ. Agnus non tonſus. exponitur. ibid. 40. c. 3. I. Tertia pars. ſ. Agnus vulneratus. exponi. ibid. 40. c. 4. H. Quarta pars. ſ. Agnus non vulneratus, exponitur. ibid. 41. c. 4. I. Quinta pars. ſ. Agnus, qui clamabat. exponitur. ibid. 42. c. 1. C. Sexta pars. ſ. Agnus, qui non clamabat, exponitur. ibid. 42. c. 3. I. Septima pars. ſ. Agnus, qui patiebatur, exponi. ibi. 43. c. 1. A. vſque ad 47. c. 2. B. Octaua pars. ſ. Agnus, qui non patiebatur, expo. ibi. 47. c. 2. D. Nona pars. ſ. Agnꝰ, qui mortuus eſt, exponitur. ibi. 47. c. 3. G. vſque ad 50. c. 4. K. Decima pars. ſ. Agnus, qui non mortuus eſt, exponitur. ibid. 50. c. 4. K. 51. c. 1. & 2.

Quarta Paradoxa.

Quarta Parado. ſic habet: Fuit poſitus ſerpens, qui iacuit, & non iacuit; qui mouebatur, & non mouebatur; qui audiebat, & non audiebat; q̄ vidit, & non vidit. Parad. 51. c. 4. F. Et hanc paradoxā exponit Auctor de Chriſto, cuius prima pars. ſ. Serpens, qui iacuit, exponitur. ibid. 60. c. 2. D. Secunda pars. ſ. Serpens, qui non iacuit, exponi. ibid. 61. c. 4. G. Tertia pars. ſ. Serpens, qui mouebatur, exponi. ibi. 61. c. 4. I. Quarta pars. ſ. Serpens, qui non mouebatur, exponi. ibid. 62. c. 2. E. c. 3. F. vſque ad 66. c. 4. Quinta pars. ſ. Serpens, qui audiuit, exponi. ibid. 66. c. 4. H. Sexta pars. ſ. Serpens, q̄ non audiuit, expo. ibid. 67, c. 3. H. Septima pars. ſ. Serpens, qui vidit, expo. ibi. 69. c. 3. K. Octaua pars. ſ. Serpens, qui non vidit, expon. in Parad. 70. c. 1. C. Nona pars. ſ. Serpens, qui ſentiebat, exponi. in Parad. 70. c, 4. H. Decima pars. ſ. Serpens, qui non ſentiebat, exponi. ibi. 71. c. 1. D

Quinta Paradoxa.

Quinta Parado. ſic habet: Fuit aquila, quæ volauit, & nō volauit; venit ad locum, a quo nunquam receſſit; quæ quieuit, & non quieuit; quæ renouabatur, & nūquam renouabatur; quæ gaudebat, & non gaudebat, quæ honorabatur, & non honorabatur. in Parad. 71. c. 2. D. Cuius prima pars. ſ. Aquila, quæ volauit. exponitur. 71. c. 2. E. vſque ad Secunda pars. ſ. Aquila, quæ non volauit, expo. ibi. 126. c. 4. K. 127. c. 2. A. Tertia pars. ſ. quæ venit in locum, à quo nunquam receſſit, exponi. ibi. 127. c. 4. k. Quarta pars. ſ. ad locum, a quo nunquam receſſit exponi. ibid. 128. c, 1. E. Quinta pars. ſ quæ quieuit, exponi. ibid. 128. c. 4. G. Sexta pars, ſ. Aquila, quæ non quieuit, exponi. ibid. 129. c. 2. B. Septima pars. ſ. Aquila, quæ renouabatur, exponi. ibid. 129. c. 2. E. Octaua pars. ſ. Aquila, quæ nō renouabatur, expo. ibi. 130. c. 2. A. Nona pars. ſ. Aquila, quæ gaudebat, exponi. ibid. 130. c. 3. I. Decima pars. ſ. Aquila, quę non gaudebat, exponitur ibid. 131. c. 3. K. Vndecima pars. ſ. Aquila, quæ honorabatur, exponitur ibid. 132. 2. D. Duodecima pars. ſ. Aquila, quæ non honorabatur, exponi. ibi. 133. c. 2. A

Parafernale.

Parafernalia dicunt̄ illa, quæ vxor habet vltra dotem, & in illa habet vxor plenum ius, & adminiſtrationem, etiam inuito viro. Mat. to. 3. 34. c. 2. A. Et iſta bona parafernalia, ſunt apud cauſas gentes, ſed cō munis conſuetudo eſt, quod quicquid vxor habet, quando in matrimonium aſſumitus, ſiue ſit proprie dos, ſiue non, computetur nomine dotis. Matt. to. 3. 34. c. 2. C

Paralipomenon.

Libros Paralipome non ſcripſit Eſ-

dras

dras, & ponuntur inter agiographa. super Gen. 28.c.2.F

Paralipomenon græcum nomen, vel participium, est, & genitiuus pluralis numeri. Et idem significat quod prætermissorum, vel relictorum, quia, q̃ in libris Regum tacita, vel decurtata fuerunt, in illo exprimuntur. Sed non ponuntur omnia, quæ in libris Reg. quia non fuit intentio autoris huius libri, historiam ad plenum retexere, sed, quæ relicta fuerant declarare, & componitur de para qđ est seorsum, & lipo verbo græco, quod significat relinquere, vel seorsum relictorum. Gene. 28.c.4. G. Nu. to. 2. 79.c.1.B. Ruth. 287.c.2.G, 1. Reg. to. 1. 1.c.2.E

Liber Paralipomenon totam historiam breuiter p. currit, a mundi origine vsque ad captiuitatem Babylonicam. Gen. 28.c.4.H. 1. Paralipo.B.

In libro Parali. plura nomina propria ponuntur, q̃ in aliquo alio libro, quia ista relicta fuerant in aliis libris. Gen. 28.c.4.I

Liber Paralipome. valet multum ad intelligendas genealogias, quas describunt Matt. Lucas. Matth. via compositiua. s. ab Abraham vsque ad Christũ: Et Lucas modo resoluto, s. a Christo vsq; ad Adã & Deum. Gen. 28.c.4 K

In libro Paralipome. continentur omnes generationes ab Adam vsque ad captiuitatem Babylonis, vt sic videatur creatio mundi. Deut. 168.c,3.k

Paralipo. Græce, hebraice dicitur, debraiamin, & sic dicitur a nobis corrupto vocabulo, cum deberet dici, diureiamin, qđ interpretatur, verba dierum, & potest melius vocari cronicõ sacræ scripturæ, id est, continens historiam sacræ scripturæ, s. ab exordio mundi conditi vsque ad captiuitatem Babylonis. 1. Reg. to. 1. 14.co.1.D

In libris Paralipo. fit suppletio eorum, quæ omissa sunt in libris Reg. de regibus Iuda, potius quã de regibus Israel, imò nihil omnino dicitur, quod pertineat ad reges Israel, nisi illud simul pertineat ad reges Iuda. 4. Regum. 139.c.1 B. super primo Paralipo. 3.A

Liber Paralip. apud Hebræos dicitur debreiamin, vt Hierony. in quodam prologo: secundum tamen Hebræi sermonis sentẽtiam diureamin appellat, & interpretatur verba dierum, quia, diura, in Hebræo, latine significat verbum, & iamin, significat diem, hoc est historiæ, quæ acciderunt in diebus regum, more sacræ scripturæ, in qua res gestę dicuntur verba. Græcè vero dicitur Paralipom. & conuenientius, quia est participium præteriti temporis, & est genitiuus pluralis numeri, & significat, relictorum, quia in li. Paralip. agitur de relictis in aliis libris historialibus sacræ scripturæ. Et aliquando appellatur chronicon scripturæ sacræ. 1. Paralip. 1.A. & 1.B. & 15.c.3.K. & 157.c.1.C. sic appellat eum Hieronymus. primo Paralipomenon. 22.c.3.G

Liber Paralipome. posterior est quinque lib. Moysi tempore, & autoritate, similiter libris solue. Iudic. & Ruth. & libris Regũ, vt probatur. 1. Parali. 2.B

In lib. paralip. sæpe allegatur quartus lib. Reg. 1. Paralipo. A

Finis paralipo. & principium Esdræ idem sunt. 1. Paralipo. B

Inter paralip, nõ est liber verborum dierum, de quo sæpe fit mentio in lib. Reg. sed dicendum, quòd ille liber fuit scriptus priusquam liber paralipo. & quam liber Regum. 1. Paralip. 2.B

In lib. paralip. sæpe allegatur liber verborum dierũ, tam dierum Regum Israel, quam dierum Regũ Iuda. primo paralipom. 3.A

Falluntur, qui dicunt, quòd Isaias scripserit librum paralipo. vt probatur. 1. Paralip. 3.B. Falluntur etiã qui dicunt, quòd Hieremias fuerit Autor illius, & hoc communiter tenetur. Et nos quoque, ait Autor, idem diximus aliquando referendo aliorum opinionem, sed dicendum, quod neq; Hieremias potuit scribere lib. Paralip. vt probatur. 1 Paralip. 4.A. & 4.B. dicendum igitur, quòd fuit scriptus ab Esdra. vt probatur. 1 Paralip. 4.B

Liber paralip. fuit necessarius ad supplendum quosdam defectus aliorũ librorum, propter breuitatẽ, & obscuritatem eorum. Et expo. histo. totius sacræ scripturæ vsque ad tempus Esdrę. primo Paralipom. 4.B.

Liber paralipo. est tantæ vtilitatis, quòd sine illo nihil scire possumus in aliis lib. scripturæ, & in lib. noui testa. vt ait Hierony. 1. Paralip. 4.B.&.5.A

In libro Paralip. non suppletur lib. legis neque prophetarum, neque libri sapientiales, nec libri continentes laudes: quia illi non possunt suppleri. primo Paralipo. 5.B

Liber paralip. non est diuisus in duos: sed est vnus, sicut liber Gen. Græci tamen diuiserunt illum in duos. vt ait Hieronym. in prologo galeato. primo Paralipo. 6.B

Liber paralipom. poterat diuidi in duos libros aliter quã diuisus est: quia in libro Paralip. tractant duo, scilicet deriuatio progenierum, & suppletio historiarum omissarum. Primum continetur a principio vsque ad cap. 10. Secundum ab ipso cap. vsque ad finem primi libri, & in toto 2. Paralip. quia tamen si sic diuideretur primus liber esset valde paruus, & secundus valde magnus. s. continens quinquaginta sex cap. Et ideo diuisus est sic, ponendo in primo omnia gesta, quæ cõtinentur a principio vsque ad regni Dauid. Reliqua autem, à principio regni Salomonis vsque ad finem aliorum regũ, sunt in secundo libro. 1. Paralip. 6.B

Quare Hieronym. præmiserit duos prologos libro Paralip. 1. Paralip. 17.c.1.B

Prologus secundus libri Paralip. qui incipit, Eusebius Hieronymus Domoni, & Rogatiano &c. Hieronymi est, non tamen erat necessarius illi libro Paralip. quem trãstulit, quia in eo solùm agitur de emendatione translationis 70. interpretum &c. vtile tamen fuit, vt præponeretur illi. 1. Paralipo. 17.c.2.B. Sed deberet præponi secundus prologus primo ibid. 17.c.3.H

In primo lib. Paralip. ponuntur continuationes progenierum, quę non ponuntur in aliis libris scripturæ. 1. Paralip. 21.c.2.B

Liber Paralip. quãuis suppleat defectus librorũ omnium præcedetium, non tamen supplet defectus historiæ in aliquo lib. nisi in libris Regum, in aliis verò solum supplet defectus continuationis generationum. 1. Paralipom. 21.c.3 H. Et non supplentur defectus Regum Israel. sed tantum Reg. Iuda, nec fit aliqua mentio Regum Israel: nisi aliquando incidentaliter, inquantum gesta Regum Iuda sunt commixta cum gestis aliquorum Regũ Israel, & non possunt narrari sine illis. 1. Paralipo. 21.c.4.H

Plurimi Hebræorum tenent Paralipo. esse librum verborum dierum Regum Iuda, & omnes ferè de nostris idem tenent: sed multum aberrant. 1. Paralipo. 22.c.1.A. dicendum tamen, quòd liber ille verborum dierum &c. fuit aliquis magnus liber in quo scribebantur omnia gesta magna, vel parua

parua Regum Iuda particulatim. Et ille liber nō habetur in sacra scriptura,& fuit prior quam liber Regum &cæt. primo Paralipom. 22.c.1.B

In libro Paralipo. narrantur aliquæ historiæ, quæ in libris Regum non habentur,de quibus. 1.Paralip. 22.c.4.k

Autor libri Paralip. videns in quibusdam aliis libris scripturæ multa insurgere dubia, voluit, quā breuius potuit, & sicut Spiritus sanctus dictauit illi, auferre illa dubia, quæ, scilicet, insurgebant ex duobus. Primò ex historiarum detruncatione. Secundò ex non continuatione genealogiarum illarum personarum, de quibus agebatur in historiis,sed tacitis quibusdam personis de cōtinuatione genealogiæ,ad quas historiæ principaliter non pertinebant, agebatur de aliis,ad quas pertinebāt historiæ. Et ideo Esdras voluit in dicto libro auferre vtrunque dubium. Et suppletio historiarum incipit a capite decimo primi libri, & durat per totum primum librum & sequentem, Continuatio vero progenierum incipit a principio primi libri,vsque ad caput decimum excluſiuè.1.Paralip. 27.c.1.A

In libro Paralipom non fit mentio de omnibus viris omnium tribuum, qui fuerunt a principio illarum vsque ad tempus Esdræ: sed de valde paucis propter duo. Primò: quia in multis libris scripturæ causatur obscuritas historiæ propter hoc, ꝙ generationes illorum, de quibus agitur in historia, sunt ignotæ. Et ideo Esdras intendit principaliter enarrare in dicto libro historias progenierum illorum,de quibus in aliis agitur, & non ponuntur generationes illorum continuatæ.Secundò:quia intendit Esdras mentionem facere de aliquibus viris famosis, de quibus nihil erat dictum in aliis locis scripturæ. Et sic putandum est, quòd ferè omnes, quorum progenies ponūtur in dicto libro,fuerunt viri famosi temporibus suis.1.Paral. 66.c,3.I. & c.4.F

Quare in libro Paralip. Esdras non faciat mētionem de Genealogijs duarum tribuum,s.de Dan,& Zabulon.1.Paralipo. 97.c.2.A

In libro Paralip. duo intendebantur præcipua.s.enarrare generationes,continuando illas,quæ nō fuerunt in aliis libris continuatæ,& historias temporum amissas ponere, & alibi positas repetēdo supplere. Primum expletur a principio primi libri vsque ad finem noni capi. Secundum vult incipere Esdras a regno, & morte Saulis. primo Paralipo. 107.c.2.A. & c.3.F

Liber Paralipom. fuit scriptus tempore Babylonicæ captiuitatis, vt satis patet ex eo,quòd in eo tractentur historiæ illius temporis. Iosue tom.secundo. 153.c.3.H

In libris Paralipom.nihil continetur eorum, quæ habentur in primo lib. Reg. & alia etiam gesta, quæ habentur in 2.3.& 4.lib.Reg.plenius continentur in illis,quam in lib.Paralipom.quia liber Paralipo. solum est introductus ad supplendum quædam, quæ non habentur plene in libris Regū. secundo Paralipo. 2.B

In lib. Paralipom. non agitur de statu regni Iuda, & Israel,sicut in lib.Regum. Sed tantum de statu regni Iuda.2.Paralip.2. A.Et si ponuntur aliquæ particulæ historiarum regum Israel, non ponuntur, vt particulæ historiarum ipsorum Regum Israel: sed prout pertinent ad reges Iuda.vt prob.2.Paral. 2. A

Lib.Paralip. scripti sunt ad supplendum multa, quæ fuerūt omissa in li. Reg. Mat.to.3.167.c.2.E.c.3.F

Paralysis. Contra Paralysim membrorum imminentem, multum valet amplexus mulieris,& maxime iuuenculæ.3.Reg. 5.c.1.B

Paralyticus. Græcè, Latinè dicitur dissolutus.Matt.to.1. 268.c.4.I

Illi paralitico,de quo Matt.9.duo beneficia contulit Christus.s.peccatorum remissionem, & sanationem ab infirmitate &c. super Matth. tom. tertio. 187.c.1.B

Paraphrastes. Dicitur, qui transit verbū ex verbo,ita quòd nihil de verbis erratum sit.1.Reg.to.1. 17.c.3.k.c.4.F

Parasceue. In die Parasceue maius beneficium collatum est generi humano,quā in die Natiuitatis Christi, Resurrectionis, & Ascensionis: quia tunc per passionē Christi redemptum est. Et tamen dies Parasceue nihil solemnitatis habet, cum in ipsa quotidiani ornatus,& tegmina ab altaribus adimantur &c. Et assignatur causa.Exo.to.2. 62.c.3.K.c.4.F

Parasceue nomē Hebræum est, & interpretatur dies veneris. In Defen. 12.c.4.k

Parcere. Peccanti,quo ad rancorem,semper fuit licitum, non tamen quantū ad pœnam taxatam a lege,vel a Deo. Matt.tom.5. 98.c.4.H

Parentes : Patres. Quod pro parentū peccatis filij puniri non debeant in iudicijs humanis, præcepit Deus,sed isti legi non est Deus obligatus,& ponūtur exempla. Gene. 221.c.1.B

Parentes quare magis diligant filios suos, quàm filij parentes. Gen. 297.c.4 G.320.c.3.F

Quomodo pro parentibus puniantur filij. Et quomodo puniat Deus aliquem vsque ad tertiam, & quartam generationem. Exod. tom. primo. 167.c.2.A

A parentibus tria recipimus, scilicet esse per generationem, & huic respondere debemus per honorem, & gratiarum actiones &c. Secundo accipimus eruditionem in moribus,& huic respondere debemus per obedientiam in mandatis. Tertiò accipimus necessaria ad vitam,cùm ea per nos acquirere non poteramus, retribuamus & nos eadem illis, cùm ipsi acquirere, & laborare nō possunt.Exo.to.1. 175.c.2.B

Iudæi erant crudeles in parentes. Et ideo in præcepto de honorandis parentibus, Deus adiecit præmium dicens Exod. 20. vt sis longęuus super terram. Et quomodo istud intelligatur. Exo.tom.1. 176.c.4.H. Et ista ꝓmissio specialis fuit ad Iudęos, vt patet ex verbis sequentibus.s.quam Dominus Deus tuus dabit tibi. ibid. 177.c.1.A

Parentum nomine omnes proximi intelliguntur large. & omnes populi. Et nomine honoris intelliguntur omnia opera pietatis. Exo. tom.primo. 177.c.1.D

Parentes dicuntur esse duo principia totius boni:qa, scilicet dederunt esse per generationem. & mores per eruditionem, augmentum, & nutrimentum per educationem.Exo.to.1. 215.c.3.G

Parentes in secundo gradu post Deum tenere, & honorare debemus.Exod.to.1. 215.c.3.H

Contra parentum occisionem,nec Solon legislator Athenienſium,nec Romani postea,q Solonis legibus duas tabulas addiderunt, non tulerunt legem, putantes quòd nunquam tale fieri contingeret.Exod.to.1. 215.c.3.I

Parentes quomodo sint timendi, iuxta illud Leui.

19. vnuſquiſque patrem vel matrē ſuam timeat. vide Leui. 186.c.1.B
Parentibus indigentibus debemus prouidere in neceſſarijs, & abundantius, quam nobis 9. Ethi. cap. 2. Leui. Mat. to.6. 30.c.2.D.204.c.4.H
Parentibus debemus amorem, & honorem, & filijs amorem tantum. Leui. 218.c.3.G
Parentum peccata, quare Deus potius puniat vſque ad quartam generationem, quam vſque ad alias. vide Num. to.1. 203.c.3.F
Pro peccatis parentum nunquam Deus infligit filijs mortem ſpiritualem, nec gehennæ, bene tamen corporalem. Deu. 130.c.2.E.c.3.F
Pro peccatis parentum filij non occiduntur ſecundum legem diuinam, nec etiam pro crimine læſæ maieſtatis &c. vt patet de Rege Amaſia, qui occidit occiſores patris ſui, ſed non filios. Leuitic. 330.c.1.E
Parentibus debetur honor ſepulchri. Leui. 218.c.3.I
Parentibus in vete. teſta. maior erat poteſtas ſupra filios ſuos non emancipatos, quam in nouo. Num. to.2. 124.c.3.K
Quod peccata parentum Deus puniat in filios vſque in quartam generationem, & faciat miſericordiā in multa millia, vt dicitur Deu. 5. intelligendum eſt, non, vt aliqui dicunt, de filijs, & nepotibus, qui ſunt mali, ſicut patres: ſed intelligitur de ipſis filijs bene vel male agētibus, vt ſi pater male agat, Deus punit eum & filios ſuos vſque in quartā generationem ad maiorem triſtitiam patris. Deut. 26.c.1.C
Parentes boni merentur miſericordiam pro filijs vſque in mille generationes. Exo. 34. Deu. 26.c.2.C
Si parentes perſuaderent filijs, vt idolatrarent, filij non poterant, neque debebant accuſare parentes, vt probatur Deut. 75.c.3.F.179.c.4.F. Sed tunc filius deberet diſſuadere parentibus, vt recederent a tali crimine, quod ſi nollent, deberent filij recedere ab ipſis parentibus, nō tamen deberet prodere eos. Eridem dicendum, ſi filius Chriſtianus haberet patrem Chriſtianum: ſed occulte Arrianum, vel Manicheū, vel vtcunque hæreticū. Deu. 75.c.4.H
Credenti in Chriſtum neceſſe eſt, vt recedat a parentibus ſolicitantibus eum ad hæreſim. Matt. tom.5. 168.c.2.B
Parentes quomodo magis diligēdi ſint, quam vxor, & vxor, quam parentes. vide Deu. 76.c.2.A
Tenemur magis diligere parentes, quam filios, & ſecundum rationem, & ſecundum charitatem, econtra tamen eſt ſecundum naturam. Deuter. 76.c.2.D
Nihil eſt maioris reuerentiæ & honoris quam nomen paternum, poſt nomen Dei. Deuteronom. 75.c.4.G
Parētibus nihil præſtitit filius: ſed ipſe recepit ab eis. Mat. to.6. 150.c.4.I
Patres in ſacra ſcriptura vocantur aſcendentes, vt patres, aui, & proaui, vt patet extra de regulis iuris cap. nam & Rex Nabuchodonoſor. Sed ibi dicitur in gloſſa, quòd ſecundum leges, vt habetur. ff. de gradibus. in aſcendentibus, omnes vocantur parētes ſiue patres vſque ad tritauum, & deinceps vocantur maiores. In deſcendentibus omnes vocantur filij, vſque ad ter nepotem, deinde vocantur minores. Sed in ſacris literis non ſeruatur hoc. Nam Chriſtus vocatur filius Abrahæ, & Dauid. Deut. 171.c.3.I
Parentibus debetur honor, non ſolum in verbo, & ceremonijs honoris: ſed etiam in ſubſidijs, & adiutorio ad vitam. Mat. 15. Mat. to.1. 33.c.3.G
Parentes tenemur magis honorare, quam ſtudioſos viros. Matth. to.6. 30.c.3.F
Parentes non poſſunt prohibere ne filij ſui exequantur conceptum, & propoſitum melioris vitæ. Et ſi prohibuerint, non eſt eis obediēdum. Mat. to.1. 268.c.2.D
Parentes, qui tempore Chriſti nolebant credere, deſerendi erant a filijs credētibus dupliciter. Mat. to.5. 168.c.4.I
Parentum honor conſiſtit in ſubueniendo eis in neceſſarijs, in quibus magis oportet prouidere eis, quā nobis ipſis. Matt. to.3.18.c.2.C & 39.c.2.D. & to.6. 30.c.2.D
Filij tenentur parentibus ad multa. Matth. tom. 5. 168.c.3.G
Parentes ex ordine naturæ tenentur filijs magis benefacere, quam a filijs bona ſperare, filij autem debent magis diligere parentes, quam quod a parentibus diligantur, vel diligi velint, vt probatur Mat. to.3. 38.c.4.k 39.c.1.A
Filij debēt deſerere parentes, & intrare religionem, ſi cupiunt intrare, etiam ſi parentes valde affligātur de receſſu filiorum ad religionem, vt dicit Hieronymus in epiſtola ad Ruſticum monachum: Si autem parentes ſint in extrema neceſſitate, tunc non debent dimittere parentes, vel ſi non ſint in extrema neceſſitate, credatur tamen, & expectetur veriſimiliter ventura. Et eſt extrema neceſſitas, quando nemo alius ſit, qui prouidere poſſet, aut vellet. Si autem filio intrante religionem, non ſperatur, quod parentes erunt in extrema neceſſitas, poteſt tūc intrare religionem, etiam ſi poſtea in paupertate viuant, & anguſtiorē vitam ducant, quam præſente filio. Mat. to.3. 153.c.2.D
Parentibus obediendum eſt, quando eorum mandata non repugnant legi Dei. Mat. to.3. 265.c.2.E
Odium in parentes aliquando eſt pietas in Deū. Mat. to.3. 265.c.3.F
Parentes nobis in fide aduerſantes, non licet odio habere: ſed econtrario, perſecutionem ab illis ſuſcitatam patienter ſuſtinere. Mat. to.3. 265.c.4.F
Debitum parentibus eſt, q̄ a filijs nutriantur. Mat. to.4. 126.c.4.F
Parentibus ſubueniendum eſt abundanter in cibis. Mat. to.4. 126.c.4.G
Si parentes paucis indigeant, & filij magna dare poſſint, non tenentur illa dare, ſed tantum neceſſaria. Mat. to.4. 128.c.1.C
Parētibus debitum omni Eleemoſynæ præponitur cęteris paribus. Mat. to.4. 128.c.1.D
Tria a parentibus recipimus 8. Ethic. ſcilicet eſſe, nutrimentum, & doctrinam. Mat. to.5. 81.c.4.I
Parentes quo modo ſint honorandi. Matth. tom.6. 30.c.2.C
Parentum honor ſtat in prouidendo eis in neceſſarijs ad vitam, & in obediendo eis, & in reuerendo eis, tanquam maioribus, & tanquam alicui rei diuinæ ſuper nos. Mat. to.6. 30.c.2.E
Magis tenemur honorare parentes, quā virum virtuoſum, quantum ad tria. Primò, quia parentes honorantur, vt dij quidam. Secundò, quia parentibus non poteſt tantus honor impendi quantus debitus ſit illis &c. Tertiò, quia firmius, & permanentius debetur honor parentibus, quam viris virtuoſis. Mat. to.6. 30.c.3.F
Quare quædam animalia magis inclinentur ad bene faciendum parentibus, quam homines. vide Mat. to.6. 151.c.2.D
Parentes poſſunt accuſare filios propter aliquod crimen,

men,non tamen econtra.Mat.to.6. 150.c.3.G
Ad parentes pertinet thesurizare pro filijs.Mat.to.5 93.c.2.E
Parentes tam affectu naturali, quam charitate, magis diliguntura filijs, quam e contra,considerando gradus dilectionis ex parte obiecti, secus tamen si considerentur ex parte diligẽtis.Mat.to.6. 151.c.1.D.
Quod homo debeat dimittere parentes propter vxorem, quomodo habeat intelligi. vide Mat.tom.6. 152.c.3.F
Parentes & filij diuersimode comparantur.ita vt aliquo modo magis diligantur filij,& aliquo modo magis parentes.Mat.to.6. 151.c.2A
Parentes possunt dupliciter considerari. Vno modo,vt pater,& mater,& tunc magis est diligendus pater, quam mater. Alio modo, vt sunt quædam particulares personæ,& tunc interdum potest pater magis diligi,& interdum magis mater.Matt. to.6. 151.c.4.H
Parentes nõ dimittuntur quo ad omnia propter vxorem: sed solum quantum ad actus cohabitationis & copulæ carnalis. Mat.to.6. 152.c.3.F
De parentibus.vide indictione Patres.

Parentes primi. Primorum parentum genitalia exarserunt secundum concupiscentiam veneream in die, qua creati sunt.Gen. 16.c.2.A
In primis parentibus non erant aliquę concupiscentiæ,aut passiones insurgentes contra rationem ante peccatum.Gen. 170.c.3.H
Primorum parentum peccatum fuit omissio quędã scilicet non cogitare, quod cogitare debebant,scilicet an appetitus ille honoris esset bonus vel malus.Gen. 180.c.2.D
Quare primi parẽtes fecerint sibi perizomata.vide. Gen. 188.c.3.F
Sicut propter primorum parentum peccatum induxit Deus deordinationem in vim concupiscibilẽ venereorum,ita induxit in alijs viribus irrationalibus,licet magis apparuit in organo concupiscibilis.Gen. 197.c.1.A
Ad primos parentes Deus venit postquam peccauerunt, propter quinque. primo ad ostendendum eis peccatum suum. secundo ad denunciandum eis pęnas. tertio ad redarguendum eos de peccato. quarto ad eiiciendum eos de paradiso. Quinto ad dandum eis vestes: sed quare non venerit ad eos statim, assignantur rationes. super Gene. 197.c.4.F
Quare Deus voluerit de longinquo audiri a primis parentibus post peccatum.Gen. 201.c.1.C
Primi parentes,statim quod peccauerunt: non mortui sunt. primò,quia esset directè contra intentionem Dei &c. secundò, quia habuerunt aliquam excusationem in peccato. Et ideo debuerunt habere alleuiationem in pœna per dilationem pœnæ. Et hoc facere pertinebat ad Deum.primo, quia ipse nouerat facilitatem eorum ad peccandum. Et ista est causa,vt Deus misereatur nostri. secũdo:qa ipse permisit eos tentari ab extra. Gen. 224.c.4.G
Primi parentes, vt dicit Iosephus,non erubescebant de sua nuditate ante peccatum : quia erant sicut paruuli carentes vsu rationis: sed falsum dicit.fuit ergo erubescentia ex condictione status iustitiæ originalis.Gen. 17.c.3.K
Primi parentes electi sunt de Paradiso post meridiẽ hora decima diei, vt aliqui dicunt.Gen. 20.c.2.E
Primi parentes abconderunt se ex verecundia ingratitudinis, & propter nuditatem, quam nouiter sensérant. Gen. 20.c.3.I
Primos parentes Deus prius interrogauit,quam condemnauit,seruans ordinem iudiciarium. Gene. 20.c.4.H

Parere Mulieres Hebrææ in Aegypto pariebant interdum geminos, interdum tres,interdum quatuor &c. vsque ad sex, nec hoc absurdum est,cum August.18.de Ciui.ca.6. dicat istam multiplicationem fuisse supernaturalem,ꝙ intelligendũ est in mulieribus parentibus plures fętus vno partu. Exo.to.1. 3.c.3.F
Pariens masculum immunda erat septem diebus tali immundicia,& triginta tribus aliis diebus minori quadam immundicia &cęt. super Leuitic. 120.c.4.H
Inter parere,& parturire quid interfit. Leuit.124.c.2. A. Et parturire accipitur pro parere, capiendo large,vt patet Leui.12.cum dicitur,hęc est lex partu rientis. Leui. 124.c.2.A
Pariendi triplex est terminus.s.ad nouem mẽses, ad septem, & ad plus quã nouem. ita quod istæ tres moræ differunt taliter, quod non contingit anteriorari,vel posteriorari.2.Reg. 66.c.1.E

Partes. Vno partu potest mulier parere septẽ fœtus,cum totidem sint cellulæ matricis.Exo.to.1. 3.c.3.G
Masculi in partu nascuntur ore prono, & oculis depressis in terram. Fœminæ vero econtra.s.oculis suspicientibus in cęlum.Exo.to.1. 5.c.4.k
Masculos enecari in partu,& fœminas reseruari,mãdauit Rex Aegypti obstetricibus,ppter quinque. Exo.to.1. 6.c.1.A
Partus secundum leges humanas, & diuinas sequit ventrem.Exod.to.1. 206.c.4.H.207.c.3.G
Partus sequitur ventrem quantum ad honores, & libertates.Leui. 302.c.4.G
Tempore partus rumpitur pellis Secundina, & exit fœtus de vtero.4.Reg. 188.c.3.F
In partu pereclitantur puellæ paruæ ætatis, & ideo non deberent tales matrimonio copulari propter hoc, & propter alia multa inconuenientia, quæ sequuntur,vt ait Aristote.7. Politico. In Paradox. 11.c.3.H
Quod in partu Domina nostra ipsa maneret virgo tantum miraculum fuit,sicut cum concepit sine semine virili. super ecce virgo. 2.c.4.I

Paropsis. Inter paropsidem,& calicem quid interfit.Mat.to.6. 238.c.3.k

Parricida Quomodo puniatur secũdum leges humanas. Deuteronom. 132.c.3.K

Parrochia Dupliciter accipitur,vno modo, respectu personę recipientis sacramenta in ea.Alio modo pro loco,in quo sita sunt prædia ratione personæ. Matthæ.tom.sexto. 226.c.1.A
Ad Ecclesiam parochialem pertinent omnes decimæ,in cuius parrochia prædia sunt sita. Mat. to.6. 225.c.4.k

Parrochianus. Parrochiani possunt excommunicari, si non pareant canonicis institutis 19.distinct. cap. nulli. Contra cleri.concubina. 2.c.1.D

Pars. Scriptura solet interdum accipere partem pro toto.Mat.to.5. 81.c.1.D
Inter partes,quę dicuntur secundum speciem,& partes,quæ dicuntur secundum materiam,hoc interest,dimissis cæteris opinionibus, quod partes secundum speciem sunt omnes partes, inquantum habent

habent magnitudinem, & sitū, & figurā in corpore, partes autem secundum materiam dicūtur, inquantum habent materiam, secundum quam subiiciuntur formæ speciei, & situi, & magnitudini, & figuræ. Matt.to.6. 114.c.3.F

Omnes partes augmenti sunt partes secundum speciem. Matth.to.6. 114.c.3.K

In homine sunt partes diuersæ dupliciter. Matt.to.6. 99.c.3.F

Duplices sunt partes, quæ proueniunt ex alimento, quædam sunt ad augmentum, & quædam ad restaurationem deperditi. Primæ sunt secundū speciem: secundæ verò fm materiā; quia non competis eis aliquid de specie, vt sint. Matt.to.6. 114.c.4.F

Quæ sint partes accidentales corporis. Matt. tom. 6. 99.c.4.G

Solæ partes secundum speciem resurgent. Mat.to.6. 114.c.4.I

Duo sunt, quæ tollunt partium identitatem in resurgentibus. Matt.to.6. 102.c.1.B

Pars non ponit in numerum contra totum, bene tamen contra partem. Matthæ.to. sexto. 138.c.4.H. 141.c.2.A

Quælibet pars magis tendit ad cōseruationē totius, quam sui. Matt.to.6. 143.c.4.G

Parthi. De origine Scytarum sunt, fuerunt. n. eorum exules, nam Parthi lingua Scythica exules sonat, & Parthia coniuncta est Assyriæ: sed magis Orientalis, habet enim ad austrū mare Rubrum, & ad Septentrionem mare Hyrcanum, & diuisi sunt in viginti duas gentes, seu regna, quorum vndecim incipiunt ab Armenico limite, & Caspio littore, reliqua vndecim habent ab ortu solis, varios arrianosq; Carmaniam; a meridie Medos, ab Occidente, & Septentrione Hyrcanos. Gen. 6.c.3.H

Particulariter dicta. Ea, quæ particulariter dicuntur, oportet multum explicari. Matt.tom.3. 279.c.4.K

Parturio verbum quomodo differat à Pario. Leuit. 124.c.2.A

Parturientis dolor non fuisset in paradiso terrestri. Gen. 22.c.2,B

Paruath In Hebræo significat esedram. 1. Paralipo. 296.c.4.K

Parui pensio. Tres species paruipensionis ponuntur ab Aristote. 2. Rethoricorum. s. despectus, epireasmus, idest impedimentum consequendi propriam voluntatē, & contumeliatio. Et ad ista tria possunt reduci in speciali omnia motiua iræ. Et ista ad paruipensionem immediate reducuntur. Mat.to.2. 105.c.2.A & 118.c.2.C

Paruipensio est proprium motiuum iræ. Matth.to.2. 105.c.1.E

Paruulus. Generaliter omnes paruuli, qui moriuntur ante vsum rationis sine Baptismo, ideo sic mori permittuntur: quia Deus præsciebat eos malos futuros, si vixissent, quos nesciebat absolute futuros malos: quia præscientia, aut prædestinatio falli non potest. Nec tamen in lymbo puniuntur propter peccata, quæ facturi essent: sed propter peccatum originale, quod contraxerunt. Gen. 271.c.1.E.264.c.4.F

Omnes paruulos Sodomorum periisse, concedendum est, aliquos solum pœna damni, aliquos vltra hoc pœna sensus. Gen. 271.c.1.C

Paruuli in peccato originali morientes an damnentur. Gen. 264.c.4.G

Bonum est, quod paruuli audiant legem Dei. Deut. 164.c.4.I

Paruulos iacere in eodem lecto cum parentibus, vetuerunt iura, vt habetur in decretis. 2.q.5.cap. consulit. 3. Reg. 36.c.4.K

Paruuli, iuxta Christi doctrinam, in quo sunt imitandi. Mat.to.5. 5.c.2.C

Paruuli in peccato originali decedentes, in die iudicij resurgent: sed non euigilabunt. Matth.tom.6. 74.c.2.D

Paruulorum animæ quomodo veniāt in Lymbum suum. Matth. to. 7. 251.c.4.H. In quo manebunt semper. ibid. 251.c.4.H. in quo sunt perpetuæ tenebrę. ibid. 251.c.3.G

De resumptione animarum paruulorum, qui sunt in Lymbo, in die Iudicij. Matt.to.7. 238.c.2.A

De paruulorum existētium in Lymbo cognitione. Matt.to.7. 238.c.2.D. Et de eorum duplici carentia. ibid. 232.c.4.k

De pœna paruulorum in Lymbo. Matt,to.7. 124.c.2.I. ad quam pœnam duo requiruntur. ibidem. 234.c.3.K

Pascere. Tempore antiquo filię magnorum virorum pascebant greges. Exo. tom.1. 13.c.1.G

Pascere greges honorabilis erat occupatio tempore patriarcharum. Exo.to.1. 13.c.G

In testa.vet. licebat Leuitis pascere greges. Mat.to.6. 219.c.1.E

Pascere pauperes delicate, & immoderate, peccatū est. Matt.to.3. 268.c.1.D

Christus pauit turbas plus quam semel, & conueniēter. Primò ad ostendendum potestatem excellentiæ. Secundò propter necessitatem occurrentem. Matt.to.4. 149.c.4.K.150.c.1.A

Pascua Dicuntur quæcunque loca herbosa, vbi pecora pasci possunt, fœnū autem dicitur herba longa, quæ meti potest falce. Matt.to.6. 213.c.1.D

De pascuis, venationibus, & piscationibus datur decima. Matt.to.6. 216.c.4.H

Pastor. Contentio inter pastores Abrahæ, & Loth, de qua Gene.13. fuit propter aquas, & pascua gregum. super Gene. 72.c.3.G. & 75.c.1.E

Pastoribus proprium est in agris manere, de loco ad locum pro pascuis mutari, & habitare in tentoriis vel tabernaculis. Gen. 74.c.3.F

Pastores ouium detestabantur Aegyptij: quia mactabant arietes, & oues ad comedendum, quos pro diis venerabantur. Exo.to.1. 54.c.2.D

Non est bona pastoris excusatio, si lupus ouem comedat, dicere; nesciui, vt ait Gregori. in Registro. Et habetur extra de reg.iur.capit.quamuis causæ. Exo.to.2.135.c.4.H.Matt.to.2. 244.c.3.G

Proprius actus pastoris est vigilare super gregem suum. Matt.to.1. 8.c.1.D

Pastor seu rector animarum peccat, quando scelera non obiurgat, vt ait Greg.in pastorali. & habetur. 43.dist.cap. Ephesiis. Mat.to 6. 224.c.3.I

Pastor noster, & princeps pastorū est Christus. Matt. to.4. 84.c.1.D

Status Pastorum, & doctorum durabit in Ecclesia vsque ad finem seculi. Mat.to.5. 174.c.1.E

Pastorum filij quare efficiantur grandes corpore, & viribus, & non sic filij agricolarum magnis laboribus attritorum. vide inde Opti. Politia. 6.c.2.C

Pascha. Paschæ celebrationem prędixit Moyses filiis Israel ad minus per sex dies prius quam vltimam plagam primogenitorum diceret

Non poterant apud Hebręos comedere Paſcha, qui contactu cadaueris humani polluerẽtur, vt patet Num. 9. bene tamen in ſequenti menſe, decima quarta menſis: ſimiliter dicendum eſt de pollutis quacunque alia immundicia: ſi tunc contingeret. Leui. 105.c.3.F

Paſcha obſeruatum eſt a Iudæis in monte Sinai, vt habetur Nu. 9. Leui. 235.c.1.B

Paſcha noſtrum maxime anticipatum, contigit die 21. Martij. Et tardiſsimum, quod poteſt eſſe, cõtingit die viſieſima quinta Aprilis. Leu. 268.c.3.F

Nos facimus paſcha noſtrum inter decimam quartam lunam, & vigeſimam primam. ſuper Leuit. 268.c.2.C

Ad Paſchæ inuentionẽ Eccleſia ſeruat ciclos. Leuit. 268.c.2.C

Paſcha Iudæorum ſemper celebratur iuxta æquinoctium vernale, ſcilicet ab introitu ſolis in Arietẽ. Matt.to.4. 30.c.4.K

Paſcha Iudæorum ſolet eſſe vel ad finem Martij, vel principium Aprilis, vel quaſi. Matth.tom.quarto. 85.c.3.I

Paſcha eſt nomen hebræum, & non grecum, & dicitur apud Hebræ. phaſe, quod ſignificat trãſitum. Matt.tom.7. 282.c.1.E.c.2.F. Et iſte tranſitus poteſt tripliciter accipi. ibid. c.4.K

Paſcha dupliciter accipitur: vno modo pro quodam die feſto, aliquando pro Agno paſchali. Mat.to.5. 282.c.2.F. ſecundo modo capitur Mat.26. cùm dicitur: Scitis, quia poſt biduum Paſcha fiet. Matth. to.7. 282.c.3.F

Paſchę cærimoniæ conſiſtebant ſolum in vna cęna. in Defenſo. 14.c.2.A

Euangeliſtæ interdum non faciunt differentiam inter Paſcha, & Azima: ſicut fit in veteri teſtamento, vt Patet Leui. 23. Sed pro eodem accipiunt, vt patet Marci 14. cùm dicitur, erat Paſcha, & azima poſt biduum, & Lucæ. 22. Appropinquabat dies feſtus azimorum, quod dicitur Paſcha. in Defen. 14.c.2.E

Paſcha aliquando accipitur pro carnibus ſacrificiorum, quas comedebant in ſeptem diebus Paſchalibus, ſiue ſeptem diebus azimorum. Et ſic intelligitur illud Ioan. 18. noluerunt intrare in prætonum, vt non contaminarentur: ſed manducarẽt Paſcha. vt probatur in Defenſo. 14.c.2.E.c.3.F. patet etiam hoc Deuter. 16. vbi dicitur, immolabis Domino Deo tuo phaſe de bobus, & ouibus. in Defenſo. 14.c.4.F

Paſcha aliquando capitur pro feſto azimorum, ꝙ incipiebat die decima quinta menſis primi, & durabat ſeptem diebus. Et habebat duos dies ſolẽnes, in quibus ceſſabatur ab omni opere ſeruili Exod. 12. Et dies decimus quartus, licèt poſſet vocari Paſcha propter agnum paſchalem: Sed non poterat propriè vocari feſtum, bene tamen dies decimus quintus dicebatur dies feſtus Paſchæ. in Defenſ. 14.c.4.H

Paſcha non erat proprie feſtum: quia non vacabatur illa die a laboribus: ſed licebat fieri omnia opera prophana, quæ fiebant in diebus profeſtis, nec erat differentia aliqua inter iſtum diem, & alios dies prophanos: niſi quòd in iſto comedebatur agnus paſchalis ad veſperum, & in aliis non, &c. in Defenſo. 16.c.2.C

Paſcha mãducabatur in loco, vbi erat ſanctuarium. Matth.to.5. 239.c.4.H

Quare diſcipuli ante mortem Chriſti dixerũt Chriſto, vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? Matt. to.5. 239.c.4.H

Feſtum Paſchæ Deus inſtituit. Matth.tom.ſeptimo. 282.c.4.I

Præcipua cauſa inſtitutionis paſchæ fuit trãſitus Angeli percutientis ſaltantis de domo vnius Aegyptij in domum ălterius &c. Matth. tom. ſeptimo. 283.c.2.F

Conſuetum erat Iudæis, vt quolibet anno tempore paſchæ aſcenderent in Ieruſalem per ſeptem, vel octo dies ante feſtum. Matt.to.7. 301.c.2.E,c.3.F

Paſcha Iudęorum communiter eſt circa finẽ Martij, vel iuxta principium Aprilis. In Defenſorio. 17.c.4

Paſchaſius Exiſtens in purgatorio miraculum fecit ex deuotione orantis ad Deum, non tamen ex Paſchaſij oratione. Mart.to.3. 57.c.3.H

Paſſer. Paſſeres abundant valde in terra Chanaan. Matt.to.3. 255.c.3.K

Paſsio Licèt non poſsit cogere intellectum, & voluntatem, nec directè diminuere eorum libertatem, poteſt tamen indirectè diminuere: ita vt intellectus praue iudicet ad inſtãtiam paſsionis vrgẽtis, & voluntas peruerſe eligat. Leui. 30.c.4.F

Nulla paſsio eſt vehemẽtior amore illo, quo ad libidinem prouocamur. 2. Reg. 83.c.4.I

Paſsionem cohercere in conſpectu rei delectabilis, magnæ virtutis eſt. 1. Paralip. 129.c.1.C

In Chriſto non fuerunt paſsiones. Matth.to.primo. 217.c.1.D

Eſſe paſsionis, & ſi dependeat a ſubiecto, & ab obiecto, tamẽ ratio propriè paſsionis accipitur ab obiecto: quia potentia eſt ad multum generale, cùm in eadem potentia ſint multæ paſsiones. Et ſecundum hoc conſiderari poteſt magnitudo, vel grauitas paſsionis. Matt.to.2. 103.c.3.G

Paſsio poteſt turbare rationem circa eligibile: ſed non circa exiſtere: ſeu circa naturam rei. Mat.to.5. 273.c.2.E

Paſsiones appetitus quomodo cauſentur, Mat.to.2. 107.c.1.B

Duplex eſt modus paſsionis. Mat.to.7. 147.c.4.F

Per omnes paſsiones impeditur ratio in actu ſuo, ſed per iram præcipue. ſuper Matth. tom. ſecundo. 108.c.1.B

Nulla eſt magis fortis paſsio in hominibus: quam concupiſcentia venereorum. Mat.to.5. 137.c.1.E

In paſsionibus poteſt dupliciter inueniri malũ, vno modo, ſecundum ſpeciem paſsionis, quę ſumitur ab obiecto, nam paſsio dicitur mala, quando obiectum ſecundum ſuam rationem dicit aliquid malũ, vt inuidia &c. Alio modo ex quantitate ipſius paſsionis, ſcilicet, ex abundantia, & ex deffectu, vt in delectationibus tactus, & guſtus, & in triſtitiis. Matt.to.2. 108.c.2.A

Chriſtus accepit paſsiones noſtras præter peccatũ. Mat.to.5. 240.c.4.G

Circa paſsiones aliter locuti ſunt Stoici, & aliter Peripatetici, nam Stoici voluerunt auferre omnes paſsiones di. Omnes paſsiones eſſe quoſdam effectus exiſtentes præter ordinem rationis &c. Peripatetici vero dixerunt, paſsiones non eſſe malas, ſed exceſſus, & defectus in illis. Et ſic quodammodo concordant in ſententia, quia Stoici ipſas paſsiones, prout ſunt a ratione regulatæ, nolunt vocare paſsiones, ſed prout excedunt regulas rationis in plus vel minus, & tunc verum eſt, quod omnes ſunt malæ: poſitio tamẽ Peripateticorum eſt rationabilior. Matth.tom.ſecundo. 108.c.2.D, & 123.c.3.K.c.4.F

In beatis nulla consurgit passio nisi recta. Mat.to.7. 222.c.3.I
Passio absolute accepta nec est laudabilis, neque vituperalis, sed laudabilis est, secundum quod regulata est a ratione, & potest esse meritum, secundū vero quod recedit à ratione dicitur vituperabilis. Matt.to.2. 109.c.4.G
Quod darentur motus passionum, tanquam instrumenta rationis, fuit bene ordinatum. Matth.to.2. 112.c.2.D
Passio spiritualis recipitur in aliquo spiritualiter, id est non per modum materiæ, sed modo spirituali, secundum modum intentionis: sicut recipitur similitudo albedinis in aere, vel pupilla, quæ est organum visionis. Mat.to.7. 147.c.4.G
Sunt aliquæ passiones, quæ habent vnicum obiectū, vt sunt amor concupiscentiæ, delectatio, fuga, & similes; aliæ sunt, quæ habent duo, vt odium, inuidia, ira, & amor amicitiæ. super Matt.to.secundo. 117.c.3.I
Quid sit passio proprie dicta secundum Damascenū. Mat.to.4. 235.c.3.I
Passionum conditio est, quod interdum per accidēs sibi repugnant, quia scilicet non possumus habere, quod per vnam desideramus; quin aliam abliciamus, vt si quis habeat iram & amorem, & non possit frui amato, nisi remittat desiderium vindictæ, si fuerit: maior amor, quam ira, vt amato fruatur, si autem fuerit maior ira, quam amor, peribit amor, vt vindictam sumat. Mat.to.4. 78.c.2.C
Qui transeunt de vna passione in oppositam nō possunt illam vultu vel verbis faciliter exprimere. Ma. to.4. 110.c.4.F
Passio dupliciter accipit̄, vno modo large, & sic omne recipere dicitur pati. Alio modo stricte, & sic passio est motus contra naturam: Et isto secundo mō corpora beatorum nō erūt passibilia, sed causa huius impassibilitatis non assignatur eodē modo ab omnibus. Mat.to.4. 135.c.3.H
Passiones, cūm inchoant, facile compescuntur, sed non cum auctę sunt. Matt.tom.5. 4.c.2.D
Duplex est passio ab extra. s. per influentiam, & per violentiam. Matt.to.4. 237.c.2.D
Duplex passio est, quæ dicit solum recipere, altera, quæ fit per mutationem præter naturam. Matth. to.4. 238.c.3.I
Passiones partis sensitiuæ non sunt materia moralis virtutis, aut vitij, nisi inquantum pertinent ad rationem, scilicet quòd sint volitæ. Mat.to.septimo. 20.c.3.K.c.4.F
Omnis passio fit per victoriam agētis supra passum. Matt.to.4. 23.c.1.A
Passionis duplex est modus. s. materialis, & spiritualis, secūdum quod potest aliquid recipi ab aliquo materialiter, & spiritualiter, idest nō per modum materiæ, vt similitudo albedinis, quando recipitur in aere, vel in pupilla. Matt.to.7. 147.c.4.F
Passiones partis sensitiuæ non fuerunt in Christo, bene tamen aliqui motus partis illius, qui insurgebant ipso volente, & iubente, sed non ipso nolente. In Parado. 38.c.1.B
Duplices sunt passiones: quædam, quæ a sola imaginatione habent originem, & aliæ, quæ realiter ab aliquo agēte extrinseco infliguntur. In Parad. 43.c.1.C
Passiones, quæ in hominibus causantur, necessario solent euenire, scilicet, vel ex conditione humanæ naturæ, aut ex conditione indiuidui, ob malitiam, aut deordinationem conditionis. primas habuit Christus, non tamen secundas. In Parado. 43.c.4.F. & ponuntur exempla de fame. ibid. 44.c.1.A. Et de frigore, & æstu. 44.c.2.B. Et de lassitudine. 44.c.3.F
Inter passiones duæ tantum sunt laudabiles, scilicet, verecundia, & nemesis. secundo Ethico. cap.4. In Parado. 79.c.3.I

Passio Christi. Ex passionis Christi meritis Deus condonat peccatis nostris. Et hoc non est misereri, sed iuste agere, est tamen maxima misericordia, quia voluit mori pro nobis, & passionis suæ merita cuilibet communicare, vt probatur Exo. to. secūdo. 167.c.2.E
Passionis Christi meritum sufficiens fuit ad redimē dum peccata dęmonum, sed illi non sunt redempti, quia secundum altissimum Dei iudicium nō decuit eos redimi &c. super Exod.tom.secundo. 167.c.3.G
Passio Christi ex parte sui fuit voluntaria. Matth. to.4 191.c.2.B. similiter, & ex parte Iudæorum libera. ibid.c.2.D. & fuit similiter necessaria. ibid. c.2.E
Passio Christi fuit voluntaria, & non necessaria, tam ex parte Christi patientis, quàm ex parte Iudæorum ipsum occidentium, vt probatur Matt. to.4. 191.c.2.B. potest tamen dici necessaria, in quantū Deus volebat eam, & statuerat sic fieri, fuerat.n. prænunciatum per prophetas. ibid. 191.c.2.E
Christus in passione sua dixit se esse Deum manifeste, & non prius, ne impediretur passio sua. Mat. to.4. 190.c.3.H
Propter Christi mortē corruit Ierusalem. Mat. to.4. 191.c.2.D
Ex lege statuta impossibile est alicui fieri plenam remissionem omnium peccatorum, & pœnarum ante Christi passionem, ita vt si illi mori cōtingeret ante illius passionem, mox cœlum euolaret. Parado. 115.c.2.A. Etiam si matri suæ hoc cōtingeret. ibid. 118.c.1.C
Passionem suam pluries prędixit Christus discipulis suis, multis de causis. super Matth. to. quarto. 272.c.2.E.c.3.F
Ante Christi passionem discipuli eius non credidерunt illum esse Deum. Matt.to.5. 245.c.4.F
Passionem, & resurrectionem suam, quare Christus toties significauerit discipulis, prius quam fieret. Matt.to.6. 182.c.4.I
Passio Christi dicitur calix metaphoricè: quia sicut in calice dantur nobis ad bibendum aliqua valde amara, & prouocantia horrorem, ita est de passione, & morte. Mat.to.5. 195.c.3.F
Passio Christi quomodo dicatur esse infiniti meriti. Parado. 114.c.2.C
Passionem suam dixit Christus discipulis suis secrete propter multa. Mat.to.5. 184.c.2.B
Passio Christi aliquid habet in se, quod meretur remissionem omnium peccatorum, & adhuc amplius, cum contineat meritum infinitum. Parad. 114.c.2.E

Passiuum. Potest tripliciter immutari, scilicet materialiter, & spiritualiter simul aliomodo spiritualiter tantum. tertiomodo materialiter tantum. Matt. to.quarto. 238.c.4.H
Si passiuum sit aptum immutari ab agente materiali, & spirituali immutatione, semper materialis spiritualem præcedit. Matt.to.4. 238.c.4.I

Pater. Patris ad filium maior est amor secundum naturam, quàm viri ad vxorem. 234.c.3.K

Gen.

Potestas

Potestas patris ad filium non est illa,quam iura vocant patriam potestatem,vt aliqui dicũt,propter multa. Gen.241.c.2.B.sed dicẽdum quod iustum paternum solum est patris ad filiũ, & aliquo mõ matris ad filium, sed non ita proprie,quia illa non statuit legem,sed vir. Gen. 241.c.3.G
Pater quantum possit amare filium.Gen. 315.c.2.k & 316.c.4.F
Pater assimilatur Soli,& non Lunæ.Gen. 350.c.1.A
Quod aliquis scienter patrem suum occiderit, non reperitur in historijs autenticis, secus tamen nescienter. vt patet de Aedippo. Exod. tom.primo. 215.c.4.G
Pater & mater nomina sunt magnæ dulcedinis, vt dicit Philosophus 2.Politi.c.1. Exod. tom.primo. 216.c.2.E
Patris ad filium est principatus regalis,& non tyrannicus,sed apud Persas est sicut principatus domini ad seruum.Mat.to.2. 79.c.2.B
Paterna cura,in quo differat a cura principis alicuius politiæ.Num.to.1. 132.c.4.I
Pater moriens relinquens filium,& si realiter moriatur, quodammodo dicitur non mori.Nu.tom.1. 237.c.1.A
Pater secundum ordinem charitatis magis tenetur filijs quam alicui alteri,qui non sit pater vel mater ipsius. Iudicum. 196.c.1.C
Pater non debet occidere filium suum etiam si sit iudex, vt quidam Gentiles dixerunt,sed hoc improbatur.2.Reg. 79.c.4.K 80.c.1.A
Patrem vel matrẽ occidere non licet filio,pro quantumcunque graui crimine. super tertium Reg. 140.c.4.H
Pro patris peccato non occiduntur filij magni, nisi ipsimet demereantur, secus tamen si sint paruuli. 3.Reg. 152.c.3.H
Inter patrem legalem & naturalem quid interfit. Mat.to.1. 84.c.2.E
Diabolus quomodo dicatur pater omnium peccatorum,& ipsi filij eius. super Matth.tom.primo. 246.c.1.B
Pater impregnauit filiam suam vtroque dormiente, vt dicit. S.Tho. in quodam Quolibet. super Gen. 272.c.3.H
Lex iulia de adulterijs permittit patri occidere filiã deprehensam in adulterio, seruatis quatuor conditionibus, non tamen permittit hoc lex diuina. Et ideo talis est reus homicidij, super Matt.to.2. 95.c.1.D c.2. A. Et præfata lex non permittit idẽ viro circa vxorem: multæ tamen leges gentium id concedunt viris, imò magis marito, quam patri.ibidem. 95.c.3.G
Secundum leges humanas pater potest vendere filium pro alimentis in necessitate famis. Matt.to. 3.39.c.1.B. Et tenetur filius liberare patrem fame deficientem, potius quam seipsum. Et exponere se morti pro patre,ad quod tamen non tenetur pater pro filio. ibidem. 39.c.1.C
Patri non tenetur obedire filius in his tantum, quæ repugnant statui fidei,& inducunt contumeliam Creatoris 1.Cor.7. Et extra de diuortijs ca.gaudemus. Mat.to.3. 39.c.2.E
Pater nomen amoris est & dulcedinis.2.Politi.ca.1. Matth.to.3. 66.c.3.G 69.c.4.F
Patri tenetur prouidere filius in necessarijs,nisi pater vellet occidere filiũ,vel conaretur filium peruertere ad infidelitatem, & crederet se non posse resistere. Secus tamen si posset resistere,& pater esset in magna inopia, nam tunc debet illi prouidere, parce tamen, vt det ei panem tribulationis,& aquam angustiæ. Mat.to.3. 153.c.1.C
Pater absolute tenetur prouidere filijs,nec potest aliqualiter excusari ab hoc debito.non tamen tenetur absolute thesaurizare filijs, sed de æquitate,filij vero obligantur patribus secundum rationem, non tamen secundum naturam. Matth.tomo 3. 153.c.4.I
Pater ex charitate & amore naturali magis diligit filium, quam filius patrem: & filius ex amore naturali & charitate magis patrem quam pater filiũ: diuersimode tamen, secundum quod amor considerator proprie quasi ad alterum, aut quasi ad aliquid sui: simpliciter tamen dici potest, quòd parentes magis ament filios, quam econtra.Mat. to.6. 151.c.2.E c.3.F
Pater magis diligit filium quã econtra.propter multa, quæ adducit Philosophus 8.Ethi. Matth.to.6. 150.c.4.G
Amor naturalis patris erga filium, penes quid attendatur.Mat.to.6. 151.c.2.B
Pater nũquam debet vocare filium suum dominũ, etiam si filius eius sit rex, & ipse sit rusticus, imò dato quod filius faceret patrem suum Regẽ. Mat. to.6. 164.c.4.I
Patres non puniuntur pro filijs, nec econtra,quantũ ad peccatum personale,licèt peccatum præcedentium maneat in posterioribus, vt in populo,licèt non, vt in personis priuatis: vel dicendum quod patres non puniuntur pro filijs, accipiendo proprie peccatum filiorum, scilicet pro eo quod filij faciunt, eo quod peccata non ascendunt sed descendunt, nisi sic accipiatur, quod puniuntur patres pro peccatis filiorum,quia scilicet omiserunt eos corrigere, vt Heli.1.Reg.3.& 4. & extra de symo.ca.heli. Mat.to.6. 251.c.2.D
Pro peccato patris nunquam punitur filius, si filius non meruit totam illam pœnam. Matth.tom.6. 251.c.2.E
Pro peccatis patrum quod non punirentur filij nec econtra mandauit Deus. Mat.to.6. 251.c.3.F
Pater & Filius in diuinis non constituuntur in esse suppositali per relationes ad Spiritum Sanctum. Mat.to.4. 169.c.1.A
Pater in diuinis non loquitur,& ideo quando dicitur in Psal. Dixit Dominus, scilicet, Pater, Domino meo, idest Filio,dicitur hoc ad ostendendum veritatem rerum. Mat.to.6. 162.c.2.B
Pater in diuinis potest homo vocari.Matth. tomo.4. 61.c.4.F
Hoc nomen pater dicitur quodammodo analogice de Deo & de homine.Mat.tom.6. 186.c.3.G
Pater & filius in diuinis non differunt in aliquo absoluto, quia tunc essent duo dij.Matthç. tomo.3. 288.c.2.A
Dicitur quod Pater in diuinis non reuelat filium, sed bene Filius reuelat Patrem, propter tria.Mat. to.3. 289.c.2.A
Quomodo tota deitas possit dici Pater Christi. Mat.to.4. 268.c.4.H
Pater aliquando capitur pro persona Filij, ita enim cantat Ecclesia,o Pater sanctissime,qui mundum redemisti tuo fuso sanguine. Matthç. tomo.6. 313.c.1.C
Quomodo Pater dedit filio omne iudicium facere. Mat. to.7. 109.c.1.A
Deus in veteri testamento vocabatur dominus, sed in nouo vocatur pater. super Matæh. to. quinto. 258.c.3.I
Pater cęlestis nonnunquam vocatur homo in sacris litteris.Matth.to.5. 66.c.2.D

Patres. Consuetudo est sacræ scripturæ vocare omnes superiores patres, & omnes inferiores filios, vt patet extra de verborum significa.cap.nam & rex Nabuchodonosor. Gene. 386.c.3.k. & 395.c.2.B. Leuit.218.c.4.I, Deutero. 171.c.3.l, 2.Reg. 56.c.4.I

Patres solent loqui cum filiis in fine vitæ, vel cum morti proximi sunt, instruentes eos in moribus. Sic fecit Moyses, Thobias, Samuel, & Christus. r. n.Gen. 401.c.1.C. Et hoc propter duo. 1. Paralip. 326.c.1.E

Patres possunt dici maiores, & domini, & subditorũ curam gerere debent. Et sic vocantur Senatores Romani, patres conscripti. Gen. 336.c.3.H

Patres, apud Hebræos, debebant instruere filios circa cerimonias legis. Exo.to.1. 99.c.2.E

Patres valde desiderant cognoscere filios. Mat.to.5. 89.c.4.H

Patres in sacris litteris dicuntur auus, & proauus, vt patet extra de verborum significatione. in capit. nam & Nabuchodonosor. Leu.180.c.1.D.4 Reg. 92.c.3.I. & 95.c.1.D

Patres non puniũtur pro filiis etiam iudicio diuino. 6. Reg.140.c.1.B. nec econtra. Matth.tom.sexto. 251.c.3.F

Cetera de patribus, vide in dictione, parentes.

Pater familias. Patres familias tenẽtur docere filios suos, & domum suam timere Deum, quod si faciant, multum merentur. Gen. 264.c.3.F

Pater familias est ille, q domui præest, scilicet, caput, vel princeps in communicatione œconomica. Mat.to.5. 173.c.1.D

Pater familias dicitur homo, qui habet domum, & familiam, etiam, si non habeat filios, quem Aristoteles vocat rectorem œconomiæ. Matth. tom. 5. 263.c.2.A. Mat.to.6. 320.c.1.B

Paternitas. Paternitatis ius nõ tollitur per disparem cultum sicut matrimonium; & ideo quandocunque conuertitur filius, recuperat ius successionis paternæ. 1. Rem. tom.1. 113.c.1.A

Paternum iustum. De paterno iusto, & quomodo differat a patria potestate. Gen. 241.c.2.B

Paternum iustum secundum Aristotelem quinto Ethico. est de iure naturali, inquantum filius est pars patris. Et est ad omnem filium tam legitimum, quàm non legitimum, & non extenditur nisi ad filios, quia non ad nepotes &c. Et distinguit inter masculum, & fœminam, & non durat, nisi quandiu filij sunt paruuli. Gen. 241.c.2.D

Pati. Corpus sine anima non patitur pro malis præteritis. Mat.to.6. 72.c.4.I

Melius est omnia mala pati, quam malo consentire. Mat.to.5. 49.c.4.H

Quomodo anima patiatur, super Matt.to.septimo. 274.c.3.K

Assimilatio patientis ad agens contingit dupliciter. Matt.to.7. 274.c.3.k.c.4F

Omne patiens secundum naturam suam est extensum. Iosue to.1. 61.c.1.B

Patiens dicitur Deus inquantum offensas illatas tollerat. Exo.to.2. 166.c.4.k

Nunquam aliqui patiuntur aliquid, quod non mereantur pati. Si ergo aliquis fuerit, qui nihil omnino pati mereatur, etiam si totus mũdus conetur, non valebit eum lædere, nisi forte Deus permiserit eum pati aliqua, quia expedit illi, vt magis mereatur. 1. Reg. to.2. 105.c.3.G

Omne agens in agendo patitur. Matth. to. septimo. 144.c.2.A

Patibulum. In patibulis, & cimiterijs mortuorum quare aliquando appareant faculæ ardentes, & de nocte solum. Alii quando magnæ, & aliquando paruæ. Leuitic.73. c. 1. D. Et quare non videantur multum elevatæ a terra, & quare non appareant tempore frigido hiemis, aut magnarum pluuiarum, sed tempore veris, aut magis tẽpore æstatis. Et quare non fiant super omnia sepulchra, sed super sepulchra eorũ, qui aliqualiter pingues erant, & carnosi, & quorũ cadauera a paruo tẽpore sepulta sunt &c. Et quomodo hæ faculæ in nauibus contingant, & quomodo illę faculæ non sunt sufficientes ad combu rendum. Leui. 73.c.2.C

Patientia Vtitur malis ad bonum, sicut cęteræ virtutes vtuntur bonis ad bonum. Matth.to.3. 77.c.4.K

Patientia docet non murmurare in aduersis. Matth. to.3. 248.c.1.A

Patientia sine aduersis non contingit. Matt.tom.4. 107.c.2.B

Patientia non reddit vitam nostram perfectam simpliciter, nec opus eius est perfectum, quatenus est opus eius, sed in ordine ad charitatẽ, scilicet, quatenus patientia procedit a charitate, quia ex abundantia charitatis tolerat quis aduersa. Mat.tom.5. 133.c.4.K

Patria Dicitur locus naturalis a patre dictus, quia ille conseruatiuus est, & effectiuus ad generationem, vt pater, per influentiam receptam in eo a corporibus cœlestibus, & ideo pater vocatur genus a Porphirio. Gen. 323.c.4.G

In patria omnes beati intelligent omnes res naturales, alias non essent beati. Gen. 30.c.4.K

In patria mori omnes desiderant. Gen. 386.c.2.B

In patria manebit scientia sacrarum literarum, ad istum sensum: quòd ea, quæ per sacram scripturam scimus, in patria experiemur: cęteræ artes, & scientiæ manebunt quo ad habitum, & in actu pfectiori, & acutiori. Gen. 31.c.2.D

Amor patriæ tenerrimus est, & tenacissimus. Num. to.1. 117.c.2.B

In patria nullum erit præceptum. Matth.tom.sexto. 135.c.3.F

Patria potestas. Patria potestas est de iure ciuili, quia legislator egit de patria potestate inter ea, quę pertinẽt ad ius ciuile, postquam egit de iure naturali, & de iure gentium. Et ad huc de quibusdam aliis pertinentibus ad ius ciuile, quod est ius scriptum. Gen. 241.c.2.C

Patria potestas, quam sic vocant iuristæ, non est ad omnem filium, sed solùm ad legitime natos. Institut. de patria potestate capit. primo. Gene. 241.c.2.C

Patria potestas, quam sic iura dicunt, non reperitur inter omnes homines, sed solùm inter Romanos, idest, inter eos, qui iure Romano coeunt, vt patet institutio. de patria potestate. §. ius autem. Gene. 241.c.2.D

Patria potestas, quæ est secundum leges, non solum extenditur ad filios, sed etiam ad nepotes, & cæteros descendentes per filios, vt patet. institutione. de patria potestate. §. Qui igitur &cæt. Genesi. 241.c.2.E

Patria potestas distinguit inter masculum, & fœminam, scilicet, q nepos ex filio sit in potestate aui. Et nepos ex filia non, vt patet instituta de patria potestate

teſtate.§.vlt.Gen. 241.c.2.E
Patria poteſtas durat per filios tam paruos, quã magnos, quia a patria poteſtate liberantur per emancipationem.Gen. 241.c.3.F
Patria poteſtas extenditur ad certos caſus de quibus in gloſa.inſtitu. de patria poteſtate. ſuper Gene. 241.c.3.G

Patriarcha. Patriarchæ accipiebant vxores de ſua progenie, ad vitandũ Idolatriam, quæ tunc vigebat in terris. Geneſ. 58.c.3.F

Patriarcharum occupatio erat circa paſcua ouium. Gen. 69.c.2.C
Patriarcharum mos erat ſepellire vxores ſuas apud ſe. Gen. 284.c.2.E
Duodecim Patriarcharum oſſa, ducta ſunt, vt aliqui volunt, in terram Chanaam, in exitu de Aegypto. Et hoc videtur verũ ex verbis Stephani Act. 7.Gen. 386.c.3.G
Teſtamenta, quæ duodecim Patriarchæ fecerunt, referuntur, & q uod reperta fuerunt in quibuſdam græcis voluminibus. ſuper Exod. tom. primo. 1.c.3.I
De Patriarcharum iuramento ſub fęmore. Geneſ. 359.c.1.D

Patronus. Pręſentans aliquem indignum ſcienter, priuatur iure pręſentandi pro illa vice. Iud. 85.c.1.A
Patronus turpitudinis eſt, qui cælat crimen vxoris. Mat.to.5. 103.c.3.k

Patronatus. Ius patronatꝰ vẽdi poteſt indirectè, vt patet extra de iure patrona.in cap.ex litteris. Et de re indicata ca. Cùm Bertoldus. Gen. 284.c.4.G

Paucum. Qui pauca poſſidet, pauca cupit: & qui multa poſſidet, maiora cupit. Mat.to.5. 141.c.4.H

Paula. Paulæ matris Euſtochij refertur hiſtoria ex Hiero. Ioſue to.1.10.c.2.E.c.3.F

Paulus. Paulus quare dicatur vas electionis. Gen. 7.c.3.I
Paulus futurus prædicator gentium, inſtruẽdus erat in nouo, & veteri teſtamento, quæ quidem teſtamenta ſignificantur per hebdoadem, & ogdoadẽ. Gen. 8.c.1.A
Paulus ad pedes Gamalielis audiuit vetus teſtamentum, & nouum a Chriſto reuelante ſuſcepit. Gen. 8.c.1.B
Paulus doctor gentium dicitur, vt patet. 2. ad Timo. 1. quia omnibus gentibus predicabat. vt hãbetur ad Roma. 1, cùm dicitur Græcis, Barbaris ſapientibus debitor ſum. Gen. 8.c.1.C
Paulus forte non fuit electus, quia ſapiens erat, ſed ideo ſapiens fuit, quia electus erat. ſuper Gen. 10.c.4.k
Quando Paulus venit predicare Corinthiis, non venit in ſublimitate ſermonis, aut humanæ ſapiẽtiæ &c. Et ideo aliqui corinthiorum ipſum neglexerunt dicentes Paulum eſſe inſipiẽtem, quia eis ſolas hiſtorias prędicabat, quare excuſat ſe de hoc 2. Corint. 11. dicens. Exiſtimo me nihil minus feciſſe a magnis Apoſtolis, nam ſi imperitus ſum ſermone. Gen. 11.c.3.G
Paulus a Seneca in quadam epiſtola reprehenditur, quòd cum tantam ſapientiam ſcribat, non exornet eam coloribus rhetoricis. ſuper Geneſim. 11.c.3.I
Paulus quomodo fuerit eleuatus ad videndam diuinam eſſentiam. 2. Paralip. 11.c.2.C
Paulus quando putauerit ſe ſcribere ſapientiam, & quando non. Gen. 12.c.3.I
Paulus diſceſſit a Barnaba occaſione cuiuſdã Ioannis cognomento Marci. Actu. vndecimo. Geneſ, 78.c.4.G
Paulus promiſit ſe venturum in Hiſpaniam ad Ro. 15. ſed an venerit neſcitur Gratian. tenet q̃ non. Sed Iſidorus, Lucas Tuden. & Ioan. Egidius Zamoren. tenent quòd ſic. Gen. 336.c.1.A
Paulus, cum raptus fuit ad videndum diuinam eſſentiam, ita priuatus fuit omnibus ſenſibus, & actu animæ circa corpus, vt neſciuerit an in corpore, an extra corpus fuerit, vt patet 2. Corinth. 12. & Act.9. Exod.to.1. 66.c.2.E.c.3.F
Paulus terribiliter cruciabatur a concupiſcentia venereorum, intantum, vt exclamaret dicens, infælix homo &c. ad Rom.7. Exod.to.1. 89.c.3.k
Paulus non fuit beatus, ſimiliter nec Moyſes in viſione diuinę eſſentiæ, vt probatur Exod.to. ſecundo. 160.c.4.F
Paulus, quando communicabat gẽtibus, ſequebatur ritus eorum, vt magis eis poſſet perſuadere, ſimiliter & Petrus. Leui.
Paulus obſeruauit votum Nazareorum per ſeptem dies, vt oſtẽderet ſe obſeruare legem Moyſi. Leu. 326.c.4.F
Paulus fuit propheta, vt probatur Num. to. primo. 165.c.1.D
Paulus quinquies flagellatus eſt a Iudæis. 1. Cori. 11. Deut. 133.c.1.C
Modus loquendi Pauli qualis ſit, quando diſtinguit aliquid eſſe de præcepto, & aliquid de conſilio. 1. Reg.to.1. 124.c.2.B
Paulus Apoſtolus quando abſolute præcipit, vel vetat aliquid, ex ſententia Chriſti præcipit illud, vel vetat, nec addit Dominus iubet, vel ego iubeo. 1. Reg.to.1. 124.c.2.E.c.3.F
Paulus Apoſtolus aliqua dicit, quæ ſunt de p̃cepto, & aliqua, quæ de conſilio. Et aliqua, per indulgentiam, & per permiſſionem. 1. Corinth.7. 1. Regũ. tom.1. 124.c.3.k
Paulus Apoſtolus quare ſub eadem forma non poſuerit conſilium de virginitate, & conſilium de recedendo ab infideli coniuge, nam de primo dicit, præceptum Domini non habeo &c. & de ſecundo dicit, ego dico non Dominus. 1. Regum.to.1. 126.c.4.K.127.c.1.A
Paulus Apoſtolus diuerſimode loquitur, cum præcipit, conſulit, & admonet. Reg.to.1. 127.c.4.F
Paulus promiſit ſe venturum in Hiſpaniam, & tamẽ poſt non venit in illam, quia cum vellet venire, occiſus eſt Romæ, vel Spiritus ſanctus dictauit ei aliquid aliud faciendum. ſuper tertio Regum. 168.c.1.D
Paulus fuit excellentior omnibus aliis Apoſtolis in doctrina, non tamen in poteſtate. tertio Regum. 186.c.1.A
Paulus quomodo fuerit eleuatus ad videndum diuinam eſſentiam. 2. Paralip. 11.c.2.C
Paulus poterat exercere opera iuriſdictionis in eos, apud quos prædicabat puniendo delinquentes. 2. Paralipom. 90.c.4.k
Paulus omnes fere epiſtolas ſuas ſcripſit ad tollendũ multa dubia, & errores, qui in primitiua Eccleſia naſcebantur. Mat.to.1. 23.c.2.A
Paulus non accepit aliquam determinatam prouinciam ad prædicandum, ſed accepit totum mundum ad prædicandum, & ideo dicitur Doctor gẽtium. primæ ad Timot. 2. & ob hoc prædicabat in ſortibus aliorum Apoſtolorum. Matt. to. primo. 28.c.2.B

Paulum non vidisse Deū per essentiam, sed per quandam eminentissimam contemplationem, dicunt quidam. Communius tamen tenetur q̄ viderit Deum per essentiam. Mat.to.2. 41.c.3.H
Paulus, & Barnabas ad aliud genus Apostolatus pertinent, quam alij duodecim, & assignatur triplex differentia. Matt.to.3. 227.c.1.A
Paulus fuit organum Dei in eo loquētis. Matt. to.4. 135.c.3.K
De correctione, qua Paulus correxit Petrum. Matt. tom.5. 42.c.2.B
Paulus erat inferior Petro. Mat.to.5. 42.c.2.D
Quomodo Paulus in conuersione sua fuerit excitatus a Christo vt conuerteretur. Matth.to.quinto. 155.c.4.G
Prælati Ecclesiæ tempore Pauli nullam exercebant iurisdictionem cū coertione. Mat.to.5.202.c.3.H
Quibus cautelis vsus fuerit Paulus. Matth.to. quinto. 253.c.2.E
Paulus in omni epistola apponit salutationem. Mat. tom.6. 181.c.1.F
De electione, qua Paulus electus est ad Apostolatū Matt.to.6. 245.c.1.B
Philosophi Athenienses irridebant Paulū prædicantem. Mat.to.6. 268.c.4.F
De Pauli purificatione, & comprehensione eius a Iudæis. Mat.to.6. 271.c.2.C
Iudæi conati sunt interficere Paulum prædicantem in Achaia. Mat.to.6. 274.c.3.G
Paulus, & Petrus occisi sunt Romæ a Nerone, anno trigesimo sexto post Christi passionem. Mat. to.6. 268.c.2.D.& 274.c.4.G
Paulus prędicauit in Hispania, vt tenet Nicolaus de Lyra &c. sed oppositum tenet August. & Origenes. Mat.to.6. 280.c.3.F. oppositum dicit supra. 3. Reg. 168.c.1.D. sed dicendum, quod hoc dixit secundum varias opiniones.

Paulus primus eremi. Paulus primus Eremita vixit apud Rameſſem Aegypti aliquo tempore, similiter & Antonius, quæ nunc vocat̄ Thebæ. Num.to.2. 177.c.2.C
Causa quare Paulus eremita petierit desertum, assignatur. Mat.to.7. 18.c.4.G

Pauor Reddit hominem stupidum, ita vt immobilis fiat. Exo.to.1. 122.c.3.H
Pauoris maximi causa est ignorātia. Ruth. 253.c.3.F

Pauper. Pauperes Iudæorū in aliquibus tantum soluebant, sicut diuites, & in aliquibus non. Leui. 139.c.1.E
Iudæi circa pauperes erant crudeles, & ideo mouebat eos Deus ad pietatem multis modis. Leuitic. 267.c.1.A
Inter pauperem, & egenum, quid interſit. 1. Regum. tom.1. 35.c.2.E
Pauperes non solum inuitandi sunt, sed etiam cogē di. 4. Reg. 33.c.4.K.& 52.c.3.H
Pauperes quomodo sint ipse Christus. Matth.to.7. 116.c.4.F
Pauperes cur vocentur fratres Christi. Matt. tom.7. 116.c.4.G.& 117.c.1.A
Pauperes pascere delicate immoderatum est, & peccatum veniale. 25. dist. §. criminis. Et Augustinus super Epistolam ad Corint. & 86. dist. cap. nō satis. Mat.to.3. 268.c.1.D.111.c.3.F
Si alicui, qui est pauper, comendatur pecunia, vt eam distribuat in vsus pauperum, licebit illi tollere aliquid pro se, sicut & cęteris pauperib⁹ donat. Ita tenet beatus Thomas in Quolibetis. Matthæ. to.4. 277.c.4.I
Pauperis nomine includuntur loca pia, vt Ecclesiæ, & Monasteria. Et specialiter ipsi pauperes. Matth. tom.5. 139.c.2.C
Pauperes spiritu sunt, qui sponte abrenunciauerunt rebus huius seculi, quas possidere poterant, faciēdo se pauperes. Mat.to.5. 139.c.4.F
Difficilius est diuiti ad perfectionem ascendere, quā pauperi, Matt.to.5. 141.c.4.I
Decimæ dicuntur esse pauperum, nō quod suæ sint, sed qnia debent illas clerici pauperibus ministrare. Et sic pauperū sunt, quia pro illis sunt, sed nullum ius habent in illas ipsi pauperes, neque competit eis actio aduersus clericos nolentes dare illis eleemosinam de decimis. Matt.to.6. 221.c.3.F
Alere pauperes pertinet ad prælatos. Matt.to.sexto. 328.c.1.E.
Pauperes sunt meritorum venditores. matt. tom.7. 14.c.4.I
Bona, quę pauperibus dantur, Deo dantur, Mat.to.7. 97.c.3.I
Pauperum dignitas refertur. Matt.tom.7. 117,c.1.A. 24.c.1.D

Paupertas. Qui in totali paupertate ꝓposuit seruire Deo, abrenunciando seculo, potius debet illud exequi, quam acceptare magnos reditus cum intentione, vt possit multū prodesse pauperibus, etiā si sciat quod si illos non acceptauerit, obtinebit eos homo pessimus, qui illos in vsus pessimos deuastabit. Gen. 32.c.3.H
Qui vult ad paupertatis religionem transire, si ꝓpter hoc res suas dimittat perdi, vel quia detinentur ab aliis, & non vult contendere; vel quia exigūt moram dilationis ad eas vendendum, magis acceptus erit Deo si illas dimittat &c. quam si ad vendendum, & contendendum expectet. Et deinde multis milibus in cibos pauperum distributis, ad habitum transeat paupertatis. Gen. 32.c.4.F
Paupertas spiritus est virtus, per quam homo bene se habet ad bona fortunæ, quæ concupiscunt̄, vt sunt diuitiæ, honores, potestas, fama &c. Sed paupertas spiritus, quæ beatitudo dicitur, facit hoc excellentius: quia facit hominem omnia bona fortunæ prorsus contemnere, etiā a se abijcere quātum possibile est, vt liberius diuinæ contemplatio ni inhęrere possit. Matt.to.2. 4.c.2.D
Paupertas absolute sumpta, non dicit aliquod excellens: sed paupertas spiritus, quæ est paupertas voluntarie sumpta, quæ a spiritu venit, & non a rebus, & hoc desiderio sequendi Christum. Matth. to.2. 4.c.2.E
Paupertas spiritus, de qua Mat.5. non est, vt quidam putant, quando quis diues est in rebus, & tamen non amat, quod possidet: sed magis erogat. & sic in spiritu pauper est: sed est abdicatio rerum exteriorum voluntarie sumpta. Mat.to.2. 4.c.2.E
Paupertati non debetur aureola, sed iudiciaria potestas. Matt.to,4. 47.c.4.H
Paupertati voluntariæ conuenit iudiciaria potestas in die iudicij propter tria. Matt. to. 5. 165.c.3.K
Paupertas est valde periculosa. matt.to.7. 47.c.4.I
Paupertas disponit multum ad disciplinam. Matth. to.5. 165.c.4.I

Pausa. Pausæ in sacra scriptura distinguuntur per puncta, nam per diuersa puncta scimus quomodo pausandum sit diuersimode. Sunt autē puncta pausæ per quatuor. s. p virgulā, comam, colum, periodum. 1. Paralipo. 15.c.4.E

Pauus. Paui, elephantes, & simiæ non gignuntur in magna quantitate: nisi in terris calidis. 2. Paralip. 131.c.1.E

Pax Magna erat inter animalia in arca Noe. Ge. 38.c.4.K.
Pax iconomica consistit in bona habitudine rectoris iconomici ad subditos. Gen. 319.c.3.k
Pax est tranquillitas quædam, quæ dicit completionem desiderij. Leui. 23.c.2.A
Pax efficit homines dominos rerum suarum &c. Et bellum omnia inquieta reddit. Leu. 309.c.4.I
Pax est tranquillitas animi, cùm nullis infestationibus agitamur. Nu.to.1. 76.c.3.G
Inter pacem offerre, & pactum pacis quid inter sit. Deu. 108.c.1.E
Pax solum tollit aduersitates in alterutrum, sed non dicit obligationem ad cõpugnandum. Iosue to.1. 161.c.2.B.
Inter pacem, & quietem quid intersit. Iosue to.2. 157.c.4.G
Pax secundum Augustinum. 19. de Ciuita. dicit tranquillitatem ordinis omnium rerum, quod exponitur Mat.to.2. 18.c.1.E c.2.A
In salutatione pacis imprecantur multa bona. Matt, to.3. 243.c.1.D
Pax tranquillitas quædam est, secundum quam non impeditur quis in operatione sua. Et iudicat pax bona, quando est respectu boni, quod quis consequitur ablatis impedimentis per pacem. Si autem pax non affert impedimentum ad agenda mala, quæ cupimus, pax mala est. Matth. tom. tertio, 264.c.4.F
Difficile est esse pacem inter communicantes in eodem officio. Mat.to.5. 84.c.2.A
Pax iconomica consistit in bona habitudine rectoris iconomici. Mat.to.5. 89.c.3.G
Pacificus. Describuntur pacifici, de quibus Mat.5. Mat.to.2. 5.c.2.D
Paxillus Est diminutiuum, de palus, & significat, quod vulgariter dicitur estaca. Exodo.to.2. 202.c.1,E
Paxillis æneis religabantur tam cortina atrij, quam coopertoria tabernaculi. Exo.to.2. 202.c.1,E
Peccare. Homines non peccant ex mera libertate nullo interius inclinante: nec exterius suggerente: nam si sic peccarent, deberent totaliter puniri, vt mali angeli. Gene. 46.c.4.H
Ad peccandum Deus non solum non cogit: sed nec inclinat. Gen. 232.c.4.H
Peccare contra naturam stat tripliciter, vno modo idest cõtra intentionem, & speciem naturæ, vt est sodomia. alio modo, idest contra ordinem naturę &c. tertio modo, idest contra modum naturę: qa vnica est vnius. istorum primus & secundus modus sunt indispensabiles: quia semper mali, tertius vero dispensabilis: quia compatitur secum rectũ finem. Et ideo ex dispensatione licuit sanctis patriarchis plures habere vxores. Gen. 317.c.1.A
Qui peccat necesse est, ꝙ sit ignorans, quãdo peccat: nam si non efficeretur ignorans, non posset peccare. Gen. 166. c.3.H & per totam 4.c.
Sicut ille, qui peccat, per illam malam operationem demeretur, ne a Deo adiuuetur, & quod cadat in aliud peccatum, ita vna bona operatio meretur, quòd Deus conseruet operantem, ne cadat in peccatum, sed cõfortetur ad aliam bonam operationem. Gen. 275.c.1.D
Peccantibus solet Deus dare gratiam suam motricẽ Exo.to.1, 27.c.1,E
Multi peccantes semper efficiuntur peiores: quia pœna debita nõ cohercentur, vt ait Gregor. & habetur de vita & honestate Clericorum. in cap. vt mares Gene. 372.c.1,B
Toties quis potest peccare, quòd illi Deus gratiam suam non conferat. Exo.to.1.27.c.2.D. Sed quantus sit numerus peccatorum, ex quibus promereatur aliquis, vt gratia Dei illi non conferatur, aut quanta sint, aut quoties repetita, humanæ cognitioni non subest. Exod.to.1, 27.c.2.E
Ad peccandum magis inclinamur per concupiscibilem, quàm per irascibilem. Exod. to.1. 186.c.4.F
Non dicuntur peccare aliqui per passionem, quotiescũque aliqua passio interuenit in peccato nostro, aut ipsum actum præcedit: sed quando interuenit passio fortiter impellens, cuiusmodi est ira, vel delectatio gustus, & tactus. Leui. 40.c.3.H
Peccare nemo debet, ne alius peccet Ge. 268.c.1.D
Qui peccat in vno, factus est omnium reus, vt habetur extra de regu. iuris. capitu. defleat. Leuitic. 323.c.1.D
Peccantes in sola priuatione, solũ priuatiue puniuntur, & peccantes positiue, & priuatiue puniuntur vtroque modo, Iosue to.1, 112.c.4.F
Israelitæ peccauerunt occidendo paruulos & vxores Beniamin Iudi. 20. Iudi, 213.c.4.H
Quando quis agit quantum in se est, vt sciat, si peccat, & non potest scire: tunc ille actus non erit illi imputabilis, etiam si agat id, quod in se est malũ, 1. Reg. to.1, 60.c.1.D
Qui peccat contra Deum, tenetur ei ad aliquid, siue sit Gẽtilis, siue Hebræus, vt probatur. 1. Reg. to.1. 67.c.4.G
Peccare non dicit aliquid positiuum, sed deficientiã 2. Reg. 70.c.2.D
In duobus peccauit Dauid, quando numerauit Populum 2. Reg. 168.c.2.E.c.3.F
Nemo debet peccare, vel iniuste agere propter regis mandatum, vel alicuius alterius: sed potius debet mori. 4. Reg, 5.c.1,B
Habere occasionem ad peccandum non est peccatum, bene tamen dare occasionem. 4. Regum. 86.c.4.H
Quanto peccat homo non agendo prudentia humana. 4. Reg, 159.c.1.B
Omnis peccãs in aliquo actu detestabili, vellet alios sibi similes esse, vt per aliorum frequentationem sua inhonestas celetur. 2. Parlip. 159.c.4.I
Quando peccamus, intellectus, & voluntas caro sũt, & non manet in nobis spiritus vllus. Matth.to.1. 249.c.2.B
Licitum est, vt quidam dicunt, quòd aliquis peccet venialiter, vt impediat alium, ne peccet mortaliter: sed hoc iuxta sanctum Tho. includit contradictionem: quia ex hoc ipso quod dicitur peccatum esse, ponitur esse quid indebitum: quia aliàs peccatum non esset, sed debet dici, quod id, quod aliàs esset peccatum veniale factum sine causa, factum tamen cum causa erit licitum, & sic nullum peccatum erit: quia pro pietate fit. Et tamen quãdiu manet peccatum veniale, nunquam illud habet fieri pro aliqua re, Sicut verbũ iocosum, quod esset ociosum, est peccatum veniale: si tamen illud idem verbum ociosum dicatur ad consolationẽ alicuius, vel ad aliquam piam vtilitatem, nõ erit veniale. Mat, to.2. 190.c.3.F
Melius est peccantes puniri publice, quam in occulto, licet puniendo in occulto, possent manere crimina in occulto: quia maior est timor incussus per pœnam, quam promitas ad peccandum incussa vel causata per exemplum culpæ. Matth.to.2. 236.c.4.F
Peccare contingit infinitis modis, scilicet per defectum

ctum cuiuscunque circunstantiæ actus: sed bene agere non contingit, nisi vno modo, scilicet cōcurrentibus omnibus circunstantijs ex secūdo Ethic. Matth.tom.3. 1.c.3.k

Peccans duo agit, primo, quòd Deum cōtra se prouocat, agens contra legem amicitiæ, & alterum magis, quam ipsum amat. propter quod dicitur incurrere offensam. Et etiam ideo ius debitum aufert, quatenus non vult manere sub lege sibi constituta a Deo. Et sic committit contra iustitiam, & fit debitor pœnæ. Matth.to. 3. 75.c.3.A.

Peccatum tollitur per contritionem, & obligatio ad pœnam per satisfactionem. ibid.B

Peccare contra attributum personæ quid sit. Matth. tom.4. 20.c.3.G

Quanto quis peccat pro minore re, tāto arguitur magis prauus: quia a minori motiuo incitatur. Matth. tom. 4. 111.c.2.B

Nullo modo tenetur quis peccare, vt peccatum alterius vitet. Matt.to.5. 21.c.2.B

Peccanti parcere quo ad rancorem, semper fuit licitum, non tamen quantum ad pœnam taxatam a lege, vel a Deo. Matt.to.5. 93.c.4.H

Non potest quis peccare contra hominem, quin peccet contra Deum, licèt bene econtra. Matth.to.5. 108.c.3.k

Auferre proximo occasionem peccandi, ad charitatē pertinet. Matth.to.4. 81.c.3.H

Quandocunq; aliquis peccat, siue in Deum, siue in aliquem hominem, peccat in quemcunq; hominē, & ideo quilibet potest corrigere delinquentē, tanquam in eum peccauerit, iuxta dictum Christi, si peccauerit in te. Matt.to.5. 45.c.4.k

Non semper, qui peccat mortaliter, agit directè contra charitatem. Matt.to.5. 48.c.3.I

Vtilius est communitati, ꝙ manēte fama integra peccantis, ipse emendetur. Matt.to.5. 52.c.1.D

Post famam perditam quidam homines pro nihilo habent peccare. Matt.to.5. 54.c.1.A

Magis incitant ad peccandum peccata viuentium, quàm mortuorum. Matt.to.5. 54.c.1.C

Non peccamus in eo, quod vitare nescimus. Matthæ. tom.5. 87.c.2.E

Ideo soli homines peccant: quia illi soli secundum rationem agere debent. alia verò deficiunt: sed non peccant, etiam homo non peccat, quandocunque deficit, cum contingat eū deficere circa perfectiones corporis. Matt.to.5. 247.c.1.A

Facilius est peccare, quàm bene agere: quia vtrunque est naturale. Matt.to.5. 146.c.4.I

De causis, quibus mouetur homo ad peccandum. Matt.to.5. 152.c.3.F

Homo peccans in multa mala incidit, quæ ad tria reduci possunt. Matt.to.5. 154.c.1.C

Ordo naturæ, qui in peccante peruersus est per peccatum, non potest, nisi per Deum reparari. Matth. tom.5. 154.c.2.A

Quomodocunq; quis peccet, semper peccat in Deū. Matt.tom.5. 179.c.3.K

Quare magis peccent prædicantes, quàm cæteri. Mat. tom.6. 172.c.1.C

Populus per accidens peccat. Matt.to.6. 250.c.4.G

Non peccantes nullo modo puniendi sunt. Matthæ. tom.6. 250.c.4.F

Non necesse est, ꝙ quando homo peccat, quòd statim puniatur. Matth.to.6. 250.c.2.E

Peccans coram omnibus, arguēdus est coram omnibus. Matth.to.5. 50.c.4.I

In actu peccandi non locus est pœnitentiæ. Matthæ. tom.6. 331.c.1.C

Homo dupliciter peccat, aut committendo mala, aut omittendo bona necessaria. Matthæ. tomo 7. 40.c.3.F

Peccare, & liberari a peccato competunt homini: tamen non est necesse, ꝙ competant ei pro eodē instanti. Matth.to.7. 255.c.2.B

Peccare mortaliter, vel venialiter solum contingit in viuente, & tamē liberari de peccato contingit post vitam. Matt.to.7. 255.c.2.B

Post mortem nemo potest peccare mortaliter, nec venialiter. Matt.to.7. 355.c.2.B

Peccare, & mereri est hominis, & non animę tātum, neque corporis. Matt.to.7. 273.c.3.G

Grauius peccat vxor adulterans, quàm vir, vt probatur Matt.to.5. 108.c.2.D

Peccare est magis naturale rei, quàm agere secūdum rationem: quia peccare est deficere a bono, quod conuenit vnicuique rei secūdum suam naturam, quatenus vnaquęque res creata secundum suā naturam non habet esse nisi ab alio, & in se considerata est nihil. Ideo sicut a seipsa non est ens, ita cadit in non esse, nisi ab alio conseruetur: sicut ab alio accepit esse. Matt.to.5. 146.c.3.k.c.4.F

Causa communiter quare peccamus, est propterea ꝙ occurrunt nobis talia quædā subitanea, quæ longum consilium non patiuntur, vt in venereis, & in ira. Matt.tom.5. 152.c.1.B. Et ideo raro accidit posse resistere ex sola deliberatione: sed resistimus, quando habemus habitum contrarium, aut dispositionem, vel præconceptionem finis. Et hoc præcipuè: quia priusquam in nobis insurgāt passiones, non sunt in nobis præmeditationes. Matth.tom.5. 152.c.1.C

Peccare accipitur dupliciter, vno modo pro habere peccatum, alio mddo pro committere peccatum. Matt.tom.5. 152.c.3.k

Peccando amittit homo multa bona, & incurrit multa detrimenta, quæ ad tria reducuntur. Primum est macula, quatenus anima priuatur decore ex deformitate peccati. Secundum est corruptio naturalis boni, quaten⁹ natura hominis deordinatur per voluntatem Deo non subiectam. Tertium est reatus pœnæ æternæ, quem quis incurrit, quando peccat. Matt.tom.5. 154.c.1.D

Inducere aliquem ad peccandum, nullo modo licet, vt tamen peccato alterius ad aliquod bonum, licitum est. Matt.to.7. 63.c.2.B

Peccator. Secundum diuersitatem peccatorum, & peccantium, debebat fieri diuersa immolatio in veteri testamento. Nu.to.1. 60.c.1.A

Peccatorem interdum Deus non punit statim, reseruans ad alia tempora puniendum. Num.tomo 1. 126.c.3.H

Per peccatores Deus punit alios peccatores. Iudi. 184.c.1.B

Peccatores cur Deus statim non omnes punit. Gene. 264.c.1.B

Peccatores Deus non exaudiet ad facienda miracula, si miracula debeant fieri in fauorem eorum. Si autem in fauorem aliorum, interdum exaudit. Iudic. 63.c.2.D

Maximum beneficium, quod Deus potest facere peccatori in hoc mundo, est mouere in eo spiritum compunctionis. Iudi. 89.c.4.H

Peccantem defendere, æqualis culpæ est cum principaliter peccante, & aliquando maioris. Iudic. 203.c.4.k

In peccatoribus sunt duo consideranda, scilicet natura, & malitia, secundum primum sunt ex charitate dili-

re diligendi ; ſecundum ſecundum ſunt. odiendi. Matth.to.6. 139.c.1.D
Quomodo omnium peccatorum diabolus dicatur pater,& ipſi dicantur filij eius. Matt.to.1.246.c.1.B
Peccatores,quandiu ſunt in peccatis, non poſſunt proximos bene corrigere: Et hoc ſi peccata eorũ ſint notoria. Nam ſi ſint occulta,debet occultè pœnitere de ſuis peccatis, & tunc poterunt arguere, & accuſare proximum bono zelo. Matthæ. tomo 3. 118.c.2. A
Qui ſe peccatorem non confitetur,Deum vituperat, ac mendacem facit.Matt.to.3. 287.c.2:C
Pro peccatoribus orat Eccleſia,vt ſalui fiant.Matthæ. tom.4. 173.c.2.C
Peccator in aliquo caſu poteſt corrigere peccatorem. Matth.to.5. 43.c.3.I
Peccatores in inferno nunquam ſoluent partem minimam debiti. Matt.to.5. 67.c.4.F
Deus dicitur ignorare peccatores, quando non approbat facta eorum.Matt.to.7. 16.c.1.A
Peccator,adhuc exiſtens in peccato,poteſt interdum impetrare, quod petit. Et iuſtus non aliquando, vt probatur Matt.to.3. 123.c.4.I
Nulli peccatori denegãda eſt doctrina, quæ ad vitam dirigit.Matt.to.4. 53.c.3.I
In peccatoribus eſt quadruplex gradus. Nam quidã apertè peccant, & de peccatis gloriantur. Et iſti ſunt peſſimi,&c. Secundus gradus eſt eorum,qui publicè peccant, nec curant abſcondere peccata, quia neminem timent,nec erubeſcunt, non tamẽ gloriantur in peccatis ſuis,&c. Tertius eſt eorum, qui peccant, & abſcondunt, vt non infamentur. Et iſti ſunt in minimo gradu malitiæ. Quartus eſt eorum,qui peccant,& abſcondunt, & inſuper boni haberi volunt, ad quod cum bonitatem veram non habeant, habitum falſum bonitatis oſtẽdunt. Et iſti vocantur hipocritæ. Mat. to.4. 130.c.3.H
Peccatori licitum eſt regere peccata,ſed non prętendere ſanctitatem.Matt.to 4. 130.c.4.H
Peccator exiſtens in articulo neceſſitatis : ſi confiteri non poſſit,& oſtendat ſigna contritionis, debet haberi tanquam ſuſcipiens ſacramentum. Et tamen abſolui non debet.Matt.to.4. 180.c.3.k
Deus dicitur ignorare peccatores. Matthæ.tomo 7. 16.c.1. A
Peccatores, quantuncunque mali, diligendi ſunt ex charitate,quatenus homines ſunt. Matthæ.tom.6, 139 c.1.C
Peccatores non amant ſeipſos: quia non amant animam ſuam. Pſal. 10. qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam.Matt.to.6. 139.c.3 I
Circa peccatores aſſuetos ad peccandum, non eſt opus leui admonitione, ſed graui. Matthæ.tomo 4. 240.c.1.B

Peccatum. In omni peccato includitur ſuperbia, tanquam prima origo. Geneſ. 21.c.1.D
Peccatum aliquando dicitur incentiuum ad peccandum,iuxta illud Gen.4. ſub te erit appetitus eius, id eſt ſub poteſtate tua erit incentiuũ ad peccandum, &c.Geneſ. 26.c.3.I
Tria ſunt peccata,quę maximè ad Deum clamare dicuntur,ſcilicet occiſio innocentis, vitium ſodomiticum,& retentio mercedis operariorum. Geneſ. 27.c.2.E.& 75.c.4.D.Deu. 130.c.1.E
Peccata,quæ ex paſſione fiunt, non vocantur malitiæ ex 7.Ethic. Et propterea incontinentia malitia non eſt. Geneſ. 36.c 1.C
Per peccatum ſodomitarum quatuor ciuitates ſubuerſæ ſunt,ſcilicet Sodoma, Gomorrha, Adama, & Feboin. Sodoma tamen erat maior ciuitas inter illas. Gen. 75.c.4.E
Peccatum,in quo ſenſu dicatur neceſſariũ iuxta Gregorium.Gen. 128.c.3.F
Peccata facta Deus non punit ſtatim, niſi rariſſimè. Et quæ ſtatim punit,non propter punitos, ſed propter aſpicientes ponit,vt hoc viſo emendentur,niſi fortè malitia facientis iam completa ſit.Et ponuntur exempla.Gen. 264.c.1.D
Vnius peccati punitionem temporalem commutare ſolet Deus in punitionẽ alterius peccati, quam commutationem iudices humani facere non poſſunt.Geneſ. 274.c.3.H
Peccata tanto ſunt grauiora, quanto maiori tempore infęlicem animam detinent alligatam, vt habetur extra de conſuetu.cap.cum tanto. Gen.316.c.3.H. 1.Paralip. 338.c.3.k
Potius omnia mala pati debemus,quam peccato cõſentiire,vt patet in decretis,&c.31.qõ.5.cap.ita ne. Et extra quod vi metuſve cauſa fiunt. in cap.ſacris. Geneſ. 316. c.4.G
Omne peccatum aut fit contra naturam, aut contra mores,aut contra legem. Gen.316. c.4.k
Omnium peccatorum minimum peius eſt ſecũdum ſpeciem omni pœna etiam gehennæ, & omnium malorum peſſimum,vt probatur Gen. 399.c.1.C
Peccatum dicitur,quod eſt contra legem. Nam peccatum eſt voluntaria tranſgreſſio legis, ſiue diuinæ,ſiue humanę,ſiue in multo,ſiue in pauco.Gen. 415.c. 2. D
In quocunque peccato, quod committimus, volumus non ſubijci præcepto Dei. Gen. 211.c.2.A
Ad peccati deteſtationem Deus interdum iubet fieri mala rebus inanimatis,& ipſe etiam facit illud non iubendo,& ponuntur exempla.Gen. 214.c.4.k
Quod pro peccatis parentum filij puniri non debeãt in iudicijs humanis, præcepit Deus, ſed iſti legi non obligatur Deus. Et ponuntur exempla. Gen. 221.c.1.B
Peccatum nonnunquam dicitur, non actio mala voluntaria: ſed res, quæ per peccatum fit, vt vitulus, quem fecerũt filij Iſrael, dicitur peccatum Deu.9. cum dicitur peccatum veſtrum. Exo.tom.primo. 116.c.2.D
De peccato molliciei non curauerunt leges humanę propter duo.Exo.to.1. 177.c.3.H
Peccata adulterij,beſtialitatis, ſodomiæ, inceſtus, raptus,ſtupri, manifeſtam habent iniuſtitiam. & ideo a legibus humanis puniuntur : ſed non fornicatio ſimplex, licet ſit peccatum. Exod. tomo 1. 178.c.2.F.& c.3.G
De peccato dicentis falſum teſtimonium, & de illius grauitate.Exo.to.1. 179.c.4.I
Peccatum non ſolum conſiſtit in actu exteriori, ſed etiam in interiori, & propriùs in interiori, quam in exteriori: imò in exteriori non reperitur peccatum,niſi ſecundum comparationem ad actum interiorem, vt multis probatur. Exod.tomo primo. 181.c.2.B
Peccatorum pœnæ ſuos debent tenere actores,vt patet,extra de his,quæ fiunt a maiori parte. cap. quæſiuit. patet etiam hoc ex Exod.22. de boue cornupeta &c.Exo.to.1. 218.c.2.D
Peccatum,nihil eſt,cum formaliter ſit culpa, quæ nihil aliud eſt,quàm carentia debitarum circunſtantiarum in actu,&c.Exo.to.1. 291.c.3.I
Deus dicitur peccatum odio habere : quia nollet, ꝙ in actu noſtro eſſet defectus circunſtantiarum debitarum ineſſe.Exo.to.1. 291.c.3.K
In quolibet peccato prohibito aliqua lege,duplex iniuria

iuria committitur, si sit talis actus, qui in aliquam personam possit dirigi, &c. Exo.to.1. 369.c.1.D
Peccata quædam quomodo dicantur esse in Deum, & quædam in proximum. Exo.to.1. 296.c.2.E
Quod peccata nostra Deus remittat propter passionē filij sui, non est actus misericordiæ, sed iustitiæ, &c. Exo.tom.2. 167.c.2.E
Pro maioribus peccatis maiora offerebātur sacrificia in vet. lege. Exo.to.2. 74.c.4.F
Quodlibet peccatum est quodam modo iniuria infinita. Exo.to.2. 77.c.2.E
In omnibus peccatis hoc est generale, ꝙ homo auertens se a Deo fruatur bonis, ad quæ se conuertit, cū illa non ordinentur in supremum finem. Et si forte sit aliquod peccatum, cuius actus non sit fruitio, vt in periurio, mendacio, &c. Est tamen fruitio circa finem illius actus peccati, &c. Exod.to.secundo. 103.c.4.k.104.c.1.A
Grauitas peccati Hebræorum in adoratione vituli refertur. Exo.tom.2. 21.c.2.D
In peccato, quod est actus, reperiuntur quinque, scilicet peccatum, culpa, macula, reatus, & pœna: peccatum dicitur actus positiuus, in quo fundatur ratio mali, & omnia bona sunt in peccato omissionis, præter hoc, quòd peccatum & culpa coincidunt, vel pro peccato pone actum peccati. Et actus peccati de se non est malus. Exo.tom.2.144.c.3.F. Culpa verò est quædam deuiatio a debita rectitudine. ibidem. 144.c.3.H. Ad cuius declararionem Author tractat de circunstantijs actus. Exo.tom.2. 144.c.3.I.& 145.c.1.& 2. Et postea declarat quid sit culpa. Exo.tom.2.145.c.3.k. De reatu. vide ibidem. 146.c.2.C. De pœna peccati. vide ibid. 146.c.3.H
In pœna, quæ debetur peccato mortali, est intensio, & extensio, quo ad extensionem non est dare magis & minus: sed quo ad intensionem. Exod. tom.2. 146.c.4.k.145.c.1.A
Omnes errores, qui fiunt, dicuntur peccata, siue sint magni, siue parui, siue contra Deum, siue contra proximum. Exo.to.2. 167.c.4.H
Peccatum, propriè capiendo, scilicet pro culpa, non dicit aliquid positiuum: sed est quædam priuatio debitę rectitudinis actus in circunstantijs, &c. Leui. 167.c.2.C
Peccatum nō dicitur ex malitia, quòd ex mala uoluntate, & perfecto odio oriatur: quia aliàs nullum esset peccatum mortale actuale, quod non esset peccatum ex malitia, vt probatur Leui. 30.c.1.B. Sed peccatum ex malitia consistit in hoc, quòd cum aliquis peccat, ideo peccat, vt alteri malum agat: vt si quis alteri inuideat, & eum aut bona sua demoliri conetur, &c. vnde peccata, quæ facimus, non vt alijs noceamus, sed vt nobis aliquod bonum acquiramus, non dicuntur fieri ex malitia, & ponuntur exempla. Leui. 30.c.2.A. Potest etiam peccatum ex malitia strictius accipi: secundum quod differt a peccato secundum ignorantiam, & a peccato secundum passionem, pro illo peccato, cuius sunt tantum duo principia, scilicet intellectus & voluntas. Et non præcedit aliquid aliud ad mouendum ista. ibid. 30.c.2.B
Nullum peccatum, cęteris paribus, est æquale peccato secundum malitiam. Leui. 30.c.3.F
Peccatum secundum passionem, nō sic dicitur: quia a sola passione sit, vt probatur Leui. 30.c.3.I. Sed est illud, quod quanuis ex intellectu, & uoluntate principiatur, passionem tamen habet pro quodam principio primo, &c. vt probatur exemplis. Leui. 30.c.3.K.
Peccatum secundum passionem differt a peccato secundum malitiam: quia peccati secundum malitiam tantum intellectus, & uoluntas sunt principia. Et peccatum secundum passionem, habet prę ter hæc, passionem pro principio. Et propterea peccatum secundum malitiam est magis volūtarium, & grauius, ipso peccato secundum passionē. Leui. 30.c.3.k
Peccatum secundum passionem denominatur sic potius quam secundum voluntatem: quia in illo passio est maximè principium. Leui. 30.c.4.H
Peccatum secundum negligentiam reducitur aliquo modo ad peccatum secūdum passionem: quia qui peccat secundum mollitiem, quę est quædā passio, cum negligat facere, quod tenetur facere, eo quod est sibi afflictiuum, &c. Leui. 41.c.1.B. non vocatur tamen secundum passionem: quia non peccat in agendo, quod requiritur ad peccatum secundum passionem, sed in omittendo. Quælibet autē passio determinat sibi aliquem actum. peccatum secundum passionem fit directè ab ipsa passione, & est passionis actus, peccatum verò secundum negligentiam, non est directè ab ipsa passione, nec est actus passionis. Leui. 31.c.1.E.& c.2.A
Peccatum secundum ignorantiam duplex est ex tertio Ethic. quoddam per ignorantiam, & alius propter ignorantiam. Primum est, quando ipsa ignorantia non se habet, vt causa, vel vt occasio actus mali, sed vt concomitans ipsum. peccatum verò propter ignorantiam est, quando ipsa ignorantia est causa, uel occasio actus peccati. Est enim ignorantia concomitans omne peccatum actuale. Et impossibile est, quòd sit aliquod peccatum, quod non sit per ignorantiam, ut probatur Leui. 31.c.2.B
Inter peccata nullum est habens minus de grauitate, quàm peccatum per ignorantiam. Leui. 32.c.1.B
Cum omne peccatum concomitetur ignorantia. & volūtas sequatur necessario determinationem intellectus, propterea peccare dicitur, quia præcesit aliquid, quod facit ignorantiam esse voluntariam, vt probatur Leui. 32.c.1.C
Omne peccatum, qualecunque sit, est peccatū omissionis secundum originem suam, vt probatur, quia nunquam intellectus malè iudicaret, nec voluntas malè eligeret, nisi a principio, insurgēte passione, omitterent id excludere, quod facere tendantur. Nos autem, cum peccata per commissi onem distinguimus, non respicimus originem peccatorū: sed id, in quo consummatur actio peccati. Et quia quamuis omne peccatum originem accipiat per omissionem, consummatur tamen per commissionem, & aliquando per omissionem: & ideo aliqua peccata committendo, & aliqua omittendo facimus, & hoc, excepto peccato per ignorantiam, in actu nulla est omissio, sed fuit in alio, qui fuit causa ignorandi. Leui. 32.c.2.A
Peccati magnitudo intensiuè attēditur, secundum ꝙ in seipso est magis aut minus voluntarium, vel secundum quod est includens maiorem deformitatem circunstantiarum, vel maiorem aut minorem ingratitudinem. Extensiuè verò secundum quòd ad plures peccatum illud extenditur, vel secūdum ꝙ pluribus damna inferuntur ex eo. Leui. 33.c.3.I. & 37.c.3.I
Peccatum summi sacerdotis in veteri lege erat maius intensiuè & extensiuè peccato populi, & priuatarum personarum, vt probatur Leui. 33.c.3.I
Peccatum Principis publicū maius est extensiuè peccato cuiuscunq; alterius personæ particularis, dempto Summo Pontifice, vt probatur Leui. 37.c.3.K
Pro peccato Principis debebat offerri hircus, & non capra,

capra, quæ poterat offerri pro peccato alterius priuatæ personæ. Leui. 37.c.4.K
Omne peccatum, quod non est secundum ignorantiam, fit cũ aliqua passione, nec propterea omne tale debet dici peccatum secundum passiouem. Bene tamen vbi interuenit passio fortiter impellens, scilicet, ira, uel delectatio: sed si passiones sint inueteratæ, vt odium, tunc, qui ex his peccat, magis dicitur peccare secundum malitiam, quam secundum passionem. Leui. 40.c.3.I
Peccata, quæ erant directè contra proximum, nunquam expiabantur per aliquod sacrificium, sed per tolerantiam pœnarum in veteri lege. Leui. 41.c.2.B
Omne peccatum factum contra Deum in veteri lege, si magnum erat illud, vt idolatriã, vel violatio sabbati, non expiabatur per sacrificium: sed peccans moriebatur, de idolatria patet Deu. 13. & 17. De secundo vero Exod. 35. & Nu. 15. Secus si non esset ualde magnum peccatum, vt violatio alicuius circunstantiæ obseruandæ, &c. Leui. 41.c.2.C
Omnia peccata remittit Deus ad primũ actum contritionis. Leui. 46.c.2.A
Non est aliquod peccatum, quod ad sui remissionem requirat plus, quàm vnum actum contritionis. Leui. 46.c.2.A
Peccatum diminuit nostri arbitrij facultatem: licèt omnino tollere non possit, vt probatur Leui. 46. c. 2. B
Peccata facta contra prima tria præcepta Decalogi, puniebantur pœna mortis, similiter & peccata facta contra præcepta cęrimonialia, si ex superbia fierent. Leui. 47.c.1.B
Pro peccato, in foro diuino vete. testamen. dabantur pœnæ partim temporales, & partim spirituales. Leui. 47.c.4.F
Peccatum contra proximum non est peccatũ, quia contra proximum, sed quia contra Deum, contra proximum dicitur offensa, damnum, vel iniuria. Leui. 47.c.4.G
Peccatum differt a delicto, quia peccatum consistit in commissione, delictum verò in omissione, &c. Leui. 54.c.2.k
Secundum peccatorum inæqualitatem, fiebat diuersitas in cęrimonijs sanguinis. Leui. 66.c.2.B
Laudabile est pro peccatis confessis dolere, postulando a Deo remissionem, propter incertitudinem remissionis ex defectu nostro. Leui. 71.c.1.D
Quanto aliquod peccatum maius erat in vete. lege, tanto pro eo fiebant in sacrificio maiores expiationes, & hoc cognoscebatur ex pluralitate cęrimoniarum factarum in sanguine, & maior expiatio pro peccato determinato, quàm pro peccato in generali. Leui. 75 c.1.E
Pro quocunq; peccato mortali, iustè infligitur pęna mortis temporalis, nec in punitione fit conueniẽs comparatio a legibus humanis ad diuinas, vt probatur Leui. 82.c.1.A. per totam quæst.
Minima peccata, quæ in Deũ fiunt, sunt maiora maximis peccatis, quæ fiunt cõtra legislatores, vt probatur Leui. 82.c.4.F
Prima peccata contra quamlibet legem sunt multũ punienda, ne posteris detur contemnẽdi facilitas, & ob hoc Deus nunc non punit peccata, sicut in primordio mundi puniebat, & in primordio legis scriptæ, & in primordio legis euangelicæ in Ecclesia primitiua. Leui. 83.c.2.C
Pro peccatis sacerdotum nonnunquam populus puniebatur, & econtra; sicut pro peccato principis. 86.c.4.G
Pro peccatorum remissione, de quibus sumus contriti, &c. non inconnenit orare: quia non debemus nobis promittere certitudinem remissionis: sed magis timere an fuerit aliquis defectus, vel obstaculum. Leui. 122.c.3.H
Pro peccato in generali aliquando offerebatur sacrificium in vet. lege. Leuit. 122.c.3.I
Pro peccato sacerdotis, quare vitulum offerretur. Leui. 155.c.3.G
Quomodo dicatur terra pollui per peccata. Leui. 184.c.1.E
Peccata aliorum, duodecim modis inhoneste reuelamus. Leui. 185.c.1.A
Peccatum potest esse generaliter maius, vel minus ex multis. Leui. 209.c.3.I
Aliquod peccatum erat minus graue alio, qđ Deus mandabat punire grauius, quàm aliud magis graue, vt patet Leui. 20. de cognoscente matrem & filiam, respectu cognoscentis matrem suam, vel sororem suam. Et hoc fiebat propter promptitudinem, & assuefactionem. Leui. 224.c.4.H. Similiter patet in filia sacerdotis fornicaria, quæ comburebatur. Si tamen coniugata esset, & fornicaretur, lapidabatur, &c. Et assignatur causa, ibidem. 224.c.4.H
Peccatum aliquando accipitur pro pęna peccati, vt patet Leui. 22. cum dicitur, vt non subiaceant peccato. Leui. 240.c.3.H 282.c.4.G
Pro eodem peccato non potest aliquis puniri multoties, & perfectè, si accipiatur peccatum formaliter. Bene tamen si accipiatur materialiter. Et punitiones posteriores sunt maiores, quàm priores. & ponitur exemplum. Leui. 314.c.4.H
In peccatorum operationibus procedentibus ab eodem habitu, regula est, quòd semper posteriores sunt peiores prioribus, cęteris paribus. Et similiter in operationibus bonis, quòd posteriores sunt meliores prioribus, &c. vt probatur Leui. 214.c.4.I
Pro peccatis parentum filij non occidebantur secundum legem diuinam, etiam nec pro crimine læsæ maiestatis, vt patet de Amasia, qui interfecit interfectores patris sui, non tamen filios eorum. leges tamen humanæ aliquas pœnas infligunt filiis pro peccatis parentum, similiter & iura canonica, vt patet extra de filijs presbyterorum per totum. Leui. 320.c.1.E.& c.2.A
Secundum diuersitatem peccatorum, & peccantiũ, debebat fieri diuersa immolatio in lege vcte. Nu. tomo 1. 60.c.1.A
Peccata aqua deleri putarunt antiqui. Exod. tomo 1. 53.c.2.B
Peccata sunt quædam sordes animæ, sed præcipuè peccata fornicationis, quæ polluunt corpus & animam. Nu. to. 1. 63.c.2.A
Quoties in vete. testam. fit mentio de peccato, quidam putant illud esse peccatum propriè dictum, nescientes consuetudinem vete. testamenti, sed si de nouo testamento loquerentur verum dicerẽt, in veteri testamento aliquando accipitur peccatũ pro uero peccato, aliquando pro offensa Dei, faciendo contra aliquam de cęrimonijs legis Dei, vel omittendo facere, &c. Tertio modo pro ipsa re materiali in qua committitur peccatum, vt homo occisus iniustè &c. Quarto modo pro immunditia quadam legali. Nu. to. 1. 72.c.1.C. 90.c.1.A
Imponere peccatum dupliciter contingit. Nu. to. 1. 69.c.3.F
Peccata parentum, qnare Deus potius pnniat in quartam generationem, qnam ad alias. Num. tomo 1. 203.c.3.F

Pena correſpondet peccato ſecundum magnitudinem peccati. Et magnitudo non attenditur ſecundum durationem, ſed penes durationem prauæ voluntatis. Nu.to.1. 211.c.4.F
Peccata ſunt grauiora ex materia, vel obiecto. Num. tomo 1. 211.c.4.G
Ad peccati grauitatem nihil agit maius, vel minus tempus ſecundum ſe, niſi ex aliqua particulari circunſtantia. Num.to.1. 212.c.1.A
Peccata dęmonum & damnatorum non poſſunt remitti, quia non poſſunt conteri de peccatis, vt probatur Num.to.1. 223.c.4.k.224.c.1.A
Omne peccatum eſt voluntarium directè, vel per æquipollentiam, vt patet in peccatis per ignorantiã iuris, vel per ignorantiam affectatam. Num.to.1. 225.c.1.E.c.2.A
In omnibus peccatis eſt contemptus Dei largè. Nu. tom.1. 226.c.1.C
Propter grauitatem peccati Dathan & Abyron, filij eorum abſorpti ſunt. Nu.to.1. 336.c.2.B
Inter peccatum & delictũ hoc intereſt, quia peccatũ eſt, cum aliquis offendit Deum vel proximũ cõmittendo aliquid, delictum verò, cùm omittimus facere, quod tenemur. Nu.to.1. 247.c.3.K.4.Reg. 124.c.2.C.2.Paral. 24.c.3.k.c.4.F
Peccatum in vet. teſtam. non ſemper capitur pro peccato propriè, ſed multoties capitur pro immunditia corporali. Nu.to.1. 265.c.2.B.& 267.c.4.G
Circa peccatum Moyſi & Aaron in percuſſione petræ, de quo Nu.20. recitantur variæ opiniones, & improbantur. Nu.to.2.4.c.3.k. Et tãdem Author aſſentit illi opinioni, quę dicit ꝙ ideo peccauerũt, quia deuiauerunt a forma mandati Dei. Mandauerat enim Deus quòd loquerentur ad petram, ipſi autem relicto hoc cęperunt increpare multitudinem. Nu.to.2. 5.c.1.A
Nullum eſt peccatum, cui non correſpõdeat aliqua pęna ſm magis & minus. Nu.to.2. 6.c.2.D
Per vnum peccatorum ad Deũ clamantiũ. ſ. per effuſionẽ ſanguinis innocẽtis, terra ſpãlius polluitur, quàm per ſodomiam, & per retentionem mercedis operariorum. Nu.to.2. 200.c.4.I
Inter peccatum Moyſi, & Aarõ, & Marię ſororis eorum, quid interſit. Deut. 11.c.4.H
Pro peccatis Deus dat duplices pœnas, quaſdam corporales, & quaſdam ſpirituales. Deut. 13.c.1.E.
Per aliqua peccata multoties iterata merẽtur homines, ne Deus cum illis concurrat ad reſurgendum a peccatis. Deut. 13.c.2.A
Maioritas & minoritas in peccatis eſt ſecundum gradus. Deut. 21.c.3.k
Peccatum quando dicatur conſummatũ, & quando non, non eſt nobis notum. Deut. 22.c.3.H
Quòd peccata patrum Deus puniat in filios vſque in quartam generationem, & faciat miſericordiam in multa millia, vt dicitur Deu.5. non eſt intelligẽ dũ, vt aliqui dicunt, de filijs & nepotibus, qui ſunt mali, ſicut patres, vt probatur Deut.26.c.1.C. Sed inteiligitur de ipſis filijs bene vel malè agentibus, vt ſi pater male agat, Deus punit eũ & filios ſuos vſque ad quartam generationem ad maiorem triſtitiam patris. Deu. 26.c.2.C
Peccatum non punit Deus ſtatim, vt peccamus, quia expectat nos, vt miſereatur noſtri. Deu. 47.c.2.D
Peccata poſſe dilui per aquã credidit gentilitas. Et id viſus eſt credere Pylatus, & hunc errorem hñt nũc Sarraceni, habentes fontes in templis ſuis, &c. Sed hoc eſſe primo contra naturalem philoſophiam. ſecundo cõtra fidem catholicam, probatur Deu. 310.c.4.I. 111.c.1.A
Qui manifeſto peccato deſunt obuiare, non carent ſcrupulo ſocietatis occultæ, ext. de homicidio.ca. ſicut dignum. Deu. 27.c.2.D
Peccata illa, quæ ſunt circa tranſgreſſionem vis rationalis, quotidie vel ſępe memorari, non eſt aliquod periculum, cuiusmodi ſunt illa, quæ fiunt in tali materia, circa quam nec intendit iraſcibilis, neque concupiſcibilis. Nec eſt materia nobis cõis cũ brutis, vt circa amorem Dei, & cultum eius, circa honorem parentum, circa deſiderium ſciendi, circa appetitum famæ & honoris, &c. Deute.45.c.2.B. Et ponuntur quatuor regulæ, quando contingat periculum reminiſcendi peccatorum, & qñ non. Prima eſt de illis, quæ ſunt in tranſgreſsione vis rationalis, & talia memorari, non eſt periculũ. Scđa ꝙ memorari peccata, quæ pertinent ad iraſcibilẽ, nunquam eſt periculoſum, ſed ſemper vtile. Circa verò materiam concupiſcibilis ad res corporales, diſtinguendum; nam vel eſt ad res vtiles, & ſic eſt tertia regula, ꝙ vtile eſt, & nõ nociuum memorari peccata. Vel ad res delectabiles, & ſic eſt quarta regula, ꝙ memoria peccatorum eſt periculoſa; quia facilè per talem memoriam poteſt incidere in priora peccata ille, qui memoratur, ſi ſit potẽs, aut iuuenis; & ideo illis, qui adhuc fortiores ſtimulos ſentiunt, licèt de malis præteritis pœnitere incipiant, melius eſſet iſta peccata non reducere ad memoriam; & ſi velint dolere de malis cõmiſsis, doleant de alijs malis, & non de iſtis pro tunc. Deut. 45.c.2.B
Propter peccata parentum nunquam Deus infligit filijs mortem ſpiritualem, neq; gehennæ, vt probatur. Deut. 130.c.2.D. Bene tamen mortem corporalem, nec debet videri inconueniens, vt probatur ibidem. 130.c.3.F. Aliqui tamen dixerunt, ꝙ aliquando licitum eſt, ꝙ homines occidant filios propter peccata parentum, conſiderando mortẽ non vt pęnam, ſed vt medelam, quorum fundamenta referuntur, ſed probatur hoc eſſe falſum Deut. 130.c.1.K.c.4.F
Peccatum dicitur conſummatum in tribus. ſ. in corde, ore, & opere. Deu. 174.c.2.D
Qui pro peccatis pęnam patienter ſuſtinet, eorum remiſsionem conſequitur. Ioſue to.1. 13.c.2.E
Deus aliquando mouet hoĩem ad aliquod peccatũ, ne incidat in peccata grauiora: ſic mouit Raab ad mentiendum. Ioſue to.1. 41.c.3.k
Quando peccatũ ſit, uti prudentia humana, & quando non. Ioſue to.1. 34.c.2.D
Quomodo pro peccato vnius aliquãdo puniatur tota communitas, etiam ſi non fauit ei in hoc. Ioſue tom.1. 109.c.1.C
Abſolutè iuſtum eſt, ꝙ nullus pro peccato alterius puniatur, ſed quilibet pro ſuo, & hoc obſeruat tã homo in iudicio ſuo humano, quàm Deus in ſuo iudicio. Ioſue to.1. 111.c.1.A
Peccatum cõſiſtit in duobus, ſ. in electione interiori, & in executione exteriore. Ioſue to.1. 112.c.4.H
Peccatum commiſsionis eſt poſitiuum ex omni parte. Ioſue to.1. 113.c.1.A
Oẽ peccatum hominis adulti habet aliquid poſitiuum, qualitercunque fiat. Ioſue to.1. 113.c.1.B
Oẽ peccatũ omiſsionis dicit aliqd poſitiuũ ex parte electionis, ſed ex parte exteriorum potentiarum executiuarum cõſiſtit ĩpriuatione. Ioſ.t.1.112.c.4.k 113.c.1.A
Peccatum omiſsionis licèt ſit medium inter peccatũ originale, & peccatum commiſsionis, non datur tamen pro peccato omiſsionis pęna media, vt probatur Ioſue to.1. 113.c.1.C

Peccata commiſſa in principio alicuius legis datæ, ſolet Deus grauiſſimè punire, poſteà verò nō tantum. Ioſue tom. 1. 139.c.4.G
Peccati grauitas non iudicatur ſecundum quantitatem rei, in quam delinquitur, ſed iuxta conditionem eius, in quem delinquitur. Ioſue to. 1. 139. c. A
Quanto peccatum pluries iteratur, tanto eſt maior contumacia, & pęna maior infligēda, quod de futuro ſeculo intelligendum eſt. Et non de pręſenti. Iudi. 30.c.4.F.
Quamuis Deus remittat peccata quantum ad culpā omnibus ad ſe conuerſis, tamen interdum nō remittit quantum ad pęnam, etiam ſi multum oranerimus, vel fecerimus alia opera bona, & ponuntur exempla. 1. Reg. tom. 1. 70.c.3.F
Nullum peccatum eſt grauius infidelitate. 1. Reg. tom. 1. 117.c.1.C
Multitudinis peccato parcitur, vt habetur. in cap. latores. extra de cle. miniſtrāti. 1. Reg. to. 1. 226. c. 3. H
Alia peccata præter idolatriā ſunt contra Deum, tāquam contra legis latorem. 1. Reg. to. 2. 10.c.4.F
Peccatum ideo peccatum eſt, quia per illud Deus offenditur. Et illud, per quod Deus magis offenditur, maius peccatum eſt. 1. Reg. to. 2. 10.c.4.F
Peccatum non eſt, niſi in eo, qui directe cauſam prebet, vel quia propter cuius culpam aliquod malum ſequitur. 1. Reg. tom. 2. 106.c.4.I
Peccatum tantum eſſe in operatione exteriore, & non in conſenſu credidit Ioſephus. 1. Reg. tom. 2. 128.c.1.A
Peccatum per ſe eſt in conſenſu, & per accidens in opere. 1. Regum. tom. 2. 128.c.1.C
Ad peccatum mortale requiritur plena deliberatio, & deliberatio non eſt plena ad peccandum, quando præſente obiecto, potuit aliquis tranſgredi, & non eſt trangreſſus, ſecus tamen eſt, quando quis deliberat in abſentia obiecti, quia ſi quis tunc conſenſerit fornicari, & poſtea non conſentit, peccauit, et plenus fuit conſenſus, ſed impedita eſt executio propter abſentiam obiecti. 1. Reg. tom. 2. 128.c.1.E
Peccatum Dauid dicitur fuiſſe tranſlatum quantum ad pęnam. 2. Reg. 12. ad iſtum ſenſum, ꝙ Dauid merebatur mori in perſona propria ſecundum leges humanas, & iudicium Dei, quia occiderat Vriam, quia tamen confeſſus eſt peccatum, Deus tranſtulit pęnam in poſteros eius. 2. Reg. 171. c. 2. C. & c. 3. & 4.
Quando pecsatum poſſit remitti ſine pęna & quando non. vide 2. Regum. 115.c.3.G
Non eſt peccatum mortale omne id, ex quo poteſt ſequi ſcandalum, ſi fiat, ſed ſolum quando actualiter incipit eſſe ſcandalum. 2. Regum. 118.c.2.A
Peccatum uocatur pęna dupliciter. 2. Reg. 164. c. 2. B
Nullus punitur à Deo temporaliter, niſi propter peccatum mortale. 3. Regum. 79.c.2.D
Propter alterius peccata poteſt quis excæcari, & indurari, vt incidat in aliquod malum temporale, quod non ſit peccatum, ſed tantum pęna, non tamen incidat in aliquod pctm̄ mortale. 3. Reg. 109.c.1.D
Pro peccatis patris non occiduntur filij magni, niſi ipſi demereantur, ſecus tñ, ſi ſint paruuli. 3. Reg. 152.c.3.H
Peccatum originale tollebatur à paruulis gentilibus per fidē parentum vel alterius eorum quando ipſi erāt fideles recte ſentiētes de Deo. 3. Reg. 163. c. H
Peccatum Hieroboam fuit maius peccatis Salomonis, in multis. 3. Reg. 129.c.3.B
Peccatum Hieroboam fuit maius quam peccatum omnium reg. Iſrael & Iuda, qui poſt ipſum fuerūt, & quam peccatum Adæ. Et magis peccauit, quā quilibet homo prędcedens ipſum. 3. Reg. 130. c. 1. B
Peccata naſcuntur & remittuntur ex cauſis oppoſitis. 4. Reg. 20.c.2.B
In quolibet peccato mortali, quod fit per actum noſtrum, duo ſunt, ſ. priuatio debitæ rectitudinis. ſecundum eſt actus poſitiuus inordinatus. & hoc eſt verum tam in peccato omiſſionis quàm commiſſionis. 4. Regum. 45.c.3.k
Solum pro peccato Deus infligit pœnam. 4. Regum 198.c.3.I
Nunquam pro ſolis peccatis regis punitur populus, vel econtra. 4. Reg. 214.c.2.E
Peccata tanto ſunt grauiora, quanto diutius inſęlicē animam detinent alligatam. 4. Reg. 218.c.3.F
Aliquis actus dupliciter poteſt eſſe peccatum, vel qa actus ſecundū ſe eſt malꝰ, ſ. ex genere ſuo, vel ex circunſtantijs, vel propter legem vetantem, quā, qui condidit, potuit condere. 1. Paral. 42.c.3.H
Vnum peccatum interdum eſt cauſa alterius. 1. Paralipom. 149.c.3.k
Pro peccato idolatriæ multo magis puniebantur Iſraelitæ, quàm cęteræ gentes. 1. Paral. 182.c.4.I
Nullus punitur, niſi propter peccatum, quod aliquo modo eſt ſuum. 1. Paral. 233.c.3.I
Quomodo ſit intelligendum illud dictum Gregorij, ꝙ pro peccato regis, punitur aliquando populus, & econtra. 1. Paralip. 235.c.4.H
Quædam peccata fiebant in lege vet. contra prędcepta cęrimonialia, & quædam contra iudicialia, & alia contra moralia. Et iſta diſtinguebantur, ſicut ipſa præcepta. 2. Paral. 24.c.4.F
Pro peccato ſcienter facto cōtra cęrimonialia per cō temptum & ſuperbiam, non erat offerendum aliquod ſacrificium. Num. 15. nam qui ſic peccaret, ſi publicè ageret, lapidandus erat, ſi vero occultè, puniebant a Deo, niſi reſipiſceret. 2. Paral. 24. c. 4. F
Quomodo peccatum ſummi ſacerdotis expiaretur per peccatum. 2. Paral. 25.c.1.A
De expiatione peccati totius populi per ſacrificium. 2. Paralipom. 25.c.1.B
De expiatione peccati principis rerræ per ſacrificiū. 2. Paralipom. 25.c.1.B
De expiatione peccati alicuius perſonæ priuatæ contra cęrimonialia per ſacrificium. ſecundo Paralip. 25.c.1.C
De expiatione peccati contra proximum per ſacrificium. 2 Paralip. 25.c.1.D
Peccata maiorum ſolent facilè trahi in exemplum a ſubditis, propter duo. primo, quia peccatū quod princeps facit, in ſubditis eſt impunitum, vt ſeipſum non increpet, alios puniendo, &c. ſecundo, quia multi illa frequētant, vt in hoc adulētur principi. 2. Paralip. 159.c.4.G
Non eſt aliquod tempus, vel inſtans, in quo non teneamur recedere de peccatis, ſaltem per contritionem, & iſtud peccatum omiſſionis ſemper dūrat in peccatore, quouſque doleat de peccato, non tamen eſt intelligendum, quod in quacunque parti cula temporis, in quam peccans poteſt conuerti, & non conuertitur peccet nouiter, ſed idem peccatum omiſſionis eſt totum a principio vſque ad finem, differt tamen in grauitate, quia quāto maiori tempore ſteterit quis in peccato, tāto grauius peccat, ſi non doluerit. 2. Paral. 220.c.4.H
Peccata noſtra ſunt quodam modo a dęmone, & alio modo quædam ſunt a dęmone, & quædam non, vt probatur Matt. to. 1. 245.c.4.I
In peccato commiſsionis ſemper ponitur auerſio & conuerſio. Matt. to. 2. 109.c.1.D

Peccatū in quacūq; ſit materia,& cuiuſcūq; potētię, contra naturā hoīs eſt, quia contra rationē, quæ eſt de natura hominis.Matt. to.2, 110.c.1,A
Septē peccata mortalia dicunt capitalia, quia ſunt ſeptē capita peccatorū mortalium:quæ ſub ſe cōtinent multa alia peccata, & ſunt origo eorum,& ponuntur tres conditiones peccati capitalis.Matt. tom. 2. 110.c.4.k.111.c.1.A.142.c.4.H
Peccatū cōſiſtere in ſolo actu exteriori credidit Ioſephus, & multi Iudæi tēpore Chriſti, qui errauerūt nō cōſiderantes hoīem ſecundum ſuam proprietatē, ſed ſolum ſicut politicus vel legiſta, qui ſolum conſiderat de actibus exterioribus, ſed falſum dicit Ioſephus,vt probat Mat.to.2.137.c.2.D
Inter ſpecies vel partes peccati capitalis & filias eius quid interſit. Matt. to. 2. 146.c.3.F
Peccatum dicitur mortale dupliciter,vno modo ſecundum ſpeciem ſuam, & hoc modo,oſcula,amplexus, & tactus corporū, quos impudicos vocamus,ſecundum ſuam rationem non ſunt peccatum mortale; quia iſta poſſunt fieri abſque libidine &c. Alio modo ex ſua cauſa,vt ſi quis ieiunaret, vel daret eleemoſinam,vt propter hoc faueret hęreticis,ſic oſcula,tactus impudici &c. ratione conſenſus in delectationem libidinoſam, quæ poteſt eſſe ſine actu illius peccati, poſſunt etiam fieri ſine peccato mortali, quia, ſcilicet ipſe actus venereus eſt licitus,vt in vxore,niſi in tali coitu eſſet viri magna deordinatio.Matt.to.2. 155.c.2.A
In quocunque genere peccati, & maxime in illo, quod habet ortum ex concupiſcentia,magis peccat vir q̄ fęmina,cæteris parib⁹.Mat.to.2.171.c.4.k
Maius peccatū eſt mentiri promittendo, quam mentiri aſſerendo. Matt.to.2. 213.c.4.G
Quomodo intelligi debeat,q̄ peccata,quæ ſunt contra Deum, ſint maiora ex genere, quàm peccata quæ ſunt contra proximum. Matt.to.2.224.c.2.D c.2.F
Aliqua peccata mortalia puniuntur hic,ſed non omnia, quia pœnæ in præſenti ſunt magis medicinales, q̄ afflictiuæ, ideo pro illis peccatis pœna mortis infliguntur,quę in grauem aliorum perniciem cedunt.Matt.to.2. 236.c.3.G
Lex humana non poteſt omnino punire peccata, quia non poſſunt inuenire tot differentias pœnarum in acerbitate, quot ſunt differentiæ peccatorum in magnitudine, & qñ poſſet hoc, differentiam tamen grauitatis in pęnis ſcire non poſſet. Matt. to. 2. 236.c.3.I
De peccato cōmunitatis,an ſit puniēdum vel remittendum. Matt.to.2. 239.c.4.I. 240.c.1.A
Perſonæ, pro quarum peccatis puniuntur filij, ſunt quindecim, perueniendo vſq; ad quartam generationem incluſiue. Mat. to.2. 239.c.3.I.c.4.F
Peccatum principis puniēdū eſt, qñ pōt puniri abſq; ſcandalo multitudinis, alias vero tolerabitur. Et hoc verum eſt niſi peccatum principis eſſet tale, q̄ ſpiritualiter & temporaliter magis noceret multitudini, quam ſcandalum, quod poterat ſequi puniendo illud,vt ſi exempli gratia conaretur ſubditos ſibi cōuertere ad ritus infidelium, vel ſi vellet ſubijcere gentē,ſuam hoſtibus, nam talia non ſunt permittenda, ſed cum quantocūq; ſcandalo princeps venit puniendus, vel ſaltem cohibendus ne hoc facere poſsit, in illis vero, quæ non important tale ſcandalum,princeps interdum non punitur, ſed puniuntur ſubditi eius. extra de ſponſali. c. nō eſt nobis. ibid.de epiſco. extra de offi. deleg. ſane qa.& c.p.&.g.per litteras.Si tñ per tales pęnas nō corrigunt principes, procedat ad vlteriores, ita vt ipſimet puniant. Mat.to.2. 240.c.4.K.241.c.1.A
Peccatum principis,& peccatum perſonæ priuatæ,ſi ſint æqualia, puniuntur æqualiter in alio ſęculo nulla habita cōſideratione ad dñam ſtatus, & cęteris paribus,peccatum principis magis punietur, quia eius peccatum eſt etiam peccati exemplum, et remiſſio virtutis iudiciariæ, quia qui peccat nō poteſt efficaciter alios arguere in eo, in quo peccat.Matt.to.2. 241.c.2.A
Peccatum principis in foro conſcientiæ æqualiter eſt puniendum cum peccato perſonæ priuatæ, niſi inquantum pęnitentia eſt arbitraria, & poteſt ſacerdos imponere quod voluerit. de pęn. diſt.1.c. menſuram. non tamen debet attendere ad perſonam, ſed ad peccatum, & ſic cet.pari. magis ſunt puniendi principes. Matt. to.2. 241.c.2.D
In foro contentioſo ſemper defertur principibus & prælatis in peccatis, quia non fit contra eos talis in litteris proceſſus ſicut cōtra alios propter honorem dignitatis, vt patet extra de ſponſali.c.non eſt nobis &c. & extra de iudi. c.nouit. Et hoc verum eſt a principio, quando non apparet contumacia eorum,nam ſi appareat,puniuntur ſicut cæteri,vt colligitur extra de officio delegati c.ſane.& c.paſtoralis. Si autem quæratur de pęna imponenda pro peccato iam cōmiſſo, eſt diſtinctio,quia ſunt quędam peccata,quę reſpectu maiorum ſunt peccata,& non reſpectu minorum,vel ſaltem non ita proprie &c. Alia ſunt peccata reſpectu minorum, & non reſpectu maiorū,licet maiores aliquo modo in eis poſſint delinquere. Alia ſunt æqualiter communia maioribus & minoribus, vt adulterium &c. In primo caſu magis peccant maiores, vt dimittere arma in bello,& fugere.In ſecūdo caſu magis peccāt minores q̄ maiores &c. In tertio caſu,aliqua ſunt delicta cōmunia oībus,q̄ tñ reſpectu maiorū ſunt maiora,alia,quæ econtra. Exemplū primi,vt ſi pater carnalis vel ſpiritualis cognoſcat filiā carnalē vel ſpiritualē, magis peccat q̄ filia &c. Et de iudice inferēte vim vel oppreſsionē, qa indiguū eſt,vt inde proueniat iniuria, vnde iura naſcūtur.extra de accuſa. c. qualiter & qñ.& C.q̄ me.ca.l.Si per impreſsionē &c.de ſecūdis.Eſt ſubdiſtinguendum &c. vt cognoſcatur differentia in punitione.Matt.to.2. 241.c.3.F
Quòd ex peccatis prelatorū efficiat populus malus, multipliciter intelligitur.Matt.to.2. 244.c.2.A
Pro peccato Dauid in numeratione populi non fuit punitus populus, ſed qui puniti ſunt, alias erāt puniendi pro peccatis ſuis, ſed voluit Deus tunc punire, vt in vna punitione eſſent duæ pęnæ.ſ.populus qui puniebatur pro peccato ſuo, & Dauid,qui puniebatur pro punitione populi,qa mors populi erat pœna principis &c. ſic dicitur 1.q.4.c. Dauid. Matt, to. 2. 244.c.4.F
Pro peccato temporali Deus nō dat pœnā æternā, ſed pro peccato æterno. Matt. to.3. 116.c.4.G
Peccata grauia dicuntur, quæ cum magna difficultate expiari poſſunt, & de illis ſatisfieri: leuia vero dicuntur illa, quæ poſſunt faciliter expiari. 25. diſt.c.criminis. Matt.to.3. 117.c.4.F
Quando Chriſtus oſtendere vult aliquod peccatum eſſe magnum, incipit a contumelia. Matt. to.3. 118. c.1.B
Sine propria confidentia non poſſunt peccata remitti in adulto, vt probatur Matthę. tom. 3. 180. c.3. H
Aliqui merentur aſſequi contritionem de peccatis precibus aliquorum ſanctorum Matth. tom.3. 180. c.4.G

Ad peccati remiſſionem omnimodam duo ſunt neceſſaria, primum eſt deteſtatio præteriti peccati. ſecundum eſt ſatisfactio pro illo. primum iſtorũ non poteſt ſuppleri per aliquid aliud, nec etiam per aliam perſonam, niſi per peccantem. ſecundum vero poteſt ſuppleri per aliquid alterum; vel per actũ alterius perſonæ &c. Mat.to.3. 182.c.1.B
Chriſtus remittebat peccata ſine ſatisfactione, vt proba. Mat.to.3. 180.c.1.D
Peccata dimittere non eſt poteſtatis, ſed præſupponit poteſtatem. Matt.to.3. 185.c.1.A
Peccata dimittere non eſt miraculum, licet pertineat ad illum, qui ſolus poteſt facere miraculum, intelligendo de peccatorum remiſſione in generali, quia aliqua peccata poteſt dimittere, ſcilicet illa, q̃ fiunt cõtra ipſum hoĩem, vel intelligẽdo de remiſſione integra peccati. Matt.to.3. 185.c.1.C
Peccata in adulto non poſſunt remitti ſine fide propria, vt probatur Matt. to. 3. 180. c. 3. I. Iuuat tamen fides aliena ad remiſſionem peccatorum, non quidem quòd per illam dimittantur peccata, ſed quia interdum per meritum fidei aliquorum, Deus dat fidem aliquibus infidelibus, qui aliàs illam habituri non eſſent, niſi precibus ſanctorum adiuuarentur, quia multa ſunt a Deo prædeſtinata obtinenda non niſi precibus Sanctorum. Matt. to.3. 180.c.4.G
Ignorantia poteſt ſe habere ad peccatum dupliciter, vno modo vt præcedens, alio modo, vt cõcomitãs, primo modo ignorantia eſt cauſa peccati, & cauſat inuoluntarium, & ſic non omne peccatũ eſt ex ignorantia, bene tamen ſecundo modo, de qua dicitur: omne peccans eſt ignorans, ideſt peccat per ignorantiã, & non propter ignorantiam. Matt.to.4. 21.c.1.A
Nullum peccatum eſt irremiſſibile, de quo quis vult pœnitere. Matt.to.4. 19.c.2.E
Nullum peccatum eſt contrà vnam perſonam, quin ſit contra alias Matt.to.4. 20.c.2.D
Peccatum dicitur dupliciter contra aliquam perſonam: vno modo, quia peccatur contra illam perſonam: alio modo quia peccatur contra atributum illius perſonæ. Matt.to.4. 20.c.3.F
Peccatum ex deliberatione dupliciter poteſt accidere. Matt.to.4. 21.c.2.E
Quando a peccatis abſoluimur, accipimus realiter aliquid de meritis & paſſione Chriſti. Matt. to. 4. 172.c.2.A
Chriſtus poterat, eo viuente, remittere peccata non imponendo pœnitentiam. Matt.to.4. 172.c.2.C
Peccatum, vt dicit Ariſtoteles. 5. Ethi. tripliciter cõmittitur, ſcilicet, ex ignorantia, ex paſſione, & ex electione, & declarantur hæc per ſingula. Matt. to. 4. 20.c.3.H
Omne peccatum prouenit ex corruptione naturæ. Matt.to.4. 20.c.4.k
Peccatum, quod habet determinatum obiectum, eſt determinatum genus vel ſpecies peccati. Matt. tom. 4. 21.c.3.G
Ad omne peccatum poteſt ignorantia ſe habere dupliciter. Matt. to.4. 21.c.1.A
Peccatum ex infirmitate non dicit aliquo modo ſpeciale genus, quia infirmitas & ignorantia, ex quibus procedit peccatum, non ſunt aliquod peccatum, ſed ſolum pœna, quæ tamen eſt cauſa peccati, nec ſic cõſtituit aliqd̃ genus peccati, quia genus in peccato accipitur ex obiecto, & nõ eſt cauſa. Et idẽ eſt in genere actus virtutis. Mat.to.4. 21.c.4.H
Peccatum poteſt dupliciter dici irremiſſibile, vno modo ex genere ſuo, & ſic eſt peccatũ in Spiritũ ſanctũ irremiſſibile, alio modo ex parte peccantis, & tale eſt peccatum mortale, in quo finitur via. Matt. tom.4. 24.c.2.D
Omne peccatum in Angelo quare dicatur irremiſſibile. Matt. to.4. 24.c.2.D
Peccatũ dupliciter eſt ex electione, vno modo quia eſt ex habitu, qui eſt electiu⁹: Alio modo quia eſt ex voluntate nuda non impulſa a paſſione, nec ab ignorantia, ſed ex conſideratione finis. Mat. to.4. 24.c.4.K
Peccata remittere, ſoli Deo cõuenit. Mat.t.4 81.c.4.I
Sicut p̃ peccato interdũ Deus aufert vitã æternã homini, ita & interdũ aufert ea, per quæ poſſet homo vitã æternã habere, cuiuſmodi ſunt rectũ iudiciũ, & bonũ d̃ſideriũ circa agẽda. Mat.t.4. 55.c.1.B
Peccatorũ noſtrorũ remiſsio vere dependet a Chriſto per modũ meriti. Matt.to.4. 172.c.2.A
In peccato ſaltẽ commiſsionis ſunt hæc. ſ. actus peccati, culpa, macula, offenſa, reatus, pronitas ad malum derelicta ex peccato, tenebra, & pœna. Matt. tom. 4. 174.c.4.F
Pro ſingulis peccatis aliqui canones ſtatueruut pœnas, licet non omnino diſtincte, impoſuerunt pro quolibet peccato pẽnitentiam ſeptem annorũ, & aliqñ maiorẽ &c. 33.q.2.c.hoc ipſum. & c. hoc q̃q̃. & 22. q. 1. c. prædicandũ, & illa ſeptẽnis pẽna non fuit taxata, quia tanta pẽna debeatur homini in Purgatorio, vt probatur ibid. 179. c. 2. D. ſed propter multa quæ referuntur. ibid. 179. c. 2. E. Et ab iſta regula excipiuntur aliqui caſus, in quibus propter peccantis dignitatẽ, vel criminis enormitatẽ imponitur maior pẽnitentia, aliqñ ex varijs cauſis imponitur minor, & ponuntur exempla. Mat.to. 4. 179. c. 4. F. Sed iã non ſtandũ eſt canonibus antiquis, ſed pro arbitrio ſacerdotũ, tam quo ad tẽpus, q̃ quo ad aſperitatem pœnæ, vt dicit Leo Papa. & Hierony. 26. q. 7. c. tempora plenitudinis &c. Et aſſignatur ratio. ibid. 180. c. 1. B
Peccatum mortale quantũ ad aliquid eſt ſimile morti, & quãtũ ad aliquid eſt ſimile ęgritudini. primũ eſt inquãtũ ſeparat a Deo. ſm vero inquãtũ remanet poſsibilitas redeũdi ad vitã. Mat.to.4. 171. c. 1. B
Solum peccatum impedit introitum ad beatitudinem. Mat.to.4. 171. c. 3. F
Cum peccatum non dicat poſitiuum aliqd̃ ſed priuatiuum, ſumenda eſt ratio ſpecialis peccati iuxta ſpetialem modum priuationis. Mat.to.5. 18. c. 3. H
Peccatorum pẽnæ ſunt tanquam medicinæ. Matt tom. 5. 23. c. 1. C.
Corrigere peccatum quatenus eſt aliorum nociuũ, eſt actus iuſtitiæ. Mat.to.5. 39. c. 3. I
A peccatis ſolui fructuoſius eſt, quàm Euchariſtiã ſumere. Matt.to.4. 186. c. 4. H
Peccatũ dicitur manere dupliciter, vno modo quo ad actum, alio modo, quo ad reatum. Matt. to. 5. 40. c. 4. I. Et quantum ad actum peccatum dicitur manere dupliciter, ſcilicet per iterationẽ, & per cõtinuationẽ, vel durationem eius. ibid. 40. c. 4. K
Peccatum dupliciter tranſit, ſcilicet quantum ad maculam, vel quantum ad totum reatum pœnę, primo modo peccatum tranſit per contritionem, etiam ſi nihil vltra ſequatur, nam macula deletur, & reatus mortis æternæ. ſecundo modo tranſit, quando peccator dolet, & plene ſatisfacit. Matt. tom. 5. 40. c. 4. I
Ad perfectam viam liberandi a peccato Chriſtus dedit tres modos circa peccata, quæ comittunt homines in alterutrũ, vnus eſt, vt qui offenſus eſt, remittat offendenti, ex toto corde. Matt. 18. ſecũdus eſt vt offendens petat remiſsionẽ, & reconcilietur

cilieꝫ offenſo. Mat. 5. Si offers munus tuum ad alta re, &c. Tertius, vt offenſus corrigat offendentem fraternaliter, & oēs tres ſunt neceſſarij ad perfectā remiſsionem peccati. Matt. to. 5. 45. c. 2. B

Maius peccatum eſt, cęteris paribus, denudare peccata viuentium, q̄ mortuorum. Matt. to. 5. 53. c. 4. I

Maius peccatum eſt reuelare peccata magis noti, q̄ minus noti, cęteris paribus. Matt. tom. 5. 54. c. 1. C

Peccatum, poſtquam dimiſſum eſt, nunquā redit accipiẽdo proprie redire, quia nec quantū ad culpā, maculā, vel reatū, nec quautum ad pœnā: nam in pctō non ſunt plura, & quæcunq; alia ponant̃, reducuntur ad iſta, vt tenebra, & offenſa: ſed ꝙ non redeat quantum ad quodcunq; iſtorum probatur per ſingula. Mat. to. 5. 69. c. 2. B. Et licèr nō propriè redeant, nō tñ pōt oīno negari illa redire, cū multæ authoritates tam ſacræ ſcripturæ q̄ ēt ſanctorū, videantur hoc ſonare. Sed qualiter dicātur redire, referūtur opiniones & improbantur. ibi. 69. c. 3. F.

Dicendum igitur, ꝙ peccata redire dn̄r, non quantum ad ſe, quod eſt redire quantū ad actū, vel culpam, maculam, reatum, aut pœnam. Sed redeunt pctā remiſſa, quantum ad effectum ſuum, quia ex peccatis, ēt poſt quā illa remiſſa fuerāt, relinquitur aliquid in ſequētib. peccatis. Ex eo. n. ꝙ hō per peccatum offendit Deum, poſtquā remiſſionē præcedentium peccatorum accepit, actus ſequens peccati incurrit quandā deformitatē ingratitudinis, quia grauius reputatur pctm̄, quod quis facit, poſt quam accepit remiſsionē, quam prius: ſicut grauiꝰ peccat, qui offendit illū, a quo beneficia ſuſcepit, q̄ qui offendit illum, a quo nulla recepit beneficia, & quia remiſſio peccatorū eſt beneficiū quoddam, quod a Deo recipimus vltra cętera beneficia, magis ingratus eſt, qui poſt remiſsionē peccatorum peccat, quàm qui prius, & iſta deformitas ingratitudinis addit aliquam magnitudinem in peccato. Et quātum ad hoc redeunt peccata dimiſſa, quia ſi illa nō pręceſsiſſent, nō eſſet iſta ingratitudo, vel magnitudo peccati. Matt. to. 5. 70 c. 1. A

Cum quæritur an peccata dimiſſa redeant, tota difficultas eſt quantum ad quid. Matt. to. 5. 69. c. 2. B

Culpa in peccato dicit priuationem debitæ rectitudinis in actu, quando caret debitis circunſtantijs, & macula dicit priuationem gratiæ, per cuius carentiam anima redditur deformis. Mat. to. 5. 69. c. 2. C

Reatus in peccato dicit obligationem ad mortē æternam. Matt. to. 5. 69. c. 2. D

Peccatorum mortalium grauitas inter ſe non eſt æqualis. Matth. to. 4. 179. c. 2. E. c. 3. F

Pro quolibet peccato mortali ſtatuit Eccleſia ſeptenem pœnitentiam, ſuper quo vide pulchras miſticas cautas. Matt. to. 5. 179. c. 3. H

Peccatum Petri Chriſtum reꝑhendentis, fuit ex ignorantia & amore. Matt. to. 4. 192. c. 4. H

Ex illo exemplo diſpenſatoris, de quo Matt. 18. dr̄ ꝙ non dimiſit conſeruo ſuo, &c. non ſequitur pctā redire, ſed illud, ſic faciet vobis pater meus cœleſtis, ſi non remiſeritis &c. intelligitur ſic. i. ſicut rex tradidit diſpenſatorem tortoribus, donec ſolueret vniuerſum debitum, ita Deus tradet vos in pœnas æternas, ſi non remiſeritis. Et inde non ſequitur, ꝙ peccata redeant, cum Chriſtus hoc non exprimat, & ſi dicatur quòd in diſpēſatore ita fuit quòd debita dimiſſa redierunt, dicendum ꝙ nō oportet applicari omnes partes illius exempli, quia tunc oportet dicere, quòd filij & vxor peccatoris vendantur. Item quia tunc oportet quod peccata dimiſſa per ſequentem culpam redirent, ac ſi nunquam fuiſſent dimiſſa, vel ſaltem tota pœna pro eis debita rediret, quod nemo credit eſſe verum, iō ſatis eſt applicare vnam partem, ſ. quantum ad pœnā ęternam, quæ dabitur non remittentibus offenſas, nō autem quantum ad debitum peccatorum remiſſorum, poteſt ēt aliter dici, verum eſſe quòd Chriſtus voluit peccata redire, ſicut redierunt debita diſpenſatoris, non tamen quòd redeant in ſeipſis, ſed quantum ad deformitatem ingratitudinis. Matth. tom. 5. 70. c. 1. C

In iterante peccatum dimiſſum non tollitur quin remiſsio ſemel facta maneat, ſed qa ita indiſpoſitus eſt per amiſsionem gratiæ ad habendam vitam ęternam, ſicut ſi nunquam habuiſſet remiſsionē de peccatis præteritis. Matt. to. 5. 70. c. 1. E

Peccatum non ſolum mortificatur per pœnitentiam, ſed etiam moritur, ita vt non vltra reſurgat: opera tamen bona per pctm̄ ſequēs non moriuntur, ſed mortificantur: nam ſi morerentur, nunquam reuiuiſcerent. Mortificantur tamen quātum ad illum, cuius erant, quia impeditur a conſecutione effectus ipſorum, & ſic pœnitentia magis potens eſt in deſtruendo omnia peccata, quàm peccata in mortificando bona opera præcedentia, & in impediendo gratiam, cuius aſsignatur ratio. Matth. tomo 5. 70. c. 3. G

Omne peccatum dicit indebitum, & eſt ratio communis peccati. Matt. to. 5. 71. c. 2. A

Ad hoc ꝙ peccatum dicatur generale, nō ſolum requiritur, quòd inueniatur in omni peccato, ſed ēt, quòd inueniatur ſine peccatis per ſe, nā ſi aliquando inueniatur per ſe, tunc oportet quòd habeat rationem ſpetialem, & tunc licèt inueniatur in alijs, non erit aliquid commune, ſed inuenitur in illis ſecundum rationem particularem, quā accidit inueniri in multis. Er ita eſt de ingratitudine, nam per accidens inuenitur in omnibus peccatis. Matthæ. tom. 5. 71. c. 2. E. c. 3. F

In peccato contra hominem interdum inuenitur circunſtantia ingratitudinis, & interdum non. Matt. tom. 5. 71. c. 2. P

Non eſt eadem quantitas peccatorum remiſsorum, & beneficii remiſsionis. Et ita nec ingratitudo eſt æqualis peccato remiſſo ſecundum quantitatem abſolutam. Matt. to. 5. 72. c. 3. G

Quoties aliquis peccat recidiuans, toties omnia peccata præterita, etiam dimiſſa, & millies dimiſſa redeunt per ingratitudinem. Mat. to. 5. 72. c. 3. F

Reatus peccati hominis recidiuantis, quantum ad ipſum peccatum, conſideratur ex genere peccati, q̄tum verò ad circunſtantiam ingratitudinis, ꝑ qua reſpondet aliquid in pœna, commenſuratur ſecnndum peccatorum dimiſſorum quantitatem, non quidem abſolutam, ſed ſecundum quantitatem proportionis. i. quòd quanto plura, aut maiora fuerint peccata remiſſa, tanto eſt maior reatus peccati ſequentis quantum ad grauitatem ingratitudinis. Matt. tom. 5. 72. c. 3. G

Quatuor ſunt peccata, per qnę peccata remiſſa dicuntur ſpecialiter redire: quia militant contra remedia remiſsionis peccatorum, quæ ſuut fides, gratia, pœnitentia. Contra ſecundum militat odium fraternum. contra primum quidem eſt apoſtaſia in fide: cōtra tertium ſunt duo peccata, ſcilicet cōtemptus pœnitentiæ faciendæ, & dolere quòd pœnitentiam fecerimus aliquando, vt patet in verſu. Fratres odit, apoſtata fit, contemnitq; fateri, pœnituiſſe piget, priſtina culpa redit. Matth. tomo 5. 73. c. 3. H

Non ſunt tres peccatorum remiſsiones, licèt ſint tres perſonæ diuinæ. Matt. to. 4. 174. c. 3. H

In peccato ſunt octo, ſcilicet actus peccati, culpa, macula, offenſa, reatus, pronitas ad malum derelicta ex peccato, tenebra, pœna. Mat.to.4. 174.c.4.F

Vnum peccatum non ſequitur ex aliquo directè, ſed eſt diſpoſitio quædam: quia cũ homo magis perſeuerauerit in malo, fit pigrior ad bonum, & ad malum pronior. Mat.to.5. 74.c.4.G

Oẽ peccatum mortale dicitur fornicatio ſpiritualis largè, ſed hæreſis propriè. Mat.to.5. 104.c.4.G

Non concluditur vnum peccatum eſſe grauius alio, vel æquale: quia lex humana æqualiter puniat illa, vel magis vnum, quam aliud: quia æqualitas pœnæ in iudicio humano, non arguit æqualitatẽ peccati, bene tñ in iudicio diuino. Mat.to.5. 108.c.4.H

Hoiem poſſe vitare peccatũ dñt quidam, & hoc ſm ſuam naturalem virtutem, & ex cõditione ſuę naturæ: ſed quod per peccatum ſequens intantũ illa virtus mutata eſt, ꝙ hõ in peecato exiſtens, peecatum vitare non poſſit: ſed ꝙ in aliud peccatũ præcipitetur, niſi per gratiam liberetur. Et dñt, ꝙ homo in gratia exiſtens, põt hoc, vel illud peccatum euitare, non tamen omnia, ſicut de peccatis venialibus. Sed iſti dñt multa falſa. Primum, ꝙ exiſtens in peccato incidit in aliud neceſſario: quia tollit libertatẽ arbitrij: quia licet peccatũ debilitetur natura, & quodãmodo diminuatur, & infirmetur, nõ tñ tollitur ptãs fugiendi peccatum: ſed, ꝙ illud peccatum, quod prius facilè vitare poterat, poſtea vitet difficulter. Secundum falſum eſt, ꝙ exiſtẽs in mortali peccato, põt vitare hoc, vel illud mortale peccatum, & quodlibet ſignatum, non tamẽ omnia, ſicut de venialibus: quia non eſt ſimile de venialibus, & mortalibus. Primò, quia homo neſcit omnia uenialia. Secundò, quia hoc accidit pp primos motus, &c. Tertium falſum eſt, quia. ſ. homo manens in peccato mortali, poteſt aliquanto tempore vitare peccatum aliud mortale: ſed nõ diu: quia liberum arbitrium potens aliquanto tempore vitare mortale, poterit ſemper reſiſtere. Matth.to.5. 151.c.1.E.c.2.A

Quod peccatum poſſit vitari ab homine, poteſt dupliciter intelligi, aut de peccato cõmiſſo, & iſtud non poteſt ſine gratia, nec quantũ ad maculã, nec quantum ad reatũ pęnæ æternæ, &c. aut de peccato committẽdo, & dicendũ, ꝙ illud poteſt homo vitare ſine gratia gratũ faciente. Secus tñ ſi accipiatur gratia pro voluntate Dei, quæ mouet nos gratis ad bona, & cooperatur nobis ad illa. In ſtatu vero naturæ corruptæ indiget homo gr̃a habituali ſanante naturã ad vitandum oẽ peccatum. Et iſta ſanatio, primo fit in appetitu rationali, in quo poteſt homo fieri perfectus in hac vita per gr̃am habitualem, atq; actualem. Secundo in appetitu ſenſitiuo, in quo non fit homo perfectus: ſed manet adhuc rebellio appetitus, ad Ro.7. Ego ipſe mente ſeruio legi Dei, carne aũt legi peccati. Et ideo homo manens in gratia, poteſt vitare oẽ peccatum, quod eſt in ratione. i. quod cauſatur per conſenſum, non tñ vitare poteſt omne peccatum mortale manens ſine gratia. Et etiam in gratia manens, non poteſt vitare omnia, ſed bene ſingula, niſi ex priuilegio ſpeciai, qđ rariſsimis conceditur. Mat.to.5. 151.c.2.E.c.3.F. Opinio Authoris eſt, ꝙ cadentem in peccatũ mortale, non contingit diu manere abſq; hoc, ꝙ non labatur in aliud mortale, niſi per gratiam a priori peccato fuerit ſanatus, vt probatur Mat.t.5. 151.c.4.F. Et ꝙ maneat ad paucũ tempus, & non ad multũ, non ideo fit, quia aliquib. tentationibus reſiſtere poſsit, & non omnibus, vel non multis: ſed quia nulli aptus eſt reſiſtere. Et quia non diu ſtat homo ſine hoc, ꝙ inſurgant tentationes, ſed per paucum tempus: ideo per paucum tempus poteſt manere, & non diu, ꝙn nouiter peccet, & ſemper peccaret, ſi ſemper inſurgerent concupiſcẽtiæ ad mala. Matt.to.5. 152.c.2.B. Et iſta opinio poteſt ſtare cum præcedente, ſic quòd exiſtẽs in peccato mortali, nullum peccatũ mortale euitabit, cuius concupiſcẽtia in eo conſurgit, & tamen poteſt euitare ſingula. Et oĩa iſta ſic ſtant. Et aliud eſt, quòd liberum arbitrium exiſtentis in peccato, poſsit ſe determinare ad hoc, vel ad illud. Et aliud, ꝙ ſe determinet potius ad hoc, q̃ ad illud. Nã ad vtrunque põt ſe determinare, & tamẽ nõ ſe determinat niſi ad vnum. Et ad. 1. ſufficit natura liberi arbitrij. Ad ſm vero, non ſufficit hoc: ſed oportet ponere aliquam cauſam. ſ. ꝙa hoc vr̃ melius, quam illud, vel aliquid propter quod magis placeat, &c. licèt iſtæ cauſę non ſint neceſſariæ ad determinãdũ: ſed mouent aliquo modo. Mat.to.5. 152.c.2.D.c.3.& 4.

Exiſtens in mortali peccato hẽt triplex motiuum ad peccandum de nouo, ſi inſurgat paſsio, & non hẽt motiuum ad bonũ oppoſitum. Et ideo nõ reſiſtit peccato. Mat.to.5. 152.c.2.E.c.3.F. Poteſt tamẽ talis redire ad gratiam per duo. ſ. per impulſum diuinũ: quia Deus ſemper impellit, aut tangit aliquo modo cor noſtrum pulſando ad bonum Apoc.3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo, &c. Et per naturalẽ quandã vim, faciendo, quod in ſe eſt: quia licet nemo poſſit reducere ſe ad gr̃am, quam perdidit, poteſt tamen facere quod in ſe eſt. Et tunc Deus cõcurrit, & donat gratiam. Sed cõius eſt pulſatio Dei efficax, qua ſe cognoſcat eſſe in peccato, & velit recedere ab illo, & eſſe in bono ſtatu, & cũ hoc voluerit, faciendo quod in ſe eſt, Deus dat illi formatum ſpiritum compunctionis. Et ita dat illi gratiã, qua gratus efficiatur. matth.to.5. 152.c.3.H

Quando dicitur, ꝙ exiſtẽs in peccato mortali, nõ poteſt euitare aliquod pc̃m mortale, non intelligit ſic ꝙ incidat in quodcunque, cuius tentatio inſurrexerit ab intra, vel extra, quia hoc falſum eſt, vt probatur Matt.to.5. 153.c.1.C. Sed intelligitur quantum ad illa peccata, quæ ſunt circa obiecta, quę ab omnibus appetuntur, vt circa iram, libidinem, honoris, & diuitiarum deſiderium, ad quæ in ſingulis hominibus adiuuat naturalis inclinatio, tunc enim, qui eſt in peccato mortali naturaliter vincitur a talibus tentationibus, &c. Nec etiam circa talia ſuperatur ſemper ille, qui eſt in mortali peccato: quia poteſt habere habitum fortẽ virtutis moralis circa obiectum, circa quod tentatur, & tunc reſiſtit peccato, licet nõ meritoriè. Sed intelligendum eſt de peccatis illis, in quæ quis ſemel incidit. Matth.to.5. 153.c.1.E.c.2.A

Quis poteſt a peccato reſurgere dupliciter, vno modo ceſſando ab actu peccati, alio modo per quandam reparationem redendo ad omnia illa, quæ per peccatum amiſit, primo modo poteſt quis reſurgere a peccato, ſine auxilio gratiæ. Et hoc ſiue ceſſet ab actu continuo peccati, cuiuſmodi eſt detentio rei alienæ, ſiue ab actu interpollato, cuiuſmodi eſt fornicatio. Et hoc accipiendo gratiam pro habitu infuſo, &c. Secus autem pro gratia, quæ eſt voluntas Dei mouens nos gratis, & cooperans. Secundo modo nemo poteſt reſurgere a peccato ſine gratia habituali infuſa, vt probatur Matt.to.5. 153.c.4 K.& 154.c.1.A

Manenti in peccato mortali, eſt quaſi naturale peccare mortaliter de nouo, quouſq; ſanetur per gratiam, facere autem bonum eſt difficile, ideſt quaſi contra naturam. Matt.to.5. 151.c.4.H

Pro peccato populi ipſi priuati nunquam tollerãt ali quam pœnam : niſi quantam ipſi meruerunt per actum proprium: quia populus non poteſt peccare, niſi per accidens, cum non ſit ens per ſe, ſed per accidens. Matt.to.6. 250.c.3.F
Pro peccato filiorum non puniuntur parentes quantum ad peccatum perſonale, & accipiẽdo propriè peccatum filiorum, ſ. pro eo, quod filij faciũt, &c. Matt.to.6. 251.c.2.D
Peccatum alicuius dupliciter conſideratur. Matthæ. tom.5. 39.c.3.F
Peccatum poſtquam factum eſt, dupliciter manet. Matt.to.5.40.c.4.I. & quantum ad actum dupliciter manet ibid. 40.c.4.k
Peccatum quod tranſit, dupliciter tranſit. Matt.to.5. 41.c.1.B
Quid ſit peccatum. Matt.to.5. 43.c.2.E
Per peccatum præcedens peccatoris affertur impedimentum correctioni fraternæ in tribus. Matthæ. tom.5. 43.c.3.k.c.4.E
Infidelis vnicum peccatum cõmittit contra fidem, ſ. nolle eam ſuſcipere. Matt.to.5. 44.c.3.k.c.4.F
Chriſtus dedit tres modos liberãdi hoĩes a peccatis, quæ in alterutrum committũt. Matt.to.5.45.c.2.B
Ex peccato duplex eminet periculum. Matth.tom.5. 51.c.1.B
Quando peccatum alicuius poteſt emendari, conſeruata totaliter fama eiuſdem debet ſeruari. Matth. tom.5. 52.c.4.H
Nullum peccatum eſt referre peccata mortuorum, aut viuentium, qui non ſunt nobis noti. Matt.to.5. 53.c.2.B. Secus tamen ſi ſint nobis noti. ibidẽ. D. Cõtingit, ꝙ ſit charitatis referre crimina mortuorum, qui ſunt nobis noti. ibid. 53.c.3.F
Peccata aliena ex ſolatio referre non ſemper eſt mortale. Matt.to.5. 53.c.3.I
Deterius eſt peccata viuentium reuelare, quàm peccata mortuorum, perſonis exiſtentibus ęqualibus. Matt.to.5. 53.c.4.I
Peccata viuentium magis incitant ad peccandum, q̃ peccata mortuorum. Matt.to.5. 54.c.1.C
Maius peccatum eſt auferre vnum denarium pauperi, quam diuiti. Matt.to.5. 54.c.1.E
Remiſſio peccatorum, & pęnarum, ſiue inferni, ſiue Purgatorij, fit principaliter a Deo. Matth.tomo 5. 60.c.4.I
Homo poteſt per ſe ipſum in peccata cadere, ſed non poteſt per ſe ipſum a peccatis reſurgere. Matt. tom.5. 66.c.4.H
Peccatũ dimiſſum ſi rediret aliquo ex quinque modis rediret, ſcilicet quantum ad actum, quãtum ad culpam, quantum ad reatum, quantum ad pœnã, vel quantum ad maculã: ſed non redit aliquo iſtorum modorum. Matth.to.5.69.c.2.B. Dicendum ergo, quòd redit quantum ad effectum, ibidem. 70.c.1.A
Peccatum contra proximum, eſt peccatum contra Deum. Matt.to.6. 203.c.4.H
Peccata meretricis tripliciter diſtinguuntur. Matth. tom.6. 218.c.1.E
Qũo ſequebaẽ peccatũ Iudæorum in miſsione Apoſtolorum ad prædicandum. Matt.to.6. 241.c.1.D
Pro eodem peccato Deus non dat bis pœnam. Mat. tom.6. 249.c.4.I
Quilibet pro peccato ſuo punitur. Mat.t.6.250.c.2.D
Multa peccata grauia commiſit populus Iudęorum. Matt.to.6. 250.c.3.H
Omne peccatum eſt voluntarium, & conſiſtit in aliqua actione. Matt.to.6. 285.c.1.C
Pro magno peccato grauiſsima pœna danda eſt. Matth. tom.6. 291.c.4.G
Peccatum in re multum addit ad peccatum in mente. Matt.to.7. 64.c.3.I
Quicunque habuerit peccatum mortale in die iudicii damnabitur. Matt.to.7. 90.c.4.H
De peccatis, quæ penitus non tolluntur. Matth.to.7. 101.c.1.B
Bona facta in peccato mortali, ſunt mortua, & non redibunt. Matt.to.7. 101.c.3.D
Per peccatum mortale ſunt homines obligati ad pęnam æternam. Matt.to.7. 101.c.4.I
Nobis viuentibus incerta eſt peccatorum remiſsio. Matt.to.7. 102.c.1.A
Bona in mortali facta proſunt ad minus ſupplicium ſubeundum, quod dupliciter ſaluatur. Matt.to.7. 104.c.2.D
Peccata iam confeſſa publicabuntur in iudicio. Mat. tom.7. 105.c.4.I
Ad remiſsionem peccatorum, mortalium, quid requiratur. Matt.to.7. 135.c.3.I
Secundum peccatorum conditiones conſideratur pœnarum acerbitas. Matt.to.7. 136.c.2.G
Propter peccatum, determinatum eſt, vt homo moreretur. Matt.to.7. 140.c.3.k
Qui de peccato recordatur dupliciter pungi poteſt. Matt.to.7. 225.c.2.G
Pęna eſt malum pro peccato. Matt.to.7. 232.c.3.I
Peccata mortalia tolli nequeunt poſt hanc vitam. Matth.tom.7. 239.c.2.D
Quando accidat liberari a peccato, & peccare. Matt. tom.7. 255.c.2.B
In peccato remittendo conſiderantur duo. ſ. pęna, & culpa. Matt.to.7. 255.c.2.D
In peccato conſiderantur duo. ſ. permanſio in peccato, & affectio ad illud. Matt.to.7. 258.c.1.B
Inter peccatum mortale, & veniale, quid interſit. Matt.to.7. 258.c.1.D
Cuilibet peccato correſpondet ſuæ pęnæ acerbitas, & diuturnitas. Matt.to.7. 258.c.3.H
Circunſtantiæ aggrauant peccata. Matth. tomo 7. 358.c.4.G
Peccati grauitatem auget dignitas illius, in quẽ peccatur. Matth.to.7. 172.c.1.E
Quomodo debet intelligi, ꝙ proportionabiliter ſecundum magnitudinem peccatorum eſt magnitudo reatus ſequentis. Matt.to.5. 72.c.3.G
Peccata dimiſſa, nec redeunt in primo peccato, quod quis committit: ſed nec in omnibus vicibus, qnando peccatum aliquod de nouo committitur. Matthæ.tom.5. 72.c.3.k
Quoties quis peccat, toties peccata prius remiſſa per totam vitam, etiam ſi millies fuerint remiſſa, redire dicuntur: ſed nota quomodo. Matth.tom.5. 72.c.4.F
Quando peccatum mortale committitur, omnia peccata venialia prius dimiſſa redeunt. Matt. to.5. 73.c.1.C
Peccatorum recordatio, quando eſt bona, & quando periculoſa. Deut. 45.c.2.A
Peccatorum remiſsio, quibus attribuatur. Matt.to.5. 73.c.3.H
Lex humana non punit oĩa peccata: ſed illa tantum, qnibus punitis, poteſt ſtare reſpublica. Matth.to.5. 109.c.3.I
Peccatum eſt in volendo, dato, ꝙ non ſequatur effectus. Matt.to.5. 120.c.4.I
De peccatis hominum poſt infantiam. Matth.to.5. 132.c.3.H
Maius peccatum eſt homicidium, quàm adulterũ, & adulterium maius, quàm furtum, & falſum teſtimonium.

ſtimonium. Matth.tom.5. 129.c.3.H
Peccatum vitare poteſt dupliciter intelligi. Matthæ. tom.5. 151.c.2.E
In ſtatu naturæ lapſæ ad vitandum omne peccatum indiget hō gratia habituali. Mat.to.5. 151.c.3.G
Naturale quaſi eſt homini manenti in peccato mortali in aliud peccatum detrudi: Matthæ. tomo 5. 151.c.4.F
Qui eſt in peccato mortali, eſt inclinatus, & diſpoſitus ad malum. Matt.to.5. 151.c.4.I
De modo, quo in peccata præcipitamur. Matt.to.5. 152.c.1.E
Quædam peccata ſunt, quæ quis valde horret, nō ob id, quod ſint contra Deum: ſed quia diſpoſitus eſt ad ea fugiendum. Mat.to.5. 153.c.1.C
Qui eſt in peccato mortali faciliter vincitur ab ira, & libidine. Matth.to.5. 153.c.1.E
Per peccatum mortale non pereũt habitus morales generari per aſſuetudinem. Matt.to.5. 153.c.2.B
A peccato reſurgere poteſt dupliciter intelligi. Mat. tom.5. 153.c.4.K
Quis ſit ordo reſurgendi a peccatis. Matthæ. tomo 5. 153.c.4.k.154.c.1.A
Natura humana deficiens a ſua integritate per actū peccati, habet duo impedimenta ad ſe reducendum. Matt.tom.5. 154.c.3.G
Confeſſores quærentes de peccatorum modis, graviter errant. Matt.to.5. 187.c.2.B
Genus peccati Iacobi, & Ioannis fuit ſuperbia: ſed an mortalis, vel venialis, non conſtat. Magis tamen tenendum eſt, ꝙ fuerit venialis. Mat.to.5.193.c.4.H
Excuſatio, & alleuiatio in peccato, quid ſint. Matth. tom.5. 277.c,4.F
Penes dationem poteſt eſſe peccatum. Matt.tom.6. 73.c.3.H
Omnia peccata actualia poteſt homo vitare gratia Dei adiutus. Mat.to.6. 88.c.4.H
Quod ſit peccatum, quod maximè in doctoribus reperitur. Matt.to.6. 190.c.2.B
Pro peccato patris nunquam punitur filius, ſi filius non meruit totam illam pœnam per actum ſuū, quæ ſibi datur, interdum vero filius meruit pœnam, & Deus non erat illi daturus eam, niſi patres, vel progenitores ſui multum peccaſſent &c. & quia peccauerunt, datur. Et tunc filius patitur non ſolum pro peccato ſuo: ſed etiā pro peccatis progenitorum, licèt per ſolum peccatum ſuum mereatur totam iilam pœnam. Matt.to.6.251.c.2.E
Quod pro peccatis patrum non punirentur filii, neq; ꝓ peccatis filiorū patres: & hoc iudicio humano mandauit Dominus, Secus tamen eſt in diuino iudicio, & aſſignatur cauſa. Matt.to.4. 251.c.3.F
Omne peccatum mortale facit abuſum, qui cōſiſtit in fruitione creaturæ, quàm tunc plus amamus, quàm Deum. Matt.to.7. 43.c.1.E.c.2.A
Quare peccato pro pœna ſua non reſpondent adnihilatio ipſius peccatoris. Matt.to.7. 172.c.1.C
Peccatorum pœnæ tantum differunt inter ſe, quantū inter ſe differunt ꝓ peccata. Mat.to.7. 248.c.3.I
Peccati mortalis pœna non per ſe, aut directè infinita. Matt.tom.7. 248.c.3.I
Peccatum omiſsionis neceſſe eſt, vt reducatur ad aliquem actum voluntarium peccantis. Matth.to.7. 233.c.4.F
Ex philosophis gentilibus aliquos fuisse saluos probabiliter credendum est,si eorum historijs fidem damus,vt fuerũt Socrates, Plato,Aristoteles &c. in Parado. 108.c.4.K

Philosophi Athenienses irridebant Paulum prædicantem,&c.Mat.to.6. 268.c.4.F

Philosophus Græcè amator sapientię sonat,& hoc nomen a Pythagora ortum habuit,vt dicit Aug, lib.8.De Ciui.Gen. 15.c.2.C

Philosophi ponentes chaos.i.in quolibet omnia esse dicentes,vt Anaxagoras,& Anaximãder, quo modo responderent ad argumenta de infinitate partium.Exo.to.1. 277.c.2.A

Multos ex philosophis Augustinus credidit esse saluos.4.Reg. 54.c.1.C

Multa concedunt philosophi in naturalibus non repugnare fieri,quę nunquam erunt futura:quia non credunt esse potentiam aliquam tantæ virtutis,quę talia possit efficere.in de statu animarũ. 3.c.1.A

Philosophorum Cynicorum,quorũ Diogenes fuit princeps,turpitudo refertur.Deut.36.c.3.G.2.Regum. 104.c.4.K

Philostoricus Dicitur a philos, quod est amor & historia, quasi diligens historias narrãdo omnia regna mundi principalia.s.a tempore Nabuchodonosor vsq; ad finem mundi.Gen. 27.c.3.I

Philostratus. Philosophus fuit & hostoricus, nam fecit historiam de gestis virorum illustrum.Gen. 7.c.2.E

Phinees Hebræi insani dicũt, ꝙ Phinees erat Angelus incarnatus.Iud. 17.c.4.I

De Phinees filio Eleazari sacerdotis 1.Paral.93.c.4.I

Physicorum. Liber Physicorum sic appellatur vulgariter, cum deberet vocari liber de naturali inquisitione. in Para. 2.c.4.F

Phison. Fluuius a gentilibus dicitur Ganges,& fluit de paradiso terrestri. & est in media fronte Orientis.in ostijs Oceani Indici,& habet latitudinem quasi mediæ leucæ,qui ẽt habet decem

decem magna flumina coniuncta.Gen. 7.c.4.I
Phiſon interpretatur mutatio oris, vel abundantia Gen. 14.c.2.D
Phiſon vocatur Ganges in India,a Gangeto rege terræ Heuilath. Et eſt maximus inter oĩa flumina Indiæ, & habet in latitudine aliquando quinquaginta ſtadia, & in altitudine viginti, vt patet 13. De proprietatibus rerum &c.Gen. 14.c.2.D
Phiſon nomen eſt primi fluminis Paradiſi, & eſt nomen Hebræum ſignificans mutationem oris ſiue vultus. Et iſtud nomen non eſt in vſu, nec nomina aliorum triũ fluminum,ſed alia nomina, quæ poſtea a Græcis fuerunt impoſita,ipſi enim tanq̃ curam agentes de vniuerſa republica mundi impoſuerunt nomina omnibus rebus, ſcilicet prouinciis fluminibus, montibus, & plurimis vrbibus &c. Et dictum eſt ſic flumen hoc a proprietate,quia Phiſon ſæpe mutat vultum, tam in colore,quia alicubi clarus,& alicubi turbidus apparet,quam etiam in ſenſu, quia alicubi frigidus,& alicubi calidus. Interpretatur etiam abundantia, quia abundat in piſcibus,inueniuntur ibi anguillæ triginta pedum in longitudine. Interpretatur etiam, ſecundum alios, caterua &c. quia decem magna flumina intrant in illum. Geneſ. fol.102. col.2 B
Phiſon alio nomine dicitur Ganges,ſic etiam Græci appellant. Et accepit nomen hoc à Gangeto Indorum rege, quem regnaſſe dicunt in terra Heuilath,quam fluuius iſte circuit &c. Gen. 102. col.2.D.
Phiſon inũdationem ſignificat, quia eductus in Indiam pelago late diffunditur, quod Geta nuncupatur a Græcis, hæc Ioſephus primo Antiquitatum. Gen. 202.c.2.E
Phiſon, qui & Ganges dicitur eſt maximus fluuius inter omnia flumina Indiæ, cuius minima latitudo,vt dicit Solinus, eſt octo millium paſſuum, & maxima eſt viginti millium paſſuum & altitudo, vbi vadoſiſſimus eſt, menſuram habet centum peduum. Gen. 102.c.2.E
Phiſon, qui & Ganges dicitur, oritur ſecundum q̃ ſenſu videtur, in locis Caucaſi montis, vt aſſerit Hiſtoria ſcholaſtica &c. Alij vt Solinus, aiunt ipſum ex incertis fontibus naſci, vt Paulus Oroſius,quòd à Scythicis montibus ortum habeat,ſ. inter Dacas & Partienas & Sacarrancas in monte,qui Oſtobares dicitur. Sed omniũ iſtorum eadẽ eſt ſententia,&c.Gen. 105.c.1.D
Phiſon,qui & Ganges dicitur,naſcitur ex illa parte Caucaſi montis,quæ vocatur mons Scythicus à Scythis prope habitantibus a parte ſiniſtra. Gen. 105 c.3.H
Deſcribitur ſitus, quem facit Phiſon, inde curſu ſuo &c.Gen. 105.c.3.H
Phiſon fluuius per ſolam Indiam decurrit & facit quandam inſulam populoſiſſimam gentem continentem &c.Gene. 105.c.3.I
Iuxta fontem Phiſon fluminis ſunt habitatores nullo cibo indigentes,vt ait Solinus,ſed ſolo odore pomorum ſuſtentantur, quæ in ſyluis iuxta naſcuntur. Et ſi extra illa loca peregre proficiſcuntur,poma illa deferunt, quòd ſi forte tetriorem ſpiritum traxerint, moriuntur &c. Geneſ. 105.c.3.I

Python. Pythones dicuntur ſpiritus exiſtentes in ventre hominum faciẽtes eos loqui. Et aliquando dicuntur dæmones venientes ad reſpondendum alicui, factis quibuſdam cæremoniis,ſed primus modus eſt cõuenientior. Leuit. 208.c.2.B
Pythones dicuntur a Pythone ſerpente &c. Leuit. 213.c.3.F
Python vno modo ſignificat dæmonem familiarẽ, alio modo dęmonem, qui intra hominẽ loquit̃, quo mouẽte,homo ille aliqua futura prædicit,& talis homo dicitur Pythonicus vel Pythoniſſa,vt patet Act.16. Et dicebantur Pythones ab Apolline,qui Pythius à Pythone ſerpente dicebatur &c. Deut. 101.c.3.F
De Pythonibus ſeu ventriloquis. 1.Regum tom. 2. 49.c.1.D
Python dicitur ſpiritus nequam, qui adducitur per inuocationem vel alias ad reſpondendum de aliquibus dubiis &c. 1.Reg.to.2. 160.c.3.I. Sed quare ſic dicantur.ibid. 161.c.2.A
Ille proprie Pythonem habere dicitur, qui habet ſpiritum familiarem incluſum in aliquo vaſe vitreo habente aquam,quem profitetur tenere inuitum, ſed falſum eſt. Et iſte reſpondet ad omnia,de quibus fuerit inquiſitus ab eo,qui eum habet. Et iſtud pertinet ad hidromantiã &c.1.Reg. to.2. 160.c.4.G
Pythones habere dicuntur, qui conuocant dæmones facto circulo vel quibuſdam characteribus, & dæmones venientes reſpondent. 1.Reg. to.2. 160.c.4.K
Dæmones reſpondentes de occultis vocantur Pythones per comparationem quandam ad modũ famoſum reſpondendi inter Gẽtiles, apud quos nullus deorum ſuorum erat, qui famoſius reſpõderet ad omnia quæſita, quàm Apollo, qui quia occidit maximum quendam ſerpentem, cui nomen erat Python in monte Parnaſo. 1.Metam. propter victoriam vocatus eſt Pythius, & quia ipſe erat princeps inter dæmones reſpondentes de occultis,ideo dæmones ſic reſpondentes vocati ſunt Pythonici. 1.Reg.to.2. 161.c.1.B
Pythones vocantur illi,qui habent ſpiritus familiates, vel homines inuocantes dæmones, qui ad dubia reſpondent,& dęmones reſpondentes dicuntur proprie Pythones. Et homines illos habẽtes dicuntur Pythonici.4.Reg. 212.c.3.F. 240.c.1.E
Pythonali aliquando eſt nomen viri, & aliquando nomen ciuitatis. 1.Paral. 107.c.2.A. 118.c.1.A

Pythonicus.

Dicuntur large quicunque habet ſpiritum nequã, per quem ſcire poſſint aliqua occulta, ſiue illa ſint prẽterita,ſine prẽſentia,ſiue futura,& ad hoc reſpondent Pythones vel verbis, vel ſignis, vel motibus corporalibus, quod multis modis cõtingit.1.Reg.to.2. 60.c.3.K.c.4.F.& 64.c.3.G

Pythoniſſa. Pythoniſſa,de qua 1.Reg.28.habebat dæmonem familiarem, qui reſpondit ei ad quæſita.1.Reg.to.2. 64.c.3.K

Phrygia. In Phrigia fuit Troia.1.Paralipo.30. c.1.B

Phryges. Phryges deſcendunt a Thogorma filio tertio Aſſenem primo filio Iapheth.1.Paralip. 30.c.1.B

Phut. A Phut tertio filio Cham, deſcẽdunt Libyes populi,habitantes in parte meridiana orbis,quę eſt in Aphrica, & eſt valde calida & arenoſa, plena ſerpentibus, apud Aethiopes & Aegyptios.Gen. 51.c.3.G

Putiphar. De illo Putiphare,cuius filiam nomine Aſenez duxit Ioſeph, ſunt opiniones: nam quidam dicunt, illum non eſſe, qui emit Ioſeph ab Iſmahelitis &c. Hieronymus tamen

ramen tenet quòd fuit illemet, qui emit Ioſeph, & hoc tenet in lib. de Hebraicis quęſtionibus. Et hocidem tenet Rab. Salomon. Et dicunt, quòd iſte primo fuit princeps militum, & poſtea effectus eſt ſacerdos,& aſſignatur ratio. Geneſ. 367. col.4.F

Piaculum Quatuor ſignificat.ſ.culpam, remedium, maculam, & ablutionem. Leui. 176.c.1.C & 200.c.4.I. Iudi. 201.c 3.G 2.Reg. 142.c.4.F

Picea. Picea in Hebræo ſignificat claudum. 2. Paral. 27.c 1 E

Pietas. Opera pietatis ſpiritualia, & corporalia reducuntur ad pręceptum quartum de honore parentum. Exo. to. 1. 176.c.3.F

Ad pietatem erga ſe inuicem inuitauit Dominus Iudęos, quia crudeles erant, iubēs, vt pij eſſent circa animalia bruta. Leuit. 254.c.3.F

Pietas dicitur latria, vel cultus diuinus, vt dicitur 3. Senten. diſtin. 9. Et impietas è contrario. Leuit. 187.c.3.F

Pietas dicitur quędam teneritudo, qua quis mouetur ad id, quod amat & c. 3. Reg. 37.c.2.B

Pietas ſæpe ſignificat cultum diuinū, ſiue amorem ad Deum. 3. Senten. diſtin. 6. Et apud antiquos ſcriptores tria ſignificat, ſcilicet amorem ad Deum, quem vocant religionem, & amorem ad parentes, & ad patriam. Matth. to. 1. 33.c.4.K

Pietas proprie ad diuinum cultum pertinet, ſed large capiendo, eleemoſyna dicitur pietas. Matth. to. 3. 12.c.1.B

Pygmęi. Quinto anno generat, & octauo ſenęſcunt. Gene. 33.c.4.K

Pigmentum. Generaliter eſt quęlibet herba aromatica. Exo. tomo 2. 102.c.2.C

Pignus. Quare gener non cogatur computare fructus pignoris in ſortem dotis numerandę. Mat. to. 7. 54.c.3.K.c.4.F

Non licet eccleſiaſticis recipere decimas in pignus, niſi fuerint Eccleſię. Mat. to. 6. 224.c.1.A

Pilatus. Quare Pilatus ſcripſerit titulū Crucis tribus linguis. Nu. to. 1. 264.c.3.F

Pilati mors refertur. Mat. to. 6. 271.c.1.B

Pilatus introduxit ligna militaria in Ieruſalē inſciis Iudæis. Mat. to. 6. 270.c.3.K.c.4.F

Pilatus erat præſes Iudęę & Ieruſalem & c. Matth. to. 6. 21.c.1.C

Pilatus de Corbona Iudæorum accepit pecuniam, vt faceret aquæductum in vrbem Ieruſalem de torrente duorum millium pedum ſpatio. Matt. to. 6. 27c.c.4.G

Pili. Quomodo generentur in hominibus. Gene. 297.c.1.D

Pili caprarum, de quibus Exo. 25. erant ad facienda ſaga cilicina, de quibus Exo. 26. Exo. tomo 2. 15. c 4.H

Pili ſunt quędam fumoſitates terreſtres, quæ oriuntur ex cute. Leuit. 126.c.1.D. Et ſortiuntur colorem iuxta conditionem carnis, ex qua ortum habent & c. Leuit. 127.c.2.D

Ortus pilorum circa mēbra genitalia arguit in homine pubertatem & c. Mat. to. 2. 185.c.1.E

Pilum. Multa ſignificat pilum, nam dicitur aliquando à pellendo: quia in hoſtem pellitur, ſignificat etiam forcipes, quibus pili pannorum tondentur, iuxta illud à tractu pili multi ruere pili. Tertio ſignificat percuſſorium. Sic dicitur Prouerb. 27. Si contuderis ſtultum, quaſi tipſanas de ſuper terente pilo. & Exo. 27. puriſſimum pilo contuſum. ſuper Exodum tomo 2. f. 53. col.4.I

Pinaculum. Templi de quo Matth. 4. erat pulpitum quoddam & c. Deu. 164.c.4.I

Pinacula Templi non erant illa, quæ Rabanus Glo. ordi & Hiſto. ſcholaſti. dicunt & c. 3. Reg. 53.c.1.B

Pinaculum eſt ſummitas vel altitudo, & pinaculū templi non erat cathedra vel pulpitum in templo, vt aliqui dicunt, ſed altitudo maxima templi. ſ. paries aliquis vel męnia erecta ſuper tectum templi, de quo loco poſſet Chriſtus videri ab omnibus, qui erant in ciuitate. Matth. tomo 1. 232. col.1.D. Oppoſitum dicit. ſuper Deutero. vt patet ſupra. Sed dicendum quòd tunc videbatur ſic dicendum. & ſuper Matthæum mutauit ſententiam.

Quod de pinaculo ſe Chriſtus præcipitaret quare diabolus ſuaſerit. Mat. to. 1. 234.c.1.D

Pindarus. Floruit ſub Xerxe rege Perſarum anno ab orbe condito quater milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo. Geneſ. fol. 27. col.4.K

Pindari mortem narrat Valerius Maximus lib. 9. de mortibus non vulgaribus. Gene. 28.c.1.A

Pirata. Piratæ dicuntur à pira & rate, & c. Gen. 4.c.3.K

Pyromantia. Significat diuinationem factā in igne vel in rebus ignitis. 1. Reg. to. 2. 160.c.3.F

Piſcatio. De piſcationibus, paſcuis & venationibus datur decima. Matth. to. 6. 216.c.4.I

Ars piſcatoria dupliciter accipitur. Matth. tomo 6. 230.c.3.H

Piſcis. Piſces ideo dicuntur de aqua producti: quia aqua magis dominatur in complexione eorum. Et ideo non ſunt tanti nutrimenti & confortationis, ſicut carnes animalium, quæ extra terram naſcuntur, & hæc eſt cauſa, quare ieiunantibus licitum ſit comedere piſces, & non carnes. Gene. 7.c.4.K

Centum viginti ſpecies piſcium ſunt cognitæ & c. Gen. 8.c.2.A

Piſcibus non impoſuit nomina Adam, ſed ſolum greſſibilibus, & volatilibus & c. Gene. 16.c.1.B. & 135.c.4.F

Piſces quare non fuerint mortui in diluuio ſicut animantia terræ. Gen. 37.c.2.A. & 39.c.1.A

Piſces etiam dicuntur caro large iuxta illud. 1. Cor. 15. Omnis caro non eſt eadem caro, ſed alia piſcium, alia volatilium & c. Gene. 39.c.1.A. & 43. col.3.G

Quod piſces ſemper comederint alios piſces etiam in prima ætate, videtur veriſimilius quam oppoſitum: ſecus tamen de animalibus terreſtribus. Gen. 122.c.4.G

Piſces & aues ſunt leuioris digeſtionis, quàm cætera animalia, cæteris paribus. Et hoc oſtenditur ex hoc, quod corporum piſcium & c. non eſt tanta ſoliditas, ſicut aliorum & c. Gene. 134.c.2.E

In Hebræo non reperiuntur nomina piſcium, niſi nomen commune piſcis. Bene tamen multa nomina auium, & animalium terreſtriū, & hoc ideo quia ab Adam non fuerunt nomina impoſita piſcibus. Gen. 135.c 4.K

Piſces magis multiplicantur, & in maiori numero ſunt, q̄ aliquod genus animalium. Gen. 399.c.2.D

Piſces ſale conditi ſaniores ſunt piſcibus recenter eductis de mari. Leui. 97.c.2.E

Pisces habentes scamas, & pennulas sunt saniores: quia siccioris sunt complexionis,& magis temperatæ,&c Leui. 97.c.2.E
Pisces eodem modo se habent ad aquas, sicut animalia quadrupedia,& volatilia respirantia, ad aerem. Leuit. 97.c.4.I
Pisces non spirãt, sed aqua est eis,sicut aer attractus est alijs animalibus ad pulmonem propter cordis calorem Ios.to.1. 209.c.3.F
Piscibus vtebantur, vt communiter,discipuli Domini propter multa.Mat.to.4. 41.c.1.C
Piscina. De piscina probatica. 2. Paralip. 53. col.2.B
Pythagoras. De Samo insula oriundus, tẽpore Cambysis Regis floruit, sub anno ab orbe condito quater millesimo, dẽptis quinquagintaocto annis,iuxta Eusebium lib. Chronicorum. Sed iuxta veritatem Hebraicam sub anno ferme ter millesimoquingentesimosexagesimo.Gen. 3.c.4.K
Pythagoras Aegyptum petijt cupiditate honestatis percipiendæ,&cæt.De quo quid referat Valerius Maximus, & quid August. lib.8.de Ciuit.& quid Seneca ad Lucillum,& quid Lactantius lib.de natura Deorum,lib.3.c.18.Gen. 4.c.1.A
Pythagoras credidit animas hominum migrasse in corpora bestiarum, credidit non esse Infernum, neque pœnas post mortem, dixit etiam se fuisse militem Euphorbũ in bello Troiano mortuum à rege Menelao,&c. Gen.4.col.1.B. & Exod.to.1. 105.c.4.K
Pythagoram fuisse Musicæ inuentorem dicunt Græci.Gen. 28.c.4.H
Pythagoras non sustinuit se sapientem vocari: sed Philosophum seipsum nuncupauit, vt ait Aug. 5.lib.de Ciui.c.2.Exo.to.1. 41.c.3.G
Pythagoras Deos esse negauit,& Dyagoras dubitauit.Exo.to.1. 116.c.3.H
Pythagoras credidit animas hominum esse immortales,& quòd in alia corpora transibant post mortem, vt recitat Ouidius lib.15.Metamorph. & dixit se fuisse olim militem nomine Euphorbum, &c.Exo.to.1.279.c.2.D. Sed dictum Pythagoræ improbatur.Exo.to.1. 282.c.1.C
Pythagoras prohibuit comedere carnes propterea, quia fortasse in animali occiso erat anima humana. Exo.to.1. 279.c.2.E
Pythagoras dicebat, quòd quãdocumque intrabat anima in aliquod corpus nouum, obliuiscebatur sui,& omnium,quę egerat in priore corpore,&c. Exo.to.1. 279.c.2.E
Pythagoras moritur tempore, quo reædificatũ est templum Ierusalem per Zorobabel, &c. Mat.tomo 1. 146.c.1.C
Pythagoras posuit animarum immortalitatem,pœnarum tamen inflictionem excluſit propter continuam carum demigrationem per corpora.in Parad. 88.c.2.D
Solus Pythagoras tenuit demigrationem animarũ. in Parado.88.c.2.C. Sed eius opinio improbatur. ibid. 88.c.3.G
Pythagoras animæ immortalitatem posuit: sed negauit eiusdem præmia vel pœnas. Sed dixit animas continua demigratione per corpora labi, aliquando in corpora humana, & aliquando in corpora brutorum, propter quod Pythagoras abstinebat a carnibus,& c Inde Statu animalium, &c. 4.c.4.G. Sed hæc opinio improbatur ibidem.4.c.4.K.& 5.c.1.A
Pythagoræ,& Empedoclis sentẽtiam de reditu animarum.Mat.to 6. 90.c.3.F
Pythagoras dixit animas esse immortales. Mat.to.6. 90.col.3.H
Pythagoras quare secutus sit frugalitatem. Matth. tomo 6. 90.c.3.K
Prima radix erroris Pythagoræ fuit: quia putauit animam non vniri essentialiter corpori dando esse,sicut vnitur forma materię,sed accidentaliter, sicut motor mobili,vel vt vestimentum corpori. Secundo, quia ponebat intellectum non differre a sensui nisi accidentaliter, & quasi per magis & minus, & non secundum speciem,& naturam. Mat.to.6. 90.c.4.H
Pythagoras dixit animam suam prioribus seculis fuisse in alijs, & deinde ad eũ peruenisse,& ad hoc citantur versus Ouid.15. Metamorph. De Statu animarum,&c. 4.c.4.H
Pythagorici. Ponentes animas immortales,errauerunt in redditu ipsarum ad corpus dicentes animas rursum vniri corporibus per modũ generationis naturaliter &c. Secundo errauerunt:quia dicebant animam non coniungi eidem corpori,cui prius,sed alteri,& aliquando corpori non eiusdem speciei.Et ob hoc Pythagoras secutus est frugalitatem, nec manducans carnes,neq; pisces,& ad hoc oẽs homines inuitabat,& c.Sed hoc ĩprobat,&c.Mat.t.6.90.c.3.F
Python. Vide superius.
Placere Deo. Melius est aliquid agere, vt placeamus Deos, quam vt habeamus vitam æternam.Mat.to.5. 121.c.2.B
Plaga. In plagis generaliter maior dolor est in die tertia,quam in prima,& secunda diebus.Gen. 339.c.2.E
Decem plagæ Aegypti notantur istis versibus.
Prima rubens vnda,tabes,Ranæque secunda.
Inde culex tristis,post musca nocentior istis.
Quinta pecus strauit.Vesicas sexta creauit;
Pœna subit grando,post brucus dente nephando.
Nona tenet solem primam necat vltima prolem.
Exod.to.1. 50.c.1.C
Plaga secunda scilicet ranarum respondet culpæ interfectionis puerorum Hebrẽorum,&c.Exo.to.1. 50.col.1.D
Plaga tertia de cyniphicibus respondet culpæ Aegyptiorum, qua oppresserant Hebræos duris laboribus terræ & luti,&c.Exo.to.1. 52.c.1.E.c.2.A
Quartam plagã fuisse pediculos,& non cyniphes dicunt Iudæi,& c. Exo.to.1. 52.c.2.E
Quinta plaga solum animalia,quæ erant in agro,perierunt,& non omnia. Nam omnia capiuntur pro multis. Exo.9. Secundum morem sacræ scripturæ.Exo.to.1. 55.c.2.B
Sexta plaga euenit Aegyptijs secundum respondentiam pœnæ, quam ipsi infligebant Hebræis: quia quia non solum puniebant Hebræos, sed etiam eorum animalia, necabant grauissimis oneribus. Exo.to.1. 55.c.3.F
In septima plaga iubetur assumi cinis de camino, ad indicandum duo. Primo ad significandum effectum scilicet vesicas turgentes, quæ postea natæ sunt,&c.Secundo ad significandum causam,quare plaga illa fuerit inflicta scilicet ad correspondentiam afflictionis Iudęorum in decoctione laterum &c.Exo.to.1. 55.c.4.G
Aegyptij magis & minus cruciabantur in plagis secundum quod magis vel minus peccauerũt, &c. Exo.to.1. 56.c.4.G
Plaga grandinis respondet afflictioni, quam Aegyptij

ptij intulerunt Hebræis, cogentes eos ſtipulas colligere per vniuerſam Aegyptum, non minuẽtes numerum laterum. Exo. to. 1. 59. c. 3. G
Plaga grandinis facta eſt mẽſe Februario. Exo. to. 1. 60. c. 1. D
Plagarum Aegypti cauſa finalis erat demerita Pharaonis & ſeruorum ſuorum, & Deus etiam ordinabat illas in laudem ſuam, ſ. vt nomen eius enarretur in multas generationes, iſtud tamen erat finis minus principalis. Exo. to. 1. 61. c. 1. B
Quare Deus tot plagas voluit inferre Aegyptiis, cũ breuius potuiſſet expedire &c. Exo. to. 1. 65. c. 3. F
Plaga vltima, de qua Exod. 12. reſpondet culpæ Aegyptiorum, qua paruulos Hebræorum occidebant in flumine. Exo. to. 1. 77. c. 1. A
Circa numerum plagarum Aegypti improbatur ſententia Magiſtri hiſtoriæ ſcholaſticæ dicentem fuiſſe plures quam decem, & fuiſſe tot, quot ponuntur dies Aegyptiaci in calendis noſtris, qui in quolibet menſe ponuntur duo. Exodi tomo 1. 77. c. 1. B
Plaga decima occiſionis primogenitorum Aegyptiorum fuit facta per Angelos malos, vt videtur colligi ex Pſal. 77. dicens: Miſit in eos iram ſuam immiſſiones per Angelos malos &c. Exo. to. 1. 90. c. 1. A
De plagis illatis Aegyptiis auctores gẽtilium aliter fabulabãtur, quàm veritas ſacræ ſcripturæ dicat. Et iſtæ plagæ fuerunt inflictę anno octingenteſimo quinto ante Vrbem conditam, qui eſt annus milleſimus quingenteſimus quadrageſimus ſeptimus ante Chriſtum natum. Exo. to. 1. 117. c. 1. E
Quædam plagę earum, quę fuerunt datę Aegyptijs, fuerunt naturales in aliquo, & in aliquo ſupra naturales. Leuit. 26. c. 2. C
De plagis, quas Chriſtus ſuſtulit in paſſione ſua. Paradoxa. 41. c. 3. G
Planeta. Vel aliquod corpus cœleſte non poteſt influere in aliquam partem mũdi, quam non reſpicit, vnde Planeta, qui eſt ſuper Angulum terrę, nõ poteſt influere aliquid in medio Orizontis noſtri, vel cuiuslibet, qui ſupponitur angulo medij cœli, cuius aſſignatur ratio. Gene. 40. c. 4. H
Impoſſibile eſt aliquorum planetarum coniunctionem vel aſpectum cœli eſſe ſimul ſuper vniuerſam terram. Et ideo impoſſibile eſt fieri diluuiũ vniuerſale naturaliter. Gen. 40. c. 4. I
A planetis principalior eſt influẽtia in hæc inferiora, quam ab aliis aſtris fixis: & hoc, quia habent latitudinem in motu ſuo, declinando aliquãdo ad Septemtrionem, & aliquando ad Auſtrum, quæ quidem contemperat elementa, & res elementatas tam viuentes, quam non viuentes: & conſeruat eas in ſua armonia. Leuit. 161. c. 3. H. & 257. col. 2. E
Septem Planetæ ſic ſe habent, quòd vnus dominatur principaliter in vna, & alius in alia, & per iſtũ modum euenit, vt vnus planeta dominetur in prima hora vnius diei: & alius in prima hora ſequentis &c. in die dominica dominatur Sol, in die Lunæ Luna, in die Martis Mars, in die Mercurij Mercurius &c. Leuit. 257. c. 2. E. & c. 3. F
Planeta nõ dicitur humidus vel ſiccus formaliter, ſed effectiue. Leuit. 195. c. 3. I
Planetas non eſſe infixos orbi euidẽtiſsima concluſio eſt apud Aſtronomos, & probatur hoc per epiciclos: quia eleuantur, & deprimuntur, diriguntur, & retrogradantur ſecundum illos. Ioſue to. 1. 182. c. 1. E. c. 2. B
Quilibet Planeta eſt in medio ſui cœli. Ioſue to. 1. 187. c. 4. G
Latitudo declinationis, motus planetarum fuit neceſſaria ad conſeruandum genita, & continuandum generationem, & corruptionem &c. Ioſue to. 1. 188 c. 3. F
Omnes orbes planetarum quanto ſunt ſuperiores, & magis coniuncti primo mobili, tanto magis rapiuntur, & tardius mouentur motu ſuo &c. Ioſue to. 1. 200. c. 3. B
Ex planetis naturaliter pendet vita animantium, & propter hoc ſeptem planetis aſcribimus ſeptem dies, appellantes eos ex planetarum nominibus. 2. Paral. 23. c. 1. D
Planetæ licet ſint meridiani, vel ſeptẽtrionales reſpectu cœli: tamen reſpectu noſtri ſunt ſemper meridiani. 2. Paral. 23 c. 2. B
Motus ſeptem planetarũ eſt nobis meridianus, eo q̃ habitantes in parte Septemtrionali habemus ſpheram obliquam. Mat. to 4. 4. c. 4. F
Tres ſolum planetæ faciunt vmbram, ſcilicet, Sol, Luna, & Venus. Defen. 49 c. 4. H
Plangere Quomodo differat à flere. Ge. 284. col. 3. H
Planctus Chriſti. Planctu inchoauit Chriſtus vitã ſuam. Parado. 35. c. 1. D
Plaſtes. Venit a pſalmo, as, quod eſt formo, vel compono, vel fingo. Gen. 8. c. 4. F
Plato. De Platone referũtur verba Valerij Maximi lib. 8. cap. 1. Et verba Iuſtini, & Apuleij, & Senecæ Gen. 4. c. 1. E. c. 2. A
Plato cenſuit poetas ex vrbe pellendos. Gene. fo. 4. col. 2. E
Quidam emit Platonem octo ſeſtertiis à Dionyſio tyranno, vt eum liberum permitteret. vt refert Seneca, contra quem magna ira mouetur Seneca, qui tantum philoſophum tam paruo precio comparaſſet. Gen. 4. c. 4. K
Platonem dixiſſe totum primum caput Ioannis, vſque ad illam partem, Fuit homo miſſus à Deo quidam dicunt ex mẽte. Augu. Sed nõ inuenitur vbi. Gen. 12. c. 1. C
In Platonis libro, qui Thimęus dicitur, habentur illa verba, quæ recitãtur Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram &c. Et quædam alia, de Exo, vt, Ego ſum, qui ſum. licet aliqualiter differant, refert Auguſt. 7. de Ciui. Dei. Geneſim. 12. c. 1. C
Plato inter philoſophos obtinet principatum, & nullum in diuinis parem habuit. Gen. 12. c. 1. D
Contra defendentes Platonem dicentem, quòd anima coniuncta quantum eſt de ſe, poteſt intelligere per ſpecies inditas, & concreatas, & tamen nõ intellig t, dum eſt in corpore, quia impeditur a corpore. Matth. to. 7. 189. c. 3. K
Plato poſuit ſpecies, ideſt, quidditates rerum ſubſiſtentes ſeparatas, & actu inteligibiles, id eſt non indigentes aliqua operatione præuia intellectus agentis, ſicut indiget phantaſma ad hoc, quod fiat intelligibile, &c. Et has ſpecies ſubſiſtentes Plato vocat ideas. Mat. to. 7. 190. c. 2. D. Sed improbatur hoc ab Auctore. ibid. 190. c. 4. F
Plato videbatur aſſerere duos deos, ponebat enim Noim, & Trigaton, & animam mundi, & Noim vocabat Patrem, & Trigaton intellectum primum, ideſt filium, qui intellectus vel ſapientia Patris dicitur, & animam mundi Spiritum Sanctum, qui omnia replet, ſicut anima hominis totum ipſum hominẽ informare dicitur: ſed Plato magis

magis videtur velle animam mundi esse quandā vim creatam generatiuam, & gubernatiuā. Nec Plato in his intelligebat vnam essentiam: sed potius credebat esse tres deos, siue tria, vt ait. Augu. super epistolam ad Colossen. Et hoc dogma Platonicum Ptolemæus repudiauit. Gene. 36. colum. 2. D

Plato non potuit scire Genesim: quia tempore suo nondum erāt trāslata Eiblia in linguam Græcā, sed post fere per octoginta annos. Et nunquam iuit in Iudeam: sed in Aegyptum, vbi forte ab aliquo Iudeo aliquid potuit audire. Quomodocunque tamen ipse Plato audiuit primum Genesis. Nam ideo in Timeo dixit, q̄ Deus in principio rerum posuerat duo elementa. s. terram & ignē: quia Plato, & omnes ipsum sequentes vocant cę lum, ignem, & stellas puriorem ignem dicunt. Et Lunam dicunt esse in inferiori pte ignis coniunctam regioni aeris. Deinde dicit, q̄ Deus coniunxit ista duo elementa. s. terram, & ignem per duo media. s. per aerem, & aquam. Et quando dicitur: Spiritus Domini ferebatur super aquas, intelligitur sic. i. aer erat sup aquas. Ge. 2. c. 4. K. & 3. c. 1. A

Platonem esse saluum in lege naturę, multi dicunt, &c, Gen. 11. c. 2. D

Plato dixit arborem sciendi bonum, & malum esse hominem: quia nō putauit esse talem arborem, &c. Gen. 13. c. 4. H

Platonem secuti sunt multi ex theologis antiquis, patet de Aug. in lib. Geneseos ad literam, qui posuit cœlum, seu firmamentū esse de natura ignis, sic refert Magister. 2. Senten. distin. 14. Gen. 86. colum. 3. G

Plato dixit hominem esse animam in corpore viuētem, &c. Exo. to. 1. 44. c. 4. K. Sed ista definitio hominis improbaī. Leui. 16. c. 4. I. In Parad. 23. c. 3. K. Et dixit corpus hominis non esse partem hominis, sed vestimentum hominis. Mat. to. 6. 186. colum. 2. A

Platonem & multos alios de philosophis, qui ad vnguem vitia correxerunt, fuisse saluos tenet Aug. 4 Reg. 54. c. 1. C

Plato in ordinatione suæ politię tradidit legem, vt homines per exercitium fierent ambi dextri. 1. Parali. 132. c. 2. B

Plato floruit tempore Darij Nothi ante Christi natiuitatem annis quatuor centum, &c. Matth. to. 1. 146. c. 4. K

Plato non peccauit seruando virginitatem perpetuam, nec ipse credidit se peccasse: sed ideo sacrificauit, vt assentiret opinioni erroneæ aliorum eis honorem deferens quasi peccasset seruando virginitatem. Mat. to. 7. 22. c. 2. B

Plato opinatus est animam hominis non esse velut formam, quæ est altera pars compositi, sed Deus coniunxit eam corpori, vt substantiam perfectā, vt motorem mobilis, vt nautam naui, &c. Matt. to. 7. 152. c. 3. I

Plato posuit triplicem prouidentiam, &c. Matt. t. 3. 260. c. 4. K

Refertur opinio Platonis de Anima. Matthæ. to. 7. 273. c. 4. H. Mat. to. 6. 186. c. 2. A

Illud dictum Platonis, q̄. s. nostrum scire sit quoddam reminisci, improbatur: quia tenet animam humanā esse plenā scientia, & virtutibus, priusq̄ infundatur in corpus Exo. to. 1. 282. c. 2. B. In Parado. 89. colu. 4. G. In De Statu animarum, &cæt. 6. c. 2. B

Quid Plato senserit de animabus humanis. in Para. 91. c. 2. D

Plato posuit tres spirituū naturas. in Parad. 91. c. 3. I

Plato in Timęo tenuit Dei bonitatem esse causam creationis mundi. De Beata Tri. 4. c. 3. I

Licet Plato non fuerit plene Pythagoricus: Pythagoræ tamen positionem in quibusdam imitatus est. in De Statu animarum, &c. 7. c. 3. H

Plato dixit animas humanas in astrorum corporibus fuisse, & inde in corpora nostra deriuatas in quandam quasi pœnam, & post exitum a corporibus iterum ad astra redire. Rursus autē ad alia corpora, &c. sic, vt infinita fiat circulatio: quod tamen sic improbatur, vt Pythagoræ positio. in De Statu animarum, &c. 7. c. 3. I

De Platonis, & Socratis politia. vide in dictione, Politia.

Platonici. Augustī. in 7. Confessionum, ait se legisse in Platonicorum libris, & si non his verbis, &c. s. In principio erat verbum vsq; ad illam partem, Et tenebræ eam non comprehenderunt. Item q̄ omnis anima testimoniū perhibeat de lumine, non tamen est ipsa lumen. Deus enim est lumen, quod illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum. Et q̄ in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Item dicit ibidem se legisse, q̄ verbum Deus, non ex carne, non ex sanguine, non ex voluntate viri, nec ex voluntate carnis: sed ex Deo natus est. Sed dicendum, q̄ ista cognouerit Plato valde confuse, nec ad eundem intellectum totaliter, ad quem Ioannes loquebatur. vt. probatur. Gen. 12. c. 1. E. & c. 2. A

Platonicorum opinio de dęmonibus refertur. Mat. to. 7.

Platonici negant ignem esse ante Lunam. Genes. 86. c. 2. E

Platonici & alij multi philosophi dixerunt aerem, & ignem esse materiam cœlestium corporū, &c. Exo. to. 2. 112. c. 3. G

Plaustrum Dicitur curus a plaudendo dictus, eo quòd mittit sonitum, quando mouetur. 1. Paral. 146. c. 2. D

Pleonasmus. Pleonasmo figura multoties vtitur scriptura sacra. Leuiti. 192. c. 3. K

Plorare Plorans super mortuos, in vete. lege quando incurreret immunditiam, & quando non. 2. Reg. 73. c. 4. I

Plorare super mortuo est rationabile, & valde piū. 2 Reg. 85. c. 2. E

Plorare pro mortuis dupliciter accipitur. 2. Regū. 85. c. 4. H

Pluere. Pluuia. Non pluit in terra Chanaan tempore messis triticeæ, nisi miraculosè. 1. Reg. to. 1. 199. c. 3. H

Qualiter pluuia faciat germinare. Deuteronom. 56. colum. 2 B

Pluuia fit ex humida exalatione faciliter conuertibili. 1. Reg. to. 1. 199. c. 4. I

Pluuia quid sit, & quomodo caufetur. 2. Paralipo. 88. c. 2. E

Sola pluuia inter omnia metheorologica est in aliqua specie, scilicet in specie aquæ: cætera autem sunt in illa specie cuius sunt materiæ, sicut glaties, nix, & geln, sunt species aquæ, & sic de alijs. Matt. to. 1. 113. c. 1. A

Quod pluuia sit magnum beneficium, quod Deus nobis præstat, probatur ex multis. Matt. tomo 2. 256. c. 3. F

Pluuia datur hominibus, & aufertur non nūquam in pœnam peccati. Deuterono. 11. Si obedieritis man-

mandatis Domini &c. Dabit pluuiam terræ veſtræ temporaneam, & ſerotinam &c. Mat. to.2. 256.c.4.F
Futurarum pluuiarum ſignum in terra Iudæorum ſumebatur per nubes aſcendentes ab Occaſu, ſiue de mari, quod idem eſt &c. Matth.to.4. f.154. col.3.H
Quomodo in Chriſto erunt ſigna pluuiæ, & quomodo fuerint ſigna ſerenitatis. Matth. tomo 4. 155.c.2.A

Pluma. Significat acum &c. Exodi tomo 2. 38.c.4.F

Plumarius. Plumarium.

Inter plumarios,& polymitarios quid interſit.Exo. to.2. 189.c.4.G.& 191.c.1.D.& 194.c.2.A
Plumarium opus,eſt opus textorum. Exo. tomo 2. 38.c.4.F

Plura. Tres ſunt modi inueniẽdi aliquid in plu ribus. Mat.to.6. 73.c.3.F

Pluralitas. Vitãda eſt in matrimonio in vtroque ſexu. Mat.to.5. 85.c.3.F. Imo reprobata eſt,tanquam fidei Chriſtianæ inimica. Mat.to.5. 111.c.3.I

Pluſquam propheta.

Quare Ioannes Baptiſta vocatus fuerit pluſquam propheta. Mat.to.6. 11.c.3.G
Diſcipuli Chriſti erant pluſquam prophetæ.Matth. to.6. 242.c.1.B

Pluto. Sub Plutone Deo inferorum magnum populum cõſtituebant poetæ, ſimiliter, & in campis Eliſiis, vbi erant viri virtuoſi &c. Exo.to.2. 158.c.3.F

Podagra. Solet afficere viros potentes, & delitioſos circa ſenectutem propter indigeſtionem quarundam ſuperfluitatum, pauperes tamen & laborantes in exercitijs corporalibus raro ſuſtinent paſſionem podagræ. 2. Paral. 217.c.4.K.& 219.c.3.G
Podagra, vt in plurimum, euenit circa ſenectutem, & raro in iuuentute. 2.Paral. 219.c.3.H
Podagra, quæ euenit Aſa regi Iuda, poterat venire illi naturaliter. 2.Paral. 219.c.3.G. Dicendum ꝙ illi acciderit ſupernaturaliter à Deo infligente. ibidem. 219.c.4.F

Poema. Poetria.

Poema eſt illud, quod componitur arte poetica, & poetria eſt ars componendi carmina.vnde Ebrardus: Arte poetria fungor, ſed fingo poema. Ge. 16.c.2.B

Pœnitentia. Vide Penitantia.

Poeta. Poetæ diſtinguentes ſęculũ per quatuor ætates &c. loquuntur contra ſacrã ſcripturam.Gen. 104.c.1.E
Poetæ inceperunt tempore belli Troiani. Nam tunc Muſeus, Linus, & Amphion claruerunt in arte muſica, & paulo poſt Orpheus, & Homerus. Et inuenerunt pugnas,& figmenta deorum. Nu. to.1. 201.c.4.I
Multa mentiuntur poetæ de loco inferni.Mat.to.7. 266.c.1.A
Multorum poetarũ fuit opinio, quòd vnicus eſſet Deus, qui vocatur Iupiter. Et ꝙ iſte propter diuerſas proprietates varia habebat nomina,& varia ſortiebatur ſimulachra, &c. Iudium. fol.32. col.2.E
Quare poetæ dicãt infernum habere portas & vias, Mat.to.7. 166.c.1.E
Poetæ interdum nominant metra ſua ab inſtrumentis, quibus canebantur, ſic dicuntur verſus lyrici,eo quòd cum lyra canebantur, & ipſi poetæ vocantur etiam lyrici ex eadem cauſa, vt Horatius &c.1.Paral. 170.c.2.D

Polenta. Vocatur multitudo granorum excuſſorũ deſpicis, & purgatorum ad comedendum, & ſuper Ruth. 246.c.1.E
Polenta erat cibus factus de granis coctis leuiter ad ignem, cum nondum ſint totaliter maturi &c. 2.Reg. 113.c.3.G
Polenta dicuntur ſpicæ decorticatæ. 4. Regum. 48.c.1.D

Polentius hæreticus. Aſſeruit duo.Primum erat malũ eſſe,& contra mandatum Chriſti,quòd conuerſo altero coniugum infidelium ad fidem, maneant ambo in coniugio. Secundum,quòd Apoſtolus illud aſſeruit, mandans, quòd manerent copulati, quæ ſunt duo incompatibilia, ſed in vtroque falſum dicit.primo Regum tomo primo.fo.124. col.1.D
Polentius dixit,conuerſos ad fidem manere debere cum coniugibus infidelibus eſſe contra doctrinã veteris teſtamenti: ſed mentitur. 1.Regum to.1. 128.c.1.D. Similiter mentitur dicens,quòd Apoſtolus iuſſerat coniugibus fidelibus manere cum infidelibus, & quòd nullo modo recederent ab eis, &c. primo Regum tomo primo. folio 128. col.4.K

Polymitarius. Polymitarij dicuntur, qui pannos diuerſis coloribus fingunt,vt patet.2.Reg.21.de illo,qui vocatur polymitarius &c. Exo.to.2.60.c.3.I.& 189.c.4.G.& 194.c.2.A
Polymitarium opus, eſt opus pictorum: quia operantur ſuper ponendo plures colores. Exo.to.2. 38.col.4.F. Et polymitum dicitur opus plurium colorum, &c. Exodi tomo ſecundo. folio 60. col.3.I

Polymitum. Dicitur à polis, quod eſt pluralitas, & mithos, quod eſt gutta, quaſi pluralitas guttarũ vel tincturarum. 2.Reg. 79.c.1.A
Veſtis polymita eſt veſtis varię tincturę,&c.1.Paral. 229.c.4.K

Politia. Fuit ante diluuium. Geneſim. fol.51. col.4.K
In quacunque politia oportet eſſe per ſe ſufficientiam ad vitam,ex primo Polit. quod non contingit niſi vbi ſunt omnia officia & omnes miniſtrationes neceſſariæ ad viuere, & ad bene viuere in communitate. Gen. 74.c.2.D
Sicut politia eſt duplex, ſcilicet diuina & humana, ſic oportet eſſe duo genera legum, ſcilicet, diuinarum & humanarum. Exodi tomo primo. 185.c.3.F
Politiarũ & principatuum, quidam ſunt boni ſimpliciter, & quidam ſunt boni huic vel illi genti &c. Exo.to.1. 204.c.2.A
In politijs nihil magis neceſſarium quàm iudex ex 3.Politic. Exo.tom.2. 11.c.3.G. Matth.to.6. 183. col.3.H
Politia,ablata iuſtitia, non eſt niſi quædam publica latrocinia &c. Leuit. 205.c.4.I
In politiis rectiſſimis debet eſſe vnus regens, vel multitudo regẽtium ſubordinatorum ad vnum, vt ait Ariſtoteles.3.4.& 5.Politic. Num. tomo 1. 45.c.4.K

In politia magis neceſſarium eſt diſtributiuum iuſtitiæ quam panis. ſ. iudex quam panis. ex primo Polit. Nu. to. 1. 58. c. 2. A. 1. Reg. to. 2. 6. c. 2. A
Politia dicit habitudinem plurium, qui conueniũt ad ſimul manendum, & hoc quantum ad ſuperioritatem, inferioritatem & ęqualitatem. Num. to. 1. 119. c. 3. P
Politia eſt magis neceſſaria quam lex, & eſt prior lege naturaliter, & c. Nu. to. 1. 119 c. 3. G
Politiam Hebræorum ordinauit Iethro. Nu. to. 1. 119. c. 3. G
Politiæ finis eſt abundantia in neceſſarijs ad vitam. Nu. to. 2. 73: c. 4. G
In politia humana non conſideratur meritum vel demeritum ſemper, vt ſic æqualiter puniat quis, ſed pax & politiæ bonus ſtatus. Deu. 6. c. 1. D
Politiarum duo ſunt fines architectonici. ſ. abundãtia neceſſariorum ad vitam, & completio naturalis deſiderij. Deut. 19. c. 2. D
Tres ſunt bonæ politiæ. ſ. Monarchia regalis & ariſtocratica, & timocratica, & tres aliæ malæ. ſ. tyrannica, oligarchica, & democratica. Ethic. & 3. Politic. Et inter bonas melior eſt monarchia regalis, & c. Deu. 95. c. 2. A
Status politici magna pars eſt i honore deorum, vt dicit Ariſtoteles 8. Ethic. & 7. Politic. 98. c. 4. F
Politiarum principes & rectores aliquando occidunt eos, qui nondum peccauerũt, & bene agũt, quando timent ne in futurum mala committãt, vel ne magnum ſcãdalum naſcatur, & hoc quia politia magis intendit bonum commune, quam bonum vnius. Deut. 113. c. 4. G
Ad politiæ ſtatum ſeruandum multa mala fiunt, vt torquere innocentem propter alicuius criminis prę ſumptionem, ita vt aliquando contingat, vt aliquis duros timens cruciatus, mala, quę non egit ſe egiſſe fatetur, vt breui mortis compendio diutornos effugiat cruciatos. De hoc Aug. li. 19. de Ciui. Deuter. 131. c. 1. E
Politia non eſt propter legem, ſed lex propter politiam. Iudi. 215. c. 4. F. & 223. c. 4. I
Politiarum ſex ſunt genera. Iudi. 7. A
Tres politias bonas diſtinguit Ariſtoteles & tres peruerſitates politiarum. Tres bonæ ſunt. ſ. regalis, ariſtocratica, & timocratica: tres vero malæ sũt. ſ. tyrannica, obligarchica & democratica: & primarum trium regalem dicit optimam, peſſimã verò tyrannicam. 8. Ethic. & 3. Politi. 1. Reg. to. 1. 87. c. 2. C
De politia Hebręorum ab initio vſque ad Chriſti mortem, primo in generali, & deinde in ſpetiali. 1. Reg. to. 1. 2. c. 3. F. Et a Chriſti morte vſque ad deſtructionem Ieruſalem per Romanos. 2. Parali. 148. c. 4. F
De duplici conſideratione politię. 3. Regum. 33. c. 1. E. & c. 2. A
In rectis politijs primi delinquentes contra legem nouiter poſitam, grauius puniuntur quam poſtea. & c. 4. Reg. 59. c. 2. A
Rector politiæ non eſt pars eius, ſed eſt ſuper politiam. 1. Paralip. 327. c. 2. E
Lex alicuius politiæ dicitur æterna, ad iſtum ſenſum, quod durabit quantum politia durabit. 1. Paralipom. 275. c. 1. C
Politia regalis, ſecundum naturam ſuam vel genus, melior eſt omnibus alijs politijs, quamuis nulla ſit periculoſior, & c. 1. Reg. to. 1. 87. c. 3. F
Politiæ finis eſt per ſe ſufficientia. Matth. tom. 2. 93. colum. 1. C
Finis politię eſt tranquillitas & abundans ſtatus ciuium, & c. Matt. to. 2. 138. c. 3 G. c. 4. F
Ad ſtatum polliticum non requiritur aliquua virtus propriè, niſi iuſtitia: nam ipſa ſola politiam conſeruat. 5. Ethic. vt probatur. Matth. tom. 3. 19. colum. 2. D
Sicut cuilibet politiæ non conuenit optimus principatus, ita neque leges optimæ. in Defen. 31. colum 4. F
Inter politias nulla melior eſt, quam illa, quæ regitur principatu monarchico, quia iſte principatus eſt ſimpliciter bonus, & conuenit naturę: naul. 12. Metaphi. dicitur mala eſt pluralitas principũ. & 8 Ethi. & 3. Politi. in Defen. 31. c. 3. I
Socrates & Plato ſtatuẽtes in politia ſua, quòd vxores & poſſeſſiones deberent eſſe cõmunes, an ſtatuerint aliquid iuſtum, vel non. Et factis argumẽtis ad vtramque partem. in De Opt. Polit. 3. c. 4. I. Auctor poſtea ponit concluſiones ſex ad determinandum quæſtionem. Prima concluſio, Legislator, volens condere politiam, non debet ponere optimam politiam, nec optimas leges. De Opti. Politi. 4. c. 1. D. Pars ſecunda probatur ibidẽ. 4. c. 3. G. Secunda cõcluſio. Volens ordinare perfectam politiam oportet, quòd conſideret tempora generandi, quæ probatur in De Opti. Polit. 5. col. 1. E. Tertia concluſio, Politicus procurans perfectas facere proles, dẽbet conſiderare occupationes gignentium: quæ probatur in De Optim. Politi. 6. c. 1. A. Quarta concluſio, Si prolis perfectio a gignentibus requiratur, neceſſe eſt, vt de loco, & de loci poſitione nimium laboretur: quę probatur. in De Opti. Polit. 6. c. 2. E. Quinta concluſio, Quamuis in eodem viro conueniens, eſſe poſſit vxorum pluralitas, in eadem tamen fœmina toti rationi diſſonat virorũ diuerſitas. in De Opt. Politic. 7. c. 2. B. Communitatem vxorum, in politia Socratis & Platonis non capit natura, nec vlla vis rationis, quę probatur. in De Optim. Polit. 8 c. 3 F
Inter politiam & legem hoc intereſt, quòd politia eſt quidam ordo, ſecundum quem debent conuenire ciues ad conſtituendum ciuitatem, lex vero dicitur quędam regula, quæ imponitur ipſis, cũiam ſunt ciues. in De Opti. Polit. 4. c. 1. D
Politia duplex, quædam bona, & quędam mala. ex. 3. Polit. Et politię bonę ſunt tres ſcilicet, monarchica, regalis, ariſtocratica & timocratica, & politię malę ſunt totidem. ſ. monarchica tyrannica, oligarchica, & democratica. in De Opti. Pol. 4. c. 1. E. & c. 2. A
Politia monarchica regia eſt illa, cui vnus dominatur, & ille eſt rex. in De Opti. Polit. 4. c. 2. A. Et iſta eſt inter omnes, Ariſtoteli tamen non placet iſta politia, quia principatus monarchicus eſt periculoſus, & c. in De Opt. polit. 4. c. 2. D
Politia ariſtocratica eſt, cum plures dominantur, & dominia dantur ſecundum regulam virtutis, maiora vel minora. in De Opti. Poli. 4. c. 2. C
Politia timocratica eſt media inter obligarchicam, & democraticam, & c. in De Opti. Polit. 4. colum. 2. B
Politia Monarchica, tyrannica eſt illa, in qua vnus tantum principatur, non conſequẽs iuſtas leges, ſed ſuam voluntatem, & cæt. in De. Opti. Polit. 4. col 2. B
Politia obligarghica eſt illa, in qua dominantur aliqui ſolum, quia potentes ſunt, aut diuites, de qua quarto Politi. capit. quinto. in De Optim. politia. 4. c. 2. B
Politia democratica eſt, quando totus populus impetrat,

perat,siue pauperes, siue simplices, & quicunque siue per sortes aut tempora, de qua secundo Politicorum.cap.3 & in quarto cap.5.In de Optima poli.4.c.2.E.Et hanc dicit Aristoteles conuenientem esse ciuitatibus &c.ibid. 4.c.2.E

Volens ordinare perfectam politiam, oportet vt tempora generandi consideret &c.In de Optima politia. 5.c.1.E

Politica communicatio.

Politica communicatio est propter non per se sufficientiam omnium, quæ ad vitam pertinēt &c. Et ista non fuisset in paradiso, si Adam non peccasset.Genes. 229.c.1.B

Politica cōmunicatio cōstat ex multis cōmunicationibus.s.ex despotica, œconomica, & homogalactica,& sequitur vnitas loci, & legis, & iudicis &c.Gen. 240.c.1.B

Prima causa politicæ communicationis est necessitas rerum necessariarum, vt patet ex 1.3.& 7.Politico.Gen. 306.c.4.G

Maximum bonum politicum est pars ciuitatis. Ge. 338.c.3.I

Circa politicam congregationem prima negociatio est de habitudine principis, an vnus vel multi debeant esse &c. Nume.to.1. 2.c.2.C

Politicus. Procurans perfectas facere proles oportet vt gignentium consideret occupationes & labores. In de Opti. polit. 6.c.1.A

Pollex. A pollendo vel excellendo dicitur.Leuitici. 68.c.1.A

Polluere. In sacris literis aliquando capitur p contemnere. Leuit. 255.c.1.B

Pollutio nocturna.

In pllutione nocturna dæmon se succubum facit, corpore de aere figurato,& in vase genitali virile semen receptat,seruans ne aliqui spiritus exalēt, vt sit aptum ad generationem, deinde sexu trāsmutato, in virum se transformat.Et cum fœminas in somniis fauore libidinis excitatas esse perspexerint, eis commiscentur virile semen,quod receperunt emittentes.& isto modo dicunt Merlinum Vatem in partibus Anglicanis ex cuiusdam pastoris semine per dæmonem succubum receptum,& deinde in aluum matris per eūdem dæmonem incubum emisso, generatum. Gene. 35.c.1.E

Quare homines tempore, quo ieiunant, patiantur potius pollutionem nocturnam, quàm alias, & maxime si tunc aquam biberint,quàm si vinum, & maxime etiam si illam biberint paulo ante cubitum,& præcipue,si calida fuerit.Quare si bibendum sit, potius bibant vinum quàm aquam.Leuitici. 144.c.3.G

Qui apud Iudæos nocturnam pollutionem incurrebat, egrediebatur extra castra, & non reuertebatur prius quàm ad vesperam lauaretur aqua. Et post Solis occasum reuertebatur in castra, vt patet Deut. 23. Et si pollutus esset in coitu etiam cum vxore, prohibitus erat ab ingressu Sanctuarij, sicut, qui cum adultera.Quare in hoc aberrat Nicolaus dicēs,q ideo accedentes ad vxores erāt immundi,propterea quia ibi est quędam inordinata concupiscentia, secundum quam causatur fœditas, dicendum q non propter hoc, sed quia immūditia, fm q̄ vitabantur ab ingressu Sāctuarij, erat quædā irregularitas corporalis nullo mō pertinens ad animā &c.Leuit.147.c.1.D.& c.2.A

Et aliqui dicunt,q lotio ista debet fieri,si talis deberet ingredi Sanctuarium, & q illi tantum erāt immundi respectu ingressus Sanctuarij, quod tñ ab Auctore improbatur.ibid 147.c.2.D.Quare dicendum,q hæc immunditia in coitu obligat ad immediatam emundationem, s.eadem die.ibid. 147.c.3.H

Pollutio nocturna compellebat hominem exire de castris, & manebat extra castra vsque ad Solis occasum, & lauans carnem suam regrediebatur in castra.Num.to.1. 267.c.2.B

De pollutione nocturna Deut. 221.c.1.C

Pollutio nocturna ex quibus causis nascatur, & qñ per eandem sit abstinendum à sumptione Eucharistiæ.1.Reg.to.2. 88.c.1.B

Pollutio nocturna aliquomodo potest esse peccatum,& aliquando sine peccato, quia potest considerari tripliciter, vno modo fm se, alio modo p comparationem ad suam causam: si primum,nō habet rationem peccati.Matth.to.2.184 c.4.I. Si autem consideretur secūdo modo, potest esse tripliciter. Vno modo, cum humor seminis super abundat in corpore. Et tunc facile est pulsare ad exitum & solui. Vel cū facta est resolutio per nimiam calefactionem corporis,vel per quancunque aliam commotionem somniat dormiēs ea, quę pertinent ad expulsionē huius humoris abūdantis,vel resoluti &c. Tunc si causa istius multitudinis humoris,vel resolutionis sit culpabilis,ipsa emissio, quæ fit in somnio,erit culpabilis. Et si non,non. Mat.to.2 185.c.1.A. Secundo pollutio nocturna prouenit ab interiori.s.ab ipsa cogitatione præcedente, siue speculatiua, siue practica &c. Mat.to.2. 185.c.2.D. Tertio potest prouenire a causa spirituali,& extrinseca,s.a dęmone,& ista aliquando est peccatum & aliquando non, ibid. 185.c.3.H.Interdum pollutio nocturna procedit ex sola infirmitate.ibid. 185.c.4.K

Pollutio nocturnam possunt dæmones causare,sed quomodo. Mat.to.2. 185.c.3.H

Pollutionem nocturnam patiuntur multoties, qui bibūt aquam solam ante cubitum, potius quam bibentes vinum temperatum,& magis si aqua sit tepida,quàm si sit frigida Mat.to.2. 186.c.1.B

Pollutio nocturna, quando venit ex cogitatione præcedente, potest quinque modis considerari, & comparando pollutionem ad præcedentem cogitationem est culpabilis,quia oritur ex radice culpabili, scilicet ex cogitatione libidinosa, cui tripliciter est cōtinua per modum cogitationis, affectionis & delectationis, vt probatur per singula.Mat.to.2. 186.c.1.D

Pollutio nocturna nunquam potest esse peccatum, nisi causa eius fuerit peccatum, & inquantū continuatur actus dormientis cum vigilante, continuatur peccatum dormientis cum peccato vigilantis, idest, vt hoc sit peccatum propter illud, & fit vnum peccatū ex cogitatione & pollutione. Et non committitur illud peccatū, quando homo polluitur, sed quando cogitauit in vigilia,sic ebrius culpatur de homicidio. Sic Loth de incestu.Mat.to.2. 186.c.1.E.& 187.c.3.K.& c.4.F

Ecclesia orat nos liberari à qualibet pollutione nocturna,dicens,Ne polluantur corpora: quia licet non omnis sit mala & culpabilis, nulla tamē est, quæ non causet hebetudinem mētis,si sentiatur, & præstat homini occasionem ad peccandum in venereis propter desiderium ex parte delectationis Mat.to.2. 187.c.4.G,

Pollutio nocturna non est omnino inuoluntaria,

quia licet non sit voluntaria voluntate concomitante,est tamen voluntaria voluntate pręcedente, inquantum causa pollutionis fuit cogitatio vel crapula,&c.Mat.to.2. 187.c.4.K

Pollutio ex ægritudine contingit, quando quis patitur dissolutionem seminis sine aliquo impetu & delectatione,& fluit per singulas horas. Et adhęret ille humor fędus & contractus carni,vt dicitur.Leui.15. Et ista ægritudo est pessima & turpis. Et contingit homines sępè ex illa mori, nec est peccatum,sed est pęna peccati, sicut & quælibet alia ęgritudo. Et in veteri lege, qui patiebant hunc fluxum ejiciebantur de castris, & manebāt foris sicut leprosi,quousq; sanarentur, vel morerentur.Leu.15.& Nu.5.Mat.t.2. 188.c.3.K.c.4.F

Pollutio,quæ per modum coitus est, si sit in vigilia, est peccatum mortale, etiam si non sit ibi mollicies:quia contingit ex vehementi desiderio venereorum.Mat.to.2. 188.c.4.G

Pollutio nocturna aliquādo est peccatum, & aliqn̄ non,vt distinguit Gregorius, & habetur.6.dist.c. testamentum.s. ꝙ aliqn̄ accidit ex crapula, aliqn̄ ex superfluitate seminis, aliquando ex infirmitate,& de hac pollutione, dicit non esse timēdum: quia magis dolendum est,illam animam pertulisse,quam fecisse.Et hæc superfluitas seminis intelligitur de illa,quæ fit sine crapula.Nā ex illa,quæ fit ex crapula incurrit animus aliquem reatū, leuem tamen, ꝓp quem non impeditur suscipere Eucharistiam, impeditur tamen missam celebrare,nisi forte necessitas vrgeat, vt quia est dies festus,ī quo oporteat celebrare, vel ꝙa nullus alius haberi potest.Si autem fiat ex cogitatione pręcedente somnium, talis pollutio impedit a celebratione & a sumptione Eucharistię.Et tamen istud peccatum aliquando est veniale,vt quādo in cogitatione delectatus fuit, sed non peruenit ad cōsensum, ꝙ si peruenit mortale est. Si vero diabolus suggessit,sed nec delectatus est,nec consensit, nullum peccatum est.Sic dicit Glo.dist.6.§.Quia vero,&c.Mat.to.2. 188.c.4.G

Ad cognoscendum qn̄ pollutio nocturna fit peccatum,& quando impedit a sumptione Eucharistię,dicit sanctus Tho. quòd potest pollutio cōsiderari quantum ad causam, vel quantum ad modum:quantum ad causam tripliciter, vel a causa spirituali.s.cogitatione præcedēte,cuius reliquię manent in dormiente,vel a causa extrinseca spirituali.s.a dęmone, vel a causa intrinseca corporali.s.a superfluitate ciborum, vel a superfluitate naturæ, aut ab infirmitate: & vna istarum est infirmitati subiecta.s.superfluitas ciborum,aliæ vero non. Quantum ad modum distinguitur: quia aliqua pollutio venit cum cogitatione præcedē te,& alia sine cogitatione. In illa, quæ venit sine cogitatione nullum est peccatum, sed solum est corporalis passio,&c.Mat.to.2. 189.c.1.C

In causa pollutionis potest inueniri peccatum, vt si præcessit cogitatio de rebus turpibus non procedendo ad delectationem nec consensum, sicut in disputante, vel exponente de venereis: nā necesse est,ꝙ prius illa cogiter,& ex cogitatione relinquat vestigia quædam in imaginatione,ex quibus in dormiente potest sequi pollutio. Aliquando vero inuenitur peccatum veniale, vt cum cogitationem pręcedentem sequuta est delectatio, sed non peruenit ad consensum. Aliquando inuenitur mortale, cum cogitatio peruenit ad consensum. Et quia difficile est iudicare, quando cogitatio peruenit ad consensum, & quando non, cum nullus effectus exterior sequatur, debet artendi si in somnio ipso, in quo sequuta est pollutio, anima videbatur consentire, aut dissentire. Si consentire sequitur, quòd in cogitatione non fuit consensus in pollutione: Et sic consentire, sequitur quod in vigilando pręcesserit consensus: quia in sōmnio potest exprimi consensus, cum non fuerit. Quòd si cogitans de causa pollutionis,inueniat cōsensum fuisse causam, non debet accedere ad Missæ celebrationē, neq; sumere Eucharistiam, nisi vrgeat necessitas, vel immineat scandalum,si non fiat. Si tamē non affuit consensus, tunc illa pollutio secundum se non impedit a sacramenti sumptione,nec a celebratione,non tamen debet celebrare: nisi vrgeat necessitas aliqua:quia alias committit irreuerentiam quandam in celebratione:ꝙ si faciat sine necessitate,aut scandalo, tunc non peccabit mortaliter,sed venialiter. Si vero ex illusione dęmonis fiat pollutio, potest tunc distingui: nam potest in nobis pręcedere causa illusionis, cum.s. quis indeuotus iuit ad dormiendum, & non præmuniuit se contra dęmonum insidias, quasi hoc indigens. Et tūc idem est iudicium,sicut quando pollutio prouenit ex cogitatione pręcedente Si tamen præmuniuit se,&c. Et tamē ex nequitia dęmonis sequuta sit pollutio,tunc non debet cessare a communione, exemplo cuiusdā Monachi, de quo in Collationibus patrum.Si autem ex crapula sequatur pollutio, idem est iudicium, sicut de pollutione,quæ sequuta est ex turpi cogitatione, nisi ꝙ non est ita facile peccare mortaliter in sumptione cibi,sicut in cogitatione turpi. Similiter, quia pollutio, quæ accidit ex turpi cogitatione,semper fit cum somnio & imaginatione: quæ autem fit ex cibo & potu, potest fieri sine imaginatione & somnio,ita vt non sentiatur.Pollutio vero,quæ accidit ex dispositione naturæ,non est signum alicuius peccati:& talis patiens pollutionem non impeditur a sumptione Eucharistiæ,& a celebratione,sed laudandus est, si propter reuerentiam abstineat.Mat.to.2. 189.c.1.E.& c.2.A

In pollutionibus nocturnis, quia non potest faciliter causa distingui,à qua proueniant, tutius est sēper abstinere a sumptione Eucharistiæ,nisi necessitas sit, aut scandalum sequatur.ille vero,qui ꝓpter pollutionem abstinere vult, debet abstinere per viginti quatuor horas, quia tanto tempore natura deordinata per immunditiam carnis & hebetationem mentis, reddit ad priorē ordinē, vt dicit Albertus Mag. & s.Tho. Mat.to.2. 189.c.2.E.& c.3.F

Pollutionis nocturnę triplex modus assignatur, q̄dam est,quæ prouenit ex cogitatione præcedente, alia, quæ cum cogitatione & imaginatione concomitante, sed non pręcedente, alia sine cogitatione pręcedente & sine concomitante: prima semp in somno habet cōcomitantē cogitationē seu imaginationē Et cogitatio si fuit speculatiua,nō est peccatū pollutio, nec quantū ad se, nec quantū ad causam.si vero cogitatio fuit practica,i.quia per eam ordinatur homo ad agendū venerea,vel euitandum,potest esse tripliciter, vt distinguit,dist.6.capit.testamentum,scilicet,vel a sola suggestione dęmonis absque delectatione, vel cum delectatione absq; consensu. Si primo modo,nullum est peccatum. Si secundo modo, erit peccatū veniale. Si tertiomodo,est mortale q̄tū ad causam suā.Pollutio,quę habet cogitatiō nē concomitantē,sed nō pręcedentē,talis imagi-

natio,vt cõmuniter, prouenit ex dæmonis illusione, cum non sit relicta ex aliquibus præcedentibus cogitationibus,potest tamen interdum naturaliter prouenire,scilicet, ex abundantia seminis:quia tunc ex dispositione naturæ mouentur phantasmata significantia seminis effusionem, sicut in aliis superfluitatibus contingit,vt in ægritudinibus, vt dicit Aristo.lib. de Somno & vigilia. sic illi, in quibus flegma dulce descendit ad linguam, somniant se comedere dulcia, & talis pollutio nec'est peccatum mortale, nec veniale nisi inquantum refertur ad causam pollutionis, &c. Causat tamen quandam mentis hebetudinem, & dicitur mentis hebetudo, quando quis remisse tendit in aliquid, & non ex toto conatu. & circa diuina proprie dicitur hebetudo indeuotio quædam. Tertio, scilicet, quando pollutio non habuit cogitationem præcedentem, neque concomitantem, & tamen respicienda est causa, à qua procedit,quia potest ex infirmitate prouenire,quæ vocatur debilitas veritatis contentiuę, & ista est sine peccato mortali & veniali:quia causa non est in potestate nostra, & talis pollutio solum causat immunditiam corporalem, nisi forte dæmon se ingerat per noctem immittendo nobis cogitationes, videns quòd sumus faciles ad pollutionem propter infirmitatem carnis &c. Aliquando prouenit pollutio ex superfluitate, quia multum semen collectum est in vasis seminariis ex longo tempore &c. Et ista non est peccatum mortale, nec veniale, nec est vllo modo timenda. 6.dist. cap.testamentum. & cap. non est peccatum. Solum tamen facit mentis hebetudinem. Aliquando causatur hebetudo ex crapula & hebrietate, & ista est aliqualiter culpabilis, quia crapula potest esse peccatum veniale, & aliquando mortale. Et sic iudicabitur de pollutione sequenti, & saltem erit semper peccatum veniale. Et ista pollutio potest fieri cum cogitatione concomitante vel sine illa &c. Et in omni pollutione debet homo cauere a susceptione Eucharistiæ, si eam vult omnino digne suscipere, nisi necessitas fuerit,vel scandalum, si non sumatur. Mat.to.2. 189.c.3.F.& c.4.

Propter pollutionem magis abstinendum est a susceptione Eucharistiæ, quam propter peccatum veniale. Mat.to.2. 190.c.2.B

Pollutionis immunditia potest tripliciter considerari,vno modo in se. Alio modo quantum ad radicem & causam. Tertio modo quantum ad effectum. Primo modo non est culpa,sed passio. Secundo modo potest esse grauior, quàm cætera venialia,quia sumit originem a libidine desiderij cogitationis, in quibus interdum est peccatum mortale,vt si in vigilantibus sequatur consensus. Et dato quòd non sequatur,grauior est illa vehementia desiderij venerei. Tertio modo,scilicet, quo ad effectum, pollutio deterior est quolibet veniali, quia causat mentis hebetudinem & inclinationem ad venerea, quod non faciunt alia venialia. Mat.to.2. 190.c.4.F

Pollutio nocturna exit aliquãdo de ventre & mente. Mat.to.2. 191.c.1.D

Per pollutionem nocturnam non perditur virginitas &c. Mat.to.2. 191.c.3.H

In pollutione nocturna,maior reputabatur immũditia in veteri lege,quantum in quocũque coitu, quia per illam debebat homo exire de castris, & manere tota die extra castra, & per occasum solis redibat. Deut.23.Qui vero per coitum non iubebatur ire extra castra, sed solum lauare carnẽ suam, & vestem, quam habuit tempore coitus. Leuit.15. Mat.to.7. 304.c.3.K.& c.4.F

Quare ieiunantibus potius accidat pollutio nocturna,si non sint nimis debilitati,quam non ieiunantibus &c. In Paradoxa. 10.c.1.E

Polus Arcticus eleuatur in ciuitate Salmantica per quadraginta & vnum gradum & per decem nouem minuta. Ge. 249.c.2.A.& 313.c.3.I. Exo.to.1. 269.c.2.D. In de Opti.poli.7.c.1.C

Polus Arcticus occultatur aliquando quasi totus Carmanis & Orestis populis, qui venerunt in auxilium Pompei. Gen. 249.c.2.A

Polus Arcticus eleuatur super Ierusalem triginta duobus gradibus,& per consequens multum appropinquat ad æquinoctialem. Gen. 337.c.2.B

His,qui sunt sub Polis Sol occultatur per mediam partem anni, quę est a Libra vsque ad Arietem, in signis,s.Septemtrionalibus apparet Sol: nã tũc eleuatur supra Orizõtem: sed est illa eleuatio ita modica, ac si nulla foret. Nam tãta est quanta est declinatio capitis Cancri a linea æquinoctiali,& hoc in maiore eleuatione &c. Exo.to.1.269.c.1.E & c.2.A

Necesse est vt sub Polis sit maxima frigiditas & siccitas. Exo.to.1. 269.c.2.B

Poli maxima eleuatio a terra est per nonaginta gradus, & ibi maria & flumina sunt totaliter gelida. Exo.to.1. 269.c.2.D

In Polo Antarctico eadem & consimilia contingũt sicut in Polo Arctico.s.tanta frigiditas,& aquarũ congelatio. Exo.to.1. 269.c.2.E

Sub Polis nulla est generatio,nec sunt pisces. Exodi to.1. 269.c.3.G.& 290.c.1.B

Si Poli primi mobilis essent Poli Zodiaci & planetarum,multa inconuenientia sequerentur, quæ sequuntur,si solus motus naturalis esset sine motu raptus. Exo.to.1. 270.c.2.A

Quantum Polus Arcticus mundi distat a Polis Arcticis planetarum, tanta est declinatio & latitudo motus ipsorum ab æquinoctiali versus Septẽtrionem &c. Ios.to.1. 187.c.4.G

Sub vtroque Polorum impossibile est fieri generationem. In de Opti poli. 6.c.4.K.& 7.c.1.A

Sub Polis non possunt esse herbæ, neque fontes. In de Opti.poli. 7.c.1.E.

Sub Polis est maior frigiditas, quã in toto orbe. In de Opti.poli. 7.c.1.E.c.2.A

Pompeius. In Pompei adiutorium contra Iulium Cæsarem venerũt gentes de extremis partibus orbis, vt dicit Lucanus lib.3. Gen. 249.c.1.E

Pompeius,superato templo Ierusalem, intrauit in illud,sed nihil de vasis eius abstulit. 3.Regũ. 135.c.1.A

Pompeius tenens hostiliter vrbẽ Ierusalẽ, introiuit in Templũ, & in Sancta Sanctorũ, & in loca thesaurorum, & tamẽ nihil de thesauris accepit, sed solum considerauit loca templi,vt ait Ioseph.14. Antiq.2 Paralip.165.c.3.K. Quia tamen visis illis, quæ erant in templo nimis contempsit ea, factus est postea infœlix(cum prius esset in omnibus fœliciſſimus) vsquequo mortuus est, vt dicit Lucas Tudensis.2.Paral. 165.c.3.K.& c.4.F

Pompeius solet vocari magnus per excellentiã &c. Mat.to.1. 6.c.4.K

Põpeius fecit Iudæos tributarios Romanis, & prophanauit Templum. Mat.to.6. 21.c.4.K

Pomum. Tria significat, scilicet, fructũ, qui vocatur malum,id est,rotundum,

& fructum non habentem textam vt prium &c. Tertio significat omnem fructum, & isto modo accipitur Gen. 1. cum dicitur, & lignum pomiferum, ideſt lignum vel arbor faciens fructum. Ge. 6.c.3.K.c.4.F. Exo.to.1.63.c.2.E. Leuit.309.c.3.G & 194.c.2.E. Deut.109.c.4.I

Liber de pomo & morte non eſt Ariſtotelis, licet illi aſcribatur, in Parad.86.c.4.K. In De Statu animarum. 3.c.3.F

Pontifex. Hoc nomen pontifex a proprietate Latini ſermonis ductum eſt: nam in Hebræo ſemper ponitur ſacerdos magnus, & põtifex in vſu Latinorum epiſcopum ſignificat. Et dicitur ſic quaſi pontem faciens &c. Leuit. 225.c.3.F

De ordine Summorum Pontificum veteris teſtamenti & ſucceſſione, tam de domo Eleazari quã de domo Ithamar. 1 Reg.to.1. 45.c.3.F

Cathalogus pontificum, de domo Ithamar aſſignatur. 1. Reg.to.1. 214.c.4.1.205.c.1.A

De Pontifice Summo veteris teſtamenti, vide in dictione Sacerdos Summus.

Pontifices vel magni ſacerdotes, qui fuerunt a principio veteris teſtamenti vſque ad tempus Eſdræ referuntur, ſuper primi Paralipo. 87.c.1.D.c.2.A

Populus. Primus populus poſt diluuium fuit in Armenia. Gen. 49.c.4.F

Multi populi dicuntur aborigines, quaſi originem ſuam neſcientes, ſic quidam Itali dicuntur aborigines Gen. 51.c.3.I

Inter populum & gentem quid interſit. Geneſ. 399.c.3.H

Populum faciunt decem homines ſecũdum leges humanas. Geneſ. 413.c.2.B

Quando debeamus aſſentire toti populo, & quando non. Exo.to.1. 244.c.1.B

Scriptura nonnunquam appellat populum congregationem animarum bonarum in lymbo, vt patet Gen. 25. Cum dicitur appoſituſque eſt ad populum ſuum. Sic de Iſaac dicitur Gen. 35. ſic de Iacob Gene. 49. Exo.to.1.158.c.3.G. Leuit.175. col.2.A

Totus populus intelligitur interdum nomine principum, & maiorum populi. Et nomine totius populi ſoli ſeniores & nobiliores in populo. Leuitici. 74.c.2.B

In populo debent eſſe tres hominum ordines, ſcilicet, agricolæ, bellatores & oratores. Nume.to.1. 2.c.2.E

In duobus caſibus deuoluebatur ad populum poteſtas puniendi ſcelera in lege veteri. Primus erat, quando iudex erat negligens in puniẽdo, vel forte fauebat peccãtibus, &c. Secundus erat ex mandato iudicis &c. Iudicum. 202.c.1.C

Licet populus non ſit poſitus iudex regis, habet tamen maiorem poteſtatem ſupra regem, quàm rex ſupra populum &c. 1. Reg.to.2. 171.c.3.F

Populus, rex, vel prælatus habent inter ſe quandam vnitatem, & hinc eſt, quòd aliquando peccatum populi computatur peccatum regis & è contra. 2. Regum. 164.c.4.G

Fallax ſæpe eſt ſententia populi. Matthæi tomo 4. 163.c.1.C

Ad hoc quòd aliqui ſint populus, oportet quòd cõmunicent in duobus, ſcilicet, in vnitate legis & loci. Et iſta duo requiruntur ad hoc quòd aliqui ſint ciues ex 3. Poli. &c. 1. Paralip. 204.c.1.E

Non dicitur idem populus ſi diuerſas habet legiſlationes, etiam ſi in diuerſis temporibus diuerſas leges accipiat &c. Mat.to.1. 161.c.3.G

Populus per accidens peccat. Matthæi tomo 6. 250.c.4.F

Populus quomodo dicatur puniri. Matth. tom.6. 250.c.4.G

Populus gaudet mutare dominos. Matth.tomo 7. 296.c.1.E

Populus Iudæorum quare dicatur populus maior, Matth.to.5. 259.c.3.K

Illud Gregorij, ſecundum merita populorum diſponitur vita rectorum &c. quomodo debeat intelligi. Matth.to.2. 244.c.1.D

Nunquam punitur populus pro peccatis prælati, nec è contra, ſaltem illa punitione, quę fit a Deo, aliquando peccante ſolo prælato dicitur populus puniri pro peccato eius, non quidem quia puniatur, ſed quia non expectatur &c. Matth. to.2. 244.c.3.I

Inter populum & ſacerdotes hoc intereſſe debet, ꝙ populus vocatur aſina, & ſacerdos ꝓpheta, quòd ſi laici æquales fuerint clericis in virtute, vel laici exceſſerint clericos, dicitur aſina corrigere prophetam, extra de hæreticis, c. cum ex iniũcto &c. Mat.to.3. 45.c.1.C.& c.2.A

Nunquam priuatæ perſonæ tolerant aliquam pœnam pro peccatis populi, niſi quantam ipſi meruerunt per actum proprium, quia populus non poteſt peccare niſi per accidens, cum non ſit ens per ſe, ſed per accidens &c. Matt.to.6. 250.c.4.F

Populus plura fingit, quàm poetæ. In de Statu animarum &c. 12.c.4.H

Porcus. Quare duo millia porcorum permiſit Chriſtus ſuffocari à dæmone. Marci 5. Gen. 214.c.3.D. Sed quare hoc. Matth.to.5. 247.c.2.D

Porcus immolabatur Cereri. Exo.to.1. 54.c.2.B

Porcus ſignificat luxurioſum. Leui. 95.c.2.D

De porco & eius proprietatibus, vide ſuper Leuit. 107.c.2.D

Porcus magis ſeruat hominis anathomiam, quam quodlibet aliud animal, & ſimia ab extra. 2. Paralip. 131.c.1.A

Porcus dicitur quaſi ſpurcus, eo quòd in ſpurcitiis delectetur. Mat.to.3. 174.c.2.B

Porci, de quibus Mat.8. potuerunt eſſe inter Iudæos multis de cauſis, quæ referuntur. Matth. tomo 3. 175.c.1.D.& c.2.A

Porci optime paſcuntur, & impinguantur in montibus. Mat.to.3. 175.c.1.E

Quod porci præcipitarentur a dæmonibus in mare, & non aliter occidi, fuit conueniens. Similiter quòd totus grex porcorum præcipitaretur &c. Mat.to.3. 175.c.4.K.176.c.1.A

Porcorum paſtores fugerunt propter multa. Matt. to.3. 176.c.3.G

Cum porcorum præcipitationem audiuit tota ciuitas, exiuit obuiam Chriſto. Primo vt certificarentur de illa re. Secundo vt Chriſtum viderẽt. Nam admiratione ſtupefacti deſiderabant illum illum videre. Matth to.3. 176.c.3.K.& col.4.F. Et rogauerũt eum, vt de regione recederet propter multa ibidem. 170.c.4.H. Nec tamẽ propter hoc puniuit eos Chriſtus propter multa. 177.c.3.K. & c.4.A. Et Chriſtus venit ad regionem illam propter multa, ſcilicet ad ſanandum illos arreptitios. Et ad notificandum ſe illi regioni &c. Mat. to.3. 177.c.2.D

Porphyrion. Auis eſt Aegyptia, quæ Pelicanus dicitur. & duplex, quędam aquatica, & quædam terreſtris. Leuit.f.99. col.2.D

De

De porphyrione,& eius proprietatibus.Leuit.110. colum.1.B

Porphyrius. Porphyrij error referẽ,qui dicebat Christum nõ esse Deũ, nec ipse prędicauit se esse Deũ, sed discipuli eius hoc prędicauerunt,vt ipsum honorarent. Matt. to.1. 28.c.3.H

Porphyrius,& alij credebãt deos esse animalia. Mato.4. 236.c.2.E

Porphyrius persecutus est Christianum nomen tan quam valde odiosum.Mat.to.6. 293.c.1.C

Error Porphyrij de duratione legis euãgelicę refertur.Mat.to.6. 84.c.3.K.c 4.F

Porta. Portas Ecclesię Sancti Iacobi in Compostella tulit in Cordubam rex quidam Agarenus. Et vsq; hodie porta illa maior sancti Iacobi sine valuis manet.Iud. 157.c.3.H

Quare poetę dicant infernũ habere portas, & vias. Mat.to.7. 166.c.1.E

Porta inferni est in regione Laconica, vt Ouidius opinatur.Mat.to.7. 166.c.2.A

Illud, quod cantat Ecclesia.s. Attollite portas principes vestras,quomodo exponatur. Matth. to.7. 166 c.2 B

Quando dicitur,quòd infernus habet portas,& cęt. non est intelligendum,vt verba sonant:sed metaphoricè,vel publicè.Mat.to.7. 166.c.2.D

Portę dicuntur apertiones domorum.i.loca,in quibus non sunt parietes.Ostia vero dicuntur ipsa ligna,quibus clauditur domus.s.ianuę. 1. Reg. t.2. 92.c.4.G

De porta speciosa tẽpli.4.Reg. 154.c.4.K.155.c.1.A

Portę inferi possunt vocari hęretici,vel infideles,& tyranni.Mat.to 4.161.c.2.C.Mat.to.7. 166.c.2.E

De portis inferi.Matt.to.4. 170.c.3.K.& c.4.F

Portare iniquitatem Suam in sacris literis,est habere pœnam pro iniquitate sua.Leuit. 187.c.3.G

Portentum. Inter portenta & signa quid interfit.Iosue.to.2. 180.c.3.K

Porticus templi. Altitudo erat centum cubitorum. 2.Paralip. 47.colum.3.H

Portio virilis Dicitur æqualis, quia hereditas paterna. Cum inter liberos ęquali sorte diuidit, virilis portio est, & cę. Gene. 34.c.3.H

Portio superior, & inferior.

De portione superiore, & inferiore, & speciahter in Cristo.Mat.to.1. 224.c.2.D

Portus Iope. De situ portus Iope. Matth. to.5. 248.c.4.I

Positio Differentię positionum animaliũ cõtrahunt aliquas speciales conditiones propter aliquas virtutes absolutas, quę sunt intra ipsa animalia. Et hoc est in quolibet animali ad se ipsum, & non ad alterum.Leu. 198.c.2.B

Positiuus Aliquando accipitur pro comparatiuo, & illud declarat istud aduerbium,quam.Mat.to.5. 15 c.4.F

Possidere Qui pauca possidet, pauca cupit, & qui multa possidet,cupit maiora Mat.to.5. 141.c.4.H

Possidentes bona ista remporalia, magis debent dici ęconomici, procuratores, commodatarij,seu precarij, idest recipientes a Deo commodatum, vel precaria,licet magis propriè possit dici precarium,quam commodatarium,& cæt. Exod.to.1. 198.c.1.E.& c.2.A

Possessio Si seruus eiecit aliquem de possessione alicuius rei, Dominus tenetur saltem noxialiter, vt patet. ff. de vi & vi armata.l.§.sed & si cũ quis.& §.sequenti. Exo.to.1. 226.c.3 G

Per possessiones cognoscebantur tribus, & familiæ apud Hebręos.vt probatur. Leui.292.c.1.E.c.2.A

Quod non possent ciues vendere possessiones suas, nisi ob aliquod magnum infortunium.s.ne possessiones alicuius ciuitatis ad paucos. Et diuites deuenirent, instituerunt quidam legislatores vt patet.2.Polit.Leuitic. 297.c.3.F

Si possessionem venditam consanguineus venditoris redimeret, primus venditor non poterat iam redimere possessionẽ suam a cõsanguineo apud Hebręos vsq; ad annum iubilęi.Leui. 298.c.2.A

Qui possessionem suam vendiderat apud Hebræos, & vellet eam redimere ab emptore, qui deberet facere.Leui. 298.c.3.K

Quilibet in possessione sua defendendus est iudicio humano,donec probetur eum non legitime possidere,&c.Iosue to.2. 11.c.2.D

Templum Hebręorum non poterat habere possessiones immobiles.1.Paral. 309.c.3.F

Possessio duo significat,vno modo significat tenentiam rei in pace,alio modo significat quasi ius hereditarium.Mat.to.7. 109.c.4.G

Possessio dicitur quasi pedum positio,& cęt. Matth. to.7. 109.c.4.G

Possessor malefidei Incipit esse, qui bona fide accepit rem à debitore,& cõstat illi rem illam, quam accepit a debitore,esse raptam.Iudic. 111.c.1.B

Possessum In amore rerum possessarũ est triplex modus.Matt.to.5. 140. colum.4.I

Rerum possessarum amor,quando sit peccatum,& quando non.Matth.to.5. 141.c.1.A

Res possessa dupliciter potest deseri.Matt.to.5.166. c.4.K 167.c.1.A

Possibile Apud Deum omnia sunt possibilia,exponitur.Mat.to.5. 143.c.2.C

Posterius Ad posteriora solem trahi priora ex aliqua causa: sed non posteriora ad priora.Mat.to.6. 200.c.1.A

Posteriora non existunt sine prioribus. Matth.to.7. 150.c.3 K

Posteriorum liber. Illud primi Posteriorũ, Omnis doctrina, & omnes disciplina ex pręexistenti fit cognitione, quomodo sit intelligendum.in Defen. 26.c.1.E

Postliminium Propriè est redditus de captiuitate.Iosue.to.1. 11. colum.1.D

Postquàm Aduerbium, nunquam stat cũ vna oratione,sed necessario secundam infert sub eodem contextu, sicut relatiuum,quod cum antecedente non pertinet ad eãdem orationẽ:sed ad diuersas,&c.Ex.to.1. 144 c.2.B

Potare Est bibere. epotare verò est totaliter bibere.Mat.to.1. 60.c.1.B

Potus Licet aliquo modo nutriat, non tñ ordinat ad nutriendum: sed potius ab bona dispositionem nutrimenti & membrorum refrigerationem,&c.Mat.to.3. 97.c.4.G

Potentia Absoluta est prima & propria passio materiæ primę, & in qualibet materia sũt ĩfinitæ potẽtię pticulares respectiuæ ad pticulares,& dterminatas formas.Ge.8.c 4.G

Quan-

Quanto aliqua potentia est maior, tanto pluribus modis potest in suum effectum. Matth. to. 5. 110. colum. 4. K
Nomine potentiæ importatur relatio ad actū. Mat. tom. 6. 94. c. 4. K
Aliqua sunt in potentia ad aliquam formam vel figuram, & tamen nullam dispositionem habent ad illam, vt materia ferri ad formam hominis. Genes. 8. c. 4. G
Potentia Dei vocatur manus valida. Exo. 3. Quia sicut nos per manum fortem fortiter operamur, sic Deus per magnam suam potentiam operatur quantum vult. Exo. to. 1. 20. c. 2. D
Variatis potentijs sensitiuis, non variatur animal. Mat. to. 6. 98. c. 4. I
Potentiæ executiuæ, quę dicantur. Exo tom. 1. 81. colum. 4. G
Quod vna potentia in suo actu remittatur, quando alia vehementer operatur, vnde proueniat. Matt. tomo 4. 239. c. 3. K. c. 4. F
Potentiæ naturales actiuæ, vt digestiua, attractiua, expulsiua, motiua, &c. Non sunt potentiæ executiuæ, &c. Exo. to. 1. 81. c. 4. I
Potentia semper habet ordinem ad aliud, respectu cuius est potentia. Mat. to. 4. 240. c. 2. C
Potentiæ naturales actiuæ quales sunt digestiua, expulsiua, &c. Licet in quibusdam corporis partibus actus suos demonstrent, tamen determinata corpora non habent, sed sunt in toto corpore. Digestiua namque potentia licet in stomaco, & epate magis appareat, tam ēin toto corpore est. Exo. tomo 1. 81. c. 4. K
Potentiarum, quæ sunt animales, quædam est motiua: & hæc est in neruis & musculis, quædam est operatiua, vt manus, alia est expressiua, vt lingua cum alijs instrumentis vocalibus, de quibus. 2. de Anima. &c. Exo. to. 1. 82. c. 2. B
Potentiæ passiuæ non sunt fatigabiles per se, sed per accidens: quia scilicet sunt in organis quæ sunt teneræ complexionis. Et vis armonica continens totam armoniam organi ad potentiam, & quodam modo est actiua. Et quia valde fragilis, &cæt. Exo. to. 1. 173. c. 4. H
Triplex est potentia operatiua in homine non organica scilicet rationalis, concupiscibilis, & irascibilis. Exo. to. 1. 175. c. 1. A
Potentia fatigabilis est potentia finita corporea actiua, & organica. Exo. to. 1. 250. c. 4. I
Potentiæ sensitiuæ non manent formaliter, neque realiter in anima separata quantum ad esse suum: sed quantum ad aliquid per modum, quo principiata manent in suis principijs. Mat. to. 7. 151. c. 2. E. col. 3. F
In potentia, & organo reperitur aliqua conformitas, vel similitudo ad suum obiectum. 1. Reg. to. 2. 27. c. 2. C
Potentia & habitus differunt, & habitus non potest esse sine potentia. Mat. to. 7. 161. c. 4. F
Potentia Dei dupliciter ostenditur, vno modo ex magnitudine rei, quæ fit &c. Alio modo ex diuersitate rerum operatarum, &c. 3. Reg. 178. c. 3. F
Potentiæ sensitiuæ dupliciter accipiuntur. Matth. tomo 7. 152. c. 1. E
Tanta est alicuius potentiæ virtus, quanta est extensio effectuum possibilium produci ab illa. Matth. tomo 2. 33. c. 3. G
Potentia rationalis, cum dicitur 9. Metaph. quod valet ad oppositа, intelligendum est quantum ad illa, quæ naturaliter non sunt ei impressa, &c. Mat. tomo 2. 53. c. 2. B
Duæ potentiæ rationales ponuntur in parte rationali. Mat. to. 7. 196. c. 2. C
Potentiarum, quædam sunt actiuæ, & quædam passiuæ, &c. in Parad. 45. c. 1. A
Potentiæ actiuæ sunt illæ, quæ immutant obiecta, & ab obiectis non immutantur, vt sunt potentia digestiua, expulsiua, & generatiua, &cęt. in Parad. 45. c. 1. A
Potētia passiua duplex scilicet, libera, & ligata. Mat. tomo 4. 236. c. 3. G
Potentiæ sensitiuæ exteriores non sunt fatigabiles: quia sunt potentiæ passiuæ, &c. in Parad. 45. c. 1. C. Similiter & potentię interiores sensitiuæ, quę intra craneum habent organa. in Parad. 45. c. 1. E
Potentiæ non dat esse obiectum, sed immutat eam. to. 4. 243. c. 3. F
Duo tantum genera potentiarum fatigabilium sūt in animalibus scilicet potentiæ motiuæ, & potentiæ vocum formatiuæ. Potētia motiua est in musculis crurium. Et potentia operatiua est in musculis manuum, & brachiorum. Potentia vero interpretatiua est in vocalibus ornagis, &c. in Para. 46. c. 1. C
De conditionibus potentiæ fatigabilis. in Parado. 46. col. 2. A
Potentiæ actiuæ sunt illæ, quæ obiectum suū transmutant, & ab eo minimè transmutātur. in Parad. 46. col. 2. A
Potentia gignendi aliquis caret simpliciter, qui scilicet nullum potest gignere, & aliquis respectu alicuius, &c. Mat. to. 6. 47. c. 4. H
De colligantia inter potentias sensitiuas, & rationales. in Parad. 49. c. 1. B

Potentialitas. Est proprietas, quę consequitur naturam creatam. Iosue tomo 2. 23. c. 4. F

Potestas. Solius Dei potestas immensa. Matt. tomo 7. 93. c. 4. F
Omnis potestas consortē habere recusat. Mat. to. 5. 89. col. 3. G
Potestas, quam dedit Christus Ecclesiæ, est sub certa forma scilicet ad construendū, & non ad destruēdum, & non ad destruendum. 2. Corin. 10. & c. 13. Mat. to. 2. 78. c. 2. B
Potestas ligandi, & soluendi potest dupliciter accipi scilicet largè, & propriè. Mat. to. 5. 58. c. 2. A
Potestas cohercitiua nō fuit apud Christianos in Ecclesia primitiua, per quam cogerentur homines ad bonum per pœnas a lege, vel arbitrarias, quando desunt pœnæ legales. Et hoc siue in foro ęculari, siue ecclesiastico, vt probatur. Mat. to. 5. 202. c. 2. A. Sed post pacem Ecclesiæ, Ecclesia, & prælati habent potestatem cohercitiuam, vt probatur. ibidem 202. c. 4. F
De duplici potestate Ecclesiæ. s. ordinis, & iurisdictionis. in Defen. 36. c. 1. D
Potestas ordinis in Ecclesia respicit actum, & non subditos, & potestas iurisdictionis respicit subditos, & potestas iurisdictionis respicit subditos. Et sub alijs verbis dicitur, quòd potestas ordinis respicit corpus Christi verū, & potestas iurisdictionis, corpus Christi mysticum. Et vtraque potestas est a Christo immediate. in Defen. 36. c. 2. D
In Ecclesia post pacem fuerunt duæ potestates cohertiuæ inter Christianos, quędam ęcularis, & altera ecclesiastica. Mat. to. 5. 203. c. 2. D. c. 3. F
De potestate prædicandi apud Iudæos. Mat. tom. 5. 252. c. 3. F

Potus Et cibus ad duo prosunt in vita scilicet ad restaurationē deperditi, & ad augmē-
tum,

tum,vt perueniatur ad debitam quantitatē.Mat. tomo 6. 114.c.4.F
Per potum & cibum & alia vitæ necessaria conseruatur natura.Mat.to.6. 148.c.1.A
Potum dare sitienti, dicitur opus misericordiæ tripliciter.Mat.to.7. 110.c.4.G

Practicum. In practicis dupliciter contingit errare,& in speculatiuis vno modo tantum.Exo.to.1. 184.c.1.E

Præbenda. Quod aliquis habeat expectatiuam ad præbendam determinatam, quam alius possidet, non permiserunt iura canonica, extra de concessio. præbendæ non vacantis per totum.Ios.to.2. 142.c.4.G

Precarium. Precibus acquiritur.Exod.to.1. 189.c.2.D
Dq precario, & commodato. Mat.to.7. 49.c.1.B
Precarium non concluditur ad tempus determinatum.vt patet extra de precarijs.c.præcarium. Et præcarium extinguitur morte eius, cui commissum est. Et posteris nostris Deus de rebus illis nouum precarium facit, &c. Exo.to.1. 189.c.2.B

Præceptum. Inter præceptum, & mandatum hoc interest,quia præcepta proprie se extendunt ad præcepta Decalogi. Mandata autem sunt omnia, siue cæremonialia, siue iudicialia,siue quæcumque.Exo.tomo 1.127. colum.1.B
Præceptum affirmatiuum habuerunt primi parentes in statu innocentiæ,vt comederent, &c. Quia ibi non erat fames,nec sitis,nec inclinatio naturalis ad sumendum cibum.Et ideo vt conseruarentur per cibum,præceptum est eis,&c. Habuerunt etiam præceptum negatiuum,vt non comederēt de ligno scientiæ boni,& mali, & ad exercitandū eos circa obedientiam.Gen. 15.c.3.G
Præcepta sunt triplicia. Mat.to.6. 131.c.2.B
Præceptum Dei est loco compulsionis ad bonū in natura rationali. Et prohibitio est loco compulsionis ad non agendum malum,vel impediendo ne fiat in eadem natura.Gen. 127.c.3.F
Sub præcepto non cadunt ardua, sed sub consilio. Mat.to.7. 116.c.1.A
Præcepta noui testamenti difficilia sunt ex re, quæ præcipitur:& sunt magis grauia quam ea,quę expressa erāt in veteri testamento,vt est dilectio inimici,&c Gen. 128.c.1.D
Præceptum de non comedendo de ligno vetito, dicunt aliqui,quòd fuit soli Adæ datum personaliter,& quod ille postea dedit vxori suæ Heuæ. Potest etiam dici,quòd Deus,formata Heua, repetiuit præceptum ambobus,&c.Gen. 170. col.1.B. 225.col.1.A
Per præcepta Dei habet homo regi. Mat.to.6. 173. colum.2.E
Præceptum est de eo, quod quis non esset facturus, si non præciperetur. Gen. 234.c.3.K
Præceptum continet rationem debiti scilicet quòd illud sit tale,ad quod naturaliter teneamur. Exo. tom.1. 187.c.4.H
Præcepta Dei quare dicantur viæ Domini. 3.Reg. 16.col.1.E
Inter præcepta diuina, & humana assignatur differentia quo ad obseruationem.3.Reg. 116.c.3.H
De directioni hominis ad seipsum quare non sint data præcepta.Exo.to.1. 185.c.4.H
Præceptorum vitam humanam regulantium, quatuor sunt genera.Exo.to.1.194.col.3.& 203. c.2.E Et præcepta secundi generis sunt determinationes præceptorum primi generis. Et præcepta tertij generis, & quarti sunt determinationes præceptorum secundi generis. Exod. to.1.194.col.3.H. 203.col.2.E
In præceptis, secundum seipsa non potest assignari ordo,puantum ad prioritatem, & posterioritatē, nisi ex historijs adiunctis. Neque potest propriè cognosci de historijs, quem ordinem habeant ad præcepta, vel præcepta ad historias secundum ordinem temporis: sed solum de historia ad historiam,cum ipsæ sint de gestis temporalibus.Num. tomo 1. 215.c.1.A
Fundametum obseruationis præceptorum, & principium motiuum est timor Dei in viris imperfectis.Sed in viris perfectis est amor Dei. Deutero. 31.col.2.A
Præcepta debēt esse in intellectu,& voluntate.Deu. 56.col.4 F
Inter præcepta custodire,& facere qd inter sit.Deu. 57.col.1.E
In præceptis non habet locum metaphora. Ios.to.1. 140.col.3.H
Quædam præcepta pro tempore,quædam pro certis causis,& quædam pro certis personis data sūt, vt innuitur in decretis distin.20.per totum. Iudi. 76 col.4.I
Præceptum alicuius priuati,aut affirmatio vel negatio non constituit ius,vel tollit ius alterius,vel factum illius super Iud. 437.c.1.B
Præceptum iteratum causat maiorem obligationē, sicut & votum.Iud. 133.c.1.C
Quid interest inter præceptum, & consilium,& admonitionem. Et quomodo Apostolus discernat inter huiusmodi in locutione sua. 1.Reg.tomo 1. 127.col.3.H
Si dentur præcepta, quæ non obligant secundū naturam,sed sunt pure positiua, si vnum est dispensabile,& omnia sunt dispensabilia, & c.1.Regum tomo 2. 87.c.3.K
Inter præceptum, concessionem, & permissionem quid interest.2.Paral. 86.c.3.H
Præcepta, vel prohibitiones personales non extenduntur ad posteros.2.Paral. 172.c.4.I
Omne præceptum importat obligationem sicut dicit regula iuris scilicet quicquid præcipitur,imperatur.Et quidquid imperatur necesse est fieri.Mat. tomo 1. 198.c.3.K
Nullum præceptum potest obligare contra Deum, cum ipse sit supremus.Mat.to.1. 268.c.2.C
Præceptum non dicitur indispensabile,quia præceptum Dei sit,vel propter magnam potentiam cōdentis:sed quia tale est secundum naturam,& cōtra illud rectè fieri nequit.Si autem dentur præcepta, quæ non obligent secundum naturam, sed sint pure positiua, si vnum est dispensabile, omnia talia sunt dispensabilia:quia non sunt ex maiore potestate omnia simul, quam vnum eorum, quamuis rationabilius sit dispensari in vno solo, quam in omnibus.Mat.to.4. 5.c.4.G
Præceptum de crescendo,& multiplicando.Gen.1. Non obligat quemlibet particulariter:sed totam multitudinem,vt probatur.Mat.to.7. 21.c.4.F
Præcepta dantur nobis secundum condictionem nostram scilicet seruando libertatem arbi.Matt. tomo 5. 48.c.4.G
Præceptum de multiplicando,quando obligauerit, & quando non. Matth. tomo 5. 82. colum.4.K. & 83 col.1.A
Omnia præcepta legis sunt vnum,& multa.Matth tomo 6. 162.c.2.A
De ratione prēcepti est,quòd imqortet ordinem ad finem

finem,inquantùm illud, quod præcipitur,eſt neceſſarium,vel conueniens ad finem,&c.Mat.to.6. 126.c.2.A
Aliquod præceptum poteſt vocari magnum multipliciter.Mat.to.6. 127.c.2.E.c.3.F
Nullum prçceptum erit in patria.Mat.tomo 6.135. col.3 F

Præceptum iuris naturæ. Fundatur ſuper inclinationibus naturalibus rerum,inter quas eſt ordo,&c.Exo.to.1. 31 c.3.F
Iſta duo præcepta ſunt iuris naturę ſcilicet quòd bonum debeamus facere,& velle, & malum debeamus fugere,&c.Exo to.1. 31.c.2.E.c.3.F
Præceptum iuris naturaljs eſt vim vi repellere, licet Legiſtæ ponant illud ſub iure gentium,quod pertinet ad ſolos homines,vt patet.ff.de iuſtitia & iure.in l.vl vim.Magis tamen videtur ſub lege naturæ ponendum, etiam ſecundum eorum poſitionem,quia natura docuit cętera animalia hoc ius: quia & hoc rebus inanimatis conueniat.Poteſt tamen dici ſpecialiter pertinere ad ius gentium: qa oportet eſſe cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod ſolis rationem habentibus conuenit,&cęt. Exo.to.1. 31.c.3.F
Præcepta naturalia ſunt valde multa, nec poſſunt comprehendi aliqua lege:ſed tot ſunt,quot ratio noſtra iudicat eſſe obligationes inditas a natura ſibi ſine aliquo legislatore. Et poteſt dici generaliter,quòd ſunt de iure naturali omnia, quæ conſcientia noſtra dictat nobis eſſe facienda nulla lege poſita.Leui. 188.c.1.D
In præceptis iuris naturalis nulla pœna ponitùr in veteri lege, vt patet in præceptis Decalogi, & in omnibus alijs præceptis moralibus. Iudicialibus vero apponuntur pœnæ.Et etiam in cæremonialibus,ſi omitterentur,cuius aſſignatur ratio.Mat. to.2. 138.c.4.I
Omnia præcepta iutis naturæ ſunt præcepta legis Chriſti,tanquam propria prçcepta eius:quia omne,quod ratio dictat obſeruandum, Chriſtus voluit obſeruari, & poſuit pœnam æternam omnibus tranſgreſſoribus. Sed iſta pęna non datur homini quamdiu viuit in hac vita, ſed annunciatur tanquam infligenda poſt hanc vitam poſtquam homo deſierit eſſe ſub lege.Et ideo fuit quædam denunciatio, ne homines temere peccarent, putantes ſe impunè euaſuros.Pronunciatur ergo,vt timeant,& caueant.Mat.to.2. 139.c.1.E
Præcepta legis naturæ prima per nullam conſuetudinem tolluntur.Mat.to.5. 84.c.2.D
Prima præcepta iuris naturę nulla lege,ea firmante, obſeruantur.Mat.to.5. 84.c.3.F
Quæ ſint præcepta iuris naturalis.Mat.tomo 5. 84. colum.2.C
Sola præcepta iuris naturæ poſuit Chriſtus,quæ cũ eſſent quodam modo offuſcata propter conſuetudinem peccandi in ratione hominis, & quodã modo deleta, voluit Deus in lege vete. quædam eorum exprimere.Et ſic dedit Decalogum.Chriſtus vero voluit declarare aliqua, quæ iam venerant in dubium ipſis Iudęis,& errabant circa illa, vt patet Matt.5. Et quia ſi vellet procedere applicando particulariter inter omnia præcepta iuris naturalis, nunquam finiret ſermonem, ideo voluit de reliquis præceptis iuris naturalis regulam dam dare generalem: dicens, omnia ergo quæcumque vultis, vt faciant vobis homines,vos facite illis,&c.Mat.to.3. 125.c.3.K.c.4.F
Præcepta iuris naturalis obligant omnes,ſi concernant bonum alicuius, vt vnius,quæ vero concernunt bonum multitudinis,non obligant quemlibet determinatè, Immo neminem obligant:niſi eum,quem rector communitatis obligauerit, deſignando illum. Et ob hoc ab exordio mundi ipſe Deus,qui erat rector totius creaturæ,iuſſit hominibus,vt vacarent proli,dicẽs:Creſcite,& multiplicamini, & replete terram.Geneſ 9. Et illud prçceptum,quia datum eſt ad ſupplendum hominum paucitatem, erat quaſi tẽporale præceptum Et tamdiu durauit, quamdiu fuit paucitas hominum.&c. Mat.to.5. 82.c.4.G
Præceptis iuris naturalis, non poteſt præiudicare conſuetudo,nec in illis cadit præſcriptio. Bene tamen in ſecundis,&c.Mat.to.5. 84.c.2.D
Præcepta iuris naturalis ſunt duplicia,quędam ſunt prima,illa ſcilicet quæ ſunt veluti principia naturalis dognitionis circa directionem actionum.Et ſunt talia, quòd ſine aliqua deductione ſunt per ſe cognita,vt nulli eſſe nocendum ſine cauſa,non eſſe hominem occidendum & ſimilia, quæ mox audita quilibet approbat:licet inter hæc quędam ſint magis nota, quam alia, & magis vniuerſalia. Alia vero ſunt præcepta iuris naturalis ſecundaria, illa.ſ.quæ ſunt de dictamine rõnis,etiam nulla exiſtente lege poſita. Et tamen ſunt talia, quæ non ſunt per ſe nota. Neque quilibet audiens ſtatim illa approbabit,ſed præſuppoſitis primis principijs iuris naturalis deducentur ab illis per actũ rationis, non. ſumendo vim probationis aliunde exterius: ſed ſolum ab ipſa ratione. Et quia ratio naturaliter nobis ineſt,quidquid eſt de ſolo dictamine rationis,eſt naturale, large accipiendo. In primis iuris naturalis præceptis non cadit diſpenſatio,quia ſunt, vt ſemper exiſtentia. Et hoc niſi per cauſam ſupranaturalem, neque per illam fit ſæpe,ſed raro.Et non vbique ſed ſpecialiter quantum ad aliquas perſonas, vt circa homicidium innocentis in Abraham, licet non fuerit diſpenſatio facta propter ipſum:ſed propter aliquod myſterium,quod ad Dei laudem pertinebat,ſic de cõmodato non reſtituendo in filijs Iſrael,&c.Exod. 3.& 11.In ſecundis vero prçceptis iuris naturę poterit fieri diſpenſatio per aliquem citra Deum.Et illa diſpenſatio poterit extendi ad omnes, &cæt. Mat.to.5.94. c.2. C. Et de diſpenſatione circa illa ibidem c.2.D
Præcepta iuris naturæ,vel determinationes eius sũt duplices.Prima prçcepta ſunt illa,ſecundum quę ordinatur res in finem ſuum. Et omne,quod impedit peruentionem ad finem,eſt cõtra huiuſmodi præcepta, &c.Secunda præcepta ſunt illa,quæ iubent faciliorem peruentionem in finem,& tollunt ea,non,quæ impediunt peruentionem in fidem,ſed quæ faciunt eam difficilem.Et de hoc ſecundo genere ſunt multa præcepta iuris naturalis:ſed iſta non habent vim coactiuam.Nam omnia ferè honeſta,quæ ratio iudicat eſſe bona ad prueniendum ad finem virtutis,ſunt de iure naturali hoc modo,&c. Et omnia, quibus exiſtentibus, tardius peruenitur ad finem virtutis, &c. Dicuntur eſſe contra ius naturate,&c. Sed nec affirmatiua habent vim obligandi ad agendum, neque negatiua ad non agendum ſub peccato:niſi lege,aut conſuetudine inceperint habere vim obligandi. Nam tũc obligant, vt eſt de inſeparabilitate matrimonij. Et de non habendis pluribus vxoribus, & de prohibitione gradum parentalium quantũ ad matrimonium,ſic eſt etiam de vſura.Ma.to.7. 44.col.2.E.c.3.F

Nec Deus in lege veteri vetuit omnia, quæ erant cõtra secunda præcepta iuris naturæ propter duo. Primo quia apud Gẽtiles non erat obseruatio talium præceptorum, & Iudæi assuefacti erant legibus gentilium, &c. vt de vxorum pluralitate, de libellis repudij. Et graduum cognationis prohibitio non erat apud Gentiles: similiter nec vsuræ prohibitio, sicut nec apud leges ciuiles. Et in omnibus Deus temperauit aliquid, cum dedit legem Iudæis. Sed de prosecutione inimicorum Deus concessit aliquid Iudęis plus quam leges Gẽtiliũ habent, vt scilicet quòd cognatus, vel frater alicuius occisi posset propria manu interficere occisorem, etiam non constito, an casu occidisset eum, vel forte se deffendendo, vel alio modo. Numer. 35. &c. Cuius assignatur ratio. Et inter omnes Dei permissiones nulla fuit maior, quam ista. Et tamẽ cum Deus dedit hanc legem, permissum erat tũc illud gentibus. Sed postea procedente tempore correctum est hoc per leges, &c. Mat. to. 7. 45. col. 4. G. Et Deus arctauit Iudæos, non concedendo eis aliqua, quę Gentiles faciebant. Ita etiam arctauit obligando eos ad faciendum quædam, quæ non faciebant Gẽtiles, &c. Et si Deus non vetuit Iudæis omne, quod est contra ius naturæ aliquo modo, fuit propter illorum imperfectionem &c. Et ista imperfectio vocatur a Christo duritia cordis. Et conuenienter data est lex Iudæis, vt esset medium aliquod inter habitudinem Gentilium, & legem Christi, &c. Mat. to. 7. 46. c. 2. B

Præceptum morale.

Per præcepta affirmatiua legis põ cipiuntur actus virtutum, & per negatiua vitãtur actus vitiorum. Mat. to. 5. 47. c. 2. B

Præcepta moralia dantur ad directionem naturæ obscurate, & deuiantis a rectitudine, &c. Exo. to. 1. 185. c. 4. H

Pręceptorum moralium transgressio maior est, quã transgressio cæremonialium, & iudicialium. Leu. 178. col. 4. H

Præceptorum moralium obseruationes, & sacramentales obseruationes, quæ principaliter intenduntur in nouo testamento, non sunt promeritoriæ, vt aliquis viuat in eis vita temporali, vt Iudęi obseruantes legalia præcepta, & cæremonialia. Leui. 18. Sunt tamen promeritoriæ vitæ æternæ, & vitæ gratiæ. Leui. 129. c. 1. E

Præcepta moralia semper obligauerunt, &c. Iosue tomo 1. 83. c. 4. K. 84. c. 1. A

Ad obseruatione pręceptorum moralium nulla necessitas põt absoluere aliquem, &c. 4. Re. 70. c. 1. A

Aliqua præcepta dicuntur moralia, & non omnia propter duo. Primo, quia sunt per se talia, &c. Secundo, quia vbique sunt ad dirigendos mores, qa sunt de iure naturali, &c. Mat. t. 6. 126 c. 3. K. c. 4. F

Multa sunt præcepta moralia, quæ non sunt in Decalogo, licet ad illum aliquo modo reducantur, &c. Mat. to. 6. 127. c. 1. C

Præcepta moralia in omni loco obligant. Deut. 19. col. 2. A

Aliqua prę̃cepta possunt dupliciter vocari moralia Mat. to. 6. 126. c. 3. K

Omnia præcepta quomodo sunt vnum, & multa. Mat. to. 6. 126. c. 1. A

Præceptum Decalogi.

Primum prę̃ceptum primæ tabulæ secundum Iudæos est: Ego sum Dominus. Et ne sint vndecim præcepta de duobus vltimis faciunt vnum scilicet. Non concupiscere vxorem proximi. Et non concupiscere rem eius. Et in prima tabula ponunt quinquæ præcepta. Et in secunda alia quinque. In prima ponunt præcepta affirmatiua, siue pertinentia ad Deum, siue nõ pertinentia, & negatiua pertinentia ad Deum, vt istud: Ego sum Dominus Deus tuus. Secundum: Non habebit Deos alienos coram me. Tertium: Non assumes nomen Dei in vanum. Quartũ: Memento, vt diem sabbathi sanctifices. Quintũ: Honora patrem tuum, & matrem, &c. Et in secunda tabula copulant omnia remanentia, quæ sunt negatiua. Sed nos aliter tabulas istas ordinamus. Nã in prima ponimus præcepta pertinentia ad Deũ. Et sunt tria. Primum est non habebis Deos alienos. Secundum: Non assumes nomen Dei, &c. Tertium: Memento, vt diem sabbathi sanctifices, & cæt. In secunda tabula ponimus septem præcepta, quæ ad proximum pertinent. Iudæi tamen in assignatione tabularum errant in duobus. Primo, quia in prima tabula ponunt vnum tanquã præceptum, quod non est præceptum. Secundo, quia in secunda tabula faciunt de duobus præceptis vnum, &c. Exo. to. 1. 164. c. 3. K. c. 4. F

Cultus Dei continet in se plura præcepta. Exo. to. 1. 165. c. 1. A

Præceptum de cultu Dei non est vnum de præceptis Decalogi, sed quodam principium in agibilibus, ex quo inferuntur multa præcepta in Decalogo, &c. Exo. to. 1. 165. c. 1. A

Primum præceptum legis Decalogi est, diliges Dominum Deum tuum, &c. Mat. to. 6. 129. c. 3. I

Per illud præceptum: Non habebis Deos alienos, p̃hibetur omnis idolatria, siue cũ imagine, siue prę̃ter imaginem, &c. Sed melius videtur dicendum secundum catholicos doctores, q̃ solum prohibetur cultus falsorum Deorum sine imaginibus. Et per illud: Non facies tibi sculptile, vetatur idolatria in imaginib. &c. Exo. to. 1. 166. c. 1. A

Secundũ prę̃ceptũ Decalogi. s. non assumes nomen Dei tui, &c. Intelligitur de noĩe, quod significat ipsum per modũ substantiæ vel essentiæ diuinæ, & non de nominibus attributalibus, &c. nisi accipiãtur cum tali connotatione, quòd soli Deo conueniant. Similiter intelligitur de nominibus Redẽptoris nostri scilicet Iesus Christus, quia ista nomina Dei sunt. Exo. to. 1. 168. c. 1. C

Contra secundum prę̃ceptum agimus, qñ irreuerẽter nominamus, &c. Hoc nomen Iesus, & Christus. Exod. to. 1. 168. c. 1. E. Et similiter quando nomen Virginis Beatissimæ, & nomina Apostolorum & cæterorum, quos Ecclesia canonizauit. Et si non directè, bene tamen per quandam connexionem, &c. Exo. to. 1. 168. c. 3. G

Omnia præcepta Decalogi sunt purè moralia ideſt iuris naturalis, præter quam tertium præceptum de obseruatione sabbathi, quod est partim morale, & partim legale siue cæremoniale. Exod. to. 1. 170. c. 3. G

Hebræi dicunt, quòd in secundo præcepto prohibetur nominato nominis tetragrammaton, quia dicunt, quòd nullus nisi sacerdos debet ipsum nominare, & hoc non vbique, sed solum in templo, siue in tabernaculo, quod improbatur ab Auctore. Exo. to. 1. 168. c. 3. K

Præceptorum, quæ ponuntur in secunda tabula, assignatur sufficiẽtia penes tres homines vires operatiuas, quæ non sunt organicæ scilicet rationalis, irascibilis, & concupiscibilis. Exod. tomo 1. 75. colum. 1. A

Per quartum præceptum Decalogi scilicet honora patrem, &c. noĩe patris, nõ solũ naturales patres intelli-

intelliguntur,ſed etiam aliæ perſonę,quæ ſolent vocari patres, Deus vocatur pater per creationē & gubernationem. Deut.32.& Mat.6.cum dicit, Pater noſter,&c. Sed de honore huius tāti Patris agitur in tribus prȩceptis primę tabulę. Vocatur etiam pater quilibet ſenex.Leui.19.coram capite cano cōſurge, &c. Et hoc intelligitur de ſenibus honeſtis atque virtuoſis,iuxta illud Eccl.10.Cani ſunt ſunt ſenſus hominum,&c. Alij ſunt patres, qui curam noſtri gerunt,cuiuſmodi ſunt Domini ſpirituales & temporales, & iſtis debetur honor & ſuſtentatio de bono publico. Exo.tom.1. 175.c.4.K.& 176.c.1.A

In ſolo quarto prȩcepto de honorandis parētibus, quare aſſignetur ſpetialiter retributio.ſ. vitę diuturnitas.Exo.20.vt ſis longęuus ſuper terram. Et quomodo ſit intelligendum.Exo.to.1. 176.c.3.H

Per prȩceptum de honorādo parentes intelligitur omne beneficium, quod tenemur alicui exhibere.Mat.to.5. 47.c.4.G

Præcepta negatiua sūt maioris obligationis,& grauioris transgreſſionis, quam affirmatiua circa ꝓximum,&c.Exo.to.1. 177.c.1.D

Prȩceptorum negatiuorum ſecundæ tabulæ ordo eſt iuxta ordinem nocumentorum. Exo. tom. 1. 179.c.2.A

Omne prȩceptum affirmatiuum includit in ſe negatiuum, & reſoluitur in negatiuum pro tempore,quo obligat affirmationem.Mat.to.3. 19.c.4.F

Per illud ſecundum prȩceptū ſecundę tabulę:Non occides,vetatur non ſolum occiſio, ſed etiā quęlibet membri mutilatio,aut ſanguinis effuſio,vel qualiſcunque facta percuſſio: quæ ſit via ad mortem,vel quomodocunq; facta percuſſio: quæ ſit via ad mortem, vel quomodocunque ſe habeāt. Nam omnia,quæ pertinent ad idem genus reducuntur ad idem prȩceptum, licet Rab. Salomon dicat,ꝙ iſto prȩcepto ſolū vetet occiſio,& mutilatio, &c. in prȩceptis iudicialibus quod improbatur ab auctore.Exo.to.1. 177.c.2.A

Tertium præceptum ſecundæ tabulæ. ſ. Non furaberis,debet intelligi, vt dicit Rabb. Salo.de furto hominis tm̄, ſed falſum dicit.Exod.t.1.179 c.2.B

In tertio prȩcepto.ſ.Non furaberis,prohibetur omnis contrectatio rei alienæ.ſ.furtum, rapina, vel violentia extorſio indebita,&c.Exo.tom.2. 179. colum.2.E

Contra illud prȩceptum: Non loqueris cōtra proximum tuum falſum teſtimonium,non agit peccans dicendo verum teſtimonium, quia ad aliud genus pertinet.Exo.to.1. 179.c.3.K.c.4.F

Contra prȩceptum de nō dicendo falſum teſtimonium, agit, qui ſolum in iudicio dicit falſum teſtimonium,vt dicit Rab.Salom.ſed falſum dicit, vt probatur.Exo.to.1. 180.c.1.C

Quare in Decalogo non dentur aliqua prȩcepta ad dirigendum actum interiorem iraſcibilis: ſicut dantur ad dirigendum actum interiorem concupiſcibilis.Exo.to.1. 180.c.3.K

Ad vnum prȩceptum pertinet non concupiſcere domum proximi,& vxorem eius, dicūt Hebrei, ſed male dicunt,immo duo ſunt prȩcepta diſtincta.Exo.to.1. 181.c.1.B

Prȩcepta primę tabulę regulant hominem in dilectione Dei: & prȩcepta ſecundę tabulæ in dilectione proximi.Mat.to.5. 128.c.4.F

Per illud præceptum non deſiderabis vxorem proximi tui,dicunt Hebrei,non prohiberi ſolam cōcupiſcentiam prout eſt in actu voluntatis, aut in motu paſſionali partis affectiuę, ſed in quibuſdā interioribus indicijs ſine perpetratione adulterij,vt ſi quis oſculetur vxorem proximi,&c. Et id tenet etiam Ioſephus, & ex hoc dicto Hebreorum quidam noſtrorum dicunt, ꝙ lex vetus ſolum vetabat manum,& non animum. Exo.to.1. 181.c.1.E

Prȩcepta moralia oportuit eſſe in lege vete.vt probatur.Exo.to.1. 183.c.3.G

Prȩcepta moralia quomodo ſine gratia non valeāt adimpleri.Mat.to.5. 149.c.3.F

Præcepta Decalogi poſſunt dici concluſiones deductæ ex propoſitionibus primis praticis per ſe notis,&c.Exo.to.1. 184.c.2.A

In prȩceptis Decalogi quare fiat mentio de cuſtodia ſabbathi, & non de alijs ſacrificijs & ſolennitatibus,&c.Exo.to.1. 186.c.1.B

Per prȩcepta Decalogi ordinātur vires, quam ſunt in homine.ſ.rationalis & cōcupiſcibilis & iraſcibilis.Mat.to.5. 128.c.4.F

Præcepta negatiua obligant ſemper & ad ſemper. Mat.to.5. 47.c.2.C

Prȩcepta Decalogi non ſunt de his, quæ ſunt ſub prima regula dirigente actiones humanas,ſed de his,quā ſunt ſub ſecūda regula.Exo.t.1. 184.c.3.F

Ad prȩcepta Decalogi omnia prȩcepta moralia reducuntur,quædam vt principia ad concluſiones. ſ.illa, quæ ſunt priora, & quædam vt concluſiones ad principia,&c.Exo.to.2. 185.c.1.B

Ad prȩcepta Decalogi reducuntur duo illa p̄cepta dilectionis, non tanquam concluſiones ad principia, ſed tanq̄ principia ad cōcluſiones: ꝙa ſunt tanq̄ duo principia ꝑ ſe nota, ex qbus inferuntur ꝑticulatim oīa p̄cepta Decalogi.Exo.t.1.185.c.1.B

Prȩcepta Decalogi ſunt de ſolis actibus iuſtitiæ. Exo.to.1. 185.c.1.E

In p̄ceptis Decalogi, quare deī filijs p̄ceptū de amore parentū, & non deī p̄ceptū ipſis parentibus de amore filiorū.Exod.to.1. 186.c.2.B

Prȩceptum de amore parentum ad filios intelligitur,& reducitur ad prȩceptum de amore filiorū ad parentes.Exo.to.1. 186.c.2.D

In præceptis Decalogi quare non prohibeatur blaſphemia, & corruptio ſacræ ſcripturę, ſicut prohibetur periurium & inane iuramentum. Exod. to.1. 186.c.1.D

In præceptis Decalogi quare non facta ſit mentio de alijs actibus cordis, ſicut facta fuit mentio de actibus concupiſcentiæ,&c Exo.to.1. 186.c.2.D

In illo prȩcepto,non occides intelligitur, indebitè vel iniuſtè.Exo.to.1. 187.c.4.H

Prȩcepta Decalogi,quantum ad rationem iuſtitiæ manifeſtè, quam exprimunt, ſunt indiſpenſabilia.ſ.ꝙ non poteſt diſpenſari, vt liceat, indebitè accipere res alienas &c. quantū tm̄ ad applicationem ad actus particulares.ſ.vt iſte actus ſit homicidiū,& ille furtū, &c.aliquo modo mutabile eſt,non diſpenſauit Deus cum Abraham, nec cū Oſęe, &c.ſed declarauit tales actus nō eſſe furtū aut homicidium,&c.Exo.to.1. 188.c.1.C

Quare Deus voce propria dederit populo Iſrael p̄cepta Decalogi.Exo.to.1. 190.c.4.F

Inter omnia præcepta,quę dedit Deus,præcipuum eſt de veritate Dei. ſ. illum eſſe verum Deum & nullum alium.Exo.to.1. 195.c.1.E

Præcepta Decalogi non habent ſpetialem obligationem ex datione, ſed ex naturali dictamine rationis.Exo.to.1. 203.c.3.G

Prȩcepta Decalogi ſunt propoſitiones notiores in actionibus,quā alique alię leges poſitę. Exo.to.2. 2.c.1.B

Præcepta Decalogi sunt naturalia ab instinctu rationis practicæ, cum sint quædam principia in ratione practica, aut quædam conclusiones immediatæ elicitæ a principio rationis practicæ. Exod. to. 2. 3. c. 3. D

Præcepta Decalogi scripta esse in duabus tabulis absque eorum expositione, probatur contra tenentes oppositum. Exo. to. 2. 126. c. 3. H. & c. 4. F

Pręcepta Decalogi scripta sunt in tabulis, ad reddẽdum testimonium, ꝙ Deus dedisset legem. Exo. to. 2. 127. c. 1. E

Duo vltima pręcepta Decalogi. s. Nõ concupisces rem proximi tui, &c. non posse includi sub vno pręcepto, sicut male dixit Rab. Salom. Exo. to. 2. 128. c. 2. C. c. 3. F

Ad pręcepta Decalogi moralia tenetur homo naturaliter, & obligant quemlibet, sine aliqua speciali datione, licet forte magis obligarẽt Iudęos post dationem dictorum præceptorum, quã ante dationem. Exo. to 2. 181. c. 2. D

Pręcepta Decalogi sunt naturalia, & insunt nobis a natura in principijs rationis practicæ, & omnes obligant. Leu. 3. c. 2. B

Præcepta Decalogi non continent ius omne naturale, sed sunt quasi decem conclusiones manifestissimæ in iure naturali, illatæ immediate ex primis principijs iuris naturalis, ex ꝗbus adhuc possunt sequi multæ aliæ conclusiones iuris naturalis magis particulares. Leu. 188. c. 2 B

In præceptis suis negatiuis Deus vetat duo, s. ea ꝗ mala sunt, & ea quæ falsa: de falsis tamen nõ est tanta cura Deo, quoniam falsum repugnat veritati, quæ pertinet ad intellectum speculatiuũ, & intellectus speculatiuus per se non pertinet ad Deum, nec ordinatur ad ipsum, nisi quantum ad quædam pauca, ꝗ de se Dens credi iubet. Intellectus vero practicus, & voluntas quantum ad omnes operationes suas diriguntur ad Deum. Leui. 201. c. 3. K. Et aliquando ea, quæ mala non sunt, tanquam mala prohibentur. Et ea, quæ falsa nõ sunt, tanquam si essent falsa, & hoc quia habent aliquam coniunctionem cum malis aut falsis, vt non esse iurandum, aut bibendum vinum nõ sobrię, &c. Leu. 201. c 4. G. Ad quæ multæ sunt auctoritates, quæ exponuntur extra de iure iurando. ca. & fi Christus. Leu. 201. c. 4. G

In præceptis Decalogi qualis sit coordinatio, ostenditur. Leui. 306. c. 2. D

Pręcepta Decalogi non erant significatiua, sed tãtũ cęremonialia, & iudicialia. Deu. 24. c. 4. K. 25. c. 1. A

Præcepta Decalogi ideo sunt p̃cepta, quia id, quod per se malum est, prohibent, vel quia, quod bonũ necessarium est, dicunt &c. Deute. 25. c. 1. A

Præcepta Decalogi non sunt ordinata secundũ ordinem grauitatis in transgressione, sed secũdum ꝙ pertinent ad Deum vel ad proximum. Deute. 25. col. 2. B

Decem præcepta Decalogi sunt vt decem prędicamenta. Deute. 25. c. 2. B

Pręcepta Decalogi, secundum originem iuris naturalis, sunt decem conclusiones explicitæ, in quibus omnes aliæ iuris naturalis partes implicitæ sunt &c. Deute. 25. c. 2. C

Decem præcepta Decolagi assimilantur numero denario, qui est radix omnium numerorũ. Deuteron. 25. c. 2. C

Decem præcepta sunt sicut nouem orbes vt dicit Aben Ezra, ita ꝙ primũ præceptum non assimilatur alicui orbi propter immutabilitatem diuinæ essentiæ, licet possit cœlo empyreo comparari, sed Iudæi non cognoscunt istud cœlum, &c. Deute. 25. c. 2. D

Præcepta affirmatiua Decalogi licet semper obligent, non obligant tamen ad semper, sed pro loco & tempore, & secundum alias circunstantias determinatas. Mat. to. 3. 18. c. 2. C

Hebręi dicunt, ꝙ primum pręceptum Decalogi sit: Ego Dominus Deus tuus. Qui sic dicentes, necessario habẽt dicere, ꝙ in isto primo præcepto prę cipiatur cultus Dei, & in secundo prohibeatur cultus idolorum. Sed nos dicimus, quòd illud nõ est p̃ceptum, sed quoddam assumptũ ad præceptum, quia hic prohibetur cultus idolorum, & causa subdit, quia ego sum Dominus Deus tuus, idest verus Deus. Deuter. 25. c. 4. G

In præcepto de obseruatione sabbathi est aliquod morale, & aliquod cęremoniale. Deute. 26. c. 3. K

Præcepta Decalogi dicuntur propriè testimonia, quia per illa inter Deum & hominem positum est firmamentum. Alia vero pręcepta dicuntur largo modo testimonia. Deute. 33. c. 4. K

Pręceptum illud, scilicet: Diliges Dominũ Deum tuum ex toto corde tuo &c. de quo Deut. 6. non potest adimpleri in ista vita, tam ex parte naturę, quam ex parte obiecti diuini intelligibilis vt probatur Deute. 31. c. 3. I. Nec hoc pręceptum est, sed diligere Deum ex corde, anima, & fortitudine, non tamẽ ex toto corde &c. Ponitur tamẽ hoc pręceptum sub his verbis ex toto corde &c. vt si totum non compleamus, saltem adimplere desideremus, vel sciamus nihil supra Deum vel ęqualiter Deo esse amandum: quia quod per superabundantiam dicitur, vni soli conuenit. Deuteron. 32. c. 1. B

Præcepta moralia maioris erãt obligationis, quam cæremonialia & iudicialia, & grauior transgressio ex duplici obligatione. Deute. 40. c. 4. K 41. col. 1. A

Contraueniens præceptis primæ tabulæ peccat in Deum dupliciter. Primo, vt in legislatorem. Secundo, vt in p̃sonam singularem. Sed contraueniens præceptis secundæ tabulæ, peccat in Deũ. vt in legislatorem tantum. Iosue to. 1. 136. c. 2. B

Pręceptũ primũ Decalogi, ꝙ magis fuerit negatiuũ ꝗ affirmatiuũ s. nõ habebis deos alienos, & habebis me ī Deũ, iõ est: ꝗa magis obligamur nõ colere deos alienos, ꝗ colere Deũ verũ. 4. Re. 53. c. 4. F

Ia præceptis moralibus non potest fieri coactio, sed potius est moriendum, quam talia facere & nulla admittitur excusatio. 4. Reg. 70. c. 1. B

Per verba secũdi p̃cepti Decalogi. s. Nõ assumes nomẽ Dñi Dei tui in vanũ; nõ solũ sic prohibet nomẽ Dñi, sed opera Dei scripta in lege: ꝗa si ꝗs illa enarrauerit indigne, peccat iuxta illud. p̃s 49. Peccatori dixit Deus, quare enarras iustitias meas, & assumis testamentũ meũ p̃ os tuũ. 2. Par. 191. c. 4. I

Quidã Iudęi crediderũt, ꝙ in p̃ceptis negatiuis Decalogi sola exteriora opera prohibeant. & nõ interiora, nec assumi affectiones, contra quos Christus. Mat. 5. audistis inquit, quia dictũ est antiquis, non occides. Mat. to. 2. 82. c. 3. I

Circa illud p̃ceptum, Nõ concupisces vxorem proximi tui, Iudæi intelligabant ablationẽ vxoris p̃ximi, sine cõmistione, ꝗa illud auferre erat ex cõcupiscẽtia, ita dicit Aug. in lib contra Faustũ, vel intelligebant p̃ concupiscere signa exteriora cõcupiscẽtis, vt osculari & amplecti, & tangere impudice, & sic exponebãt, Nõ cõcupisces, & c. i. nõ facies signa cõcupiscentis: & ita Nicolaus de Lyra dicit, & cõiter asserit, & ita dicebant, ꝙ lex nõ

prohibebat actū interiorē. Mat. to. 2. 139. c. 4. H. Et ideo Christus ad vitandum hunc errorem dixit, omnis qui viderit mulierem ad concupiscendū eam &. Mat. 5. Et ad ostendendum, ꝙ non solum concupiscentia vxoris alienæ erat peccatum, sed etiam concupiscentia cuiuscunq; mulieris non suæ, quod tamen non apparebat expresse ex præcepto, cum solum prohibebatur concupiscentia vxoris proximi. Mat. to. 2. 139. c. 4. K. & 149. c. 1. A

Præcepta primæ tabulæ ex genere suo sunt minus dispensabilia, & magis obligatoria, ꝙa sunt circa Deū, & tñ aliqua peccata facta p̄ p̄cepta secundæ tabulæ sunt grauiora, vt nō obseruare diē sabbathi leuius pct̄m est q̄ homicidiū. Mat. t. 2. 224. c. 3. F

Præcepta Decalogi, licet nō sint meritoria vitæ ęternæ, sunt tamen necessaria ad vitam æternā, quia sine illis non habet̄ vita æterna. Lex vero Moysi nec fuit meritoria vitæ æternæ, nec necessaria ad vitam æternam. Mat. to. 5. 130. c. 2. E. c. 3. F

Præcepta Decalogi, & ea, q̄ ad Decalogum ꝓtinent sunt simpliciter necessaria ad vitā æternā consequendā: quia illud est simpliciter necessariū ad vitā æternam, sine cuius obseruatione nullomodo poterat haberi vita æterna, nec potuit neq; vnq̄ poterit. Cætera aūt. s. cæremonialia, & iudicialia q̄ nos nūc obseruamus, ex institutione Ecclesiæ, & principū sæculi non obligant, nisi quia instituta sunt. Et possunt etiam reuocari. Si autem nunquam instituerentur, vel cessarent̄, non essent necessaria ad vitam æternam. Sed illa sunt simpliciter necessaria, quam etiā si nō instituerent̄, obligarent. Et postquam semel obligant, reuocari nō possunt, & ista vel sunt in Decalogo, vel reducuntur ad ipsum. Mat. to. 5. 139. c. 4. H

Præcep. 2. tab. sunt. 7. vnū affirmatiuū & 6. negatiua. Mat. to. 5. 128. c. 2. A

In præceptis Decalogi non ponuntur oīa expresse, q̄ sunt de iure naturali, vt obseruent̄, sed sub isto verbo, diliges proximū tuū, sicut te ipsum, quod non est speciale p̄ceptū Decalogi includunt̄ oīa, q̄ reducunt̄ ad catalogū. Et q̄ obseruāda sunt de iure naturæ tā ad Deū, q̄ ad proximū. Et ista, ad q̄ de iure naturæ obligamur, & q̄ sunt simpliciter necessaria, ponunt̄ tripliciter. Vno modo in generali, alio modo in particulari, tertio modo per cōclusiones determinatas, datas vniuersaliter, & nō specialiter circa singula, & primo dr̄ ad Rom. 13. qui diligit proximū, legē adimplebit. Et illud tota lex ī vno sermone instauratur, diliges proximū tuū. Et illud. Mat. 22. Diliges Dñm Deū tuū, & proximū tuū sicut te ipsum. De secundo non potest dari certa regula, sed sola ratio est, q̄ dictat de his, q̄ euenerint ī particulari. De tertio modo sunt, quæ ponunt̄ in Decalogo. s. decem conclusiones generales, de his, in quibus tenemur Deo & proximo, &c. Mat. to. 5. 130. c. 4. I. 131. c. 1. A

Præter præcepta Decalogi, quæ ponunt̄. Matt. 19. s. quatuor negatiua, Marcus in ca. 10. refert aliud. s. Ne fraudem feceris. Et tenendū est, ꝙ Christus illud dixerit, licet illud non referatur ab alijs, scilicet, a Matthæo a Luca, & reducitur ad illud, Ne furtum facias. Mat. to. 5. 131. c. 2. B

Præceptum de dilectione Dei, potest adimpleri sine charitate & gratia, ꝓut est habitus infusus, & hoc quantū ad substantiā operis, & quantū sufficit ad satisfaciendum legi: non tamen, vt est meritoriū vitæ æternæ, & quantum ad substantiam operis. Nemo potest adimplere, sine diuino auxilio i. nisi Deus moueat & cooperet̄. Mat. to. 5. 150. c. 4. H

In p̄ceptis legis actus virtutis cadit directę sub p̄cepto, q̄tum ad substantiā operis. i. ipsa res imperata in se ipsa, non considerando dispositionē, vel intētionē faciētis. Et q̄tū ad ista potest homo adimplere p̄cepta legis ꝓ liberū arbi. s. q̄tum ad substātiā actus, & hoc sine dono gratiæ gratis datæ vel gratum facientis, q̄ sunt dona infusa, &c. Sed q̄tū ad intentionē legislatoris, q̄ est, vt non solū opus fiat, sed vt oīa, q̄ facimus ex charitate faciamus, nō possumus sine gratia gratū faciente adimplere. Sine gratia tñ prima, q̄ est Deus mouens nos gratis, non possumus adimplere aliqua p̄cepta ēt quo ad substantiā actus: ꝙa oportet, vt Deus p̄ueniat, vt mouens nostrā volūtatē ad volendū implere, & ad cogitandū de adimpletione, priusquā adimpleamns, & velimus adimplere. Et in hoc errauit Pelagius, qui credidit p̄cepta Dei adimpleri posse sine gratia Dei q̄cunq;, & sine dono gratuito, & sine Dei volūtate nos gratis mouente, & sine oī motu ab extra, sed ꝓ solū liberū arbi. qđ falsum est &c. Mat. to. 5. 149. c. 3. F. Et ad dictū sancti Tho. dicentis, ꝙ homo in statu naturæ integræ licet potuisset adimplere oīa & singula mādata, quantū ad substantiā operis sine oī gratia, q̄ est donū gratuitū, nō tñ in statu naturæ corruptæ sine gratia sanante, intelligendū, ꝙ non potest faciliter fieri, vel nō potest sine magna difficultate. Et tñ cū magna difficultate, & appositio toto conatu, poterit hō oīa illa adimplere. Ma. t. 5. 149 c. 4. G

Oīa p̄cepta legis verè adimplet, ꝙ adimplet illa q̄tū ad substantiam operis, ēt si ex charitate nō agat, ꝙa illud cadit directè sub p̄cepto, qđ quis potest statim facere. Et legislatoris voluntas est duplex, vna est, q̄ ꝓ legem exprimit, aut ꝓ legis verba vult intelligi, & ista est voluntas legis & legislatoris simul, & hoc ille voluit, & ita illud significauit. Alia ad q̄ ꝓ legis obseruationē deducere vult, & ista est voluntas legislatoris solū: ꝙa ipse intendit hoc ꝓ fine legis, ipsa tñ lex nihil huius expressit, prima voluntas cadit sub præcepto & sic intelligendū est illud: Qui seruat legē q̄tū ad literā, & agit p̄ volūtatē eius, dr̄ facere in fraudē legis. i. ff. de legi. l. p̄ legē. Et ille cōmittere dr̄ p̄ legē, ꝙ verba legis amplectens, p̄ legis nitit̄ voluntatē extra de regu iur. c. certū & c. Mat. to. 5. 149. c 4. K. 150. c. 1. A. Et sic adimplentes præcepta Dei, licet non mereant̄ vitam æternam, euitat tamen peccatū omissionis vel commissionis. ibid. 150. c 1. C

Ad adimplenda præcepta, etiam quantū ad substantiam actus, duo sunt, quæ ex parte Dei sunt nobis necessaria, primum ꝙ nos moueat: secundum, ꝙ cooperetur nobiscum. Primum est necessarium inquantum est primum mouens simpliciter quātum ad omnes motus tam corporales, q̄ spirituales. Secundū est necessarium inquātū ipse est causa vniuersalis. Primū, non est necessariū quātum ad adimpletionem cuiuslibet præcepti, sed est tale, ꝙ sine ipso nō possunt adimpleri oīa p̄cepta. Mat. to. 5. 150. c 3. F. Possumus tñ sine gratia, q̄ est donū īfusum, siue gratis datū, siue gratuitū adimplere omnia præcepta. ibid. 150. c. 3. H. Et ad adimplendum præcepta ad intentionem præcipiētis, præter illa duo requiritur habitus infusus gratiæ gratum facientis. ibid. 150. c. 4. G

Præceptū de dilectione Dei dr̄ maximū inter præcepta moralia, & istud præceptū non est in Decalogo: & licet timere Deū sit laudabile, non est tñ meritoriū, sed diligere, & iō p̄ceptū de timendo Deum non est magnum. Matth. to. 6. 128. c. 1. B

Illud p̄ceptum, de quo Mat. 22. Diliges proximum tuū, &c. nō habetur in leg. vet. sub hoc tenore verborum.

borum.habetur tamen.Leu.19.quantum ad ſententiam.i. diliges amicum tuum ſicut te ipſum, nam amicus & proximus interdum accipiuntur pro eodem,& eodem cap. dicitur. Si habitauerit aduena ī terra veſtra,ne exprobretis ei, ſed ſit inter vos quaſi,indigena, & diligetis eum quaſi vos metipſos.Mat.to.6. 128 c.4.K

Præceptum de dilectione proximi dicitur.2.præceptum.ſ.in dignitate: quia poſt iſtud de dilectione Dei, non eſt aliud maius, neque æquale huic, vt probatur Matt.to.6.130.c. 1.A. Et ponitur in eo hæc determinatio ſicut te ipſum propter multa. Et,ſicut,non dicit æqualitatem,ſed ſimilitudinē, quæ accipitur in fine dilectionis, & in rebus quæ per dilectionē exibentur,&c.Mat.t.6. 130.c.2.D

De dilectione Dei & proximi ſunt duo pręcepta,& non propter diuerſitatem diligibilium, ſed propter diuerſum modum diligendi:nam diligimus proximum non propter ſe, ſed propter Deum, & Deum propter ſe,& ex toto corde,&c.Matth. to.6.130 c.4.K.131.c.1.A.Et in his pēdet vniuerſa lex, quod debet intelligi vel per modum finis, ſ.q̄ omnia contenta in lege & prophetis,ordinātur ad finem dilectionis Dei & proximi:vel de p̄ceptis ſolis incluſis in lege & in prophetis expreſſe & particulariter quæ continentur implicitè in his duobus.Matth.to.6.131.c.2.A. Et quando dicitur quod tota lex eſt in dilectione proximi, nō propriè dicitur, ſed quia dilectio proximi includit dilectionem Dei,&c.ibid. 131.c 3.H

Præceptum dilectionis Dei cum illis modificationibus.ſ.ex toto corde,&c.non poteſt ſeruari in via. ita vt nihil deſit de his,q̄ non poteſt expendere in amore,quin totū in dilectione eius ponat.Adimpletur tn̄ in via, vt dictio totaliter dicat totalitatem,ſecundum quam totum illud,quod tenetur ponere in dilectione Dei,ponat nihil ſubtrahendo.Mat.to.6. 135.c.1.D

In p̄cepto de dilectione Dei ſunt duo, vnum ad qđ obligat,& aliud,quod oſtendit:obligat ad diligēdum Deum ex toto corde, &c.ſecundundum totalitatem ſecundam, ſecundum quam homo ponit totum illud, quod tenetur ponere in dilectione Dei nihil ſubtrahendo, nec contra facien do. Oſtendit autem aliam totalitatem, & iſtam dupliciter: vno modo pro futuro. ſ.pro vita æterna,ad quā inuitat vt nitamur ad habendū . Secūdo ponitur, vt quilibet niteretur quantum poſſet aut vellet, cum multum nitendo, non poſſit errare.Mat.to.6. 135.c.3.F

Inter omnia præcepta moralia tria ſunt, quæ ad Deum dirigunt ſ. non habere deos alienos, non ſumere nomen Dei in vanum, colere ſabbatha. Et omnia,quæ pertinēt ad modum colendi Deū ſunt cęremonialia.Et fides eſt maior oībus eorū, q̄ ptinēt ad Deū rōne fūdamēti.Ma.t.6.203.c.1.C

Inter pręcepta Dei moralia, iudicialia, & cęremonialia & teſtimonia qđ interſit.3.Reg. 16.c.3.G

Pręcepta danť nobis ſecundū conditionē noſtrā. ſ. ſeruando libertatem arbi.Mat.to.5. 48.c.4.G

Pręceptum de multiplicando,quando obligauerit, & quando non vide.Mat.to.5. 82.c.4.G

De ratione pręcepti eſt,q̄ importet ordinem ad finē,inquantū illud,quod p̄cipitur eſt neceſſarium vel cōueniens ad finē,&c.Mat.to.6. 126.c.2.A

Nullū præceptū erit in patria.Mat.to.6. 135.c.3.F

Præceptum Dei.

Pręceptū Dei qualiter poſſimus in ſomno meditari.Deut. 32 c.1.E.c.2.A

Pręcepta Dei ſicut p verba plana ponunť,ita & iuxta verba plana debēt adimpleri.Ioſ.to.1.140 c.3.H

Præcepta Dei quare dicantur vię Domini. 3.Regū. 16.c.1.E

In preceptis conſiſtit perfectio charitatis, & non in conſilijs,niſi ſecundario & inſtrumētaliter. Mat. to.5. 135.c.1.B

Aliqua ſunt p̄cepta Dei, q̄ ad ſolū vnum ſtatū hominum ptinent:nam tam in noua,quam in vete. lege dantur q̄dam p̄cepta ſacerdotibus & epiſcopis,q̄ ō obligant alios hoīes,&c.Ma.t.5.49.c.1.D

Illud,qđ dicit.s.Thom.1.2.q.109. q̄ nemo poteſt adimplere oīa p̄cepta legis, quantū ad ſubſtantiā operis,ſine dono gratuito,intelligendū eſt,q̄ non poteſt faciliter, vel non ſine magna difficultate, bene tamen cum magna difficultate: & appoſito toto conatu,&c.Matth.to.5. 149.c.4.G

Contra nulla pręcepta Dei habet locū pręſcriptio, nec conſuetudo q̄tumuis longeua, nec diſpenſatio per papam,&c.Mat.to.6. 210.c.4.G

Præceptum veteris teſtamen.

Lex Moyſi in præcipiendo bonum circa aliqua excedit legem Chriſti.Mat.to.7. 46 c 4.F

Series p̄ceptorum vete.teſtamēti:intres partes ſcinditur ſ.in pręcepta moralia, cęremonialia, & iudicialia,&c.Nu.to.1. 1.Paral.263.c.4.I.Matt.to.6. 127.c.2.A.in De Opt.polit.4.c.4.G. Ad prima & vltima obligabanť Iudæi in deſerto. ad cæremonialia vero non niſi in paucis. ſ. ad illa, q̄ nullum habebant impedimentum in deſerto,vt ſeruarētur.Num.to.1. 58.c.1.B.& 215.c.2.B

Præcepta,quæ propriè pertinebant ad veter.legē.ſ. cæremonialia & iudicialia, faciebant hominem viuere in eis. i. per opera eorum merebať homo, vt daretur ei vita & tranquillitas ab hoſtibus,pręcepta vero noui teſtamēti, quorum finis chriſtus eſt ad Rom. 10.faciunt hominem ſimpliciter viuere.Deut. 18.c.2.E.c.3.F

In cuſtodia præceptorum vet.teſta.duo bona dabātur Iudæis,ſcilicet,longitudo vitæ, & multiplicatio in poſteris. Sed in cuſtodia præceptorum nouæ legis,merentur homines vitam æternā.Deut. 39.c.3.I

Omnia præcepta affirmatiua & negatiua veteris legis erant in vniuerſum ſexcentū tredecim.Deut. 142.c.4.I.Ruth. 241.c.2.E

Dominus præcepta ſua commendauit multum Iudæis,vt opere complerent, propter duo. Primo: quia illi erant mulrum pigri,& in aſſueti iugo legis. Secūdo,quia hoc debebat fieri propter Deū, & ex mandato Dei,&c.Deut. 39.c.3.F

Tres ſunt ſpecies præceptorum vete.leg.Matt.to.6. 126.c.3.I

Præcepta cæremonialia & iudicialia non manent in nouo teſtamento, habentia aliquā obligationem,niſi inquantum eſt inſtitutio facta ab Eccleſia,vel a dominis temporalibus.Deut. 114.c.2.A

Oīa præcepta vete.teſtam. ſeruabanť in deſerto,niſi,quæ obſeruari nō poterant.Ioſue.to.1.84.c.1.C

Multa præcepta vete.teſta erant in alijs libris Moyſi,quæ non erant in Deut.Ioſ.to.2. 173.c.4.I

Præcepta vetē.teſta. q̄ matrimoniū concernunt ad cæremonialia pertinent.1.Reg.to.1. 114.c.2.A

Præcepta iudicialia & cæremonialia veter. teſtam. iam ceſſauerunt omnino, ita vt non obligāt &c. 1.Reg.to.1. 128.c.1.E

Præceptum cæremoniale de immolando in vno loco,diſpenſabile erat.Exo.to.1. 196.c.3.F

Præcepta cæremonialia nō ſolū nō obligāt, immo nullo modo ſunt ſeruanda.Exo.to.1. 203.c.3.I

Inter prȩcepta cȩremonialia, quædã ſunt quæ non tangunt directè ſignificationem Chriſti venturi, ſed munditiam populi illius & ſanitatem, & iſta ſi quis ſeruaret ob conſiderationem ſanitatis, aut aliam cauſam, non aduertendo aliquomodo, ꝙ iſta data fuerint & oportebat ſeruari, non peccaret, vt non comedere porcum, anguillam, &cæt. Exo.to.1. 203.c.4.F

Aliqua ſunt prȩcepta cȩremonialia, quȩ nunc nullomodo ſeruare licet, vt circunciſio, immolatio, & obſeruatio azymorũ, vt probatur. Exo. to.1. 203.c.4.G

Prȩcepta cȩremonialia & iudicialia ſunt determinationes prȩceptorum Decalogi. Exod.tomo 2. 1.c.4.H

Prȩcepta cȩremonialia & iudicialia ſuſcipiunt auctoritatem ex legislatione prȩceptorum Decalogi. Exo. to.2. 2.c.1.B

Prȩcepta cȩremonialia & iudicialia data fuerunt poſt prȩcepta Decalogi. Exo. to.2. 2.c.1.C

Prȩcepta cȩremonialia, & iudicialia, de quibus. Exodi 21.22.& 23.capit. totus populus audiuit ab ore ipſius Moyſi, Deo extendente vocem eius per miraculum ad aures omnium, &c. Exo.to.2. 4.c.3.I

Quȩ ſint prȩcepta cȩremonialia in veter.lege. Mat. to.6. 126.c.3.I

Prȩcepta cȩremonialia & iudicialia vete.teſtam. ad duos fines ordinabantur a Deo. ſ. ad ſignificandũ ſtatum legis gratiæ, & ad dirigendum ipſum populum in Deum eo modo, quo ſecũdum imperfectionem illius temporis dirigi poterat. Et ſic non oportet, quòd omnia prȩcepta tam cȩremonialia quam iudicialia ſint ſignificatiua ſtatus legis nouæ futurȩ, & ſecundum iſtos duos fines intentos ab ipſo datore legis, oriuntur duo modi exponendi vetus teſta. qui ſunt proprij. ſ. intenti a litera: vnus eſt, qui notatur ſecundum rationes literales, nõ prout ſunt ſignificatiuȩ alterius, ſed prout in litera continentur. Alius eſt ſecundum, ꝙ litera eſt ſignificatiua eorum, quæ poſtea futura erant. Exo.to.2. 18.c.4.G

Per præcepta cȩremonialia factus eſt Iſrael populus Dei ſpetialius, quam per moralia. Exo.tom.2. 181.c.2.D

Per prȩcepta cȩremonialia & iudicialia potius pepigit Deus fœdus cum Iudȩis, quã per prȩcepta Decalogi, & magis per prȩcepta cȩremonialia, quam per iudicialia. Leu. 3.c.2.B

De prȩceptis cȩremonialibus fecit Moyſes vnum librum. ſ. Leuiticum, ſed non de iudicialibus, ſed ea ſparſim in alijs libris in ſerui. Leu. 3.c.3.I

Prȩcepta cȩremonialia dedit Deus Moyſi in tabernaculo. Leu. 4.c.1.A

Omnia prȩcepta cæremonialia, quæ ſcripta ſunt in Leuitico, data ſunt Moyſi in monte Sinai, vt patet Leuit.26.& 27. Leuit.6.col.1.A. Et hoc vel in menſe primo, vel in menſe ſecundo ante diẽ vigeſimam eiuſdem. ibid. 6.c.3.G. ſ. in quadraginta nouem diebus: vel in quinquaginta. ſ. triginta diebus menſis primi anni ſecundi, & viginti diebus menſis ſequentis. ibid. 6 c.3.H

Omnia præcepta cȩremonialia & iudicialia ſunt quædam determinationes præceptorum Decalogi. Leuit. 5.c.4.K.& 6.c.1.A. 178.c.3.K

Prȩceptum pure cȩremoniale non habet aliquam cauſam præter voluntatem prȩcipientis. Leuiti. 67.c.4.K

Prȩcepta cȩremonialia & iudicialia cũ executione ſua, conſiderant dupliciter, ſ. aut q̃tũ ad intentiõnẽ faciẽtis, aut q̃tũ ad genus actus, primo modo ſunt meritoria vitȩ ęternę, ſi fiant in charitate, ſecũdo modo non. Et iſto modo conſueuimus cõparare obſeruationẽ vete. teſtam. ad ſacramenta nouę legis: dicens, ꝙ ſacramẽta nouę legis ex genere ſuo conferunt gratiã, ſi non ponat obex: cȩremonialia vero veteris leg. non. Leu. 178.c.4.I

Prȩcepta cȩremonialia magis obligabant poſteros eorum, quibus data ſunt, quam ipſos. Met. vt probatur. Leu. 235.c.1.C

Prȩcepta cȩremonialia potiſſimè circa ſacrificia, q̃ requirebant aliquam diſpoſitionem, non obligauerunt ſemper, quia non ſemp poterant eſſe animalia ad volũtatẽ offerentiũ, &c. Leu. 262.c.3.F

Præcepta cȩremonialia vocantur propriè leges, cũ ſint circa pure poſitiuum. Leu. 313.c.2.A

Prȩcepta cæremonialia non obligant in extrema neceſſitate, ſecus tñ moralia. 4. Reg. 69.c.2.D

Per prȩcepta cæremonialia, quæ alio nomine legalia, ſiue legitima dicuntur, dicitur populus Hebræorum Deo ſpetialius fœderatus eſſe, quam per præcepta moralia & iudicialia. Nu.to.1. 1.B

Ad præceptũ cæremoniale de fimbrijs in veſtibus, & vittis hyacinthinis erant obligati omnes Iudæi nõ tñ in deſerto. Nu.t.1. 228.c.4.K. 229.c.1.A

Nulla præcepta cæremonialia, neq; iudicialia ſunt de lege Chriſti, licet in ea ſit poteſtas cõdendi cæremonialia, & iudicialia, &c. Mat. to.6. 127.c.1.2.

Præcepta cæremonialia principaliter inſtituta erãt ad aliquid ſignificandum in futurum, &c. Matth. to.6. 211.c.1.A

Inter præcepta cæremonialia & iudicialia, hoc intereſt, quia obſeruare cæremonialia tempore noui teſtamenti illicitum eſt, iudicialia vero, & ſi nõ obligẽt tempore gratiæ, poſſunt tamẽ obſeruari abſq; peccato, & ad eorum obſeruantiam aliqui obligantur, ſi eorum auctoritate ſtatuantur, quo rũ condere legem. Mat.to.6. 211.c.1.B

Prȩceptum iudiciale vet.teſt.

Quare nunc non obſeruẽt Iudæi præcepta iudicialia. Exo.to.1. 95.c.3.I

Præcepta iudicialia, & cæremonialia cũ non ſint à natura: ſed a ſola voluntate legiſlatoris, & populi ſuſcipientis, nunquam obligant, ante quam dentur. Exo.to.1. 177.c.2.B

Qui ſeruaret p̃cepta iudicialia dicens, illa obligare vſq; nunc, idem eſt, ac ſi diceret, ꝙ ſtatus vete.teſtam. maneret. Secus ſi illa obſeruaret, vt cõueniẽtia politijs noſtri tpis, nõ tanq̃ obligatoria: ſed q̃a nos illa nouiter ſtatueremus, & eis vim obligandi tribueremus. Et iſto modo Eccleſia approbauit quaſdam leges iſtarum, & ſtatuit eas ſeruari, vt patet extra de homicidio. & extra de adulterijs & ſtupro. & de iniurijs & dãno dato, &c. Exo. to.1. 203.c.4.K.& 236.c.2.B

Præcepta iudicialia, q̃ Deus dedit, quare nõ obſeruẽtur in oĩbus politijs, cũ fuerit prudẽtiſſimus legiſlator, immo ipſa pura prudẽtia, & impoſſibile ſit ipſum errare. Exo.to.1. 204.c.1.E.& c.2.D

Præcepta iudicialia, q̃ Deus dedit populo Iudęorũ, nõ erant ſimpliciter bona, cũ ille populus nõ eſſet bonus ſimpliciter, nec diſpoſitus ad hoc, diſpoſitione propinqua: ſed erãt talia, qualia cõueniebant illi populo, &c. Exo to.1. 204.c.3.I

In præceptis iudicialibus duo erant. ſ. prodeſſe alicui, & obedire legislatori. Leu. 3.c.3.H

Præcepta iudicialia conſiſtunt in directione proximi ad proximum. Leu. 321.c.2.B

Aliqua præcepta iudicialia veteris legis ſeruantur nunc in Eccleſia Chriſti, non quaſi obligẽt ex prima

ma inſtitutione, quam habuerunt a Deo: ſed ex noua iuſtitutione eccleſiæ Leuit. 345.c.4 G

Pręcepta iudicialia, & cęremonialia veteris teſtamenti iam ceſſauerunt omnino, ita vt non obligent,&c.1 Reg.to.1. 128.c.1.E

Præcepta iudicialia veteris teſtamenri omnia ceſſauerunt,& ſi Eccleſia inſtituit quędam eorum ſeruari, & obſeruentur, vt patet extra de furtis, & adulte.& de ſtupro,& de iniuria, & damno dato, quæ habentur. Exo.21. & 22.& ibi obſeruantur, non quia in vete. lege eſſent ſtatuta, ſed quia Eccleſia de nouo canonizauit ea.1 Re.t.1. 128.c.2.A

Pręcepta iudicialia, & cęremonialia proprie pertinent ad legem Moyſi. Mat.to.5. 128.c.3.K

Præceptum Chriſti.

Præcepta a Chriſto tradita ſunt de iure naturali. Mat.to.1.23.c.3.H. In quibus licet Chriſtus poſſit diſpenſare: non tamen fiet talis diſpenſatio vt probatur. Mat.to.1. 24.c.2.A

Duo pręcepta poſuit Chriſtus ex parte offenſi, & vnum ex parte offendentis. Matth.to.5. 45.c.3.K

Sola pręcepta iuris naturę poſuit Chriſtus, quæ cũ eſſent quodam modo offuſcata propter conſuetudinem peccandi in ratione hominis, & quodã modo deleta, voluit Deus in lege vete. quædam eorum exprimere,& ſic dedit Decalogum. Chriſtus vero voluit dare & declarare aliqua, quæ Iudæis iam venerant in dubium, & errabant circa illa, vt patet. Matth.5. Et quia ſi vellet procedere particulariter applicando inter omnia pręcepta iuris naturalis, nunquam finiret ſermonem, ideo voluit de cæteris pręceptis iuris naturalis regulã quandam generalem dare, dicens: Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis,&c. Mat.t.3. 125.c.3.K.& c.4.F

Præcepta Chriſti habent duas cõdictiones legis naturæ. Prima, ꝙ ſunt indiſpenſabilia. Secunda, ꝙ ſunt æterna. Mat.to.3. 88.c.2.E

Quod pręceptum charitatis non obliget ad quantum dicit, probatur. Mat.to.5. 134 c.4.K

Præcepta Chriſti obligant omnes, id eſt, obligãtur omnes, vt ſe ſubdant legi Chriſti, in qua ſunt illa pręcepta, vt per illa poſtea regantur. Et tamen prius quam illam ſuſcipiant, non peccant in trãſgreſſione cuiuſlibet pręcepti,&c.i. non committunt tot peccata, quot ſunt omiſſiones, aut tranſgreſſiones: ſed vnicum eſt peccatum illorum cõtra legem Chriſti: quia. ſ. illam nõ ſuſcipiunt. &c. Matt.to.5. 43 c.3.K

Charitatis perfectio non cadit ſub pręcepto. Matt. to.5. 135.c.1.B

Duo pręcepta poſuit Chriſtus in offenſa illata, vnũ ex parte offendentis, & duo ex parte offenſi. Mat. to.5. 45.c.4.K

Nulla pręcepta cęremonialia, vel iudicialia ſunt de lege Chriſti, licet in ea ſit poteſtas condendi cęremonialia, & iudicialia. Mat.to.6. 117.c.1.& 2.

De pręceptis iudicialibus in lege Chriſti. Matt.to.6. 127.c.2.A

In lege Chriſti non ſolum obſeruant omnia pręcepta prima iuris naturę: ſed etiam ſecunda, &cæt. Mat.to.7. 46.c.3.G

Præceptum poſitiuum.

Pręcepta iuris poſitiui ſunt diſpenſabilia quo ad tenorem ſuum: quia interdum non concordant cum intentione condentis ea, quæ eſt facere ciues eſſe bonos per leges,& deducere eos ad virtutes. Ideo, quando non dirigit in bonum: ſed eſt occaſio mali non eſt ſeruanda: quia hoc potius eſſet agere contra legem, ſicut dicitur. ff. de ll.l. contra legem.& l. fraus. Et de regulis iu. lib.6 in regula, certum. Et iſta diſpenſatio non committitur cuilibet, propter duo. Primo quia quilibet non iudicaret bene. ſ. an conueniens eſſet ſeruare legem, an non &c. Secundo, quia lex habet iuriſdictionem quandam. Et ideo ad ſolos habentes iuriſdictionem pertinet,&c. Matth. tomo tertio. 88.c.1.A

Præcipere Deus non præcipit aliquid, vbi non ſubeſt cauſa aliqua honeſta mandandi, ſicut quando præcepit filijs Iſrael capere ab Aegyptijs, &c. Et patri occidere filium, & è contra. ſ. in caſu idolatræ. Deute.13. Secus de fornicatione,&c. Gen.21.c.2.B. Oppoſitum dicit Auctor. Deut. 75.c.2.B.& c.3.

Hoc verbum pręcipio interdum ſignificat admonere,& interdum docere. Exo.to.2.53.c.3.l. Leu. 275.c.1.E

Deus aliquando pręcipit aliquid fieri, quod ſi ipſe non pręciperet, eſſet abominabile peccatũ, cuiuſmodi fuit Abrahæ volitio, qua voluit ſacrificare filium.&c. Exo.to.2. 97.c.1.D

Preces ſanctorum.

Precibus Sanctorum multi liberantur, ne peccent, qui peccarent, ſi non interuenirent illæ preces. 2. Regum. 72.c.1.A

Quare precibus vocalibus Deum oremus, cum ille abſque illis cognoſcat id, quod mente geſtamus. in Parad. 68.c.2.D

Prædeſtinare. Quæ prædeſtinantur. Sic prędeſtinantur, vt ſanctorum precibus impleantur. Exo.to.1. 122.c 3.H

Sicut Deus prędeſtinauit aliquid facturum eſſe, ita prędeſtinauit, vel diſpoſuit de medijs, per quę ad illud perueniatur. Et ponitur exemplam. Matth. tom.3. 54.c.4.H

Prædeſtinatio In nulla materia periculoſius erratur, quam in prędeſtinatlonis materia. Et eligerẽ, inquit Auctor, magis contra totius fidei veritatem peruersè ſentire, & in hac nõ errare, quam in omnibus rectè iudicando, in hac ſola deuiare: quia ex nulla ſpeculatiua cognitione tãtum finis noſter ſtatuitur, & operationes diriguntur, quàm ex ſcientia prędeſtinationis,& ideo ſatius iudico, ĩquit Auctor, multis, immo omnibus pręter quoſdam paucos, quibus a Deo ſpecialiter cõceſſum eſt, in hac materia aliquid ventilare. Gen. 269.c.3.G

Ex prędeſtinatione ſaluatio vel ꝓditio noſtra exordium ſumit,&c. Gen. 269.c.3.G

Licet in ꝑdeſtinatione Dei non ſit prioritas, bene tñ eſt ordo ſecundum rationem. Mat.to.6. 35.c.1.E

De ordine prędeſtinationis a Deo ſeruato. Mat.t.6. 34.c.4.H

Nulla prędeſtinatio fit cõditionaliter verbi gratia, ſi tale. vel tale bonũ fecerit prędeſtinatus: ꝙa ſic oẽs eſſent prędeſtinati,&c. Sed abſolutè fit tã de fine, quam de medijs,&c. Gen. 296.c.2.B

Prędeſtinatio glorię, & meritorum non cadit ſub meritis,&c. Gen. 296.c.1.E

Deus prędeſtinans finem alicui, prędeſtinat & ea, quæ ſunt ad finem,&c. Gen. 296.c.1.D

Ad prędeſtinationem, vel pręordinationem pertinet vocatio, iuxta illud ad Rom.8. Quos prędeſtinauit, hos vocauit,&c. Exo.to.2. 107 c.1.E

Circa materiam prędeſtinationis, Auctor dat bonum conſilium,&c. Deu. 30.c.2.A

Prædestinatio an sit conditionalis,au absoluta.Gen. 296 c.2.B
Prædestinatio quomodo fiat. Gen. 296.c.2.D
Qui in materia prædestinationis, & præscientię vul gariter loquuntur, maximum patiuntur dubiū, quorum argumenta referuntur. Ios. tomo 2. 11. col. 4. Quæ quidem argumenta aliqui nituntur soluere,sed male,vt probatur ibidem 11.col.4.K. 12.c.1.A. Et tandem subiungitur solutio Auctoris ibidem 12.c.1.H
Licet Dei prædestinationes firmæ sint, vult tamen Deus, quod non nisi precibus sanctorum obtineantur,vt ait Gregorius. 3. Reg. 10 c.1.D
Prædestinatio , & præscientia quomodo stent cum libero arbitrio.Mat.to.5. 14.c.4.F
Prædestinatio, & præscientia non præcedunt operationes nostras,neque mortem: & ideo omnia manent libera. Nec etiam sunt post mortem nostrā: quia vtrumque repugnat ex natura æternitatis. Nā sicut si esset prædestinatio ante actus nostros, diceretur esset præterita. Et ita præteriret aliquid in æternitate, & esse desineret, quod falsum est. Ita si prædestinatio esset post mortem nostram, & non antea. Esset tunc verum dicere, quòd prædestinatio, &c. esset futura, quod etiam est cōtra naturam æternitatis, quia illi non aduenit aliqd', quod prius non fuerit,&c. Mat.to.5. 14.c.4.I
Verum est, quòd est prædestinatio,& tamen nec est præterita,neque futura. Nec est in isto instāti,quo sumus: quia sicut esse præteritum, est præterijsse, & iam non esse:& esse futurum, est nondum esse, quorum vtrumque Deo repugnat: ita esse in isto instanti nostro est nō fuisse ante hoc,nec post hoc futurum esse. Et hoc etiam repugnat æternitati. Prædestinatio ergo quia est cognitio entis æterni , vere est:non tamen est præterita,neque futura, neque præsens in nostro nunc, quia tunc aliquando esset præterita , & aliquando futura: sed est in nunc æternitatis, quod coexistit omni nūc nostro,cum sit verum,quòd semper est,non coexistit tamen per modum coextensi,sicut coextenduntur duo quanta æqualis,&c.Mat.to.5.14.col. 4.K.& 15.c.1.A
Prædestinatio,& præscientia semper sunt . Et non imponunt necessitatem , nec imponere possunt: quia non præcedunt . Tota ergo dubitatio in his prouenit , quia homines cōmuniter ignorāt modum cognoscendi Dei , ponentes in Deo cognitiones, effluentes sicut in nobis, quod falsum est, cum sit magna imperfectio.Mat.to.5. 15.c.1.B
Prædestinatio, & præscientia non præcedunt actus nostros.Mat.to.5. 31.c.2.D
In prædestinatione , præscientia, & reprobatione non fit alicui præiudicium,&c.Mat.tomo 5.180. colum.1.C
In prædestinatione tenet Deus hunc ordinem, non enim Deus præeligit aliquos ad vitam æternam: quia prænouit illos futuros bonos: sed quia ex liberalitate sua elegit aliquos ad vitam, & confert illis,quòd sint boni,vt possint illam obtinere,&c. Mat.to.6. 34.c.4.H
Inter prædestinationem,& reprobationem quid interest.Mat.to.7. 118.c.4.H

Prædestinatus. Prædestinatis omnia cooperantur in bonum . Exo. tom. 1. 57 c.4.K
Prædestinatis Deus præordinauit aliquod bonum tribuens causalitatem , & medium disponēdo ad illud bonum:præscitos vero non ordinauit ad pęnam æternam , sed solum præcognouit,quòd illam habituri essent, quia demerita eorū hoc exigerent,&c. Exo to.1. 60.c.4.I
De prædestinatis,& præscitis. Exo.to.2.139.col.2.E. col.3.F
Tota prædestinatorum vita est ex Dei gratia: quia ex gratia,prius quam sint,eliguntur . Deuteron. 30.c.1.C
Cum prędestinatorum numerus completus fuerit, cessabit mundus in hoc statu,vt probatur.Matth. tom.1. 8.c.2.E.& c.3.F
Prædestinati vocantur sancti, quia Deus sanctificauit illos prædestinando. ad Rom.8.Quos prædestinauit,&c.Mat.to.3. 222. c.1.E
Omnia,quæcumq; facit Deus hominibus, facit propter prædestinatos.Mat.to.3. 243.c.3.H
Non est concedendum de rigore sermonis,quòd aliquis homo viuens, sit iam prædestinatus,aut præscitus:quia prædestinatus,& pręscitus sunt participia præteriti temporis,quæ significant prædestinationem , & reprobationem pręterijsse pro illo instanti , in quo de aliquo asseritur, quòd sit prædestinatus aut præscitus . Et tamē falsum est:quia prædestinatio , & reprobatio nihil dicūt in nobis: sed solum in diuina cognitione, & tamen in diuina cognitione nihil est præteritum pro isto nunc nostro , quia cognitio Dei habet esse in æternitate,sicut essentia sua,& tamen ęternitati nihil elabitur , quod sit præteritum. Et ideo illa cognitio, qua dicitur Deus aliquem prædestinare,&c. Non est præterita pro isto nūc, & ideo de rigore sermonis non est verum,quòd iste sit prædestinatus , aut præscitus. Et sicut nūc non est verum , ita nec erit verum aliquo tempore vitæ huius hominis,cum æternitati nihil ptætereat , & ideo ante mortem istius nunquam erit verum dicere, quòd iste est prædestinatus vel præscitus,&cæt. Mat.to.5. 14. colu M.4.F

Prædicamentum. In prædicamento non ponitur materia directè.Mat.to.6. 73. c.3.K

Prædicare. Qui publicè prædicant,tenētur scire vtrumque testamentū,&c. Gen. 10.c.3.G
Multa sunt verba,quæ non sunt prædicanda. Iosue tom.2. 39 c.1.B
Prædicantes propter vētrem,satiandum, vel ad quęstum pecuniarium,non prædicant legem , & crucem Christi : sed potius eam dehonorant,& sunt inimici eius.Ad Philip.3.scilicet:Multi enim ambulant,quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico , inimicos crucis Christi, quorum finis interitus , & quorum Deus venter est, &c.3.Reg. 127.c.4.G
Prædicare,& docere in vet. testamento conueniebat sacerdotibus leuitis, & laicis, vt probatur 2. Paral.199 c 1.D. Sed docere populum quantum ad quæstiones,quæ erant purè dubia legis,solis sacerdotibus competebat. ibidem.c.1.E.Potest etiā dici,quòd prædicare quantum ad obligationē cōpetebat simpliciter, & eminenter solis sacerdotibus:sed leuitis,& laicis licebat,sed non obligabantur prædicare.ibid. 199.c.2.E.c.3.F.130.c.2.D
Prædicatio in vete. testamento poterat fieri in omni loco: sed specialiter in Synagogis:sed qualis esset modus pdicandi in Synagogis.2.Par.199.c.3.G
In veteri testamento prædicabant tam laici, quam sacerdotes,& leuitæ,vt patet de Christo Redemptore nostro,qui erat de tribu Iuda, &cæt. Patet etiam de Paulo,qui erat de tribu Beniamin.2.Paralip. 130.c.2.C

Christus semper prædicauit pœnitentiam, & appropinquationem regni cęlorum vsque ad mortem suam propter multa. Matth. to.1. 261.c.1.D col.2.A

In missione Apostolorum ad prædicandum secutum est peccatum Iudæorum. Mat.to.6.fol.243. col.1.D

Christus nō prædicauit publicè tempore, quo Ioannes Baptista prædicabat: bene tamen postquam fuit incarceratus, vt probatur ex multis &c. Mat. to.1. 256.c.3.K

Christus nō prædicauit hoc modo prædicandi, quo vtimur nos nunc, sumendo thema, ad cuius propositū omnia prosequimur: immo istte modus nō fuit apud antiquos doctores sacræ scripturæ, sed vtebantur oratione soluta, dicētes quidquid vellēt, siue per modum expositionis, sicut in homiliis, siue per modum orationis, vt patet in sermonibus Sanctorum. Mat.to.1. 261.c.3.F

Ad prædicandum mitti non debent, qui non habēt charitatem &c. Mat.to.1. 264.c.4.I

Prædicans magis peccat, quam cæteri propter sex, quę referuntur. Mat. to.6. 172.c.1.C.& c.2.A

Infames non debent prædicare iuxta illud Psal.49. Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas &c. Mat.to.2. 247.c.1.D

Quando sit prædicandum infidelibus, & quādo nō, & quæ sint illis prius prædicanda, & quæ posterius. Matth.to.3. 119.c.4.H.& 120.c.1.& 2.& 3.

Christus in Synagogis prædicabat propter multa. Mat.to.3. 218.c.3.H

Prædicari Euangelium per totum orbem potest dupliciter intelligi. Mat.6. 180.c.3.H

Quare Iudæi permitterent Christo prædicare Euangelium, cum ipse esse de tribu Iuda. Matth. to.3. 218.c.4.H

Nunquam Christus nec Apostoli eius prædicauerunt aliquid, quod pertineret ad legem Moysi, licet ipsam obseruarent &c. Mat.to.3. 236.c.4.H

Contemporanei Apostolorum, qui fidem prædicauerunt, non habuerunt scientiam ex reuelatione, sed ex doctrina & studio. Matthæi tomo 3. 250.c.2.E

Prædicare proprie est de his, quę ad mores pertinēt. Mat.to.3. 269.c.1.D

Prædicantibus non reuelatur regulariter quid sint prædicaturi &c. Mat.to.3. 250.c.3.K

Si alicui dicatur, quòd non prædicet verbum Dei, & non consentiens moriatur, martir erit. Matth. to.4. 80.c.2.A

Plurima eorum, quæ Christus prædicauit, plus nūc proficiunt, quàm tunc, quando ille ipsa prædicabat. Mat.to.4. 54.c.4.G

Ad hoc hoc, quòd quis prædicaret in veteri testamento duo requirebantur. Primum, quòd haberet scientiam ad docendum. Secundùm, quòd acciperet potestatem ab eo, qui præerat Synagogæ, & in qua fiebat prædicatio. Matth. tomo 6. 169.c.3.G

Prædicandi potestas, apud Iudæos, concedebatur aliquibus personis, & non aliis, & conuenienter quidem &c. Mat.to.5. 252.c.3.E

Christus non est dedignatus prædicare in locis paruis. Mat.to.4. 67.c.1.C

Christus, & Ioannes prædicauerunt anno 15. Tyberij Cæsaris, & prædicauit Christus, per triennium. Mat.to.6. 23.c.1.B

Christo nō competebat prędicare, si esset purus homo. Mat.to.5. 52.c.3.I

Prędicandi potestas, apud Iudæos, concedebatur aliquibus personis, & conuenienter quidem &c. Et ideo iura nostra in hoc prouiderunt, ne laici prædicēt, extra de hęreticis. cap. cum ex iniuncto, sed personę, quibus apud Iudęos erat concessa prædicandi potestas, non constat, quę essent, creditur tamen, quòd essent sacerdotes, vt patet Aggæi 2. interroga sacerdotes &c. & Malachiæ 2. Labia sacerdotis custodient sciētiam &c. Et creditur hoc esse cōcessum non omnibus, sed idoneis &c. Mat. to.5. 252.c.3.F

Officium prędicandi apud Iudęos non erat tam arctatum, sicut nunc in nouo testamento, in quo nō permittitur laicis prędicare extra de hęr. cap. cum ex iniuncto, nec clericis, nisi oues habeant. Aliqui vero accipiunt officium prędicādi ab eo, qui præest spiritualiter eis, quibus prædicandum est vel à iure: sed in veteri testamento nō erat sic: quia tunc licebat laicis prędicare, dum tamen haberent scientiam docendi, & haberent potestatē ab eo, qui prędicatio fieri deberet. Et hoc nisi putaretur quis habere auctoritatem à Deo, idest ab eo missus, vt erant prophetæ, quia tunc non petebatur aliqua auctoritas ab homine &c. Mat.to.6. 169.c.3.F

Quomodo intelligatur illud Matt.24. Prędicabitur Euangelium in testimonium omnibus gentibus. Mat.to.6. 171.c.4.H

Prędicantes aliquid agendum, quod tamen ipsi nō agunt, qui prędicāt, si quod prædicant, cadit sub necessitate, ipsi peccant: si autem sit supererogationis suadere illa, tunc non peccant, non faciendo illa, contenti obseruare mandata, illi tamen est verecundia &c. Mat.to.6. 171.c.4.G

Prędicantes verbum Dei, si impediātur & propter hoc, vt non cessent, mortem subeant, martyres sunt. Mat.to.4. 80.c.2.A

Prędicans ea, quæ necessaria sunt, & contra faciens, peccat grauius, cæteris paribus, quàm contra faciens, & non prædicans. Mat.to.6. 172.c.1.B

Vivente Petro prędicata est fides Christi per totum orbem, vt tenet Nicolaus de Lyra. Matth. tom.6. 180.c.3.G

Paulus prędicauit in Hispania. Matth. tomo 6. 180. col.3.F

Prædicatio. Ad prædicationis officium circa gentes fuerūt obligati Apostoli, & alij assignati ad tale officium in primitiua Ecclesia. Et postquam Euangelium denūciatum est per totum orbem, & omnes gentes audierunt nomen Christi, non manet iam obligatio nobis ad hoc, quòd discurramus per orbem prędicando Euangeliū gentibus. Si quis tamen illud faceret, mereretur nimis. Si quis tamen videret infideles promptos ad credēdum, si esset, qui eis prædicaret, & ipse esset instructus in fide, teneretur eis declarare fidem Christi, vel per modum publicę prędicationis, vel per modum consilij particularis, & suasionis: quia alias subtraheret proximo auxilium debitum, quod tamen peius est, quàm si illi subtraheret cibum tempore necessitatis. 1.Paral.181 c.1.A. Et in tali casu Iudæus etiā tenebatur tempore suæ legis prædicare, vel suadere gentili. Non tamen cum tanta obligatione, sicut nos obligamur, cū sine lege euangelica non sit salus alicui &c. ibidem. 181.c.2.A

Prędicatio in prælatis est debitum spirituale determinatum, & ideo reddēdum est, etiam si non videatur profectus ex illo. Mat.to.5. 50.c.1.C

Christi prædicatio sumpsit exordium in Capharnaum. Mat.to.1. 255.c.4.F

Initium

Initium prædicationis Christi fuit a pœnitentia, quemadmodum & initium prædicationis Ioannis Baptistæ propter multa. Mat.to.1. 260.c.1.B
Et prædicatio Christi cępit in Galilæa. Mat.to.5. 75.c 3.F
Christus in principio prædicationis suæ annunciauit pœnitentiam propter multa. Matth.tom.1. 260.c.2.C Et fuit prædicanda pœnitentia, potius quam iustitia propter multa, quemadmodum & regnum cœlorum de propinquo esse. Mat.to.1. 260.c.3.F
Christus inchoauit prædicationem suam in Galilæa, quia de Galilęa suos discipulos ahgregaturus erat. Mat.to.1. 261.c.3.K
Fieri prędicationes in occulto prohibitum est. extra de hęreticis.cap.ex iniuncto &c. Matth.to.1. 269.c 4.G
Prędicatio Christi durauit per tres annos cum dimidio. Mat.to.6. 85.c.1.A
Prædicatio nominis Christi erat Iudæis valde odiosa, quia per illam apparebat ignominia Iudæorum &c. Mat.to.6. 13.c.1.E
Prædicatio potest capi dupliciter. vno modo quantum ad se ipsam, vel quãtum ad effectũ suũ &c. Mat.to.6. 15.c.4.F
Effectus prædicationis est, conuertere populum ad Deum &c. Mat.to.6. 13.c.4.H
Prędicatio Pauli in Synagoga, de qua Actuum 13. vt cõmuniter erat aliqua expositio legis Moysi, sicut & nunc prędicatores prędicando exponunt Christi doctrinam. Mat.to 6 168.c.4.I
Prędicationis officium nemini ex necessitate imponitur. Et ideo non est necesse, quòd nobis fiat reuelatio: quia possumus addiscere, & qui docti fuerint, poterunt prędicare. Apostolis vero incumbebat necessitas prędicandi. Nobis autem non nisi Ecclesia iniunxerit expresse, vel ex officio imposito. Et Ecclesia non imponit, vel non imponere debet, nisi viris peritis, qui sine reuelatione aliqua prædicare possint. Matth. to.3. 250. col.3.G. Interdum tamen reuelat Dominus aliquibus, sed hoc non est regulariter. Si tamen cõtingat nos ante præsides, vel reges duci, dabit nobis Deus quid respondeamus. Matth. to.3. 250. col.3.K.& c.4.F
Ex prędicatione Euangelij necesse est sequi discordiam. Mat.to.3. 264.c.3.F
Christus nõ debuit cessare à prædicatioue vsque ad mortem suam, quia si cessasset non occideretur, propter hoc enim occisus est, quia quotidie grauiora contra Pharisæos, & principes sacerdotũ, & scribas prædicabat, & miracula faciebat, & propter multa alia. Mat.to.3. 269.c.2.A
Prędicationes occultas prohibet Ecclesia, ne fiant conuenticula, & sectæ contra Christum. Matth. to.3. 218.c.4.F
Post prędicationes Christus sanabat ægritudines. Mat.to.3. 219.c.2.D
In quacunque prædicatione Christus semper dicebat aliquam parabolam. Marc.4. & hoc propter vtilitatem turbæ audientis. Mat.to.4. fo.52.c.4.H & 59 c.2.D.& c.3.F
Prædicatio euangelica potest dici sagena, &c. Matt. to.4. 64.c.3.H
Prædicatio Euangelij est thesaurus in agro absconditus Mat.to 4. 63.c.1.E
Prędicatio Christi cœpit in Galilęa in finibus Zabulon, in vrbe Capharnaum. Et incepit in Iudęa prędicare, & miracula facere ab illo tempore, de quo dicitur Matth.19. Cum consummasset Iesus sermones hos, migrauit à Galilęa, & venit in fines Iudęę trans Iordanem. Mat.to.5. 75.c.3.F
Venerat enim prius in Iudęam, sed propter emulationem Iudęorum, & specialiter Phariseorum reliquit Iudęam. Ioan.4 &c. ibidem. fo.75 c.3.K
Veniebat etiam in Iudęam in festiuitatibus, in quibus Iudęi solebant ascendere in templum, & maxime in festo Azymorum. Et tunc prędicabat, & faciebat miracula, de quibus nihil habetur apud Matthęum, tangit tamen illa Ioannes cap.2.3.& 5. Mat.to.5. 75.c.4.I
Prędicatio Christi durauit tribus annis cum dimidio, vt cõmuniter dicitur. Et est satis propinquũ veritati. Mat.to.6. 85.c.1.A
Christi prędicatio erat contra Iudęorum intentionem. Mat. to.6. 246.c.4.G
Per prędicationem de vna persona diuina in essentialibus non excluditur alia &c. Matth.to.6. 187. col.4.H

Prædicator. Prędicator debet esse instructus in doctrina sacræ scripturę ad expugnandos hostes fidei &c. Gen.f.9.c.1.E & c.2.A
Prędicator bonus prius debet agere, quam docere, quia cepit Iesus facere, & docere. Act. 1. Exo.to.1. 28.c.1.A
Verba prędicatorum non debent contemnere audire viri etiam sapientes &c. Iosue to.1. 20.c.4.I
Prędicator euangelicus quomodo debeat exaltare vocem suam sicut tubam. Iosue to.1. 121.c.2.B
Prędicatores interdum redarguunt generaliter aliqua peccata, quę in populo non sunt. 1.Reg.to.1. 81.c 4.H
Prędicatores malę vitę peccant prędicando. 1.Reto 1. 187.c.1.C
Prędicator interdũ debet suadere populo alliciendo. Et interdum ad verecundiam inducendo. Et ad alios affectus passionales, sicut magis viderit expedire &c 4.Reg. 25.c.4.G
Prędicatores in veteri testamento dicebantur prophetę. 4.Reg. 25.c.4.I
De primitijs ciborum non erat determinata mensura,sicut nec determinatum tempus in vete.test. Sed poterant dare, quando vellent, & quantum vellent: sed de primitijs fructuum erat quoddam ius, quod de necessitate reddendum erat,ne esset controuersia inter sacerdotes & populū. Doctores vero legis definierunt limitandam esse primitiā inter sexaginta, & quadraginta, vt qui minus daret,daret vnum de sexaginta,qui vero plus,daret de quadraginta vnum. Sed cū postea auaritia sacerdotum crescceret, & vellēt cogere populum ad plus dandum, definiuit Deus per Ezechielem 45. Quantum ad messes vinum & oleum,vt darēt vnum de sexaginta. Et de pecoribus,de ducentis vnum,&cæt.Matth.tom.6. 236.colum.1.E.& colum.2.A

Primitiæ vocātur omnia,quę de primis sunt.4.Reg. 48.c.2.B

Primitiæ dandæ sunt nunc de præcepto, non ex iure diuino:sed ex iure canonico, ex mandato Alexandri 32.distinct.cap.præter hæc,&c. Mat.to.6. 236.c.3.G

Primitiæ nunc debentur ex solis fructibus, & ratione prædiorum.Mat.to.6. 236.c.3.I

Primitias tenentur soluere laici, & non clerici, etiā de prophanis prædijs non annexis beneficio. Et hoc nisi consuetudo aliud haberet,&c. Mat. to.6. 237.c.1.B

Quod ad primitias soluendas non teneantur religiosi,probatur Mat.to.6. 237.c.2.C

Primitiæ magis videntur dandæ Ecclesiæ, in qua dans audit diuina,quam illi,in cuius parrochia est prædium,&c.Mat.to.6. 237.c.3.F

Quantum dandum sit pro primitijs,standum est cōsuetudini. Et si de quantitate non sit sibi consuetudo,recurratur ad vicinas Ecclesias Et si sint variæ consuetudines, illa magis tenenda est, quæ magis accedit ad mediocritatem. 10.quæst.2.cap. hoc ius.Et dicit Hostien.& Henricus extra de decimis. cap.1. Quod ista varietas consuetudinis attendenda est inter quadraginta, & sexaginta. Et idem tenet Beatus Thom.secunda secundæ.quęstio.86.articul. vltimo.ad vltimum. Sed hoc non videtur, vt probatur Matth. tomo 6. 237. colum.4.I

Primitię soluuntur in nouo testamento,quia ab Ecclesia impositæ fuerunt. Et causæ huius impositionis assignantur Mat.to.6. 238.c.1.E

Quare Christus dicatur primitiæ resurgentium. 1. Cor.15.Mat.to.6. 233.c.4.I

Primitias esse aliquo modo pe lege naturæ dicit Sāctus Thomas secunda secundę quæst.86.Sed non videtur,vt probatur Mat.to.6. 238.c.2.C

Multiplex causa fuit Iudæis,vt darēt primitias.Mat. tomo 6. 238.c.2.D

Primogenitus.

Primogenitus secundum legem Moysi habebat duplum de bonis paternis, quam quilibet aliorum fratrum Deu.21.Gen.70.colum.4 F.& Leui. 225. colum.3.H

Israel quare dicatur primogenitus Dei, Exo.4. Exo. tomo 1. 27.c.3.H

Liberatio primogenitorum Hebræorum a morte, quæ inferebatur per angelum exterminatorem, significatur totaliter, & principaliter in futuris generationibus per redemptionem primogenitorum.Exo.13 cum dicitur: Cumq; interrogauerit te filius tuus,&c. Exo.to.1. 76.c.4.I

Primogeniti Aegyptiorum, qui mortui sunt in decima plaga, non solum fuerunt filij familias, qui sunt sub custodia patrum suorum,& primo nati: sed omnes homines in Aegypto, siue senes siue iuuenes, siue habentes tunc patres, siue non, qui apud patres suos primogeniti fuerunt. Exo.to.1. 91.c.3.H

Ad primogenitorum sanctificationem non obligabantur Iudæi vsque quo intrarent terram Chanaan. Et ibi pacificè morarentur, expulsis hostibus,&c Exo.to.1. 100.c.1.C

Precium redemptionis primogenitorum dabatur leuitis ad sustentationem,cum ipsi essent applicati Deo loco omnium primogenitorum Israel. Num.3.Exo.to.1. 100.c.2.A

Quomodo sit intelligendum illud, quòd primogenitus debebat appellari nomine defuncti in fusci tatione seminis.Mat.to.6. 58.c.4.G

Sanguis & adipes ex primogenitis pecorum ad Dei attinebat, tam lege speciali,quam generali. Leui. 7.Nu.18.& Exo.to.1. 101.c.2.B

Primogeniti erant sacerdotes ante legem scriptam Exo.tomo 1. 141.c.4.F

Pro primogenitis Hebræorum fiebat duplex cæremonia.Mat.to.7. 297.c.1.D

Primogenita tam hominum,quam pecorum, quæ Deus percussit in terra Aegypti, solum fuerunt primogenita masculina, omnibus fœmininis reseruatis. Et propterea omnia masculina mandauit Deus sibi offerri,&cætera Exod.tomo 2. 176. colum.1.C

Et ob hoc sola primogenita in Hebræis salua esse dicuntur ibid. 176.c.4.H

Index in omnia Opera

Primogenitos Aegyptiorum quare magis percusserit Deus,quam alios. Exo.to.2. 177.c.3.F

Primogeniti quare maius precium soluebant, quã transeuntes ad numerum.Leuit. 331.c.1.E

Primogeniti æquali precio redimebantur,sicut qui vouebantur, cum essent eiusdē ætatis, & assignatur causa.Leuit. 332.c.4.H

Primogeniti redimebãtur, quãdo erant vnius mensis.Leuit. 328.c.3.G. Nullus primogenitorum redimebatur ante mensem. Nu.to.1. 52.c.4.I

Animalia primogenita licebat commutari,si essent immunda, datis mundis etiam minoris valoris, non tamen in votis, nec est in causa, quòd vota pertinerent ad sacerdotes , & primogenita ad Deum. Leuit. 343.c.2.A. Et animalia munda in primogenitis non redimebãtur, sed immolabantur,cuius assignatur causa. ibid. 343.c.2.B

In redemptione animalium primogenitorum, aliquando addebatur quinta pars, si animalia essent immũda per accidens,& non si simpliciter essent immolabilia.Leuit. 350.c.4.F

Primogenita animalia immũda per accidens, si nõ redimebantur, manere poterãt apud sacerdotes, si nollent vendere. Leuit.350.c.4.H. Similiter dicendum est de immundis simpliciter quo ad immolationem.ibidem. 351.c.2.A

Primogenita voueri non poterant &c. Leuit. 353. col.2.B. Quatenus, scilicet ad Deum pertinebãt: secus cum desinunt pertinere. Leuit. 353.c.2.D

Primogenita ad Deum pertinebant non solum iure diuino,sed etiam iure gentium. Leuit. fo.353. col.2.B

Homo primogenitus non pertinebat totaliter ad Deum,& ideo poterat totaliter voueri. Primogenita vero animalium immolabilium totaliter pertinebant ad Deum, quia debebant immolari. Leuit. 354.c.1.A

Animalia non immolabilia, non redimebantur: poterant tamen voueri.Leuit. 354.c.1.E

Primogenita Hebræorum erant serui Dei etiam ex iure gentium. Nu.to.1. 21.c 4.H

Primogeniti in nobis non sunt magis Deo obligati,quam cæteri. Nu.to.1. 21.c.4.I

Ad redemptionem primogenitorum tenebantur conuersi ex Iudaismo, ex omnibus gentibus eorum, scilicet primogenitorum, quos habuerunt post conuersionem ad Iudaismum. Nume. to.1. 22.c.1.C.& 92.c.2.C

Quod tribus Leui esset in loco primogenitorum, non accepit secũdum carnem, sed ex Dei proposito.Nu.to.1. 23.c.1.E

Primogeniti omnium tribuum non debuerunt accipi in ministros Dei,nec etiam aliqui alij;qui essent ex diuersis tribubus, sed aliqua vna tribus debuit tota applicari ad cultum Dei. Num.to.1. 23.c.4.I. Et ista tribus debuit esse tribus Leui.ibi. 24.c.1.E.& c.2.& 3.F

Primogenita Aegyptiorum per angelos malos interfecta sunt. Nu.to.1. 26.c.2.D

Loco primogenitorum filiorum Israel assumpta fuit tribus Leuitica, & huius præcipua causa fuit paruitas illius tribus , quia erat minor omnibus, & facilius poterat sustentari ab aliis, quam quæcunque alia tribus Nu.to.1.25.c.1.C. Secũda causa fuit,quòd de omnibus tribubus prænũciatum fuit, quòd aliquid essent possessuræ. Gene.48.& 49.de tribu Leui non habetur, quòd esset aliquid possessura &c.ibid. 25.c.3.H

Primogenita Hebręorum quomodo dicantur esse Dei. Num.to.1. 26.c.1.D.& c.2.A

Assignatur causa quare Deus Hebræorum voluerit, vt primogeniti Hebræorum applicarentur sibi. Nu.to.1. 27.c.1.D.& c.2.A

In liberatione primogenitorum Hebræorum in Aegypto, fuerunt duo beneficia præstita &c. Nu.to.1. 27.c.2.B

Primogenita Aegyptiorum occisa sunt,quia Aegyptij necabãt in flumine infantes Iudæorum &c. Nume.to.1. 28.c.2.A.92.c.2.E

Primogeniti descendentes ab aliis, qui non fuerunt primogeniti in terra Aegypti etiam redimebantur, cuius assignatur causa. Nume.to.1. 36.c.1.A

Primogenita pecorum Israelitarum non transibãt in ius Leuitarum in deserto, sed ipsa pecora Leuitarum erant pro pecoribus Israelitarum &c. super Nume. to.1. fo. 36. col.2. D. Nec fuerunt computata primogenita pecorum Israelitarum, neque pecora Leuitarum, an essent plura &c. Nu.to.1. 36.c.4.F

Leuitæ non offerebãt Deo primogenita pecorum suorum,sicut alij populares, sed sibi reseruabant. Nu.to.1. 37.c.1.C

Redemptio primogenitorum non vltra facta est in deserto, postquam facta est in monte Sinai. Nu. to.1. fo.37.c.2.A. Sed quare ibi facta sit. ibidem. 37.c.2.D

Facta commutatione Leuitarum pro primo genitis in deserto, voluit Deus, vt postea redimerentur primogeniti,qui nascerentur. Et facta commutatione pecorum pro pecoribus, voluit sibi offerri primogenita, quæ nascerentur postea,cuius assignatur causa. Nume.tomo 1. 37.c.4.K.& 38.c.1.A

Primogeniti, qui superexcreuerunt ad numerum Leuitarum fuerunt ducenti septuaginta tres,qui sorte distincti sunt, &c. Numeri tomo primo. 40.c.1.D

Primogenitorum redemptio non seruata est in deserto, sicut nec aliæ cęremoniç fuerunt seruatæ præterquam in monte Sinai &c. Nume. tom.1. 52.c.4.I

Primogeniti erant Deo dicati ad ministrandum, vel dare alios ministros loco sui, priusquam Leuitæ Deo applicarentur loco omnium primogenitorum. Nam postea non dabant ex Leuitis miuistros loco sui, sed quinque siclos prò quolibet. Nu.to.1. 92.c.3.F

Primogeniti Hebręorum ante exitum de Aegypto, non erant obligati Deo ministrare: bene tamen postea. Super Nume. tomo primo. fol.92. col.3.F

Quæ primogenita redimerẽtur in veteri testamento. Nu.to.1. 252.c.3.K.& c.4.F

Quare primogeniti redimerentur quadragesimo die,cum in lege Moysi non explicetur. Nume. to.1. 253.c.1.C

De iuribus primogenitorum. Num. to.2. 93.c.2.A Et quomodo filiæ non gaudebant istis iuribus, quamuis succederent in bonis patris, non existente filio inter Hebręos. Nume.to.2. 93.c.3.G & 204.c.3.G

Primogenitum solet scriptura vocare non solum, post quem alij nati sunt, sed eum etiam, ante quem nemo natus est, etiam si post eum nemo natus fuerit. Super Iosue tomo secundo.fo.107. col.3.F

Primogeniti virorum nobilium, maxime regum, succedunt patribus vniuersaliter. Et alij fratres nihil habent,nisi quædã bona in modũ legatorũ,

& non

& non vt hæredes ſuccedentes patri ab inteſtato. 2.Reg. 57.c.2.E
Quomodo intelligendum eſt, quòd apud Iudæos primogeniti deberent habere duplam portionē, ad quemlibet fratrum ſuorum.3. Regum 11. col. 3.K.col.4.F
Ius regnandi, apud Iudæos, non pertinebat ad primogenitum,etiam ſi non peccaſſet: ſed ſolū pertinebat ad eum duplicitas poſſeſſionis in rebus diuiſibilibus,&c.3.Reg. 11.c.4.I
Ius ſacrificandi non pertinebat ab antiquo ad ſolos primogenitos:ſed etiam pertinebat hoc ad minores,quia quicumque volebat, offerebat Domino holocauſtum,& ipſe erat miniſter:quia nulli erat hoc interdictum . Et licet hoc liceret omnibus apud antiquos, tamen, quia offerre erat dignitas, quando aliqui offerebant loco communitatis,eligebantur de primogenitis,eo quòd vniuerſaliter dabatur eis maior honor, quam alijs. 1.Paral. 75. colum.4.F
Quomodo primogeniti Aegypti fuerint percuſſi ab angelo.1.Paral. 243.c.4.G
Primogeniti, ſecundum omnes gentes, aut ſaltem ſecundum plurimas,habebant dignitatem ſupra cæteros fratres. Et hoc tam inter homines plebeios, quam inter homines magnos. Vnde ſi aliqua dignitas vel honor proueniret iure hæreditario, quæ diuidi non poſſet, ſoli primogenito proueniebat.Et ſic erat in dominijs terrarum,& iure regnandi. Et hoc vſque ad nos peruenit. 2.Paralip. 157.c.4.F
Primogeniti in veteri teſtamento gaudebant multiplici iure,&c.2.Paral. 157.c.4.G
Primogenitus aliquando importat relationem,aliquando eſt nomen abſolutum,&c.Mat.to.1. 98. colum.4.K
Primogeniti in Iſrael habebant ſpecialem ſubiectionem ſeruitutis ad Deum ſupra totum populum, vt probatur.Mat.to 6. 206.c.3.I.c.4.F
Pro primogenitorum Iſrael liberatione in Aegypto, fuerunt duæ cæremoniæ ſcilicet immolatio agni,& oblatio vel redemptio primogenitorum. Et pro vtraque aſſignauit Deus tempus,&c.Mat. tomo 7. 284. c.1.B
Iſte terminus primogenitus licet ſit terminus relatiuus, aliquando tamen eſt terminus abſolutus, ſignificans ſimpliciter filium,non importando aliquem alium reſpectum prioritatis,aut poſteriori tatis,&c.in Parad. 3.c.4.F
Primogenitus in ſacris literis dicitur ille,qui primū de materna erumpit vulua,ſiue alius poſt eum ſequatur, ſiue non, vt patet in multis teſtimonijs ſcripturæ, ex quibus concluditur error Heluidij. in Parado. 3.col.4. H. Et probatur ſimiliter extra de verborum ſignificarionibus. cap. Ioſeph autē. vbi dicitur: Ioſeph autem nō cognouit Mariam donec peperit ei filium ſuum primogenitum. Ex hoc loco multo peruerſe ſuſpicati ſunt Mariam alios filios habuiſſe. Cum mos ſit ſanctarum ſcripturarum illum primogenitum appellare,quem nemo præceſſit. Et non ſolum eum, poſt quē alij nati ſunt.in Parado. 4.c.3.I

Primogenitura. Primogenituram multipliciter mutatam legimus ſcilicet Iapheth in Sem,Eſau ī Iacob,& Ruben in Iudam,& Ioſeph. Gen. 251.c.4.F
Iura primogenituræ, quam Iacob optauit, multa erant.Et præcipuè octo,quæ referuntur. Geneſ. 297.c.4.K.& 298.c.1.A
Iacob emens primogenituram ab Eſau non peccauit,vt probatur.Gen. 298.c.2.C
Oſculum erat ius primogenituræ.Gen. 306.c.3.H
Ius primogenituræ quare translatum fuerit a Rubem, & poſt eum a Simeon, & Leui, & datum ſit Iudæ Gen. 396. c.3.K.c.4.F
Iura primogenituræ ſemper fuerunt ſeruata apud Hebræos tam parui ſtatus,quam magni. Deuter. 112.c.4.F
Iura primogenituræ erant multa apud antiquos.Primum,quòd primigeniti erant ſacerdotes.Secundum, quòd veſte precioſa vtebantur. Tertium, quòd moriente patre benedicebātur ab eo. Quartum,quod duplices partes hereditatis recipiebāt. Quintum,quòd ad cultū Dei ſegregabantur. Sextum, quòd prius ſedebant, & in nobiliori loco menſę, deinde alij ſecundum natiuitatis ætatem. Deut. 112.c.4.K.& 113.c.1.F
Ius primogenituræ,quod erat in Ruben, ſolum trā ſiuit in Ioſeph, nec Ruben habebat ius ad regnū, quod tranſiret in Iudam,&c.3 Reg. 12.c.1.B
In iure primogenituræ ſecundum conſuetudinem antiquitatis,& vete.teſtamen.multa continebancur ſcilicet ſeptem,quę referuntur.1.Paralip. 73. colum.3.K
Non erat de iure primogenituręe, quòd acciperētur reges de primogenitis etiam ex electione hominum.Sed magis pendebat ex poteſtate patrum de ſignare,quem vellent filiorum ſuorum eſſe regē, vt probatur 1.Paral. 74.c.1.C
Licet primogenitis iure primogenituręe non competiuerit principatus regius ſemper. tamen aliquis principatus,ſaltem honoris,competebat cui libet primogenito inter fratres ſuos. Et hoc ſiue ante vetus teſtamentum ſecundum conſuetudinem omnium gentium, ſiue in vete.teſta.1.Paral. 74.c.3.F
De iure primogenituręe,poſt datam legem, fuit duplicitas ſortis in vete.teſtamento.Et hoc non ſolum in viris nobilibus,inter quos,apud nos,ſeruatur ius primogenituręe:ſed etiam inter quoſcumque, vt patet Deut.2.& 1.Paral.74.c.3.K. Sed ante datam legem non apparet,quòd iſta duplicitas hereditatis competeret primogenito, non eſt tamen dubium quin plus de hereditate patris competeret primogenito, quam alijs,tamen an iſtud eſſet duplum,vel in aliqua alia quantitate, nō apparet,cum Gen.49. Solum dixerit Iacob filio ſuo Ruben, q̄ erat maior imperio, & prior in donis, quę ſuſcipere debebat ex hereditate paterna,quā alij filij.Satis tñ videtur dicendum, q̄ eſſet duplicitas ſortis de iure primogenituręe, vt eſt opinio cō munis,ſed mihi videtur,dicit Auctor,q̄ primogenito ante datam legem Moyſi, non competebat determinatè duplicitas ſortis, ſed aliqd ſuper fratres ſuos,quantum tamen illud eſſet pendebat ex voluntate patris.vt probatur. 1.Paral. 74.c.4.F
Ius primogenituræ indiuiſibile eſt, & vni tantum conuenit.1.Paral. 75 c.1.B
Iura primogenituręe,quę pertinebant ad Ruben,data ſunt Ioſeph,& filijs ſuis ſuccedentibus ſibi,quę cumq; illa fuerint, ſiue multa ſiue pauca, vnde abſolutè verum eſt,quòd iura primogenituręe, trāſlata ſunt omnino in Ioſeph. 1.Paral. 5.c.2.D
Inter iura primogenituręe,quędam pertinuerunt ex neceſſitate, quę in lege non fuerunt mutata, ſed potius per legem confirmata,alia pertinebant ad primogenituram ex quadam ratione leui vel cōſuetudine,quorum quędam ſunt mutata in lege, & alia fuerunt omiſſa,&c. Solum tamen manſit, tāquam de neceſſitate ipſa duplicitas ſortis Deu.

21. Cætera autem,vt benedici a patre principaliter,& veſtiri veſtibus honorabilioribus,&c. accidentarium erat,&c.1.Paral. 35.c.2.E.c.3.F
Ius primogenituræ quo ad duplicem ſortem collatum eſt Ioſeph,& Iudæ quo ad ius principandi, dicit Nicolaus, ſed dicendum, q̃ nulla pars iuris primogenituræ collata eſt filijs Iudæ, propriè loquendo,ſed totum ius collatum eſt filijs Ioſeph, vt patet.1.Paral. 76.c.1.E
Ius primogenituræ,Iacob auferens a Ruben, dedit illud Ioſeph,potius quam alicui alteri filiorũ ſuorum:quia hoc fuit rationabilius, tã ex parte ſua, quam ex parte filiorum ſuorum,& non propter rationem,quam aliqui aſſignant,&c. dimiſſa ratione,quæ ſumitur ex Dei voluntate.1.Paralipo. 76.c.2.E
Illa, quæ ſunt de iure primogenituræ non poſſunt alienari.1.Par. 198.c.4.F
In principio regum Iudæorum non pertinebat iuri primogenituræ determinatè ſuccedere in principatum,ſicut ſuccedere in duplici ſorte hæreditatis. Et quia principatus regnatiuus eſt maximus principatus,nõ pertinebat directè ad ius primogenituræ,nec videbatur iniuria,ſi aliquis primogenitus non ſortiretur principatum regnatiuum:& tamen erat inconueniens,ſi primogeniti non ſortiretur duplicem partem hæreditatis. 2. Paralip.158.c.1.C. Poſtea autem ſuccedente tẽpore,factum eſt inter Iudæos,ſicut inter alias gẽtes.ſ.q̃ primogeniti ſuccederent in regno 2.Para. 158.c.2.C

Princeps. Pro principis peccato non ſolum ipſe, ſed & populus,& maximè familiares ſui puniuntur aliquando, & hoc ex duplici cauſa. Altera,quòd peccatum principis eſt aliquo modo ſubditorum, ſi ſit publicum: altera verò quòd populus aliqualiter eſt res principis, &c.Gen. 275.c.2.C
Principis peccatum redundat aliquãdo in punitionem ſubpitorum,&cæt.Exod.tomo primo. 53. colum.2.E
Poteſtas eligendi principem ſemper manere debet apud totum populum,& poteſtas corrigendi eũ, ſecundum politiam Solonis. Exo.tomo primo. 151.c.1.E
Principes & prẽlati nõ debent curare de bonis ſuis, ſed de bonis totius communitatis, conſeruando ſtatum politicum.Exo.to.1. 176 c.2.B
Princeps aut prẽlatus,qui magis vacat vtilitati ſuę, quam diſtributioni iuſti politici,non eſt princeps aut prælatus,vt ait Philoſo.5.Ethi.Sed tyrannus, quæ ſatis dura definitio eſt noſtris principibus & prælatis.Exo.to.1. 176.c.2.E
Principibus & prælatis debemus omnia,quæ debemus patri & matri carnalibus.Exo.tomo primo. 176 c.2.E
Principes tenentur ſubditi multum honorare, etiã principes mortuos.5.Ethic. 220.c.2.C
Principum oblatio in erectionem tabernaculi,præceſſit eorum numerationem vno menſe. Nu.t.2. 83.c.4.H
Principes filiorum Iſrael obtulerũt dona ſua ſingulis diebus in dedicatione tabernaculi, & fuit ordo offerendi pœnes ordinem vexillorum.Num. to.1. 82.c.1.B
Principes vocantur patres.Gen. 336.c.3.H
Princeps nullam obediẽtiam habet,vt paret Inſtit. quibus modis teſtam.infirmantur.§.vlti.Deuter. 45.c.1.C
Apoſtoli poſt aduentum Spiritus Sancti cęperunt eſſe principes Eccleſiarum, & alij multi poſt eos. Nat.to.5. 200.c.3.I
Principes,in Eccleſia primitiua,non regebant deducendo ad bonũ per pœnas & verbera: ſed exhortando.Mat.to.5. 202.c.2.A
Principes & rectores politiarũ,aliquando occidunt eos,qui nondum peccauerunt & bene agunt: qa timent,ne in futurum mala cõmitant,vel ne magnum ſcandalum naſcatur: & hoc, quia politia magis intendit bonum commune, quam bonũ vnius.Deut. 113.c.4.G
Princepes eminenter continent populũ.Ioſue.to.1. 33.c.1.E
Principis contemptus,in quocunq; fuerit, eſt morte plectendus.Ioſue to.1. 33.c.3.I
Princeps non eſt pars ciuitatis,ſed caput.Ioſue.to.1. 100.c.2.A
Principes in ſacris literis aliquando dicuntur hi, q̃ ſunt ſacerdotes, & aliquando hi,qui ſunt Pontifices,ſimiliter & qui ſunt legislatores.1.Reg.to.2. 178.c.4.K
Principi debetur magna portio de præda. 1. Regũ. to 2. 184.c.3.I
Pro principis maledictione erat inferenda pęna capitalis.3.Reg. 192.c.2.E
Principis mandatum quando teneamur ex equi, & quando non. 3.Regum.193.co.1.A. mandatum, inquam de occiſione alicuius.
Principum curias debent fugere viri religioſi, ſi nõ poſſunt ibi manere abſque hoc quòd cadant a rigore virtutis: quòd ſi poſſunt, hoc debet eſſe ad expediendum negotia miſerabilium perſonarũ, quæ alias peritura eſſent,& pro bono publicn.Et pro alijs cauſis pijſſimis.4.Reg. 35.c.4.G
Dupliciter aliqui fiebant principes in lege vete. quibus nõ veniebat principatus directè, vno modo ex Dei electione,&c.Alio modo ex electione paterna.1.Paral. 43.c.3.K
Quomodo habeat intelligi,quòd principes deſcenderunt de tribu Iuda propter fortitudinem.1.Paralip.5.1.Par. 77.c.2.A
Si princeps eligatur pro pace, præcipuum quod in eo requiritur eſt prudentia:ſi autem pro bello, eligendus eſt vir animoſus,& confidens erga terribilia, quamuis in eo non ſit prudentia grandis, potiuſquam vir prudẽtiſſimus,& vir timidis nimis, &c.1.Paral. 77.c.2.B
Principibus ſacerdotum dixit Chriſtus.Matth.21.q̃ erant meretricibus viliores,propter tria.Mat.t.5. 261.c.2.B
Principis excellentia eſt propter excellentiam ſubditorum,&c.1.Paral. 199.c.2.E
Duo principes ſacerdotum erant, apud Iudæos alter de familia Eleazar,& alter de familia Ithamar,& non erat niſi vnicus Pontifex. Matt.to.5. 251.c.3.H
Congregatio principum, quã fecit Dauid, de qua. 1.Paralip.28.fuit facta propter multa.1.Paralipo. 320.c.4.F. Similiter & congregatio filiorum Dauid facta fuit tunc multis de cauſis.ibidem. 320. colum.4.G
Principem primæ turmę,ex duodecim turmis,quarum quælibet erat viginti quatuor millium virorum,præfecit alijs vndecim principibus aliarum vndecim turmarum, eo quòd eſſet princeps primæ turmæ,& quia erat de progenie Phares. 1.Paralip. 313.c.1.E.c.2.A
In principe multum laudatur animoſitas & prudẽtia.2.Paral. 155.c.2.C
Inter principes ſpirituales & ſeculares quid ĩterſit. Mat.

Mat.to.5. 201.c.1.C
Principibus & prælatis non est maledicendū.Matt. to.6. 30.c.1.B
Principes dicuntur,quasi prima capientes. Mat.t.6. 180.c.4.I
Dæmones post diem iudicij non habebunt principem·Mat.to.7. 120.c.3.H
De principibus tribuum & eorum præeminentia. 2.Paral. 63.c.3.F
De principibus familiarum & eorum præeminentia.2.Paral. 63.c.4.F
Principes sacerdotum & Pontifices apud Euangelistas,qui sint,cum vnicus esset princeps sacerdotum,Pontifex, & sacerdos magnus.Matt.tom.1. 118.c.4.H.& 119.c.1.A
Christus dupliciter allocutus principibus sacerdotum,dupliciter assecutus est intentum suū·Matt. to.5. 252.c.4.H
Principis peccatum quomodo sit puniēdum Matt. to.2. 240.c.4.K.& 241.c.1.A
Principibus & magnis viris defertur quo ad pœnas &c.aliquando propter scandalum, & aliquando propter dignitatem status,&c.Matt.to. secundo. 241.c.1.D
De principis punitione in dictione, Puniri,& in dictione,Peccatum.
In veter.testamē.consuetum fuit scribere Principū nomina,propter honorem eorum.Mat.tomo 3. 227.c.2.D
Principes Synagogę dicebantur illi,qui præerāt domui,quæ dicebatur Synagoga,dirigendo ea,quæ fiebant in ea, vel erant principes populorum tanquam rectores,vel dignitatem habentes in populo.Mat.to.3. 202.c.3.K.c.4.F
Principes Iudæorum & Pharisæi quomodo cognouerunt Christum.Mat.to.5. 276.c.2.E
Principes sacerdotum dicebant,qui præcipui erant inter eos.Mat.to.5.250.c.4.G.Et erant duo,vnus, q erat summus in tota familia domus Ithamar,s. super octo sortes. Et alius, qui erat summus in domo Eleazar super decem & sex sortes. 1.Para. 24.Et isti erant principes sacerdotum,quia super quemlibet eorum nemo alius sacerdos erat. Et tali modo solet communiter accipi in Euāgelio, cum dicitur,principes sacerdotum. Aliomodo sumitur princeps sacerdotum pro quolibet, qui primatum gerit super aliquos sacerdotes, & isti erant multi saltem viginti quatuor. 1. Parali.24. Sed primo modo accipitur·Mat.21.cum dicitur, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum,&c.Mat.to.5. 251.c.3.G
Bonus princeps in his,quę ad seipsum sunt,debet esse grauior iudex,in subditis vero māsuetus. Mat. to.6. 172.c.3.H
Duos principes sacerdotum statuit Dauid. s. Abiathar & Sadoc. vnum de domo Eleazar, & alium de domo Ithamar.1.Paralipom. Matth. tomo 6. 180.c.4.K
Principum nulla virtus clarior est, quam de fide catholica rectè sentire, cunctosque errores in fide militantes,tam verbo, quam opere deuitare, sic scribit Ioānes Papa in epistola, quam Iustiniano Imperatori direxit,& habetur.C.de summa Trinitate & fide catholica.l.inter claras,&c. in Para. 57.c.4.H
De principis peccato. in dictione.Peccatum.
Principatus. Omnis principat⁹ habet vim coercendi subditū in aliquo. Gene. 233.c.2.B
Principatus politicus est,quem exercet princeps politiæ super ciues,qui sunt partes politiæ. Genes. 233.c.2.B
Inter principatum politicum & despoticū mediāt principatus paternus ad filios, & œconomicus, q est viri ad vxorem & ad cęteros, qui sunt partes eiusdem œconomiæ,in politico est minima potestas,& maxima libertas.Gen. 233.c.2.B
Principatus despoticus est maximè habens de principatu,quia maxime coercet,& maximā habet libertatem in iubendo.Gen. 233.c.2.E.& c.3.H
In principatu politico est simpliciter iustum tā inter subditos,quam inter ciues & rectorem: īalijs non est iustum simpliciter, neque iustum politicum:nam simpliciter iustum est iustum politicū. Gen. 233.c.3.K.& c.4.F
Principatus paternus magis accedit ad principatū despoticum, quam principatus œconomicus ad vxorem, qui magis accedit ad politicum. Gene. 233 c.4.F
Principatus & subiectio nō est nisi vbi est communicatio.Gen. 239.c.4.F
Principatus & subiectio non erit inter damnatos: quia inter eos nulla erit communitas.Gen. 240. colum.2.B
Principatus democraticus,qui fit per sortē,est vnus de tribus malis principatibus. Exo.tomo primo. 150.c.4.F
Principatus aristocraticus est p electionem,qui dicitur principatus secundum virtutem: & pertinet etiam ad principatum monarchicum, qui vocatur regalis,qui est interdum per electionem, &c. Exo.to.1. 150.c.4.G
Principatus Israeliticus,ante electionem iudicum, fuit principatus pure monarchicus. s. sub Moyse,qui absolutè præerat Israeli in omnibus tā spiritualibus quam temporalibus, vt patet.Exo.18. & Nu.11. sed post electionem Iudicum fuit monarchicus,non pure monarchicus. Exod.tom.1. 150.c.4.H
Quis nā sit melior principatus regalis, seu monarchicus,an democraticus.Deut. 95.c.2.A
Principatus monarchicus est duplex, quidam pure monarchicus,qui est,quando vnus solus dominatur,& iudicat,& nullum habet sub ordinatum: alter est non pure monarchicus. s. quando vnus solus dominatur,& habet subordinatos. Et talis est principatus regalis nunc, quia rex habet multos iudices subordinatos.Exo.to.1. 150.c.4.I
Principatus iudicum in Israel fuit principatus aristocraticus.Exo.to.1. 151.c.1.A
Dictum Biantis est,quòd principatus ostendit virū, quod quomodo habeat intelligi.Exo.to.1. 176. c.2.B.& 137.c.2.B
Principatuum & politiarū quidam sunt boni simppliciter,quidam vero sunt mali huic vel illi gēti,&c.Exo.to.1. 204.c.2.A
Principatus monarchicus secūdum se optimus est, quia magis assimilatur optimo principatui naturali,sed non est multum cōueniens politijs: quia est periculosus, vt declarat Aristoteles in fine tertij Politicorum:post hunc principatus aristocraticus est optimus. Cum.s.cōmunitas regitur per multos & virtuosos,&c. Sed iste principatus nō conuenit cuilibet politiæ, cum sit multum seditiosus,&c.Et concludit Aristoteles, quòd principatus democraticus est bonus politiæ: quia est principatus popularis.i.in quo homines de populo æqualiter dominari possunt. Et sic ad inuicem non inuidebunt,& sicut est de politia,ita est de legibus.Exo.to.1. 204.c.2.B

Tria

Tria aduenerunt principatui abundanter. ſ. honor, diuitiæ,& imperium poſt Eccleſiam primitiuã, quæ non fuerũt in Eccleſia primitiua. Matt. to. 5. 201. c. 1. E. & c. 2. 3. & 4.
Nullus ſtatus poteſt eſſe ſine principatu. Matt. to. 6. 188. c. 1. D
Nomen principatus inter dæmones nobis ignotũ eſt. Mat. to. 7. 119. c. 4. K. 120. c. 1. A
Principatum indignè ſuſcipiens eſt priuandus. Iud. 88. c. 4. F
Principatus paternus eſt principatus regalis, & non tyrannicus. Apud Perſas verò pater ſe habet ad filium ſicut Dominus ad ſeruum. Exo. to. ſecundo. 76. col. 3. G
Principatus non pertinet ad iura primogenituræ directè, ſed duplicitas poſſeſſionis. Nume. tom. 1. 24. c. 4. K
Principatus maximi in veteri teſtam. ſ. ſacerdotalis & regius, non fuerunt per electionem populi: nã principatus monarchicus minus periculoſus eſt per ſucceſſionem, quam per electionem. Nume. to. 2. 96. c. 3. 1. & c. 4. F
Nullus principatus magis expedit pro bello, quam monarchicus, licet in ciuitate magis conueniat principatus ariſtocraticus, vel democraticus, vt bene experti ſunt Romani. Nume. tom. ſecundo. 97. c. 2. E
De duplici modo vſurpandi principatum. ſ. directo & indirecto. Deut. 94. c. 1. C
Super principatu monarchico fuerunt ſemper Iudæi a die, qua exierunt de Aegypto. Deutero. 95. c. 3. G
Principatus monarchicus approbatus eſt a Deo. Ioſuæ to. 1. 59. c. 3. K
Principatuum & politiarum ſex ſunt genera. ſ. monarchicum, ſiue regale, ariſtocraticum, thimocraticum, tyrannicum, oligarchicum, democraticum, quorum tria prima genera ſunt bona, & tria ſecunda ſunt corrupta, vt dicit Ariſtoteles. 8. Ethi. Iud. 7. A
Ad principatum, ſecundum iudicium humanum, requiritur homo reuerendus, quod ex magnitudine & decore corporis cognoſcitur. 1. Reg. to. 2. 21. c 4. K
In principatibus nunquam debet aliquis mutari, dum bene regit, immo etiam ſi non ſit totaliter vtilis, dum tamen non ſit nimis pernitioſus, etiã ſi illum poſſet mutare politia, & idem dicẽdum eſt de legibus 1. Reg. to. 1. 192. c. 2. E. c. 3. F
Omnis principatus monarchicus, fere redactus eſt in tyrannicum. 4. Reg. 120. c. 3. H
De principatibus Iudæorum, regibus, &c. Et quo rẽpore durauerunt. Mat. t. 1. 80. c 4. F
Principatus Moyſi, Ioſue, & Iudicum, durauerunt quaſi annis quatuor cẽtum viginti. vt probatur. Mat. to. 1. 80. c. 4. G
In principatu eorum, qui liberi ſunt, non permittimus dominari hominem, ſed rationes, dicit Ariſtoteles. Mat to. 5. 199. c. 4. I
Inter bonum & malum principatum quid interſit. Mat. to. 5. 201. c. 1. A
Principatus Chriſti nõ habet aliquam excellentiã, ſecundum quam debeat appeti. Nam non eſt ille dominandi principatus, ſed diligendi, & non habet dominationem, ſed ſubditorum ſollicitudinem. Mat. to. 5. 200. c. 1. A
Inter principatus politicos tres ſunt boni. ſ. regalis. ariſtocraticus, & timocraticus, & tres mali. ſ. tyrãnicus, oligarchicus, & democraticus ex 3. Politi. Mat. to. 5. 200. c. 2. A
Ad ordinem principatus pertinet cuſtodia totius generis humani. Mat. to. 5. 27. c. 4. K
In principatu ſęculari, quantumcunque iuſto, omnia ſunt contraria principatui ſpirituali. Matth. to. 5. 200 c 4. K
In principatu ſęculari quantumcunque iuſto, tria ſunt, quæ faciunt eum concupiſcibilem. ſ. poteſtas coerciua, diuitiæ, honor vel imperiũ. Et omnia iſta tria negabantur in in principatu Eccleſiaſtico eo tempore, quo Chriſtus illum inſtituit. Et ſic manſit in Eccleſia primitiua, &c. Poſtea vero omnia prædicta aduenerũt principatui Eccleſiaſtico, vt iam videatur regalis, immo regali maior. primum iſtorum aduenit Eccleſiæ per accidens ex deuotione plebis. Secundum ab ipſa Eccleſia inſtitutum eſt. Tertium ſequitur ad duo præcedẽtia. Primum eſt diuitiæ Eccleſiæ. Secũdum poteſtas coerciua. Tertiũ eſt honor excellentia & imperium, de primo quia Chriſtus inſtituit Apoſtolos principes Eccleſiarum, qui inopes erant, quibus nec Chriſtus dedit diuitias, nec etiã vnde haberent illas, quod fuit conueniens propter multa. Mat to 5. 201. c. 1. E. & c. 2. & 3. Sed poſtea data pace Eccleſiæ, cęperunt diuites fieri prælati, &c. Neque obſtabant illa, quæ nunc obſtant, &cęt. vt probatur. Mat. to. 5. 201. c. 4. F. Secundum. ſ poteſtas coerciua, non fuit in Eccleſia primitiua, cogẽdo homines ad bonnm per pœnas impoſitas a lege, vel per pœnas arbitrarias, quando deſunt pœnæ legales. ſed exhortatio, vt probatur. Matt. t. 5. 202. c. 2. A. Sed nunc Eccleſia poſt pacem habet hanc poteſtatem coerciuam, & rectè, vt probat. Mat. to. 5. 202. c. 4. F
In Eccleſia primitiua omnes fugiebant principatũ. Mat. to. 5. 200. c. 3. K
Sine principatu non poteſt manere aliquis. Matth. to. 6. 188. c. 1. D
Eccleſiæ principatum concupiſcere, nec vtile eſt; neque iuſtum. Mat. to. 5. 200. c. 4. F
Principatus tunc eſt dignior & maior, quanto nobiliores & excellentiores ſubiecti ſunt ei. ex 1. Politic. 3. in Parad. 132. c. 3. G
De principatus eccleſiaſtici conditionibus. Matth. tomo 5. 200. c. 4. G

Principium Illa, quæ ſunt principia eſſendi, ſunt etiã principia cognoſcendi. Gen. 1. c. 4. G
Principia rerum ad reddẽdum operationes earum conuenientes ſuo fini, naturalia ſunt. Matth. t. 5. 83. c. 3. I
Principia humanorum actuum ſunt tria. ſ. intellectus, appetitus & ſenſus, ex. 6. Ethic. Exo. tomo 1. 222. c. 1. B
Principia habentur per acquiſitionem, ſicut & concluſiones. Exo. to. 1. 284. c. 1. D
Quædam propoſitiones vocantur principia ꝓpter duo. Primo, quia naturaliter illa ītelligimus, &c. Secundo, quia iſta ſunt quędam manuductiones ad intelligentiam omnium aliarum complexionum, quæ non ſunt ita notæ. Exo. to. 1. 287. c. 3. I
Illud eſt maxime principium, a quo incipit cauſalitas rei, &c. Leu. 30. c. 4. H
Deus eſt principium & finis omnium. Matt. tom. 5. 148. c. 3. K
De principijs ſcientiæ ſpeculatiuę & practicę. Deuteronom. 30. c. 3. I.
Prima principia ſunt inſtrumenta intellectus agentis, vt dicit Commentator. 3. de Anima, &cæt. Mat. to. 5. 147. c. 3. F
Vbicunque inuenitur aliquod principium, attenditur

ditur ordo secũdum habitudinem ad illud. Matt. tom. 6. 147. c. 1. E

Priuare Sæpè Deus priuat nos illis bonis, quibus eum priuare volumus, &c. 4. Re. 76. c. 4. K

Priuatio. Esse cum priuatione nihil aliud est quam esse formam, quæ requirit in materia ad suam vnionem dispositiones qualitatum contrarium, secundum quas agendo & patiendo deperditur forma: & quia forma cœlestis non requirit dispositionem qualitatum habentium contrarium, & ideo non habet priuationẽ, neque potentiam. Gen. 2. c. 2. D

Priuatio secundum naturam reducitur in suum habitum, cum secundum se non sit cognoscibilis. Leui. 188 c. 2. D

Peccantes in sola priuatione solum priuatiuè puniuntur, & peccantes positiuè & priuatiuè vtroque modo puniuntur. Iosue. to. 1. 112. c. 4. F

Priuationes nõ sunt in genere per se, cum nihil ponant, sed specificantur. i. reducuntur ad genus vel speciẽ per habitus oppositos, quos priuant. Mat. to. 4. 131. c. 1. C

Priuationes & negationes aliquo modo dicuntur entia, & isto modo possunt suscipere magis vel minus: & aliquo modo dicuntur non entia, & isto modo non suscipiunt. Mat. to. 4. 238. c. 1. C

Priuilegium. Nemo creditur habere priuilegium, nisi illud ostenderit. Leui. 346. c. 4. I

Nemo cõsequitur priuilegium vel immunitatem aliquam, delinquendo. Mat. to. 5. 110. c. 3. I

Priuilegium non destruit ius commune, sed est præter intentionem legis, cum sit lex priuata. Iosue. to. 1. 72. c. 4. G

Duo priuilegia dantur leprosis, de quibus. Matt. t. 6. 228. c. 1. A

Nunquam recurrendum est ad priuilegia, existente iure communi. Iud. 56. c. 4. G

Quare Innocentius restrinxerit priuilegiũ religiosorum de decimis. Mat. to. 6. 228. c. 3. G

De priuilegio decimarum. Mat. to. 6. 229. c. 3. F

Prius. Et posterius sunt proprietates temporis. ex. 4 Phisyc. Iosue to. 2. 30. c. 2. C

Sine prioribus posteriora non existunt. Matt. to. 7. 150. c. 3. K

Priora solent trahi ad posteriora ex aliqua causa, sed non è contra. Mat. to. 6. 200. c. 1. A

Probatio. Probationes a priori Aristoteles vocat demonstrationes, & probationes a posteriori vocat signa. Exo. to. 1. 40. c. 3. F

Nulla solidior probatio est, quam confessio partis aduersæ, si fiat deliberato animo. Nume. tom. 1. 66. c. 1. C

Probatio per præsumptionem est probatio imperfecta, & procedit vt in plurimum, non tamen necessario, &c. Deut. 105. c. 3. K. & c. 4. F

Ad probationem nec sufficit testis, neque requirũtur valde multi, tam secũdum iura diuina, quam secundum iura humana. Deu. 106. c. 4. G

Probatio semper debet fieri ex his, quæ apparent respondenti, siue illa sint simpliciter probatiua, siue non. Iosue. to. 2. 178. c. 2. C

In probationibus contra aliquem possumus vti prę missis simpliciter veris, vel his, quæ apparent respondenti, &c. Iudic. 113. c. 3. I

Multis probationum generibus vtuntur homines ex eo, quòd non cognoscunt cor, quòd si cognoscerent non vterentur illis. 2. Paralip. 89. c. 3. I

Probatio indirecta quid sit. Mat. to. 4. 204. c. 4. I

Probationum multiplicatio circa eandem rem, facit maiorem confirmationẽ Mat. to. 4. 224. c. 2. D

Probationes debent esse clarissimè ad hoc, quod aliquis in criminalibus conuincatur, &c. & vt dicunt iura, luce clariores. 2. Para. 250. c. 3. G

In probationibus iudicialibus aliquando per id, qđ falsum est, probatur aliquid sicut per quasdã prę sumptiones, quas iura vocãt violentas, & ꝑ alias, quæ vocantur prę sumptiones iuris, & de iure, cõtra quas iura non admittunt probationem, & in omnibus illis potest subesse falsum: nam cum iura reputant eas conuenientes, sufficiunt. Sic etiã aliquid in iudicio interdum probatur per falsos testes, & quia non constat eos esse falsos, recipitur probatio eorum, tanquam firmissima, & interdũ probatur aliquid per veros testes, quibus, si obijciantur quædam exceptiones de iure, non tenet eorum testimonium. Mat. to. 1. 166. c. 2. A

Ad probationem melius est arguere ex his, quæ videntur respondenti, quam ex simpliciter notis, quæ fortè non videntur ei talia esse, & cæt. Matt. to. 3. 186. c. 1. B

Probatio semper procedit ex notioribus, vt patet. 1. Posterio. Mat. to. 4. 51. c. 3. K

Probatio semper vult deducere aliquod certum. Mat to. 4. 51. c 3. K

Probatio debet procedere ex notis respõdenti, vel, quæ ille habet tanquam nota. Matth. to. 5. fo. 79. col. 2. B

De duplici probatione, scilicet, indirecta, & directa, vide in Defen. 40. c. 1. A

Problema Semper importat dubitationẽ. Iudi. 145. c. 2. D

Procella Aliquando sumitur pro commotione fluctuum in mari, aliquando vero pro magnitudine ventorum. Psal. 10 Spiritus procellarum &c. & Psal. 148. Spiritus procellarum, qui faciunt verbum eius &c. Matth. to. 3. 155. c. 1. B

Processio Candelarum vnde orta. Exo. to. 1. 71. c. 1. D

Processus in infinitum.

Non est dandus processus in infinitum in rebus, in aliquo genere causalitatis, efficientis, materialis, formalis vel finalis. Exo. to 1. 30. c. 3. K. & c 4. F

Prodigalitas Est peccatum, & forte mortale & maxime in ecclesiasticis personis, quorum bona magis sunt obligata pauperibus quam bona sęcularium. Matth. to. 6. 33. c. 3. I

Prodigium. Quoddam apparuit supra Ierusalem ad instar gladij, vt refert Ioseph̃us. Mat. to. 6. 269. c. 2. E

Prodigia dicuntur quasi procul a digitis, ideſt à potestate nostra operatiua. Mat. to. 6. 294. c. 3. K

Inter signa & prodigia quid interſit. Matth. tom. 6. 294. c. 3. K. & c. 4. F

Proditor patriæ.

Proditoribus patriæ iuste infligitur mors. Ios. to. 1. 42. c. 4. K

Productio. In omni productione Dei duo sunt, scilicet, actio, quæ se tenet ex parte agentis, & factio, quæ se tenet ex parte eius, quod fit. Exo. to. 1. 274. c. 3. K

Productile professio.

Productile dicitur illud, quod per malleationẽ extenditur ex alia re, & semper manet continuatũ

illi

illi &c.Exo.to.2. 29.c.1.D.& 117.c.3.F
Profeſſio non ligat niſi profitentem, quia nō poteſt in prę̃iudicium alicuius alterius. 1.Regum.to.1. 107.c.1.A

Progenies Hebræorum.

Progenies Hebræorum continuabatur per poſſeſſionem,& non per poſterioritatem.Iudi. 224. colum.1.E
Eſdras in narrando progenies tribuum Iſrael ſequitur ordinem continuitatis habitationis tribuū.1. Paralip. 80.c.4.F

Prognes Fabula de Progne & Philomena, vnde habuerit ortum.Exo.tomo1. 118.c.1.A

Proęmium Dicitur a prothos Græcè, qđ eſt primum,& hęmi,quòd eſt ſeruatio vel modulatio:& ſic Ariſtoteles.3. Rhetoricorum, proęmium,inquit, eſt orationis principium,ſicut prologus in poeſi, & in fiſtulatione præludium.Gen. 33.c.4.G

Prohibere Aliquid prohibetur vt malum, & poteſt eſſe malum dupliciter, vno modo quòd ſecundum ſe ipſum ſit malum, alio modo propter malum,quod poteſt ſequi ex illo,& iſta diſtinctio habetur extra de iureiurando.cap & ſi Chriſtus.Mat.to 2. 200.c.1.A

Prohibitio Quæ data eſt Adæ de non comedendo de ligno ſcientię boni & mali,&c.non obligaret deſcendētes ab Adā in paradiſo, ſi non peccaret: quia iſtud mandatū fuit datum Adæ ex modo præcipiendi,&c.Gen. 128.co.3.K.& col.4.F. Si tamen illud præceptum eſſet de iure naturæ, obligaret omnes deſcendentes,quemadmodū præcepta Decalogi data fuerunt Iudæis,& tamen omnes homines obligant, immo priuſquam darentur obligabant, quia ius naturæ ſemper & vbique eſt.5:Ethi.ibi.128.c.4.F. Et ſi Adam haberet deſcendentes in paradiſo, non eſt certum,ſi ad eos extenderetur præceptū, aliqui dicunt ꝙ non, & aliqui ꝙ ſic, & vtriq; habent colorem,videtur tamen ꝙ ſub præcepto viuerent,ſiue ſub iſto,ſiue ſub alio.Gen. 128.c.4.H

Prohibitum Aliqua ſunt prohibita in lege veteri,quorum transgreſſio non punitur,vel ſaltem tranſgreſſionis pœna non exprimitur,vt tenere ſeruum Iudęum vltra ſeptem annos,& vendere ancillam,quam Dominus eius cognouiſſet,vel filius eius. Exod. 21.& Deuter.21.Mat.to.5. 96.c.4.G

Proh pudor. Hæc dictio, Proh pudor, magnam confuſionem & horrorem ſignificat.& cōponitur de proh, interiectione de teſtādi vel ab horēdi,& pudor.Ge. 16.c.2.E

Proles. Prolis nobilitas eſt a nobilitate paterna. Gen. 320.c.2.D
Natura non ſolum intendit generationem,ſed etiā prolis educationem.Mat.to.5. 81.c.4.H
Præceptum de vacando proli, ad quid datum fuerit.Matth.to.5:82.co.4.I. ſed quando obligauerit. ibidem. c.4.K
Matrimonium habet pro fine principali prolis procreationem,ſimiliter & prolis educationē.Matt. to.5. 84.c.1.B.& 52.c 2.B
Bonum prolis in matrimonio maius eſt quam bonum fidei.Mat.to.5. 87.c.1.B
Apud Hebræos creditum erat antiquitus fœlicitatem conſiſtere in multitudine prolis. Matt. to.6. 290.c.4.H
Prolis procreatio,& educatio eſt de iure naturali,tā in hominibus, quam in animalibus. Et etiam tā in paradiſo, quam hic. Sed in executione copulę ad procreationem filiorum differunt tripliciter, aliter in hominibus ſecundum ſtatum ante peccatum,& alter poſt peccatum. Inter bruta nō eſt imperans, & imperatum ad copulam: etiam nō eſt inter ea habitudo vnius ad vnum, ſed cuiuſlibet ad quodlibet in eadē ſpecię, & iſta duo ſunt in hominibus per contrarium,&c.Ge.230.c.4.G. De ſecunda differentia. ſ. ꝙ in brutis non eſt determinatio vnius ad vnum, nec ſeruantur aliqua iura attinētiæ,in hominibus tñ ſic.Ge. 231.c.2.D
Ad vacandum proli rector non obligat aliquos, cū omnes ſponte vacent proli,nullo iubente. Si tamen interdum tantus eſſet defectus ciuium,raris volentibus vacare proli, certum eſt ad rectorem vrbis pertinere,vt inducat homines ad agendum hoc. Sic enim aliquando tantus defectus virorū fuit Romæ propter clades bellicas ꝙ decreto publico, proletarij deſignati ſunt, qui vocabantur proletarij:quia eius officium erat vacare proli ex publico decreto.Mat.to.5. 82.c.4.F

Proletarius. De proletarijs.Matth. tom.5. 82.c.4.G

Prologus. Qui toti Bibliæ præficitur,nō ponitur a Hieronymo inter prologos,ſed a quibuſdā præpoſitus eſt.Gen. 33.c.3.G
In prologis librorum Bibliæ,quid declaretur. Gen. 33.c.4.F
Prologos præpoſuit Hieronymus omnibus libris Bibliæ,quos tranſtulit ex hebræo in latinum. Ge. 33.c.3.F
Prologus, proęmiū, argumentum, & præfatio idē ſignificant.ſ.quandam prę̃locutionem ſequentis operis declaratiuam.Gen. 33.c.4.F
Prologus dicitur a prothos grecè, quod eſt primū latine,& logos ſermo, quaſi primus ſermo, quia ante totum opus ponitur.Gen. 33.c.4.F
In duobus libris ſacræ ſcripturæ reperiuntur duo prologi ab auctoribus librorum æditi.ſ.in Euangelio Lucæ,qui incipit ſic, quoniam quidē multi,& durat vſque ad illam partem fuit in diebus Herodis,&c.Et in Apocalypſi,qui incipit,Apocalypſis Ieſu Chriſti. Et durat vſque ad illam partē, Ioannes ſeptem Eccleſijs.Gen. 33.c.4.F
Quid Hieronymus prætendat in prologis ſuper libros ſacræ ſcripturæ.Ioſue.to.1. 3.c.1.C
Prologus galeatus Hieronymi poteſt eſſe prologus omnium librorum veteris teſtamenti, in quo, quæ ſit intentio Hieronymi.primo Regum. 4. colum.1.C
Prologi,quos præfecit Hieronym.libris ſacrę ſcripturæ, ſunt epiſtolæ, quas mittebat ad illos, ad quorum petitiones libros ſcribebat. Et deinde iſtas epiſtolas præponebat principio librorum tranſlatorum,&cæt. 1.Paralipomenon.folio. 7. colum.2.C
Prologus eſt principium quoddam,quod præmittitur in principio operis,vt ait Ariſto.3.Rhetoricorum.1.Paral. 7.c.3.G
Prologi,qui ponuntur in principio librorum ſacrę ſcripturæ,ſunt vtiles ad multa. 1.Paralipomenō. 7.c.3.I
Prologi, quos prę̃fecit Hieronym. libris ſacræ ſcripturæ,principaliter facti ſunt ad reſpondendum ęmulis.1.Paral. 7.c.4.F
Hieronymus aliquando apponit duos prologos eidem libro,vt libro.Gen.& libro Iob,&c.& libro. Paralipom.1.Paral. 16.c.4.G
Prologus ſecundus, quem præfecit Hieronymus libro

libro Paralip. non est necessarius illi libro, quem transtulit. Vtile tamen fuit vt præponeretur illi 1.Paral.17.c.2.B. Et secundus Prologus debet præponi primo. ibid. 17.c 3.G

Nullus Prologus ponitur in libris Bibliæ communiter,qui non sit Hieronymi,vt probatur Mat.to.1. 26.c.2.

Prometheus. Frater Athlantis,&c.Fuit ab orbe condito anno ferè bis millesimo trecentesimo.Gen. 356.c.2.E

De Prometheo homines formante de luto.in Par. 92.c.1.C

Promissio. Promissiones rerum temporalium,quare magis fierent a Deo in vet.testamento,quam in lege noua.Gen. 253. colum.2.B

In promissionibus rerum temporalium, quæ multoties fiunt a Deo in vete. testamento bona spiritualia non cadunt sub sensu mistico: sed sub literali.Similiter & bona temporalia,&c. Et licet sint sensus disparati, tamē sunt subordinati,&c. Gen. 253.c.2 D & 306.c.4.K

Promissio Dei,iuramento firmata,firmior videtur, quam ea. quæ sine iuramento fit. Et ideo dicunt Doctores nostri,quòd quamuis aliqua,quæ Deus simpliciter promisit, mutata inueniantur, tamen ea,quæ iuramento firmata sunt, nunquam reperimus non fuisse completa, hoc tamen non ideo est, quia Deus magis obligetur per iuramentum, quam sine illo,sed aliquando dicit aliqua, non determinando ea iuxta scientiam suam altissimam: sed secundum conditionem causalitatis rerū inferiorum. Et tunc mutantur qñq; ad mutationē causarum inferiorum,&c.Gen. 282.c.3.H

Deus in omnibus promissionibus suis tenet veritatem,& si non seruat,propterea est,quia conditionalis fuit promissio,vt patet de promissione facta domui Heli.1.Reg.2.cum dicitur: Loquens,locutus sum,vt domus tua,& domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum, &c.Exo.to.2. 167.c.1.A

In promissione generali non veniunt ea, quæ quis non esset in specie verissimili concessurus, vt patet extra de regulis iur in regula sexta, in generali concessione,&c. Exo to.2. 3.c.2.A

Promissiones Dei de faciendo bonum, vel malum alicui,intelliguntur semper conditionaliter,licet non apponatur conditio,&c. Ios.to.1.126.c.2.E. & Iud.18.c.3.K.c.4.F.Et intelliguntur sic,scilicet, si permanserint illi, quibus fiunt in eodem statu, &c 1.Reg.1. 44 c.4.H

Promissiones de Christo, licet non fuerint factæ Gētilibus, sed Iudæis, magis tamen completæ fuerunt in gentibus,quam in Iudæis.Mat.to.1. 109. colum.3.K

Ad veritatem promissionis factæ per verbum simplex, sufficit, quod promittens in mente habeat id,quod dicit se facturum. Vnde si postea interueniat aliquod impedimentum, ita vt nō possit impleri,vel aliquid aliud, ꝓpter quod appareat melius esse aliud facere,quam illud, & non fiat, non propter hoc promissio erit falsa. Et hoc debet intelligi. nisi promissio facta sit specialiter ad alicuius vtilitatem,quia tunc non licebit immolari illud:nisi ex voluntate illius, cui facta est promissio &c.Mat.to.2. 205.c.2.D

Quando aliqua contraria sunt ꝓmissa, & ambo sint licita, primū seruandum est. Similiter si primum tm̄ promissum,& secundum iuratum, primū seruandū est de rigore,&c.Mat.to.2.230.c.3.H. c.4.F

In terram promissionis intrauerunt fortè plusquā centum millia ex his, qui exierunt de Aegypto, nec nati sunt in deserto.Deut. 157.c.3.F

Promissionis terra dicit̄ illa,quæ promissa est Israelitis a Deo in hæreditate,& sic Moyses intrauit in terram promissionis scilicet in duo regna Amorrhęorum, non tamen introiuit in terram Chanaan.Ios.to.1. 15.c.4.F

De terræ promissionis terminis.Ios.to.1. 17.c.3.H

Promissum male.

In male promissionis rescindenda est fides iuxta regulam Isidori.4.Reg. 70.c.3.H

Promittere. Quādo Deus promittit nobis aliquid,non est maioris firmitatis,quòd illud promittat cum iuramento,aut duplici promissione,quam simplici,& sine iuramento,quo ad illum, bene tamen quo ad nos. Genes. 366.c.2.C

Non est malum petere,quod Deus nobis promittit Mat.to.5. 193.c.1.E

Aliquando Deus promittit nobis aliqua siue bona, siue mala Et promissio debet intelligi conditionaliter scilicet si fuerit idem status, qui est, quando talia publicantur,qui status si non manserit, promissio etiam mutatur,vt habetur Iere.18.cum dicitur:Repente loquar,&c.Gen. 366.c.2.D

Pronitas ad malum. In peccato quid sit. in Defens. 2. colum.2.B

Pronitatem ad malum non tollit Deus regulariter per sacramenta,propter duo.Primo,quia Deus iustificans hominem tollit per gratiam id, quod secutum est ex actu peccati.s.maculam, offensam, reatum,& tenebras interiores, &c. Sed pronitas ad peccandum non causatur ex actu peccati, quatenus peccatum est: sed causatur naturaliter,&c. Secundo, quia homo iustificatur per infusionem gratiæ.Et ideo necesse est,quòd omnia,quæ repugnant gratiæ formaliter & secuta sunt ex peccato,tollantur tunc &c. in Defen. 6.c.2.B

Pronitas ad malum aliquando tollitur, non collata gratia. in Defen. 6.c.4.H

Pronomen. Hic,hæc, hoc sæpè demonstrat non rem, quæ visui subijcitur: sed aliquid simile illi,vt cum dicimus: Hæc herba crescit in horto meo.i.similis isti.Exo.tomo 1.79. colum.3 K

De diuinis melius possumus concedere pronomina in plurali,quam nomina, vt probatur in de Trin. 4.col.1.C

Propagare. Modus propagandi,ad quem natura inclinat,non est idem omnibus animalibus: sed vnicuique secundum suam speciem.Mat.to.5. 82.c.1.B

Propago. Propagines,de quibus Gen.40.Sunt rami,qui sunt in vitibus,vel palmites. Et dicuntur a propagando.i.extendendo,quia se extendunt,& multiplicant.Gen. 360.c.1.C

Profanum. Res profana dicitur, quæ nullo modo pertinet ad sacrum ministerium. Leui. 187.c.3.F

Diuina prouidentia statuit, vt corpora inferiora regantur per superiora. Mat. to. 5. 81. c. 1 C

Prouidentia & dispositio non differunt, nisi secundum habitudinem ad rem & ad finem. Mat. to. 3. 256. c. 4 F

Ex diuina prouidentia prouenit, vt vexemur a dæmonibus. Mat. to. 7. 366 c. 2. B

Prouidentia & fatum non differunt solum per diuersam habitudinem, sed etiam per essentiam. Mat. to 3. 257. c. 1. C

Circa prouidentiam fuit multiplex error, quibusdā dicentibus, nullius rei esse prouidentiam in toto vniuerso, sed quòd omnia casu contingebant, ex quorum numero fuit Democritus. Alij vero dixerunt, quòd erat prouidentia, sed nō ad omnia, sed solum ad incorruptibilia, vt ad cœlos, & cæt. Iob. 22. Circa cardines cœli ambulat, & quæ nostra sunt non considerat. Alij magis extendentes prouidentiam dixerunt, q̄ erat solum prouidentia de generibus & speciebus, non tamen de indiuiduis, nisi sint necessaria & incorruptibilia, & huius opinionis fuit Aristotel. vt ait Comment. 11. Metaphi. Et ista opinio est impia, qa tollit a Deo prouidentiam & cognitionem de operibus humanis. Alij, vt Rab. Moyses, dicit in Deo esse prouidentiam de generibus speciebus & indiuiduis necessarijs, & insuper de indiuiduis humanis, sed isti tollunt a Deo prouidentiam omnium indiuiduorum generabilium & corruptibilium, prēter quam indiuiduorum hominum, quod est error, vt probatur. Mat. to. 3. 257. c. 2. C. Necesse est ergo haberi prouidentiam non solum de indiuiduis, sed etiam de omnibus accidentibus circa ipsa indiuidua, qualiacunque sint, vt probatur. Mat. t. 7. 257. c. 4. I. & 259. c. 1. D. & 260. c. 2 C

Prouidentia dicit solam rationem ordinis secundū q̄ confertur rei id, per quod manet in ordine illo, & non impediatur. Mat to. 3. 157. c. 3. I

Deus habet prouidentiam de brutis, non tamen talem, qualem de hominibus, vt probatur. Mat. t. 3. 258. c, 2. B. & per totam quæst.

Prouidentia non excludit operationem causarum secundarum, sed potius per eas gubernat, id qđ p se prouidit, illæ tamen sunt potentes deficere. Mat. to. 3. 259. c. 1. E

Sub prouidentia cadunt mala, & ordinatur quodlibet malum ad aliquod bonum, quod maius est, q̄ defectus boni, quem inducit malū. Et ita ipsum malum est quodammodo bonum. Mat. tomo 3. 259. c. 4. G

Prouidentia prēsupponit præuidentiam futurorū &c. Mat. to 3. 260. c. 3. F

Plato posuit triplicem prouidētiam, primam summi Dei, secūdam, qua prouidetur singulariter de indiuiduis animalium, planetarum, & tertiam rerum humanarum. Et dicit quòd secunda & tertia prouidentia dependet a prima, &c Et ista opinio consonat fidei aliquantul, & discordat similiter. Mat. to 3. 260. c. 4 K. & 261. c. 1. A

Deus habet prouidentiam de omnibus immediatè, & per se. Mat. to. 3. 261 c. 1. C

Prouidentia, per quam res conseruantur in esse, est solius Dei. Mat. to. 7. 211. c. 4 G

Ad hoc, quòd de rebus sit prouidentia, multa requiruntur. Primum est institutio ordinis. s. rei ad rem, & ad finem. Et hæc vocatur dispositio. Secūdum est quòd detur rei ea, quæ conferunt sibi ad finem, vt adinuetur per ea ad consequendum illum. Et vt non impediatur in ordine ei assignato. Et ex cogitatio istorum vocatur proprie prouidentia. Tertium est, quòd ista tradantur executioni: quia alias nihil prodesset tota rei excogitatio. Prima duo facit Deus per se. Tertium vero facit per causas secundas. Et istud vocatur gubernatio, quæ est explicatio prouidēdiæ, & ratio est. Quia prima duo possunt esse æterna. Tertium vero necesse est esse in tēpore, & cum successione. Et hoc non conuenit Deo: sed per causas secundas illud facit. Et hoc est mediatè facere. Prima vero duo immediatè, vt probatur. Matt. tomo 3. 261. c. 1. C. & c. 2. A

Prouidentia Dei aliter se habet ad homines, & aliter ad alias creaturas corruptibiles. Matt. tomo 5. 28 c. 2. E

Prouidentiæ executio in aliquibus fit a Deo immediatè, & per se. s. in his, quæ a solo Deo fieri possunt, vt creare seculum, suscitare mortuos, & generaliter quodlibet miraculum facere. Alia vero opera, quæ sunt minoris potestatis, per ministros exequitur secundum proportionem virtutis eorum, quibuslibet committens ea, quę non excedunt potestatem eorum, &c. Matt. to. 3. 261. c. 4. G. Et breuiter executio diuinæ prouidentiæ ge-

generaliter fit per omnia, quæ habent virtutem operatiuam in vniuerso, vt probatur discurendo per singula. Mat. to. 3. 262. c. 1. B

Prouidentia Dei non ponit in rebus prouisis necessitatem, neque tollit a rebus prouisis contingentiam, neque arbitrij libertatem, neque casum, & fortunam: vt probatur. Matth. tomo tertio. fol. 262. c. 2. D

Prouidentia est ad conferēdum ea, quę promouēt ad finem, & ad remouendum ea, quæ impediunt a fine. Mat. to. 5. 29 c 1. D

Prouidentia conseruat in rebus prouisis perfectionem. Mat. to. 3. 262. c. 3. G

Per prouidentiam non tollitur casus, & fortuna, vt probatur. Mat. to. 3. 262. c. 4. H

Prouidentia duo solum agit ad rem ipsam. Mat. t. 3. 263. c. 1. A

Prouidentia sic dirigit res, vt necessaria in suum finem necessario ferantur, & casualia casualiter, & libera libere, & contingentia contingenter. Mat to. 3. 263. c. 1. A

Prouidentia nō præcedit tempore res prouisas, nec præcedere potest, neque subsequitur, sed coexistit. Et tunc verum est, quòd omne prouisum infallibiliter eueniet. Et non potest mutari, & tamen nō est verū de aliqua re prouisa, ante quam fiat, quòd illa necessario euētura sit propter prouidentiam, quia ad hoc oportebat, quòd prouidētia de re esset prius quam res esset, & tunc verum est, quòd necessitatem imponeret, vel ipsa posset frustrari, &c. Mat. to. 3. 263. c. 1. C

Regula prouidentiæ est, vt mortalia, & variabilia p immortalia, & inuariabilia regulentur, sicut omnia corporalia per substātias spirituales. Mat. t. 5. 26. c. 3. I

Prouidere. Deus prouidet per se omnia: sed non exequitur per se oīa. Matt. to. 5. 26. c. 4. I. Nam si Deus prouidentiæ executionem exequeretur per se, multa superuacanea essent in vniuerso. ibid. c. 4. G. Nec posset ostendi tam abundanter eius bonitas. ibid. I

Prouidus Dicitur, qui bene coniectat de cō ferentibus ad finem, & præter prouidentiam dicit quandam sollicitudinem, scilicet, quòd Deus curam habeat de rebus, vt teneāt illum ordinem inuariabiliter, quē ipse dedit eis. Mat. to 3. 257. c. 4. G

Prouidentis imperfectio non est, quòd defectus aliquis accidat in rebus prouisis, quando defectus nō prouenit a prouidente: sed ab aliquo exequēte, &c. Mat. to. 3. 259. c. 1. E

Prouincia. Quatuor prouinciarum tributa consumpsit Caius Cęsar in vna cœna, vt refert Seneca Gen. 32. c. 2. C

Vna prouincia interdum est in aliqua prouincia, & magnæ prouinciæ diuiduntur per paruas, &c. 2. Paralip. 114. c. 3. I

Proximus. Quilibet homo vocatur proximus, quem naturæ cōmunitas nobis participem fecit. Exo. tomo 1. 214. c. 4. I. & 217. c. 1. A

Quod omnis homo sit proximus noster probatur ex illo. Exo. 18. Cum vxore proximi tui non coibis, &c. Leu. 183. c. 1. A

Nemo potest in pręsenti vita omnes pximos actualiter diligere. Mat. to. 5. 134. c. 2. B

Proximi offensio in vete. lege non tollebatur per sacrificium. Nu. to. 1. 121. c. 2. E

Quomodo quis ordinetur ad proximum suū. Mat. to. 5. 131. c. 1. A

Multa peccata, quæ sunt directè contra proximū, maiora sunt, quam aliqua, quæ sunt directè contra Deum. Sicut homicidium est maius peccatū, quam non colere diem festum, vel assumere interdum nomen Dei in vanum. Matthæ. tomo 2. 207. c. 4. F

Homn communicat proximo dupliciter. Matt. t. 6. 202. c. 4. K

Peccatum contra proximum est contra Deū. Mat. to. 6. 203. c 4. K

Penes dilectionem proximi potest dupliciter attendi perfectio Mat. to. 5. 134. c. 2. C

In dilectione proximi est tota lex. Mat. to. 6. 131. c. 3. K. & c. 4. F

Quomodo proximi sint diligendi gradualiter. Mat. to. 6. 148. c. 2. A

Quomodo sit verum, quòd in his, quæ pertinent ad proximū, iustitia, & misericordia sint præcipua. Mat. to. 6. 203. c. 3. F

Pro proximo quid mali sustinere, aut quid pati debeamus. Gen. 298 c. 1. A

Proximus est omnis homo viuens, siue amicus, siue inimicus. Et omnis homo mortuus decedens in charitate. Et angeli boni proximi sunt, & cōserui nostri. Apoc. 19. & 22. & probatur hoc per singulos prædictorum. Mat. to. 2. 249. c. 1. C. Et similiter Christus inquantum homo. ibid. c. 2. C

Ad rationem proximi sufficit, quòd vnus alteri beneficiat, etiam si ab eo bonum non recipiat, neq; sit recepturus. Mat. to. 2. 249. c. 2. A

Existentes in Purgatorio proximi nostri dicuntur: quia illis possumus bene facere, licet non possimus ab eis recipere bonum: quia quandiu sunt in Purgatorio, non possunt pro nobis orare, nec etiam pro se ipsis. Mat. to. 2. 249. c. 2. B

Proximus quadrupliciter accipitur, vt dicit Magister. 3 Senten. distin. 28. V no modo pro conditione primæ natiuitatis, vt sunt omnes homines. Secundo modo, spe conuersionis, vt infideles. Tertio propinquitate cognationis, vt consanguinei. Quarto ratione beneficij exhibiti, vt sunt omnes homines, quibus possumus bene facere, & a quibus possum⁹ beneficia recipere, iuxta illud. Luc. 10. in parabola hominis, qui incidit in latrones. Sed nullus istorum modorum conuenit omnino illi propositioni. Mat. 5. f. Diliges proximum tuum, vbi proximus accipitur magis largè, quam aliquo prędictorum modorum. Nam proximus est ille, qui ex charitate diligēdus est præter Deū, qui potest tēdere in Deum modo perfectissimo, qui est tendere in Deum beatificantem, &c. Mat. to. 2. 248. c. 4. I

Proximus solus vocatur, qui à nobis distinctus, est. Nam corpus nostrum non rectè dicitur proximus, neque quisquam proximus sibi est, vt significatur. Matth. 22. cum dicitur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Mat. to. 2. 248. c. 4. H

Quilibet tenetur bono exemplo proximum suum ædificare. Mat. to. 5. 21. c. 1. C

Iste terminus, proximus, aliquando capitur absolutè, & non comparatiuè, vt patet in. ff. nouis. titu. de verborum significa. l. proximus vbi dicit. Proximus est, quem nemo antecedit. Et in cap. proximi. vbi dicitur proximi appellatione, etiam ille continetur, qui solus est, in Parad. 4 c. 3. H

Proximitas. De proximitatis gradibus & obligatione. Ex. t. 1. 179 c. 3. H

Prudentia. Ad prudentiam apti non sunt iuuenes, neque senes nimis. Exo. to. 1. 19. c. 4. G

Prudentia quomodo differat a sapientia. Exo.to.1. 4.c.3.K.2.Paralip. 33.c.1.C
Prudētia partem à natura, & partem ab acquisitione consequitur. ex 6.Etbico. Leuitici. fol.330. c.1.D
Prudentia concurrit cum qualibet virtute morali, licet a qualibet distinguatur. Matthæi tomo 5. 39.c.4.F
Humanæ prudentiæ debent homines semper initi, & non committere se totaliter diuino regimini, nisi in rebus, ad quas non attingit humana prudentia, vel in quibus Deus iussit, vt nos totaliter permitteremus illius regimini. Nume. tomo 2. 171.c.3.G
Quomodo intelligendum sit, quòd actus factus à prudentia ad finem alicuius virtutis non sit principaliter ipsius prudentiæ, sed ipsius virtutis moralis,ad cuius finem fit. Matthæi tomo quinto. 39.c.4.K
Vti humana prudentia,quando sit peccatū,& quando non.Iosue to.1. 34.c.2.C
Prudentia non est iuuenum,licet ipsorum possit esse sapientia. Mat.to.7. 204.c.1.B
Quælibet prudentia, & astutia laudabilis est, licet opus per eas factum non semper sit laudabile. Mat.to.4. 180.c.3.G
Prudentia habet duos actus.Matthęi tomo quinto. 40.c.1.B
Actus directus a prudentia nunquam est actus eius. Mat.to.5. 40.c.2.A
Quomodo prudentia auferat negligentiam. Mat. to.5. 40.c.2.A
Quomodo prudentia auferat negligentiam.Matth. to.6. 327.c.2.B
Quid dicatur prudentia secundum Aristotelem. Mat.to.7. 2.c.4.I
Prudentia est regulatiua omnium eorum, quæ pertinent ad totam vitam. ex 6.Ethic. 1.Reg. tom.2. 25.c.2.B
Prudentia,& fidelitas debet esse in Prælato. Matth. to.6. 327.c.3.G
Nunquam potest esse prudētia sine morali virtute, nec virtus moralis sine prudentia. ex 6.Ethico.in fine.2.Reg. 77.c.1.B
Quando non sit vtendū prudentia humana.4.Reg. 159.c.1.A
Prudentia est potissimum, quod requiritur in Principe.1.Paral. 77.c.1.E
Prudentia est habitus cum recta ratione actiuus. 1.Paralip.296.c.2.E.2.Paralip. 9.c.4.F
Ad prudentiam quid attineat. Matthęi tomo 6. 328.c.2.E
Prudentia per experientias gignitur,&c.2.Paralipo. 142.c.2.C
Sine prudentia parum prodest fidelitas.Matth.to.6. 328.c.3.I
Prudentia est magis necessaria,& vtilior regi,quàm cæterę virtutes.2.Paralip. 158.c.2.E
In agentibus secundum prudentiam bonum eligitur. Matth.to.7. 6.c.1.C
Prudentia est quasi cōsiliarius virtutum moralium. Matth.to.2. 23.c.4.K
Prudentia, & imprudentia sunt circa media peruenienda.Mat.to.7. 10.c.1.B
Prudentia debet esse propria virtus Prælati. Matth. to.2. 72.c.1.B
Prudentia non est sine virtute, & quæ est sine virtute,astutia dicitur,non prudentia. Matth.tom.2. 140.c.4.F
Prudentia ex 6.Ethic.est habitus iudicatiuus,& con siliatiuus cū recta ratione circa ea, quæ ad totam vitam pertinent.Matth.to.2. 166.c.4.H
Prudentia sufficienter dirigit actus nostros in bonū proprium naturæ humanæ,ideſt quod non excedit facultatem naturæ humanæ,quod est fœlicitas,quæ habetur in via: non tamen ad bonum supernaturale,quia non cognoscit illud, cum hoc pertineat ad finem. Matth.to.3. 104.c.3.G
De prudentia, quam Apostoli habituri erant, cum irent ad prædicandum.Matth.to.3.248.c.2.B. Et vterentur prudentia humana in eis,in quibus illa sufficiebat.Cætera vero relinquentes. Mat.to.3. 248.c.3.H
Simplicitas absque prudentia facile decipitur.Mat. to.3. 249.c.1.E
De prudentia serpentum. Matth.to.3. 248.c.3.x.& col.1.F
Prudentia,cum vtitur ad malum astutia est. Matth. to.3. 249.c.1.C
Prudentia est, quæ regulat omnes actus virtutis,ita vt non sit in illis maius, vel minus, sed in medio Mat.to.3. 268.c.1.D
Prudentia naturalis,quam habebant Apostoli, erat habenda in multis. Mat.to.3. 248.c.2.C
Prudentia distinguitur a qualibet virtute morali, quia prudentia solum indicat inquirendo, & definiendo,sed moralis virtus solum eligit. Matth. to.5. 39.c.4.G
Consilium non est actus prodentiæ, prout venit de consulere, sed prout venit de consiliari. Nam consiliari inuestigatio quædam est. 3 Ethic. Et tale consilium non est in fraterna correctione. Consilium vero, vt venit de consulere significat admonitionem ad agendum aliquid, vel cessandum. Et tunc consilium est actus charitatis &c. Mat.to.5. 39.c.4.G
Quid sit prudenter agere. vide super Matth. tom.6. 327.c.2.D
Prudentia habet actum elicitum, & actum directū, vel regulatum. Actus elicitus est solius prudentiæ, & principaliter eius, ideſt actus principalis eius. Actus regulatus a prudentia, non est a prudentia elicitiuè,sed directiuè.Et ideo talis dicitur actus virtutis moralis, & non prudentiæ. Matth. to.5. 40.c.2.B
Prudentia nō est de fine,sed de ordinatione eorum, quæ sunt ad finem &c. Matthæi tomo septimo. 10.c.1.B

Prudens. Quid dicatur prudens. Matth. to.6. 227.c.2.E
Inter prudentes, & sapientes quid interſit. Matth. to.3. 287.c.1.E & c.2.E
Prudens proprie non solum dicitur sciens, sed qui taliter est dispositus, quòd possit operari ea, quæ scit.ex 7.Ethic.Exo.to.1. 250.c.1.B
Quomodo seruus prudens,& fidelis dicatur beatus. Matt.6. 328.c.4.K
Difficile est iuuenes esse prudentes. 3.Regum. 107. col.1.C

Psallere. Est cantare in vasis musicis, & inde dicitur psalterium vas musicum decem chordarum.1.Paral. 179.c.4.K

Psalmus. Centesimus decimusoctauus, qui incipit, Beati immaculati in via, vsque ad illum versum, Ad Dominum cum tribularer, diuiditur per vigintiduos octonarios, quorum quilibet continet octo versus. Gene. 10.c.3.H
In primo Psalmo ponit Dauid conditiones boni viri &c. Gen. 10.c.3.H

In Psalmo

In Psalmo nono,qui incipit : Confitebor tibi. Cui tit.est,Pro occultis filij,dicuntur aliqua secreta de filio.s.Christo scilicet de potestate Ecclesiæ,& de apuentu Antichristi,& de finali iudicio.Gen. 12. colum.4.K

Psalmi quindecim dicuntur canticum graduum: quia in magnis festis ascendebant Leuitæ ꝑ quindecim gradus,per quos ascendebatur ad templū, in quolibet gradu cantabant vnum psalmū. Gen. 22.col.1.B

In Psalmo 103.Vbi nos habemus extendens cęlum sicut pellem, alia translatio habet extendens cœlum sicut cœnacula.Gen. 38.c.3.K

Psalmi pęnitentiales quare sint tantum septē. Gen. 199.c.4.I

Psalmo septimo,vbi litera nostra dicit de Deo:Nunquid irascitur per singulos dies. In Hebręo habetur; Deus irascitur per singulos dies. Sed in idem reddit: quia interrogatiuè debet legitur litera Hebraica.Num.to.2. 44.c.2.A

Quosdam Psalmos fecit Dauid, sed non omnes. 1. Reg.to.2. 12.c.3.G

Decem Auctores feruntur esse Psalmorum. 1.Reg. tomo 1. 12.c.3.G

Multos Psalmos edidit Dauid prius quam regnaret 1.Reg.to.2. 23.c.1.D

Psalmum 33.qui incipit: Benedicam Dominum in omni tempore,fecit Dauid,quando mutauit vultum coram rege Abimelech,& recessit.1.Regum tomo 2. 93.c.3.K

Psalmum,qui incipit: Credidi propter quod loquutus sum,&c.fecit Dauid,quando cognouit,quòd seruus Hisboseth sibi mentitus esset,&c. 1.Regū tomo 2. 118.c.2.C

Psalmus,qui incipit: Domine quid multiplicati sūt. Quando fuerit compositus a Dauid. 2. Reg. 106. colum. 1.A

In fine quorundam Psalmorum, vbi nos habemus, Fiat,fiat.in Hebræo dicitur:Amen amen. 3.Reg. 13.col.3.F

Psalmorum præcipua materia sunt Dei mirabilia. 1.Paral. 179.c.4.K.& 180.c.1.A

Psalmi dicūtur laudes diuinæ, factæ propter aliquas causas speciales,&c.1.Paral. 180.c.3.I

In quolibet Psalmo est titulus significans causam eius, vel materiam, vel tempus,quo factus est.1. Paral. 180.c.3.K

Psalmus 104.qui incipit: Confitemini Domino,& inuocate nomen eius,exponitur. 1.Par.179.c.3.G. & c.4.I.& 182.c.3.K.& 182.c.1.D

Psalmus 95.qui incipit:Cantate Domino canticum nouum,cantate Domino omnis.exponitur.1.Paralip. 183.c.4.G vsque ad 186

Psalmorum multi fuerunt Auctores.s.Eman,Ethā, & Idithum , filij Core Asaph , Moyses,Dauid, & alij. vt patet ex vera interpretatione titulorum Psalmorum. Dauid vero plures edidit Psalmos, quam aliquis aliorum Auctorum, immo quam omnes alij simul . Et ob hoc dicitur propheta absolutè i.per excellentiam: quia in canendo, & in compositione Psalmorum,ipse fuit maior omnibus Israelitis.Mat.to.6. 160.c.3.H

Psalmus 109. intelligitur in veritate de Christo , vt probatur . Mat.to.6.160 c.3.K. In Parad.3.c.3.G. Aliqui tamen Iudæorum dicunt illum Psalmū non intelligi de Christo,dicentes,quòd illa verba: Dixit Dominus Domino meo , &cæt. dicta sunt in persona Eliezer Damasci.Genes.17. Sed quòd isti aberrent,probatur Mat. to.6. 160.col.4.F

Alij exponunt,quòd intelligatur de Abraham dicente: Dixit Dominus scilicet Deus Domino meo.s. Abraham,&c.Sed hoc etiam est falsum,vt probatur ibidem. 160. c.4.K.& 161.c.1.A

Psalterium. Seu Psalmorum præcipuus liber est inter libr.hagiographos Gen. 27.c.4.H

Psalterij versus,& si in nostra lingua sine metrorum lege procedant, apud Hebræos tamen versus metrici sunt ex pedibus lyricis:iuxta illud:

Psalterium lyrici composuere pedes.

Et dicuntur pedes lyrici, quia ad lyram concinentem dicebantur,scilicet citharis,organis,& musicis instrumentis,&c.Gen. 27.c.4.H

Psalterium decacordum habet decē cordas , & pulsatur a parte inferiore, & reddit sonum a superiore.& Hębraicè vocatur nablum,& psalteriū Græcè organa.Gen. 28.c.1.D

Intentio Dauid in libro Psalmorum fuit Deus laudare , & omnes creaturas , non solum rationales: sed etiam non sentientes ad Dei laudem conuocare.Iud. 1.B

Liber Psalmorum quinq; sectionibus distribuitur. Prima sectio finitur in Psalmo , qui incipit: Beatus,qui intelligit: Deus iudicium tuū regida , &c. Tertia in Psalmo : Misericordias Domini.& cæt. Quarta in Psalmo : Confitemini. Quinta in Psalmo:Laudate Dominum de cœlis,&c.1 Reg.to.1. 13.c.2.E.& c.3.F

Psalterium dicitur vas musicum decem cordarum. 1,Paral. 179.c.4.K

Psalterium potest poni inter libros prophetales , & sapientiales.Iudęi tamen,& Hieronymus non ponunt illud inter prophetales. Sed in tertio ordine scilicet inter hagiographos, vt patet in Prologo galeato.Mat.to.1. 3.c.3.I

Psalmorū liber habetur inter sacras scripturas . Nā tres ordines ponunt Iudæi in canone librorū suorum,scilicet libros legis , libro prophetales, & hagiographos & inter hagiographos ponitur liber liber Psalmorum . Et hunc ordinem designauit Christus.Luc.24.Cum dixit,oportet impleri omnia,quæ scripta sunt de me,in lege Moysi,& prophetis,& Psalmis.Mat.to.6. 169.c.4.G

Pseudochristus. Ante Christi aduētum venerunt quidā dicens sese esse Messias.s.Theodas, & Iudas Galilæus , & post mortem Christi venerunt alij scilicet Caphedon , & alius Theodas, & vir quidam Aegyptius. Mat.to.6. 276.c.2.E.& c.3.F

Pseudochristi,& Pseudoprophetæ erant Magi.Mat. tomo 6. 294. c.4.I

Pseudoprophetæ. Et dęmones non faciunt miracula.Mat. to.6.294.c.4.G.Erant tamen Magi ibid.I

Psilli populi. Aethyopiæ a nullo serpente lędūtur.in de Opti. pol. 2.col.2.C

Ptolemæus. Cognomēto Philadelphus rex Aegypti sacræ scripturę ardentissimus amator fuit anno ab orbe cōdito quater millesimononagesimo paulo ante tpora Machabęorū.Hic libertati donauit plusq̄ cētū millia Iudęorū, qui in regno suo seruiebant,dans pro quolibet dñis eorum centum viginti dragmas argēti. Hic rogauit Eleazarū sacerdotē per literas,vt mitteret ei viros seniores, q ei Biblia interpretarētur de Hebręo in Gręcum.Et Eleazarus misit ad eū septuaginta viros eruditos,&c.Gen. 36.c.1.E.c.2.A

Ptolemæus Philadelphus erat vnius Dei cultor , licet Gentilis . Et sic multi Gētiles faciebāt,qui vi-

dentes idola esse inutilia, vnum Deum cęli credebant. Et in hac fide saluabantur, &c. Gen. 36.c.2.B

Ptolemæus Philadelphus doctrinam Platonicam repudiabat: quia videbatur asserere tres Deos Genes. 36.c.2.E

Ptolemæi Philadelphi epistola ad Eleazarum principem sacerdotum. Et eiusdem Eleazari ad regem responsio referuntur. 1. Paral. 11.c.2.B

Ptolemæi Philadelphi refertur historia. Matth. to. 1. 147.c.4.H

Ptolemæus astrologus dicitur fabricasse astrolabiū in ciuitate Arin, quæ est sub Aequinoctiali. Gen. 12.col.4.H

Ptolemæus astrologus fuit Aegyptius ex Alexandria. 3. Reg. 33.c.2.C.& 42.c.3.I

Puber. Puberes dicti sunt sic a pudendis: quia pudenda sunt, quæ primo lanuginem ferunt, &c. Mat. to. 1. 99.c.1.K

Pubertas. Dicitur in puero vel puella, quando sunt potentes ad coeundum, & generādum. Et ista ætas non est eadem apud omnes. Nam quidam pueri fiūt puberes prius quam alij. Et quædam puellæ cito pubescunt. Et in iure assignatur ætas duodecim annorum perfectorū pro pubertate in puellis. Et sic assignantur, ab Hebræis, vt sit annus duodecimus perfectus. Et incipiat decimus tertius, &c. Exo. to. 1. 212.c.3.I

Pubertas dicitur a pube. i. a barba circa membra genitalia, vt patet extra de spon. impube. c. puberes. Et ortus illorum pilorum est pubertatis signum: quia puberes illos vocamus, qui possunt generare, & tempus hoc in masculis est annus quatuordecimus, & in fœminis duodecimus, &c. Leuit. 119.c.4.G. Sed quare sit. vide ibidem 119.c.3.H. 122.c.1.C

In quacumque ætate vltra pubertatem nuptiæ cōceduntur. Mat. to. 5. 117.c.3.F

Tempus pubertatis in masculis secundum iura est tempus quatuordecim annorum. Et tunc dicunt esse aptos ad matrimonium. Et tamen adhuc in quibusdam pubertas præuenit tempus illud &c. 4. Reg. 174.c.3.H & 218.c.1.C. Et pubertatis signū est ortus pilorum circa membra genitalia, & cæt. Mat. to. 2. 185.c.1.E

Publicanus. Vnde dicatur. Matt. to. 1. 59 c. 1. B. Et est ille, qui redditus fisci, vel publicos redditus conducit, & colligit, &cæt. Mat. to. 1. 65. col. 3. I. Et hoc officium vix exerceri potest sine peccato, &c. Mat. to. 2. 248.c.3.G

Publicanus dicitur publicus peccator, & ethnicus dicitur Gentilis Mat. to. 5. 56.c.4.G

Publicani dicuntur, qui solum lucra sectantur, & exigunt vectigalia per negotiationes. & per fraudes, & furta, scelera, atque periuria. Matth. tom. 5. 56.c.4.G

Publicè fieri. Quæ publicè fiunt, corā Deo fieri dicuntur. 2. Regum. 145. colum. 3. G

Publicius Maleolus, Qui matrē occidit, adiuuantibus seruis, anno ab Vrbe condita sexcentesimo quadragesimo secundo, qui fuit centesimus ante Christi incarnationem, adiudicatus est in ęculeū poni insutus corio bouis, cum quo positus est gallus, simia, vipera, & canis. De hoc Paulus Orosius lib. 5. de Ormesta mundi, & Tullius in fine lib. 1. Rhetoricæ nouæ. & ff. de parricidijs. in l. 1. Exod. tomo 1. 215.c.3.K

Pudenda. De pudēdis verecundamur: quia illæ partes magis repugnant impe rio volutnatis, &c. Gen. 20.c.2.B

Puer. Nec odit, nec malitiosè operatur. Mat. tomo 5. 124.c.1.D

Puer in vtero matris habet angelicam custodiam. Mat. to. 5. 32.c.4.F

Pueri, qui in tenera ætate coire incipiunt, eorum statura corporis, robur, & pulchritudo destruitur. Leui. 194.c.4.F

Pueri corpus magis participat virtutem speciei humanæ, quam corpus viri. Mat. to. 6. 111.c.2.E

Puer in scriptura sacra non solet, vt communiter, significare ætatem: sed sæpè significat famulatum, vel seruitutem, vt probatur. Mat. to. 4. 9.c.2.D

Virtus conseruatiua speciei perfectior est in pueris, quam in iuuenibus. Mat. to. 4. 118.c.3.H

Pueri secundum morem Hębraicum dicuntur omnes seruitores, cuiuscumq; sint ætatis. Et aliquando filij vocantur pueri. Isa. 7. Ego & pueri, quos donauit mihi Dominus. Et viri robusti vocantur aliquando pueri. 2. Reg. 2. surgant pueri, & laudāt &c. Mat. to. 4. 71.c.1.A. 90.c.3.K

Puer in scriptura, vt communiter non solet significare ætatem, sed sæpius famulatum, vel seruitutem, &c. Mat. to. 4. 9.c.2.D

Puer multipliciter accipitur. Semper tamē capitur pro puero ætate, nisi aliquid adijciatur, ratione cuius pro alio accipiatur. Mat. to. 5. 222.c.1.C

Pueritia. Omnia, quæ sunt a pueritia faciunt fortissimam impressionē, siue quantum ad intellectum, siue quantum ad mores, siue quantum ad naturam. Mat. to. 2. 168.c.1.D

Puerpera. Puerperæ propter fluxum sanguinis immundę erant, quem fluxum fuisse in Domina nostra, satis; potest dici sine eius prędiudicio, sic. s. q̄ in ipsa fuit id, propter quod lex purificationis data fuit, quam legem ipsa debuit rationabiliter obseruare, &c. Leui. 112.c.E

Puella. Deflorata vilipenpitur ad hominibus, s. ex opinione, & desiderio, &c. Exod. to. 1. 204.c.3.F

Puellam Hebræam vendere alicui Gentili, pluribus de causis, erat prohibitum. Immo nec alicui viro de genere Gentilium, qui haberet ritum Iudæorum. Leui. 25. &c. Exo. to. 1. 209.c.4.K. 210.c.1.F

Emens puellā Hebræam ad duo poterat emere, vel vt duceret eam in vxorem, vel vt copularet filio suo. Exo. to. 1. 210.c.2.D.& 211.c.3.H

Quando Dominus puellæ Hebreæ emptæ teneretur dare nuptias, vestimenta, & precium pudicitiæ, refertur casus. Exo. to. 1. 210.c.4.K

Puellæ venditæ multipliciter poterant redimi, vt dicunt quidam: sed quartus modus eorum non placet. Exo. to. 1. 212.c.2.C

Puella, nomen est ætatis, & pudicitiæ, vel virginitatis. Aliquando tamen dicit solam ætatem, & aliquando pro ætate, & virginitate capitur. Leuit. 229. col. 4. F

De puella, quæ arrepta a dęmone loquebatur Hebraicè. 1. Reg. to. 2. 49 col. 1. A

Puella paruæ ætatis, & mulier inueterata, quare concipere non possint. in Parad. 10.c.3.H

Pugna. Aliquando pugna Dei supplebat omnem pugnam Iudæorum. Et aliquādo dabat illis victoriam, non faciens ipse omnia: sed adiuuans ipsos, &c. Iud. 44.c.4.K

Tres sunt pugnæ priuilegiatæ, &c. Mat. t. 4. 47.c.2.D

Pugnare Viros viribus contra fęminas, quare sit verecūdū. Exo. t. 1. 216.c.3.H

Deus pugnabat pro Israelitis tripliciter. Iosue. to. 2. 173.c.1.D

Referunt vndecim modi, quibus Deus pugnauit contra Israelitarum hostes,& tradidit illos in manibus eorum.1.Reg.to.1. 109.c.3.I c.4.F
Deus potest multis modis facere ne vnus homo pugnet contra alterum.2.Paralipomenon. 187. col.4.G
Clericis non licet pugnare.1.ad Timoth.3. oportet Episcopum non esse percussorem. Et hoc idē de presbyteris,& omnibus ecclesiasticis intelligitur. Mat.to.3. 31.c.2.D
Pulchritudo Hominis in quo consistat.1. Reg.to.2. 22.c.4.H
Pulchritudo naturaliter trahit ad dilectionē 3.Reg. 7.c.2.B
Pulchritudo mulieris solet multum afficere, & illa quære,immo in seruitutem redigere animos viriles,&c.2.Paralip. 156.c.3.G
Pulchritudo rerum est in eadem distinctione, & disparitate,&c.Mat.to.3. 259.c.2.D
Corporis pulchritudo est magna indoles bonitatis eius,cuius est pulchritudo.in Parad. 20.colu.4.K. 21.c.1.A
Propter pulchritudinem an liceat matrimoniū cōtrahere.Gen. 315.c.1.A
Pulchritudinem vult Deus in rebus suis,vt apparet in multis.Exo.to.2. 54.c.3.G
Pulchrum Inter pulchrum & decorū quid intersit.2.Reg. 89.c.2.B
Pulegium Apud Indos preciosius est pipere, vt ait Hieronymus,& habet in decretis.93.dist.cap.legimus. Et hoc ideo est: quia Indi habundant pipere, & pulegium rarum est 2.Paralip. 132.c.4.F
Pullus. Quid per pullum, & quid per asinam, de quibus Ma.21.significetur, Mat.t.5. 215.c.2.A
Quod Christus super pullum equitauerit, probat. Mat.to.5.215.c.3.I. Sed quare sic voluerit intrare in Ierusalem.ibid. 219.c.4.H
Pulmentum Dicitur omnis cibus preter panem.Gen. 304.c.3.H
Pulmentum in sacris literis significat omne genus ciborum.Et aliquādo sumitur pro solis panibus, vt patet.Nu.15.Nu.to.1. 220.c.2.D.221.c.1.B
Pulmentum dicitur quicunque cibus confectus,& maxime factus ex farina:quia pulmentum a pultibus dicitur.2.Reg.77.c.2.E.Mat.to.6. 235.c.2.C
Pulmentum est nomen generale ad omnes cibos, & proprie conuenit illis cibis, qui non sunt simplices: sed fiunt per decoctionem,& mistionem. Aliquando simplices, vt panes vocantur pulmēta,&c.4.Reg. 47.c.3.H

Pulsare. Pulsatio.

Quosdam Deus magis pulsat, & quosdam minus: nec tamen propter hoc est iniustus,quòd si fortiter pulset corda nostra,non possumus ei non aperire.Mat.to.7. 13.c.2.B
Per solam obedientiam ad Christi pulsationes iustificamur. Mat.to.7. 12.c.2.B
Puluis Est principalis materia animalium.Ge. 23.c.4.I
Punctum. Puncta copulantia partes continui non sunt entia realia: sed solum sunt per intellectum nostrum,&c.Exo.to.1. 68.c.1.A
Punctum quomodo dicatur indiuisibile.Matt.to 6. 106.c.2.F
Punctum terminans magnitudinem,res quædā est, non tamen punctum continuans,&c.Exo.to.1. 68.c.1.C
Punctum quomodo dicatur esse in linea.Exo.to.2. 195.c.4.K
Punctum nunquam est sine magnitudine, & habet positionem in ea,&c.3.Reg. 75.c.4.G
Pungi. Qui recordatur de peccato, dupliciter pungi potest. Matthæi tomo septimo. 225.c.3.H
Punire Illud Naum.1.Non punit Deus bis in id ipsum, intelligitur,si quælibet pœna sit æqualis delicto,&c.Exo.tomo primo. 50. colum.1.D
Lex humana non punit nisi illa peccata, quibus punitis,potest stare res publicè. Matt.tomo quinto. 109.c.3.I
Si omnes homines essent iusti,Deus neminem puniret,vt in punitione manifestaretur potestas eius, &c.Exo.to.1. 61.c.1.D
Puniuntur subditi quandoque pro delicto superioris.Gen. 275.c.2.C
Aliquando non puniuntur Domini directè,& punitur populus. Et hoc obseruat Ecclesia, vt pro peccato dominorum, terras eorum subijciāt interdicto, vt patet extra de sponsali.& matrimonio.cap. Non est vobis. Exo.tomo primo. 53. col.3.F
Lex humana ecclesiastica punit omne genus adulterij & æquali pœna Matth.to.5. 109.col.4.K
Quilibet p peccato suo punit.Matt.to 6. 250.c.2.I
Quō populus dicatur puniri.Mat.to.6. 250.c.4.G
Nullo mopo puniendi sunt non peccantes. Matth. to.6. 251.c.3.F
Quō puniatur filij pro parentibus, & quomodo puniat Deus aliquem vsque ad tertiam & quartam generationem.Exo.to.1. 167.c.2.A
Puniendus pro aliquo crimine,debet cōuinci,vel p facti notorietatē,qđ nulla potest tergiuersatione celari,vel p confessionē suam,vel p testes,vel per quēcumque modum; dum tñ sufficienter probetur.Nā in criminalibus debent esse testes luce clariores,vt patet extrà de probationibus.in ca.finali.Et in lege sciant cuncti.ca.probationibus. Exo. to.1. 216.c.2.B
Non sunt æqualiter puniendi,qui non sunt in æquali dignitate, vt est exemplum de diacono presbytero venatoribus,extra de Cleri.venato.c.Episcopum,&c.Num.to.1. 173.c.3.G
Quō pro peccato vnius aliquando puniatur tota communitas.Iosue to.1. 109.c.1.C
Quòd aliqñ Deus puniat vnū pro peccato alterius, assignant sex causæ ab Augustino, quæ referunt. Iosue to.1.109.c.2.H. Quæ qualiter debeant intligi,vt veræ sint.Iosue to.1. 109.c.4.I
Deus nūquam punit alquem pro peccato alterius, loquendo de pœna, q̄ infligitur à Deo, secus tñ de pœnis consequentibus conditionem naturæ, vt sunt fames,sitis,&c. Et loquendo de pœnis propriæ dictis.Iosue to.1. 109.c.3.K
Absolutè iustum est, vt nullus pro peccato alterius puniatur, sed quilibet pro peccato suo, & hoc tā in iudicio humano,quam diuino obseruatur.Iosue.to.1. 111.c.1.A
Peccantes sola priuatione, sola priuatione puniuntur,& peccantes positiuè & priuatiuè,vtroq; modo puniuntur.Iosue.to.1. 112.c.3.I
Deus solet punire peccata grauissimè in principio alicuius legis datæ ab ipso,postea verò non sic.Iosue.to.1. 139.4.F
Nunquam quis capite punitur, nisi pro culpa suą. Iudi. 75.c.1.A

Index in omnia Opera

Aliqui ſunt caſus, in quibus punitur aliquis ſine culpa,& perdit priuilegium ſuum, quos notat glo.in decretis diſtin.22. cap.renouantes. Iudicum. 75. col.1.A

Per peccatores Deus punit interdum alios peccatores. Iudic. 184.c.1.B

Decem modi punitionis erant in veteri teſtamento pro peccato multitudinis. Iudicum. fol. 220. col.2.C

Non inconuenit quòd interdum aliquis peccans non puniatur in eo,in quo deliquit,ſi ex punitione eius proueniat magnum damnum rei publicæ. Ruth. 266.c.2.C

Nullus punitur a Deo temporaliter niſi pro peccato mortali.3.Reg. 79.c.2.E

Non puniuntur patres pro filiis,etiam in diuino iudicio,vt probatur.4.Regum. 140.c.2.E

Nunquam punitur populus pro ſolis peccatis regis,vel è contra.4.Reg. 214.c.3.F

Nunquam puuitur aliquis, niſi propter peccatum, quod aliquomodo eſt ſuum &c. 1.Paralipo. 235. col.3.K

Patres non puniuntur pro filiis,nec è contra. Mat. to.6. 251.c.3.F

Impugnatur fabula vulgariũ dicentium, quòd animæ non puniuntur in noctibus ſabbathorum, nec in die Natalis domini.Matth.tomo ſeptimo. 161.c.3.F

Quomodo intelligendum ſit illud, ſcilicet, quòd aliquando puniatur populus pro peccato regis & è contra. 1.Paralip. 235.c.3.I

Perſonæ, pro quarum peccatis puniantur filij ſunt quindecim perueuiendo vſque ad quartam generationem incluſiuè &c. Matth. tomo ſecũdo. 239.c.4.K

Quare aliqua peccata puniantur hic,& non omnia. Matth.to.2. 236.c.3.K

Quare lex humana non poſſit iuſtè omnino punire peccata. Mat.to.2. 236.c.3.K

Quando peccatum principis puniẽdum ſit, & quando non. Matth.to.2. 241.c.1.A

Principis peccatum,& peccatum perſonæ priuatæ, ſi ſint æqualia, punientur æqualiter à Deo in alio ſæculo, & ſi inæqualia, inæqualiter, non habita conditione ad differentiam ſtatus: & cæteris paribus principis peccatum magis punietur. Mat. to.2. 241.c.1.E

In præſenti ſæculo peccatum principis æqualiter puniendum eſt cum peccato perſonę priuatæ in foro conſcientiæ, niſi præſentia eſſet arbitraria. Matth.to.2. 241.c.2.C

In foro contentioſo non puniuntur principes, ſed illis ſemper defertur ſimiliter & prælatis propter honorem dignitatis &c. Et hoc verum eſt à principio,quando non apparet eorum contumacia. Nam ſi appareat,puniuntur ſicut cæteri &c.Mat. to.2. 241.c.3.F

Quamuis regulariter vnus non puniatur pro alio, ſed quilibet pro ſe, cùm peccata debeant tenere ſuos auctores, extra de his quæ fiunt à ma. par cap.quæſiuit; interdum tamen vnus pro alio punitur,non pœna æterna, ſed aliis pœnis non ſpiritualibus:quia pœna ſpiritualis pertinet ad animam,ſecundum quam quilibet eſt liber,bene tamen pęnis temporalibus, eo ꝙ quãtũ ad eſſè corporale, vel temporale non eſt quilibet liber, ſed aliquo modo dependet ab aliis:& quia tripliciter poteſt ſe habere vnus ad alterum in quadam dependentia,ideo triplici ratione vnus punitur pro alio. Primò inquãtum vnus homo eſt res alterius tẽporaliter, vt filius eſt res patris, & ſeruus eſt res domini. Secundo inquantum peccatum vnius deriuatur in alterũ per imitationem quandã &c. Tertio ad commendandum vnitatem ſocietatis humanæ,quia omnes homines ſunt quodammodo vnũ, & ſic quilibet homo debet eſſe ſolicitus de alio,quia vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo: Eccleſiaſt.17. Quòd ſi negligenter ſe habeant,videntur & ipſi peccare &c.Mat.to.2.Et punitio vnius pro altero, aut fit à Deo. Et ſic poteſt homini inferri quodcunque genus pœnæ,& hoc temporali punitione, & aliquando ſine peccato ſuo, & aliquando pro peccatis ſuis & aliorum. Exemplum primi de filio paruulo.Exẽplũ ſecundi de filio adulto,imitãte patrem in pecccatis. Et pœna ſic à Deo data prodeſt ad multa, & hoc in illis,qui non imitantur peccata patris. Matt.to.2. 242.c 2.E

Interdum vnus punitur pro alio: quia non poſſunt conuenienter quidam puniri, qui peccauerunt, niſi cum eis puniantur alij propter vnitatem & ſimultatem vitæ; vt de Iona; Ionæ primo. Et 1.quęſt.4. cap.populus, & de Achor: Ioſue 7. Et quancunque aliam pęnã corporalem poteſt Deꝰ inferre vni pro peccato alterius, vt pęnam lepręin filiis Giezi, & aliquando ſeruitutem pro peccato patris,& ſic de aliis.Matthæi tomo ſecundo. 242.c.4.F

Vnus non punitur pro alio à iure, vel ab homine pœna corporali,quia iſtæ ſunt pœnæ perſonales, quæ à iure non ſunt inferẽdæ; benetamẽ à Deo. Mat.to.2.242.c.4.H. Pœna tamen reali,quæ conſiſtit in his, quæ pertinent ad hominem, vt ſunt bona fortunæ,ſ.diuitiæ,honores potentia,gloria libertas, &c. poteſt vnus pro alio puniri, vt filij hæreticorum,& eorum, qui committum crimẽ læſæ maieſtatis,extrà de hæreticis in cap.vergentis &c.Et hoc de iure ad deteſtationem criminis. Et eadem ratio vt in plurimum eſt, quia Deus punit filios pro patribus.Pœna etiam canonica non punitur aliquãdo vnus pro alio, vt eſt excommunicatio,quia eſt pœna perſonalis,ſed quiliber pro ſuo peccato,vt patet.24 quæſt.3. cap.ſi habes. & extrà,de his, quæ fiũt a maiore parte capit.c.quęſiuit. Idem dicendum eſt de ſuſpenſione, depoſitione,& degradatione.Pœna tamẽ interdicti punitur vnus aliquando pro alio, quod maximè fit pro peccatis præſidentium, vt pro peccato regis vel epiſcopi &c. extra, de ſponſali. capit. non eſt nobis.Et extra,de officio delegati,capit.Sanè &c. Et pęna priuationis offerẽdi, vt tota, familia pro domino.17.q.4. cap.Minor. Pœna etiam inhabilitationis ad ordines, punitur vir ꝓ peccato vxoris, quæ adulterata eſt, viro non ſciente, ſi poſtea cognoſcit eam, non poteſt promoueri ad ſacros ordines.34.diſt.cap.ſi laici.Et pœna ſimoniæ,vt ſi filius obtinet eccleſiam per ſimoniam parẽtum, etiam ipſo neſciente, perdit eccleſiam, quia non poteſt eam retinere extra de ſimonia.cap.de regularibus. & duobus capitibus ſequentibus. Et hoc ideo eſt in prædictis, quia in illis pœnæ non dantur ſemper vt pœnæ, ſed vt medicinæ, aut curatiuæ, aut præſeruatiuæ, quando autem infertur pœna, vt pœna, nunquã punitur vnus pro peccato alterius, ſed pro ſuo. Matth.to.2. 242.c.4.K & ſeq.

Regulariter non punitur aliquis ſine culpa, ſiue a Deo, ſiue ab hominibus, niſi incertis caſibus, extra de conſtitu.cap.cognoſcẽtes. & 56.diſtin.cap. ſatis peruerſum.Nũquã tamẽ ſine cauſa,vt expo.

in

in decretali quando falsum, vt lite non contestata. Et fit hoc aliquando, in pœna inflicta à iure, in pęnis verò à Deo inflictis similiter, vt patet in filijs Sodomorum, &c. Gen. 19. Et in filijs Dathan & Abiron: Nume. 16. Et in paruulis Chananæorum, Deuteronom. 20. Et in ciuitatibus Israel, in quibus colerentur idola. Deuteronom. 13. Et in paruulis Madianitarum. Nume. 31. Et paruulis Amalecitarum. 1. Reg. 15. Et in his videntur esse duæ causæ, vna propter detestationem criminis, alia propter peccatum parentum. Tertiò solet Deꝰ punire aliquos, vt meliores efficiat, patet de Iob. Quartò vt innotescat gloria Dei, vt in cæco nato. Ioannis. 9. Quintò ad custodiam virtutum, vt in Paulo. 2. Corint. 12. Sextò ad purgationem, vt in Maria sorore Moysi: Num. 12. Sed ibi pœna fuit pro culpa. Septimo, vt præsens pęna continuetur æternæ, vt in Herode. Act. 12. Et hic similiter est pœna pro culpa. Et ideo quinque modi præcedentes pertinent ad propositum, quia in eis est pœna sine culpa: non tamen sine causa. Et istos quinque modos communes ponit beda in homelia, & Magister 4. Sentē. distin. 15. Matt. to. 2. 243. c. 4. I

De iure humano punitur quis aliquando sine culpa, scilicet in sex casibus, qui comprẹhenduntur hoc versu.

Paupertas, odium, vitium, fauor, & scelus,
Ordo, personas spoliant, & loca iure suo.

Et exponuntur per singulos. Et ad istos reducuntur alij casus, &c. Mat. to. 2. 243. c. 3. G

De modo puniẽdi malefactores apud Iudæos. Mat. to. 4. 197. c. 1. C

Melius est hominem innocentem puniri, quam male meritum verberari. Parad. 35. c. 4. H

Deus ex quinq; causis solet punire homines in hac vita, vt patet his versibus.

Vt probet, aut damnet, aut expiet, aut mereatur,
Vt pateat Christi gloria, pœna datur.

Et exponuntur. Mat. to. 2. 243. c. 4. K

Aliquando puniuntur subditi pro peccatis prẹlatorum, & hoc tam à Deo, quam à iure, vt probatur. Mat. to. 2. 244. c. 1. C

Nunquam punitur populus pro peccatis prælati, nec è contra. Saltem illa punitione, quæ à Deo fit. Et aliquando peccante solo prælato, dicitur puniri populus propter peccatum eius, non quidem, quia puniatur, sed quia non expectetur, &c. Mat. to. 2. 244. c. 3. I

Punitio ad correctionem solum datur illis, qui mali sunt, vt boni fiant. Leu. 82. c. 1. C

Refertur ordo punitionis Iudæorum a Deo pro peccatis eorum. Leu. 315. c. 1. C

Punitiones semper fiunt per similia. 4. Regum. 59. colum. 4. K

Ex punitione, quam Deus facit in hoc sęculo maiore vel minore, non sumitur argumẽtum ad probandum maiora vel minora peccata delinquentium, bene tamen in alio sęculo valet argumentum, sicut & de præmio, &c. Leu. 319. c. 4 F

Punitio quadraginta annorum, qua Iudæi sunt puniti in deserto, fuit ad multa bona. Deutero no. 40. c. 1. B

Deus nunquam punit directè nisi propter peccatū, & hoc maximè, quādo punit populum vel communitatem, secus tamen contingit, quādo in particulari persona fit punitio, vt patet de cæco nato. Ioannis 9. Deuter. 39. c. 4. K

Punitio malorum in hac vita multa bona operaf, &c. Deuter. 76. c. 2. K

Punitio malorum quando mitiganda, aut omninó tollenda. Mat. to. 2. 240 c 3. K

De diuersa punitione criminum in veteri testamẽto. Deuter. 131 c. 4. K

A punitione malorum cessandum est, quando puniri non possunt, sine magno damno bonorum. to 4. 136. c. 3. K

Pupillus Manet sub tutoribus & curatoribus vsque ad tempus præfinitum à lege. 1. Reg. to. 2. 12. c. 1. C

Cum pupillis potest iudex tripliciter se habere in iudicando. Mat. to 6. 32. c. 3 F

Purgare Inter corpora, ignis & aqua habent vim purgandi. Mat. to. 7. 239. c. 3. F

Aer quomodo purgabitur in die iudicij: & quomodo purgabitur tota sphęra aeris. Matth. tomo 7. 128. c. 4. H

Paradisus terrestris purgabitur igne purgationis in die iudicij. Mat. to. 7. 129. c. 4. F. Et dicitur paradisus hoc est hortus amænus, vel hortus delitiarū. ibidem.

Qui sunt, qui purgantur pœna purgatoria. Mat. t. 7. 249. c. 3. H

Purgatio Seu mundatio erat duplex, quędā naturalis, & quædam cæremonialis. Et hæc secunda præsupponebat primam, &c. Leuitic. 136. c. 3. H

Inter purgationes speciales, Iudæi faciebant vnam generalem pro omnibus in decima die mensis Septembris in quolibet anno. Et in præfata die fiebant multa sacrificia tam pro populo, quā pro ipsis met sacerdotibus: & in hac die omnes Israelitæ ieiunabant nihil comedentes, vel bibentes vsque ad solis occasum. Et dicebant Iudæi, quòd Dominus in præfata die sedebat ad remirtēdum peccata, & ad iudicandum fatalia distribuendo vnicuique homini, quod ei deberet euenire in illo anno. Et ob hoc se affligebant Iudęi in illa die. Sed hæc ridicula sunt & absurda, vt probatur. Leuitic. 151. c. 1. E

Purgatio per ignem quomodo fiet. Matth. tomo 7. 124. c. 2. C

Ad quid fiet purgatio mundi in die iudicij. Mat. t. 7. 125. c. 3. G

Duplex fit purgatio in die iudicij. Matthæ. tomo 7. 128. c. 1. E

Purgatio cœlorum qualis erit. Matth. tomo. 7. 25. colum. 3. I

Purgatio, quæ fiet in die iudicij in corporibus, fiet dupliciter. Mat. to. 7. 128. c. 4. G

Purgationis ignis non ascendet vsque ad sumitatē aeris. Mat. to. 7. 129. c. 1. A

Purgatio vulgaris.

Purgatio vulgaris dicitur, quando inquiritur veritas rei, non modo iuridico per probationes, sed per quædam alia experimenta, & talis purgatio illicita est, & qui cogit ad hoc peccat. Num to. 1. 63. c. 2. B

Purgatio vulgaris habet tres gradus, & c. 3. Regum. 77. c. 1. E

Omnem purgationem, in qua Deus tentatur, vetuit ecclesia, vt patet extra de purgatione vulgari. capitu. Dilecti filij, & 2. quæst. 5. ca. sæpè contingit, &c. 3. Reg. 77. c. 2. A

Purgationes vulgares, qualescunque sint, in tātum sunt reprobatæ, quòd sententia lata per eas, non tenet, sed restituitur læsus. extrà, de purgatione vulgari. capit. significantibus. 3. Regum. 77. c. 2. C. Mat. to. 2. 220. c. 1. E

Ad purgationem vulgarem pertinent omnes probationes illæ, quæ vel incertę ſunt: vel periculoſę, vel expectant aliquid a Deo, quia Deus tentatur in talibus. 3 Reg. 77.c.2.C

Deus conceſſit Iſraelitis aliquid, quod erat purgatio vulgaris, cuiuſmodi erat probatio zelotipiæ, & furare in templo Salomonis, & coram altari, &c. 2. Paralip. 86.c.4.I

Omnem purgationem, in qua tẽtatur Deus, vetuit eccleſia, vt patet extra de probatione vulgari. ca. Dilecti filij, & alias etiam minores, quibus Deus videtur minus tentari, &c. 2. Paralip 87.c.3.K. Et ſententia lata virtute talium purgationum, non tenet, ſed reſtituitur læſus, extra de purgatione vulgari. cap. ſignificantibus, &c. 2. Paralipomen. 87.c.3.K

Generaliter omnes illæ probationes, quæ vel incertæ ſunt, vel periculoſæ, vel expectant aliquid a Deo, pertinent ad purgationem vulgarem: quia Deus tentatur in talibus. ſecundo Paralipomen. 87.c.4.K

In purgatione vulgari tres ſunt gradus, primus eſt, quando ſumitur talis modus probandi, in quo neceſſe eſt periclitari, tam innocens, quã nocens, niſi à Deo miraculosè liberentur, vt in ferro cãdenti, aqua feruenti, tranſitu per ignem, & ſimilibus. Et iſta eſt valde illicita inter omnes alias, vt patet 2.q.5.ca. Mennam. & ca. conſuluit, & extra de purgatione vulgari cap. dilecti filij. Secundus gradus eſt, quòd per illam non poteſt cognoſci quis nocens, & quis innocens, & tamen eſt talis, quòd ab illa tam nocens, quam innocens poteſt ſine peccato liberari, &c. vt probatio per duellũ, in quo innocẽs poteſt ſuccumbere, ſi ſit debilior, vt patet. 2 quæſt. 5. cap. Monomachiam. Et extra de purgatione vulgari cap. Cum ſuſcepti. & cap. ſignificantibus, & iſta purgatio non eſt ita mala ſicut prima. Tertius gradus eſt in purgatione illa, per quam inuenitur delictum ſufficienter: & tamen ad inueniendum illud tentatur Deus, vel ſaltem fit aliquid, per quod videtur Deus tentari, vt delinquens inueniatur, cuius modi erant aquę amariſſimæ, de quibus Nu. 5. Et iurantes in templo Salomonis: ſic etiam eſt de iurantibus ſuper altaria, vel ſupra corpora ſanctorum, vel ſuper euãgelia, ſuper quibus falsè iurantes credunt certiſſimè puniendi à Deo. Eccleſia tamen vetuit omnem probationem, in qua tentatur Deus, extra de purgatione vulgari. capi cum dilecti, ſicut antiquitus conſtitutum erat, quòd quãdo abbas daret Euchariſtiam monach. ſ. circa furta facta in monaſterijs, dicebat: Corpus Domini ſit tibi ad probationem hodie 2. quæſt. 5. cap. ſæpè contingit. Sed iſta probatio olim introducta, poſtea reprobata eſt Eccleſiæ auctoritate, vt dicit gloſ. &c. Mat. to. 2. 2. Paral. 87.c.2.E

Quando purgatio vulgaris non eſt periculoſa niſi illi, qui nocens eſt, tunc, qui conſcius eſt ſuę innocentiæ, poteſt ſubire talem purgationẽ, ſi videat, quòd alias euenient multa ſcandala, &c. Mat. t. 2. 210.c.2.B

Purgatio mundi.

De purgatione mundi in fine ſæculi. Mat. to. 7. 123. c.1.D. Et illa purgatio fiet per ignem, vt probat. ibidem. 124 c.1.E

Purgatio in fine ſæculi fiet dupliciter, vno modo p depoſitionem omnium diſpoſitionum repugnãtium nouitati gloriæ. Alio modo per ſeparationem miſtionis, ſecundum quam tollitur omne, quod alienum eſt à ſubſtantia. Primo modo erit purgatio in omnibus corporibus, ſimiliter & ſecundo modo, vbi erit quid alienum à ſubſtantia. Et ſic aqua purgabitur ab igne, &c. Mat. to. 7. 128. c.1.D. Primo modo tota ſphęra aeris purgabitur, ſecundo modo aliquid eius purgabitur, ſed non tota ſphæra. ibid. 128.c.4.H

Confutatur poſitio quorundam dicentium purgationem fiendam ſolum in die iudicij per ignẽ cõflagrationis. Mat. to. 7. 244.c.1.B

Purgatorium.

In purgatorio non puniũtur animæ à malis angelis, nec à bonis, immo à bonis conſolantur, & reuelant eis aliqua de bonis, quę fiunt in hoc ſæculo pro eis, vt inde citius liberentur. Reuelant etiam proſperitates ſuorum, ſaltem virtutes eorũ, quos in hoc ſæculo dilexerunt, ſed illæ animæ puniuntur à Deo, &c. Exo. to. 1. 88.c.4.K

Purgatorij pœna non eſt directè pro peccato. Sed ex relaxatione, &c. Exo. to. 2. 146.c.3.H

Exiſtentes in purgatorio puniuntur, non ad emendationem, ſed ad vltionem. Leu. 82.c.1.B

In purgatorio non eſt timor ſeruilis, quia ibi futurũ bonum expectatur. Deu. 165.c.1.E

Purgatorij pœna maior eſt quacumque pœna temporali huius mundi, vt dicitur Auguſtinus, & habetur. 25. diſtin. cap. Qui in aliud. Ioſue. to. 1. 112. c.1.C. Mat. to. 7. 256.c.4.F

Quomodo intelligitur, quòd de purgatorio nõ poſſit quis exire, quouſque ſoluat omnes pœnas. 3. Reg. 163.c.2.A

Licitum eſt orare, p aliquis ſit in purgatorio, &c. 3. Regum. 154.c.4.I

In purgatio non puniuntur animæ per miniſtros, ſed Deus ſuccendit illum ignem, vt dicit ſanctus Thom. 4. ſent. diſtin. 21. ſecundo Paralipomenon. 248.c.3.F

Exiſtentes in purgatorio dicuntur proximi noſtri: quia illis poſſumus bene facere, licèt nõ poſſimus ab eis recipere bonum: quia quandiu ſunt in purgatorio, non poſſunt pro nobis orare, nec etiam pro ſeipſis Mat. to. 2. 249.c.2.B

Illi, qui ſunt in purgatorio, ſunt maiores nobis, quãtùm ad certitudinem de ſua beatitudine, & quãtùm ad impeccabilitatem: ſunt tamẽ inferiores nobis quantùm ad pœnas, quas patiuntur. Et ſic non ſunt in ſtatu orandi pro ſe: neque pro alijs, ſed potius, vt oretur pro eis. Et ratio eſt: quia ipſi non ſunt in ſtatu merendi, cum nõ ſint viatores, nec oratio ſua eſſet ſatisfactoria: quia modus ſatisfaciendi eſt illi determinatus per pœnas, quas patiuntur. Mat. to. 3. 44.c.4.K

In purgatorio non eſt propriè mereri, neque ſatisfacere, ſed eſt ſolum ſoluere. Matth. tomo quarto. 178.c.3.G

Quare in purgatorio ſola anima patiatur. Matt. t. 6. 72 c.3.K

Aliqui dixerunt purgatorium non eſſe vnum locũ, ſed quòd quilibet punit, vbi peccauerat: ſed hoc eſt falſum. Mat. to. 7. 168 c.3.G. Nec eſt verum, p purgatorium ſit in aere caliginoſo ſupra nos, vt alij dicunt. ibidẽ 168.c.4.I. Sed dicendum, quòd purgatorium de lege communi eſt in concauitate terrę iuxta centrum circa locum damnatorũ, &c. Ex ſpeciali tamen Dei diſpenſatione non eſt tantũ vnus locus purgatorius, ſed plures. Et hoc contingit ad eruditionem viuentium, & ad vtilitatem ipſarum animarum patientium, &c. Mat. to. 7. 169.c.1.C

Quòd poſt mortem ſit purgatorium. Mat. tomo 7. 238.c.3.F.

238.c.3.F.Et est duplex,scilicet,ordinarium & extraordinarium,&c.Mat.to.7. 270.c.1.A
In corporalibus duo sunt purgatoria, scilicet ignis, & aqua,sed magis ignis,&c.Matth.tomo 7. 239. colum.3.F
In purgatorio est pęna sensus, & pœna damni per accidens,&c.Mat.to.7. 139.c.2.E
Existentes in purgatorio sciunt se per illam pœnã, quam patiuntur,purgãdos esse. Et ideo illa est aliquo modo volita ab eis, quia sciunt, quòd nullo modo possunt peruenire ad beatitudinem, nisi illam sustineant. Et ideo voluntariè sustinent,sicut voluntariè sustinetur mors, eo quòd sine morte non possumus peruenire ad vitam æternam,&c. Mat.to.7. 241.c.2.B
Existentes in purgatorio non torquentur per dęmones, neque per angelos,sed a solo Deo. Et idem fiet circa damnatos post iudicium, &c.Mat.to.7. 241.c.4.I
In purgatorio purgãtur animæ, sed non satisfaciũt, quia in purgatione tollitur malum,sed non augetur bonum, in satisfactione vero vtrumque fit. Mat.to.7. 243.c.3.H
Vnde in vita non datur propriè purgatio, sed post mortem.Nam in uita,si pœnæ inferuntur bonis, proficiunt per eas ad maius bonum per meritum spontaneæ patientiæ,&c. Si verò inferant malis, neque purgatio fit, neq; satisfactio, quia mali cũ puniuntur,deteriores efficiuntur,&c. Mat. to.7. 243.c.3.I
Purgatorium dupliciter accipitur. Matth. tomo 7. 167.c.3.H
Purgatorij locus dupliciter consideratur, scilicet de lege communi vel de dispensatione speciali Dei. Et secundo modo multa possunt esse loca purgatorij,sed non primo modo.Mat.to.7.169.c.B. Et secundo modo quædam animæ puniuntur in locis in quibus peccauerunt. ibidem
De situ loci purgatorij.Mat.to.7. 170. c.1.B
Purgatorij locus nec est cœlum empyreum,neq; gehenna neque Lymbus puerorum,neque sinus Abrahæ sed alius locus ab istis distinctus. Mat.to.7. 239.c.2.B
Qui purgatorium negat,contra Dei iustitiam loquitur.Mat.to.7. 238 c.3.H
Existentes in purgatorio,& gehenna qualẽ habeant tristitiam.Mat.to.7. 240.c.2.A
In purgatorio est duplex pœna Matth.tomo 7.240. colum.3.B
Existentes in purgatorio non torquentur a dęmonibus,nec ab angelis beatis.Mat.to.7. 241.c.4.G
Existentes in purgatorio a solo Deo torquentur. Mat.to.7. 243.c.1.B
Dęmones assistunt animabus,quæ sunt in purgatorio,non tamen eas torquent.Mat.to.7. 243.c.2.E
In purgatorio tollitur malum, sed non augetur bonum.Mat.to.7. 243.c.3.G
De necessitate ponendi purgatorium. Mat.tomo 7. 244.c.1.A
Purgatorium elicitur ex illo Apostoli. 1. Corin. 3. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, &c. Mat.to.7. 245.c.4.F
Ecclesia orat pro existentibus in purgatorio. Matt. tomo 7. 246.c.2.A
Nullus,vt communiter,liberatur a purgatorio,quia nullus explet pœnitentiam debitam pro peccatis scilicet illam,quæ a Deo taxatur.Matth.tomo 7. 246.c.1.B
Quare aliqui negent purgatorium.Matth.to.7. 246. 246.c.2.C
In purgatorio quare non ponatur vermis, neque aquæ niuium,neq; fletus,& stridor dentium.Mat. tom.7. 249.c.2.A
In purgatorio sunt tenebræ.Mat.to.7. 249.c.3.F
Qui sint,qui purgantur pęna purgatoria. Matt.to.7. 249.c.3.G
Expiati per purgatorium ante mortem Christi,trãsibant ad sinum Abrahæ.Mat.to.7. 250 c.3 F
Expiati per purgatorium,ante mortem Christi,trãsibant ad sinum Abrahæ.Mat.to.7. 250.c.3.F
Purgatorium durabit vsque ad diem iuditij.Matth. tomo 7. 250 c.4.K
Mansio in purgatorio non dicit statum.Matth.to.7. 255.c.3.H
Existentes in purgatorio,aliquando merentur.Mat. tomo 7. 256.c.1.B
Pœna purgatoria sufficit ad expiandum omnẽ reatum pœnæ.Mat.to.7. 256.c.4 G
Facilius expiatur pœna reatus in purgatorio,quam alibi,propter duo.Mat.to.7. 256.c.4.K
Pœna purgatoria est necessaria ad remissionem reatus pœnarum nobis debitarum. Matth.tomo 7. 257.c.1.A
Quare vnus existentium in purgatorio citius liberetur per suffragia ecclesiæ,quam alius.Matth.to.7. 299.c.1. D
Quare solæ animæ sustineant pœnam purgatoriã. Mat.to.7. 273.c.2.A
Animam separata non suffert pęnam purgatoriam pro corpore.Mat.to.7. 273.c.4.G
Quomodo animæ eant ad purgatorium.Matt.to.7. 279 c.4.F
Anima spontè vadit ad purgatorium.Mat.tomo 7. 279.c.4.H
Angeli committantur animas euntes in purgatorium. Mat.to 7. 279.c.4.I
In purgatorio puniuntur, qui decesserunt in peccatis venialibus,vel in aliquo onere inexpletæ satisfactionis, & ex hoc apparet necessitas ponendi locum purgatorium. Et purgatoriũ fieri post mortem,&c.Mat.to.7. 244.c.1.A.& 249.c.3.G
In purgatorio est propriè pœna ignis. Et non videtur, quòd sit ibi alia pœna ponenda earum, quæ sunt in inferno,&c.Mat.to.7. 248.c 4.H
In purgatorio non est pœna vermis, nec aquæ niuium,neque fletus & stridor dentium,bene tamẽ tenebra,&c.Mat.to.7. 249.c.2.A
Ignis purgatorij incępit esse ab exordio mundi, sed ignis illius pœna & afflictio cæpit esse,cum homines cęperunt mori,cum quodam reatu pœnæ sine culpa mortali, sed quis fuerit primus, qui istã pœnam cæpit pati, non constat. Matth. tomo 7. 249.c.4.K
Ad purgatorium descendebant de omnibus gentibus aliqui vsque quo lex Christi fuit sufficienter promulgata: nam ex tunc soli Christiani possũt descendere in purgatorium, &c. Mat.to.7.250.c. 1.B.Et explentes pœnam purgatoriam, ante passionem Christi recipiebantur in Lymbo patrum, sed post Christi passionem recipiũtur in cęlo, &c. Mat.to.7. 250.c.2.C
Purgatorium durabit vsque ad finem mundi,&cęt. Mat.to.7. 250.c.3.I
Existentes in purgatorio sunt partim in via, & partim non. Mat.to.7. 256.c.1.A
Pœna ignis purgatorij prodest ad tollendum reatũ pœnæ,vt probatur. Mat.to.7. 256.c.3.F
Pœna purgatorij est necessaria pro quibusdam ad remissionem reatus pęnarum nobis debitarum, vt probatur.Mat.to.7. 257.c.1.A

In

In purgatorio non manent omnes animæ æquali tẽpore,ſed aliquæ plus & aliquæ minus. Et Deus temperat diuturnitatem in acerbitate,ſicut ei placet,& ipſe nouit,&c.Mat.to.7. 257.c.4.F
In purgatorio quare ſolæ animę puniantur ſine coporibus.Mat.to.7. 277.c.3.F
Nec eſt inconueniens,quòd ſola anima ſuſtineat pę nam purgatoriam, non quaſi pars hominis, ſed quaſi habens totum eſſe hominis. ibidem 273. colum.2.A
In purgatorio, animæ à ſolo Deo torquentur, nec illas vident dęmones torquæri,&c.Paradox. 59. c.1.E.& 85.c.1.A
Certa beatitudinis ſpes lætificat exiſtentes in purgatorio.Parad. 84.c.2.C
In purgatorio tanta eſt cruciatum immanitas,vt ab inferorum qualitate modicum aut nihil diſtet, differunt tamen ex duratione, & ex certa ſpe futuræ beatitudinis.Parad. 84.c.2.D
Exiſtentes in purgatorio multipliciter bonorũ angelorum conſolationibus recreantur,&c. Parad. 84.c.4.F
Inter purgatorij pęnas & inferni,quid interſit.Para. 84.c.4.G
Aliqui exiſtentes in purgatorio atrociores pœnas ſentiunt,quam aliqui exiſtẽtes in inferno. Parad. 84.c.4.G
Ad locum purgatorij ducuntur animæ ab angelis bonis, & non a dęmonibus. Paradoxa. 85. colum.2.E
Dandus eſt vnus & certus purgatorij locus, ſicut datur vnus inferni locus, vſque ad diem vniuerſalis iudicij. Accedit tamen cum hoc, vt quædam animæ in varijs locis purgatoria pœna crucientur,quod contingit propter multa. Primo vt in illis locis crucientur, in quibus peccauerunt. Secundo, vt ab aliquibus videri, aut audiri queant;qui eos cognouerunt, vt ſtimulentur ad fugienda huiuſmodi peccata,ne incidant in talia tormentorum genera,aut vt inde exponant aliquibus ſtatum ſuum,vt remedia velocioris liberationis inquirant. De his multa Gregorius in 4. Dialogorum,&c.Parad. 100 c.2.B
Purgatorij locus & infernus contermini ſunt in terræ profunditate Parad 100. c.3.I
Purgatorij locus ſupra infernum damnatorum eſt, in quo multiplicitas pœnarum eſt, ſed præcipua eſt in igne.Et in hoc loco nulli ſunt dęmones.Parado. 101.c.1.A
In deſcenſus Chriſti ad inferos,nullos a purgatorio liberauit,&c.Parad. 104. c.4.F
Exiſtentes in purgatorio iuxta diem iudicij tantùm cruciabuntur illo paruo tempore,quantùm,cruciandi eſſent in magno tempore,ſi non eſſet dę pinquo dies iudicij.Parad. 104 c.4.K

Purificatio. In purificatione manebat mulier pariens maſculum quadraginta diebus,& hoc pure cęremonialiter. Et non ex ratione naturali, bene tamen ad ea, quæ fiunt ſecũdum naturam,ſcilicet,ad formationem corporis viri per quadraginta dies,&c.Leui.121. col. 3.F. Et ad formationem corporis fœminæ per octoginta dies, cuius cauſa refertur. Leuit. 121. colum.4.K
Quando in purificatione præcipitur offerri turtur vel pullus columbæ pro peccato, per peccatum non debet intelligi peccatum in coitu, quia nullum tale eſt in coniugatis.Leui.122.c.2.E. Nec debet intelligi peccatum originale fœtus, vt aliqui dicunt.ibidem.Sed dicendum quòd fiebat ꝓ peccato in generali illius mulieris, vt Deꝰ remitteret pœnas debitas pro peccatis ſuis,&cęt.Leuit. 122. col.3.H. Sed melius videtur dicendum, quòd fieret pro peccato.i.pro immunditia legali ibidem 123.c.4.G
Purificatio a pullutione nocturna ſeruabatur in deſerto:quia qui erat ſic pollutus, iubebatur dilucu lo exire caſtre,& non reuerti ad illa vſque poſt Solis occaſum Deut.23.Leui. 228 c.1.E
In tempore purificationis non ſe præſentauit mater Samuelis coram Domino:quia ipſa non obligabatur ad purificationem, &c. Quia erat mater leuitæ.1.Reg.to.1. 32.c.3.H
Quare nunc non obſeruent Iudæi purificationis legem.Leuit. 111.c.4.I
A purificationis lege,de qua Leuit 12. Non fuit exẽpta beatiſſima Virgo per illam particulam,ſi ſupto ſemine &c.Leuit. 111.c.4.H
A purificationis lege,an de facto fuerit exẽpta beatiſſima Virgo,vel fuerit obligata,non conſtat, tamen ſecundum tenorem legis, dicendum quòd fuerit obligata,vt probatur.Leuit. 113.c.1.A
Multis purificationibus immunditiarum potuit eſſe ſubiecta beatiſſima Virgo,& de facto fuit abſque peccato.Leui. 113.c.4.K
Minor purificatio,quę erat in vete.lege,fiebat per aquas luſtrationis, & ideoĩ omnibus alijs debebat ipſa præcedere.Num.to.1. 266.c.3.I
Quando aliquibus indicitur purgatio ſuper crimine obiecto,de quo ſunt infamati,debet ſtari iuramento eorum,& compelluntur iurare ſuper reliquias Sanctorum,vel ſuper ſepulchra eorum,aut ſuper altaria, vt patet in Decretis. 2.q.4.cap.hoc autem proprium.& in c.me nam,&c.4.Reg. 261. colum.2.D
Purificationes mulierum non fiebant tẽpore,quo Iudæi erant in Babylone.4.Reg. 261.c.2.D
Quare in die purificationis Virginis Glorioſæ eccleſia inſtituerit feſtum candelarum. 1. Paralipo. 277.c.4.H
Purificatio Nazareorum erat votiua.Matth. tom.6. 290.c.2.B
De Pauli purificatione, & comprehenſione eius a Iudæis.Mat.to.6 271.c.2.C

Purpura. Eſt genus lini tincti quodam colore,qui rubeus eſt, non totaliter, ſed aliqualiter declinans ad nigredinem, vel ad albedinem, ſic, ſcilicet,quòd ſuper tinctura aliquã leuem detur fortis tinctura rubea, & prior color faciet iſtum. Secundum degenerare a perfecta rubedine,& hoc vocamus purpuram,& poteſt hoc reperiri in lana,& in lino.Fuit autem purpura ad faciendum cortinas tabernaculi. Fuit etiam ad faciendum velum, quod pendebat ad introitum ſanctorum, & ad faciendum tentorium, quod pendebat in introitu tabernaculi. Fuit etiam ad faciendum tentoria in circuitu columnarum atrij. Fuit etiam ad faciendum Ephod,ſiue ſuper humerale, & ad faciendum rationale, & ad faciendum mala punica.&cætera. Exodo tomo 2. 15.col.2.E
Et in Hebræo purpura dicitur argonia. Et eſt color rubeus, declinans ad nigredinem, quemadmodum color ſanguinis, & color roſarum, ibidem 185.col.3.H
Purpura eſt color rubeus, qui vulgariter dicitur tenado.Num.to.1. 45.c.1.A

Purpureus. Color eſt color rubeus declinans aliqualiter ad nigrum. 2. Paralip. 31.c.1.A

Purum Quadrupliciter dicitur. Exo. tom.2. 102.c.2.D

Quanto aliquid est magis purum per separationē impuritatum ab eo, tanto illud est melius, & nobilius. Leuit. 117.c.2.E

Puteus. Videntis, & viuentis puteus, de quo Genesis 25. non est puteus Bersabee, Gen. 295.c.3.G

Putrefactio. Ex putrefactione generantur sex animalium genera, &cet. Gene. 10.c.4.I

Quadragesima.

QVADRAGESIMA præcedit festum Resurrectionis propter duo. Mat.to.3. 201.c.1.B

Quadragesimæ ieiunium, nō prouenit ex aliquo mandato Christi, sed ex statuto Ecclesię; habuit tamen illud causas pendentes ex facto Christi, quę referūtur. Mat.to.1. 225.c.2.E

Quadragesima non fuit instituta a Christo, sed à Petro post Christi mortem longo tempore. Matth. to.4. 91.c.1.A

De Quadragesima in dictione Ieiunium.

Quadraginta Anni quibus morati sunt filij Israel in deserto, magis fuit vtilitatis, quam pœnalitatis inductiuum. Nume.to.1. 211.c.1.A

Quare filij Israel steterint quadraginta annis in deserto. Exo.to.1. 252.c.1.A

Quadraginta annorum punitio, qua Iudęi fuerunt puniti in deserto, fuit ad multa bona. Deuteron. 40.c.1.A

Quadratum. Ad quadrati mensuram cā strametabantur Israelitę in deserto, & in medio eorum ambulabat tabernaculum. Exo.to.1. 196.c.3.H

Quadrati figuræ assimilatur homo virtuosus, vt dicitur in fine. 1. Ethi. Exo.to.2. 46.c.2.D

Quadriga Aliquando accipiī pro quatuor equis, & non pro plaustro, vt patet. 2. Paralipo. 1. cùm dicitur quadriga equorum sexcentis argenteis. Et aliquando accipitur pro plaustro, quod trahebant quatuor equi, sicut biga, & triga &c. 2. Paral. 13.c.3.H

Quadrupes. Animalium quadrupedum erant decem species mundæ Iudæis ad comedendum, vt habetur. Deuter. 14. Et ad offerendum non nisi tres. Leu. 135.c.1.C

Qualitas. Qualitatum quadruplex est operatio. Mat.to.4. 236.c.4.I

Duæ qualitates oppositæ intentionaliter possunt inesse eidem: non tamen qualitates, quæ oppositæ sunt secundum esse naturale, vel materiale. Mat.to.7. 175.c.3.I

Nulla res potest a qualitatibus oppositis æqualiter simul alterari. Mat.to.7. 175.c.3.K

Sine armonia qualitatum primarum non viuit animal. Mat.to.7. 176.c.2.D

Datis quatuor qualitatibus, necesse est esse quatuor quatuor elementa, nec plura, neque pautiora. Iosue.to.1. 194.c.3.H

Qualitates tangibiles, quæ sint. Mat.to.4. 235.c.1.C

Nulla qualitatum operatio erit post resurrectionē ad corruptionem corporis: quia anima propter dominium, quod habebit supra corpus, ligabit illas. Mat.to.4. 236.c.3.K

Quantitas Non ponitur principium operatiuum, neque passiuum. Leu. 196.c.4.F

Quantitas interminata æqualiter conuenit omnibus elementis. Mat.to.6. 92.c.3.F

Quantitas à quibusdam sic definitur: Quantitas est ens, quo aliquid est mensurabile, vel mensurans. Leu. 206.c.1.C

Corpora humana habent determinatam quantitatem. Mat.to.4. 250.c.3.I

Sicut quantitas se habet in corporibus, ita simplicitas in spiritibus. 2. Paral. 30.c.3.I

Quantitas propria corporis efficitur minor se ipsa dupliciter. Mat.to.4. 250.c.3.F

Non est eadē quantitas beneficij remissionis, & peccati remissi. Mat.to.5. 72.c.3.F

Omnis quantitas continua dicitur magna, nec sic magnum recipit comparationem, &c. in Parad. 16.c.1.C

Quantitas prima sui diuisione diuiditur in continuum, & discretum. Et existentibus sub primo membro cōuenit hæc generalis proprietas, quæ est magnum esse, & existentibus sub secundo cōuenit hæc. s. multum esse, &c. in Parad. 16.c.1.D

Quatuor. Quodlibet de quatuor elemētis, de quatuor temporibus, de quatuor humoribus necessario habet solidam contrarietatem ad vnum, & simplicem ad duo sui generis. Iosue to.1. 194.c.2.E

Queduśim In hebræo significat sanctificationes. Iud. 187.c.2.E

Quærere Deum. Querendus est Deus à nobis, nō localiter, sed spiritualiter. Et qui sic quærit eum, inuenit. 1. Paralip. 327.c.1.D

Quærere Deum in ægritudine potest dupliciter accipi. Vno modo pro placere ei, & petere remissionem peccatorum. Alio modo pro quærere remedium contra ægritudinem corporis ab eo, vt ipse sanitatem tribuat. Accipiendo primo modo, dicendum est, quòd peccatum est non quærere Deum in ægritudine. 2. Paral. 221.c.1.B. Secundo modo accipiendo dicendum est, quòd non obligatur homo quærere Deum in ægritudine propter duo, &c. 2. Paral. 221.c.2.E

Quæstio. Ad quæstiones Christo ꝓpositas, semper ipse respondebat directè: nisi ex apertione veritatis sequeretur malum, & inconueniens, vt probatur exemplis. Matt.to.5. 78.c.2.E

Quæstio, vt habeat colorem aliquem, debet fieri de re, quæ prima facie dubitationem habet, &c. Mato mo 5. 254.c.4.I

Quæstio fundamentalis, quę ab Auctore discutitur in lib. de Statu animarum post mortem, talis est; Vtrum eis, qui per mortem ab hac luce decesserunt, aliqua bona, vel mala animalibus eorū perferenda maneant post mortem. De Statu animarum. 2.c.2.D. Ad quam respondet Auctor per septem conclusiones, quas probat in toto illo libello, & referuntur in dictione, Conclusio.

In libello de optima politia Auctor quęrit primo, de his, qui ciuitates primo constituerūt. Aut quo modo illæ fuerint primo constitutæ, ad quam respondet. Primo iuxta tenentes mundum fuisse ab æterno. Secundo iuxta tenentes oppositum, de quorum numero est Ouidius, &c. Et vtrāque improbat Auctor. De Opti. poli. 1 c.2 B. Et tandē respondet iuxta veritatē fidei. ibi. 3.c.1.C. Postea qrit an in bona politia, mulieres deberent esse cō

munes,

munes,vt dixit Plato,& Socrates,qnã ad vtranq; partem difficultat.ibi.3.c.4.K. Quam absoluit ponendo sex concluſiones.4.c.2.A.vſq; ad finem libri,quas in dictione.Politia.

Quidditas Eſſe,& indiuiduum diſtinguũtur ĩ rebus materialibus: ſed in ſubſtãtijs ſeparatis,diſtinguunt̃ eſſe,& quidditas; non tamen indiuiduum: ſed in Deo omnia iſta ſunt vnum.&c.Mat.to.7. 199.c.4.G

In Deo quidditas,indiuiduum,& eſſe ſunt penitus idem.Mat.to.7.200.c.1 A.Et ſpeciale in Deo eſt, non diſtingui in eo quidditatem & eſſe,ibid.

Quies Duobus modis accipitur. Vno modo pro delectatione vel gaudio.Alio modo,& propriè,pro ceſſatione à motu,& idem eſt, quod vacatio ab operibus.Leui.27o.c.4.F.Parad. 129.c 2.C

Inter quietem,& pacem quid interſit.Ioſue tom.2. 157.c.4.G

Quieſcere. Aliquando ſignificat ceſſare à motu, maximè à locali aliquãdo ſignificat delectari,ſiue ſecundum rationem, ſiue ſecundum ſenſitinam virtutem,&c. Parado. 128.c.4.I

Quinque. Reperiunt̃ nominati, prius q̃ nati,primus fuit Iſmahel.Geneſ.16. Secundus Iſaac.Gen.17. Tertius Ioſias.3.Regũ 13. Quartus Iãnes Baptiſta.Lucæ 1.Quintus Chriſtus. Mat.1.& Luc.1.Et iſtæ p̃nuntiationes factæ fuerũt ex cauſa ſpeciali.ſ.propter aliqua priuilegia, vel excellẽtias quæ in iſtis apparere deberẽt,&c. Mat.to.1. 103.c.3.I

Quod quid eſt. Qũo quod quid eſt dicatur eſſe obiectum intelectus.Ioſue to.2. 37.c.2.A

Raab.

RAAB capta eſt in vxorem à Salomone,cũ eſſet mulier Chananæa, nec occiſa eſt propter pactũ, quod interpoſuit cũ exploratoribus Hebræorum:Ioſue.2.& pp beneficiũ, quod tori populo egit,datus eſt ſibi locus optimus in medio Iſrael.Ioſue.Num.to.2. 205.c.3 F

Raab non fuiſſe meretricem.ſed hoſpitalariam tm̃ dicit Nicolaus:ſed dicendũ, q̃ vel erat actu meretrix,vel fuerat prius.Ioſue.to.1.37.c.2.D. Nec eſt dicẽdũ,q̃ fuerit meretrix publicè proſtituta: ſed ſolũ fornicaria aliquibus ſe commiſcens, & erat de magno genere inter Ierichontinos ibid.

Raab mota eſt a Deo ſpecialiter ad occultandũ exploratores Ioſue.to.1. 40.c.1.D

Raab prius abſcondit exploratores,quam reſpõderet nuncijs regis Iericho.Ioſue.to.1. 40.c.3.I

Raab non meruit propriè.ſ.vitam æternã excuſando exploratores à morte.meruit tm̃ aliquod prę̃miũ temporale, non quidem mentiendo, ſed qa bene fecit Iſraelitis.Similiter dicendum de obſtetricibus Pharaonis,&c.Ioſue to 1. 41.c.1.A

Mendacium Raab officioſum fuit leuiſſimæ culpę. Ioſue to.1. 42.c.2.D

Raab mẽtiendo,grauius peccauit venialiter, quam obſtetrices Pharaonis.Ioſue to.1. 42.c.4 F

Raab tria fecit. Primũ,q̃ exploratores Iudæorum liberare voluit. Secundum,q̃ ad illos liberandos mẽtita eſt. Tertium,q̃ per artificia ſua eos a morte liberauit.Ioſ.to.1. 43.c.2.D

Raab valde grauiter peccaſſet abſcondendo exploratores, & dando eis modum, vt redirent ad caſtra Iſraelitarum,& prodendo patriam: niſi multa inciderent,quæ ipſam a peccato liberarẽt. Primum,quia ipſa clariſſimè cognoſcebat illos eſſe viros de exercitu Domini,& quod Deus volebat dare terram iſtam in manu eorum,& ideo voluit cooperari eis, vt non repugnaret menti diuinæ, &c.Ioſue to.1. 43.c.3 F

Si Raab Deus ſolum notificaret, q̃ vrbs Iericho eſſet tradenda in manibus Iudæorum non propter rea tenebatur ad tradẽdum illam vrbem Iudęis, & ſi propter hoc cooperaretur Iudæis, peccaſſet grauiter,&c.Ioſue to.1. 45.c.1.C

Licet Deus non mãdauerit Raab, q̃ occultaret exploratores Hebręorum: fuit tamen mota à Deo ad hoc faciendum,&c.Ioſue to.1. 45.c.1.C

Raab excuſatur:quia cum nõ poſſet ſuccurrere patriæ cadenti, ſuccurrit tamen ſibi ipſi.Ioſue to.1. 47.c.1.A

Raab licitè ducta eſt in vxorem Salmonis. Ioſue to.1. 118.c.1.D

Ioſue iuſtè dimiſit incolumes liberos Raab & cognatos eius in Iſrael ſimiliter & Gabaonitas iuſte ſeruituti ſubiecit,&c.Ioſue.to.1. 167 c.2.C

Licet Raab modo humano per coniecturas potuit cognoſcere,q̃ Deus eſſet traditurus terram Chananæorum in manus Hebræorum.Tamen veriſ ſimilius dicitur, q̃ diuino afflata ſpiritu iſtud cognouerit,& dixerit,&c.Ioſue to.1. 47.c.1.B

Raab,vt dicit Rabbi Salomon,incepit meretricari anno decimo ſuæ ætatis,illo.ſ.quo Iſraelitæ exierunt de Aegypto,& multa alia pudenda dicit, & falſa.Ioſue to.1. 48.c.1.E

Raab magis peccauit mentiendo,quam obſtetrices Pharaonis.1.Rəg.to.2. 63.c.1.A

Raab minus peccauit extenſiuè mentiendo, quam Michol:ſed intenſiuè minus peccauit Michol.1. Reg.to.2. 63.c.2.E

Raab,& omnes, qui confugerunt in domum eius, liberati ſunt à morte, quia ad hoc ſe obligauerũt exploratores. Ioſue 2.Et illud poſtea obſeruauerunt Iſraelitæ,vt patet Ioſue 6.Mat.to.1.74.c.3.K

Raab priuſquam communicaret cum Iudæis, credidit in Deum Hebræorum.Ioſue 2. Mat.tom.1. 74.c.4.G

Rabbi Salomon Aberrauit circa illud Leuit.1.Sãguinem eius fundentes per altaris circuitum. Leuit. 11.c.3.K

Rab.Salomon aberrauit circa illud Leuit.10.Inter hæc hircum,qui oblatus fuerat pro peccato,&c. dicẽs q̃ illa die,qua mortui ſunt Nadab,& Abiu fuerunt tres hirci immolati,&c.Leu. 91.c.3.F

Rab.Salomon improbatur dicẽs q̃ Nadab,& Abiu perierunt incendio,ſimiliter & iudices conſtituti in populo,quia,ſcilicet, viderunt Dm̃ in mõte Sinai in igne,&c.Nu.to.1. 127.c.3.G

Rab.Salomon.& aliorum ſententia refutatur circa illud.Num.12. Locuta eſt Maria,& Aaron cõtra Moyſen propter vxorem ſuam Aethiopiſſam. Nume.to.1.159.c.3.F. Et tandem ponitur ſentẽtia auctoris.ibid. 160.c.1.E

Rab.Salom.impugnatur circa vocationem Moyſi, Aaron,& Mariæ ad tabernaculum fœderis. Nu. 12.Nu.to.1. 162.c.1.E

Rabbi Salomon.improbatur dicens, quòd omnes, qui mortui ſunt in deſerto propter peccatũ murmurationis in Cades Barne.Num.14.Fuerunt ad minus ſexaginta annorum. Nu.to.1. 212.c.3.K

Dictum

Rab.Salomon ait fratres Ioſeph poſtquàm eũ vendiderunt pœnitentia ducti nunquàm vinum bibiſſe vſque dum Ioſeph in Aegypto viderunt. Gen. 377.c.4.H
Dictum Rab. Salo. de angelo mortis &c. improbatur,vt ridiculum. Nu.to.to.1. 239.c.3.K
Rab.Salo.deceptus eſt circa nubem &c. Num.to.2. 13.c.1.A
Rab. Salomon improbatur dicẽs, quòd præda,quã fecit rex Arad in Iſrael, de qua Nu.21. fuerit vna ancilla Aegyptia.Nu.to.2. 14.c.1.A
Rabbi Salomon improbatur dicens, quòd Deus quotidie habet vnã horã, in qua iraſcitur malis. Nu.to.2. 44.c.1.E
Rabbi Salomon expoſitio improbatur circa illud Num.24.dixit homo, cuius obturatus eſt oculus, ſimiliter & expoſitio Aben Ezra, & ponitur vera expoſitio.Nu.to.2. 52.c.2.C
Rabbi Salomon,& Rabbi Moſe Adarſan confutantur in aſſignatione: quare ſcriptura Nu.26.nõ narrauit omnes familias Beniamin. Num.to.2.fo.79. col.1.B
Rabbi Salomon decipitur in concordantia tertij capitis Nume. cum 26. Quia in tertio ponuntur octo familiæ Leuitarum,& in vigeſimo ſexto ſolum quinque. Et tandem ponitur ratio auctoris. Nu.to.2. 82.c.4.K
Rabbi Salomon improbatur dicens quòd Moyſes non iuit contra Madianitas : quia fuerunt inter eos nutritus.Nu.to.2. 158.c.1.A
Rabbi Salomon improbatur dicens, quod iuerunt contra Madianitas trigintaſex millia virorum duodecim millia ad pugnandum, & duodecim millia ad orandum,& duodecim millia ad cuſtodiendum ſarcinas bellatorum : cum tamen Nu. 31.dicat textus, quòd ſolũ duodecim millia iuerunt.Num.to.2. 158.c.3.G
Rabbi Salomonis improbatur ſententia circa bellum filiorum Iſrael contre Madianitas, de quo habetur. Ioſ.33. Nu.to.2. 159.c.1.E
Dictum Rabbi Salomonis improbatur dicẽs quòd Beelſephõ, de quo Nu 16. erat canis quidã æreus, qui clamabat, quando fugeret aliquis de Iſraelitis &c. Nu.to.2. 178.c.1.A
Rabbi Salomon dicit,quòd caſtra Iudæorum durabant per duodecim milliaria cum figebantur,ſed non videtur veriſimile. Num.to.2. 181.c.3.K
Rabbi Salomon improbatur dicẽs,quòd ideo Moyſes ignorauit reſpõſiones ad aliquas quæſtiones: quia gloriatus fuerat ſe reſpõdere in magnis quęſtionibus &c. Deut. 6.c.4.K
Rabbi Salomon confutatur dicens illud Deuter.2. Hodie incipiã mittere terrorem in populos, qui habitant ſub cœlo, quòd in victoria cõtra Seon, & Og ſtetit Sol.Deut. 11.c.2.E
Rab.Salomon improbatur dicens illa verba Moyſi Deutero.11. Et montem iſtum egregium : Libanum &c. debere intelligi, quòd petiuit videre Ieruſalem,& templum &c. Deut. 17.c.3.F
Rab. Salomon improbatur circa concordantiam illius.Exo.20.Memẽto,vt diem Sabbathi obſerues. cum illo Deut.5.obſerua diem Sabbathi,dicẽs, q̃ vox Dei erat vna,& duo reſonabat &c.Deutero. 25.c.4.I
Rab Salomon improbatur dicens,quòd Deus apparuit ſuper mare Rubrum quaſi vir pugnator contra Aegyptios, & in datione legis apparuit,vt ſenex ſedens in trono,capite & barba canis. Deute. 38.c.3.F
Rab.Salomon improbatur circa illud Deut.10. In Moſera,vbi Mortuus eſt Aaron,& ſepultus.Deut. 50.c.3.F
Rab.Salom.& Aben Ezra improbantur circa illud Deut.10. Eo tempore ſeparauit tribum Leui, vt portaret arcam fœderis Domini.Deut. 50.c 4.I
Rab Salo. improbatur dicens, quòd cum filij Iſrael eſſent in deſerto, quilibet offerebat voluntarias oblationes, vbi vellet, ſiue in tabernaculo, ſiue extra. Victimas verò,quas ex neceſſitate offerre debebat, debebat in atrio tabernaculi offerre. Deutero. 62.c.4.F
Rab. Salomon improbatur dicens ad illud præceptum Deute.22.ſ.Si videris aſinum fratris tui &c. non ſemper obligari ſacerdotes.Deu. 114.c.4.F
Rab.Salo.& Aben Ezra improbantur circa expoſitionem illius Deutero.25.ſ. Spuet in faciem eius. Deut. 134.c.4.F
Rab.Salomon improbatur circa illud Deutero.27. De maledictionibus, & bñdictionibus in monte Garizim,& Hebal. Deut. 144.c.3.H
Rab. Salomon improbatur circa illud Iudi.6.ſ.Fecerunt Iſrael malum in conſpectu domini &c. Iudic. 52.c.1.E
Rab.Salomon & aliorum opinio improbatur circa Iephte. Iudi. 118.c.2.B
Rab. Salomon aberrauit dicens, Abeſan iudicem fuiſſe Booz Iudi. 128.c.1.E
Rab.Salomon improbatur dicens, quòd arca teſtamenti volauit ſuper aquas Iordanis portaus ſecum portitores ſuos, &c. Ioſue to.1. 75.c.3.F
Rab.Salomon improbatur circa illud Ioſue 7.ſ.Sic & ſic feci. Ioſue to 1. 136 c.3.F
Rabbi Salomon improbatur dicens, quòd omnes reges terræ habebant palatia in vrbe Iericho. Ioſue to.1. 136.c.4.G
Rab.Salomõ improbatur circa illud Ioſue 8.ſ.Tũc ædificauit Ioſue altare Domino Deo &c. dicens ibi eſſe mutationem ordinis, &c. Ioſue tomo 1. 152.c.2.D
Rab. Salomõ improbatur circa illud Ioſue 10.ſ.Sol tace contra Gabaon dicens, q̃ ſol qualibet hora canit aliquid in laudem Dei, & quia tũc canebat, iuſſit Ioſue,quòd taceret à cantu. Ioſue tomo 1. 180.c.3.F
Rab.Salomon improbatur, dicens ſanctuariũ fuiſſe in tribus ciuitatibus ſolum,& omnes has fuiſſe de tribu Beniamin.ſ.Silo,Nobe,& Ieruſalem. Ioſue to.2. 115.c.4.K
Rab Salom. confutatur circa illud Ioſue 24. ſubter quercum, quæ erat in ſanctuario Domini. Ioſue 10 2. 188.c.4F
Rab Salo. improbatur circa illos ſex modios,quos dedit Booz Ruth.Ruth. 257.c.3.F
Rab.Salo.in multis inſaniuit, & circa quãtumcunque conſiderationem ſpeculatiuam fuit nimis inſipiens.3.Reg. 35.c.3.G
Rab.Salom.& alij Iudæi ſunt imperiti circa gentiũ hiſtorias,& ritus cum nihil de libris poeticis, aut hiſtoriis gentium legant. 4.Reg. 233.c.4.H

Rab.Aben Ezra improbatur dicens, quòd ex fornicatione ſolum præſumpta vir poterat repellere vxorem.Deuter. 125.c.3.K
De Rab.Aben Ezra videin dictione, Rab.Sal.

Rab.Kimhi. Expoſitio refertur circa illud Ioſue 2. Vt quemadmodum ego feci vobiſcũ miſericordiam: ita & vos cum domo patris mei.Ioſ.to.1. 49 c.2.A
Rab. Kimhi eſt de valde nouis, vel modernis inter Hebræos Rabbinos. Ioſ.to.2. 154 c.2.A

Rabſaces. Quem Senacherib rex miſit ex Lachis ciuitate Iuda ad Ezechiā, Hebræi dicunt, ꝙ erat Hebræus nationɔ, &c. Sed melius dr̄. ꝙ eſſet de Aſſyrijs, & vnus de magnis principibus regis Aſſyriorum, &c. 4. Reg. 182.c.4 G

Viri miſſi ab Ezechia rege Iuda, rogauerunt Rabſacem. vt nō loqueretur Hebraicè: ſed Syriacè propter duo, &c 4 Reg. 185 c.1 E

Racha De quo 1. Parali. 4. erat Dauid, vt dicūt gloſſa ordinar. & Rabanus, ſed fallunt. 1. Paralip. 61.c.4.F

Racha, dictio Hebræa eſt, nihil ſignificans per modum conceptus: ſed ſolum per modum affectus: ſicut ſunt interiectiones apud nos, licet poteſt ēt ſignificare hominem vanū, & ſine cerebro. Matt. to 2. 122.c 3 I

De Racha referunt opiniones varię, ſed dicēdū eſt, ꝙ Racha accipit pro interiectione ſecundū Auguſtinum, & Gregorium. Mat. to. 2. 122.c.3.I

Rachel Copulata fuit Iacob in principio ſecūdi ſeptenij, quo ſeruiuit pro ea Laban, & ideo errant, dicente Hieronymo, illi, qui dicunt poſt hebdomadam annorum Rachel copulatā eſſe Iacob ſ. ꝙ primo ſeruiuit Iacob alios ſeptem annos prius quam daretur ei Rachel, qđ quidam tenuerūt: ſed litera eos reprehendit, & c. Gene. 318.c.4.K

Rachel quare furata fuerit idola patris ſui Laban, aſſignantur rationes. Gen. 327.c.4.G

Rachel nō eſt ſepulta in ſpelunca duplici: ſed iuxta Bethlehem in via, in qua mortua eſt verno tempore. Et hoc deſignatur. Gen. 35. vbi dr̄: Veni verno tpe. Et hanc cauſam reddidit Iacob, vt habet. Gen. 49 Ge 342.c.2.C. Et Iudæi aſſignant quaſdā alias cauſas fictitias. Gen. 397.c.2 E

Sepulchrum Rachel fuit factum a Iacob, & habet. 12. Lapides magnos in memoriam duodecim filiorum Iſrael, & extremitate titulus in pyramidem accuitur, quod vſq; hodie videtur a peregrinis noſtris. Gen. 343.c.1.C

Rachel prius mortua fuit, quā Iſaac, & etiam ante venditionem Ioſeph Gene. 349.c.3.I

Rachel ꝓp duo ſpecialiter fuit vxor Iacob. Primo, quia ipſam ſolum abſolutè accepit, & totaliter ſpontaneus, nec aliam intendens accipere, &cęt. Secundò, quia illam ſolam plus alijs omnibus ſimul, diligeoat, &c. Gen. 381.c.3.G

Radamantus. Radamanti ſentētia dicētis, ꝙ perfecta iuſtitia, qñ quis recipit, q̄ egit, intelligit eſſe verū tm̄ in vno caſu. ſ. cùm fit commutatio in actionibus, & perſonæ ſunt æquales: ſecus ſi ſunt inæquales. Exod. to. 1. 223.c.1.E

Radere Iudæis non licebat, regulariter radere quidq̄ in corpore ſuo, vt patet Leuit. 19. & Ezechiel. 44. Erant tm̄ aliqui ſpeciales caſus, quibus radebant̄, non quia ipſi vellent: ſed ꝙa lex hoc iubebat, vt in leproſorū emūdatione Leuitic. 14. & Nazaræi, ꝙ polluebant̄ ante finitū votū, & cum votum finiebatur, &c Nu. t. 1. 74.c.3.I

Radius. Radij generatio eſt inſtātanea: & etiā lux diffundit̄ ī inſtāti. Ioſ. t. 2. 30 c.4.I

Radius ſolis non eſt niſi quandiu gignitur. Matth. to. 7. 132.c.4.H

Duplices ſunt radij ſolis, & cuiuſlibet aſtri ſ. directꝰ vel incidens, & radius obliquus ſeu reflexus, per ſecundos eleuant̄ vapores a terra, & non per primos. Parado. 97.c.2.D. De Statu animarum, &c. De Opti. poli. 6.c.4.K. Exo to. 1. 269.c.1.D

Radij ſolares vnde eſt, quòd contrahant quandam rubedinem. 4. Regum. 29 c.1.A

Radix De triplice radice mali iudicij. Matth. to. 3. 116.c.3.F

Ragau Seu reu vixit annos ducentos triginta ſeptem. Gen. 11. 1. Para. 35.c.3.K

Raguel De quo Exo. 2. dicitur Iethro alio nomine, & alio dicitur Obab, ſiue Houat. Exo. to. 1. 13.c.1.E

Rama Eſt nomen Hebræum, & poteſt eſſe appellatiuum, & tunc ſignificat excelsū, & poteſt eſſe proprium vrbis, quæ eſt in tribu Beniamin, primo modo accipitur Iere. 13. & 31. & Threnorum 1. & Mat. 2. Mat. to. 1. 134.c.2.C

Ramatha De qua 1. Reg. 7. Vocata eſt poſtea Arimathia, de qua dicit̄ fuiſſe Ioſeph nobilis decurio, qui dedit ſepulchrum pro corpore Redemptoris noſtri in tumulo ſuo nouo Marci. 15. 1, Reg. to. 1. 30 c.2.B

Ramęi Populi deſcendūt a Regma filio Chꝰ. 1. Paralip. 31.c.1.D

Rameſſe. Rameſſis nomen ciuitatis eſt ī terra Geſſen, q̄ Iudæi conſtruxerunt, cogētibus Aegyptijs, vt patet. Exo. 1. Ge. 392 c.3.F

Rameſſes varia nomina aſſignantur. Exo. tomo 1. 5 c.1.B

Rameſſes eſt q̄dam ciuitas, q̄ poſtea Thebæ, vel Thebea dicta fuit, de qua fuit beatus Mauritius princeps legionis Thebeæ, quē cū ſuis militibus occidit Maximianus Imperator ſup Rhodanū flumē Franciæ propè ciuitatē Auinionenſem, &c. Exo. t. 1. 93.c.2 C. Et apud iſtā ciuitatē vixit aliquo tpe Paulꝰ primꝰ eremita, & Anton. Nu. t. 2. 177.c.2.A

Ramus. Rami, quibus turbæ exierunt obuiā Chriſto, erant de oliuis, & palmis. Mat. to. 5. 221.c 4.H

Rana Hebræi dicūt, ꝙ ranæ intrauerūt in corpora Aegyptiorū, cum data eſt illis plaga ranarum: ſed falsum eſt. Exo. to. 1. 50.c.2.A

Ranæ aductæ ſunt miniſterio angelorū ex fluminibus vſq; ad ſoliū Pharaonis, &c. Exo. t. 1. 50.c.3.G

Populi quidam dicti Auianatæ habitātes apud Grę ciam, tanta ranarum, & muriū multitudine ſunt vexati, ꝙ ſedes ſuas dimiſerunt, & alias q̄ſierunt in finibus Macedoniæ, vt refert Paulus Oroſius, &c. Exo. to. 1. 51.c.3.F

Rancor Qñ teneatur quis declarare alteri rācorem ſuum in vultu, & quando hc faciendo agat illicitè. Leuitic. 190.c.3.F

Homo tenetur remittere rancorē, quem habet circa proximum etiā ſi non petat: Deus tamen non remittit alicui offenſam: niſi petat, &c. 2. Regum. 126.c.1.C

Rancor dr̄ propriè deſiderium tribuendi malum ꝓ malo nobis illato. 2. Reg. 126.c.2.A

Raphaim De quibus. Geneſ. 14. lingua Hebræa dicunt̄ magni gigantes & maiores corpore, quam Enacim gigantes, de quibus. Nu. 13. & Ioſ. 15. Et iſti Raphaim erant in terra dicta Aſtaroth Carnaim, & hos percuſſit Codorlaomor rex, ante quam veniret ad reges Sodomorū: ꝙa inimici eius erāt, &c Gen. 249.c.3.K

Raphaim dicunt̄ gigantes, nō quicunq;, ſed ꝙ erant valde magni. Nam alij cōmuniter dicuntur Enacim in Hebræo. Ioſue to. 2. 92.c.1.E

Raphidim. Manſio Hebræorum in Raphidim modicum diſtabat a monte Sinai. Exo. to. 1. 137.c.2.D

Rapina Eſt violentia ablatio rerum, pretente Domino, & defendere non potente. Leuit. 188 c.3.F

Rapina maiorem dolorem cauſat quam furtum. Deut. 149.c.2.A
Inter rapinam furtum & vſuram quid interſit.Iud. 124 c.3.H
De ratione rapinæ ſunt tria.Iud. 124.c.3.K

Raptor Qui bellādo bello iuſto, accipit rem raptam ab alio raptore,nulli tenetur ad reſtitutionem: quia non ſuccedit iuri alieno, cum non ſuccedat in iure raptoris: ſed conſtituit ſibi nouum ius, cum iuſtè pugnando contra primum raptorem,poſſit accipere res illius, & ſicq̄ quam illæ fuerint res alterius: & primus raptor eas iniuſtè teneret,ſecundus raptor eas iuſtè tenebit:ſecus autem, ſi quis emerit à raptore in bello iniuſto,vel donatum acceperit, vel per ſucceſſionem vniuerſalem, vel legatum, &c. 1.Reg.to.2. 182.c.1.B

Si eſſet raptor alicuius ſanctimonialis, nihil ad legē Moyſi,quia in illa lege non erant ſanctimoniales, &c.Mat.to 2. 161.c.4.F
De raptorum pœna ſecundum canones. Mat.to.2. 162.c.4.I
Raptor, ſi ſit clericus in ſacris, ſecundum canones degradatur 36. quæſt.2. c.eos. & cap. de puellis. ſi autem ſit laicus anathematizatur.Matth.tomo 2. 162.c.4.H
Raptoris pœnæ,quę ponuntur in legibus ciuilibus, habent locum de iure canonico præter pœnam capitis,quia manent leges in ſuo vigore, etiam in foro eccleſiaſtico,cum non repugnent iuri canonico,ſcilicet,quòd raptor & fautores perdāt omnia bona, &c.vt C de raptu virginum.l.vnica. §. ſin autem.Et ſi ipſa conſenſit,& non parentes,applicantur bona illorum parentibus puellæ, arg.c. de raptoribus.36.q.1.Mat.to.2. 162.c.4.K
Raptori iura antiqua canonica imponunt tres pœnas diuerſas; nam ſecundum quædam iura efficitur ſeruus raptæ, vel parentum eius, niſi ſe redemerit 36. quæſt.1.cap.de raptoribus. Et alia iura iubent, vt anathematizetur 36. quæſt.1.capi.eos, & cap.de puellis.& cap. ſi quis virginem.& capit. nullus. Alia iura imponunt publicam pœnam agere, & duæ iſtarum habent locum ſimul, ſed nō omnes,&c.Nam in raptu conſiderantur duo. Primum eſt ipſa immanitas criminis,& per hoc imponitur pœna anathematis, vel pœnitentiæ publicæ, tamen in optione raptoris eſt, quam pęnā vult ſuſtinere. Secundum eſt iniuria facta puellę, vel parentibus,&cęt.Et ſic efficitur ſeruus,vel ſeipſum redimet, & hoc idem intelligendum eſt de fautoribus,&c.Et quando rapta eſt ingenua;nam ſi fuerit ancilla vel libertina, tunc raptor & fautores non perdunt bona: ſed anathematizantur. Alia pœna ſecundum antiquos canones dabatur raptori,ſcilicet, quòd rapta non poſſet cōtrahere cum raptore. 36.quæſt.1.cap.de puellis.& c. ſi autem. & capit.placuit. Sed iam abrogatum eſt nunc, quia,ſi rapta conſentiat in raptorem, valet matrimonium, extrà de raptoribus cap.accedēs. & tunc rapta habebit bona raptoris in fauorem matrimonij,& iam abrogata eſt illa lex, de raptu virginum. l. vnica. §.ſin autem ingenuam. Idem dicendum eſt de raptu viduæ, quod de raptu virginum ſecundum iura canonica. Si autem rapta ſit ſponſa alterius, vel coniugata, punitur raptor duplici pœna,ſcilicet,pœna raptus & pœna adulterij ſecundum iura canonica, & hoc ſi ipſa non conſenſit raptori; nam tunc bona raptoris & fautorum applicabuntur illi coniugatæ:ſed ſi ipſa cōſenſit,applicabūtur viro eius,& ipſa erit rea adul-

terij,& raptor efficitur ſeruus viri eius, ſin autem raptor ſit ſponſus raptæ non punietur in aliquo, ſecundum iura canonica, quia non reputatur raptus.Mat.to.2. 163.c.1.B
Raptus quotuplex Mat.to.2. 160 c.3.F
Raptus quid ſit Gen. 140 c.4.I
In raptu cur homo nullum ſenſum habet.Exo.to.1. 66 c.2.D

Raptus Pueri,vel cuiuſcunq; viri ad abuſum, ſi raptores ſint clerici eijciuntur à clero,idest,deponuntur:& priuantur beneficijs eccleſiaſticis, & inſuper includuntur in monaſteria arcta ad pœnitentiam agendam. Si autem fuerint laici excommunicantur, & a cœtu fidelium omnino fiunt alieni extrà,de exceſſibus prælatorum c.clerici. Et ratione raptus grauiores pœnæ ſunt imponendæ, quæ non ſunt ſtatutæ a iure. Iudex tamen exquiret eas & imponet. Mat.tom.2. 163. col.4.F

Raptus eſt ſpecies luxuriæ, & conuenit aliquo modo cum ſtupro;raptus tamen ſemper dicit violētiam,quam qui facit propter ſtuprum facit, & ita ſemper raptus eſt cum ſtupro. Aliquando raptus capitur largè,ſcilicet, pro omni violenta ablatione mulierum de domo propria: ſiue ſit mulier in poteſtate patris & ſit virgo:ſiue ſit mulier,quæ in nullius poteſtate eſt, & non ſit virgo, ſicut vidua; ſiue ſit in poteſtate alicuius ſuperioris conſtituta in loco ſacro;ſicut monialis;ſiue in poteſtate Domini conſtituta,ſicut ancilla:& ſiue ſit puer:Et ſic accipitur raptus 26.quæſt.2.cap.raptores, & cap. Si quis non dicam & cap. ſi quis virginem. & in Authentica de mulieribus, quæ proprijs raptoribus nubunt.§.ſancimus. collatio.9. & iſto modo eſt raptus ſine ſtupro, quia ſtuprum ſemper eſt in virginem.Mat.to.2. 159 c.1.A

Raptus aliquando vocatur ſtuprum, eo quòd concurrat cum ſtupro; & tamen raptus non eſt tunc ſolum ſtuprum, qui raptus addit ſemper violentiam,quam nūquam importat ſtuprum: & ſæpè raptus differt a ſtupro,quando, ſcilicet, vidua vel vel corrupta rapitur.Mat.to.2. 159.c.2.A

Raptum propriæ non committit ſponſus rapiens ſponſam, ſi ſponſalia ſint per verba de præſenti, peccat tamen. Si autem ſponſalia ſunt de futuro ita,vt ipſa poſſit accipere aliū virum, ſecus eſt.Raptus tamen propriæ eſt, quando ea, quæ rapitur non eſt ſpōſa nec vxor.36.q.1.c.lex illa. Mat.to.2. 159 c.2.C

Raptus in coitu tripliciter capitur,vno modo largiſſimè,ſcilicet,pro omni illicito coitu,ſic communiter Doctores Iuriſtæ accipiunt, vt Oſtienſis in Summa. titulo, de Raptoribus,& 36.quæſtio.prima capit. raptus quoque. Et iſto modo non poteſt aſſignari pœna raptus. Secundo modo accipitur largè,.ſ.pro coitu,in quo interuenit violentia ſiue ſit adulterium,ſiue non.Tertio modo pro priè pro coitu cum virgine deſponſata,aut copulata,aut ſanctimoniali,& ad hunc concurrere debent duo. Primum,q̄ raptor ideo rapiat puellā, vt poſtquam cognouerit, accipiat eam in vxorē: nam ſi ſecus fiat,dicetur violentia: non tamen raptus tertio modo.vt patet 36 quæſtione prima.§. cum ergo. Secundum eſt,quòd non interuenerint aliqua ſponſalia de præſenti cū puella: nam tūc non erit raptus cum ſit vxor illius, vt dicitur extra de raptoribus cap. cum cauſa.& hoc eſt verum ſecundum canones & iura moderna:nam ſecundum leges etiam in ſponſa propria comittitur raptus: ſi eam inuitam: aut ſaltem,inuitis parenti-

rentibus de domo ipſorum adduxerit & cognouerit.capit.de raptu virginum.l.vnica ad mediũ. Sed quia hic canon repugnat legi, ſtandum in canone,extra de raptoribus cap.cum cauſa in gloſ. Mat.to 2. 160 c.1.A

Hæc ſupradicta de raptu virginum inrelligũtur de illis,quæ liberæ ſunt:ſecus ſi ancillę quantuncũque nobiles.Mat.to.2. 161.c 4.I

Si raptus ſit puellæ non deſponſatæ puniebatur raptor in lege veteri tripliciter.Primo, ꝙ acciperet eam in vxorem,etiam ſi eſſet minoris dignitatis, quam vir, & hoc ſi pater dare vellet eam in vxorem.Exo.22.Secundò,quòd non poterat eam repudiare tota vita ſua, & iſta erat magna pœna, quia priuilegium immo lex erat omnibus, quòd poſſent repudiare vxores quomodocunque eis placeret Deuter. 24. Quòd ergo priuaretur quis hoc priuilegio magna pœna erat inter Iudæos. Tertiò,quòd ipſe raptor daret patri puellæ.50.ſiclos argenteos pro iniuria, quam intulerat puellæ:& per conſequens patri eius violẽter congnoſcendo filiam eius,vt patet Deute.22.ſ. ſi inuenerit puellam vir virginem,quæ non habeat ſponſum:& apprehendens concubuerit cum ea dabit patri puellæ.50.ſiclos argenteos: & habebit eam in vxorem: quia humiliauit eam: nec poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ ſuæ.Et ita patet ꝙ lex illa intelligitur de raptu,& non de ſtupro: quia alias ſuperflueret illa, quæ habetur. Exo.22. cum ambo eſſent de ſtupro. Tertiò , quia verba vtrobiq; faciunt diuerſitatem.Nam Exo 22. dicitur,ꝙ ſi ſeduxerit; vbi ſignificatur conſenſus,& tollitur violentia:ſed Deu.22.dicitur,Apprehendens concubuerit cum ea & ſignificat violentiã pertinentem ad raptum. Quartò, quia vtrobiq; ponuntur pœnæ diuerſę:nam maiores pęnæ ponuntur Deut.22.quã Exo.22.Quòd ſi pater puellæ nollet dare eam in vxorem tunc tenebitur ipſam dotare iuxta conſuetudinem patriæ,& hæc intelligenda ſunt ſi non violenter abduxiſſet eã de domo parentum , ſed in agro inueniſſet eam, &c.Nam ſi de domo parentum maiorem pœnã merebatur: & fortè capitalem : & ſi non eſſet capitalis,condemnabatur parentibus dare pluſquè quinquaginta ſiclos:& tñ quidquid eſſet,non ponit expreſſa pęna ĩ lege Moyſi.Mat.t.2.160.c.4.H

Si verò propriam ſponſam raperet , & educeret eã de domo parentum,eis inuitis,& fortè ille nõ diceretur propriè raptus ſm iura canonica , extra de raptoribus.ca.cum cauſa,ſed benè ſecundum leges: & fortè ſecundum Iudæos,licet nõ habeatur expreſsè in lege veteri. ibid.

Si aũt puella eſſet deſponſata alteri per verba de p̃ſenti, idẽ eſt ꝙ in coniugata , & talis puniebatur pœna adulterij.ſ lapidatione.Leu.20.& Deuter. 22.&c.ibid. 161.c.2.A

Si eſſet raptus viduæ, non eſt quid expreſſum in lege Moyſi:qa hoc rarum eſſet,nã puellæ ſunt,quę potius rapiunt̃;& ideo poteſt dici, ꝙ idem iudicaret apud Iudæos,qđ apud Gentes circa hoc, quia in multis circa foralia Iudæi ſequebant̃ leges Gẽtium,ſed non circa cęremonialia. Deuteron.22. Poſſumus tñ dicere, ꝙ ſi talis vidua manſit ſine prole,& priuſq̃ requireret fratres, vel cognatos viri ſui defuncti,&c.rapta eſſet,raptor lapidabat̃, qa iſtæ non poterant eſſe vxores raptorũ, qa illæ tũc nõ erant ſui iuris quouſq; cognati viri defuncti nollent eã habere in vxorem . Si aũt vidua talis non eſſet eiuſmodi,vr̃ dicendum,ꝙ raptor ille teneret̃ eam accipere in vxorem ad ſimilitudinẽ virginum oppreſſarum, ſi illa vellet eum accipere, & non poterat eã repudiare in vita ſua. Deut. 22.& de 50 ſiclis ſoluendis patri viduæ,non vr̃ ratio ita manifeſta ſicut in virgine,eo ꝙ iſta erat in poteſtate patris, &c. Si aũt nollet eum accipere in virum,vr̃,ꝙ raptor eſſet capite puniendus: vel commutare pœnam in pecuniam.ſi mulier vellet, & dare debebat quidquid eſſet poſtulatum, vt eſt exemplum. Exo.22. De domino bouis cornupetæ,&c.Mat.to.2. 161.c.3.F

Si raptus eſſet pueri ad ſtuprũ,id eſt ad abuſum,erat nefas abhominabile, quod vocatur vitium Sodomiticũ,& raptor puniebat̃ pœna capitis, puer autem non,ſi vi oppreſſus eſſet.Leuit.19. Matth. to.2. 162.c.1.A

Raptus ſecundum legem ciuilem committi dicitur in virgine, vidua,& ſanctimoniali.cap.de raptu virginum viduæ & ſanctimonialis,in rubro & nigro, interdum tamen raptus dicitur puerorum ad abuſum & coniugatarum : licet non ſit hoc ita ſolitum.Mat.to.2. 162.c.1.D

Raptus poteſt committi in qualibet muliere ſi ſit honeſta & non ſeruiat libidini multorum: nam in huiuſmodi non committitur raptus, vt colligit̃.c.de raptu virginum.l.vnica,& de furtis lege, verum eſt,&c Mat.to.2. 162.c.1.B

Raptus propriſſimè dicitur in puella virgine , quæ de domo paterna vel tutorum abducitur, vt cognoſcatur,& cognita in vxorem habeatur. 36. q. 1. §. cum ergo, & ſi talis puella eſt libera reputat̃ graue delictum:quia ablata eſt virginitas,quæ reparari non poteſt.cap.de raptu virgi.l.vnica:& tales raptores damnantur morte. Matth. tomo 2. 162.c.1.B

In raptu poteſt aliquando committi violentia tripliciter. Primo contra ſolam virginem non habentem parentes: tutores vel curatores: aut ſi habeat,hi , in quorum poteſtate erat conſenſerunt raptori.Secundo poteſt fieri violentia ſolis parentibus:aut illis,in quorum poteſtate virgo eſt, & ſi illa conſenſit raptori & ad hoc operam dedit. Tertiò ſi vtriſq; infert violentiam.ſ.tam ipſi virgini quàm parentibus.Si puella rapta ſit libera & ingenua,inuita ipſa, vel ipſa & parẽtibus, raptor ſecundum legem ciuilem,punitur pœna capitis, & omnia bona raptoris mobilia & immobilia et ſemouentia applicantur raptæ , vt inde dotetur, cap.de raptu virginum.l.vnica. §.ſi autem puella ingenua . Si autem virgo conſenſit in raptum, raptor punitur pœna capitis,& bona ipſius applicantur parentibus puellæ, quibus eſt facta vis, vt quidam putant.Et modus pœnæ erat,quòd poterat raptor à parentibus vel cognatis puellæ, infla grante delicto , occidi impune : ſed ceſſante delicto,per iudices erat exercenda vindicta in raptores, & in eos,qui auxilium & fauorem præſtiterunt tempore raptus , nam eadem pœna puniebantur . Cæteri autem miniſtri huius ſcæleris puniebantur tantum pœna capitis, & hoc intelligitur,ſi tales eſſent liberi:nam,ſi ſerui eſſent,cõburebantur . Tenentur tamen parentes puellæ raptæ perſequi raptorem & fautores ad hoc vt ſuſtineant tales pœnas. Si autem negligentes fuerint, vel remiſerint hunc dolorem , de portationis pœna plectuntur: puella tamen rapta poterit nubere,cui vellet,ſed non raptori, cui ſi nuberet ſine licentia parentum, non habebatur tanquam matrimonium in lege ciuili.Secundum tamen ius canonicũ ſic, & tũc puella pdebat bona raptoris,&c. De hocĩ Authẽtica de mulieribus,

quæ

quæ proprijs raptoribus nupserunt. §. sancimus. Colla.9. Et quando raptores condemnarentur, nō relinquębatur eis appellationis locus,nec audiuntur appellantes.cap. de raptu virginū l. vnica.§.sin aūt post cōmissum. Quod si rapta sit ancilla vel libertina,raptor capite punitur,bona tñ eius non applicantur puellæ eodem. §.si autē rapta sit vidua, & sit ingenua, omnino sicut de virgine rapta dicendum est. Si autem ancilla vel libertina, idem sicut de ancilla vel libertina virgine dicendum est:& idem dicendū si rapta sit sanctimonialis quo ad pœnas, siuè sit virgo siuè fuerit vidua. Si autem rapta sit virgo desponsata vel coniugata, raptor punitur pœna raptus virginis non desponsatæ:& pœna adulterij sicut punitur raptor virginis non nuptæ & fautores,&c.Et eadem punitur secundum leges ciuiles raptor, qui est sponsus raptæ, si illa non consensit nec parentes eius.Sed iste rigor hodie non tenet:sed tempe ratur iure canonico,ꝙ.s.istud crimen sponsi non dicatur raptus extra de raptoribus.cap.cum causa.Mat.to.2. 162.c.1.B.& seq.

Si raptus sit puer ad abusum siue sit maioris ętatis, si fuerit ingenuus puer,raptor maioribus supplitijs puniretur.s.vt īclusus fame & verberibus puniretur.ff.de vi.publi.l.qui ceptu.& l.& eum qui. Si autem sit seruus aut libertinus,non punit̄ prędictis pœnis,&c.Mat.to.2. 162.c.4.F

Raqua In Hebræo idē est quod tener. Gene. 367.c.3.F

Raritas. Nulla raritas est maior raritate ignis. Mat.to.6. 106.c.4.F

Rarum Naturale est Rariora cedere densori bus.Mat.to.7. 130.c.4.K

Ratio. Rationi repugnant oēs partes aīæ inferiores.s.concupiscibilis & irascibilis,ita vt ferant̄ in aliud:q̄ ratio vellit, exemplum est in paraliticis,&c.Gen. 190.c.1.A

Rationi repugnare non est nō obedire ei,sed habere motū contrarium ad illā,&c. Gene. 191.c.3.I

Quidquid est de dictamine rationis in homine, est de iure naturali.Mat.to.5. 84.c.4.F

Rationi non obedire in his, quæ ad rationem non pertinent,nō est aliqua repugnantia:& ideo neq; turpitudo,&c.Gen. 191.c.4.F

Gratia ordinat rationem in Deū Mat.t.5. 151.c.4.G

Ratio est principium omnium humanarum operationum,&c.Gen. 192.c.1.E

Qui ratione superatus est ab aliquo,tripliciter se habet.Mat.to.6. 122.c.4.K

Quòd rationi aduersetur concupiscibilis & irascibilis siue sensualitas, potest dici,ꝙ naturaliter contingat & non diuinitus,&c.Gen. 195.c.4.F

Ratio naturalis non determinat numerum. Matt. to.6. 206.c.1.A

Naturale est moueri oēs partes executiuas, id est, omnia membra ad imperium rationis,& moueri contra rationem esset cōtra naturam, &c. Ge. 195.c.4.H

Concordare cum ratione vires irrationabiles irascibilis & concupiscibilis, non poterat fieri nisi ꝑ aliquod agens, quod sit superius vtrisq; viribus, & durabit subordinatio quamdiu illud agens cō seruauerit illam habitudinē, &c. Et est simile de aqua,quæ per ignem calefit,&c.Gen. 196 c.1.A

Ratio,secundū ꝙ est speculatiua,habet duos actus, primus est componere & diuidere, & iste actus ꝑtinet ad orationem,iuxta considerationem dialectici, secundus est discurrere de vno ad aliud causa notificicandi: & ideo procedimus de notis ad ignota,& sic consideratur ratio apud rhetoricos, &c.Mat.to.3. 52.c.4.F

Omne malum repugnat rationi. Matt.to.septimo. 45.c.4 G

Recta ratio dicitur esse mensura moralium operationum,&c.Mat.to.3. 64.c.2.E

Ratio circa moralia,non adiuncta aliqua experientia,cito deficit.Mat.to.7. 182.c.4.H

Ad rationem pertinet dirigere intentionem in vltimum finem nō quidem ad se solam sine habitu, &c.Mat.to.3. 104.c.3.F

Rationis rectitudo non peruertitur per delectationem carnis,nisi quando illa est illicita. Mat. to.4. 42.c.3.G

Rationis ordo est maximè in ipso fine.Matt.tom.5. 8.c.4.K

Ratio & intellectus semꝑ deprædatur ad optima.1. & 9.Ethi.&c.De Statu animarum. 4.c.1.C

Quòd expensarum rō petatur, non improbat Aris. 4.Ethi.sed improbat nimiam diligentiam in ponendo rationem.4.Reg. 127 c.4.K

Tenetur quis rationem petere in rebus alienis,si ministrationem,quæ ad eum pertinet, alteri cōmittat.4.Reg. 128 c.1.A

Ratiocinari Est actus intellectus.Matt.t.7. 150.c.4.I

Rationalis Affectus describitur.Leui. 185. col.3.H

In parte rationali duæ sunt potētiæ distinctæ. Mat. to.7. 197 c.1.B

Rationalis vis regulat & regulatur:quia habet duas partes.s.intellectum,qui regular,& voluntatem, quæ regulatur:& hoc vel respectu Dei quantū.s. ad cultum sibi debitum specialiter,&c. vel respectu proximi.Deut. 27.c.3.K

Rationalis creatura differt ab intellectuali in cognitione non ex parte obiecti, sed in modo intelligendi Mat.to.2. 50.c.2.C

Rationale Summi sacerdotis veteris legis describitur.Exo t.2.17.c.4.H.Et dicebatur rationale:quia,cum illud induebat sacerdos,poterat inquirere veritatem de quocumque vellet,& respondebatur ei,vt patet de Abiathar.&c.Exo.to.2. 17.c.4 F

In rationali summi sacerdotis veteris legis:Erat intra suam duplicitatem, id est, intra pannum duplicatum eius, doctrina & veritas, vt dicit litera nostra,& vt dicit litera Hebraica,vrin & tumin, sed ad idem redit.Exo.tomo 2.56.col.4.F. Hanc doctrinam & veritatem Iosephus dicit esse quēdam splendorem procedentem de lapidibus illis præciosis,qui dicebat Deum esse placatum, ꝙ sicut summus sacerdos petebat, ita in effectu cōpleretur:quando vero non procedebat fulgor,significabatur responsum non esse secundum voluntatem ipsius sacerdotis, vel secundum formā petitionis suæ. Et istum splendorem, dicit Iosephus cessasse per ducentos annos antequam ipse inciperet scribere librum Antiquitatum sub Tito & Vespesiano,& quasi per centū viginti quinque,aut centum triginta annos ante Christi natiuitatem. Rabbi Salomon dicit, quòd ista doctrina & veritas erat nomen Dei tetragrammatōt, quod erat in rationali, & virtute illius manifestabantur veritates rerum inquisitarum Exo. to.2. 56.c.4.K

Quomodo rationale cohęreret super humerali Exo.to.2. 63.c.2.C.

Rationale qualiter vocetur secūdum Latinos Græcos & Hebræos.Exo.to.2. 63.c.3.G

In rationali erat plicatura pāni,ſed quare.Exo.to.2. 63.c.4.F
Intra rationale, ſecundum Aben Ezra, erant duæ laminæ, quarum vna erat argentea, & altera aurea factæ ad modum aſtrolabij &c. quod improbatur.Exo.to.2.64.c.1.A. Quædam gloſſa Hebrea dicit, ꝙ in illis laminis erāt ſcripta nomina duodecim tribuum, & cum quolibet nomine tribus erat ſcriptum nomen vnius ſtellæ, vel vnius conſtellationis, aut angeli, & ſic continuabatur memoria illius tribus apud Deum &c. quod improbatur.Exo.to.2. 64.c.1.E
Rationale & ſuperhumerale ſic erant vnita, vt à ſe inuicem ſeparari nequirent.Exo.to.2. 66.c.1.C
De rationali.Exo.to.2. 205.c.4.
Rationale dicitur legion Græcè & Hebraicè pectorale &c. Exo.to.2. 205.c.4.K
Rationale iudicij dicebatur ſic, quia in eo iudicabatur id,quod erat abſconditum.Ioſ.to.1. 163.c.3.I
Fulgor lapidum in rationali ceſſauit ante Chriſti natiuitatem quaſi triginta annis, vt colligitur ex his,quæ refert Ioſephus.1.Reg.to.2. 109.c.2.A
De forma rationalis poſiti in Ephod. 1.Reg. tom.2. 110.c.4.F
Rationale vocabatur rationale iudicij, quia per ipſum iudicabantur omnia dubia &c. 1.Reg. to.2. 111.c.4.F
De rationali & Ephod ſimul coniunctis. 1.Paralip. 158.c.1.E

Razias. Raziæ exemplum de quo 2. Machab. 14.non eſt imitandum. Matth.to.2.92. col.4.K

Reatus peccati.

Reatus peccati,qui eſt quędā obligatio,innaſcitur à culpa,& eſt quid poſitiuum & reſpectiuum,ſcilicet,obligatum eſſe hominem morti æternæ.Statim enim, vt aliquis commiſit peccatum,obnoxius eſt morti æternæ, & aſſimilatur excommunicationi latæ ſententię &c.Exodi tomo ſecūdo. 146.c.2.C
A reatu abſoluitur homo à Deo per contritionē, & à ſacerdote per ſacramentum pœnitētiæ,quia eſt quid poſitiuum & vinculum.Exodi to.2. 146. col.3.F
Reatus in peccato dicit obligationem ad mortem æternam. Mat.to.5. 69 c.2.E
Reatus dicitur obligatio ad ad pœnam: & quia pęna datur directè pro peccato, & ideo quātum eſt peccatum,tanta eſt obligatio ad pœnam.Matth. to 5. 72.c.2.B
Quòd Reatus peccati hominis recidiuātis non ſurgat tantus ſecundum quantitatem abſolutam, quantus erat reatus pecccaorum remiſſorum,nō eſt verum, quantum ad totum reatum peccati, ſed ſolum quantum ad magnitudinem,quam facit circunſtantia ingratitudinis in reatu &c. Mat. to.5. 72.c.3.H
Reatus peccati hominis recidiuantis conſideratur genere peccati,quantùm ad ipſum peccatū,quantùm verò ad circunſtantiam ingratitudinis, pro qua reſpondet aliquid in pœna, commenſuratur ſecūdum peccatorum dimiſſorum quātitatem. Non quidē ſm quātitatem abſolutā eorū,ſed ſm quantitatē proportionis,i.ꝙ quāto plura aut maiora fuerint peccata remiſſa,tāto eſt maior reatus peccati ſequentis quautum ad grauitatem ingratitudinis.Mat.to.5. 72.c.4.G
De reatu peccati,quid ſit.Defen. 4.c.2.A
Reatus manet poſt peccatū, & ſic dicitur cōiter, ꝙ peccatum tranſit actu, & manet reatu; & reatus iſte aliquando vocatur reatus culpæ: & interdū reatus pœnæ,& aliquādo reatus maculæ,inquantum aliquo modo cauſatur per maculam. Defe. 5.c.1.C
Reatus habet duas cauſas, ſcilicet, propinquam & remotam,propinqua eſt defectus ſeu macula,remota vero eſt actus peccati &c. Et reatus capitur tripliciter, vnomodo pro obligatione ad pœnam, alio modo pro culpa, tertio modo pro pœna. Defen. 5.c.1.C
Cauſa in efficiendo reatum peccati, vel in creando eſt culpa, & cauſa in conſeruando eſt ſola macula &c. Defen. 5.c.3 K
A ſolo reatu pœnæ, ſiue æternæ ſiue temporalis,fit abſolutio,ſed non à culpa. Defen. 5.c.4.K
Reatus propriè dicit rationem vinculi, cum nihil aliud ſit,quàm obligatio ad pœnā. Defen.8.c.1.B
Reatus dicitur à reo.Defen. 9.c.1.C

Rebecca Non peccauit conſulendo Iacob, vt ſurriperet benedictionem: quia licet Eſau eſſet primogenitus ſecūdum carnem, ſciebat tamen,quòd Deus mutauerat ius primogenituræ ab Eſau in Iacob, & ita hoc potuit Rebecca procurare &c. Gen. 304.c.4.K
De pallio,quo ſe cooperuit Rebecca. 293.c.3.F

Rebellare Deo proprie eſt, cùm homo non vult ſubijci Deo, ſed viuere iure proprio.Nu.to 1. 226.c.2.B

Rebellio. Quæ fuerint cauſæ propinquæ & remotæ rebellionis Iudęorum cōtra Romanos.Mat.to.6. 286.c.3.G

Rebla. De qua Nu.34.eſt illa, quæ nunc dicitur Antiochia.Nu to.2. 185.c.3.F

Recapitulatio Eſt, quandocūque aliquid deſcribitur fieri poſtquam factum eſt, & in ſic deſcribendo non tenetur ordo naturalis. Leuit. 62.c 4.F

Recedere. Aliquem recedere ab eo, quod fecit,ſtat dupliciter.1.Re.t.2.14 c.1.B

Receptaculum. Quinque ſunt animarū receptacula. Mat.to.7. 250. col.3.K. dupliciter conſiderantur. ibidem. 261.c.4.H
Animæ exeūt ad duo ex receptaculis,ſ.aut ad ſuam vtilitatem,aut ad noſtrā.Mat.to.7. 270.c 4.I

Receptio. Recipere.

Receptio alicuius rei fit ſecundum naturam rei recipientis.Exo.to.1. 285.c.1.B
Recipiens denominatur à forma recepta.Mat to.7. 147.c.4.F

Rechabitæ Erant viri religioſi, in veteri teſtamento, ſicut nunc ſunt monachi: & iſti erant de tribu Iuda; nam dicebantur ſic à Rechab,q fuit de ſtirpe Caleb,filij Eſron. Et iſte Rechab non inſtituit aliquam obſeruantiā ſpecialem, ſed filius eius Ionadab Ierem.35. ſed propter honorem patris voluit Ionadab, quòd ſequaces ſui potius vocarentur Rechabitæ à nomine patris ſui quam a nomine ſuo. 1. Paralipo. 52.c.3.I
De rechabitarum religione.1.Paral. 52.c.3.K

Recidiuare. In recidiuante nō propriæ redeunt peccata iam dimiſſa per pœnitentiam,niſi ſecundum quandam deformitatem ingratitudinis,quia grauius reputatur peccatum, quod quis facit poſtquam accepit remiſſionem,quam prius &c. Matthæi tomo quinto. 69.c.4.K

Recid iuans non est reus tantæ pœnæ, quantam merebatur per peccata præcedentia ante remissionem. Mat. to. 5. 72. c. 2. B

Peccati reatus hominis recidiuantis non surgit tantus, secundum quantitatem absolutam, quantus erat reatus peccatorum remissorum, sed redit æqualis sm proportionalitatem. Mat. 5. 72. c. 3 F

Recidiuãs non solum est reus ingratitudinis in primo peccato recidiui, sed in omnibus alijs sequentibus, &c. Mat. to. 5. 72. c. 4. F

Quotiescunque aliquis recidiuat toties per ingratitudinem redeunt omnia peccata prius commissa, & dimissa, &c. Mat. to. 5. 72. c. 4. G

Peccati reatus hominis recidiuantis, quãtum ad ipsum peccatum, consideratur ex genere peccati. Quantum verò ad circunstantiã ingratitudinis, pro qua respondet aliquid in pœna, commensuratur secundum peccatorum dimissorum quantitatem, non tamen secundum quantitatem absolutam illorum: sed secundum quantitatẽ proportionis, id est, ꝙ quanto plura aut maiora fuerint peccata remissa, tanto est maior reatus peccati sequentis quantum ad grauitatem ingratitudinis. Mat. to. 5. 72. c. 4. G

Recidiuans non tenetur confiteri peccata remissa, cum non redeant in seipsis, & hoc etiam si ante recidiuum non adimpleuerit satisfactionẽ iniunctam: sed solum tenetur confiteri peccatũ, quod nouiter egit: & facere satisfactionem, quã omiserat: sed non tenetur ad aliquam maiorem satisfactionem, cum per recidiuum non crescat reatus præcedentium peccatorum, qui deletus est, sed solum sit maior reatus istius noui peccati, q̃ alias fieret: si non præcessisset aliqua remissio peccatorum præcedentium, &c. Mat. t. 5. 74. c. 2. B. Potest tñ, quamuis non teneatur, confiteri aliqua peccata remissa, & expedit, vt sciat sacerdos imponere satisfactionem conuenientem, quia alius modus satisfactionis cõuenit ei, qui sæpè labitur, quam ei qui semel sicut de lapsu carnis, &c. Matt. to. 5. 74. c. 3. H

Recidiuatio In recidiuatione peccatur per ingratitudinem: nõ quidem per illam quæ est speciale peccatũ, sed quæ est circunstantia aggrauans. Mat. to. 5. 71. c. 2. B

Recidiuum In recidiuo aliquo modo manet quantitas peccatorum remissorum, & aliquo modo non. Mat. to. quinto. 72. c. 3 F

Recipi Illud Aristotelis; Omne quod recipitur ad modum recipientis recipitur, debet intelligi, non quo ad omnes modos essendi ipsius recipientis, sed solum quantũ ad modos illos, in quibus comparant recipiens, & receptũ sub ratione recipiẽtis & recepti. Mat. t. 7. 95. c. 3. G

Recitare Beneficiatus & ordinatus tenẽtur recitare de iure diuino: quid autẽ vel quantum, hoc est de iure humano. Exo. to. 2. 70. c. 2. C

Reconciliari. Reconciliatio.

Reconciliationem iubet Christus fieri Mat. cap. Vade reconciliari fratri tuo, vt non pereant opera nostra bona, quę pereũt, si fiunt in peccato mortali, quia non sunt meritoria vitæ æternæ, & cæt. Mat. to. 2. 127. c. 2. C

Reconciliari proximo simpliciter præceptum est, reconciliari tñ ei, qñ offerimus munera ad altare, consiliũ est, vt. s. opera nostra sint accepta: & isto modo potest vocari reconciliatio de necessitate conditionata, & tamen alias non est de necessitate, nec præceptum. Mat. to. 2. 127. c. 3 H

Reconciliatio debet fieri ante quęcumq; bona opera in eo, cui necessaria est, & posuit Christus exẽplum in hoc de oblatione mulieris, &c. potius q̃ in aliquo alio propter multa, q̃ referuntur. Matt. to. 2. 128. c. 1. A

Reconciliatio nõ potest reformare actus præcedẽtes, vt sint meritorij, si alias non erant meritorij. Mat. to. 2. 128. c. 1. E

Reconciliatio, de qua Mat. 5. Vade s. recõciliari fratri tuo, &c. facienda est realiter, & vocaliter petẽda, nisi impossibilitas obstet: & non sufficit illa, q̃ sola animo fit in peccato contra proximũ Matt. to. 2. 128. c. 3. G

Interim ꝙ fiebat illa reconciliatio, de qua Matth. 5. Nõ licebat sacerdotibus suscipere munus relictũ iuxta altare in vsus suos, nec illud offerre. Et prædicta reconciliatio debet fieri, qñ potest haberi ꝓximus, cui facta est offensa: nã si non, vel oporteret multũ immolari q̃rendo eũ ad hoc: nã tũc sufficit, vt proponat reconciliari q̃ citius habuerit oportunitatem, &c. Mat. to. 2. 128 c. 4. F

Reconciliatio potissimè fit, vt proximi reducantur ad mutuam charitatem, vt cesset in eis omnis discordia & inimicitia. Mat. to. 2. 128. c. 4. F

Ad illã reconciliationem, de qua Matt. 5. obligãtur illi, qui offensam intulerunt, quantũ ad oẽs illos, qui vocantur fratres, cuiusmodi sunt omnes homines. Mat. to. 2. 129. c. 3. G

Non tenemur reconciliari inimici, contra quos iustam causam pugnandi habemus: quia illis iustè optamus malum. Mat. to. 2. 130. c. 1. A

Hir potest reconciliari sibi vxorem fornicaria, etiã inuitã, quando voluerit Mat. to. 5. 110 c. 4 H

Ad reconciliationem petendam tenemur eis, quos iniustè læsimus, præterquã ꝑlati, & Dñi, ad quos ꝑtinet ex officio corrigere: si in verbis, vel factis subditos suos excessiuè læserint, ipsos corrigẽdo. Nã tunc à solo Deo veniam petent, vt habetur. 86. dist. ca. qñ necessitas & hoc intelligitur, si bono aĩo corripiens excessiuè læserit, & illa ira dr̃ peccatum veniale tunc, vt innuitur. 33. q. 4. c. Qui peccat. &c. Secus tñ si malo animo moueretur. s. ad nocendum. Nam tunc tenetur subdito reconsiliari, &c. Mat. to. 2. 130. c. 1. B

Recõciliatio fieri potest ꝑ se, vel ꝑ alterũ, si ille, qui offendit alterum, habet animum ad reconciliationem, dolens de offensa illata, &c. Mat. tomo 2. 130 c. 1. E

Non tenemur reconciliari ꝓximo de iniuria solo aĩo proposita ꝯ eum, sed a solo Deo petenda est venia, immo malũ esset a ꝓximo petere veniã in illo casu. Matt. to. 2. 130. c. 2. E. Si aũt offensa sit in facto, vel in voce: re, vel signo exteriori, vel in dãnis illatis, reconciliatio fienda est: sed de modo reconciliationis, vide ꝑ singula. Et cauendũ, ꝙ fiat conuenienti tpe, & ꝙ non fiat de rebus illis, quæ nullo mõ sunt notæ ipsi læso. Mat. t. 2. 130. c. 3. H

Recompensare Beneficium susceptum fiat dupliciter. Vno modo ex debito iustitię, ad quod aliquis ex certo pacto potest se obligare determinatè; & hoc debitum attenditur secundum quantitatem beneficij, quod quis accipit, &c. Alio modo ex debito amicitię, vel virtutis, & tunc magis consideratur quantitas affectus, quam rei datæ. Et pro tali beneficio non competit obligatio ciuilis, quæ ad pactam pertinea propter multa. Matth. tomo 7. 50. c. 1. A

Recordari Dicitur Deus per tropum, vt gene. 8. cum dicitur: Recordatus autem Dominus Noe &c. scilicet liberando eum ab aquis diluuij. Gen. 43.c.3.H
Deum recordari qualiter sit intelligendum. Exodi to. 1. 14.c.1.D
Qui recordatur de peccato dupliciter potest pungi Mat. to. 7. 225.c.3.H
Recordari quomodo animæ separatæ insit. Matth. to. 7. 196.c.4.F

Rectitudo Voluntatis in damnatis nulla est. Matth. to. 7. 224.c.4.K

Rector Politiæ non est pars eius, sed est supra politiam &c. 1. Paral. 327 c.2.E
Rectores ciuitatum habent pro bono proprio bonum commune. Mat. to. 5. 86 c.1.D
Optimis rectoribus debetur honor in præmium bonæ gubernationis. Mat. to. 5. 200.c.2.E

Redargutio. Homines illi molestè ferunt nimis redargutionem, vel reprehēsionem, qui aliquo tempore iustè vixerūt: potius quam illi, qui fuerunt valde impij, cuius assignatur causa. 2. Paral. 218.c.3.G

Reddere. Dupliciter redditur alicui, quod suum est Mat. to. 5. 21.c.3.F
Quare Christus dixerit: Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & non dixerit: Date, &c. Matth. to 6. 24.c.3.K

Redditus Ecclesiarum.

Cathedralium ecclesiarum redditus diuiduntur in duas partes, scin præbendam grossam, & in distributiones quotidianas, &c. 1. Paral. 190.c.1.C

Redimere. Apud Hebræos non poterat extraneus redimere rem immobilem emptam ab alio extraneo vēditore. Ruth. 262.c.4.F
Magis propinquus poterat redimere rē emptā &c. & non minus propinquus, quando agebatur iure propinquitatis, & non alias. Ruth. 263.c.3.F

Redemptio. Prēcium redēptionis primogenitorum dabatur Leuitis ad sustentationem, cum ipsi essent applicati Deo loco omniū primogenitorum Israel, vt dicitur Num. 3. Exo. to. 1. 100.c.2.A
Redemptionem, & ablutionem significat sanguis ille Christi, qui de corpore illius mortuo exiuit, sed redemptionem non fecit ille sanguis, sed sanguis, qui de corpore viuo Christi exiuit. Gen. 139. col. 4.K
Ad redemptionem captiuorū etiam vasa sacra possunt vendi, vt habetur. 12. q. 2. cap. aurum. Matt. to 3. 41.c.1.C
Pro redemptione captiuorū tenetur ecclesia vendere vasa, etiam consecrata, quādo aliter redimi non possunt. Similiter quando pauperes fame pereunt. 12. q. 2. cap aurū &c. Mat. to. 4. 128.c.2.C

Redemptor. Nullus purus homo poterat esse redemptor mundi. licet Rab. Sal. 3. Reg. 21. dicat, quod aliquis homo poterat satisfacere pro peccatis aliorum tolerando pœnam, & q̄ per hoc tollet peccata eorum, sed falsum dicit. Matth. to. 1. 169.c.3.F

Redire. Si peccatum dimissum rediret, rediret eliquo de quinque modis. scvel quantum ad actum, vel quantum ad culpam, vel quantum ad reatum, vel quantum ad pœnā, vel quantum ad maculam. Sed non reddit aliquo istorum modorum. Mat. to. 5. 69.c.2.A. Dicēdum ergo, q̄ redit quantum ad effectum &c. ibid.

Reficere. Christus reficit nos quatuor modis Mat. to. 3. 289.c.3.H

Reflexio. Actus qui ad solū intellectū pertinet. Mat. to. 3. 56.c.1.A

Refluxum. Actum reflexum solus intellectus habet. Mat. t. 4. 240.c.3.I

Refrigescere. Charitas multorū qūo refrigescet. Mat. to. 6. 278.c.4.H

Refrigeratio Quid sit, & quomodo secundum metaphoram dicatur. Exo. to. 1. 252.c.3.K

Refugium. De refugij vrbibus vide in dictione, Vrbs refugij. Ciuitas refugij.
De refugij vrbibus, & qualiter assignandæ erant in terra Chanaan. Deut. 105.c.1.B

Regere bene Est multum honorabile. Mat. to. 5. 200.c.2.E

Regimen Naturæ optimū est. 12. Metaph. Matth. to. 5. 89.c.3.I

Regina. De regina vide post dictionem Rex.

Regio. In qualibet regione idem est latitudo regionis, & distantia Zenith ab æquinoctia.., quod est eleuatio poli &c. Exo. to. 2 47.c.2.E

Regma. Habuit filios Saba, & Dadan, qui vbi habitauerint, nescitur. Gen. 51.c.3.I

Regnare. Reperies post dictionem, Rex.

Regnum. De regno, & de regno Dei, & de regno cœlorum, & de regno Christi, vide post dictionem, Rex, & cætera, quæ a Rege deriuantur.

Regula. Regulæ quædam pulchræ ponuntur ad cognoscendum, quæ sint illa, quæ Iudæi nunc obseruant his, quæ in lege præcipiuntur, & quæ non. Exo. to. 1. 95.c.1.E
Nota regulā, p prelatis ecclesiæ. Mat. to. 5. 200.c.4.F
Quatuor sunt regulę in agibilibus dirigentes actiones humanas. Exo. to. 1. 184.c.1.E
Regula generalis est, q̄ nihil eorum, quæ Deus nobis supernaturaliter tribuit, vel infundit, auferat à nobis. Exo. to. 2. 57.c.2.A
Illa regula topica: Quando vnum est tale propter aliud &c. intelligitur aliquando formaliter, & aliquando efficiēter, seu virtualiter &c. Leui. 181. col. 4.F
Quatuor regulæ ponuntur distinguentes iura sacerdotum. Leuit. 55.c.3.G
Nota pulchram regulam ad cognoscendum, quando sit acceptio personarum. Mat. to. 6. 27 c.3.H
Sex regulę ponuntur ab Auctore ad cognoscendū, quando aliqua prophetia sit secundum scientiā, & immutabilitatem Dei, & quando non. Num. to. 2. 46.c.4.H
Nota quinque regulas circa dispēsationes spirituales. Mat. to. 6. 36.c.3.G
Septem regulas dedit Ticonius de modo exponendi sacram scripturam. Nu. to. 2. 50.c.2.B
Referuntur duæ regulæ, apud Hebræos, circa hæreditariam successionem. Nu. to. 2. 94.c.3.K
Regula erat inter Hebræos, quod quando aliquis loquebatur, & simul apparebat, talis vocaretur angelus, & non Deus. Si autem loqueretur & nō appareret, vocabatur Deus &c. 2. Paralipomen. 11.c.3.F
De tribus regulis actionum humanarum. Matth. to. 5. 84.c.1.A

Relatio. Vita habet triplicem relationem ad habentē charitatē. Mat. t. 6. 138 c.3.F
Rela-

Relatiuum. Nomina relatiua, secundū morem sacræ scripturæ, & secundum modum poeticum, aliquādo ponuntur nō positis suis correlatiuis, vt Cant. 2. cum dicitur: Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios, &c. Deu. 158. c. 4. G

Religio. Si vir nobilis fuerit ingressus aliquā religionem, non licet ei de nobilitate sua gloriari. Mat. to. 5. 167. c. 3 I

Religio dicitur aliquis modus specialis colēdi Deū verum, siue falsos Deos, & dicitur a religando, qa religant se homines tali modo viuendi, & colendi Deum. Exo. to. 1. 90. c. 2. E

Religio dr propriè aliqua cęremonialis obseruatio in Deum solum tendens, &c. Leui. 62. c. 1. D

Lex Dei in veteri testamento nullam religionem approbabat, in qua teneretur continentia carnis. Leuit. 328. c. 1. D

Nullus coniugatorum potest intrare religionem: nisi alter introeat, & hoc nisi volens remanere in seculo talis esset, de quo nulla præsumptio incontinentiæ propter ætatis prouectionem haberetur: de his per totum habetur extra de conuersione coniugatorum, &c. Leuit. 328. c. 3. F

Religio in sacris literis aliquando accipitur pro cæremonia. Num. to. 1. 261. c. 4. F

Alter coniugum potest intrare religionem inuito alio, si alius fornicatus fuerit. 1. Re. to. 1. 104 c. 3. H

Alter coniugum fidelis licitè intrat religionem, altero manente in infidelitate: & ideo, siue professio sit emissa, siue non, non reuocabitur, quando ille, qui remansit in infidelitate, conuertatur ad fidem. 1. Reg. to. 1. 107. c. 1. E

Religionis mutationem status mutatio consequitur. Gen. 253. c. 4. H

Deliberans intrare religionem, non debet immorari circa res suas, pluris vendendas, nec alias: sed cito intrare, ne sequatur impedimentum aliquod. Nam tunc fortè esset melius immorari ad disponendum res, &c. Mat. to. 3. 42. c. 2. A

Quando licitum sit intrare religionem, etiam inuitis parentibus, & quando non. Mat. t. 3. 153. c. 2. E

Pater non potest deserere filios suos, si sint paruuli, & intrare religionem. Secus tamen si sint adulti, &c. Mat. to. 3. 153. c. 3. K

Quando quis, relictis parentibus, debeat introire religionem, & quando non. Mat. to. 5. 22. c. 4. K

Proponens intrare religionem, & vendere ea, quæ possidet, melius est cito vēdere, & paucas eleemosynas facere, quam magnas diu manendo extra religionem: & melius est omnia simul dare pauperibus, & transire ad religionem, quam manendo in sęculo quotidie facere eleemosynas, &c. Mat. tomo 5. 137. c. 3. H

Religiosus. Religiosis non sunt licita litigia. Mat. to. 6. 481. c. 3. G

Religiosi diuersorum habituum concurrentes ad conuersionem Liuonienſium, iussi sunt conuenire in vnam vestem superiorem extra de vit. & honest. cler. c. Deus qui. & hoc ad vitandum scandalum Liuonienſium, &c. 1. Reg. to. 1. 137. c. 1. B

Religiosi qui dicantur. Mat. to. 3, 84 c. 2. D

Religiosos decet vestem grossam asperam, & vilem. Mat. to. 3. 276. c. 2. E

Religiosi possunt sanctitatem simulare absq; hypocrisi. Mat. to 4. 130. c. 4. I

Consuetudo erat apud viros religiosos veteris testamēti, vt nō permitterent ad se fęminas accedere, ideo Pharisęus murmurabat de Christo, ꝙ Magdalena osculabatur pedes eius. 4. Reg. 40. c. 4. K

Religiosis viris periculosum est in principio, curijs principū esse: quia diuturna cōicatio in talibus locis difficillima est viro virtuoso desideranti tranquillitatem cordis, & castigare vitia ad vnguem: immo vtilius est ipsis abstinere à fructu copioso, quem fortè possent inducere in talibus curijs. Si quis tñ religiosus vir publicę vtilitati insudās, nec declinans à rigore virtutis possit manere in his curijs, non increpo, inquit Auctor, sed potius laudo, & approbo nimis, &c. 4. Reg. 35. c. 3. K

Religiosi abstinentes esse debent. Gen. 16. c. 4. H

Religiosis prohibetur ludere ludo taxillorū, & aleārum immo, & interesse ludentibus talis ludis. Et fiūt viles, & repellunt a dignitatib. Ma. t. 3. 32. c. 3. F

Quando religioso possit præcipere prælatus eius, vt sibi dicat veritatem circa ea, quæ petit, Mat. to. 5. 52. c. 2. A

Religiosorum virtutes sunt continentia, obedientia, & paupertas volūtaria, quæ designantur Mat. 19. cū dicitur: Et accesserunt, &c. Mat. t. 5. 77. c. 1. A

Religiosi, & prælati nō obligant esse perfectos, sed obligantur tēdere ad pfectionē. Ma. t. 5. 136. c. 1. A

Ius commune dupliciter obstat religiosis soluere decimas. Mat. to. 6. 226. c. 1. A

Quomodo sit intelligendum religiosos esse priuilegiatos super noualibus. Mat. to 6. 228. c. 1. E

Quare innocentius tertius restrinxerit priuilegium religiosorum de decimis. Mat. to. 6. 228. c 3. G

Omnibus religiosis concessum est retinere sibi decimas de noualibus illis, quæ proprijs manibus colunt. Mat. to. 6. 229. c. 3. F

Quid religiosum sit, quidve sacrum, quo ad cadauer humanum. Mat. to. 7. 113. c. 4. F

Religiositas. Ad religiositatem cōuenit fugere sęculi communicationē. 4. Reg. 6. c. 4. H

Reliquiæ. In numero reliquiarum ex quinque panibus, duo magna ostensa sunt. Mat. to. 4. 100. c. 2. E

Sed quare non dederit illas turbis, sed apostolis ibid. 101. c. 2. C

Reliquiæ factæ ex corporibus vocātur cineres. Mat. lomo 6. 89. c. 2. E

Reliquiæ sanctorum ex se ipsis nullam virtutem habent, sicut nec verba sacra prolata, aut scripta: sed efficatia illorum est est reuerentia, quam illis impēdimus propter Deum, vel potius ex reuerētia, q̄ impendimus Deo in illis, &c. Mat. to. 6. 178. c. 2. B

Remedium. Semper debet præcedere dānū: sic enim ait Ouidius 1. de Remedio amoris.

Principiis obsta, serò medicina paratur.
Cum mala per longas conualuere moras.

Gen. 67. c. 4. F

Remissio. Annus septimus remissionis, & annus iubilęi apud Iudæos, quare nunc non obseruentur. Exo. to. 1. 95. c. 2. E

Omnis remissio, & gratia, q̄ in nobis est, descendit à capite nostro Christo. Mat. to. 4. 172. c. 4. K

Remissionem peccatorum esse multis probatur rationibus. Defens. 1 c. 4. F

Non sunt tres remissiones peccatorū, licet sint tres personæ diuinæ. Mat. to 4. 174. c. 3. H

Remissio peccatorū, & pęnarū siue inferni, siue purgatorij, fit principaliter à Deo. Mat. to. 5. 60. c. 4. K

Quibus tribuatur peccatorum remissio. Matt. to. 5. 73. c. 3. H

Remissio peccatorum incerta est nobis viuentibus. Mat. to. 7. 102. c. 1. A

Ad remissionem peccatorum mortalium non requiritur

quiritur nisi motus liberi arbitrij,qui est in instanti.Mat.to.7. 135.c.3.I
Initium remissionis omnium peccatorum est charitas.Mat.to.7. 252.c.1.C
Remissio peccatorum venialium post mortem nō fit per aliquem actum meritorium,aut satisfactorium:quia nullus talis est post mortem,sed remittuntur per actum voluntatis,quo quis se spōtè subijcit pœnæ purgatoriæ tolerandæ, inquantum à Deo volita est ad expiationem peccati, & ille actus licet non sit meritorius, est tamē similis actui meritorio,inquantum Deus acceptat illum ad remissionem culpæ,vel peccati venialis, quod alias non poterat remitti Mat.to.7. 254.c.2.E

Remittere. Peccatum veniale dupliciter remittitur.s.quoad pœnā, & quo ad culpam post mortem.Mat.to.7. 255.c.1.B
In cœlo non remittuntur offensæ. Mat.t.5.66.c.2 B
Remittere peccata est non imputare illa ad pœnam. Leui. 151.c.2.E
Remittereculpa per solam contritionem, 2. Paral. 25.c.3.G

Remon. Interdum est nomen ciuitatis, & interdum cuiusdam lapidis,& aliquando est nomen idoli.1.Paral. 69.c.2.A

Ren Duo significat. Nam aliquādo significat renunculum,&c. Et interdum significat lumbos.Exo.to.2. 78. c.2.A

Renouari. Renouatio.

Renouari dupliciter accipitur,&c. Parad. 129.c.2.E
Renouatio est in ea re, quæ aliquid nouiter recipit, quod prius non habebat,&c.Parad. 130.c.2.E

Renunciare. Renunciaturum sęculo, duo sunt, quę retardāt.s.timor penuriæ,& amor pecuniæ, &c.Gen. 32.c.1.A
Qui propter Christum renunciant suis, vbique habent.Gen. 32.c.2.A
Filius in vete.lege non poterat renunciare hæreditati paternæ saltem rebus immobilibus. Secus tamen in noua lege.4.Reg. 32.c.1.A
Qui renunciant omnibus rebus suis, & sęculo,& in paupertatis habitu Deo seruire desiderant,multū Deo dant,quia se totos dant, & voluntatem suā, quæ maior est toto mundo.&c. Gen. 32.c.3.K

Repentinum. In repentinis mouetur homo secūdum habitum, vel secundum finem iam præconceptum.3.Ethic. & ideo in repentinis cognoscitur quis habere habitum.Mat.to.5. 151.c.4.K

Repertorium. Non vocatur eodem nomine, quo vocatur liber principalis.Ios.to.1. 154.c.4.I

Repetere. Non repetere ablata præcipuum est.Lucæ c.6. Et hoc secundū præparationem animi. Nam tenetur esse paratus nō repetere sua in casu,in quo exigat necessitas fidei, aut debitum charitatis,&c. Mat.to.5. 52 c.3.F

Repetitio. Frequenter eiusdem rei fit repetitio propter duo.Primò,vt aliquid superadditī.Secundò, vt magis memoriæ cōmendetur.Et ideo non fit repetitio,nisi eorum,q̄ erant valde specialia,& quæ Deus volebat multum custodiri,cuiusmodi erant abstinentia à cultu idolorum,& sabbathum,&c.Exo.to.1. 95.c.4.I
Repetitio, aut aliqua alia actio non conuenit cōtra id,qđ factum est auctoritate iuris Mat.3.25. c.4.K
A repetitione rerum suarum non tenetur quis cessare pp malitiosum scādalum. Et in casu tenetur non cessare à tali repetitione.Mat.to.5. 24.c.1.E

Repletio. De qua Genes.9. & replete terram, est habitatio satis populosa. Genes. 47 c.4.G

Reprehensio. Homines illi, qui aliquo tēpore iustè vixerunt, magis molestè ferunt reprehensionem, vel redargutionem,quam illi,qui fuerunt valdè impij,cuius assignatur causa.2 Paralip. 218.c.3.H

Reprehensor. Vbi non est reprehensor securius accedit tentator, ait Bernardus,contra Cleri.concubinarios. 7.c.3.G

Reprobus. Multo maior est numerus reproborum, quam saluandorum, vt probatur.Mat.to.7. 10.c.3.F

Reptile. Dicitur animal, quod plures pedes habet valde paruos,super quos non eleuatur,vel quod nullos pedes habet,& talia morātur in aquis, vt communiter, aliqua tamen sunt in terra, vt serpentes parui,& vermes: in aqua tamen omnes pisces reptilia dicuntur, &c. Gen. 8. c.1.A & c.3.I
In reptilibus vniuersaliter erat immunditia,siue illa quis tangeret viua:siue mortua,& ad emundationē semper debebat aspergi aquis lustrationis,&c. Leui.102.c.4.F. Et hoc propterea, quia omnia reptilia sunt quodam modo venenosa.ibidem.105. c.1.C.& 106. c.2.A

Repudiare. Fœmina in nulla politia habet potestatem repudiandi virum. Iudic. 149.c.1.A
Qui repudiabat vxorem in lege vete.non peccabat mortaliter.1.Reg.to.1. 142.c.1.A
Repudiare vxorem,siue esset per se licitum,siue nō, constat, quod post illam concessionem non fuit Iudæis peccatum repudiare vxores, & sicut sine peccato eas repudiabant, ita licitè accipiebant alias,& repudiatæ licitè transibant ad alios. 1.Reg. tom.1. 143.c.1.B
Gentiles nō peccabant repudiando vxores, aut habendo vxorū pluralitatem. 1.Reg.to.1.143.c.3.H
Nunquam viri iusti repudiabant vxores suas sine causa: licet possent.Nam videbatur valdè iniustū repudiare vxorem sine aliqua cā.2.Reg. 18.c.3.G
Conueniens, immo quasi necessarium fuit ponere Iudæis legem de repudiādo vxores propter multa.Mat.to.5. 95.c.2.E
An Iudæi peccarent repudiando vxores, duæ sunt opiniones;quidam dicunt, q̄ sic. Et qñ dī, q̄ erat permissum in lege,ergo licitū,egant consequentiā,dicentes, q̄ non omne permissum facit rē licitam, q̄ permittit̄, & ob hoc distinguunt quatuor permissionis spēs.Prima est per priuationē præceptionis Secūda p priuationem prohibitionis.Tertia p priuationem cohibitionis. Quarta per priuationem punitionis. Et isto quarto modo,vt ipsi dicunt, dicitur esse permissus libellus repudij, quia non puniebatur repudians vxorem, & malū erat repudiare illam,&c. Et peccatum mortale.Matt. to.5.95.c.4.F.Et tenentes primam opinionem respondent ad rationes pro secunda. ibid 96.c.1.A. Sed præfata argumenta si probant, quòd libellus repudij licitus esset in se ipso,non valent, aut probant,quòd licebat Iudæis repudiare vxores, idest, quòd non peccabant repudiando.Et sic bene probāt: quia talis libellus erat licitus,postquam erat permihus,& non peccabant repudiantes. Et prima opinio est irrationalis, scilicet,quòd peccarēt repudiando, cum vterentur priuilegio illis concesso,vt probatur ibidem 96.c.2.C
Et ita dicendum, q̄ repudiare in se malum erat, & non

non licebat ſaltem omni tempore ſine diſpenſatione,vel permiſſione Dei.Et iſtam fecit Deus,vt auferret Iudęis occaſionem peccādi in grauibus. Et per iſtam permiſſionem fecit licitum, qđ alias erat illicitum,& hoc Deus voluit,&c. Matt. to.5. 96.c.3.H

Quod Abraham repudiaret Agar,licitum fuit: Ge. 21.Et non ſolum licitum: immo neceſſarum iubente Deo.Mat.to.5. 96.c.2.C

Iudæi,qui nunc repudiant vxores,peccant mortaliter.Mat.to.5. 102.c.3.G

Mulieri in lege veteris nō licebat repudiare virum. Mat.to.5. 98 c.1.A

Repudianti vxorem non licebat eam amplius ſuſcipere.Deuter.24.Mat.to.5. 98.c.3.F

Non poterant Iudæi,vt dicit AbenEzra, repudiare vxorem, niſi ꝓp fornicationem, etiam præſumptā:vt ſi pręſumit vir,vel quia fortè vidit,& non poteſt teſtibus probare adulterium, repudiabat eam:ſed hæc opinio ſtare non poteſt,quia neceſſe eſt poni multas cauſas repudij,vel omnem cauſam eſſe ſufficientem.Mat.t.5.99.c.2.E. Thalmudiſtæ verò dicunt, ꝙ non licebat omni ex cauſa repudiare vxorem: ſed ſolum ꝓp fœditatem aliquam,& dicunt,ꝙ aut illa fœditas,vel cauſa erat ante matrimonium,vel poſt. Si ante, aut erat occulta,aut apparens: ſi occulta,poterat mulier repudiari: ſed ſi erat apparens,nō. Si verò eſſet poſt matrimonium, nunquam fiebat repudium, niſi propter fornicationem.Sed nec iſtorum ſententia vera eſt.ibid.99.c.4.H. Sed cauſa erat odiū permanēs,cuius odij multæ poterant eſſe cauſæ,nec iſtæ cauſæ erant determinatæ: ſed oēs quotquot mouere poſſent Iudæos ad odium vxorum ſuarum. Et hoc apparet eſſe neceſſarium. Et ita eſt verum, ꝙ licebat dari repudium ex quacunque cauſa:ſicut quæſierunt Phariſæi à Chriſto,& quātuncunque voluntaria eſſet cauſa licebat hoc, & iſtud conſonat dictis Hieronymi, &c. Matth.t.5. 100.c.1.A.Sed apud Gentes ſecundum leges humanas erant certę cauſę ad hoc, ꝙ vir repudiaret vxorem,& vxor virum.cap.de repudijs.l.conſenſum,&c.ibid. 100 c.2.C

Ad repudiandum vxorem in lege Moyſi ſufficiebat odium, ex quacunq; cauſa illud proueniret, nec oportebat cauſam illam exprimi. Matt. tomo 5. 100.c.3.K

Apud gentiles forma repudiandi erat diuerſa: quia aliter repudiabatur vxor,& aliter ſponſa,vxor repudiabatur ſub his verbis: Res tuas tibi habero. Vel aliter:Res tuas tibi agito. Sponſa verò ꝓ hæc verba: Conditione tua non vtar. Et hoc,ſiue vir, ſiue mulier repudiaret,vt patet.ff de diuortijs,& repudij.l.diuortium. De forma vero libelli repudij,apud Iudæos, non conſtat cū hoc non expreſſerit ſcriptura.Ioſephus tñ quarto de Antiquitatibus, dicit quod in libello repudij cōtinebatur, ꝙ vir promittebat nunquam cum illa conuenturum,&c.Mat.to.5. 101.c.2.E

De forma repudiandi apud Hebræos. Matth.to.5. 101.c.3.F

Secundum legem Iudęorum non licebat repudiare ſponſam,ſiue eſſet ſponſa de futuro, ſiue de p̄ſenti,ſed vxorem iam traductam,& cognitā, vt patet Deut.24.& c.Mat t.5.101.c.3.G.1.Reg.to.2. 54.c.1.E.Mat.to 1. 91.c.4.F

Apud Hebræos quidam priuabantur iure repudiādi vxores.Mat.to.5. 95.c.1.E

Repudiare vxores quocunq; tēpore eſt contra prima præcepta iuris naturalis.Mat.to.5. 95.c.2.C

Nō licebat oībus viris Iudęis repudiare vxores ſuas. Nā duo excipiebantur.i.infamantes vxores ſuas, & dicentes ſe non inueniſſe eas virgines, & dormiens in agro cum virgine nondum deſponſata Deutero.12.vbi dicitur,ꝙ ſi vir odio habens vxorem impoſuit nomen peſſimum,&c. Deut.2.habetur Deut.Mat to.5. 101.c.4 F

Chriſti lex Mat 19.de non repudiando vxores, non obligabat pro tunc:ſed poſt Chriſti paſſionem,facta publicatione euāgelij,&c.Mat.t.5. 102.c.2.C

Si Iudæus nunc repudiaret vxorem,& illa tranſiret ad alterum virum, & ipſa tranſeat ad fidē, & velit habere primum virum,cogetur recipere eam &c.vt patet extra de diuortijs. capit. Gaudemus. Mat.t.5. 104.c.1 B

Repudiari non poterat ſponſa nondum cognita, vt colligitur.Deut 24.Mat.to.6. 48.c.2.B

Repudians non tenebatur probare aliquā cauſam, immo nec cauſam exprimere: nec cauſam exprimebat:ſed ſolum ſcriptum dabat,per quod repudiabat illam,& ꝙ dabat ei licentiam contrahendi cum alio,&c.Mat.to.6. 59.c.1.A

In aliquibus caſibus non poterat vir repudiare vxorem.Mat.to.6. 59.c.2.B

Repudiata. Repudiatæ erant viles,ſaltem ſecundum opinionem,quia repudiabantur propter aliquam fœditatem Deut. 24.ſiue in moribus,ſiue ī corpore Leui.223.c.2.A

Mulieri repudiatæ,iuxta vnam opinionem,non licebat accipere alium virum:ſicut nec vir poterat ducere aliam vxorem abſq; peccato,&c. Sed iuxta aliam opinionem, q̄ tenenda eſt,dicendum, ꝙ licebat abſq; peccato,ſicut & viro licebat dare libellum repudij,&c.Mat.to.5. 97.c.2.D.&c.

Mulieres repudiatas non poterant ducere ſacerdotes:non quia illæ non poſſent accipere viros, ſed quia ſacerdotes debebant habere mulieres honorabiles, & ſic non accipiebant viduas in vxores, nec meretrices.ſ.ſummi ſacerdotes. Minores verò ſacerdotes repudiatas, nec meretrices.Matth. to.5. 97.c.3.I

Ex vxore repudiata non poterat alicui ſuſcitari ſemen.Mat.to 6. 48.c.4.K

Repudiatam non poterat vir ad ſe reuocare ꝓpter multa.Matt.t.5.99.c.1.A. Niſi fortè quando mulier repudiata non accepiſſet alium virum, & ipſe aliam.ibid. 98.c.3.H

Repudium. Libellum repudij non permiſit Moyſes,ſed Deus: nō n.habebat tantam auctoritatē Moyſes, vt aliquid malum ſimpliciter fieri permitteret: niſi dicatur, ꝙ permiſit hoc tanquam miniſter: quia legē à Deo datam ipſe adducebat ad populum,legebat,& exꝓplanabat,& obſeruari compellebat,& illi, qui repudiabant vxores,non peccabant mortaliter: ꝙa lex diuina hoc permittebat, & Deus poteſt facere id, quod vno modo eſt illicitum, ꝙ ex mandato ſuo fiat licitū, Nicolaꝰ tñ de Lyra dicit, ꝙ hoc non conſonat intentioni Chriſti.Mat.19.& ideo dicit.ꝙ repudiū permittebaī in lege: ita ꝙ nō puniebatur, ſed non ꝓp hoc efficiebatur licitū, &c. Sed contra eſt,ꝙ Chriſtus.Mat.19.dicit:Si quis dimiſerit vxorem,& aliā ſuperduxerit,mœchaī: q nō loquebatur de præteritis factis:ſed de futuris. Ideo non intendebat dicere, ꝙ omnes, qui vxores dimiſerant tempore præterito,& alias ſuperinduxerant,fornicabantur:ſed quicūq; talia poſt hoc facerent,& hoc quia Chriſtus incipiebat cōdere legem nouam,& veterē abolere, & improbatur opinio Nicolai.Gen. 268.c.2.D

Repu-

Repudiantem vxorem suã lex diuina, non solum, nõ puniebat: sed etiam dicit, quòd vir potest vxorem repudiare. Gen. 268.c.3.G

Repudium non licebat vxori dare contra virum in lege veteri: bene tamenècõtra. Nu.t.2.126.c.2.E

Repudium non poterat fieri ante consummationẽ matrimonij per copulam carnalem. Num. to.2. 126.c 3 K

Dans libellum repudij, & dans ad vsuram in lege vetenon peccabant, peccabat tamen cognatus hominis occisi ab aliquo, si occisorem occideret ex odio concepto, &c Num.to.2. 197.c.3.H

Libellum repudij nõ poterat vir dare vxori ex quacumq; causa, vt dicunt Thalmudistę, sed non placet eorum sententia. Deut. 125.c.4.G

Quòd libellus repudij dandus esset mulieri repudiatæ, præceptum erat: sed illam repudiare solũ erat permissum, & dare huiusmodi libellum, in fauorem cedebat vxoris: quia in libello scribebatur, ꝙ vir dimittebat eam promittens nunquã amplius cum ea matrimonialiter conuenturum: & ideo quòd haberet licentiam contrahendi cum alio & historia Scholastica dicit quòd in illo libello ponebatur iuramentum de non conueniendo cum ea matrimonialiter, & quòd ponebatur similiter causa, propter quam vir abijciebat illam, & legebatur coram sacerdotibus: sed hoc fortè non est verum. Deut. 126.c.1.B

Ex solo odio poterat vxor repudiari. Deutero. 126. colum.1.E

Cum vir repudiabat vxorem, dabat illi bona dotalia & partem bonorum de communi acquisitorum & omnia, quæ sui iuris erant: Et si qui filij essent vtriusque alebantur apud patrem, seu apud matrem, iuxta ætatem filiorum. Nam si patrui essent, indigentes solatio materno apud matrẽ nutriebantur, si verò maioris ætatis apud patrem; sic enim nunc mandant iura ecclesiastica, quãdo fit diuortium inter virum & vxorem, si puer sit in anno tertio, vel infra, debet apud matrem educari, & si super annum tertium debet nutriri apud patrem, vt patet extrà de cõuersione infidelium. c. ex literis. Secus tamen si fiat diuortium inter eos, qui ante erant infideles, & vnus eorum conuertitur ad fidem Christi, quia tunc filij ante annos discretionis sequuntur eum, qui conuertitur ad fidem, & hoc in fauorem fidei, vt constat ex eodem cap. &c. Deut. 126.c.2.A

Repudium dupliciter accipitur: vno modo quantũ ad thorum vel cohabitationẽ ex fornicatione, ita quòd neuter possit alteri copulari: & hoc licitum est, quia Christus illud licitè fieri dixit Mat.9. Alio modo strictè, quando, scilicet, quo ad vinculum fit, & hoc non est licitum. Deut. 126.c.3.F

Repudium magis repugnat matrimonio, quam pluralitas vxorum. Deut. 127. col.4.G. & Matth. to.5. 96.c.2.B

Quando libellus repudij dabatur in veteri testamẽto, licitè dabatur: & tamen nondum erat matrimonium solutum: sed licitum erat soluere illud, quando vellet. 1.Reg.to.1. 120.c.4 I

Aliqui dixerunt repudium esse licitũ apud Iudęos, ita vt non puniretur repudians: sed non quòd peccaret. 1.Reg.to.1. 142.c.2.C. Sed ista positio falsa est, vt probatur. ibidem

Ad proferendum sentẽtiam repudij interueniebat sacerdos, vt dicit Innocentius, & dicebat, Deus permittit vt vxorem tuam dimittas, sed non sine peccato tuo, sed falsum dicit Innocentius, vt probatur. 1.Reg.to.1. 143.c.1.A

Ad dandum repudium nullus erat determinatus casus, sed secundum voluntatem viri quandocumque vellet, dimittebatur vxor. 1.Reg.tom.1. 143. colum.1.E

Iudæus dans libellum repudij nõ peccabat, &c. Nec dans ad vsuras gentibus vel conuersis ad Iudaismum, & hoc, quia ista concessa erant Iudæis a lege, vt probatur. 2.Paral. 86.c.3.K

Libelli repudij vsus erat apud gentes. Mat.to.2. 151. colum.3.I

Vxores poterant Iudæi repudiare, etiam si nullam aliam causam haberent, nisi quòd non placerent eis, vt patet Deu.34. & Malach.2. Excepto, nisi vir eam defloraret, priusquam acciperet in coniugẽ, vt habetur Exod.22. & Deut.22. Matth.tomo 2. 158.c.2.B

Repudij libellus erat quædam parua carta, per quã vir ostendebat, ꝙ abijciebat vxorem à se, & ꝑ hoc licebat alteri viro nubere: & si fornicaretur non iudicabatur adultera, quia erat iã quasi vidua. Si autem sine libello mulier recederet, etiam si vir eam dimisisset, poterat eam accusare, & ipsa non haberet defensionem: quia constabat illam fuisse vxorem illius, & non cõstabat ab eo fuisse dimissam, &c. Mat.to.2. 195.c.4.K

Iudæi pro quacumque causa repudiabant vxores; immo sine causa, scilicet, quòd tantum displiceret eis. Mat. to.2.196.c.1.A. Christus verò solum excepit causam fornicationis ad dimittendum vxorem Matt. 5. Et hoc quantum ad thorum, & mutuam cohabitationem, & non quantum ad vinculum, & hoc in nouo testamento, in veteri tamen, quo ad vinculum etiam, ibid. 196.c.1.C

Repudij libellus est præter naturam & præter legẽ, ꝑter naturam quidem, quia vna caro diuiditur, præter legem vero, quia a Deo copulante, & iubente non diuidi, vxor diuiditur. Matth.tomo 5. 81.c.2.B

Repudij libellus non fuit datus Iudæis tanquam bonus, sed tanquam malus, scilicet, ad euitãdum peius videlicet mala, quæ sequi poterant, ex duritia cordis Iudæorum, qui habebant cor & passiones indomitas. &c. Mat.to.5. 92.c.2.B

Repudij libellus fuit aliquando licitus ex dispensatione, cum aliquando fuerit sine peccato; & talis dispensatio est in lege naturali, cum inseparabilitas matrimonij, contra quam fit, sit aliquo modo lege naturæ. Mat.to.5. 94.c.1.C

Pertinet tamen ista inseparabilitas ad ꝑcepta secũdaria iuris naturæ, eo quòd non est necessaria ad procreationem & educationem prolis, quasi sine illa non possit fieri educatio & procreatio, sed ordinatur ad ista, ad hoc quòd melius fiant. Et tamẽ ablata seꝑabilitate fit procreatio & educatio, licet non ita conuenienter, sicut stante in seꝑabilitate, &c. Et ideo potest cadere dispensatio in illa per aliquem citra Deum; & tñ dicendum, ꝙ non accipitur propriè dispensatio, prout dispensatio dicit potestatem supra legem, sed largè, prout dispensare idem est, ꝙ non obseruare, & non obseruando non peccare, &c. Quod habebat locum circa inseparabilitatem, cùm esset de præceptis secũdis iuris naturæ, quę licet sint de dictamine rõnis: tñ non est locus opinioni circa talia, & cuicumq; genti licet facere prout opinatur, qñ nihil est per quod conuincatur malè opinari; & ideo talia nõ obligant ad mortale, quousque per legem diuinam, aut positiuam, aut per consuetudinem firmata fuerint. Et ideo ante legem Christi licuit dari libellum repudij maximè gentibus sine aliqua dispen-

dispensatione propriè dicta,solum per hoc,quòd nesciebant se obligatos ad inseparabilitatem matrimonij.Mat.to.5. 94.c.3 G
Repudij libellus,licet possit esse in matrimonio, tamen de primis præceptis naturæ est,tamdiu commanere coniuges, quousque proles sit sufficienter educata & instructa.Quòd autem postea commaneant,nõ est de necessitate boni prolis:& ideo libellus repudij pro aliquo tempore licuit, & c. & aliquando non.Mat.to.5.94.c.4.I.Et hoc apud Gẽtes:secus tamen apud Iudæos,qui in quocumque tempore poterant repudiare vxores. ibidem 95. colum.2.C
Repudij libellum poterant Iudæi vxoribus dare ex permissione & priuilegio,qua permissione & priuilegio interdum prinabantur Iudæi,in casu,quo quis defloraret virginem in agro, quæ non esset desponsata; nã cogebatur illam accipere in vxorem,& nõ poterat eam dimittere tota vita.Deut. 22.Similiter & ille,qui infamabat propriam vxorem,&c.Mat.to.5. 95.c.1.D
Repudium erat apud Gentes:nam leges humanę expressè ponunt repudium,& modum repudiandi, & cap. de repudijs.Nec Iudæis concessum fuisset repudium nisi apud Gentes esse repudium,quando data est lex Moysi,vnde omnia mala,quæ permissa fuerunt Iudęis,erant apud Gentes,& c.Mat. tomo 5. 95.c.2.A
Repudij libellus directius est contra matrimonium quam pluralitas vxornm.Mat.to.5. 96.c.2.B
Libellus repudij non est nunc licitus. Mat.to.5. 95. col.3.F.Neque dissoluit matrimonium.ibid. 102. colum.4.F
Magis illicitus est libellus repudij, quam vxorũ pluralitas.Mat.to.5.96.c.2.B Deut. 127.c.4.G
Causa immediata repudij est odium.Mat.to.5. 100. colum.1.D
Repudij libellus est permissus,non solum per priuationem punitionis, sicut concubinatus & meretricium in lege veteri.sed vltra erat licitus,quia literis legis expressus:sicut datio ad vsuram, & vindicta.Mat.to.5. 96.c.4.F
Libelli repudij permissio, & datio ad vsuram extraneis,& prosecutio punitionis. nõ erant permissę, vt quidam dicunt,& probatur.Mat.to.5.96.c.4.F. Sed erat interpositio auctoritatis eius, qui legi præest, ad hoc quòd id,quod alias esset illicitum,, possit licitè fieri. ibid. 96.c.4.H
Libelli repudij ponitur expressa permissio,& nõ pluralitatis vxorem;quia primum videtur magis esse contra ius naturale,quàm secundũ,&c. Et aliquo modo exprimitur etiam pluralitatis vxorum permissio Deut. 21. Si vir habuerit vxores duas vnã dilectam & aliam odiosam,&c. Matth. tomo 5. 97.c.1.A
Repudium publicè fiebat ita vt in notitiam omniũ veniret.Mat.to.5. 97.c.4.K
Repudij causa erat odium, & timor de vxoricidio, quod ex odio sequitur.Mat.to.5. 98.c.1.C
Repudium non permittitur in lege Christi,bene tamen diuortium, propter solam fornicationem, & hoc tam fęminis quam viris.Ma.to.5.98.c.2.A
Repudium & diuortium reperiebantur apud Gentes,& fit differentia secundum leges humanas inter hæc,quia repudium vocant separationę spontalium, diuortium vero separationem matrimonij. Et non erat apud Gentiles separatio quãtum ad thorum & mutua obsequia, manente viuculo matrimonij, sicut fit inter nos:quia tunc cogerentur ambo coniuges castè viuere, quod nunquàm erat apud Gentes: sed quandocumque fiebat inter eos separatio,fiebat quantum ad vinculũ & licebat post diuortium, & repudium transire ad alterum matrimonium; licebat virum repudiare vxorem,& vxor virũ; & generaliter licebat vxoribus viros repudiare,si erant liberæ: si autem patronus acciperet libertam in vxorem, non poterat liberta repudiare patronum, nisi ex causa criminis commissi manumissa esset, vt patet.ff de diuorti.& repu.l. patrono & per totum titulum,& C. de repudijs per totum titulum, & tamen assignantur certæ causæ ad repudiandum. Mat. to.5. 98.c.2.B
Odium non esse sufficientem causam repudij,dupliciter apparet.Mat.to.5. 99.c.2.B
Circa repudium duo erant permissa, & duo præcepta. Primum permissum erat repellere vxorem. Secundum accipere aliam: & illa virum aliũ,primum præceptum erat libellum dare in manu repudiatæ.Secundum erat,quòd vir repudians non haberet illam postea. Sed circa hoc sunt opiniones,vna, quæ tenet, quòd nullo modo repudiata poterat redire ad repudiantem; alia,quòd in aliquo casu posset,scilicet,quando repudiata nõ acciperet virum, & repudians etiã pœniteret,prius quam acciperet aliam vxorẽ, quia erat quasi res integra. poterat reducere vxorem ad se.Vel dato ꝙ vir duceret aliam vxorem, si vxor repudiata non acciperet alium virum,posset eam recipere: secus si illa transisset ad alium virum siue ille eam repudiaret:& ita maneret soluta, vel fortè moreretur,non poterat iam accipere eam primus vir: quia lex repugnabat in his casibus, nec prima opinio videtur rationalis.Mat.to.5. 98.c.3.G
Circa repudium concedendum, non consideratur ius,sed duritia cordis:nam causa immediata repudij erat timor de vxoricidio, & hoc Christus innuit,cum dixit;Ad duritiam cordis vestri libellus repudij datus est, idest, Deus permisit illum dari, &c. Et causa proximior erat odium, ex quo moueretur vir ad occidendum vxorem,& ideo odiũ erat sola causa repudiandi,& hoc innuitur Malachiæ 2.Custodite spiritum vestrum,vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere, cum odio habueris dimitte,& ita dat regulam,ꝙ pro quocumq.odio illam abijciat,.s. si est odium perseuerans, secus si odiũ leue sit & transiens, &c. Mat.to.5.100.c.1.A
Reges Idumæorum, quos refert Moyſes,& habentur.1.Paral.1.duraverunt vſque ad Saulem,& incipientibus regibus in Iſrael ceſſauerunt reges Edom:& inceperunt duces, & Adad vltimus regū Idumeæ fuit pater Adad, qui fuit in Aegyptum, cuius patrem occidit Dauid, & tempore Dauid occiſo vltimo rege:inceperunt eſſe duces in Edō: & iſti fuerunt quamdiu Idumæi fuerunt ſubiecti regno Iuda ſcilicet vſque ad tempus Ioram regis Iuda. 1.Paralip.40.c.3. K. Et de iſtis ducibus & regibus ſcripſit Moyſes,vt propheta,& non vt hiſtoriographus, ex quo multi eorū fuerunt poſt Moyſem. Vel dicendum quòd Moyſes non ſcripſit illa, quæ habentur Gen. 36. Sed Eſdras,qui ſcripſit omnes libros Regum combuſtos in captiuitate Babylonis addens quædā in multis libris ſcripturæ:& ipſe addidit totum quod dicitur Gen. 36.& Deut.vlt.& in quibuſdam alijs locis: & tunc non eſt incōueniens aliquod: quia Eſdras fuit poſt omnia iſta.1.Paral.41.c.1.A.Sed quare ſolum ſcribatur de principatu regum, & ducum Idumæorū. vide ibid. 41.c.1.C

Et non fuit continuatus principatus Idumęorū vlterius,niſi vſq; ad tempus Ioram regis Iuda; quia ex illo tpe nō curat ſcriptura narrare de ſtatu Idumęorū:qa non fuerūt poſtea aliqua bella vel cōicationes inter Iſraelitas & Idumęos, &c. ibid.

Et duces quindecim,qui fuerunt poſt reges,fuerunt non ſimul:ſed ſucceſſiuè,ibid. 41.c.3.F

Quatuor reges Aſſyriorū fuerunt, qui perſecuti sūt Iſraelitas. Primus fuit Phul,& iſte regnauit tēpore Oziæ regis Iuda,& Manaſſę regis Iſrael.Secundus fuit,Theglatphalaſar,q ſucceſſit Phul tēpore Ioathan regis Iuda: & Phaceę regis Iſrael: & iſte tranſtulit duas tribus & dimidiam in Aſſyrios, & inſuper tribū Nephtali, & Galilęam.Tertius fuit Salmanaſar tempore Oſee regis Iſrael,& tempore Ezechię regis Iuda,qui tranſtulit omnes tribus Iſrael,cum rege ſuo.Quartus fuit Senacherib,qui ſucceſſit Salmanaſar,&c.1.Paral. 86.c.1.A

Regi nihil magis conuenit,quam potentia. 2.Paral. 15.c.4.K

Rex poſitus eſt ad procurandū vtilitatem ſubditorū,& non ſuam. 8.Ethi. & ſi ſecus agat,nō eſt rex: ſed tyrannus, & deponi meretur & hoc dummodo imponat magnū grauamen: vel efficiatur incorrigibilis,&c.2.Paral. 139.c.4.K

Rex non debet deponi pro quocunq; crimine, ſed pro magno crimine.2.Paral. 140.c.1.A

Reges non ſunt vere Domini, ſed rectores,ideo inter eos & ſubditos eſt aliquod iuſtum politicum, 2.Paral. 140.c.1.B

Regi magis neceſſaria & vtilior eſt prudentia:quàm cęterę virtutes.2.Paral. 185.c.2.E

Animoſitas etiam eſt neceſſaria principi, ſiue tempore belli &c. ibidem

Reges Hebręorū, per ſolam vnctionem,efficiebant reges:nec ante illam vnctionem erant reges, licet haberent ius ad regnum.2.Paral. 138.c.1.A

Matres regū Iuda nominantur in libris regum,& in libro Paralip. & non nominantur matres regum Iſrael, quod factum eſt propter differentiam dignitatis.&c.2.Paral. 170.c.2.E

Quare Mat. 25. loquens in iudicio, vocet Chriſtum regem. Mat.to.7. 107.c.1.A

De regibus Iudęorū,& quanto tempore durauerūt, incipiendo à Moyſe.Mar.to.1. 80.col.4.F

Reges Iudæorū,computando a Saul vſq; ad captiuitatē Babylonis, fuerunt numero viginti tres,quorū duo primi, ſcilicet Saul & Isboſeth filius eius de tribu Beniamin fuerūt:tertius verò Dauid, de tribu Iuda,& 20.alij ſequentes.Mat.to.1. 80.c.4.K

In terra Chanaan fuerunt pluſquam 40. Reges,qū Iudæi occupauerunt eam.Mat.to.4. 71.c.3.H

In vnctione regum ſignificat,ꝙ accipiunt poteſtatē legitimè à Deo in tpalib.&c.Mat.to.4. 182.c.4.K

Regum filij dupliciter ſunt liberi. Mat. tom.4. 276. col.4.K

Regum lib. In ordine prophetaliū tertius eſt:& iſte liber diuiſus eſt, quia duo primi lib. dicuntur Samuelis: quia illos ſcripſit Samuel,vt Hieronymus dicit & Iudęi:tertius & quartus dicuntur libri regum, & Hębraicę Malachim.1.Regum,& hos ſcripſit Ieremias Prophe ta: quia in eadem Hiſtoria ſcilicet in Babylonica irruptione ciuitatis ſanctæ & captiuitate,lib.4.Regum & lib.Ieremiæ terminantur.Gen. 20.c.2.F

Quatuor libros Regum ſcripſit Ieremias. Iudi. 171. col.4.K

Librum Regum, more Latino non accipimus tanquam plures libros: ſed tanquam vnum,qui tractat de regibus:ſed diuidimus hunc in plures particulas diſtinctas: Hebræi vero diuidunt hunc librum non ſicut nos.ſed in duas partes,quarū prima incipit ab exordio primi lib.& continuatur vſque ad finem ſecundi: & hanc partem appellāt librum Samuelis. Secunda eſt ab initio tertij vſq; ad finem quarti: & hanc vocant Malachin.1.Regum. 1.Reg.to.1.2.c.4.F. & melius dicitur Malachim:quam Malacoth.i.regnorum.ibidem 3.col. 1.D.& 11.c.2.E

Librum Regum non Samuel neque Dauid,ſed Iſaias vel Ieremias.1.Reg.to.1. 3.c.1.D

Sed melius dicitus quòd a Ieremia ſcriptum ſit,quā ab Iſaia.ibidem. 11.c.3.F

Quòd libri Regum ſcriberentur de ſacra ſcriptura, fuit

fuit conueniens,vt ostenditur. 1. Regum tom 1. 3.col.2.E
Libri Regum materia est ipsa temporalis successio regum Iuda & Israel,&c.1.Reg. 19.c.4.K
Duo primi lib. Reg.scripti sunt per Isaiam vel Ieremiam.1.Reg.to.2. 153.c.2.C
Regum libri,quare legantur in ecclesia. 2. lib.Regū. 157.c.2.A
Ex primo & 2. libro Regum Hebræi faciunt vnum librum,quem appellant librum Samuelis,sed nos illum in duos diuidimus & satis cōgrue. vt prob. 2.Reg.1.A.& 4.Reg. 1.A
Regum libros, in duos tantum libros diuidunt Hebræi,cuius diuisionis assignatur causa.3.Reg 2.A
Et primum appellant librum Samuelis, cuius appellationis varias causas assignant varij, quibusdam dicentibus, quòd ideo sic appellatur, quia illum scripsit Samuel, alijs:quòd Samuel scripsit vsque ad 24. c.eius scilicet vsque ad mortem suam,& ꝙ reliquum scripsit Dauid: sed dicendum quòd illi falluntur.3.Reg. 2.A
Dicendum ergo, ꝙ prædicti libri non habuerunt diuersos scriptores,sed ꝙ omnes fuerunt scripti ab Isaia,vel Ieremia: & melius dicitur, ꝙ à Ieremia: eo ꝙ Isaias nō vidit captiuitatem Babylonicam, in qua finiūtur libri Regum: sed mortuus est sub Manasses filio regis Ezechię.Dicitur tamen lib.Samuelis à materia, de qua agitur: quia in principio agitur de Samuele, &c.Secundus vocatur Melachim.1.Regum.Potius quā Malachoth 1.Regnorum,vt dicit Hieronymus in Prologo Galeato,tamen melius videtur,quòd dicantur Malachot. 1. Regnorum, vt probatur ibidem. Latini tamen omnes quatuor libros appellant, libros Regum, quia in illis de regibus agitur: & Historia Samuelis est velut pręludium,sed quare Latini diuidant in quatuor partes. ibid.
In Regum libris, quare non scripserit Ieremias gesta omnium Regum complere, non remittendo ad alios libros.3.Reg. 135.c.4.F
Liber Regum Iuda erat quid copulatum multis libris prophetarum,&c.4.Reg. 150.c.1.A
In libris Regum solum describitur historia, vsque ad captiuitatem Babylonis,& in libro Paralip.vsque ad redditum de captiuitate, &cætera. 1. Paralip. 2.B
Libros Regum scripsit Ieremias, licet duo illorum primi ab Hebræis appellentur libri Samuelis:sed nihil ipsorum scripsit Samuel,&c.1. Paralip. 344. col 4.K
Regum libri & lib.Paralib.licet fuerint scripti a prophetis: non tamen procedebant vt prophetales, idest velut scripti a prophetis,&cæt. Sed vt libri scripti a sapientibus: nam scriptores istorum librorum vtuntur testimonijs aliorum,&c.2.Para. 72.c.1.A
Regum Israel & Iuda historiæ, scriptæ sunt in duobus libris, quorum vnus erat Regum Iuda, & alter Regum Israel, qui sæpè citatur in libris Regū, & in libris Paral. præter hos fuit vnus alius liber, in quo scripta erant simul gesta Regum Iuda & Israel.2.Paral. 219 c.2.E
In libris Regum & in lib. Paralip. nominantur matres Regum Iuda:& non Regum Israel, quod factum est propter differentiam dignitatis, &cæt.2. Paralip. 170.c.2.E

Regum lib.j. In primo libro Regum texitur historia Samuelis:quia ipse fuit occasio introducendi reges inter Hebręos &c.1.Reg.to.1. 3.c.1.A

Regum lib.ij. Secundi libri Reg. intentio est describere historiam Dauid & posteritatis eius,&c.2.Reg 1.B

Regum lib.iij. In tertio libro Regum ponitur historia Salomonis tā quam prę̄ambulum ad diuisionem regnorū postea factam propter peccatum Salomonis, &cæt. 3.Reg.2 B Et ponitur in principio quædam pars historiæ Dauid, tanquam prę̄ambulum ad Salomonem.

Regum lib.iiij. Regum liber quartus, in duo diuiditur: nā primo agitur de peccatis Israelitarum & eorum desolatione. Secundo de peccatis virorum regni Iuda, & eorum captiuatione. De primo agitur a principio libri vsque ad cap. 17. inclusiuè:& de secūdo, a c.18.vsque ad finem libri.4 Reg. 2.c.2.A

Regina. Reginarum Aethiopæ nomen commune erat Candax, sicut Pharao Regum Aegypti. Gen. 14.c.2.E
Regina Saba non fuit quædam Regina Aegypti & Aethiopæ,quæ successit triginta tribus Pharaonibus, vt tenet Iosephus, sed dicendum videtur,ꝙ illa fuit Regina Aethiopæ, nam & Saba ciuitas quędam est Aethiopæ.3.Reg. 88.c.2 C

Regnare. Dupliciter accipitur, vno modo ꝙ habere statum regalem scilicet maiestatē,cultum,gloriam & honorem, & isto modo omnes beati regnabunt in vita æterna. Alio modo accipitur pro gubernare,& isto modo non regnabunt.Mat.to 7. 109.c.3.K
Deus potest regnare super aliquos,sup quos regnat homo: eo ꝙ aliter regnat Deus & aliter regnat homo:duo tamen homines non possunt regnare super eosdem homines, quia eorum regnare est eodem modo.1.Paral. 338.c.4.I
Dauid & Salomon regnauerunt super duodecim tribubus.Mat.to.5. 223.c.1.B
Discipuli Christi putabant Christum temporaliter regnaturum.Mat.to 6. 260.c.2.E

Regnum. In Babylone & terra Senaar fuit primum regnum,vbi sunt ciuitates,quæ nominantur.Gen.10.Gen. 52.c.1.C
Regnum Assyriorum fuit primum regnum mundi, dicunt historiographi gentium, cuius principium fuit in Babylone,per Nemrod regem.Gen. 52.c.1.C
Inter regnum & gentem quid interfit. Matth. to 6. 270.c.1.A
Regnum esse paratum a constitutione mundi, dupliciter intelligitur.Mat.to.7. 109.c.4.K
Regnum beatitudinem significat.Mat.to.7.110.col. 2 B.& 18.c.4.G
Regnorum ablationes & captiuationes, & mutationes vt communiter in sacra scriptura designanț per aliqua signa & non solum in voce prophetica.1.Reg.to.2. 13.c.3.F
Regni Saulis ablatio significata est per abscisionem pallij Samuelis à Saule.1.Regum 15.&1.Reg.to.2. 13.c.3.F
Duplex fuit causa ruinæ regnorum Iuda, & Israel 4.Reg. 3.c.1.C
Regnum Iudæorum reddit tempore Aristoboli, & fuit annis 475. Postquam defierat regnum Iudęorum, ducto Sedecia in captiuitatem Babylonis. 1.Paral. 96.c.1.A
In regno Israel non succedebat mulier. 1. Paralip. 140.c.2.C
In quolibet regno interdictum est vendere hostibus arma.1.Paral. 208.c.4.F

Regnum Iſrael dicebatur regnũ Domini, eo quòd ſpecialiter pertinebat ad eum, tam ex parte populi, quam ex parte terræ, &c. 1. Paral. 324.c.2.E
Regnum poſſidere, dupliciter accipitur: vno modo pro habere ius regni vel regnãdi. Alio modo pro eſſe in regno pacificè, &c. Mat. to 7. 109.c.2.E
Regnum dicitur confirmari, quãdo rex nouus, qui non habet adhuc ſecurè regnum, incipit illud habere ſecurè, id eſt, firmiter: & iſta firmitas eſt reſpectu duorum, ſcilicet, reſpectu ſubditorum; & reſpectu hoſtiũ, de ſubditis quidem quòd perfectè obediant: & de hoſtibus, quòd nocere nõ poſſint. 2. Paralip. 128.c.3.F
Regnum Iuda durauit maiori tempore, quam regnum Iſrael, nam regnum Iſrael finitum eſt anno 6. Ezechiæ. 4. Regum 17. qui fuit 15. rex Iuda, & durauit regnum Iuda, computando à Dauid vſque ad vltimum annum Sedeciæ annis 515. vel quaſi. Mat. to. 1. 81.c.1.D
Et hoc computando quadraginta annos ſub Saule, in quibus computantur tempora Samuelis, qui præfuit neceſſario pluſquam 20. annis: & ita erãt anni regum Iuda 493. Mat to. 1. 81.c.2.A
Regnum de ſtirpe Dauid finitum eſt in tranſmigratione Babylonis, nec poſtea fuit rex de ſtirpe Dauid: & ceſſauit illud regnum de ſtirpe Dauid ab orbe condito 3362. & ante Chriſti natiuitatẽ annis 601. Mat. to. 1. 144.c.1.E
Regnum Iſrael ſcilicet tribuum cępit tempore Roboam, & fuit iſtud regnum ſemper peſſimum, & fundatũ ſuper iniquitate: quia omnes reges eius coluerunt idola, & non erant ibi reges de aliqua vna familia vel tribu: ſed aliquando de vna, aliquando de alia: Sed non fuit ſic in regno Iuda, & regnum Iſrael durauit vſq; ad 6. annum regis Ezechię 4. Regum 17. Nam illo anno ducti ſunt Iſraelitæ captiui in Aſſyrios, vbi manent hodie, & ſic fuerunt ſolum 13. reges de regno Iuda, eo tempore quo permãſit regnum Iſrael, & in regno Iſrael fuerunt reges 19. Mat. to. 1. 81.c.2.C
Regnum Iſrael durauit annis quaſi 260. Matth. to. 1. 81.c.4.F
Non ſolum regna, quæ iuſtè habentur, a Deo dantur: ſed quæ iniuſtè, vt probatur contra quoſdam dicentes quòd regna, quæ iniuſtè habentur ſunt a dęmone. Mat. to. 1. 240.c.1.B
Regnum, prout dicit multitudinem gubernatam, ſic definit Dionyſius lib. de Diuinis nominibus, c. 12. Regnum eſt omnis finis & ornatus, & legis, & ordinis diſtributio. Mat. to. 2. 18.c.4.I
Regnum importat perfectionem in præſidẽte. Mat. tomo 2. 18.c.4.K
Aliqua regna ſunt, quæ non habent Imperatorem ſuperiorem, vt rex Hiſpaniæ: & ideo talia regna, non tenentur ad obſeruãdum iura ciuilia ab Imperatoribus condita, niſi ipſi de nouo illa ſibi inſtituant. Mat. to. 3. 33.c.3.F
Regnum dicit excellentiſſimum principatũ in quadam coordinatione præſidentis, & ſubiectorum ad vnum finem beatitudinis politicæ. Mat. tom. 4. 15.c.4.F
Regnum Iudæorum fuit florentiſſimum tempore Dauid & Salomonis. Mat. to. 5. 4.c.2.B
Regnum dupliciter accipitur, vno modo pro iure regnandi, alio modo pro illo, in quo regnat. Mat. tomo 7. 109.c.2.E
Regnum poſſidere accipitur dupliciter, vno modo pro habere ius regni, vel regnandi. Alio modo, p eſſe in regno pacificè: & aliquid eius habere: & lucra de illo capere, & bona ſua ibi habere, primo modo vnius regni vnicus eſt rex; ſecundo modo omnes habitatores illius regni dicuntur habere illud regnum. Primo modo ſolus Deus eſt rex in regno cęlorum, & ſecũdo modo, omnes beati, &c. Mat. to. 7. 109.c.3.F

Regnum Dei

Non in ſublimitate graduum ſed in amplitudine charitatis acquiritur, vt patet extra de temporibus ordinandorũ. c. ad aures. Nu. to. 2. 133.c.1.E
Nemo in regno Dei debet concupiſcere primatum Mat. to. 5. 199 c.4.F
Regnũ Dei dupliciter accipitur, vno modo eſt aggregatio eorum, qui per fidem ambulant: & ſic eccleſia militans dicitur regnum Dei: alio modo eſt collegium eorũ, qui iam in ipſo fine ſtabiliti ſunt: & ſic eccleſia triumphans dicitur regnum Dei. Mat. to. 2. 18.c.4.F
Regnum Dei quærere eſt cogitare de illo: quia alias non eſſet diſtinctio inter quærere regnum & quærere iuſtitiam eius, &c. Mat. to. 3. 109.c.1.E
Regnum Dei ſemper quærendum eſt, ideſt dẽt præſupponi in omnibus actibus noſtris: nullus enim debet eſſe actus noſter, quem nõ teneamur actualiter vel habitualiter referre in vitam æternã, &c. Mat. to. 3. 109.c.3.G
Ad regnum recipere, eſt ſoluere, & regno excludere eſt ligare, &c. Mat. to. 4. 173.c.1.C

Regnum cœlorum.

Regnum cœlorum per ſolam Chriſti mortem datur, & per ſolam ipſam appropinquat. Mat. to. 1. 260 c.4.I
Nulla maior dignitas vel honor, quam poſſidere regnum cœlorum. Mat. to. 5. 123.c.2.A
Regnum cœlorum multipliciter capitur, vno modo pro eccleſia militante: alio modo pro eccleſia triumphante: alio modo pro tempore reſurrectionis generalis, & in Euangelio in eodem contextu non accipitur. Mat. to. 2. 82.c.2.B
Regnum cœlorum propriè ſimile eſt homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo, &c. Mat. 22. & Ma. to. 6. 9.col.3.K
Regnum cœlorũ quintupliciter accipitur, vno modo pro eccleſia militante, ſecũdo pro æterna beatitudine, tertio pro lege Moyſi, ſiue pro intellectu eius, aut pro ſtatu illius legis. Quarto pro Euangelio vel ſtatu noui teſtamenti. Quinto pro Chriſto, &c. Mat. to. 3. 235.c.3.H. Et ſecundo modo iſtorũ accipitur Matt. 10. Cum dicitur prædicate: quia appropinquauit regnum cœlorum: & non aliquo aliorum modorum, vt probatur. ibidem
Regno cœlorum nihil eſt prætioſius. Matt. tom. 5. 9.col.2.E
Oppoſitum regni cœlorum, eſt infernus. Matt. to 7. 178.c.1.D
De metaphora vini in regno cœlorum. Matth. to. 6. 121.c.3.G
Regnum cœlorum dupliciter accipitur vno modo propriè pro vita æterna; altero modo impropriè pro ſacra ſcriptura. Mat. to. 6. 189.c.4.K
Regnum cœlorum in parabola regis, qui fecit nuptias filio ſuo, capitur pro eccleſia militante. Mat. tomo 6. 3.c.3.H
Regnum cęlorum capitur quadrupliciter vel quintupliciter in ſacris literis. Mat. to. 6. 189.c.4.I. Mat. tomo 7. 7.c.3.G
Claudere regnum cœlorum capitur multipliciter. Mat. to. 6 190.col.1.D
Doctrina regni cœlorum dicitur dupliciter. Matth. tomo 6. 179.c.4.K

Regnum Christi Non erat nisi spirituale. Mat. to 5. 193. c. 1. A. & 194. c. 4. F

Regnum Messiæ credebant Iudæi futurum esse vltimum regnorum. Mat. to 6. 261. c. 2. E

Regalis politia secundum naturam suã vel genus, melior est omnibus alijs politijs, nulla tamen est periculosior. 1. Reg. to. 1. 97. c. 3. F

Reuelationes diuinorum passim omnibus nõ sunt faciendæ. Exo. to 1. 25. c. 3. F

Rhamnus Est arbor spinosa & inutilis & sicca, quæ facili motu calorem concipit & ignem. Iud. 87. c. 4. F

Rhetor. Rhetorum modus, & cõditio est multiplicare eandem sententiam per verba varia ad causandum vberiorem persuasionẽ, 380. c. 2. B

Rhetorum finis & actus est suasio, &c. Num. tom. 1. 201. c. 1. B

Rhetorica Assecutiua est Dialecticæ. Gen. 1. B

Rhetorica, cuius finis est persuadere, magis vocalis est, quam Dialecticæ: quia in solis mentalibus terminis tota Dialecticæ ratio consistere potest, rhetorica autem verbis indiget, vt alteri persuadeat. Genes. 15. c. 1. C

Inter rhetoricam & grammaticam quid interfit. Gen. 15. c. 1. D

Rhetorica grammaticam præsupponit, vt pulchrũ non sit sine recto. Gen. 15. c. 2. A

Rhetorica in negotijs ciuilibus copiosa est, & iocunda, de qua Alani carmina referuntur. Genes. 15. col. 2. C

Rhetoricæ quatuor præcipuos præceptores habemus, scilicet, Gorgiam, Aristotelem, Tullium, & Quintilianum. Gen. 15. c. 2. C

Rhinoceros Est animal fortissimum & impetuosissimum, quem omnia animalia timent: & leones se abscondunt, viso illo. Num. to. 2. 48. c. 4. H. & 53. c. 4. G

Rhinocerotis ferocitas describitur, & modus, quo a leone occiditur. Deuter. 180. c. 4. F

Rhodus Nomen ciuitatis est insulæ, quã Cecrops cõdidit: & est prima de Cicladibus ab Oriente, quæ cum conderetur rosæ capulum inuentum est, a qua Rhodos dicta Genes. 8. col. 2. C

Rinocorula Fluuius diuidit terram Philisthijm à terra Arabũ & aliarum gentium versus Aegyptum 3. Reg. 41. c. 1. C

Risus Abrahæ, de quo Gen. 17. Non fuit irrisio difidentis: sed exultatio congaudentis, &c. Gen. 261. c. 2. B

Ritus. De ritu antiquorum in cibis sumendis. Mat. to. 6. 2. c. 1. D

Ritus consecrandi summum sacerdotem in veteri testamento. Exo. to. 2. 71. c. 2. D

Ritum Iudaicum tenentes diuidebantur in duo, scilicet, in filios Israel & in aduenas, & filij istorum semper vocabantur aduenæ, & non filij Israel. Mat. to. 6 194. c. 2. B

Riuus A ruendo dicitur. Exodo tomo 1. 42. colum. 4. K

Rixa Est contentio realis: sicut iurgium contentio vocalis. Exo. to. 1. 216. c. 3. G

Roboam. Tota regum Iuda successio a Roboam clauditur inter Salomonẽ & Ieconiam, & successio regum Israel inter Ieroboam & Osee. Gen. 20. c. 4. F

Roboam peccauit dure respondens populo, &c. 3. Regum. 107. c. 3. G

Roboam quomodo propter peccata patris fuerit excæcatus: & quomodo non. 3 Reg. 109. c. 1. D

Tempore Roboam, erant in regno suo publica lupanaria virorũ epheborum, quæ abstulit Assa nepos Dauid occidendo illos, & sub pœna mortis interdicendo talia fieri, &c. 3. Reg. 138. c. 4. F

Roboam filius Salomonis habuit 18. vxores & 60. concubinas: & genuit filios 28. & filias 60. & cæt. 1. Paral. 55. c. 3. K

Roboam erat quadraginta vnius annorum, cum cepit regnare. 3. Reg. 14. 2. Paral. 140 c. 4 H

Iuuenes consuluerunt Roboam respondere stulte, vt respondit, propter multa. 2. Paral. 141. c. 3. F

Sed quare assensit eis Roboam. ibidem

Et Roboam peccauit, dure respondendo populo; & fuit stultus valde, vt patet Ecclesiastici 41. &c. ibi.

Et potest dici, quòd populus peccauit recedendo a Roboam, &c. Sed dicendum & melius, q̃ nõ peccauerunt Israelitæ recedendo a Roboam. ibid.

Et hoc propter dura verba, & iustum timorem. 2. Paralip. 145. c. 3. H

Et non poterant illæ decem tribus licitè recedere a Roboam, si ipse nõ fecisset aliquod dignum diuisione regni, & in præiudicio earũ. Et duæ tribus, quæ manserunt cum Roboam, poterant ẽt licitè ab eo recedere, sicut cęteræ decẽ. 2. Para. 143. c. 2. E

Et Roboam misit Aduram ad decem tribus, nõ ad petendum tributa ab eis. Sed solum ad reconciliãdum populum cum Roboam, & reducẽdum ad ipsum. Et si Aduram iuit persuadere Israelitis redire ad Roboam, peccauerunt Israelitæ ipsum lapidando, similiter peccarẽt, si lapidarent eũ, quia peteret tributa, sine priori admonitione vt desisteret. 2. Paralip. 144. c. 1. A

Et non tenebantur decem tribus ad petitionẽ Aduram, redire ad vnionem regni. vt probatur. ibidẽ.

Et Israelitę si redirent ad Roboam, priusquam constituerent Ieroboam in regem, magis mererentur, vt probatur ex multis. Nec licitum erat Israelitis lapidare vel occidere Aduram. Et Israelitæ recedentes a Roboam, poterant licitè manere sine rege, vt probatur. 2. Paral. 145. c. 3. K

Et populus poterat accipere alium in regem, & nõ Ieroboam ibid. Sed quare solum duæ tribus permanserunt cum Roboam, ibidem. 147. c. 3. F

Et mansit cum Roboam tribus Iuda: quia Roboam erat de eadem tribu: sed tribus Beniamin sociata est tribui Iuda potius quam alia propter multa. 2. Paral. 148. c. 1. B

Roboam habuit 18. vxores, sed scriptura solas tres nominat, scilicet, Maalach, Abigail, & Maacha: & & volẽs nominare Maacham matrem Abiæ, qui fuit rex Iuda, voluit primo nominare duas vxores Roboã præcedentes, scilicet, Maalach & Abigail propter duo, &c. 2. Paral. 155. c. 4. F

Cum Roboam habuerit 28. filios, & 60. filias, cur ex filijs nominantur solum septem. 2. Paral. 11. 2. Paralip. 156. c. 1. E

Roboam non peccauit constituendo in regem filiũ suum Abiam, cum ipse non esset primogenitus, vt probatur. 2. Paralip. 157. c. 4. F

Et ad eligendum Abiam in regem habuit tres causas, vel motiua, quæ habentur 2. Paralip. 11. Primum fuit, quia erat cæteris fratribus prudentior. Secũdum quia animosior. Tertiũ quia Roboam diligebat matrem Abiæ super alias omnes vxores. 2. Paral. 158 c. 2. D

Roboam, ante mortem suam, constituit Abiam filium

lium suum in regem, quæ quidem constitutio potuit dupliciter. 2. Paral. 159. c. 1. E
Roboam finiuit dies suos in malo, scilicet in idolatria: & in multis alijs malis. 2. Paralipom. 168. colum. 4. F
Cum Roboam pugnaret aduersus Ieroboam vt dicitur 2. Paralip. 12. potest teneri, quòd peccauerit, & potest teneri quod non. 2. Paral. 169. c. 2. A

Robur. Esse spirituale potest multipliciter intelligi. Iud. 147. c. 2. D
Robur corporis datur nobis per cibum. Matt. to. 4. 98. c 2 C

Rodericus Rex.

Roderici regis tempore ad impletum est in Hispania prognosticon Methodij martyris. Gen. 258. colum. 4. G

Roma. Romæ nomen vetuerunt Dij publicari, dicunt Gentiles, & Valerius Soranus, quia illud semel publicauit, morti traditus est, Leui. 282. c. 1. B
Roma dicitur ciuitas per excellentiam, vt habetur Instit. de iure naturali gentium & ciuili, Nu. to. 2. 59. c. 3 F
Anno quinto post Christi mortem Senatus Romanus iussit Christianos ab vrbe pelli. Matth. tom. 6. 370. c. 4. K
Vrbis Romæ tempore Ciceronis non erat cognitum vltra caucasum montem. Ios. tomo 1. 121. c. 1. C. 3. Reg. 91. c. 2. E. & 1. Paral. 162. c. 4. H
Roma quodam omine fundata est. 3. Regum 188. colum. 3. F

Romanus.

Roma cur patria communis dicatur. Matth. to. 3. 178. c. 3. G
Romanus dicitur quilibet Italicus propter singularem excellentiam vrbis Romæ, vt patet. ff. ad municipa. l Roma. Mat. to. 3. 178. c. 3. G
Romanorum origo ex multis est, partim ex Archadibus, partim ex Græcis, & maximè ex Troianis, &c. Gen. 51. c. 2. D
Primi Romanorum dicti sunt ab Origenes, & in Hebręo Cethim. Nam Num. 24. vbi nos legimus: Venient in trieribus de Italia: in Hebræo dicitur de Cethim. Cethim enim fuit pro nepos Noe, filius Iauan, filij Iapheth, de quo Gen. 10. Gen. 51. c. 3. C
Romanorum casus tres rationes assignat Lucanus. Primam appellat fatalem dispositionem. Secundam inuidiam magnitudinis. Tertia est, quia res magnę nullo etiam impellente concidunt, &cęt. Exod. tomo 1. 123. c. 2. A
Romanos vocat Vergilius domũ Assaraci 6. Aeneidos: quia descendunt ab Assaraco per Aeneam, & Aeneas ab Anchise, & Anchises ab Assaraco. Exod. to 1. 154 c. 2. E
Romani habent exordium à Troianis, vt Salustius dicit ī primo Catilinarij. Vel, si vlteriora exordia resumamus, ab Archadibus, &c. Nam Achades, qui & Græci terram primo inhabitauerunt, vt ait Vergilius 9. AEneidos, & Solinus in Polyhistor. quare Iudæi falsos illos Idumæos vocant. Num. tomo 2. 59. c. 1. E
Romani solebant reges, & principes hostium in bello captos, post triumphum interficere apud Capitolium, si potuissent viui capi. Iudicum 48. colum 1. E
Romani sola armorum exercitatione vicerunt omnes gentes. 1. Reg. to. 1. 93 c. 1. A
Romani adducebant viros clarissimos ex omni terra ad vrbem suam, &c. 1. Reg. to. 1. 221. c. 2. E
De amicitia Iudæorum cum Romanis. Matth. to. 6. 21. c. 4. K
Quare Romani faciebant statuas æreas viris excellentibus. 1. Reg. to. 2. 8 c. 4. K
Romani, quando mittebant aliquem ad pugnandũ contra hostes, talis, postquam rediret in vrbē, per aliquam certam distantiam, habebat deponere exercitum, ne potentia fultus, posset in vrbē mouere seditionem. Et ista fuit vna de causis belli inter Cæsarem, & Pompeium: quia Senatus iussit Cæsari deponere exercitum, ipse autem timens factionem contra se in vrbe, noluit deponere. 2. Regum 136. c. 3. I
Romani, vt ait Vegetius, non vicerunt cæteras gentes multitudine, quia multo plures erant barbari: nec etiam fortitudine: quia robustiores erant Hispani: sed doctrina militari: & armorum exercitatione vicerunt. 1. Paral. 77. c. 1. E
Romani deleuerunt Ierusalem. Mat. to. 6. 157. c. 4. G. Sed quo tempore. vide ibidem. Similiter quare destruxerunt templum. vide ibid. & 258. c. 1. E
Romani acceperunt leges a Græcis mittentes decẽ viros in Athenas, qui leges a Solone legislatore datas, de Græco sermone in Latinum transferentes, decem tabulis exposuerunt. Et vulgariter leges istæ dicuntur leges decem tabularum, & quia ista legislatio visa est Romanis incõpleta, postea addiderunt duas tabulas legum, de quibus habetur latissimè. ff. de origine iuris. in l. necessarium. de Optima poli. 4 c. 4. K

Romana Ecclesia. Apud Romanam Ecclesiam, & aliquas alias fuit olim consuetudo, quòd postquam quis cognoscebat vxorem propriam, non intrabat Ecclesiam, vsque quo lauaret corpus, vt habetur 33. quæst. 5. c. vir cum propria vxore. Sed hoc abijt post in dissuetudinem: quia erat simile cæremonijs Iudaicis. Mat. to. 2. 192. c. 4 G

Romulus. Romuli mater viua sepulta est. De Statu ani. 8. c. 2. D
Romulus computatur à Gentibus inter Semideos, &c. De Statu animarum, &c. 8. c. 2. D

Ros. Roris sapor est malus, & comburens. Exod. tomo 1. 130. c. 4. I

Rota. Rotarum signa curuum Pharaonis, idest, orbitæ vsque hodie manent in viuis arenis, ac si nouiter essent impressa, & cæt. Exod. to. 1. 117. c. 2. B

Ruben. In Hebręo, quasi reuben interpretatur filius visionis. Et assignatur ratio quare sic fuerit vocatus. Gen. 318. c. 2. D
Ruben nescisuit venditionem Ioseph: quia non aderat, neque voluerunt ei alij fratres indicare. Gen. 351. c. 1. D
Quare Ruben vocetur a Iacob principium doloris mei. Gen. 49. & Gen. 402. c. 1. A
Ruben quare dicatur prior in donis. Gen. 49. Et quare dicatur maior in imperio. Gen. 402. c. 1. C
Ruben quare dicatur, effusus sicut aqua. Gen. 402. col. 2. A
Quare dictum sit Ruben: Non crescas, &c. Gen. 402. colum. 2. E
Quare Moyses benedixerit Ruben in cathalogo benedictionum, Deuter. 33. dicens: Viuat Ruben, & non moriatur. Gen. 402. c. 3. C

Rubenitæ. Nihil acceperũt de regno Og regis Basan: sed neque totam terrã regni Seon. Sed quandam eius particulam accepit tribus gad. Iosue to. 2. 70. c. 3. I

Rubigo Est, cum teneræ fruges noxio rore perfunduntur,& vertuntur calami & spicæ in ruborem. Et deinde marcescentibus radicibus, putrefiunt: & ista impressio vocatur vredo.Gen.4.Gen. 21.c.4.F

Rubigo causatur ab aeris intemperie in fructibus, & in frugibus,vt interius vermibus corrodãtur, & marcescentes ante debitum tempus deficiãt. Deuteron. 149.c.4.F

Rubus. In rubo, de quo Exod. 3. Erat verus ignis.Exo.to.1. 16.c.1.A

Sed quare Deus voluerit apparere in Rubo, & in igne:assignatur ratio.ibid. Et illius ignis actio suspendebatur a Deo, sicut suspendit actionẽ ignis trium puerorũ.Danielis.3.&c. Et ille ignis erat à solo Deo, conuertendo. s. aerem, rubo propinquum,subito in ignem. Et ipsum productum cõ seruando.ibid. 16.c.4 H

Rubus ardens,& non conbustus significabat, & erat signum liberationis Iudæorum.Exo tom.1. 17.c.1.C

Rudis. Rudes sensibili exemplo ad intelligendum erudiũtur:sed docti verbis.Matt. to.5. 4.c.4 K

Ruere in faciem Potest dupliciter cõtingere.s. vel ex timore,vel ex reuerentia.Leu. 80.c.1.E

Ruminare. In animalibus, est signum bonę complexionis,& mũdę,&c. Leu. 96.c.1.A

Rursum, vel rursus.

Ista dictio rursum, vel rursus est aduerbium iterandi.Et iteratio est quãdo vnus actus factus fuit, & illo finito,iterum alius factus est. Exo.tom.2.121. col.3.G

Rusticus. Rustici excusantur ab ignorãtia iuris,vt patet.cap.de iuris,& facti ignorantia.l.2.& l.cum quis.Gen. 317.c.4.K

Ruth. De libro Ruth.Gen. 20.c.2.A

Quod Ruth,& Orphã Moabitidas duxerint in vxores Chelion,& Maalon,excusantur ipsi. Exo.t.2. 174.c.2.E

Historia Ruth contigisse sub Heli sacerdote, dicũt multi, similiter & Iosephus: sed videtur, ꝙ multo prius. s. tempore Abesan iudicis fuerit, vt dicunt Hebræi, dicunt etiam Abesan fuisse Booz, sed non probant.Ruth. 234.c.1.E

Ruth quare dixerit Noemi tot verba.s.quocunque perrexeris,&c.Ruth.1. 241.c.3.H

Ruth nudam se posuit ad pedes Booz,&cæt. Ruth. 252.c.3.F

Ruth succedebat in bonis Maalon, quandiu apta esset suscitare semen ex aliquo propinquo Maalõ, &c.Ruth. 264.c.4.H

Ruth non soluit calciamentum de pede cognati Booz,nec expuit in faciem eius,&c.quia illa pęna legis solum dabatur fratribus defuncti. Deut. 25.&c.Ruth. 279.c.4.G.

Scriptor libri Ruth creditur esse Samuel.Ruth.283. col.2.B

Historia Ruth fuit tempore Gedeonis, & non tpe Heli,nec tempore Besan.Ruth. 286.c.2.B

Liber Ruth dicitur pars quædam,per apocopẽ, decisa de libro iudicum: quia in diebus vnius iudicis gesta eius narrantur,&c.1.Reg.to.1. 2.A

Liber Ruth,& si post librum iudicum in codicibus nostris ponatur, pertinet tamen ad librum iudicum,& est vltima pars eius per apocopem decisa ab eo:quia tamen de quodam speciali euẽtu fuit, confectus est libellus per se.1.Reg.to.1. 3 c.2.E

Ruth nominatur in Genealogiam Christi propter multa. Primum ad ostendendum Dei misericordiam. Secundo propter virtutem eius.Tertio ad concordandum progeniem Christi cũ sacra scriptura loquente de Messia,&c Matth.tomo 1.75. colum.2.A

Saba.

SABA filio Chus, filij primi Chã veniunt Sabæi, qui sunt in Arabia, inter quos thura multa nascuntur. Gen. 51.c.3.G

Saba abundat multũ in thure.1.Par. 31.c.1.B

Saba ciuitas est AEthiopiæ caput,& sedes illius Reginæ Saba, quæ venit ad Salomonem.2.Paral. 122.c.1.D

Regina Saba admirata est de omnibus, apud Salomonem, & præcipuè de tribus, vt dicit Iosephus 8.Antiqui.Primo de domo saltus Libani. Secundo de fabrica templi cum ordine ministrantium. Tertio de ordine,& distinctione seruientium Salomoni.&c.2.Paralip. 122.c.3.K

Regina Saba,quæ fuerit, variæ sunt opiniones, quidam dicunt, quòd fuerit Regina totius Aphrisæ, & AEthiopię & AEgypti,quę dicebatur Nichaula, quam Iosephus 8.Antiquita. dicit fuisse Reginam AEgypti.Sed dicendum,quòd ista Nichaula non fuit Regina Saba,illa.s.quæ venit ad Salomonem.3.Reg.88.c.2.D.& 2.Paral. 124.c.4.F

Sed Regina Saba erat Regina AEthiopiæ, & vocatur sic a quadam ciuitate AEthiopiæ dicta Saba. Et non a prouincia,quæ dicitur Sabea,& denominatur a Saba, quia illa ciuitas erat Metropolis regni sui,&c.3.Reg.88.c.3.F.& 2 Paral. 125.c.1.A

Et ista Regina dicitur venisse ad Salomonem in nomine Domini. 2. Paralip.9. Quod potest dupliciter intelligi.2.Paral. 125.c.1.D

Sed quare admirata sit de sacrificijs Salomonis.ibid.

Saba aliquando est nomen ciuitatis, & aliquando regionis. Et prout regio est,dicit quandam partẽ terræ Arabicæ,quæ longè distat à Ierusalem versus Orientem. Et denominata fuit sic a quodam filiorum Cham nomine Saba Gen.10.Et Saba regio describitur 2.Paralip. 124.c.4.F

Sabbatha. A sabbatha filio Chus filij Cham descendunt Sabathęi.Gen. 51.colum.3.I

Sabbathum. Dies sabbathi applicatus est ad Dei cultum.i. vt homines in eo quiescerent a laboribus, vel operationibus. Et magis propriè Deo vacarent, quam alijs diebus, vt in illo septimo die,in quo Deus quieuit à creando noua, ipsi cessarent ab operando,contẽplando beneficia creationis in sex diebus facta, &cæt. Et hoc considerantes prorumperent in gratiarum actiones pro tantis beneficijs, &cæt. Gen. 11.c.1.E

De sabbathi obseruatione non datum est pręceptũ a principio mũdi,sed datum est post per Moysen, &c Gen. 11.c.2.A

Quod sabbathi præceptum non fuerit morale, sed cæremoniale,ex hoc constat, quia omnia præcepta, quæ scripea sunt in canone Bibliæ, obseruamus,nisi ea,q̃ sunt cęremonialia, vel iudicialia veteris testamenti,sed sabbathũ nõ obseruamus,er-

go tale præceptum erat cæremoniale veteris testamenti,& per cõsequens non pertinebat ad cliquam gẽtem,neque fuit custoditum a principio. Genes. 11.c.2.E
Die sabbathi non licebat Iudæis itinerare.Mat.to.5. 228.c.4.H
Dies sabbathi districtioris obseruationis erat apud Iudæos, quam cætera festa etiam paschalia. Exo. tomo 1. 80.c.4.G
Opera, quæ in sabbatho fieri poterant, referuntur. Exo to.1. 80.c.4.H
Curationes à medicis factæ in sabbatho poterant esse magis licitæ,quam curationes factæ à Christo, in aliquo casu; non respectu personæ curantis, sed attendendo genus actus scilicet in hoc, quod est non soluere sabbathum: quia tanto aliqua operatio minus soluebat sabbathum, quam to magis erat necessaria:sed aliquę curationes factę à medicis,poterant esse magis necessariæ,quã aliquæ curationes factæ à Christo scilicet quantum ad ipsum, qui curabatur, vt patet ex exẽplis in Euangelio positis,&c. Exo.to.1. 81.c.1.E
In sabbatho licitum est bellum agere, cum hostes prẹmunt,nõ tamen licebat aggredi;quamuis circa hoc apud Hebræos fuerit dubium, & magnis temporibus mansit hoc indeterminatum. Nam tempore Matthathiæ multi Iudæi interfecti sunt ab hostibus in die sabbathi: quia noluerunt se defendere,vt patet.1.Mach.2.Sed ipse Matthathias, qui tunc erat summus sacerdos, cum aliorum cõsensu determinauit licitum esse defendere ab inferentibus bellum in diebus sabbathorum,& illis resistere.Et sic factum est. De his habetur extra de regulis iuris,quod licitum non est. Gen.11.c.3.I. 2.Reg.to.2. 33.c.2.E
Sicut in sabbatho licitum est homini pro personæ propriæ necessitatibus, vel alterius proximi aliquid facere. Ita licitum est pro necessitatibus rerum suarum & ponuntur exempla.Et hoc determinauit Christus Luc.13.Quod iumenta ducerẽtur ad aquam.& Luc.14.de boue,& asino, qui cecidit in foueam,&c. Exo.to.1. 81.c.2.E
In die sabbathi licitum erat facere opera necessaria, tam ad personas, quam ad res possessas opera,inquam,necessaria scilicet ea,quæ sunt ad euitandũ manifestum periculum,& nõ ea,quæ sunt ad manifestum lucrum.&c.Exo.to 1. 81.c.3.F
Necessitas perdendarum rerum absoluta excusat operantem in sabbatho, non tamen necessitas indirecta, & conditionata. Et ponuntur exempla. Exo.to.1. 81.c.3.G
In die sabbathi solùm poterant Hebræi ambulare indirectum iter mille passuum. Et hoc creditur esse traditum ab antiquis Iudæis, & fortè ab ipso Moyse,vel ab aliquo alio propheta,&c.ad tollendum cauillationes.Exo.to 1. 82.c.3.F
In sabbatho erat prohibitum omne opus.Exo.20 & 31.& Leui 23.Exo.to.1. 84.c.2.A
Sabbathi obseruatio in hoc differebat ab aliorum festorum obseruatione, quia in sabbatho non licebat parare cibos,si præparatio esset morosa, vt accendere ignem,coquere aliquid,vel torrere;secus si esset leuis, vt ciborum coctorum dispositio in vasculis mensæ,& appositio panum,& similia. De leui præparatione patet Mat. 12. de apostolis spicas euellentibus, &cęt. Et hoc intelligendum est,nisi necessitas compelleret in casu, in quo aliquis Iudæus esset in aliquo loco, in quo nihil ei occurreret, nisi pisces crudi, vel carnes crudæ,& passus esset famem ex die præcedente: ita quòd illo die transigere crederet se non posse sine cibo, &c.Exo.to.1. 84.c.3.H
Iudæi non credunt frangere sabbathum: si vinum vendant in sabbatho, cessantes ab alijs emptionibus,& venditionibus.Exo.to.1. 85.c.4.B
In sabbatho licebat incendere ignem in templo p sacrificijs,occidere animalia & excoriare,&c.Sed ista non erant opera seruilia, cum ad cultum Dei essent.Exo.to.1. 86.c.3.K
Sabbathum, & dies propitiationis tenebant primũ gradum obseruationum festorum. Exo.to.1. 86. c.4.K.& 252.c.2.D
Quomodo intelligat, quòd in sabbatho debeat homo manere apud semetipsum;vt dicitur Exo. 16. & Exo.to.1. 135.c.1.E
Sabbathi obseruatio pertinet ad cultum latrię.Exo. tomo.1. 169.c.4.F
Præceptũ de obseruatione sabbathi est aliquo modo cęremoniale.Exo.to.1.169.c.4.G & Exo.to.2. 110.c.2.C
Sabbathum,& non alium diem Deus mandauit custodiri,vt Hebræi quidam dicunt,propterea, p il le dies est sub influentia Saturni, qui malus est: & ideo in illo die non expedit aliquid incipere: sed hoc falsum est,vt probatur Exo.to.1. 169.c.4.K
Sicut dies sabbathi interpretatur dies quietis,sic nos possumus diem Dominicam vocare diem sabbathi i.diem quietis.Exo.to.1. 170.c.1.B
Præceptum de obseruatione sabbathi,prout sabbathum significat diem septimam hebdomadæ,partim est morale, & partim cæremoniale. Morale quidem est,prout principaliter mores dirigit &c. Cæremoniale vero, prout aliquas determinationes voluntarias habet non insulgentes ex natura rei, de quibus non magis refert sic, quam sic esse. Nam quòd vacatio à laboribus fiat in aliqua die ad laudandum Deum,& contemplandum bonitatem, & beneficia eius, naturaliter insitum est, cum naturaliter obligemur. Est autem cęremoniale,quòd ista vacatio fiat die septimo, & non in primo die,aut secundo,&c.Exo.to.1. 170.c.1.C
Sabbatha Iudæorum deridebat Seneca dicens, eos septimam partem ætatis inutiliter amittere, eo quòd de septem in septem dies ab omnibus operibus generalem facerent vacationem. Et de his Aug.lib.6.de Ciui.c.13.Exo.to.1. 170.c.2.C
Nulla gens nisi Iudæi seruauerunt sabbathum in honorẽ Dei. Vnde Ouidius 1. de Arte amãdi sic ait:
Terra Palæsthinæ septima culta viro.
Exo.to.1. 170.c.2.C
Præceptum de obseruatione sabbathi est æquialẽter duo præcepta, unũ morale, & aliud cæremoniale:sed cęremoniale scilicet dies septima,mutatum est in lege nostra,cuius assignatur ratio. Exo. to.1.170.c.3.G.& Deut. 26.c.3.K
Sabbathum mutatum est in diem Dominicã a principio ecclesiæ primitiuæ.Exo to.1. 170.c.4.I
Præceptum de obseruatione sabbathi non solum est cæremoniale, quòd.s.fiat die septima,magis q̃ in alijs diebus:sed etiam, quòd in qualibet hebdomada semel fiat. Item quòd obseruatio eius duret p viginti quatuor horas scilicet, A vespera in vesperam celebrabitis sabbatha vestra. Leuit. 23. Itẽ quia ab omnibus operibus in illa die abstinuerunt,& serui,& iumenta. Et ex his cæremonialibus,quædã mãserunt sub lege noua,& quędã nõ, cuius assignatur ratio:sed non mansit id,quod totaliter est cæremoniale. Exo to.1. 171.c.1.A
Actus sabbathi,& festorum sunt vacare diuinis laudibus in psalmis,& hymnis, & canticis spiritualibus:

bus: vel contemplari Dei bonitatem, magnitudinẽ,& beneficia ſuæ largitatis nobis exhibita. Vnde multum decipiuntur, qui putãt feſtiuitates eſſe inſtitutas ad ſolam quietem corporũ. Et ſi corporaliter quieuerint, dato quòd diuinis laudibus nunquam vacent ſe ſatisfeciſſe arbitrantur, quod erroris plenum eſt. Exo. to. o. 172. c. 1. B

In ſabbatho vetitum erat Iudæis conducere iumenta Gẽtilibus, vel accommodare ad laborandum; ſed debebant permittere quieſcere, ſicut ipſi quieſcebant. Exo. to. 1. 173. c. 1. E

In quiete ſabbathi erat duplex bonum. Primũ, quia exhibebant Deo debitum famulatum, &c. Secundum eſt, quia confitebantur Deum eſſe creatorẽ, & infinitum. Similiter & nos duo bona habemus in obſeruatione diei Dominicæ. Primum exhibẽdo Deo debitum famulatum. Secundum eſt memorari reſurrectionis Chriſti factæ die Dominica. Exo. to. 1. 173. c. 2. E

In ſabbathi ſanctificatione, & cuſtodia ſignificabatur quies Dei poſt creationem in ſeptimo die: ſignificabatur etiam quies noſtra in Deo, conſummatis omnibus laboribus huius ſęculi poſt mortem carnis. Significabatur etiam quies noſtra in Deo per gratiam in præſenti, cum anima deuota fertur in dilectum ſuum hic in via, & quieſcit in eo, &c. Exo. to. 1. 186. c. 1. D

Sabbathũ fuit prima dies ſimpliciter, in qua vel potius cum qua creatus eſt mundus. Exo. to. 1. 252. colum. 3. F

Sabbathi obſeruatio erat ceſſatio a labore, vt maior eſſet vacatio cultui diuino. Exo. to. 2. 110. c. 1. D

De ſabbathi obſeruatione agitur Exo. 31. Incidenta liter duabus de cauſis. Prima ad excludendum popularium opinionem. Secunda ad omiſſorũ ſuppletionem ſcilicet ad infligendum pęnam tranſgreſſoribus. Exo. to. 2. 110. c. 2. A

In die ſabbathi immolabantur quatuor agni in holocauſtum, duo mane, & duo veſperi, vt patet Numer. 28. Cum alijs diebus duo tantum mandarentur immolari, &c. Exo. to. 2. 110. c. 2. A

Deus noluit, vt artifices tabernaculi in die ſabbathi aliquid operarentur, &c. Exo. to. 2. 110. c. 2. A

Iudæis ſabbatha obſeruantibus multa bona Deus exhibebat. Et non obſeruantes tradebat in erumnas. Iſa. 58. Exo. to. 2. 111. c. 1. A

A ſabbatho Iudæi vocati ſunt ſeptimi: vnde Ouid. 1. lib. de arte amandi, ſic ait.

Terra Paleſthinæ ſeptimo culta viro.

Similiter & Seneca, &c Exod. to. 2. 111. c. 1. E

Sabbathum erat ſanctum Deo, & ſanctum Iſraelitis Exo. to. 2. 111. c. 2. A

Sabbathi violator adiudicabatur morti a Deo Exo. 31. Et genus mortis declaratur a Deo. Numer. 15. Exo. to. 2. 111. c. 2. E

Sabbathum nomen Hebræum eſt, & interpretatur quies. Errant ergo, qui dicuot ſabbathum à Saturno dictum, ſicut & cæteri dies a planetis ſortiuntur nomina ab aliis planetis, in hoc benedicentes, quòd diei nomen ſortiatur ab illo planeta, qui prima illius diei hora regnauerit, &c. Exo. to. 2. 111. col. 3. F

Quare ſabbatum mandauerit Deus potius obſeruari, quam alios dies ex ſententia Iudæorum. Exod. tom. 2. 111. c. 3. H

Arare in ſabbatho non eſſe diſpenſabile, ſimiliter ne quam metere, dixerunt quidam Iudæi iuxta illud Exo. 34. Sex diebus operaberis, & ſeptimo ceſſabis arare, & metere. Sed hoc eſt falſum, vt deducitur ex Luc. 13. & 14. cap. & Exo. to. 2. 178. c. 1. A

Sabbathum dicitur quies Domini Exo. 35. Vel quia Ddus requieuit in illa die ab omni opere, quod patrarat, & ob hoc nos quieſcere debemus; vel ꝙ requiem illies diei debemus nos applicare Domino, &c. Exo. to. 2. 184. c. 4 K

In ſabbatho non licebat ſuccendere ignem. Exodo 33. Quod intelligendum eſt ad parandos cibos, vt dicit Rab. Aben Ezra. Secus tamen ad ſe calefaciẽdum, ſi frigus vigeret. Et propter hoc alij Rabbini voluent ipſum pronunciare hæreticum, &c. Exo. to. 2. 185. c. 1. B. De Beata Trini. 4. c. 2. D

In ſabbatho multa licitum erat fieri in Sanctuario, quæ non licebat in alio loco. Exo. to. 2. 185. c. 1 B

Septima dies dicitur ſabbatum, apud Iudæos, proprerea quia in illa requieuit Deus ab omni opere, quod patrarat, &c. Nos verò quia corpus Domini requieuit in illa in ſepulchro, & ſabbathum, ſecundum interpretationem Hebræam, requies dicitur. Leui. 255. c. 3. H

Quæ in ſabbatho licitè fieri poſſent, referuntur. Et breuiter dicendum, quòd omne opus neceſſariũ fiebat in ſabbatho, & quodlibet aliud, quo omiſſo magna rerum perditio ſequeretur, &c. Leuit. 255. c. 3. I

Sabbathum, & dies propitionis, æqualis erant obſeruationis in vacatione ab operibus. Leuit. 255. colum. 4. G

Sabbathum violabatur in Sanctuario materialiter: ſed non formaliter. Leui. 256. c. 1. D

Sabbathum ſtrictioris erat obſeruationis, quam prima, & vltima dies Azymorum: quia in illis opera tantum ſeruilia prohibebantur, in ſabbatho verò præter hæc multa alia. Similiter & in die Propitiationis: quia non licebat in iſtis parare cibos, nec ignem accẽdere, quæ tamen in alijs feſtiuitatibus licebant, vt patet Exo. 12. cum dicitur: Nihil operis facietis in eis, exceptis his, quæ ad veſcendum pertinent, quod præcedentibus, & ſubſequentib. intelligendum eſt. Leui. 260. c. 1. A

In deſerto obſeruabatur ſabbathum, in quo tamen aliæ cęremoniæ non erant ſub obligatione: nec obſeruabantur, vt patet Deut. 12. Leui. 261. c. 3. F

Præceptum de obſeruatione ſabbathi datum, priuſquam filij Iſrael prouenirent ad montem Sinai. ſ. in deſerto Sin. Et iſta manſio fuit ante manſionẽ Sinai per tres mãſiones, ſcilicet malus, Daphca, & Raphidim. Num. 33. & ibi datum eſt primo manna. Exo. 16. Num. to. 1. 98. c. 3. F

In die ſabbathi Iudæi faciebant iter, cum columna nubis moueretur, vt ipſi Iudæi concedunt. Num. tomo 1. 99. c. 2. A

Licet ſabbathum obligaret in deſerto. Non tamen obligabat ſecũdum omnes ſuas cęremonias, &c. Num. to. 1. 227. c. 1. A

Sabbathum dicitur requies, non a requie corporali, ſed a ſpirituali nomen accipit. Deutero. 27. colum. 1. A

Dies ſabbathi mutatus eſt in lege noua in diem Dominicam, & hoc in ſignificationem reſurrectionis: quia opera recreationis magis attendimus nos, quam opera creationis: immo opera creationis in ſacris literis ponũtur propter opera recreationis: ad Rom. 15. Quæcumque ſcripta ſunt, &c. Deut. 26. c. 4. F

Sabbathi obſeruatio non erat præceptum purè de lege naturæ. Nam propter Deum abſtinere ab alijs operibus, vt Deo vacemus, eſt de iure naturali: quòd autem in tali vel tali die, aut toties, eſt purè de iure poſitiuo, &cætera.. 1. Reg. tomo 1. 131. c. 4. G

In diebus sabbathi consueuerunt Iudæi in synagogis suis legere duas lectiones.s.de lege & prophetis.4.Reg. 38.c.3.F
In sabbatho poterant Hebræi ambulare mille passus eundo,& mille redeundo causa solatij, vel ad aliquam causam piam, dum tameu non irent ad expedienda negotia,&c.4.Reg. 39.c.1.C
De causis institutionis obseruationis sabbathi. 2.Paralip. 26.c.4.K
Quolibet sabbatho immolabantur saltem quatuor agni anniculi in iuge sacrificium,duo in mane,& duo in vesperi.Num.28.præter alia sacrificia spōtanea,&c. Mat.to.4. 1.c.4.I
Sabbathum violauerūt materialiter discipuli Christi vellentes spicas,&c.Matth.12.Sicut sacerdotes violabant sabbathum in templo.s.materialiter, &c.non tamen formaliter.Mat.to.4. 2.c.3.F
Nulla festiuitas, apud Iudęos fuit tantæ obseruationis,sicut sabbathum.Mat.to.4. 3.c.4.K
Sabbatho spicas fricare,& grana excutere.& comedere,non erat licitum discipulis Christi, sed illud fecit licitum fames.Mat.to.4. 4.c.2.E
Sabbatho non erat licita etiam leuis paratio ciborū, sed solum dispositio ipsorum, vt educere eos de repositorijs suis, & in mensa disponere in vasculis mensæ,&c.Mat.to.4. 4.c.3.F
Christus curando in sabbatho, non faciebat contra legem.Primò,quia non erat legi subditus.Secundò,quia, etiam dato,quòd vellet seruare legem secundum totum suum rigorem,non agebat cōtra legem in curationibus,&c.Mat.to.4. 8.c.3.G
Deus nollebat,vt Iudæi occuparentur in aliquo die sabbathi.Mat.to.4. 8.c.3.F
In sabbatho verabantur opera, quæ erant propter homines, nisi essent necessaria, quæ tamen erant propter Deum, licèt essent laboriosa, & magnæ occupationis,licita erant;non tamen propter necessitatem, sed inquantum erant ad laudem Dei, cuiusmodi erant curationes factæ a Christo.Mat. tomo 4. 8.c.3.G
Quomodo in sabbatho esset licita curatio medicorum,& quomodo non.Mat.to.4. 8.c.3.I
Christus in sabbatho curabat aliquos, cum posset illos alijs diebus curare,propter multa.Mat.tom.4. 8.col.4.K
Sabbathū incipiebat in crepusculo vespertino diei Veneris.Mat.to.4. 31.c.1.C
Illud sabbathum,quod contingebat in diebus Azymorum, vocabatur dies magnus sabbathi.Ioan. 19. Non quo ad vacationem a laboribus, sed quo quo ad augmentum sacrificiorum. Defen.15.colum.1.B
Sabbathum, quod contigit intra festum Azymorū post Christi mortem, fuit dies tertius Azymorū secundum computationem Euangelistarum, & fuit dies, secundus Azymorum secundum computationem Hebræorum,&cæt.Defenso. 15.colum.1.E
Et in sabbatho illo non permisissent Iudæi occidi Christum,neque latrones, permisissent tamen occidi in prima die Azymorum, quia illa non erat ita celebris, sicut quicunque dies sabbathi, etiam extra festum Azymorum,&cæt. Def. 15.c.2.E
Saue. De quo Gen.14.dicit,in Saue Cariathaim, planiciem significat,& ista planicies est ante Cariathaim,in qua ceciderūt bello Emim. Genes. 249.c.4.G
Sabęi. Vel potius Sabatheni, qui secundū Græcos Vstabarri dicuntur,descendunt à Sabatha tertio filio Chus.1.Paral. 31.c.1.A

Sacerdotes veteris testamenti.

Aliqui ante datam legem vocabātur sacerdotes, vt constat de Melchisedech, Gen. 14.& Exod.15.de quibusdam.Et hoc tam inter Israelitas, quam inter Gentiles.Gen. 70.c.2.E
Non omnes homines erant sacerdotes ante legem: sed determinati, & illi erant maioris dignitatis. Gen.70.c.3.G Sed qui essent isti sacerdotes dubiū est. Aliqui dicunt,quòd soli primogeniti erant sacerdotes: sed hoc etiam non constat,nec est verisimile ibid. 70.c.3.I
Sacerdotes ante legem conducebantur precio. Et simile patet Iud.17.Vbi dicitur,quòd Michas quę siuit a quodam Leuita, vnde esset & volēdo cum sibi facere sacerdotē,dixit:mane apud me, & esto mihi parens,atque sacerdos;daboque tibi per annos singulos decem argenteos, & vestem duplicem, & quæ ad victum sunt necessaria, &c.Gen. 70.c.4.F
Sacerdotes in vete.testamenti non poterant accipere in vxores mulieres repudiatas, neque viduas, neque meretrices.Mat.to.5. 97.c.3.I
Sacerdos, qui introduxit cultum Samaritanorum, non dedit eis plures libros sacros, quam libros Moysi.Mat.to.6. 44.c.3.F
Sacerdotum iura in vete.testa.erant primitiæ,oblatianes,sacrificia, vota,& redemptiones primogenitorum.Mat.to.6. 221.c.1.A
Inter sacerdotes gentium erant præeminentiæ,& dignitatis ordo,&c.Nam aliqui erant flamines,alij archiflamines, & alij protoflamines:& ab his antiquis Gentilium distinctionibus in ministris, ordo ecclesiasticus,apud nos, quendam discretionis modum assumpsit,in patriarchas, Metropolitanos,episcopos,& simplices sacerdotes,vt ait Isidorus, & Magister Sent.refert in 4. dist. Gen.394. colum.1.A
Sacerdotes Gentilium habebant certos redditus ad sustentationem ex horreis publicis:deest de frugibus communitatum,sicut nunc ex decimis, quæ sunt datæ à tota communitate, sacerdotes sustentantur;ita tunc,licet decimæ non darent. In qualibet tamen communitate statuebantur horrea frumentorum de bonis communitatis.Et ex illis tradebatur sustentatio conueniens sacerdotibus, etiam inter ipsos Gentiles. Nam specialiter omnes de populo soluebant quædam tributa sacerdotibus, qui erant personæ publicæ, & illa erant quasi decimæ nostræ, vel aliquid simile,&c.Gen. 394.c.1.B.& Deut.99.c.1.B.& 1.Reg.to.1.62 c.2.E
Sacerdotes erāt primogeniti in qualibet tribu,antequā Deus spāliter segregaret leuitas ad sacerdotiū', vt patet.Exo.24.Gen.402.c.2.C.Exo.t.1.141.c.4.F
Sacerdos aliqñ accipitur pro principe, vel potente, & sic filij Dauid dicuntur sacerdotes.2.Reg.8.Aliquādo vero,& communiter accipitur pro eo,qui facit sacra dijs, vel Deo vero. Et isto modo Iethro erat sacerdos.Exo.to.1. 142.c.2.D
Sacerdotes illi,de qbus Exo 19.dr:Sacerdotes verò,q accendunt,&c.Fuerunt illi, vt quidā dicunt,q postea creati sunt sacerdotes,& qꝑ scriptura loquitur ibi ꝓ anticipationē:sed ipsi falsum dñt in hoc:quare dicendū,qꝑ accipiunt ibi sacerdotes pro primogenitis principū tribuum,&c.Exo.to.1.163.c.2.A
Supra sacerdotes veteris legis habebat rex potestatē ipsos occidendi inuentos in delictis Et quemcunque laicum: neque pœnæ sacerdotum distinguebantur a pœnis laicorum, &cætera. Etiam quantum ad causas forales non erant distincti iudices, qui

qui cognoscerent causas laicorum, & sacerdotũ, &c. Exo. to. 1. 205. c. 2. A

Cum sacerdotes vete. legis vestirentur ephod & inquirere vellent aliquid a Deo, respondebat Deus dato, quòd non starent in tabernaculo, nec starẽt coram arca, vt patet. 1. Regum 23. Exod. tomo 1. 261. c. 3. F

Sacerdotes erant distributi in viginti quatuor sortes, vel vices &c vt patet. 1. Paral. 25. & Luc. 1. Exo. to. 1. 266. c. 1. B. Ios. to. 1. 173. c. 3. F

In vet. lege solus sacerdos, qui erat de genere Aarõ, poterat sacrificare. Exo. to. 2. 20. c. 3. G

Sacerdos minores in lege veteris, nunquam intrabant in Sancta sanctorum, nisi quando mouenda essent castra: quia tũc intrabat sacerdos magnus, & cum eo aliqui de sacerdotibus minoribus: & tegebant arcam, vt traderent eam leuitis. Nu. 4. Exo. to. 2. 33. c. 2. E

Sacerdotum ornamenta fuisse nouem, significatur in textu Exo. 28. Sed Iosephus ponit decem, quæ omnia conueniebant summo sacerdoti. Et quatuor eorum sacerdotibus minoribus, &cæt. Quæ omnia suo ordine explicantur. Exo. to. 2. 54. c. 4. F 1. Reg. to. 2. 104. c. 4. I. & 2. Paral. 32. c. 2. E

Primum sacerdotum ornamentum erant fęmoralia linea v sque ad renes, sine quibus non poterant ministrare in tabernaculo, nec extra tabernaculũ in altari holocaustorum. Et si sine illis ministrare præsumerent, moriebantur, vt patet Exo. 28. Secundum erat baltheus. Quartum erat thiara siue mitra de byssо. Et ista quatuor ornamenta conueniebant tam summo sacerdoti, quam minoribus. Exod. to. 2. 54. col 4. C. Præter hæc quatuor erant sex alia, quæ conueniebant soli summo sacerdoti, quorum primum erat tunica quædam tota hyacinthina, ideſt, de filijs hyacinthini coloris texta. Nec aliqua varietas erat in ea, quam dicit Iosephus habuisse in extremitate manicarum texturas diuersorum colorum fortitur intextas, ne facilè rumperentur, in quibus erant quidam parui lapides precioſi intertexti, ora autem inferior, circa pedes sacerdotis erat tota plena tintinabulis & malis punicis, &c. Secundum ornamentum erat superhumerale, quod alio nomine dicitur ephod secundum literam Hębraicam, quod & describitur. Tertium erat rationale, quod etiam describitur. Quartum erat quoddam cingulum de filijs aureis & purpureis, coccineis, hyacinthinis, & byssinis, &c. Quintum erat mitra hyacinthina, & hãc tenebat summus sacerdos super thiaram lineam. Sextum erat lamina aurea posita in fronte sacerdotis, in qua scriptum erat nomen Dei tetragrãmaton, quæ secundum Iosephum, facta erat qua si semicirculus ab aure in aurem, & erat ligata mitræ hyacinthinæ quibusdam filijs hyacinthinis. Sed secundum Rabbi Salomon, coniungebatur alteri semicirculo aureo facto in mitra hyacinthina a parte posteriore capitis, & hoc videtur verũ. Tunica linea erat sicut alba nostrorum sacerdotum, & Baltheus erat sicut cingulum super albã, nisi quòd nostrum est de lino, & illud erat de multiplici colore, tunica hyacinthina erat sicut alba, & mitra fortè erat aliqualiter talis sicut mitra episcoporum nostrorum, & cingulum supra tunicã hyacinthinam erat sicut cingulum, quo cingitur alba, &c. Exo. to. 2. 55 c. 2. E

Sacerdotes non induebantur vestimentis sacris ad omnia ministeria, vt probatur, Exodo tom. 2. 59. colum. 3. F

Immo non portabant vestes sacras extra Sanctuarium, etiam si aliqua ministeria ad solos sacerdotes pertinentia foris exerceri deberent. Exo. to. 2. 60. c 2. A

Voluit Dominus, vt sacerdotes ministrarent in vestibus precioſis, primò, vt ipsi in magna reuerentia haberentur à popularibus, saltem propter apparatum, & honorato sacerdote, ministeriũ quoque honoraretur ipsius. Et sic redundabat hoc ad magnum honorem & reuerentiam Dei. Exodo tomo 2. 70. c. 3. H

In sacerdotis consecratione aries ille, qui immolabatur in victimas pacificas, dicebatur aries consecrationis Exo. 29. Et cum sanguine illius fiebat ritus consecrationis. Exo. to. 2. 86. c. 3. H

Consecrandi in sacerdotes in veteri lege, prius toto corpore lauabantur: & lotio manuum & pedum, de qua Exo. 30. intelligitur de lotione illa, quam quotidie facere deberent sacerdotes ministraturi, qui iam toto corpore abluti, induebantur vestibus sacris, in quo significatur, quòd qui vestibus sacerdotalis ministrationis induitur, mundus esse debet ab omnibus inquinamẽtis, &c. Exo. to. 2. 75. c. 4. F

Consecrandi in sacerdotes ponebant manus super capita animalium, quæ offerebant, propter duo. Primò propter ab renunciationem proprietatis. Secundò ad significandum, quòd ista impositio manuum erat quasi quædam imprecatio, & præcipuè in illa immolatione, quæ erat pro peccato, quasi impręcando, quòd Deus transferret pœnã debitam peccatis illorum in caput illius animalis immolandi, &c. Exo. to. 2. 76. c. 4. K

Quilibet sacerdos veteris legis tam maior quam minor, cum deberet ministrare, accedebat primò ad labrum æneum, quod erat altare holocaustorũ, & ostiũ tabernaculi, & lauabat pedes & manus; & deinde accipiebat vestes sacras necessarias administrationem suam; vt patet Exod. 30. tomo 2. 72. c. 3. I

Et postea vestiebatur in atrio. Exo. to. 2. 86. col. 3. G. & 99. c. 1. E. & 216. c. 4. I

Sacerdos vete. legis, qui in ministratione erraret nõ obseruando ritum cæremoniarum, &c. occidebatur a Deo. Exo. to. 2. 72. c. 4. F

Vestes vulgares sacerdotis ministrantis debebant regi à vestibus sacris, ita vt nihil earum appareret. Exod. to 2. 73. c. 1. E

Sacerdotes debent omnino abstinere à fornicatione. Exo. tn. 2. 73. c. 3. H

Sacerdotes vete. legis non debebant comedere panes propositionis eo tempore, quo cũ vxoribus miscebantur, vt colligitur ex eo, quod habetur. 1. Reg. 21. & Exo. to. 2. 73. c. 3. K

Quid sibi velit, quòd in sacerdotis vete. legis consecratione, certæ partes illius tingerentur sanguine arietis immolati, vt scilicet quòd sanguine hostię pacificæ tingeretur extremum auris dextræ, & pollices manuum eius, & pollex pedis dextri, &c. Exo. to. 2. 82. c. 1. B

Sacerdotum minorum consecratio fiebat per maiores, &c. Exo. to. 2. 84. c. 3. F

Sacerdos, qui immundus esset per tactum mortui, vel alias: & tangebat vas aliquod sanctum tabernaculi, moriebatur, nisi prius lauaretur, & si laicus esset, & videret aliquod vas nudum ex his, quæ erant in tabernaculo, moriebatur. Exodo tom. 2. 85. c. 3. K

Sacerdotum consecratio inchoata fuit illo die, quo erectum est tabernaculum: nam illa consecratio præsupponebat erectionem tabernaculi, cũ intra

illud obsecratio illa fieret. Exo. to. 2. 211. c. 2. A
Sacerdotes vete. legis quare magis lauauerint manus & pedes, quam alias partes corporis, duplex assignatur ratio scilicet literalis, & mistica. Exod. tomo 2. 215. c. 2. B
Sacerdos vete. leg ministrare non poterat in die illa, qua illi accidisset pollutio. Deut. 33. Exod. to. 2. 215. c. 2. C
Summus sacerdos quomodo consecrabatur. Exod. tomo 2. 71. c. 2. D
Sacerdotum ministeria in vete. lege erant quatuor, vnum erat intrare in Sancta sanctorum ad expiãdum in sanguine, vt habetur Leui. 16. Et hæc soli summo sacerdoti licebat, Leuit. 16. & ad Hebr. 9. Secundum erat incendere lucernas candelabri. Exo. 27. & 30. & Leui 24. Tertiũ erat offerre Thimiama coram Domino: Exod. 30. Quartum facere sacrificia, vt patet ex toto Leuitico. Et hæc tria ministeria vltima, communia erant tam summo sacerdoti, quam minoribus, vt probatur. Leui. 11. col. 2. E
Sacerdotes vete. legis ministrantes sacerdoti immolanti, habebant se sicut diaconus & subdiaconus in noua lege, qui licet sint sacerdotes, ministrant tamen celebranti, &c Leui. 13. c. 3. I
Sacerdotes ministrantes sacerdoti immolanti, offerebant sanguinem, & effundebant super parietes altaris, & accipiebant partes animalis immolati concissas, & offerebant sacerdoti, vt adoleret super altare. Leui. 14 c. 3. I
Omnes sacerdotes vete. legis distinxit Dauid in viginti quatuor sortes, & quælibet earum seruiebat tempore suo. 1. Paralip. 24. Et cum alicui diuisioni veniebat sors, vt ministraret certo tempore, ponebatur sors vt constaret quis esset ministraturus inter eos omnes, qui pertinebãt ad illam sortem sic patet de Zacharia patre Ioan. Baptistę. Lucę 1. 18. c. 1. B. & 88. c. 3. H. & 279. c. 1. C
Sacerdos vet. legis tenebatur orare pro offerente sacrificium pro peccato pro ipso peccato, vt Deus remitteret, & pro peccante, vt Deus conseruaret illum ne incideret in alia peccata, &c. Leuit. 42. col. 4. K
Sacerdotes vete. legis nihil habebant in decimis: sed decimæ ad alios leuitas pertinebant. Ex quibus decimis sacerdos magnus decimam partem habebat. Num. 18. Leui. 45. col. 3. F. Num. tomo 1. 60. col. 4. I
Notantur quatuor regulæ iura sacerdotum distinguentes. Leui. 55. c. 3. G
Vnus sacerdos poterat alteri sacerdoti tribuere partem sacrificiorum, quæ ei in ius cedebat, similiter & laici, &c. Leui. 58. c. 3. H
In sacerdotum veteris legis consecratione quare præceperit Deus congregari omnem cætũ Israel ad ostium tabernaculi. Leui. 63. c. 2. C
Sacerdotes ante eorum consecrationem toto corpore lauabantur, sed in qnotidianis ministrationibus non nisi manus & pedes lauabant Exo. 30. cuius lotionis assignatur duplex causa. s. literalis & mistica. Leui. 63. c. 3. H. & 157 c. 2. D. Iosue tom. 1. 170 c. 4. G
Sacerdotes non intrabant loca sancta, nisi nudis pedibus, &c. Leui. 63. c 4. G
In prima sacerdotum consecratione, cremabantur carnes vituli immolati pro peccato extra castra, duplici de causa. Prima, vt fieret differentia a sacrificio quod fiebat pro peccato popularium. Secundo quia non erant tunc sacerdotes, quibus comterent carnes illæ, &c. Leui. 66. c. 4. H
An sacerdotes deberent sepelliri vestibus suis sacerdotalibus, non constat. Constat tamen de Nadab, & Abiu, quòd si fuerint sepulti. De summo tamẽ sacerdote constat quòd non debebat sic sepelliri. Leuit. 85. c. 4. K
Sacerdotibos veteris legis, illicitum erat nudare capita: & scindere vestes, cuius assignatur causa. Leuitic. 86. c. 2. B
Pro peccatis sacerdotum nonnumquam populus punitur, & è contra sicut pro peccatis principis. Leui. 86. c 4. F
Sacerdoti ministrãti non licebat bibere vinum, &c. Leui. 10. Leui. 88. c. 3. G. & 1. Paral 52. c. 4. K
In sacerdotum consecratione quare facta fuerit aspersio sanguinis immixti oleo vnctionis super caput Aaron & filiorum eius. Leui. 69. c. 2. A
In sacerdotibus minoribus duæ fiebant vnctiones, quarum prima erat tinctio in solo sanguine, & oleo super ipsos indutos vestibus sacerdotalibus. Et secunda erat aspersio &c Sed in sacerdote magno fiebant. Leui. 69. c. 3. F. & Nu to. 1. 18. c. 4. K
Sacerdotes consecrandi cum puer septem dies non deberent exire Sanctuarium, ex præcepto Domini. Leui. 8. Purgabant ventrem in vasis ad hoc ministerium immundum deputatis, quæ postea efferebantur extra castra, &c. Leuit 70. c. 4. I. Et horũ septem dierum tropologia applicatur ad Pontifices & sacerdotes legis Christi. Leui. 71. c. 1. B
Sacerdotes exercebant in Sanctuario quatuor genera ministrationum. Primum in sacrificijs. Secundum in mensa propositionis. Tertium in candelabro. Quartum in altari Thymiamatis, &c. Leuit. 88 c. 4. K & 233. c. 1. D. & Num. to. 1. 11. c. 4. K. & 19. colum 4 H
Sacerdos vete legis, quotiescumq; offerebat sacrificium pro aliquo, orabat pro illo. Leui. 146. c. 4. K. & 150. c. 4. F
Socerdotibus minoribus prohibitum erat contingere mortuum, &c. Nisi in sex casibus, vt patet Leu. 27. Summo tamẽ sacerdoti prohibitum erat simpliciter. Leui. 147. c. 3. K. 217. c. 2. A. & 228. c. 2. B
Pro sacerdotum peccatis offerebatur vitulus, cuius assignatur causa. Leuit. 155. c. 3. K
Sacerdoti non licebat contaminari in morte filiæ cognitæ matrimonialiter, etiam si coniugata esset alteri sacerdoti, & mater eius & vxores aliorum sacerdotum, & sorores eius, &c. habebant curam funeris, immo quando non licebat alicui personæ honorare mortuos suos, magis honorabantur funera eorum ab alijs, &c. Sic Deus iussit fieri in morte Nadab & Abiu. Leui. 10. & Leuit. 219 c. 4. K
Sacerdotis filia nupta vel vidua non poterat vesci de sanctificatis. Leui. 220. c 1. E
Quòd sacerdoti non liceret contaminari in morte vxoris suæ, vt probatur contra opinionem quorundam Hebræorum dicentium quòd sic in aliquo casu. Leui. 221. c. 1. B
Sacerdotes non debebant accipere in vxores mulieres repudiatas, vt probatur. Leui. 223. c. 2. B
Sacerdotes dicebantur consecrati, quando per consecrationem accipiebant potestatem ministrandi, sicut nostri sacerdotes per ordinẽs. Leuit. 223. col. 3. G
De sacerdotis filia stuprata. Leuiticum 223. colum. 4. F
Omnes sacerdotum filij erant sacerdotes, nisi esset impedimentum. Num. to. 1. 230. c. 4 I
Sacerdotes idolorum deflorabãt virgines prætextu concubitus Deorum. Leui. 200. c. 3. K

Sacerdotibus veteris testamenti, debebant esse sine macula notabili in corpore. Leui. 21. Et hoc propter horrorem & periculum & scãdalum populi, & propter significationẽ, & hoc seruat Ecclesia, vt habẽt extra de corpo. vitia. & de cleri egro. per totum. Et etiam in nouo testamento, multi excluduntur propter significationem, ne sint sacerdotes, vt bigami: nam bigamia significat vnitatem Christi & Ecclesiæ esse diuisam, quoniam isti diuiserunt carnem suam in plures ad Titũ. 1. & extra de biga. per totum, &c Leu. 231.c.1.C

Sacerdos vereris testamenti, qui præ senectute vel alias caligabat, non amouebatur a suo officio, sed dabatur coadiutor, si prius esset satis videns, vt patet de Eli. 1. Reg 2. Et Iosephus dicit, ꝙ Phinees supplebat vices patris ĩ summo sacerdotio, & simile contingit nunc in Episcopis, quibus dãtur coadiutores. &c. Leuit. 231.c 2.A. Simili modo dicendum est de claudis, &c. si postquam essent sacerdotes fierent claudi, &c. Si tamen prius essent claudi, quam essent sacerdotes, non poterãt ministrare, sicut nec cæci sed alius frater eius, ipsi tamen alebantur de redditibus sacerdotum, sicut cęteri habentes huiusmodi maculas Leuit. 231.c.2.D

Sacerdotes dicebantur illi, qui maculati essent illis maculis, de quibus Leuiti 21. & similiter filij sacerdotum. Leui. 232.c.2 H

Sacerdotes habebant se habere dupliciter circa sacra. Primo in accessu ad ea, non omittendo aliquam de cęremonijs, quæ facere tenebantur. Secundo vt mũdi essent cum deberent gustare res sacras. Leuit. 235.c.4.K

Vxoribus sacerdotum licitum erat comedere de sanctificatis. Leuit. 242.c.4.I

Sacerdotis filia vidua, quę nupserat viro alterius familiæ, si actu haberet filios, non poterat redire ad domum patris, vt puella, & vesci de sanctificatis, secus tamen si habuisset filios & fuissent mortui, priusquam filioi relinquerẽt ipsi. Leu 244.c.1.A. Si tamen repudiata esset, licet filios habetet, redibat ad familiam patris, & poterat manducare de sanctificatis, vt probatur. Leui ibid. Et hoc quantumcunque postea pater filiorum moreretur, vt probatur. ibid. 244.c.4.G

Sacerdotes erant pauperes nihil habentes vnde viuerent, nisi ex iuribus, quæ Deus eis contulit de oblationibus Israelitarum, vt patet Iosue 13. & Deut. 18. Leu. 277.c 1.E

Sacervos dicitur cohen in lingua Hebræa & est dictio solum masculini generis, sed apud Latinos est communis generis Leu. 280.c.2.D

Sacerdos vel leuita quomodo potuerant se ipsos vouere Domino. Leu. 324.c.2.D

Sacerdoti fuit commissa taxatio precij rerum voto oblatarum, &c. Leu. 344.c.3.F

Aliqui sacerdotes veteris legis ibant ad bellum, nõ ad pugnandum, sed ad confortandum bellatores, vt patet Deut. 20. cum dicitur: Appropinqua re autem prælio, &c. stabit sacerdos, & cæt. Et isto modo se habent sacerdotes nostri temporis, quãdo bella sunt inita, ad confortandum, prædicandum & ad audiendum confessiones. Et tempore necessitatis in veteri lege pugnabant etiam ipsi sacerdotes, immo ipse sacerdos magnus, vt patet de Machabęis Nu. to. 1. 11.c.1.B

Sacerdotibus veteris legis licebat pugnare, non tamen erat officium ipsorum, sed laicorum. Sacerdotibus vero legis Christi hoc veritum est de iure diuino. 1. ad Tim. 3. cum dicitur. Oportet Episcopum esse non percussorem, idest, non effusorem sanguinis, & quod de Episcopo dicitur, de omnibus in sacris ordinibus constitutis, intellige, &c. Nu. to. 1. 11.c.1.D

Sacerdotes computabãtur inter leuitas quo ad numerum, non tamen quo ad officium. Num. to. 1. 31.c 2.B

Sacerdotes veteris legis in omnibus computationibus pertinebant ad numerum caathitarum, vtique quo facta est distinctio tempore Dauid ipse enim ordinauit sacerdotes in sortes suas, & leuitas per se, &c. Nu. to. 1. 31.c.3.F

Sacerdotes veteris legis, in qua ętate deberent consecrari, non habetur in vetere lege, &c. Filius tamen Hircani ministrauit in Summo Sacerdotio anno ætatis eius 18. vt dicit Iosephus. Nu. to. 1. 54.c.1.A

Omnia iura sacerdotum erant communia omnibus sacerdotibus, præter ea, quæ proueniebãt de sacrificiis: nam sacerdos immolans habebat integraliter omnia iura, quæ, proueniebant ex sacrificijs, quorum cęremonias ipse complebat Leui. 6. & 7. Nu. to. 1. 61.c.3.G

De sacerdotum veteris legis consecratione. Nume. to. 1. 61.c.4.H

Sacerdotum veteris legis ministratio incepit octaua die mensis primi anni secũdi ab exitu de AEgypto. Nu. to. 1. 87.c.2.B

Sacerdotes veteris legis, postquam consecrati sunt, filij ab eis descendentes debebant cõsecrari: similiter & leuitę. Et falsum est, quod quidam dicit, scilicet, quòd filij sacerdotum & filij leuitarum, absque consecratione ipsorũ, poterant ministrare in suis officijs Nu. to. 1. 91.c.3.G

Per sacerdotes fiebant omnia, quæ erant immediatè de ministrationibus sacerdotalibus, &c. Similiter & ministrationes, quę erant immediatà accessoriæ, vt collectio cinerum altaris. Et idem dicendum de cæremonijs circa Nazareos, & Zelotypiam, & generaliter omnis ministratio quæ erat intra tabernaculum, pertinebat ad sacerdotes. Num. to. 1. 245.c.3.F

Ad sacerdotes non pertinebant illa, quæ sanctificabantur Domino, &c Nu. to. 1. 246 c.4.F

Sacerdotes habebãt duplex ius pro peccato, vnum in sacrificio alterum in re, quæ dabatur in restitutionem, siue in damnum illatum, siue quintam partem super damnum. Numero tomo primo. 247.c.3.F

Quando sacerdotes erant pauci, & sacrificia facienda plurima, poterant leuitæ adiuuare eos ad officia sacerdotalia, vt patet 2. Paralipom. 29. vbi dicitur, sacerdotes autem pauci erant, &c. Nu. to. 1. 78 c.1.E. Iosue to 1. 58.c.1.B

De diuersis iuribus sacerdotum, quãtum ad comedentes, quæ diuersitas non erat in iuribus leuitarum. Nu. to. 1. 256.c.3.K

Inter omnes gẽtes semper fuit hoc statutum, vt ponerent aliquos sacerdotes, qui pręcipuè haberẽt curam diuini cultus. Et hoc ab antiquissimus tẽporibus obseruatum est: etiam antequam Deus dedisset legem hebræis, & cæt. Deuteronom. 98. c.4.G

Oportuit dari aliquos sacerdotes vel ministros, ad hoc determinatos, vt solum curarent de ministerio Dei, & hoc principaliter propter tria, & cæt. Deuteron. 98 c 4.H

Apud Gentiles dabat sacerdotibus victus & oĩa ad victum necessaria de publicis expensis, &c. Deut. 99.c.1.B.1.Reg.to.1. 67.c.2.C

De iuri-

De iuribus ſacerdotum veter. lege. Deuter. 99. c. 3. I. Ioſue to. 2. 149. c. 1. D. 1. Reg to. 2 86. c. 4. G. Nu. t. 1. 60. c. 1. A. & c. 4. F. Leuit. 234. c. 1. D. & 266. col. 1. E. Mat. to. 6. 209. c. 3. H

Quare ad ſacerdotes veteris legis incumbebat iudicare mundiciam vel immundiciam a lepra, vel ab omnibus alijs pollutionibus. Deuter. 110. c. 3. F

Hoc nomen ſacerdos æquiuocum eſt ad ſacerdotē in altari miniſtrantem, & ad virum potētē: nam 2. Regū. 8. filij Dauid dicebantur ſacerdotes, ideſt principes. Deut. 143. c. 3. K. Ioſue to. 1. 56. c. 1. B

Sacerdotes dicuntur quaſi ſacra dicentes, aut docētes, &c. Deuter. 143 c. 3. K

Sacerdotes leguntur ter vel quater portaſſet arcam Domini fœderis. Ioſ. to. 1. 56. c. 3. F

Sacerdotes in veteris teſtamento poterant occidi à rege, cum delinquerent, &c. Ioſue to. 1. 59. c. 2. E

Sacerdos, quando conſulebat Dominum, applicabat Ephod & rationale, & ibi cōſulebat. Ioſ. t. 1. 163. c. 3. I

Sacerdotibus & leuitis fuerunt aſſignatæ in terra ꝑ miſſionis quadraginta octo ciuitates. Ioſue to. 1. 173. c. 3. F

Aliqui de ſacerdotibus & leuitis poterant vouere vt manerent in ſanctuario tota vita ſua, &c. Ioſ. to. 1. 173. c. 3. H

An ſacerdotes & leuitæ pugnauerint contra Chananæos ſub Ioſue, nihil habetur certi, ſed veriſimilius eſt, ꝙ ſic, propter duo. Primo quia Iſraelitis erant multum neceſſarij multi bellatores. Secundo, quia erat illicitum ſacerdotibus & leuitis pugnare, &c. Ioſ. to. 2. 6. c. 2. A

De ordine ſacerdotum veteris legis. Ioſue tomo 2. 69. c. 2. D

Sacerdotum ſtatus in veteri teſtamento, non erat excellentior ſtatu regali, ſed ſacerdotes iudicabātur per reges. Ioſ. to. 2. 78. c. 4. K

Sacerdotibus veteris teſtamenti non fuerūt aſſignatæ vrbes, præterquā in tribu Iuda. Iud. 176. c. 1. A. Et in tribu Simeon & Beniamin. Ioſ. 21. in alijs vero tribubus habuerunt poſſeſſionem alij leuitæ. 1. Paralip. 92. c. 2. D

Filiæ ſacerdotum veteris legis, quando poterant comedere de cibis conſecratis, & quando non. Iud. 221. c. 3. G

Sacerdotes veteris leg. ibant ad bellum ad præmonendum exercitum, ſecundum ea, quæ habētur Deut. 20. Et poterant etiā pugnare, neque in hoc erant irregulares, ſicut eſſent ſacerdotes nouę legis. 1. Reg. to. 1. 55. c. 4. F

Sacerdotes, tam apud Gentiles, quā apud Hebræos, erant cæteris de populo peritiores, eo ꝙ ipſi magis vacabant ſapientiæ, quam cæteri, & cæ. 1. Reg. to. 1. 67. c. 2. C

Debitum, quod aliquis debebat, dandum erat ſacerdoti, ſi non eſſet Dominus, cui daret Nu. 5. 1. Re. to. 2. 86. c. 4. G

Sacerdotibus Dominum cōſulentibus poterat Dominus reſpondere dupliciter. Vno modo per ſolam intellectus immutationem, &c. Alio modo per vocem, quam aliquis angelus formabat, &c. 1. Reg. to. 2. 164. c. 2. E

Sacerdos largè, aliquando capitur pro principe, vt patet. 1. Paralip. 18. Et ſacerdotes etiam dicuntur illi, qui ſunt principes ſeculares & legiſlatores, propter ſacras leges quas dant, vt patet. ff. de iuſti. & iure. l. 1. Et interdum ipſi principes vocantur pontifices, vt patet in decretis diſt. 10. c. de capitulis, & c. 1. Reg to. 1. 179. c. 1. A. 2. Regum. 139. c. 2. D. & 1. Paral. 215. c. 3. F

Sacerdotes veteris legis ibant ad bellum, & nō incurrebant irregularitatem propter effuſionem ſanguinis, & c. 2. Reg. 4. c. 4. F. 4. Reg. 121. c. 4. F

Sacerdotes in veteris lege ſubditi erant iuriſdictioni laicæ, quia tunc non erant duæ iuriſdictiones ſicut nunc. 3. Reg. 23. c. 2 B

Sacerdotes idolorum conſtituit Ieroboā certo modo. 3. Reg. 124. c. 4. I

Sacerdos miſſus ad Samaritanos ex his, qui adducti ſunt captiui in Aſſyrios, non erat de genere Aaron, ſed erat de illis, quos conſtituerat ſibi Ieroboam. Et iſte ſacerdos docuit eos colere verum Deum. 4. Reg. 169. c. 4. F

De viginti quatuor ſortibus ſacerdotum veteris legis, in quas diuiſit Dauid omnes ſacerdotes. 4. Regum. 230 c. 4. F

Solis Sacerdotibus veteris teſtamē. conceſſum erat canere tubis ſacris. 1. Paralipo. 271. c 1. D

Sacerdotes tempore Dauid diuiſi ſunt in viginti quatuor ſortes, & prima ſors illarum fuit Ioarib. 1. Paralipo. 110. c 4. K

Sacerdotes & Leuitæ, quibus ex vice ſua, conueniebat miniſtrare, manebāt tota ſua hebdomada in exedris templi, nocte ac die miniſtrantes in officijs ſuis. 1. Paralip. 116. c. 2 C Et hoc tam propter neceſſitatem miniſtrationis, quam propter puritatem ab immunditijs, &c. ibidem.

Sacerdotum vnica tantum erat familia, ſ. Aaronitarum. Aliorum vero Leuitarum erant plures familiæ. 1. Paralipo. 164 c. 4 K

Si Sacerdos incurrat irregularitatem, priuatur officio celebrandi, & quocumque alio ſacro. 1. Paralipom. 260. c. 1. C

De ſacerdotum vete. leg. miniſtrationibus. 1. Parali. 269 c. 2. B. & 272. c. 1. D

Ad ſacerdotes pertinebat præparare ſimiliam pro ſacrificio iuxta diuerſum ritum ſacrificiorum leuitæ vero cuſtodiebant eam. 1. Paralip. 276. c 2. C

Quomodo ſacerdotes fuerint diuiſi in viginti quatuor partes per ſortes ad miniſtrandum. 1. Parali. 284 c 2. A. Et demonſtrandi. ibidē. 285. c. 2. A. Et quomodo iſtæ ſortes permanſerint ſemper impermixtæ. ibid. 286. c. 1. A. 2. Paralip. 74. c 2. A

Sacerdotum & leuitarum diuiſiones factæ ſunt ꝑ Dauid, & dedit illas Salomoni in ſcriptis, qui poſtea mādauit illud executioni. Nam tempore Dauid non cœperunt miniſtrare ſacerdotes & leuitæ, ſed tempore Salomonis. 1. Paralip. 333. c. 4. I. 2. Paralip. 74. c. 2. D

Quicumque filius ſacerdotis erat ſacerdos per hoc ſolum, ꝙ eſſet filius ſacerdotis, &c. 2 Paralipom. 22. c. 1. D.

Sacerdotes poterant miniſtrare in omnibus, in quibus leuitæ, ſed non è contra. Raro tamen ſacerdotes miniſtrabant in officio leuitarum. 2. Parali. 65 c. 4. K

De officijs ſeu miniſtrationibus ſacerdotum vete. legis. 2. Paralipo. 105. c. 1. E

Soli ſacerdotes, qui miniſtrabant actualiter, habebant prouentus quotidianos ſanctuarij, &c. 2. Paralipom. 74. c. 2 E

Sacerdotes & leuitæ habitantes in terra decem tribuum, videntes, ꝙ Ieroboam feciſſet vitulos, & incepiſſet idolatrare, relicta terra illa, venerunt in terram Iuda propter multa. 2. Parali. 152. c. 2. B Sed quomodo omnes ſacerdotes & leuitæ, cum eſſent multi, poſſent manere in terra Iuda, dicitur ꝙ tripliciter poſſet contingere, &c. Sed ſecūdus modus eſt conueniens, ſcilicet, ꝙ habitarent inter iſraelitas laicos mixtim. ibid. Et illud 2. Paralipom.

ralipo.10. s. eo q̄ abiecisset eos Ieroboam, & posteri eius,ne sacerdotio Domini fungerentur, potest dupliciter intelligi. Sed secundus sensus est melior,scilicet,quòd istud sit verbum scriptoris, & non quid p̄tinēs ad causam motiuam recessus sacerdotum & leuitarum de terra Israel.2. Paral. 153.c.1.E

Sacerdotibus veteris testam. nō erat illicitū vacare militiæ,& effundere sanguinem,sicut nunc est illicitum p̄p irregularitatem, quæ inducta est ī no uo testamento,&c.2.Paral. 161.c.1.A

Principes sacerdotum & Pōtifices, de quibus apud Euangelistas,qui dicantur: cū non esset nisi vnus summus sacerdos,& Pōtifex.Mat.t.1. 119.c.1.D

Sacerdotes veteris testamenti, nullas habebant claues.Mat.to.1.186.c.3.F.Mat.to.4. 181.c.4.H

Sacerdotes veteris testamenti,non habebant characterem ordinis,sed tm̄ potestatem faciendi ministrationes,quas nulli alteri facere licebat sub pœna mortis.Mat.to.1. 186.c.3.K

Filij sacerdotum veteris testamenti eo ipso q̄ nascebant̄,assequebant̄ ius sacerdotij,non tm̄ ministrabant nisi post consecrationem: & si tales dicātur sacerdotes,debet intelligi,idest, nati de progenie sacerdotali. Exo.29.Mat.to.1.187.c.2.D.Mat.t.4. 5.c.3.F

Sacerdoti ministranti holocaustū proueniebat solū pellis animalis immolati,& de hostia pacifica, pectusculum & armum dextrum,& de sacrificio pro peccato & pro delicto alia iura,vt patet Leu. 5.& 6.Mat.to.4. 4.c.1.E

Vices sacerdotum,ad ministrandū in templo mutabant̄ à sabbatho in sabbathū,& erāt viginti quatuor sortes,vt patet.1.Para.24. Nam q̄libet istarū sortium ministrabat vna Hebdomada, incipiens in sabbatho,& finiens in alio sabbatho,vt colligitur.4.Reg.11.& 2.Paral.24 Mat.to.4. 5.c.1.A

Solis sacerdotibus veteri testamenti,contulit Deus auctoritatem benedicendi, & hoc per excellentiam conuenit sacerdotibus noui testamenti, & manus impositio.Mat.to.5. 122.c.4.G

Sacerdotes veteris legis eo tp̄e, quo ministrabāt in templo,non egrediebantur de circuitu tēpli, sed manebant ibi in custodijs,vt colligit̄.1.Paral.9.& 2.Paralip.22.& 23.& 4 Reg.11. Et hoc fiebat vt sacerdotes,eo tp̄e,nō possent diuertere ad alias occupationes,& potissimè, vt non miscerent̄ vxoribus suis,& idē colligitur Luc.1.de Zacharia &c. Mat.to.5. 212.c.4.D

Per sacerdotes respondebat Deus ad dubia in vete. testamento tripliciter,&c.Defens. 30.c.1.D

Sacerdos magnus.

Summi sacerdotes veteris testamenti sumebāt vxores de tribu regia de filiabus regum, vel de cognatione regali,vt patet in Aaron, qui accepit ī vxorem Elisabeth filiam Aminadab sororē Naason. Erat autem Aminadab princeps in tribu Iuda,& post eum Naason filius eius,vt patet.Nu.2. Et tp̄e regum Iuda ēt fiebat hoc,vt patet 4. Reg.11. vbi dr̄ q̄ Iosabeth soror Ochoziæ regis fuit vxor Ioiadæ Principis sacerdotum.Gen.405.c.2.E.Matt. to.6. 221.c.1.C

Summus sacerdos non poterat habere in vxorem, nisi virginem & de magno genere. Leui.21.Exo. to.1. 237.c.1.A

Sacerdote summo nullus erat ditior in Israel, p̄ter regem.Mat.to.6. 208.c.2.A

Quare in veteri testamento statutū fuerit dare decimas summo sacerdoti:& non in nouo. Matth. to.6. 221.c.1.A

De summi sacerdotis ornamētis.Exo.to.2.55.c.1.A

In summi sacerdotis indumentis, ponitur ordo in induendo,&c.Exo.to.2. 58.c.4.F

Sacerdos magnus, cum intraret in sancta sanctorū in die Propitiationis, & liber exibat,tanquam à morte liberatus, faciebat magnum conuiuium amicis suis,&c.Exo.to.2. 10.c.2.E

Magni sacerdotis vestes fortis cōparebāt. s. in atrio tabernaculi,in quod vulgares ad offerenda sacrificia introibant. Et illi,q̄ fortis astabant,videbant ea,q̄ erant in atrio per cortinas reticulatas.Exod. to.2.61.c.4.G. Et in atrio inducbātur sacerdotes post lotionem,&c.Exo.to.2. 86.c.3.G

Summus sacerdos appropinquabat multum ad Deum.Mat.to.6. 248.c.4.K

Sacerdos magnus, cum intrabat in sanctam sanctorum in die Expiationis,non induebatur vestibus preciosis.s.sup humerali.rationali,& tunica hyacinthina,lamina aurea,& mitra hyacinthina;sed solum quatuor vestibus minorum sacerdotum, s.fœmoralibus,tunica linea stricta cingulo,& cidari linea,vt patet Leu.16.cuius assignatur causa respondendo ad quædam argumenta. Exo.to.2. 62.c.3.G.66.c.2.A.c.3.G.& 205.c.3.F

Sacerdos magnus induebatur vestibus preciosis coram Domino, idest, coram altari holocaustorū, & coram altari thimiamatis,&c. Exo.10 secūdo. 63.c.1.A

Sacerdotis magni,similiter & minorum sacerdotū tres erant ministrationes in tabernaculo exterio ri s.adolere thymiama in aurora cuiuslibet diei, vt patet Exo. 30. Secunda erat accēdere lucernas candelabri.Exo.27.& Leuiti.24 & 30.Tertia erat ponere panes propositionis. Leu.24. Et quando sacerdos magnus ministrabat aliquod istorum, vtebatur vestibus sacris.Exo.to 2. 66 c 2.A

Sacerdos magnus, prisuquā ingrederetur sanctuarium,vestiebatur vestibus sacris in atrio sanctuarij &c.Exo to.2. 66.c.2.D

Sacerdos magnus Obuiam exiens Alexādro extra ciuitatem Ierusalem vestitus omnibus vestibus sacris, non fregit præceptum illud Exo. 28. eo q̄ vteretur vestibus illis extra sanctuariū,&c.Exod. to.2. 68.c.4.F

In lamina illa, quam gestabat summus sacerdos in frōte,scriptū erat literis hebraicis, codes la Adonai.i.sanctitas ad Dominum.Exo.to.2. 69.c.3.G

Sacerdos magnus habebat cidarim ad honestatem. Minores tamen sacerdotes ad necessitatem quodam modo,&c.Exo.to.2. 73 c.2.B

Sacerdos magnus vngebatur in capite: quia caput potestatem notat, quam habebat magnus sacerdos ad minores, a quo in ipsos potestās ministrandi deriuabatur. Sed an sacerdotes minores vngerentur in capite, an in manibus fortè dici potest, q̄ consecratio istorū fiebat, sicut nunc fit cōsecratio Episcoporū,& minorū sacerdotū. Nā Episcopi in manibus,& in capite vngunt̄, & minores in manibus solū: qa Ep̄i habent potestatem, & executionē. Minores vero solā ministrationem. Nā auctoritate carent, vt habetur extra de sacra vnvnctione.c.vnico Exo.to.2. 76.c.2.B

Quomodo sacerdos summus vngeretur non habetur expressè in sacris literis: sed videtur, q̄ oleū sanctum funderetur super caput eius, & flueret per capillos,ex quibus aliquæ guttæ destillabantur super vestes sacras eius, vt colligitur ex Psal. 133. Sicut vnguentum in capite,&c.Exo.tom.2. 76.c.2.C

Sacer-

Sacerdos magnus in die expiationis prius orabat p peccatis suis, offerēs pro eis hostias, & postea orabat pro peccatis populi, &c. Exo.to.2 80.c.2.A. Et intrabat gemēs & afflicto corde p peccatis suis, & totius populi, &c. Exo.to.2. 205.c.3.F

Summi sacerdotis consecratio propriè consistebat in vnctione capitis, & manuum, & minorum sacerdotum consecratio in aspersione olei sancti, &c Exo.to.2. 87.c.4.H

In quolibet septem dierum cōsecrationis sacerdotū immolabatur vitulus pro peccato, & hostia pacifica: sed non holocaustum, sicut prima die, contra Nicolai sententiam Iosephus tamen dicit, q̄ quolibet illorum septem dierum fiebant omnia, quæ in primo die, cuius sententia nō placet. Exo.to.2. 88.c.3.F

Summi sacerdotes non erant de vice Abia, de qua fuit Zacharias pater Ioannis Baptistæ, vt patet.1. Paral.24. Exo.to.2. 94.c.4.K

Summus sacerdos ministrabat, quādo volebat: sed minores sacerdotes non: sed secundū vices suas, &c. Exo.to.2. 94.c.4.K

Sacerdotes magnus consecrabat à minoribus. Exo to.2. 84.c.3.G

Sacerdos magnus vtebatur vestibus sacris per septē dies continuos consecrationis suæ Exo.to.2. 85.c.1.A. Sed ista solennitas septem dierum nō fuit seruata in consecratione eleazari filij Aaron, vrgente tēporis necessitate, &c. Exo.to.2. 85.c.1.C. Sed speciali quodam modo ex volūtate Dei fuit factus summus sacerdos, &c. ibid. 86.c.2.A

Summus sacerdos prius quam esset summus sacerdos, erat sacerdos minor. Exo.to.2. 86.c.1.B

Summus sacerdos tria habebat specialiter vltra minores sacerdotes. s. capitis vnctionem, & manuū specialem consecrationem, & susceptionem vestium pontificalium. Exo.to.2. 86.c.1.C

Summus sacerdos quadruplicem ministrationem faciebat in sanctuario. s. in mensa propositionis ponendo panes, & tollent per singula sabbatha. Leu.24. Secunda erat in candelabro, parando lucernas in mane & vesperi. Exo.27. & Leuitic 24. Tertia in altari thymiamatis, ponendo incēsum. Exo.30. Quarta, q̄ semel in anno in die propitiationis intrabat in sancta sanctorum ad aspergendum sanguinem coram propitiatorio, & tingendo sanguine cornua altaris thymiamatis. Exodi. 30. & Leu.16. Et istarum ministrationum tres primæ erant communes sacerdotibus minoribus, & summo sacerdoti. Et quarta soli summo sacerdoti. Immo quando solus summus sacerdos erat in sancta sanctorum. Nullus alius sacerdos debebat esse in tabernaculo. Leu.16. & ad Hebr.9. Et tria prima ministeria exercebat summus sacerdos cum vestibus Pontificalibus, & similiter ministerium in altari holocaustorum: sed quartum exercebat solis vestibus minoris sacerdotis. Leu. 16. Exo.to.2. 86.c.3.F

Refertur oratio, quam verisimiliter faciebat summus sacerdos in die propitiationis pro se, & pro populo. Exo.to.2. 96.c.3.K

Summi sacerdotis peccatum grauius erat, & intensiuè, & extensiuè peccato principis, & populi, & particularium personarum, vt probatur. Leuiti. 33.c.3.K

Sacerdos magnus qualiter a minoribus differret in vnctione. Leui.34.col.1.D. Nume.tomo primo. 199.c.1.B

Sacerdos magnus, cum offerret vitulum pro peccato, non explebat cæremonias aliquas sacrificij: sed solum offerebat victimam, vt vnus de populariibus: quia offerens & oblationes suscipiens sēper differre debebant, &c. Et hoc excepto die expiationis vbi pro se, domo sua, & toto populo offerebat. Leu.16. Leu. 34.c.3.H

Solus summus sacerdos offerebat sacrificium pro toto populo ad significandum immolationem Christi in cruce, qui passus est pro toto genere humano. Et quoniam Christus erat summus sacerdos, debuit summus sacerdos pro toto populo sacrificium immolare. ad Heb.12. quorum enim animalium, &c. Leu. 57.c.1.E

Cuiuslibet magni sacerdotis solēnitas durabat per septem dies. Leu. 51.c.2.B

Sacerdoti magno succedebat primogenitus illius, nisi aliquam maculam haberet, quæ priuaret eū iure sacerdotij, &c. Leu. 52.c.A

Sacerdotis magni potissima ꝯsecratio erat in oleo effuso super caput eius, &c. Et in hoc ab alijs minoribus sacerdotibus, qui solum consecrabātur per aspersionē sanguinis sacrificij admixti oleo super eos, & vestes eorum, &cæt. Leuitich. 65. col.2.D

Nullus summus sacerdos p terat facere exequias alicuius mortui, vel astare funeri, vel tangere cadauer. Leui.21. Leu.83.c.4 K. Minoribus tamen sacerdotibus licebat hoc in sex casibus. Et hoc, dummodo non esset recenter consecratus, &cę. ibidem.86.c.3.K. & 147.c.4.F. Et assignantur tres causæ ad hoc. ibid.217.c.3.H.228.col.2.B. & 240. col.4 G

Summus sacerdos, quando intrabat sancta sanctorum, non induebatur veste hyacinthina: sed tantum quatuor vestibus lineis. s. femoralibus, alba, cidarim, & baltheo. Leu.155.c.2.D. Et circa hoc confutatur opinio Rabbi Salom. Et causa, quare vestibus precioſis non indueretur, erat temporis conditio. i. dies afflictionis. Leu 168.c.2.B. Et facta expiatione, induebatur vestibus pontificalibus, ibidem. 169.c.2.D

Sacerdos magnus ī die expiationis, prius offerebat sacrificium pro peccato suo, quam pro peccato populi, vt Deus acceptaret preces eius, &c. Leui. 155.c.3.I

Sacerdos magnus ī die expiationis duo gerebat officia. Primum in ordine ad expiationem aspergēdo sanguinem intra sancta sanctorum. Secundū in executione holocaustorum, ad primū induebatur quatuor vestibus minoribus tantum, quibus & alij sacerdotes, in holocaustis vero induebatur vestibus pontificalibus, &c. Leu. 156 c.1.E. Et pro primo redditur causa: quia erat dies afflictionis, in qua debebat orare pro peccatis suis, & aliorū. Et ponitur analogia ad hoc. ibid. 156.c.4.K

Cum dī Leu.16. q̄ sacerdos magnus in die propitiationis orabat pro se, & pro domo sua, per domū suam, intelligitur tota familia tam sacerdotum, quàm leuitarum. Leui. 157.c.4.F

Sacerdos magnus intra sancta sanctorū portabat ante se thuribulum fumans, & sanguinem vituli, & hirci commistum in craterula. Et aspergebat septies digito contra propitiatorium, nec guttæ sanguinis tingebant ipsum propitiatoriū: sed terram ante propitiatorium, &cæt. Leu. 161. col.3.F

Quando sacerdos magnus ingrediebat sancta sanctorum, nullus debebat esse intra tabernaculum, cuius reddit causam Nicolaus: sed improbatur. Leuitic.163.c.4.I. Et postea auctor assignat causam veram. ibidem.

Sacer-

Sacerdos magnus, expleta expiatione, ponebat vestimenta, quibus illa celebrauerat quia debebat lauari toto corpore. Et iterū resumebat ea. Leui. 168.c.3.I. Et lauabat se, non quia incurrerat aliquam immundiciam, siue realem, siue secūdum opinionem: sed propter significationem, ꝙ sacerdos tūc expiaret se pro peccato suo, & totius populi, vt iniquitates eorum remitterentur. Et facta expiatione, cùm procederet sacerdos ad alia noua ministeria, quæ non pertinebant ad expiationem, lauabat carnem suam, vt significaretur, ꝙ ipse, & omnes alij, pro quibus expiauerat, erāt mundi ab iniquitatibus, sicut homo, qui lauatur aquis viuentibus, mundus efficiebatur a sordibus corporalibus. Leuit. 168.c.4.H.127.c.1.A

Sacerdos magnus non poterat accipere in vxorem mulierem viduam: sed puellas virgines. Leuitic. 221.c.4.I

Sacerdos magnus non poterat accipere vxorē nisi de magno genere, puta regali. Leuiti. 221.c.4.I. & 230.c.2.E

In sacerdotibus magnis successio facienda erat secundum ius primogenituræ. Leui. 225.c.3.G. Et hoc nisi Deus aliter voluisset ex aliqua causa speciali, vt patet de Heli. 1.Reg.2.Leu. 230.c.4.H

Sacerdos magnus differebat à minoribus in tribus, & in duobus concordabat, &c. Leu. 225.c.4.G

Sacerdos magnus non debebat caput suum nudare. Le.21. Quod intelligendum est de pillando ipsum, plangendo super mortuo. Leu. 226.c.2.C

De quodam magno sacerdote refert Iosephus, ꝙ cum pridie ante diem expiationis passus esset pollutionem nocturnam, non ausus est introire in sancta sanctorum: sed constitutus fuit vnus alius statim in summum sacerdotem, qui introiuit ipsa die in sancta sanctorum. Leui. 227.c.1.A. Qui dicebatur Matthias, qui & fuit tempore Christi. 1.Paralip. 116.c.4.H

Summo sacerdoti præceptum erat, vt duceret virginem in vxorem. Et licet propter tria velint viri habere vxores virgines: tamē propter tertium illorum, sic Deus voluit. Leui. 229.c.3.F. Et si sacerdos magnus acciperet aliquam puellam in vxorem, & eam nō reperisset virginem, debebat eam dimittere, & accipere aliam in vxorē, & prima erat comburenda: si esset filia sacerdotis. Et si esset de populo, lapidanda. Si ipse sacerdos magnus procederet contra eam per modum accusationis, & probaretur. Poterat tamē eam alio modo repellere, repudiando illam: quia. s. non inueniret gratiam in oculis suis propter aliquam fœditatem. Et hanc non tenebatur exprimere vir, neque probare, vt habetur Deuterono. 24. Leuit.

Sacerdos magnus accipere poterat vxorem de tribu Iuda, sic patet de Aaron, qui duxit vxorē Elisabeth filiam Aminadab sororem Naason, qui erat princeps de tribu Iuda. Nume. 6. & Matth. 1. Sed hoc non concludit: quia accepit eam existēs in Aegypto Nec ex hoc concluditur, ꝙ tribus regalis, & sacerdotalis essent coniunctæ. Leui. 230. c.1.D. Dicendum ergo, quòd sacerdotes magni semper accipiebāt vxores de magno genere: sed an illæ essent de tribu Iuda, vel de alia tribu, non constat. Ex alio tamen loco posset probari, ꝙ tribus sacerdotalis, & regalis commiscerentur, scilicet, ex. 4. Reg. 11. vbi habetur, ꝙ Ioiadas sacerdos magnus accepit in vxorem Iosabam filiam regis Ioram. Non constat tamen, ꝙ talis contractus matrimoniales filiarum regum cum magnis sacerdotibus fierent frequenter. Satis tamen ratio bile videtur, ꝙ sic, quoniam summi sacerdotes erant viri potentes habentes magnos redditus, & honorem &c. Leu. 230 c.2.E

Sacerdos magnus non immolabat quotidie: sed sacerdotes minores faciebant sacraficia, & alia ministeria, sacerdos vero magnus faciebat, quando volebat. Num. to. 1. 33 c.3.G

Sacerdos summus in veteri lege habebat duplicia iura, quædam, quæ erant communia ei cum alijs sacerdotibus, alia propria, quæ erant decima decimarum, quæ proueniebant leuitis, de quibus. Nu. 18. Nu. to. 1. 257.c.1.C. Aaron nihil huiusmodi iurium percepit: quia mortuus est in deserto, vbi hæc non soluebantur: sed Eleazar filius eius fuit primus, qui recepit. ibid.

Summus sacerdos, sumendo decimam partem decimarum leuitarum, sumebat centesimam partem omnium fructuum totius Israel. Num. to. 1. 257.c.2.D. Quia voluit Deus summum sacerdotem facere magnum virū, & magni status. Matt. to. 6. 208.c.1.E

Summus sacerdos interdum contaminabatur necessario. interdum volens. Nu. to. 1. 263.c.3.I

Summus sacerdos in veteris testamen. habebat nouem ornamenta, & minores sacerdotes solum quatuor eorum. Nu. to. 2. 11.c.3.G

Summus sacerdos in duobus casibus exiuit extra sanctuariū vestitus vestibus pontificalibus, vnus fuit in morte Aaron. Num. 20. Alius quando venit in occursum Alexandri venientis ad destruēdam Ierusalem, &c. Nu to 2. 11.c.3.I

De summi sacerdotis redditibus, & honore. Num. to. 2. 68.c.3.I

Sacerdotes summi, in veteri testam. erant sub regibus. Nunc autem, non sic: sed omnis sęcularis potestas obedit summo pontifici. Nume. to. 2. 100. col. 2.C

Postquam quis consecrabatur in summum sacerdotem, non licebat illi exire ad mortuum: neque super patrem & matrem: bene tamen ante consecrationem Ios. to. 2. 191 c.1.D

De ordine magnorum sacerdotum tam de domo Eleazari, quam de domo Ithamar. 1. Reg. tom. 1. 45.c.3.F

Sacerdos magnus nunquam poterat aliquid inquirere à Domino sine vestibus sacerdotalibus. 1. Regum to. 1. 183 c.1.E

Sacerdos magnus, quādo Deum consulebat extra sanctuarium, oportebat, ꝙ esset indutus rationali, & Ephod, &c. 1. Reg. to. 1. 229.c.2.A

Sacerdos magnus dupliciter consulebat Dominū. Vno modo intrando in sancta sanctorum semel in anno. Alio modo induendo se Ephod, &c. 1. 1. Reg. to. 2. 101 c.1.A

Tpe Dauid, qūo fuerint duo summi sacerdotes. s. Abiathar, & Sadoc. 2. Reg. 54.c.2.A

Et hoc fuit ex Dei dispensatione, qui voluit duos esse æmulos in summo sacerdotio tempore Sadoc: sed postea priuatus est Abiathar summo sacerdotio per Salomonem, & incepit esse summus sacerdos solus Sadoc. 2. Reg. 55.c.1.B

Semper fuit vnicus summus sacerdos, nisi tempore Dauid: & hoc per totam vitam summi sacerdotis. Postea verò, dominantibus Romanis, nequitia Hebræorum, & auaritia Romanorū, summum sacerdotium cępit esse venale. s. per singulos annos, vt patet de Ana, & Caipha. Matt. 26. & Ioan. 11. &c. 2. Reg. 55.c.1.D

A summi sacerdotis sententia, in veter. testam. non licebat appellare. 4. Reg. 121.c.4.K

Pro

Pro ſummi ſacerdotis peccato, tanta imponebatur pœnitentia in ſolutione ſacrificiorum: ſicut pro peccato totius populi ſi nul,vt patet Leuiti 4.eo quòd illo errante,totus populus errabat.1.Paral. 19.col.2. E
De ſummorum ſacerdotum ſucceſſione in veter. teſta.1.Paralipo. 93.c.4.F
Sacerdotes ſummi a principio deſcendebant de ſtirpe Aaron per lineam rectam, nec vnus,ſuſtituebatur,donec alius decederet. Et hoc durauit vſque ad tempora Machabæorum.1.Paral.96.c 4.F
Veſtis præcipua ſummi ſacerdotis erat Ephod cum rationali,quam nullus minorũ ſacerdotum poterat indui.1.Paralip. 123.c.1. D
Si manerent duo ſummi ſacerdotes iuxta ordinationem Dauid:qualiter ſe haberent inter ſe.1.Paralipom. 283 c.4.F
Duo ſummi ſacerdotes fuerunt ſimul tempore Dauid,& non amplius, ſcilicet Abiathar, & Sadoc. 1.Paralip.281.c.4.I. Et pro Abiathar miniſtrabat Achimelech filius eius.Quando Dauid diuiſit ſacerdotes, in decem & ſex ſortes de domo Eleazar,& in octo de domo Ithamar:quia forte Abiathar tunc erat occupatus circa multa alia,& non poterat miniſtrare.1.Paralip. 281.c.3. H
Et Dauid prius quam a Deo acciperet poteſtatem ordinandi ſacerdotes ad diuinum miniſterium. Similiter & leuitas, tolerauit eſſe duos ſummos ſacerdotes,ſcilicet Sadoc,& Abiathar: quia vterque videbatur habere ius ad ſummũ ſacerdotiũ, nec in hoc peccauit. Et ſic,quando ordinauit ſacerdotes, non auſus eſt auferre ſacerdotium a filijs iſtorum; maximè quia voluntate Dei facta eſt iſta ordinatio de duobus ſummis ſacerdotibus,ſicut de omnibus alijs,quę pertinent ad ſacerdotes,& leuitas.1.Paralip.23.1.Paralip.282.c.1.D
Nicolaus tamen dicit, quòd per illam ordinationẽ, quam fecit Dauid, non intelligitur,ꝙ eſſent duo ſummi ſacerdotes,ſed ꝙ eſſent ſolum duo principes duarum familiarum ſacerdotalium, & alter eorum,ſcilicet Sadoc eſſet ſummus ſacerdos.Sed dicendum, quòd ambo erant ſummi ſacerdotes. 1.Paralip. 282.c.4.
Et tempore Saul poſt occiſionem Abimelech, & aliorum ſacerdotum in Nobe Sadoch miniſtrabat in die propitiationis. Similiter & tempore, quo Isboſeth regnauit, ſed poſtea quando vterq; erat cum Dauid, dicendum,ꝙ ſolus Sadoch miniſtrabat,vt probatur.1.Paral. 283.c.1.A
Sed poſtquam ordinatio ſacerdotum facta eſt per Dauid in viginti quatuor ſortes, & duos pontifices, aliter miniſtrandum erat.ſ.ſecundum mutationem ſortium de domo Ithamar in domum Eleazar & econtra. ibidem 183.cap.2.B
Et ordinatio iſta ſacerdotum, & leuitarum nõ erat inchoanda vſque ad templum Salomonis completum. ibidem
Et ordinatio ſacerdotũ maiorum, ſcilicet,vt eſſent duo ſummi ſacerdotes, non manſit aliquo tempore,neq; cœpit aliquo tẽpore ſeruari,licet ſemper manſit diſtinctio domus Ithamar a domo Eleazar.Et duo principes iſtarum domorum. ibid.
Semper tamẽ manſit ordinatio ſacerdotum minorum, & leuitarum vſque ad deſtructionem Ieruſalem per Romanos. ibid.183.c.3 H
Summum ſacerdotium, & omnes dignitates tam eccleſiaſticæ quam ſeculares erant per ſucceſſionem,& primogenitus ſuccedebat. Et ſi ſummus ſacerdos non habebat filium,ſuccedebat ille, qui erat magis propinquus ex parte patris. Nam cognati mris nõ ſuccedebant &c.1.Paral.284.c.1.A
Soli ſummo ſacerdoti vete.teſtam. licebat ſemel in anno cum thymiamate intrare in Sãcta Sanctorum,& nulli alij,niſi Moyſi tempore ſuo,qui quoties volebat,intrabat,& ſine thymiamate.2.Paralipom. 69.c.3.C
In vete. lege non erat niſi vnicus ſummus ſacerdos, vt probatur.Matth.to.1. 118.c.2.D
Sacerdos magnus tam in veteri quam in noua lege, habet multa nomina.ſ. pontifex, ſacerdos magnus, ſacerdos maximus, ſummus ſacerdos, princeps ſacerdotum.Matth.to.1. 118.c.4 H
Summi ſacerdotes poſt captiuitatem Babylonis erant communiter fere principes inter Iudæos, vſq; ad aduentum Chriſti.Matt.to.2. 87.c.4.G
Sacerdoti maximo in lege veteri non licebat pollui ſuper mortuo; minoribus tamen licebat. Et hoc ſolum quando mortuus erat pater, vel mater, filius,vel filia,frater,vel ſoror,quæ eſſet virgo.In alijs tamen non licebat.Leuit.21. Et intelligitur,ꝙ licebat &c.extra tempus cõſecrationis ipſorum, quod erat per tempus ſeptem, vel octo dierum, vt patet Leuit.10 Matth.to.3. f.151.c.4 F
De poteſtate ſummi ſacerdotis veteris teſtamenti. Matth.to 4. 182.c.1.E
Omnes ſacerdotes ſummi veteris teſtamenti fuerunt numero octoginta duo, quorũ primus fuit Aaron,& vltimus fuit Phinaſus, qui fuit tempore belli Iudaici contra Romanos,de quibus,& eorum ſucceſſione.1.Parali. 93.c.4.F
Duos principes ſacerdotum ſtatuit Dauid vnum de domo Eleazar, & alium de domo Ithamar.1. Paralipo.24. Et ſic ſemper futurum erat.Vnde & tempore Chriſti multi vocabantur principes ſacerdotum.Matt.21.&c.Matt.to.6. 180.c.4.K
Ad ſummum ſacerdotem veteris legis, & ad iudices ſpectabat definire in omnibus, de quibus lex non definierat &c.Matth.to.4. 123.c.3.G

Sacerdos noui teſtamenti.

Quilibet ſacerdos huius temporis eſt perfectioris ſtatus, quam fuit Moyſes, qui fuit eximius Propheta rum, & quam Aaron, qui fuit ſummus ſacerdos. Et hoc quo ad poteſtatem ſoluendi,& ligandi &c. Exod.to.1. 152.c.3.F
Quilibet ſacerdos ſimplex poteſt abſoluere a pctis, auctoritate clauium ſibi tradita in collatione ſacerdotij, ſubditum ſibi cõfitentem &c. Exo.to.1. 152.c.3.G
Quia plures ſunt nunc ſacerdotes, vilipenduntur, qui ſi eſſent pauci valde,& honorabiliores eſſent, & ſacrificium noſtrum magis reputaretur, ſaltẽ a ſimplicibus, qui dignitatem Dei non percipiũt in ſeipſa,ſed ex quibuſdam valde extrinſecis.
Maius tamen eſt bonum, quod habetur ex ſacerdotum pluralitate, dum tamen ipſi viles non ſint, quam contemptus, qui naſcitur ex eorum pluralitate &c.Exo.to.2. 20.c.3.H
Sacerdotũ filij non poſſunt ſine diſpenſatione promoueri ad ſacros ordines: neque promoueri ad beneficium,quod immediate habuit pater,vt patet de filijs presbyterorum per totum.Num.to.1.
Sacerdotes noui teſtamenti aliquando habuerunt vxores Num.to.2. 10.c.3.F
Sacerdos,cui non incumbit cura,vel neceſſitas celebrandi, põt mercede conductus manere apud aliquem,& ꝙ oret pro ipſo quotidie celebrãdo, vel toties in hebdomada.Et licitum eſt taxare preciũ pro ſuſtentatione totius anni,& acceptare abundantiorem victum, quem alius dederit. Et non

acceptare

acceptare conuentionem alterius, qui dat minorem, tamen non licet ei taxare precium pro vna missa,aut plus petere,quam offeratur,&c. Iudic. 129.c.1.G

Si sacerdos incurrat irregularitatem , priuatur officio celebrandi,& quocunque alio sacramento 1. Paralip. 260.c.1.C

Sacerdotes noui testamenti habetur vnicum characterem sacerdotalem, vel vnicam potestatem secundum subiectum,vt quidam dicunt,cuius sunt duo actus, vnus super corpus Christi verũ . Alius super mysticum. Alij dicunt, quod sicut sunt duo actus , ita sunt duo characteres , siue duæ potestates, quæ nõ simul imprimunt sacerdoti in ordinatione sua, sed diuerso tpe in traditione diuersarũ rerum facta ipsi ordinando episcopo , &c Matth. tomo 1. 186. c.3.K

Sacerdos non baptizatus debet baptizari. Et iterum ordinari. extra de presbytero non baptizato. c.1. &c.Mat.to.1. 187.c.1.C

Sacerdotibus,& quibuscunq; in sacris ordinibus cõstitutis , non licet quemquã occidere per iustitiæ administrationem in casu, in quo malefactor occidi poterat per eum, qui gerit publicam administrationem.Mat.to.2. 97. c.3.I

Non est in arbitrio sacerdotis quantum soluat , vel liget de culpa.Mat.to.4. 197.c.1.A

Sacerdos potest in culpã indirectè dupliciter . Matt. tomo 4. 178. c.4.K

Causa sanguinis prohibita est sacerdotibus,& clericis,vt non possint eam pronunciare,neque dictare , neque esse notarios eius, nec aduocare in illa, vt habetur extra de cleric. vel mo. capit. sententia sanguinis Sed committere possunt iurisdictiones laicis,&c.Mat.to.2. 98.c.3.C

Sacerdoti leproso interdicitur facultas celebrandi. extra de clerico ægrotante,vel debilitato c.de rectoribus.& cap.tua nos, & hoc propter scandalũ, &c. Si tamen ex deuotione vult celebrare in occulto , liceret facere. Non tamen ordinabitur in sacris,si fuerit leprosus.Mat.t.2.c.3.K & 193.c.1.A

Inter sacerdotes,& populum hoc interesse debet,ꝙ populus vocetur asina , & sacerdos vocetur propheta.Et si sacerdos,& laici fuerint æquales in virtute,vel laici excesserint clericos,dicit asina corrigere prophetam.extra de hęreticis.c.ex iniuncto, &c.Mat.to 3. 45.c.1.C

Sacerdoribus mundus est plenus,sed in lege Domini rarus valde inuenitur operator.Mat.to.3. 222. colum 1. B

Quomodo sacerdos in foro pœnitentiæ sit competens iudex.Mat.to.4. 173 c.4.H

Nõ est in potestate sacerdotis absoluere à tanta, vel tanta pœna:sed tãtum soluit , quãtum Deus vult absolui per claues:quod quantũ sit,sacerdos ignorat,loquendo de absolutione quotidiana . Nam secus est de concessione indulgentiarum. Similiter quantum ad ligare ad istam pœnam sacerdos non habet etiam arbitrium:quia nescit quantam pęnam relinquat,à qua non absoluit, & in qua liget,&c.Mat.to.4. 179.c.2.A

Quomodo sacerdos impediat intrare in vitam æternam.Mat.to.4. 178.c.3.C

Circa pęnam , quam sacerdos imponit pœnitenti, sunt duo. Vnum est imponere,vel non imponere aliquam pœnam pœnitenti. Et hoc non est in arbitrio sacerdotis, sed tenetur imponere pœnitentiam aliquam , &c. Quod si ex obliuione , vel per inaduertentiã sacerdos omisit pœnitentiam imponere,talis nec peccat mortaliter , neq; minuit effectus clauium. Secus si sciẽter omisit. Nã si pœnitens dispositus erat subire aliquam pœnitentiã,quidam putant , ꝙ effectus clauium non minuatur,non tñ ita plene,sicut si pœnitẽtia illi imponeretur. Sed quo ad tantam,vel tantam pœnam imponere,& talem,vel talem. In hoc solo est arbitrium sacerdotis, &c.Matth.tom.4. 179. col.2.C

Sacerdos nunquam debet imponere pęnitentiam, nisi de voluntate pœnitentis, & nunquam contra ipsius voluntarem.Mat.to.4. 180.c.2.E

Nam subest arbitrio sacerdotis quantũ clauis agat ad culpæ remissionem.Mat.to 4. 179.c.1.A

Sacerdos in absolutione sacramentali quotidiana non potest dispensare circa pœnam purgatoriã, nec est in potestate sua ꝙ tãta,vel tanta tollatur: sed per claues tollitur,quantum Deus vult tolli. Et nescit sacerdos quanta tollatur. Per pœnitentiam enim impositam tollitur per modum recompensationis pœna æquiualens purgatoria: aut aliquid plus:cum ista sit sponte tolerata,& illa non. Quod autem residuum est,quod interdũ valde multum est , manet in purgatorio expiandum, vel hic per opera satisfactoria sponte facta ad implendum.Mat.to.4. 181.c.2.E

In pœna, quam sacerdos imponit pœnitenti, sunt duo,&c Mat.to.4. 179.c.2.B

Sacerdos vsum clauium applicat ad confitentem , & illæ ei proficiunt,quantum Deus vult.Matth. to.4. 179.c.1.D

Non est in potestate sacerdotis imponere , vel non imponere pęnitentiam , sed tenetur semper aliquam imponere . Nam alias peccat mortaliter, si scienter id faciat . Secus tamen si per obliuionem, vel inaduertentiam illud agat.Matth.to.4. 179.c.2.A

In arbitrio sacerdotis est imponere tantam, vel tantam pœnitentiam:talem, vel talem. Matth.to.4. 179 c.2.D. Et hoc arbitrium potest intelligi dupliciter,ibid. 180.c.1.C

Ad quid prudentis sacerdotis arbitrium debeat tẽdere circa impositionem pœnitentiæ. Mat.to.4. 180.c.2.D

Sacerdos, quanto minorem pœnam imponit confitenti,tanto deterius est confitenti,&c. Secus autem est in concessionibus indulgentiarum: quantum prodesse debeant,&c. vt cum dicitur plenaria remissio, vel quarta, aut quinta pars peccatorum,idest pœnæ debitæ pro peccatis,&c.Matth. to.4. 181.c.3.D

Non licet sacerdotibus dimittere peccata,non imposita aliqua pœnitentia,licet hoc Christus fecerit.Mat.to.4. 180.c.3.H

Sacerdos non potest absoluere , nisi confitẽtem sub pœna mortalis peccati.Matth.to.4. 180.col.3.I

Sacerdoti maximè necessaria est discretio, vt sciat, quos ligare, & soluere debeat , & in quibus casibus.Mat.to.4. 180.c 4.K

Sacerdos quantuncumque malus potest absoluere, & ligare.Mat.to.4. 183 c.2.D

Si mali sacerdotes non haberent claues,nullus esset tutus in conscientia.Matt.to.4. 184.c.1.D

Sacerdotes secularibus quantum pręstare debeãt. Mat.to.3. 45 c.1.C

Sacerdotes tã mali,q̃ boni, hñt vsum clauium : verum tñ de necessitate p̃cepti,& de honestate, debẽt illi esse iusti, ꝑ quos alij iustificantur. Et ideo ĩ peccato mortali existens,si ministret sacr̃m pęnitẽtiæ,& alia sacr̃a,peccat mortaliter,p̃ter baptismũ in articulo necessitatis.Matt.to.4. 184.c.2.A

Sacerdos malus intercedens pro aliquo, ſolũ vt perſona particularis, & priuata, non prodeſt illi interceſſio. Secus tamen ſi nomine Eccleſiæ intercedat, ideſt, in perſona Eccleſiæ. Interceſſio tamẽ ſacerdoris, quando fit pro populo ſubiecto, ſiue nomine Eccleſiæ, ſiue vt perſona priuata intercedat, ſemper prodeſt in aliquo: ſed pro extraneis non prodeſt, ſi ſacerdos ſit malus. Matth. tomo 4. 184. c 3. H

Sacerdotes hæretici, ſchiſmatici, excommunicati, degradati, depoſiti, vel ſuſpenſi, licet habeant poteſtatem clauium quantum ad eſſentiam. Nõ tamen quantum ad vſum. Matth to. quarto. 184. c 3. K

Quilibet ſacerdos non poteſt indiſtinctè exercere vſum clauium in omnes homines præter quam in articulo neceſſitatis. Mat to. 4. 185 c. 1. E

Sacerdos ſimplex regulariter non habet iuriſdictionem imponendi pœnitentiam ſolennem, ſed remittendum eſt ad ſuperiorem. Similiter nec habet iuriſdictionem ſuper excommunicatos, &c. Similiter nec ſupra irregularitatem: neque ſupra incendarios: neque ſupra conſuetudinarios, &c. Mat. to. 4. 186 c. 1. E

Quando ſacerdos eſt in eodem peccato cum ſubdito, vel ſubdita ſua, quid tunc agendum ſit. Matt. to. 4. 186. c. 2. A. Nam ſi tales abſoluat, abſolutio valida eſt: peccat tamen ipſe. ibidem.

Sacerdos non debet audire confeſſionem illius mulieris, cum qua rem habuit: ſi ambo exiſtũt in peccato: ſed remittere ad alium. Et ipſa non debet confiteri: etiam ſi ipſe vellet, ſed alterij, ſi poſſet ex iure, vel petere licentiam ab eo, &c. Quia confiteri illi, nec eſt honeſtum, neque tutum propter multa. Mat. to. 4. 186. c. 2. C

Simplex ſacerdos à nulla excommunicatione abſoluere poteſt. Mat. to. 4. 186. c. 3. I

Quilibet ſacerdos poſſet licitè vti claue ordinis ligando, & ſoluendo quãtum ad omnes homines, & in omni peccato, cũ lex Chriſti nõ veret hoc. Eccleſia tamen limitauit poteſtatem iſtam, tam quantum ad ſubditos, quam quantum ad ea, in quibus eſt ligare, & abſoluere. Et tamen non extenditur clauis ad plures vel ad maiora quam ad ea, quæ per Eccleſiam diffiniuntur. Et hoc potuit facere Eccleſia, &c. Mat. to. 5. 60. c. 1. B

Sacerdotes carnales ſolliciti ſunt, nõ quomodo populus viuat ſine peccato: ſed aſpiciunt, quid in eccleſia offeratur. Et hoc æſtimant ſacerdotij ſui lucrum. Mat. to. 5. 265. c. 4 F

Sacerdotes licet in ſuſceptione ordinis duplicẽ ſuſcipiant poteſtatem ſ ordinis, & iuriſdictionis: tamen quia arctata eſt ab Eccleſia poteſtas iuriſdictionis, non poteſt vti ea, niſi ſuper materiam ſibi conceſſam ab ordinante, vel à prælato habente poteſtatem, &c. Defen. 37. c. 1. A

Soli ſacerdotes, habentes iuriſdictionem fori conſcientiæ, ſunt executores legis euangelicæ quantum ad totam ſuam latitudinem. &c. Defen. 37. col. 1. C

Sacerdotes vocantur vaſa tabernaculi à Gregorio ſuper illo Luc. 10. Deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta diſcipulos. Parad. 2. c. 4. G

Cùm ſacerdos ſecundum morem eccleſiæ conſecrat, neceſſarium eſt eum bis conſecrare totum Chriſtum. Parado. 26. c. 4. H

Quandiu ſacetdos peccator ab eccleſia toleratur, recipiens ab eo ſacramenta, non peccat, nec cõmunicat eius peccato. Contra Clericos concub. 3 c. 3. F.

Sacerdos cæcus populum cæcum ad foueam deducit, vt in cap. cum ſit. de æta. & qualita. & Iſai. 5. Proptrerea populus eſt in captiuitatẽ: quia ignorauit legem, &c. Contra Cleri. concubin. 7. c. 3. I

Sacerdotes ex commiſſo ſibi beneficio, populũ debent illuminare, & docere ſecundum ſentẽtiam Dionyſij. in 1. de Eccleſiaſtic Hierar. Contra Clecri. concub. 7. c. 3. K

Propter flagitioſas ſacerdotum vitas hodie clerus contemnitur. Contra Cleric. concub. 8. c. 1. A

Sacerdotes cõcubinarios publicos firmiter teneo, inquit auctor, inimicos eſſe Chriſti, & ſancti ſpiritus contemptores, &cęt. Contra Cleric. concub. 8. c. 1. B

Qui ſacerdotis vitam malam agnoſcit, & eum pro ſe celebrare facit, ſit eiuſdem peccati cõſors: nec non & pœnę particeps. Contra Cleric. concub. 8. c. 1. D

Conſulit auctor, vt nullus faciat Miſſas celebrare, nec ſacrificia, nec alia diuina officia, ſiue pro viuis, ſiue pro defunctis per ſacerdotes publicos cõcubinarios: quia ipſi benedicunt, & Deus maledicit. Malachiæ. 2. Maledicam benedictionibus veſtris, &c. Contra Cleric. concubin. 8. c. 3. F

Qui ſacerdotem publicrm concubinarium inuitat ad celebrandum, ſi alias non erat ipſe celebraturus, peccat mortaliter. Contra Cleric. concubin. 8. c. 3. H

Prouidendum eſſet cum ſummo zelo, & ſtudio religionis Chriſtianę, & profectu animarum, quòd ſacerdotes publici concubinarij, vel ſe emendarent, vel omnino amouerentur à tanto ſacerdotio, quo indignè vtuntur, &c. Contra Cler. cõcu. 8. c. 3. K

Vtilius multo foret, quòd eſſet vnicus ſacerdos in tota vna ciuitate, qui non eſſet in peccato mortali, quam tanta miniſtrorum inutilium multitudo, &c. Contra Cleric. concub. 8. c. 4. F

Qui ſacerdotes publicos concubinarios non corrigunt, cum ad eos ſpectet illos c rrigere, nõ ſunt excuſati à peccato apud Deum, vel niſi loco eorum alios ſubſtituant, &c. Contra Cleric. concu. 8. c. 4 H

Sacerdotium. Sacerdotalis dignitas magno honore erat apud Aegyptios, ita vt reges darent ſacerdotibus terras, & conſtituerent eis cibaria de communitatibus, ſic vt ipſi nullo modo cogerentur ad alias negociationes, in quo reges & Domini noſtri temporis exprobabiles redduntur, qui non ſolum eccleſijs, exiſtente verò ſacroq; deitatis cultu, qui apud Gentiles non viguit, bona non conferunt: ſed etiam ab antiquorũ deuotione collata, auferunt miniſtris eccleſiaſticis, exactiones, extorſioneſq; partim publicas partim priuatas imponentes, vt iam idem videat eſſe rex, Papa, & Epiſcopus. Sed abominandum eſt, vt filij ſubijciant ſeruituti patres ſuos, &c. Gen. 394. c. 1. D

Sacerdotium ſecundum ſe includit poteſtatem immolandi, & offerendi victimas Deo, ſed per accidens dicit redditus, vel penſionem. Gen. 402. col. 2. A

Sacerdotium meruerunt leuitæ per hoc quòd ſe iunxerunt Moyſi, & interfecerunt viginti tria millia, vt habetur Exo. 32. Exo. tom. primo. 163. col. 1. E

Ius ſacerdotij pertinebat ad primogenitos etiam apud Iſraelitas, priuſquam Deus aſſumeret Leuitas ad ſuum miniſterium, &cęt. Exo. to. ſecundo. 7. c. 1. B

In ſummo ſacerdotio vet. teſt. ſuccedebat filius patri ſuo, & hoc erat generale: niſi Deus ex aliquo peccato mutaret illud, ſicut tranſtulit ſacerdotium de domo Heli ad Sadoc, vt colligitur. 1. Re. 2. & 1. Paralip. 24. ſemper tamen manſit in domo Aaron, quia Sadoc etiam de domo Aaron, & cęt. Exo. to. 2. 86. c. 2. B

Sacerdotia erant venalia paulo ante Chriſti aduentum. Leui. 52. c. 1. E

Summum ſacerdotium fuit datum Aaron & non Moyſi, quia Aaron erat primogenitus, & maior tribus annis Moyſe. Leui. 153. c. 1. A

Ad ſacerdotium veteris teſtamenti ſtrictius cauebãtur deformitates corporeæ, quam in nouo, cuius duæ aſſignantur cauſæ. Prima, vt incitarentur Iudęi ad cultum Dei, &c. Secunda vt haberentur in reuerentia ſacrificia veteris teſtam. & c. Leui. 231. col. 3. I

De ſacerdotio filiorũ magni ſacerdotis in vete. teſt. & de ſacerdotio minorum ſacerdotum. Nu. to. 2. 10. c. 2. B

Summum ſacerdotium in vete. teſt. non receſſit a ſtirpe Phinees, vſque ad paucum tempus ante Chriſti natiuitatem: & dicũt quidam quòd muratum eſt ſummum ſacerdotium a domo Heli ad domũ Samuelis, ſed falſum eſt, vt probatur. Num. to. 2. 69. c. 2. C

Nam Samuel fuit Leuita & iudex, nec Heli fuit de linea Phinees, ſed de linea Ithamar, & poſtea redijt ſacerdotium ad Sadoc de linea Phinees, & ſic conſequenter &c. Num. to. 2. 70. c. 2. B

Sacerdotium fuit inter Gentiles, & inter Hebræos, tamen neutrum fuit propriè ſacerdotium, quia non imprimebat characterem, &c. Matt. tomo 4. 182. c. 1. B

Sacerdotij ordinem recipiens, recipir claues ligandi & ſoluendi quantum ad habitum ſiue poteſtatẽ, ſed non quantum ad exercitium: quia non diſtribuitur ei materia, in quam exercere poſſit, & ſi audiat confeſſionem abſoluit in caſu; peccat tamen mortaliter, intromittens ſe in vetitum, &c. Et ſimilitudo eſt in matrimonio Iacob cum Rachel, in quo interdicta fuit copula carnalis per ſeptennium ex pacto. Similiter & poteſtas petendi debitum. Gen. 316. c. 1. A

A ſacerdotio in nouo teſtamento excludit lepra, & qui ordinatus eſt ſuſpendit, vt patet extra de cler. per totum. in vete. vero teſt. non ſolum hoc, ſed ẽt extra caſtra. Et in vete. teſt. excludebat a ſacerdotio iugis ſcabies, non tamen in nouo: niſi eſſet patens in locis, in quibus cauſaret horrorem, &c. Leui. 232. c. 1. A

A ſacerdotio non impedit impetigo in nouo teſtamento, ſed in vet. impediebat. Leui. 232. c. 1. A

A ſacerdotio non impedit hernia in nouo teſtamento: bene tamen in veteri, &c. Leuit. 232. c. 1. B

Sacerdotalis.

Sacerdotales veſtes, in veteri teſtamento aſpergebãtur ſanguine & oleo ſancto ad mixtis: vt habetur Exo, 29. cuius aſſignatur cauſa. Exo. to. 2. 82. c. 3 F

De numero & ordine veſtium ſacerdotalium vete. teſtam. vide in dictione Sacerdos. & Exo. to. 54. c. 4. G. & Leui. 63. c. 4. K

Veſtibus ſacerdotalibus in veter. teſtamento non indebatur ſacerdotes ad omnia miniſteria, vt probatur. Exo. t. 2. Immo non portabant veſtes ſacerdotales extra Sanctuarium, etiam ſi aliqua miniſteria, ad ſolos ſacerdotes pertinentia, foris exercerí deberent. Exo. to. 2. 60. c. 2. A

Sacerdotalis adminiſtratio in miniſtris veteris teſtamenti proueniebat iure hæreditario, ac ſi iam ordinati eſſent: in nouo teſtamento non ſic, ſed ſolum ex ordinatione: ideo in nobis eſt duplex prohibitio, ſcilicet quòd non ordinemur, & ꝙ ordinati non miniſtremus. Leui. 232. c. 1. E

A ſacerdotali adminiſtratione repellebant maculæ in veteri teſtamento, ſed non prohibebant ab ingreſſu Sanctuarij: immo neceſſe habebant aliquãdo intrare Sanctuarium ad comedendum de his, quæ offerebantur. Et non poterant comedi niſi in Sanctuario. Interdicebantur tamen introire in tabernaculum. Leui. 232. c. 2. A

Sacerdotalia officia & leuitica in veteri teſtamento cõſequẽbantur progeniem, quia licebat ſacerdotibus & leuitis habere vxores, ſecus tamen eſt nũc 1. Paralip. 113. o. 4. I

Sacerdotalis iuriſdictio ad abſoluendum & ligandũ accidentaliter adhæret ordini ſacerdotali. Cõtra Cleric concub. 4. c. 3. G

Sacerdotalis ſtatus in veteri teſtamento, non erat excellentior ſtatu regali, ſed ſacerdotes iudicabãtur per reges. Ioſ. to. 2. 78. c. 4. K

Sacramentum.

In quo differant ſacramẽta nouę legis ab operibus legis. Mat. to. 5. 130. c. 2. B

In ſacramentis legis Euangelicæ ex natura ſacramẽti datur gratia exercitanti ſe illis Gen. 268. c. 4. F

Omnia ſacramenta habent efficatiam ex paſſione Chriſti viuentis, & non mortui. Gen. 139. c. 4. K

In omnibus ſacramentis, vbi materia habet aliquã virtutem, vel forma verborum, tunc non requiritur perſonæ determinatio q̃ intendebat agens, quia ipſe actus de ſe validat, vt patet in baptiſmo & ordine. Gen. 308. c. 1. B

Sacramentorum nouæ legis obſeruationes nõ ſunt ædem apud omnes eccleſias. Eſſentialia tamen & principales ſolennitates ædem manent. Exo. tomo 1. 70. c. 1. E

Sacramenta imprimentia characterem non ſunt iterabilia, vt ſunt baptiſmus, confirmatio, ordo, alia vero ſunt iterabilia. Exodo tomo 6. fol. 212. colum 2. E

Tota virtus in ſacramentis eſt Chriſti: ſed miniſterium eorum noſtrum eſt. Matth. tomo 6. fol. 327. colum. 1. E

In omnibus ſacramentis tam veteris, quam noui teſtamenti, hoc generale eſt, quòd nullum ſacramẽtum poteſt culpam tollere, niſi accedens ad ſacramentum, fuerit prius culpa mundatus, & hoc in adultis tantum. Et requiritur propoſitum ſuſcipiendi ſacramentum neceſſitatis in nouo teſtamẽto, non tamen in veteri. Leuit. 10. c. 1. B

Sacramentum eſt cibus ſpiritualis. Matth. tomo 6. 328. c. 1. A

Sacramentum pœnitentiæ extendit ſe ad culpam, quatenus eſt ſacramentum in propoſito habitũ, licet non in actu; in actu quoque prodeſt ad remiſſionem culpæ, ſi aliquis non exiſtente contritione ſufficiente aut debita, accedit ad confeſſionem, & ſe ſubijcit clauibus, ex vi ſacramenti diſponitur ſæpe, vt habeat perfectam contritionẽ, & ita remittantur peccata, & cætera. Leuiticum 10. c. 1. B

Sacramentorum perceptiones per ſe, culpam non diluunt. Leui. 10. c. 1. B

Inter ſacramenta noui & veteri teſta. hoc intereſt: primò, ꝙ & ſi ſacramenta noui & veteris teſtamenti nõ valeant directè ad remiſſionem culpę, ſacramẽta tamen noui teſtamenti indirectè ſunt

necessaria ad culpæ remissionem,vel in actu, vel in proposito percipiendi. In veteri testamento nō sic,nisi circuncisio circa paruulos. Interest secundò in efficacia, quia sacramenta noui testam. semper tollunt directè, vel indirectè culpam venialem,vel mortalem,aut ad gratiam conferendam , vel præexistentem augendam,non autem sic in sacramentis veteris testamenti. Tertiò interest,quia per sacramenta noui testamenti semper ex natura illorum remittitur pœna debita ꝑ peccato in totum,aut in partem,&c. Nō autem sic per sacramenta veteris testam. Interest quartò , quia sacramenta noui testamenti proficiuut ex intentione eius,qui suscipit, si est in charitate, & ex natura sua conferūt gratiam , si non ponat obicem,non autem sic in sacramentis vete.legis, &c.Leuit. 253.c.3.F

Sacramenta veteris leg tripliciter dici poterāt maiora aliis, vel propter efficatiam vel propter exigentiam plurium cęremoniarum, &c. vel ꝑter excellentiam rerum significatarum.Leui. 253. col.3.G

Sacramentorum verba nullam habent efficatiam secundum se,&c.1.Reg.to.2. 111.c.4.H

Tota virtus sacramenti pœnitētiæ est ex parte ministri,&c.Mat.to.4. 175.c.2.A

Sacramentum pœnitentiæ & baptismi conueniūt in effectu,&c.Mat.to.4. 175.c.2.B

Differentia inter Sacramentum Baptismi,& Pœnitentiæ.Mat.to.4. 178.c.3.G

Sacramentum pœnitentiæ non delet maculā peccati realiter.Mat.to.4. 175.c.4.I

In omni Sacramento quod percipitur ab adultis requiritur prę paratio.Mat.to.4. 176.c.1.A

Ecclesia non potest facere sacramentū aliquod prę ter illa,quæ Christus fecit.4.Reg. 20.c.2.A

In Sacramento extremæ vnctionis tanguntur omnia organa quinq; sensuum.4.Reg.51.c.1.D. Et non iteratur durante eodem morbo. Matt.to.4. 177.c.4.F

Inter sacramenta nouæ legis , & cæremonias veteris hoc interest, ꝙ sacramenta nouæ legis sunt in seipsis promeritoria ad remissionem pœnæ in illis,qui non ponunt obicē Sacramenta verò vet. legem non,sed solum ex deuotione offerentis.2. Paralip. 24.c.3.H

Sacramentū pęnitentię non erat tpe Ioannis Bapt. benè tamen pœnitentia.Mat.to.1. 184.c.2.A

Sacramenta potius disponunt ad gratiam, quam ꝙ ipsam conferant.Mat.to.4. 182.c.2.C

Sacramenta non agunt per se ad remissionem peccatorum tanquam principale agens: immo nec tanquam instrumentum,vt attingat ipsum passum.Mat.to.4. 182.c.2.C

Sacramenta non sunt danda infidelibus, vsquequo facti sint fideles,& baptismum susceperint.Mat. to.3. 119.c.1.A

Quæ sacramenta sint danda, vel de neganda porcis,hominibus.Mat.to.3. 119.c.2.B

Omnia sacramenta ordinantur ad Eucharistiam. Mat.to.3. 275.c.2.C

Sacramento potuit Christus , inquantum homo, instituere, per quę remitterentur peccata nostra, quod pertinet ad superabundantem gratiam , & super effltem.Mat.to.4. 172.c.2.B

In sacramentis contingit tripliciter sanctificatio; interdum ex parte ministri & materiæ simul, sicut in Confirmatione & Eucharistia: interdum ex parte solus materiæ,vt in Baptismo; aliquando verò in solo ministro , vt in sacramento pœnitentiæ,&c.Mat.to.4. 175.c.2.A

Ministrans sacramenta in peccato mortali, præterquam in articulo necessitatis,peccat mortaliter, &c.Mat.to.4. 184.c.2.A

In oībus sacramentis confert̄ gratia; in quibusdam de nouo,vt in baptismo & in pęnitentia: in alijs verò præexistens augetur,&c.Matth.tom.4.186. col.4.I

Sacramenta nouę legis differunt ab operationibus legis Moysi , quia illa ex opere operato cōferunt gratiam,istè verò non,sed solum bona temporalia promerebantur.Mat.to.5. 130.c.2.B

In sacramentorum significationibus potius attenditur id,quod foris est,quam,quod intus,& ratio est,quia oīa sacramēta sunt signa. Et accipitur in eis ratio significandi ex eo , quod sensibile est: & hinc est,ꝙ ille dicitur bigamus, qui contraxit cū violenter corrupta,&c Mat.to.7. 21.c.2.A

Nullum est tam efficax sacramentum , quod per se possit peccata dissoluere . Sed hoc habent sacramenta à passione saluatoris.Parado. 113.c4.K

Cum dicitur , ꝙ per sacramenta nouæ legis omnia peccata delentur , sensus est , ꝙ sacramenta sunt instrumenta,quibus materia passionis Christi nobis communicantur,&c.Parad. 114.c.2.E

Qui sacramenta recipit à sacerdote peccatore,non peccat, nec communicat eius peccato , quandiu ipse sacerdos ab Ecclesia toleratur.Contra Cleric. concu. 3.c.3.F

Nemo potest sibi ipsi conferre sacramenta legis nouæ,sicut nec seipsum absoluere,etiam si sit Papa: secus tamen erat in veteris leg. vbi quis poterat seipsum circuncidere.Ios.to.1.88.c.4.I.Mat.to.4. 187.c.1.B

Sacramentale. Verba sacramentalia nō habent ex se efficatiam.1. Reg.to.1. 217.c.2.E

In sacramentali absolutione duplex potestas requiritur.s. potestas ordinis & iurisdictionis. Prima est æqualiter in omnibus sacerdotibus, non secūda.Mat.to.4. 185.c.2.C

Sacrificare. Non sactificare alicui, nisi Deo vero, magis naturale est, quam sacrificare Deo , quia sacrificare Deo vero nō est necessarium ad salutem ęternam, esset tamen necessarium,si esset de iure naturali, prout ius naturale dicit dictamen rectè rationis , sine aliqua legis positione,&c.Gen. 36.c.4.I

Sicut omnia loca sacrificandi interdixit Deus ad vitandum idolatriam,ita voluit determinatos esse ministros,&c.Gen. 71.c.3.F

Pręceptum,de sacrificando in vno loco,dispensabile erat.Exo.to.1. 196.c.3.F

Quòd nulli sacrificaretur nisi Deo vero, vel credito Deo verò , omnis humana tenuit opinio, &c. Exo.to.2.20.c.2.K.Leu. 3.c.3.K

Aliqui viri sancti sacrificauerūt extra sanctuarium vt Dauid,& Manue pater Sāsonis,Elias,Samuel, &c.Leui. 174.c.1.D

In varijs locis sacrificabant Gentes dijs suis. Leuiti. 172.c.4.F

Gentes poterant sacrificare Deo vero, vbicumque animalibus, dum tamē essent munda,& sub quibuscunque cęremonijs,&c.1.Paralip.186.co.3.K. Sed non poterant offerre sacrificia in sanctuario Iudæorum,&c. vt probatur ibidem. folio. 183. col.3.F

Sacrificium. Signum acceptationis sacrificiorum, erat inflāmatio sacrificij apud antiquos.Gen. 26.c.3.F

Oi-

Nihil eſt,quod Deo tam propriè conueniat, ſicut ſacrificium.Nam ſacrificium tantæ dignitatis extitit ab antiquo,vt nullus vnquam hominem,quātumcunque errauerit,alicui alteri obtulerit ſacrificium,niſi ei,quem Deum eſſe putabat,&c. Gen. 46 c.3.G.& 69.c.3.H

Solum tria genera pecorum offerri debebant in ſacrificium ſ. Aries. Taurus,& Hircus. Et de volatilibus duo tantum ſ.turtures,aut duo pulli columbarum,&c.Ge.146.c.3.G.& Exo.to.1. 195.c.3.F Mat.to.5.230 c.4 H.Mat.to.6.200.col.3.F.Et libamenta erant quinque,ſcilicet ſimila,vinum oleū, ſal & thus. ibidem

Sacrificium obtulit Samuel in multis locis, etiā vbi non erat ſanctuarium,&c. vbi & erexit altare, ut Ī Maſphat,& in Ramatha.1.Reg.7.Et in Bethlehē, quando vnxit Dauid in regem.1.Reg.16. & Gen. 70.c.1.C

Offerre Deo ſacrificium omnibus erat licitum ante legem,quia non erat vetitum, immo erat tunc bonum de ſe, vt eſt exemplum in Cain & Abel. Gen. 4. Et de Abrahā & in Noe. Gen.8 poſtea in lege ſolis ſacerdotibus datum Gen. 70. c.2.D

De locis ſacrificiorum, & de facientibus ſacrificiū, fuerunt datæ duæ determinationes in lege, quæ prius non erant.ſ. ꝙ non offerrentur in multis locis.Secunda,ꝙ non in multis altaribus. De prima habetur Deut.12.& 16.& Leui.17.& Ioſ.22.De ſecunda.Exo.27.Gen. 71.c.1.B

Sicut Deus in lege Moyſi determinauit loca offerēdi,& miniſtros in ſacrificij, ita determinauit omnes ritus colendi ipſum, de quibus eſt totus liber Leuiticus.Sed quantum ad ſacrificia,diſtinxit tres ſpecies, holocauſtū, hoſtiam pacificam, & hoſtiā pro peccato, & ſub his alias ſpecies ſubdiſtinxit, de quorum ſacrificiorum omnibus cæremonijs habetur a 1. cap. Leuit. vſque ad 8. Gen. 71.colum.3.K

Illud,quod fecit Abraham Gen.15. Non fuit ſacrificium, ſed per illud fiebat fœdus inter Deum & Abraham,&c.& aſſignātur rationes. Gen.71.colum .4.H

Quas cęremonias tenuerit Abrahā in ſacrificijs, nō conſtat, credendum tamen eſt ꝙ tenuerit aliquis, quis ſancti viri, & cultores Dei tenebant, edocti ab Adam per ſucceſſionem temporis,&c. Geneſ. 72.c.1.A

Sacrificia, quæ in lege naturæ offerebant homines Deo ante diluuium,fuerunt holocauſta,ut creditur.Gen. 72.c.1.B

Adipes principaliter pertinebant ad rationem ſacrificij,&c.Gen. 72.c.C

An ſacrificia pacifica fuerunt tempore Iacob, non ſatis conſtat,credendum tamen eſt,ꝙ ſic:nam talia videntur fuiſſe, quæ Iacob obtulit in monte Galaad.Gen.31.Gen. 72.c.2.C

Sacrificium,quare magis fieret de vaccis,capris,arietibus,turturibus & columbis, quam de alijs, aſſignantur ratio myſtica, & allegorica. Gen.254.colum.2.F

De carnibus ſacrificiorum & agni paſchalis ſoli mūdi comedebant.Exo.to.1. 76.c.1.A

Sacrificia non poterant offerri aut immolari extra tabernaculum pœna capitis,ut patet Leuitic. 17. Exo.to.1. 87.c.2.C

Sacrificium eſt actus maximè proteſtatiuus deitatis Exod.to.1. 145.c.4.H

Sacrificiorum tria genera diſtincta ponūtur in principio Leuit.ſcilicet holocauſtum, quod fiebat ad ſolam laudem Dei ſimpliciter, hoſtiæ verò pacificæ fiebant tanquam gratiarum actiones pro pace recepta, aut quolibet alio bono. Victima pro peccato erat, quando aliquis peccabat contra ea, quæ ſcripta erant in lege per ignorantiam, aut per aliqualem negligentiam,&c. In holocauſto omnes carnes & adipes cum omaſis cremabantur.Leuit.1. In hoſtia verò pacifica,pars cremabatur Deo,& pars dabatur ſacerdoti,& pars reſeruabatur proipſo offerente.Exod.to.1. 145. c.4.I.& Gen.254.c.1.C

Sacrificia pro peccato ſolum fiebant in illis, qui totaliter erant ſubiecti ritui Iudaico.Exo.to.1. 145. col.4.K

Sacrificia ſunt maior pars cultus diuini exterioris. Exo.to.1. 195.c.3.F

Circa animalia, quæ offerebantur in ſacrificiū Deo in veteri teſta. talis erat lex, ut ante octo dies ſuæ natiuitatis nullum animal immolaretur,ſed poſt octo dies, & in octauo poterat etiam immolari, & ita erat de agno paſchali, dum tamen eſſet natus citra annum.Mat.to.7. 286.c.1.B

Animalia, quæ offerenda erant Deo in ſacrificium, debebant eſſe immaculata, quia non offerebātur ei propter indigentiam, &c.ſed propter honorē, &c.Mat.to 7. 286 c.3.F

In ſacrificijs tria genera quadrupedum immolabantur ſcilicet oues, boues, & capræ. Et duo genera auium ſcilicet turtures & columbæ,&c.Exo.to.1. 195.c.3.F

Sacrificia ideo mandabat Deus in vno loco offerri, vt vitaretur idolatria. Exodo tomo 1. 196. colum.2.A

Sacrificia licebat offerre vbi erat arca Domini, ſed rationabilius vbi erat tabernaculum, ſi ſeiunctū eſſet ab ab arca. Exo.to.1. 198.c.2.A

Quotidie fiebat ſacrificium agni matutini & veſpertini.Num.21.Exo.to.1. 261. c.3.K

Deus vetuit ne in aliquo ſacrificio poneretur mel. Leui.2.Exo.to.2. 16.c.4.I

Sacrificij genus erat illuminatio lucernarum intra tabernaculum.Exo.to.2. 16.c.4.H

Generaliter in omni ſacrificio iuſſum eſt apponi oleum,vt patet Num. 15 Sed ſpecialiter in ſacrificio,quod fiebat de ſimila, & in ſartagine, & in ſacrificio farris noui,vt patet Leuit. 1.Exod tom.2. 16.c.4.K

Sacrificia vet. leg aſſimilantur poeticis narrationibus.Exo.to.2. 20.c.3.I

In quolibet ſacrificio pro libamēto debebat in fundi certa menſura vini, & alia certa menſura olei, & tam vinum, quam oleum experiri debebat in certis vaſis, an eſſent talia qualia in ſacrificijs acceptari deberent,an non:& ſi non eſſent talia,&cęt. abijciebantur,&c.Exo.to.2. 32.c.2.B

In ſacrificijs vet. leg. ſola obedientia placebat Deo, & reddebat actum gratum Deo: nam melior eſt obedientia quam victimæ: nam victimæ ex adiūctione ad obedientiam placent, & abſq; illa abominabiles ſunt Deo, vt patet de ſacrificijs Saulis. 1.Reg.15.Et ex oppoſito de Abraham.Exod.to.2. 70.c.3.K.& 86.c.4.K

Sacrificiorum genera erant tria,ſcilicet holocauſtū, pro peccato,& hoſtia pacifica.Et omnia hæc offerebantur in conſecratione ſacerdotis,quia ſolennitas erat magna ſcilicet vitulus,p peccato, vnus aries in holocauſtum,& alius vt victima pacifica, &cæt. Exo.to.1. 196.c.1.A,& to.2.75. col.1.A.& Deut.61.c.4.I

In ſacrificijs vete.leg.nunquam apponebatur fermētum.Leui.2.Exo.to.2. 75.c.1.E

Sacrificiorum ſanguis effundebatur ſuper parietes altaris, & quia non poterat ibi ſanguis detineri, fluebat per parietes ad baſim altaris, &c. Exo.to. 2. 79.c.3.F. In holocauſtis vero ex ouibus & capris effundebatur ſanguis ſup altare, & inde fluebat ad baſim altaris per parietes eius, ſed non ſic de ſanguine ex bobus, &c. Exo.to.2. 79.c.3.G

In omni ſacrificio fiebat expiatio peccatorum, directè tamen in ſacrificio pro peccato, quia finis erat in hoc, vt peccata remitterentur. Alia autē ſacrificia fiebant directè ad laudem & honorem Dei, &c. Aliquo tamen modo fiebēt ad expiationem, &c Exo.to.2. 80.c.1.C

Ex ſacrificijs combuſtis non ex halabat aliquis fætor, vel malus odor, & hoc ſupranaturaliter fiebat. Exo.to.2. 93.c.3.I

Sacrificia dupliciter fiebant, quædam. ſ. pro ſingulis perſonis, & quædam pro tota populi communitate. Prima fiebat ex ſumptibus ipſarū perſonarum, quia quilibet offerebat, quod volebat. Alia fiebant ex ſumptibus communitatis: nā qui libet de populo aliquid impendebat, vt ſic participaret fructum ſacrificiorum, & orationum ſacerdotalium. Exo.to.2. 96.c.4.K

In ſacrificijs ſpontaneis benè licebat immolare animalia fęminini generis, niſi fieret ex aliqua ſignificatione, &c. Exo.to.2. 176.c.1.A. In holocauſtis verò nō niſi maſculini generis offerre licebat Leuitic. 1. In ſacrificijs pro peccato, & in pacificis interdum licebat offerre fœmellas. Exo. tom.2. 176.c.1.B

In omni ſacrificio erat ponenda certa pars ſimilæ, &c. Exo.to.2. 210.c.1.E

Sacrificia non ex ſeipſis, ſed ex offerentium deuotione propter eum, qui mandabat ipſa fieri, accepta erant. Leui. 2.A. & 42.c.4.G. & 317.c.4.G

Sacrificia fuerunt inſtituta propter quatuor inductiua principalia. ſ. propter laudem Dei, propter ſeparationem Iudæorum ab idolatria, propter profugationem ocioſitatis, & propter agni immolandi ſignificationem, &c. Leu. 2.A

Sacrificium nulli vnquam impenſum eſt, niſi ei, qui verus Deus erat, vel reputatus verus Deus. Leui. 3.c.3.K

Sacrificiorum aliqua immolabantur ex vera deuotione, alia propter beneficij impetratione, alia ꝓ peccatorum & delictorum remiſſione, &c. Leu. 3.c.4.F

Sacrificium eſſe de iure naturæ videtur Ariſtoteles definire. 5. Ethic. Leu. 7.c.4.I

Sacrificiorum ritus non erat eodem modo apud omnes gentes, &c. de quibus Ouius li. 1. Faſtorū. Leuit. 7.c.4.K

In ſacrificium, quare Deus magis elegerit bouem, ouem, & capram, turturem & columbā, aſſignatur ratio, ſcilicet, mundicia iſtorum animalium, quia nulla alia iſtis ſunt mundiora, cum in cibo abſtineant ab omnibus immundicijs. Item, quia illa in vſu communius habentur. Item ex ſignificatione iſtorum animaliū, in quibus Chriſti immolandi potiſſima ſignificatio reperitur de hoc. Ge. 5. Leuit. 8.c.1.D

Noluit Deus, vt illi offerrentur piſces in ſacrificiū, eo quòd nō ſunt in poteſtate noſtra & in vſu cōmuni. Item quia raro poſſent adduci viuentes ſacrificium, quod oportebat. Leui. 8.c.2.D

Sacrificiorum quædam erant ſpontanea, & quædā coacta. ſ. ſacrificiorum, ex voto, ſacrificiū primo genitorum, & in hoc vltimo, nō niſi maſculinū offerendum erat, cuius aſſignatur ratio. Leuitic. 9.c.1.A. & 23.c.2.E

Sacrificium pro peccato erat ex neceſſitate, nec in illo determinabatur magis maſculus, quam fœmina, ſed in quibuſdam maſculus offerebatur, in quibuſdam verò fœmina. Leu. 4. & 5. Leu. 9.c. 1.E. Holocauſtum & victima pacifica erant volū taria, & in holocauſto maſculus tantum, in pacifica verò ſiue maſculus ſine fęmina, vt probatur. Leui. 9.c.1.E & 23.c.2.E. & 248.c.1.D

Sacrificium, quod quis offerebat in peccato mortali, non erat Deo acceptabile, & per ſacrificia non expiebatur culpa, ſed pœna debita pro culpa, à qua iam quis abſolutus eſt, proficiebāt ſacrificia ad ablationem pœnarum inferendarum, aut alicuius partis earum Leu. 10.c.3.I

Animalia, ex quibus fiebant ſacrificia, iugulabātur apud latus altaris, & ibi ponebantur aliqua vaſa, in qua ſanguis effluebat, & illum ſanguinem offerebant ſacerdotes ſacerdoti facienti ſacrificia, qui offerebat ſanguinem in circuitū altaris, &c. Leui. 11.c.2.D

Quòd animalia, ex quibus fiebant ſacrificia, nō cōburerentur cū pellibus ſuis, aſſignatur ratio. Leu. 12.c.1.D.

Nec obſtat. ꝙ vitulus, de quo Leui. 4 combureba tur cū pelle, cornibus & fimo: quia illud nō erat totaliter ſacrificium Dei, benè tamen pro quanto pars ſanguinis eius aſpergebatur intra ſanctuarium, & pars intra ſancta ſanctorum, & pars ſup altare thymiamatis, & pars ſuper cornua altaris holocauſtorum, & ad baſim eius, & accipiebatur tota pinguedo eius cum renunculis, & comburebatur ſuper altare holocauſtorum. Et hoc fiebat cum magna munditia, quia erat propriè ſacrificium; reliquum vero. ſ. carnes eius pellis & fimꝰ, & cornua non pertinebant ad ſacrificiū: & ideo non comburebantur in altari, ſed extra caſtra ad magnam deteſtationem peccatorum. ſ. magnorum. ſ. ſummi Pontificis & totius populi. Leuiti. 12.c.2.B

Et eodem modo dicendū eſt de vitula ruffa, de qua Nu. 19. ſ. ꝙ non erat ſacrificium, quia nihil illius intrabat ſanctuarium, ſed ſolū ex cineribus eius fiebant aquę luſtrationis. Et hoc quodam modo do pertinebat ad Deum. Leuiti. 12. colum. 2.E & 16.c.4.G

Quòd Deus mandauerit offerri ſibi in ſacrificium turtures & pullos columbarum ex volatilibus, duplex aſſignatur cauſa. Prima quia illorum erat magna abundantia in terra promiſſionis, &c. Secunda propter ſignificationem Chriſti immolādi, quem iſtæ aues expreſſius ſignificant, &c. Leu. 14.c.2.E

In ſacrificijs ex volatilibus mandauit Deus, vt nihil ſecaretur, aut ferro diuideretur, ſed bene in alijs ſacrificijs ad notandum duo genera humanæ vitæ, ſcilicet, contemplatiuum, & actiuū, &c. Leuit. 15.c.2.E

Omnia ſacrificia fiebant ad incitationem mentis in Deum. Leu. 16.c.1.D

Sacrificium pauperum erat, quod fiebat in ſola farina & panibus. Leu. 16.c.1.D

In omni ſatrificio, ſiue holocauſto, ſiue victima pacifica, aut in votis, non ſolum offerebantur ipſæ carnes animalium, ſed etiam oportebat offerri aliquam partem ſimilæ, & partem vini, & partē olei, vt habetur. Num. 15. Cuius aſſignantur cauſæ. Leu. 16.c.2.A

Sacrificium Domini erat tāquam cibus humanus, & altare ſicut menſa, &c. Leu. 17.c.4.F

In

In omnibus sacrificijs debebat apponi sal, cuius reddi tur causa tropologica, & postea literalis. Leuit. 20.c.3.F

In sacrificijs apponebatur thus, vt quoddam accessorium, & si militer quia thus significat quandam ascensionem mentis ad Deum. Leuit. 22.c.2.D

Ex sacrificio Abrahæ, de quo Gene. 15. non licet sumere argumētum ad aliud sacrificium, quia illud nec fuit holocaustum, nec pacifica, nec pro peccato, nec aliud simile postea factum est. Leuitic. 22.c.4.K

Sacrificia habebāt diuersas causas motiuas, quia holocaustum erat principaliter ad laudem Dei, victima pacifica ad aliquid obtinendum, vel ad redditionē gratiarum pro obtentis: sacrificium vero pro peccato ad tollendum aliquam pœnam peccati. Leuit. 23.c.4.I

In omnibus sacrificijs hoc erat commune, q̄ proficiebant ad aliquam expiationem peccatorum, siue ex se, siue ex offerentis intentione &c. Lenitic. 23.c.4.K

In omnibus sacrificijs offerebatur sanguis super altare, & pro causa assignatur expiatio peccatorū. Leuit. 24.c.1.A.& 35.c.1.B

In omnibus sacrificijs, sicut generale erat offerre sāguinem, ita & offerre adipem Domino, quia sicut sanguis erat ad expiationem, ita & adeps ad suauissimum odorem Dño, & probatur inductiue per genera sacrificiorum. Leuiti. 24.c.2.A

Nūquam sacrificium debuit imponi pro pœna peccati in foro pure temporali, sed pœna pure pecuniaria, aut corporalis. Leuiti. 47.c.3.K

Si plura sacrificia eadem die contingerent, primum illorum debebat esse sacrificium matutinum ordinarium, & postea reliqua vsque ad noctem, & tunc offerebatur holocaustū vespertinū duarans vsque ad auroram &c. Leuit. 49.c.2.C

Et ista sacrificia erant ordinaria, quæ vocantur iugia, & in sabbatho duplicabantur duo agni mane, & duo agni vesperi & c. ibidem 76.c.1.E

Omnia sacrificia sacerdotum debere igne cremari, dicit Nicolaus, sed fallitur. Leuit. 52.c.3.K

Sacrificium frequenter non dicit carnis oblationē, sed aliquid de pane. Leuit. 52.c.3.K

Carnes sacrificiorum, si contingeret aliquomodo pollui, priusquam explerentur cæremoniæ sacrificiorum, aut priusqnam ab illis, qui incendebant, comederentur, non debebant cremari in sacrificium, nec comedi a sacerdotibus, vel offerentibus, sed comburi debebant igne alieno, non super altari, sed in loco sacro, scilicet in atrio &c. Leuit. 58.c.1.A. Et hoc fallit in sacrificio pro peccatis summi sacerdotis, & totiꝰ populi &c. Leuit. 58.c.2.A

Sacrificiorum ministratio distributa erat per ipsos sacerdotes, vt vnus vna die ministraret, & alius alia. Leuit. 60.c.3.H.

In omni sacrificio duo erant vniuersaliter, scilicet laus Dei, & expiatio pro peccato, in quibusdam laus Dei principaliter, & in alijs expiatio principaliter. Leuit. 61.c.1.A

Omnes sacrificiorum ceremonię durauerunt quousque Iudæi expulsi sunt ex Ierosolymis a Romanis &c. Leuitic. 61.c.3.K

Cum vitulus offerebatur in sacrificium, dabatur quarta pars mensuræ hin de vino, & de oleo tantumdem: de simila vero dabantur tres decimæ consperſæ oleo prędicto, & cū offerebatur agnus anniculus dabatur similæ decima pars ephi, consperſa oleo continente quartam partem mensuræ hin, & vinū eiusdem mensuræ, vt patet. Nu. 15. Et de prædicta simila solum cremabatur super altare vnus pugillus, reliqua vero pars cedebat in ius sacerdotis offerentis. Leuit. 76.c.1.B

Sacrificia, quæ facta sunt a Moyse in septem diebus consecrationis Aaron, & filiorum eius, igne cœlesti facta sunt, qui remotus est ab altari in octaua die, & positus in aliquo lebete, scilicet, carbones incensi, & ligna incensa, vt illa die videret vniuersus populus gloriam Domini in igne descendente de cœlo, & cremante sacrificia, quo facto iterum positi sunt carbones illius prioris ignis incēsi in altari &c. Leuit. 79.c.1.B

Autori tamen videtur, quòd ille ignis, qui erat in altari septem illis diebus, ante diem octauam suscitatus esset ex lapidibus in lignis, & non missus a Deo, & quòd post illa sacrificia illius octauæ diei, non mansit ignis sacer in altari, sed extinctus est vsquequo intrauerunt in terram promissionis, vbi cæperūt facere sacrificia cum igne excusso de lapidibus, & tunc facta est continuatio illius ignis per lignorum appositionem, quamdiu mansit sanctuarium in Silo, & cum translatū est in Gabaon, & deinde in Ierusalem in templum, alius ignis de nouo suscitabatur de lapidibus in loco, vbi locaretur altare. Et improbat Auctor multa, quæ de illo igne pronunciant Iudæi. Leuitic. 79.c.2.E

Et præfata sacrificia, quæ obtulit Aaron in præfata die octaua, non cremata sunt successiue, sed omnia quasi in vnum agerem posita deuorauit ignis missus a Deo. Leuit. 80.c.1.D

Lex sacrificiorum erat, vt preces funderentur pro quocumque, qui offerret aliquid in sacrificium. Leuit. 160.c.4.K.& 164.c.2.B.& 169.c.1.E.

Aliquorum sacrificiorum sanguis effundebatur super parietes altaris, scilicet, holocausti, & victimæ pacificæ. In sacrificijs verò pro peccato, pars sanguinis effundebatur super cornua altaris, & pars ad basim altaris. Leuit. 173.c.3.F

De comparatione sacrificiorum veteris legis ad sacramenta nouæ legis. Leuit. 231.c.3.G

In omni genere sacrificiorum poterat esse aliquod sacrificium spontaneum, siue holocaustum, siue pro peccato, siue hostia pacifica. Et sacrificium spontaneum, & votiuum opponuntur. Leuitic. 248.c.1.D

Sacrificium votiuum, & spontaneum, quidam dixerunt, quòd semper esset holocaustum, sed falsum est, vt probatur. Leuit. 247.c.1.A

Omnium sacrificiorum pacificorum, prima diuisio est per spontaneū, & votiuū. Leuit. 248.c.4.G

Ad sacrificium offerendum, maior obligatio erat in peccantibus quam in vouentibus, quia in vouentibus obligatio causata est directe a voluntate, cum hoc intendat vouens, scilicet se obligare. Sed ad peccatum, quod est actio voluntaria, sequitur necessario obligatio ad offerēdum, quare &c. Leuit. 249.c.1.C

Offerens aliquod animal spontaneè in sacrificium, poterat offerre illud, etiam si haberet amputatas aures, & caudam, non tamen si offerret ex voto, nisi votum caderet supra tale animal. Leuitic. 249.c.4.G.

Sacrificium pro peccato potest dupliciter fieri, vno modo ex determinatione, & compulsione legis, aut ex voluntate nostra absq; lege. Si secundum & offerat pro peccatis suis, non conscius alicuius specialis peccati, tunc poterat dupliciter fieri, vel ex voto, vel spōtaneè. Si ex voto vouerit quis ali

quod

quod animal, tunc offerens ſine aliqua determinatione debebat offerre aliquod animal integrũ, nec ſatisfaciebat offerendo animal habens caudam,& aures amputatas. Et ſi vouerit tale animal in particulari, tunc bene poteſt, ſicut ſi offerret ſpontaneè ſine aliqua determinatione legis,tunc bene poteſt &c. Leuit. 250.c.1.B

Et animalia quæ haberent aures, & caudam amputas,non erant ſimpliciter immũda, ſed ſolum ad votum ſoluendum, non tamen ad ſpontaneè offerendum. Leuit. 250.c.3.G

Cum Iudæi offerebant ſacrificia, proteſtabantur Meſſiam in illis ſacrificijs implicitè ſaltem; nam virtus ſacrificiorum erat ex deuotione offerentium; & conſiſtebant in hoc, quòd fiebant cum proteſtatione futuri Meſſiæ. Et hinc eſt, quòd Gẽtilium oblationes non recipiebantur, quia id nõ proteſtabantur,& propter multa alia &c. Leuiti. 251.c.3.H

Sicut non communicantur infidelibus ſacramenta nouæ legis, niſi prius proteſtentur fidem per baptiſmum: ita nec gentes poterant offerre ſacrificia, niſi prius circũciderentur &c. Leui. 252.c.1.C

Et ad argumenta, quæ fiunt contra hoc, reſpondetur. ibidem. 252.c.2.C

Poteſtas offerendi ſacrificium ſolum eſt inter illos, qui fideles ſunt. Nam conſequitur ipſum ſtatum noui, & veteris teſtamenti ſecũdum cęremonias cuiuslibet eorum. Leuit. 253.c.2.C

In ſacrificijs tantum ponebatur de oleo, ſicut de vino. Leuit. 263.c.3.I

Nullum animal poterat offerri in ſacrificium ante octo dies poſt ſuam natiuitatem: ſed in die octaua ſic. Similiter, & in cibum ſumi. Leuitic. 254.c.2.A

Sacrificia, quæ iubebantur fieri in die Pentecoſtes. Nu. 28. non ſunt illa, quæ eadẽ præcipiuntur fieri. Leui. 23. Sed ſunt ſuperaddita illis, de quibus Nu. 28. Sed illa die offerebantur decem & octo agni anniculi, ſcilicet, qui præcipiuntur offerri. Nu. 7. & 28. & Leui. 23. Et alij duo in ſacrificium matutinum,& veſpertinum. Et alij duo in hoſtias pacificas,& iſti erant ratione feſti,& in holocauſtum, & duo vituli, de quibus Num. 28. Et vnus, de quo Leuit. 23. in holocauſtum,& tres arietes, duo: de quibus Leuitic. 23. & vnus, de quo Num. 28. Erant ergo omnia, quæ offerebantur decẽ & octo agni, tres arietes, vituli tres,& hirci duo. Leui. 264.c.4.I

Et fiebãt iſta ſacrificia ex ſumptibus populi. Et carnes pacificarum cedebãt in ius ſacerdotum, cum non ſufficerent toti populo. Leuit. 265.c.3.I

Illa ſacrificia fiebant ex ſumptibus ſanctuarij, quæ ad ſolum Deum pertinebant, vt ſacrificium matutinum,& veſpertinum. Leuit. 265.c.3.F

Pro ſacrificijs ordinarijs leuitę offerebant libamenta, ſcilicet illi leuitæ, qui illis præerant libamẽtis. 1. Paralip. 9. Et nihil horum pręparabant laici &c. Secus tamen de libamentis pro ſacrificijs, quæ ipſi laici offerebant ſpontanee, vel ex voto. Leuiti. 277.c.3.H

Sacrificium proprie ſumptum erat de animalibus, & improprie de alijs rebus. Leuit. 281.c.2.A

Sacrificia debebant fieri in ſanctuario, niſi ex diuina diſpenſatione alibi iuberentur fieri, vt probatur exemplis. Leuiti. 307.c.1.B

Sacrificia cur Deus mandauit ſibi fieri in vno tantũ loco. Exo. tom. 1. 196.c.2.A. Quod præceptum tamen erat diſpenſabile. Exod. tom. 196.c.3.E

Quando multa erant ſacrificia offerẽda, & aliquod eorum Deus minuebat, vel commutabat, illud erat holocauſtum. Et ſi multa minuebantur, vel commutabantur. Primum illorum erat holocauſtum, cuius aſſignatur ratio. Leuiticum 333. colum. 3.H

In ſacrificijs, quæ fiebant ad ſolam Dei laudem, ut erant holocauſta, ſola maſculina offerebãtur. Leuit. 1. & 22. Et in ſacrificijs, quæ ex mandato Dei fiebant, uel ex neceſſitate. Secus tamen in ſacrificijs, quæ fiebant ex ſola libertate offerentium. Nã tunc ſiue maſculina, ſiue fœminina, licebat offerre. Leui. 3. & 22. & c. Num. to. 1. 27.c.4.F

Sacrificia nunquam in deſerto oblata ſunt, præterquam in monte Sinai. Num. to. 1. 44.c.4.G

Duplex erat ſacrificium, quoddam quotidianum, & regulare,& aliud a caſu, ſcilicet quod offerebatur a popularibus ex deuotione, voto, uel alias, de primis habebant curam ſacerdotes. De alijs verò non: quia non erant determinata: ſed dependebãt ex voluntate laicorum, &c. Num. to. 1. 47. colum. 3.F

Sacrificia ſunt, ſicut cibus noſter,& ideo Deus vocat altare ſuum, menſam, tanquàm aliquid ibi ponatur ad cibum eius. Malachię. 1. Numer. tomo 1. 73. col. 3. G

Nullum ſacrificium ita erat ad laudem Dei: ſicut holocauſtum. Num. to. 1. 73.c.3.G

In nullo ſacrificio debebat aliquid offerri: niſi illud eſſet immaculatum. Nu. to. 1. 74.c.1.A

Per ſacrificium vete. legis non tollebatur proximi offenſo. Nu. to. 1. 221.c.2.E

Sacrificia, de quorum ſanguine introducebatur aliquid in tabernaculum, cremabantur, extra caſtra. Num. to. 1. 221.c.4.K

Inter ſacrificium,& oblationem, quiſt interſit. Nu. tomo 2. 101.c.3.F

Sacrificia vete. legis, iuxta ſententiam Rabb. Aben Ezra non faciebant ſecundũ ſe perfecta remiſſionem peccatorum, ſed dilatabant punitionem ad futura tempora. Num. tom. 1. 232.c.3.F

Per ſacrificia veteris legis non impetrabatur venia pœnæ debitæ peccatis: ſed venia de pœna, quam illaturus eſſet, ſi non fieret ſacrificium illud &c. Num. to. 1. 225.c.4.F

Sacrificia veteris teſtamenti non habebant efficaciam aliquam ad remiſſionem. 2. Paralipomen. 24. c.3.H

Sacrificium eſt oblatio rei viuentis immolabilis, & ſuper altare combuſtibilis. Nu. to. 1. 247.c.1.B

In quolibet ſacrificio proueniebat aliquid ſacerdoti immolanti. Nu. to. 1. 247.c.2.C

Sacrificium de primogenitis non erat directe ſub aliquo triuni generum ſacrificiorm: ſed habebat ſe ad ſacrificia propriè dicta, ſicut ſacrificium agni paſchalis, & ſacrificium vitulæ ruffæ. Num. to. 1. 254.c.A

Sacrificia aliquoties facta ſunt extra locũ ſanctuarij, & altaris, & à non ſacerdotibus ex diuina diſpenſatione. Nu. to. 2. 69.c.4.K

Tria erant ſacrificia in veter. lege. ſ. holocauſtũ, pacifica,& pro peccato. Et duo largè dicta. ſ. vitula ruffa,& agnus paſchalis, de tribus primis à cap. 1. Leui. vſque ad 8. Deut. 2. Num. 9 & Exo. 12. Deu. 3. Num. 19. Nu. to. 2. 103.c.1.A. Deut. 62.c.2.A. Ioſue to. 2. 166.c.3.I. 1. Reg. to. 2. 18.c.4.F. 2. Paralipo. 8.c.4.F.& Matt. to. 6. 200.c.2.E

In ſacrificijs ſemper erant offerenda libamenta, pterquam in ſacrificio pro peccato, &c. Nu. to. 2. 103.c.2.B. 4. Reg. 126.c.4.I

Sacrificium aliquando accipitur pro ipſa oblatione,& immolatione animalium. Aliquando pro ipſo

ipso animali immolato, & etiã pro rebus aridis, quæ offerebantur. Aliquando solum pro simila. Et animalia immolata non vocantur sacrificia, sed victima, vel hostia. Num. to. 2. 109. c. 3. F
Ad sacrificia offerenda inclinabantur Iudæi diebus festis propter solatium ciborum: quia Deus mandabat, vt tunc vacarent cibis, & potibus. Deuter. 87. c. 4. K
Ad sacrificia nemo cogebatur, neque tenebatur offerre, præter sacrificium pro peccato, & hoc iuxta qualitatem delicti, constito de delicto. Deuter. 99. c. 4. I.
Nullus honor Deo exhibebatur maior, quàm in sacrificijs. Ios. to. 1. 172. c. 4. K. 2. Paral. 67. col. 4. G. & 102. c. 4. K
Sacrificium in veteri testamento non offerebantur pro omni peccato, sed pro quibusdam. 2. Paralip. 24. c. 4. F
Per sacrificia monstratur maximè cultus Dei. Ios. tomo 2. 162. c. 1. I
Nemo semper licebat facere sacrificium vbicunq; angelus appareret in vet. testam. nisi constaret aliquo modo de Dei voluntate per reuelationem angeli, &c. Iudi. 57. c. 1. C
Aliqua dicebantur sacrificia, quæ non ponebantur in aliquo trium generum sacrificiorum scilicet holocausti, hostiæ pacificæ, & pro peccato, vt erãt agnus paschalis, & vitula ruffa, &c. Iud. 57. c. 2. E
Gedeonis sacrificium reducebatur ad holocaustũ. Iud. 57. c. 2. E
Sacrificium largè sumptum poterat fieri de rebus immundis. Iud. 61. c. 2. B
In quocunque loco, in quo erat altare, & offerebatur sacrificium, dicebant homines esse corã Deo. 1. Reg. to. 1. 79. c. 4. G
Sacrificium erat id, per quod homines magis attestabantur Deum esse Deum, quam per alia, quia sacrificium est solum ad Deum. 1. Regum, tom. 1. 207. c. 4. G
Sacrificium populi non fiebat post meridiem: sed tantum sacrificium iuge, scilicet, in solis occasu. 1. Reg. tom. 2. 85. c. 3. I
Sacrificium fieri in aliquo alio loco, quam in sanctuario Domini regulariter erat peccatum, vt patet Leuit. 17. nisi ex dispensatione. Et hoc est contra Hebræos. Et Nicolaus dicit, quòd ante ædificationem templi Salomonis licitum erat sacrificare in diuersis locis & c. 3. Reg. 29. c. 2. A
Nulla sacrificia obtulerunt Iudęi in Babylone: quia non habebant templum, neque licebat eis ibi fabricare templum ad offerendum in eo sacrificia. 4. Reg. 261. c. 1. E
Iudęis manentibus in terra Iuda post templi destructionem a Chaldæis licitum erat facere sacrificia, & cæremonias: imo de facto fecerunt. Iere. 41. 4. Reg. 262. c. 1. B.
Duplicia erant sacrificia in lege vetera, scilicet spõtanea, & ex necessitate. 1. Paralip. 115. c. 2. D
Sacrificium populi dupliciter accipitur. 4. Regum. 161. c. 2. E
Cum sacrificijs offerebãtur diuersa genera panum, scilicet lagana, coliridæ, & panes de simila profundebantur oleo & c. 1. Paral. 115. c. 3. K
De sacrificijs, quæ fiebant coram arca in domo Dauid. 1. Paralip. 174. c. 2. B. & 175. c. 3. K
Omnia sacrificia, quæ de necessitate offerenda erãt offerebantur, vbi erat tabernaculum, sed non vbi erat arca. Secus tamen de sacrificijs spontaneis. 1. Paralip. 175. c. 3. K
Nam licitum erat talia offerre coram arca, cũ portaretur in domum Dauid, & postea cum ibi maneret propter multa. 1. Parali. 176. c. 1 B
Intentio Dei, qua iussit sacrificium offerri in vno loco. Deuteronom. 12. scilicet ad ostium tabernaculi, & non alibi, fuit ad euitandum idolatriam, vt probatur 1. Paral. 175. c. 4. K
Sacrificium non est de naturali obligatione 1. Paralipom. 186. c. 2. E
Sacrificium non fit, nisi cum aliquod animali immolatur. 1. Paral. 186 c 3. F
Tripliciter poterat dici aliquod sacrificium necessarium. Vno modo absolute, vt sacrificium iuge. Alio modo sub conditione ex lege, adimpleta conditione. Tertio modo sine lege per solam hominis voluntatem, vt puta, si voueret &c. 1. Paralip. 191. c. 1. A
Sacrificium dupliciter accipitur: vno modo large, & sic occisio animalis in reuerentiam Dei ad cremandum in altari, dicitur esse sacrificium. Alio modo propriè, & sic non est de animalibus, sed de vino, oleo, pane, & similibus. Et sic accipitur Nume. 28. & 29. cum dicitur, quòd offerebantur holocausta in sacrificio, & libamentis suis &c. 1. Paralip. 252. c. 1. C
Et licet nomen sacrificij conueniat omnibus libamentis simul: magis tamen conuenit similæ, vt patet ex dicta auctoritate ibidem.
Sacrificium duplex, scilicet ordinarium, & extraordinarium 1. Paral. 289. c. 1. A
De sacrificijs ordinarijs, & quomodo illa fiebant solum expensis templi, & alia fiebant ex voluntate offerentium. 1. Paral. 341. c. 1. D
Illa sacrificia mille taurorum, & mille arietum, & mille agnorum, quæ fecit Dauid. 1. Paralipo. 29. fuerunt facta in Ierusalem coram arca. 1. Parali. 341. c. 2. E
De quatuor generibus sacrificiorum de solo pane, quæ fiebant à pauperibus, quædam de sola simila conspersa aqua, non cocta. Alia de panibus coctis in clibano sine fermento, & isti cõspergebantur oleo, postquam essent cocti. Alia erant de panibus coctis in craticula, qui etiam erant sine fermento, qui & conspergebantur etiam oleo, postquàm erant cocti. Et cum istis offerebantur oleo linita, & etiam cum sacrificio de clibano. Alia erant de sartagine, quando simila conspersa aqua frixebatur oleo in sartagine in modum pastæ longæ secũdum latitudinem sartaginis, & postquam nimis frixebatur, ita vt esset panis durus, frangebatur in partes minutas, & conspergebantur iterum oleo, & sic offerebatur. De his omnibus Leuitic. 2. Et ista erant sacrificia pauperum, quando per se offerebantur sine carnibus animalium. Ali quando offerebantur ista sacrificia de pane cum carnibus animalium. Et dabantur in modum libaminum: sic erat in omnibus holocaustis, & hostijs pacificis & c. 1. Paral. 276. c. 3. K
Causa potissima, quare Deus dederit tot genera sacrificiorum, & cæremoniarum in lege, fuit, quòd quanquam illa in se non proficerent impedirentur tamen Hebræi per hęc a cultu dęmonum, cũ assuefierent colere Deum, & offerrent sibi id, quod alias dæmonibus oblaturi erant. Sic etiam factum est in Ecclesia de festo Calendarum in primo Februarij &c. 1. Parali. 277. c 4. H
Pro sacrificijs erant duplices oblationes, quædam pauperum, & aliæ diuitum: pauperum oblationes erant de farina, & erant quadruplices, quę referuntur. 2. Paral. 23. c. 4 I
Oblationes diuitum erant de animalibus, & ex istis fiebant

fiebant triplicia ſacrificia, ſcilicet, holocauſtum, pacifica,& pro peccato. Et de cæremonijs, quæ fiebant in omnibus iſtis.2.Paralipom. 24.col.1.B 25.col 1.E

Sacrificia,quæ fiebant de animalibus,erant ex quinque tantum generibus animalium,de quadrupedibus erant tria, ſcilicet boues,oues, & capræ. Et de volucribus duo,ſcilicet,turtures,& columbæ.

Ante legem verò fiebant ſacrificia de omnibus animalibus ad eſum licitis. Et vocabantur animalia munda omnia illa animalia, de quibus homines comedebant.2.Paral. 24.c.1.D

De ſacrificio vitulæ ruffæ.2.Paral. 25.c.2.A

Sacrificiorum quędam erant neceſſaria,& quędam ſpontanea purè. Et in omnibus ſacrificijs debebant immolari animalia munda, ſcilicet de bobus,ouibus,vel capris: columbis, vel turturibus. Et iſta debebant eſſe munda, ideſt non habentia morbum aliquem, vel fœditatem. Et integra, ideſt non diminuta in aliquo membro, ſcilicet non cæca,non clauda &c.alias iraſcebatur Deus. Et ſacrificiorum neceſſariorum, quædam erant ordinaria,& quædam accidentalia.Et de his omnibus, & cæremonijs eorum.2.Paralipomenon. 25.c.2.B

Et neceſſaria erant duplicia,quædam neceſſaria abſolute,& quædam non.ibidem 180.c.1.E

Ad ſacrificia tria animalia ex quadrupedibus erant apta,ſcilicet ouis, bos, & hircus, & ex volatilibus duo,ſcilicet pulli columbarum,& turtures. Leuit.1.Quadrupedia erant pro diuitibus. Et volatilia pro pauperibus Leuit.5. vel modicum de farina,quando magna eſſet paupertas.Leuit.5.Matt. tom 5. 232.c.1.C

Omnes ferme modi ſacrificiorum, quæ Deus ſtatuit in veteri teſtamento erant prius in lege naturæ.Matt.tom.6. 234.c.1.D

Reſpectu ſacrificij quædam animalia vocantur mũda, & quædam immunda,& aliqua maculata,& alia immaculata. Et maculæ notantur Leuit.22. Et volebat Deus omnia animalia eſſe immaculata, de quibus deberent fieri ſacrificia propter honorem ſuum &c.Matt.to.7. 286.c.2.B

De omni ſacrificio offerebatur adeps, & cremabatur.Leuit.3.Matt.tom.7. 288.c.2.E

In ſacrificij partibus nihil acceptabilius, quã adeps. Vnde Leui.3. dicitur,quòd offerebatur in odorẽ ſuauiſſimum Domino.Matt.to.7. 288.c.3.F

Circa ſacrificia regula quędam erat apud Hebręos, quæ colligitur Nu.28.& 29. quòd quandocunq; duo feſta acciderent in eodem tempore,& tria, vel plura ſacrificia vnius,nõ impediebantur propter ſacrificia alterius,licet coinciderent,ſed multiplicabantur.Et ſic dies ille erat celebrior,quam alias futurus eſſet &c.Defen. 15.c.1.D

Magnã ſacrificiorum multitudinem voluit Deus imponere Iudæis. Et in eis magnam occupationem,& expenſas: vt ipſos abſtraheret ab idolorũ cultu &c Defen. 32.c.1.D

In lege euangelica eſt duplex ſacrificium, ſcilicet ſacrificium corporis,& ſanguinis Domini,& ſacrificium laudis.Defenſo. 32.c.3.G

Sacrificium iuge

quodnam erat. 2.Paralipom. 25.c.4.F

Sacrificium holocauſti.

In ſacrificijs holocauſtorum, & pacificorum tollebantur prius pelles a ſacerdote immolante.In pacificis verò pellis pertinebat ad eũ,qui dabat carnes ad immolandum.Exo.to.2. 80.c.4.F

Sacrificium holocauſti fiebat directe, & principaliter ad laudem, & honorem Dei. Et ſacrificium pacificum fiebat ad gratiarum actiones &c. Exo. tom.2. 80.c.2.A

Quomodo intelligitur,quòd ex ſacrificio holocauſti eſſet Dño odor ſuauiſſimus,vt dicitur Exo.29. Exo.10.2. 79.c.4.I

Sacrificia holocauſtorum nunquam in deſerto fuerunt obſeruata, niſi tempore conſecrationis ſacerdotum,& dedicationis tabernaculi,quod fuit in monte Sinai. Et extra illam manſionem nunquam ſacrificauerunt in deſerto. Exod.tom.2. 89.c.3.H

Sacrificia holocauſti,& pacificorum, licet ordinata eſſent ad alios fines principaliter, tamen ſecundario proficiebãt ad expiationem peccati. Num. tom.1. 222.c.1.E

Quomodo ſacrificium holocauſti poſſet offerri ex voto,& ſponteneè Num.to.1. 216.c.2.B

In omni ſacrificio holocauſti, & pacificorum dandum erat libamentum.Nu.15.Et libamentũ continebat quinque.ſ.ſimilam,vinum,oleum, thus, & ſal. Tria prima iſtorum dabantur cum menſura,& alia duo ad voluntatem offerẽtium.Et hæc omnia conſeruabantur in ſanctuario, cùm eſſet vſus quotidianus ſacrificiorum,&c. 1.Paralipo. 114.c.4.H

Sacrificium matutinum, & veſpertinum quotidiana erant holocauſta.Exo.to.1. 261.c.3.K

In ſacrificijs quotidianis, cuiuſmodi erãt ſacrificiũ matutinum, & veſpertinum, non cremabantur omnia fruſtra ſimul, vt in ſacrificijs ſpontaneis, ſed ſucceſſiuè: ita vt duraret per totam noctem, & per totum diem,vt habetur Leu.6. cùm dicit: Hæc eſt lex holocauſti, cremabitur in altari tota nocte vſque ad mane.Leui.12.c.3.H.1.Paralipo. 114.c.3.I

De ſacrificio holocauſti matutino, & veſpertino. Leu. 76.c.2.A

Sacrificium holocauſti matutinum, & veſpertinũ debebat fieri ante omne ſacrificium ſpontaneũ, & ſacrificium veſpertinum poſt omne ſacrificiũ ſpontaneum.ſ.ad ſolis occaſum. Et ſacrificia ſpõtanea fiebant vſque ad meridiẽ.Nam poſtea non erat conſuetum fieri ſacrificiam.Num.to.primo. 103.c.2.A.

Sacrificium iuge erat duplex. ſ. matutinum, & veſpertinum.4.Reg. 18.c.2.C

Sacrificium pacificum.

Inter ſacrificia pacifica, & ſacrificia pro peccato: quid interſit.Exod.to 2. 7.c.2.E

Sacrifi ium pacificum fiebat principaliter ad gratiarum actiones &c. ſicut ſacrificium holocauſti ad laudem,& honorem Dei. Exodum tomo 2. 80.c.2.A

In ſacrificijs pacificorum, & holocauſtorum tollebantur prius pelles a ſacerdote immollante,& in pacificis pertinebant ad eum, qui dabat animal immolandum.Exo.to.2. 80.c.4.F

Sacrificium pacificorum fiebat ad gratiarum actiones pro Deo nobis pacificato, vel ad eum pacificandum &c.Exo.to.2. 81.c.4.I

Sacrificium pacificum ſacerdotum, in quo differret a ſacrificio pacifico populi.Exodum tomo 2. 87.c.2.A

Sacrificium pacificum, quare aliquando offerebatur pro pace habita, & aliquando pro pace habenda, & pro primo diceretur gratiarum actio. Et pro ſecundo petitio, nec tamen differrent in ſacri-

sacrificijs Leuitic. 23.c.2.A
Sacrificium pacificum diuidebatur in pacificium votiuum, & pacificum spontaneum. Leuitici. 248.c 3.H
In oblatione sacrificij pacifici de ouibus plures obseruationes fiebant, quam in illis, quæ erant de bobus, quoniam plures partes de ouibus cremabantur in altari, quam de bobus. Nam de bobus nihil cremabatur, præter adipes, & renunculos, de ouibus vero crem abatur cauda, & duo renes. Leuit. 3. Leuit. 24.c.4.H
Sacrificia pacifica erant totaliter spontanea. Leuit. 25.c.1.A
Carnes sacrificij pro gratiarum actione debebant eadem die comedi, neque poterant quo vis modo manere in sequentem diem. Sed carnes sacrificij pacifici spontanei, vel votiui poterant manere in secundum diem, sed non in tertium: sed cremandæ erant. Leuit. 57.c.1 E. & 254.c.3.H & 187.c.1.C
Nec offerens poterat dare, vel vendere partes sibi prouenientes, cuicumque vellet &c. Leuiticor. 187.c.1.E
In sacrificio pacificorum ipse offerens, etiam laicus tenebat manibus suis adipem, & pectusculum animalis immolati, & leuabat ea coram Domino, quod in alijs sacrificijs non licebat, eo quòd erant strictioris obseruationis & cæter. Leuitici. 60. col.2.C
Et vt dicit Rabbi Salomon, sacerdos ponebat manus suas sub manibus laici offerentis, quas eleuabat ad quatuor partes mundi &c. Leuiti. 60. col.4 F
An sacrificia pacifica fuerint tempore legis naturę, scilicet tempore Iacob, non constat: sed videtur, quòd sic Genes 31. s illud, quod obtulit in monte Galaad. Genes. 72.c.2.C
In sacrificio pacificorum, quod fecit Moyses in cõsecratione Aaron, & filiorum eius, armus dexter crematus est cum adipibus, quod in nullo alio sacrificio pacifico factum est vnquam. Leuitic. 68. col.2.A
Sacrificium pacificorum nũquam fiebat ex auibus. Ex quo auis non erat diuidenda. Leuit. 135.c.4.K
Super Num. to. 1. 83.c.3.F
Sacrificium pacificum nũquam remittebatur propter paupertatem, cuius redditur causa &c. Leui. 333.c 4.F
Nec remissio, vel commutatio talis fiebat, nisi in sacrificijs, quæ erant necessaria ex lege, & non in eis, quæ erant voluntaria &c. ibid. 333.c.4.K
In tribus locis inuenitur fieri commutatio in sacrificio propter paupertatem. Primo in sacrificio pro peccato, quando quis deberet offerre agnum anniculum, vel capram Leuitic. 5. Et commutabatur hoc in duos turtures, vel duos pullos columbarum. Secundo in pariente. Leui. 12. Tertio in sacrificio leprosi Leuitcii. 12. &c. Leuiti. 334. col 1.B
Sacrificia pacifica erant ad gaudia ipsorum offerentium. Et sic offerentes poterant conuocare omnes amicos ad comedendum de his victimis. Dũ tamẽ essent mundi, vt possent intrare in sanctuarium. Num. tom. 1. 3. Reg. 29.c.4.H
Sacrificia pacificorum, & holocausti, licet ordinata essent ad alios fines principaliter, tamen secundario proficiebant ad expiationem peccati. Nu. tom. 1. 222.c.1.E
In sacrificio pacificorum pectusculum dicebatur pectusculum cõsecrationis, & armus dicebatur, armus separationis, sed quare sic. Numer. tom. 1. 254.c.3.G
In sacrificio pacificorum armus, & pectusculum proueniebant in ius sacerdotum, cuius Nicolaus assignat causam, quæ non placet autori: qui aliã assignat &c. Deuteron. 100.c.1.E
In omni sacrificio pacifico, & holocausto dandum erat libamentum. Num. 15. Et libamentum continebat quinque, scilicet similam, vinum, oleum, sal, & rhus. Tria prima dabantur cum mensura, & duo vltima ad voluntatem offerentium. Et hæc omnia conseruabantur in sanctuario, cum esset vsus quotidianus sacrificiorum. 1. Paralipo. 114.c.4.K
Carnes sacrificiorum pacificorum debebant comedi eadem die: si essent pro gratiarum actione. Et si pro voto, eadem die, vel sequenti. 1. Paralip. 161.c.4.G
Sacrificium pacificum distinguitur per hostiam votiuam, & per hostiam in gratiarum actione. Leui. 7.1. Paralip. 253. c.3.G
Sacrificium pacificũ erat duplex, quoddam ad gratiarum actiones, & aliud ad obsecrationes. 1. Paralipom. 103.c.1.A
In sacrificio pacifico, & in sacrificio pro peccato, non reseruabantur carnes ab vno die in alium: sed si aliquid superesset, cremabatur. Leu. 7. & 19. Mat. to. 7. 291.c.4.G

Sacrificium pro peccato.

Sacrificia pro peccato tolum fiebant in illis, qui totaliter erant subiecti ritui Iudaico. Exod. tom. 1. 145 c.4.K
Sacrificia pro peccatis debebant fieri in altari tabernaculi. Alia autem poterant fieri in altaribus, quæ essent extra locum tabernaculi, aliquando ex causis specialibus &cæt. Exodi tomo primo 196.c.1.C
Inter sacrificia pro peccato, & sacrificia pacifica, quid interfit. Exo. to 2. 7.c.2.E
Qui sacrificium offerebat pro peccato, ipsemet portabat animal coram sacerdote. Et ponebat manus suas super caput eius: quasi imprecãs ei omnia mala, quæ egisset. Leuiti. 4. & 5. Exod. tom. 2. 70 c. 2.B
Maiora sacrificia pro peccato fiebant secundum quod maiora erant peccata, vt sacrificiũ pro peccato sacerdotis, & sacrificium pro peccato populi maiora erant: quam peccatum principis, & alterius particularis personæ. Exod. tomo secundo 74.c.4.F
In sacrificio pro peccato tingebantur cornua altaris, & non in alijs: quia in illo fiebat specialis expiatio. In alijs vero fiebat indirecte expiatio, & secundario &c. Exod. tomo 2. 80. colum. 1.C & 89.c.1.B
Sacrificium pro peccato erat quodam modo dispositio ad alia sacrificia, sicut nunc quædam sacramenta sunt dispositiones ad alia sacramenta, vt pœnitentiæ sacramentum ad sacramentum Eucharistiæ, & cæt. Exod. tomo secundo. 80.c.1.E
Sacrificia pro peccato erant duplicia, quædam facta de bobus, & quædam de minoribus animalibus, vt de capris, arietibus, & auibus. Primum erat pro maximis peccatis, s. pro peccatis sacerdotis, & populi. Secundum pro minoribus, s. pro peccatis principis, & personarum priuatarum. Et in istis tenebatur idẽ modus penè, qui tenebatur in pacificis. Nã decoriabat animal &c. In primis verò

verò ſolus adeps cremabatur in altari holocauſto rum cum duobus renũculis. Carnes autem cum pelle,& ſimo, & cornibus cremabantur extra caſtra. Et hoc ad oſtendendum deteſtationem peccatorum,pro quibus offerebantur,& ob hoc cum tota ſua immunditia cremabantur, ſic etiam vitula ruffa:Num.19.Et vitulus in conſecratione ſacerdotum Exo 29.Exo.to.2. 80.c.4.H

Sacrificia pro peccato, & pacifica non fiebant quotidie ſicut holocauſtum:ſed in aliquibus feſtiuitatibus. Et ſatis paucis,vel cum populus iſta obſeruare vellet.Num.28.& 29.&c.Exod.to.2. 89.c.2.E.& 90.c.2.A

Sed bene duo agni, vnus mane ante ortum ſolis, & alter ante ſolis occaſum.ibid. 89.c.3.K

In ſacrificio pro peccato ex vitulo ſolum incendebantur adeps,& renũculi in altari.Sed ſi ex ariete, vel hirco,ſolum adeps cum renunculis,& cauda, vt patet Leuit.7.In ſacrificio vero pro pacificis in cẽdebantur adeps, renunculi,& duo renes.i.lumbi.Leuitici 3 Exo.to.2. 81.c.2.C

In ſacrificio pro peccato fiebant plures ſanguinis aſperſiones,& tinctiones,quam in alijs ſacrificijs, &c.Leuitici.11.colum.4.G.Et aliquando iſtæ tinctiones fiebant ſepties ſcilicet intra ſancta ſancto rum contra propitiatorium,&cæt. Leuitici. 11. col.4.H

In quolibet ſacrificio pro peccato tingebantur cornua altaris, aliquando altaris holocauſtorum, & aliquando cornua altaris Thymiamatis, vt in ſacrificio ſacerdotis magni,& totius populi. Leuit. 38.c.1.D

In ſacrificio pro peccato priuatæ perſonę offerri debebat tantum fœmella, quæ ſignificabat minorem grauitatem peccati in perſona priuata, quã in perſona principis,&c. Leui. 39.c.1.E

Sacrificium pro peccato non poterat verè prodeſſe offerenti,niſi præcedente pœnitentia. Nam ſine pœnitentia nullum peccatum actuale aboleri poteſt. Secus tamen cum aliquis incidebat ſine culpa ſua in aliquas immunditias,&c. Leuiticum 42. col.4.G

In ſacrificio pro peccato nõ apponebatur thus propter multa Leuit. 43.c.4.G

Sacrificium pro peccato, & pro delicto differebant, ſecundum quod peccatum, & delictum differũt. Nam peccatum conſiſtit in commiſſione, ſiue voluntaria,ſiue per ignorantiam. Delictum verò in omiſſione Dicitur etiam delictum cum quis peccauit per commiſſionem. Et debuiſſet immediatè mundari ſecundum aliquam legem, & non fecit,&c. Leui. 54.c.3.K

Et erat differentia in his ſacrificijs ibidem.138.c.2.A. 194.c.1.A

Sacrificium pro peccato, quod fecit Aaron in octaua die a prima die conſecrationis eius, fuit factũ pro peccato ſimpliciter &c. Leui. 72.c.1.D

Similiter & ſacrificium pro peccato populi, quod ex hirco factum eſt eadem die.Leui. 72.c.3.H

Sed quare prius pro ſe, quam pro populo obtulerit. Leui. 75.c.4.F

Sacrificia pro peccato erant quædam atteſtationes reales, ac ſi verbo tenus homines ipſi proteſtarentur ſe eſſe peccatores.Leui. 74.c.4.K

Primum ſacrificium, quod offerebat ſummus Pontifex poſt conſecrationem, erat pro peccato,cuius duplex aſſignatur cauſa. Leuitic. fol. 74. colum.4.G

Quoties aliquis deberet offerre ſacrificium pro peccato,& holocauſtum, vel victimam pacificam, prius debebat offerre ſacrificiũ pro peccato, quã holocauſtum,vel victimam pacificam,&c.Leuit. 146.c.4.G.Num.to.1. 83.c.1.G

Sacrificium pro peccato poteſt dupliciter fieri. Vno modo ex determinatione,& compulſione legis, aut ex voluntate noſtra abſque lege. Si ſecundũ, & offerat pro peccatis ſuis, non conſcius alicuius ſpecialis peccati.Tunc poteſt dupliciter fieri, vel ex voto,vel ſponteneè:ſi ex voto voueret quis aliquod animal,tunc offerens, ſine aliqua determinatione,deberet offerre animal integrum, nec ſatisfaciebat offerendo animal habens caudam, & aures amputatas: quòd ſi vouerit tale animal in particulari, tunc bene poteſt,ſicut ſi offerat ſponteneè ſine aliqua determinatione legis.Leui.250. col.1.B

Et animalia, quæ haberent aures,& caudam amputatas,non erant ſimpliciter immunda: ſed ſolum ad votum ſoluendum, non tamen ad ſponteneè offerendum.Leui. 250.c.3.G

In ſacrificio pro peccato nulla dabantur libamina. Num.to.1. 74.c.2.C

Præter quam in emundatione leproſi.ibidem. 216. colum.1.C

In ſacrificio pro peccato,quando fiebat pro magnis peccatis,offerebantur maſculus,& pro paruis fœmella. Sed pro peccatis ſummi ſacerdotis,& pro peccatis populi offerebatur vitulus, pro peccato principis hircus, & pro peccatis ſingularis perſonæ capra.Num.to.1. 73.c.4.H

In ſacrificio pro peccato licebat offerre hircum, bouem,capram,arietem,& turtures,vel duos pullos columbarum,diuerſis tamen caſibus. Nu.to.1. 83.c.1.C.Iudæi tamen dicebant, quòd hircus offerebatur pro peccato in memoriam venditionis Ioſeph,&c.quod probatur eſſe falſum. Num.to.1. 83.c.2.A

Sacrificium pro peccato fiebat,cum quis deliquiſſet in quibuſdam, quæ lex iubebat expiari per ſacrificium. Et hoc erat duplex,quoddam cremabatur totaliter extra caſtra,cum pelle,corio,& ſimo.Aliud, quod totaliter ꝓueniebat ſacerdotibus prẽter ſanguinem fuſum in gyro altaris. Nume.to.1. 73.c.4.G

Sacrificium pro peccato qualiter poterat eſſe ex voto.Num.to.1. 216.c.3.F

Sacrificij pro peccato duplices erant cæremoniæ, &c.Num.to.1. 222.c.3.K

Quotieſcumque offerebatur ſacrificium pro peccato,ſacerdos ſemper orabat pro offerente. Leuit.4. & 5. & 12. Similiter & quando offerebatur holocauſtum,& hoſtia pacifica,&c.Nu.to.1. 222.c.4.K

Sacrificiũ pro peccato pro quibus offerri debebat. Ioſ.to.1. 153.c.4.H

Sacrificium pro peccato quare non fuerit oblatum in confirmatione legis.Ioſ.to.1. 153.c.4.H

Sacrificium pro peccato fiebat ſecundum obligationem legis in certis caſibus: ad tollendum aliqua peccata,quæ erant contra cæremonias legis.Leu. 4.& 5. Et iſtud ſacrificium erat triſtitiæ. 1.Paralip. 173.c.3.K

Sacrificium pro peccato fiebat in certis caſibus, & maximè quando peccatum erat per ignorãtiam ĩomiſſione alicuius cæremoniæ.1. Par.253.c.2.C

Sacrificiũ pro peccato poterat eſſe dupliciter. Vno modo ad iſtum ſenſum,ꝙ haberet tales cæremonias,quales habet tale genus ſacrificii. Alio modo ad iſtum ſenſum, quod proficiat pro remiſſione peccatorum. Et iſto mõ oĩa ſacrificia erant ꝓ peccato:quia omnia proficiebant ad remiſſionẽ peccatorum.

catorum.1.Paral.253.c.3.F.|Et quando quis scien ter peccabat contra Deum per superbiam, non expiabatur tale peccatum per sacrificia, sed per contritionem.Nume.15.1.Paral. 253.c.3.H

De sacrificio pro peccato,& cæremonijs illius.2.Paralipom. 24.c.3.G

Sacrificium pro peccato non offerebatur pro omnibus peccatis: sed solum pro quibusdam determinatis. Et per sacrificium pro peccato non remittebatur culpa, neque per aliqua opera cæremonialia veteris testamenti,nec etiam noui: sed solum per contritionem, nec pœnam etiam remittebant: sed solum ex deuotione offerentis sacrificia &c.2.Paral. 24.c.3.G

Sacrificia pro peccato erant instituta secundum legem, pro certis peccatis,& non proficiebant directè ad tollendum aliquid de pœna, vel culpa: sed solum ad obediendum legi, & exequendum eam.Nam si non offerebatur sacrificium pro illo peccato: Deus infligebat pœnam peccanti. Et si offerebatur non merebatur inde aliquid ipse offerens. Et sic verè lex vetus erat onus,quia magis obligatiua, & onerosa erat,quam vtilis.2.Parali. 24.c.3.H

Sacrificium pro peccato erat duplex,quoddam vocabatur sacrificium pro peccato, & alterum sacrificium pro delicto.Et ista differebant,quia peccatum,& delictum differunt.Nam peccatum dicitur sic ex commissione alicuius mali,& delictū in omissione alicuius boni necessarij. Nec tamen erat offerendum sacrificium pro omnibus commissionibus, & omissionibus, sed præcipuè pro cæremonialibus,& in his, quæ erant per ignorantiam.2.Paral. 24.c.3.K

De sacrificijs, quæ fiebant pro peccato summi sacerdotis, & pro peccato populi, & pro peccato personæ priuatæ circa cæremonialia.2.Paralipo. 25.c.1.A

De sacrificijs pro peccatis contra proximū.2.Parali. 25.c.1.D

In sacrificio pro peccato, & hostia pacifica non reseruabantur carnes ab vno die in alium,sed si aliquid supereſſet,cremabatur.Leuiti.7.& 19.Matt. tom.7. 291.c.4.H

Sacrificium de pane.

Sacrificium, quod de sola farina, & panibus fiebat, erat sacrificium pauperum.Leui. 16.c.1.E

In omnibus sacrificijs,quæ de pane fiebant,non debebat apponi fermentum.Leuit. 19.c.1.E

In sacrificijs de sartagine tripliciter ponebatur oleum.Leuit. 19.c.1.D

Sacrificium de volatilibus.

In sacrificio de volatilibus non apponebatur simila, vt quidam dicunt. Leuitic. 139. colum 3. H. Sed oppositum est verum, vt probatur. Leuitic. 140.c.2.B

Numquam ex volatilibus fiebat sacrificium pacificum, ex quo auis non erat diuidenda. Leuitic. 135.c.4.H

Sacrificium ex auibus non fuit inuentum nisi propter pauperes &c.Leuit.5.& 12.& 14.Nume.to.1. 82.col.4.G

Sacrilegium.

Dicitur delictum,quo res sacra violatur &c. Iosue to.2. 163.col.4.1

Sacrilegium aliquod ad speciem quandam luxurię pertinet,quia dicit quandam defformitatem circa luxuriam.Matt.to.2. 159.c.3.G

Sacrilegium,cum sit quædam irreligiositas,& repugnat cultui diuino,inuenietur in omnibus illis vitijs, quæ sunt contra religiositatem, vel cultum diuinum, specialiter tamen reperitur in tribus, vel quattuor generibus vitiorum, scilicet, luxuria, furto, homicidio, & gula, & quando frangitur fides.Matt.to.2. 159.c.3.K

Sacrilegium solet vocari incæstus, & adulterium, sed hoc est largè.Matt.to.2. 159.c.4.F

Sacrilegium committitur in furto; primò,cum aliquis furatur rem sacram in loco sacro. Secundò, quando furatur rem sacram in loco non sacro, & quando furatur rem nō sacram in loco sacro, de his omnibus habetur 17. quæst.4. §. sacrilegiū. Matt.to.2. 159.c.4.G

Sacrilegium committit percutiens clericum, aut saltem manus violentas in eum apponens. 17. q. 4.cap.Si quis suadente diabolo,& capit.Sicut qui Ecclesiam &c.Matth.tom.2. 160.c.1.A

Sacrilegium committit quicumque sumit Eucharistiam in peccato,& etiam qui contra ritum Ecclesiæ susciperet,quasi contemnens.Matt.tom.2. 160.c.1.D

Sacrilegium committit, qui hæreticus efficitur. Matth.to.2. 160.c.1.E

Sacrilegium,quod est in luxuria, pertinet ad aliquā de alijs speciebus luxurię,vel ad multas,quod nō fieret, si esset sacrilegium absolutè species luxuriæ.Matth.to.2. 160.c.1.E

Sacrum.

De rebus sacris comedentes, si laici essent, deberent esse mundi, in casu scilicet necessitatis, vt patet 1.Regum 21. de Dauid & pueris suis, circa panes propositionis. Et Matth.12.Leuit.235.c.2.C.Et requirebatur munditia ad comedenda ista propter duo in generali: primò ad literam,quia istæ oblationes,& sacrificia fiebant ad cultum diuinum. Et hoc,vt haberetur Deus in magna reuerentia. Et ideo si permitteretur,vt quilibet de eis comederet, vilescerent sanctificata &c. Secundò allegoricè, nam illa significabant illa,quæ futura erant in nouo testamento circa Christum,& maximè significabāt sacrificium corporis Christi. Et per comestionē illorum significatur comestio Eucharistiæ. Alia etiam causa assignatur in speciali. Leuitic. 236. colum.2.C

A rebus sacris prohibitus erat,qui erat contaminatus super mortuo,siue ad ministerium earum, siue ad comedendum, siue ad simpliciter tangendum.Leuiti.237.colum.3.I. Et assignatur multiplex distinctio circa tactum mortui. Leuitic. 237.c.2.E

Non sunt exercenda sacra in locis, in quibus sunt commissa crimina, nisi prius purgentur. Matth. tomo 7. 123.c.3.F

Res sacræ non possunt vendi,vt portę,mœnia,theatra,de quibus habetur instit.de re diui.circa principium. Leuit. 300.c.4.I

In sacris locis quare debeat esse munditia. Deuter. 121.c.4.H

Vocantur sacra omnia publica,vt plateæ Ciuitatis, mœnia portæ,& viæ: vt patet Institut.de re diui. §.sacræ quoq; res.Matt.to.2. 159.c.4.K

Quid dicatur sacrum,& quid religiosum quo ad cadauer humanum.Matth.tom.7. 113.c.4.F

Sacer locus positus inter duo prædia impedit seruitutem,ff.de seruitu.l.seruientes.§ vlt.Matth.to.3.

Sadoc, & Abiathar

Erant summi sacerdotes tēpore Dauid, & ambo erant consecrati, & ministrabant,

ſtrabant. 3.Reg.27.c.2.D. Et diuidebant inter ſe redditus pertinētes ad ſummū ſacerdotem. ibid.
Sadoc ſummus ſacerdos miniſtrabat in tabernaculo,quod erat in Gabaon tempore Dauid.Et tunc Abiathar miniſtrabat coram arca Domini, quæ erat in domo Dauid. 1.Paralip. 189.col.4.F
Sadducæi. Negabant reſurrectionem, & dicebant etiam non eſſe animas poſt mortem, nec eſſe angelos, nec quoſcumque ſpiritus, contra quos Dominus eſt Matth.22.& Paulus Actu.22.& 23.Leuit.Matt.to.3.200.c.1.A
In caſu Sadducæorum, de quo Matthæ.22. ſi ſeptimus illorum fratrum habuiſſet ex vxore primi filium, reputaretur filius primi, & non alicuius aliorum.Ruth. 275.c.2.C
De Sadducæorum ſecta, qui in Hebræo dicuntur zadichim,ideſt,iuſti. Et in Latino ſermone iuxta ſermonis conſuetudinem, Sadducæi nuncupantur.Matt.to.1. 190.c.4.K
Sadducęi non dubitabant de reſurrectione aliquorum hominum, ſed de reſurrectione generali. Matt.tom.4. 72.c.1.D
Sadducæi,& Phariſæi erant fide,& moribus diſcordes &c.Matth.to.4. 153.c.3.I
Sadducæi interpretantur iuſti, quia in Hebræo dicuntur zadichim, & per formationem Latinam dicuntur Sadducæi. Et iſti negabant reſurrectionem generalem, & angelos, & ſpiritus eſſe, quæ omnia Phariſæi concedebant. Et de Sadducæis dicunt,quòd non recipiebant omnes libros veteris teſtamenti,ſed ſolos libros Moyſi, ſicut Samaritani.Matt.to.6. 40.c.3.F
De Sadducæorum motiuis, quibus mouebātur negare reſurrectionem mortuorum.Matth.tom.6. 41.col.1.A
Sadducæi, vt communiter tenetur, credebant animas perire cum corporibus, ſic enim referunt Origenes,& Hieronymus. Matth. tomo6. 41. col.2.B
Sadducæi erant Iudæi, & de gremio Iudæorum. Matth.tom.6. 41.col.4.F
Sadducæi quare poſuerunt caſum in ſuſcitatione ſeminis de ſolis fratribus, cum ſuſcitatio ſeminis ad alios pertineat præterquam ad fratres.Matth. tom.6. 64.c.2.A
Sadducæorum errores referuntur. Matth.tomo 6. 40.c.3.F
Sadducæi,cum potius debuiſſent Chriſtum adiuuare, tentauerunt ipſum, propterea quòd eſſet illis odioſus,& infenſus,ſicut & Phariſæis. Matt.to.6. 40.c.4.H
Sadducæi negabant reſurrectionem, ſpiritum, & Angelum, quia non credebant repugnare legi, nec Phariſæi,tenentes oppoſitum,poterant conuincere Sadducæos, quòd errarent.Matt.tom.6. 42.c.2.A
Sadducæorum error erat peſſimus. Matth.tomo 5. 166.c.4.G
Sadducæi negabant ſuſcitatos ab Elia, & Eliſæo, cum non reciperent niſi libros legis Moyſi.Matt. tom.6.42.col.4.I. Et ex ſuppoſitione eorum,qui negabant animas manere poſt corpora, vtramq; reſurrectionem,ſcilicet,vniuerſalem, & particularem habebant negare; tamen magis videtur, quòd negarēt ſolam reſurrectionem generalem ad vitam immortalem, & quòd de hac erat diſcordia inter ipſos, & Phariſæos, vt probatur ex multis.Matth.to.6. 43.c.1.B
Sadducæi, licet non ſperarent reſurrectionem habebant motiuum ad bonum, & ad cauendum malom ſpheboni præſentis.Crēdebāt Deum eſſe potentem facere homini bonum in præſenti vita, & etiam inferre malum, ſed iſtud eſt paruum motiuum &c.Matth.to.6. 43.c.4.F
Sadducæi quomodo poterant negare angelos,cum reciperent libros Moyſi,in quibus fit mētio multoties de angelis.Matth.to.6. 44.c.1.B. Et facilius erat eis negare ſpiritus,quam angelos.Matt.to.6. 44.col.1.C
Sadducæi non recipiebant niſi libros Moyſi,quia ita erat apud Iudæos diſſenſio de libris ſacris,ſicut de reſurrectione, ſcilicet quia erant ſub opinione, ſecus tamen de libris Moyſi &c.Matt.t.6.44.c.3.K
Sadducęi interrogantes Chriſtum.Matt.22.di.Moyſes dixit, ſi quis mortuus fuerit &c. animo tentandi id dixerunt, volentes oſtentationem ſui facere, faciendo interrogationem Chriſto, quam ſoluere non poſſet, & ipſi glorioſi apparerēt &c. Matth.tom.6.45.c.1. D. Et interrogauerunt potius de reſurrectione, quam de aliquo alio propter multa.ibidem. 45.c.3.F
Sadducæi poſuerunt caſum de fratribus ſolum, & non de cognatis mortui ſine liberis.Matt.22 propter multa.Matt.to.6.64.c.2.A.Sed an prædictus caſus fuerit ſic in re,non conſtat, ſed quòd fuerit poſſibilis.probatur ibidem. 64.c.2.E
Sadducęi volētes impugnare reſurrectionem mortuorum illo argumento de ſeptem fratribns, & vnica vxore &c.Matt.22.præſupponebant,quòd ſi eſſet reſurrectio,in illa eſſet commixtio ſexuū, & quòd quilibet haberet ibi vxorem. Matt. to.6. 65.col.2.D. Quibus ſuppoſitis,argumentum eorum non erat efficax,vt probatur ibid. 65.c.3.F
Ad Sadducæos tentantes Chriſtum, reſpondit ipſe directe.Matth.22.Cum alijs tentantibus,vel non reſpondebat, vel reſpondebat indirecte, & hoc propter multa.Matth.tom.6.65.col.4.F. Et non diſſoluit Chriſtus argumentum illorum negando illis conſequentiam., ſed oſtendendo falſitatem præſuppoſiti, & hoc propter multa. ibidem. Et dixit illis, erratis, propter multa. ibidem. Et quod addidit, neſcientes ſcripturas &c. erat cauſa erroris ſui.Sed quomodo iſta fuerit cauſa erroris,& quomodo applicetur ad propoſitum. ibid. 66.c.1. A
Sadducæi, & Phariſæi erant contra Chriſtum, quia vtroſque in quibuſdam impugnabat. Matt. to.4. 153.col.4.K
Sadducæi non puniebantur a cæteris Iudæis propte rea quia negabant reſurrectionem, quia negare reſurrectionem non putabant eſſe peccatum, vt ipſi iudicabant: quia non putabant illam contineri in lege Dei, vel in ſacris libris. Matt. tom.6. 42.c.1.E
Inter Sadduceos, & Phariſæos erat contentio circa reſurrectionem,tam ſpecialem, quam generalē, tamen erat circa generalem ad vitam immortalem. Matth.to.6. 43.c.1.B
Sadducæi arguūtur à Chriſto de negligētia,& ignorantia.Matth.to.6. 66.c.3.G
Sadducæis Chriſtus impoſuit ſilentium, non quòd crederent oppoſitum eius, quod prius credebāt, ſ. eſſe reſurrectionem, ſed quia non habuerunt, quid ei reſponderent.Matth.to.6. 123.c.1.A
Sadducæi, & Phariſæi licet inter ſeſe eſſent contrarij,tamen contra Chriſtum concordabant.Matt. tomo6. 123.c.1.D
Sagena. Genus rhetis eſt, quod magnam piſcium capit multitudinem. Matt.t.4. 64.c.3.H

Sagena potest dici ecclesia, & prædicatio Euangelica. Mat. to. 4. 64. c. 3. H

Sagum. Sagorum iuncturam in tabernaculo, nullo modo poterat venire super iunctura cortinarum. Exo. to. 2. 40. c. 2. E

Duorum sagorum copulatio fuit facta duobus cubitis vltra diuisionem Sancti sanctorum, quia sagum maius, continens sex saga, ponebatur ad partem Orientalem versus Occidētem, vt probatur ex litera Exo. 26. &c. Ex. to. 2. 41. c. 1. A

De coopertorio tabernaculi facto ex sagis. Exo. tomo 2. 39. c. 4. K. & 192. c. 1. D

Sagum est genus vestis militaris quadratæ. Iudi. 31. col. 3. F

Sal. Salis pactum dicebatur sic apud Hebræos, quādo, scilicet, erat perpetuum, quia sal erat perpetuum, siue in bonum siue in malum. 2. Par. 174. c. 1. A

Sal reddit terram sterilem, & ideo ab aqua diluuij, quæ salsa erat, terra facta est sterilis. Gen. 35. c. 4. I. & 37. c. 2. C

Sale seminamus terras, quas volumus steriles esse in maledictionem, vt habetur Iudicum 9. & Genes. 35. c. 4. I

Sal apponi iussit Dominus in omni sacrificio, &cet. Leui. 17. c. 4. G. & 1. Paralip. 115. c. 1. B. Cuius assignatur duplex causa, scilicet, tropologica. Leuit. 20. c. 3. F. Et literalis similiter. ibid.

Sal significat prudentiam & discretionem. Leui. 20. c. 3 G

Sal fœderis Dei quare sic dicatur. Leuit. 2. & Leuit. 20. c. 4. F

Sal quamuis de aqua fiat, est tamen naturæ igneæ. Iudicum 93. c. 1. A

Sal spargi in ciuitatibus, quæ committebant crimē læsæ maiestatis, ab antiquo fuit vsitatum, scilicet, ex quo cæperunt esse reges super terram. Iudi. 93. col. 1. B

Per sal intelligitur prudentia vel sapientia in prælatis Mat. to. 2. 72. c. 2. A

Quare prælati dicantur sal. Matth to. 2. 72. c. 3. F

Sal ponit ecclesia in benedictione aquæ ad imitanem Elisæi. 4. Reg. 19. c. 2. A

Sal terram sterilem reddit. Mat. to. 2. 72. c. 3. H

Sale ciuitates aspersæ, vt inhabitabiles reddantur. Mat. to. 2. 72. c. 3. H

Salamandra. Potest per aliquod spacium manere in igne sine offensione. Gen. 7. c. 4. K

Sed non potest diu viuere in igne. Sic etiam sunt aliqua alia corpora, quæ ad horam vel ad paruum tempus possunt esse in igne sine læsione, vt patet de hebeno ligno. Mat. to 7. 148. c. 4. H

Sed quare salamandra aliquo tpe viuat in igne. ibid.

Sale. Vixit quatuor cētum triginta tribus annis, & mortuus fuit anno vitæ Iacob decimo octauo, vt probatur Gen. 57. col. 1. C. 1. Paralip. 35. colum. 3 H

Salem. Salem, de quo Gen. 33. Videtur Auctori, quòd fuerit ciuitas Sichem, quæ bino mia erat, vt Bethel, quæ vocatur Luza. Gen. 336. colum. 2. C

Saliua Ieiuna, honestius facit quis opera quæcumque alicuius auctoritatis, quā alias. 1. Reg. to. 2. 22. c. 4. H

Salmanasar. A tempore quo Salmanasar duxit Isral captiuum in Assyrios vsque ad exitum de Aegypto, transierunt anni septingenti septuaginta septem. Et vsque ad orbem conditum fluxerunt tres mille quatuor centum anni, vno dempto, & vsque ad diluuium trā sierunt mille septingenti septuaginta octo, & vsque ad tempus, quo Abrahā venit de terra Chaldæorum in terram Chanaan fuerunt mille tercentum decem octo anni. 4. Regum 164. colum. 1. C

Salmanasar non solum pugnauit contra Israelitas, quando duxit illos captiuos in Assyrios, sed etiā totam Syriam & Phœnicem pugnandō, inuasit, &c. 4. Reg. 164. c. 2. C

Quare Salmanasar transtulit Israelitas in Assyrios. 4. Reg. 180. c. 1. A

Salmantica ciuitas.

In Salmantica ciuitate eleuatur polus arcticus quadraginta vno gradibus, & decem & nouem minutis Gen. 249. colum. 2. A. Iosue tomo 1. 66. colum. 1. B

Salmon. Rectè duxit Raab in vxorem, &c. Iosue to. 1. 118. c. 1. B

Salomon. Tria habuit nomina scilicet Salomon idest pacificus, & Coheleth. i. concionator, & Idida. i. dilectus Domini. Genes. 28. c. 2. C

Salomon multos libros ædidit, qui non sunt apud nos, sed qui habentur, sunt tres, scilicet, Parabolæ, Ecclesiastes, & Cantica, &c. Gen. 8. c. 2. E

Olim Iudæi voluerūt resecare Salomonis libros de canone Bibliorū, vel supprimere, ne prodirent in publicum, quia in ipsis erroneas sententias inueniebant; & hoc, quia nesciebant distinguere, vtrū à se, vel ab alijs dictas diceret, sed quia in vltimo eius capitulo dicitur: Finem loquēdi omnes pariter audiamus, time Deum, & mandata eius obser ua, hoc est omnis homo. Ideo qui legerit, cautus sit, vt videat quid ipse à se dicat, vel secūdum vulgarem positionem narret. Gen. 28. c. 2. E

Salomonis Cātica pertinent ad perfectos, &c. Gen. 28. c. 3. F

Salomonis Parabolæ corrigunt mores hominum, quod pertinet ad minores & incipientes, qui mores corrigere debent. Gen. 28. c. 3. F

Salomon dum dormiret factus est à Deo sapientissimus vna nocte. super Matth. tomo 6. 184. colum. 3. I

Salomon in Ecclesiaste demonstrat vanitatem in cunctis rebus creatis, quæ sub sole sunt. Gen. 28. colum. 3. G

Salomon in Canticis ecclesiam iungit & Christum. Gen. 28. c. 3. H

Salomon anno quarto regni sui cœpit ædificare tēplum. Exo. to. 1. 294. c. 4. F

Salomon in senectute sua prauus extitit ex amore fœminarum Gentilium. vt patet 3. Reg. 1. Exod. tomo 1. 295. c. 4. H

Salomon non excusatur, ducens in vxores mulieres Gentiles. super Exodum tomo secundo. 174. colum. 2. B

Salomon obtulit mille hostias in sacrificium in die, qua introduxit arcam & altare in templum, vt patet 2. Paral. 1. Exo. to. 2. 72. c. 3. H

Salomoni data est sapientia, cum esset puer, similiter & prophetia Danieli. Numer. tomo 1. 138. col. 2. B

Salomon peccauit grauiter, eo quòd misit negociatores in Aegyptum, vt inde adducerent equos, vt patet 3. Reg. 10. Deut. 96. c. 1. A

Salomō habuit in stabulis quadraginta mille equos, & currum & equitum duodecim millia. Deuter. 96. c. 1. B

Salomon ad ętatis ſuę annum vndecimum genuit, vt ait Euſebius,& Lucas Tuden. Deuterono. 97. col.1.D
Salomon multum peccauit in pluritate vxorum. Deuteron. 97.c.1.C
Salomon premebat populum multis tributis, vt diuitias congregaret. 3.Regum 12. Deuteronom. 97.c.1.D
Salomon habuit quaſi ſeptingentas vxores. 3.Reg. 11.1.Reg.to.1. 147.c.3.G
Salomon peccauit in multitudine vxorum,& concubinarum. 1.Reg.to.1. 152.c.4.H. Poteſt etiam dici, quòd Salomon non peccauit in habendo concubinas, niſi per accidens, quod poterat fieri multis modis &c. 1.Regum tomo 1. 153. colum.3 F
Salomon accepit mulieres multas de gentibus illis,de quibus Deus vetuerat.3.Reg.11.1.Reg to.2. 156.c.4.G
Salomon inſtitutus eſt rex, viuente Dauid propter fratrum diſcordiam.2 Reg 44.c.1.D
Omnes ſucceſſores Salomonis fuerũt infideles prętęter Ezechiam,& Ioſiam.2.Reg. 44.c.3.G
A principio regni Salomonis vſque ad Chriſti natiuitatem fluxerunt quaſi mille anni, quibus durauit regnum Salomonis 2.Reg. 45.c.1.D
An Salomon fuerit damnatus, problema eſt neutrum; Hebræi tenent communiter partem negatiuam, dicentes quòd egit pœnitentiam &c. Et hoc tenet etiam Iſidorus libro.de ortu, & obitu patrum,& idem tenent Hieronymus,& Ambroſius &c.2.Reg.47.c.4.G. Auctori tamẽ magis placet pars affirmatiua.ibidem.
Deus fecit regnare Salomonem,vt ipſemet dixit.3.Reg.3.propter multa,quæ ſunt generalia ad omnes reges. Secundo propter multa, quæ ſpecialiter concernebant ipſum Salomonem.3.Regũ. 30.c.3.F
Salomon viginti erat annorum, aut plurium,quando data eſt illi ſapientia a Deo,& quando inſtitutus eſt rex,viuente patre, erat quindecim vel ſexdecim annorum.3.Reg. 30.c.4.H
Salomon non fuit ſapientior dæmonibus, quia dæmones excedebant in duobus Salomonem &c. 3.Reg. 31.c.2.E
Salomon fuit ſapientior omnibus hominibus &c. præter Chriſtum, & dominam noſtram propter reuerentiam filij ſui &c.3.Reg. 32.c.4.G
Salomoni, quomodo data fuerit ſapientia.3.Regũ. 32.c.3.G
Salomon excedebat omnes homines in ſapientia, quia habitus infuſi, quos habebat erant plures quam habitus, quos homines per exercitationẽ habent,& clariores, & magis radicati &c. 3.Reg. 32.c.3.I.
Salomon habuit Prophetiam. 3. Regum. 33. colum.1.A
Salomoni non eſt data cognitio geſtorum præteritorum,neque futurorum.3.Reg. 33.c.1.C
Quæ Salomon ſciebat, erant pertinentia ad cognitionem naturalem, & hoc ſiue in vniuerſali, ſiue in particulari, ſciebat etiam artes mathematicas, & cæteras artes &c.3.Reg. 33.c.1.C
Salomon ſolum petijt ſapientiam ad regendum, Deus dedit ei ſapientiam naturalem,& alias vniuerſas artes.3.Reg. 34.c.1.B
Salomonis ſapientia non poterat perire ſicut noſtra,vt probatur.3.Reg. 34.c.2.A
Salomon non petijt a Deo ſapientiam, nec aliquid aliud,ſed dormiebat,& in ſomnijs viſus eſt ſibi petere ſapientiam. Et Deus emiſit illud ſomnium propter multa.3.Reg. 35.c.4.K
Salomon non peccauit accipiens in vxorem filiam Pharaonis regis Aegypti, vt probatur 3.Regum. 36.c.2.A
Salomõ circa vxores ſuas peccauit dupliciter, vno modo, quia ardẽtiſſimo amore copulatus eſt eis. Secũdo quia propter illas coluit idola.3.Regum. 36.c.3.I
Salomon conſtituit duodecim prefectos ſuper duodecim partes terræ Iſrael, vt per duodecim menſes anni prouiderent regi,& ſic quilibet vno menſe,ita vt nunquam deficeret cibus in domo regis. 3.Regũ 39.c.4.G. Et ſi annus Hebræorum haberet tredecim menſes, vt contingebat iuxta computationem eorum per annos lunares, ille,qui prouidebat tunc menſe duodecimo, prouidebat etiam menſe tertiodecimo, vel dicendum q̃ iſti præfecti miniſtrabant per ſingulos menſes,& nõ erat inter eos ordo certus, ita vt alicui illorum ſemper competeret menſis primus. 3.Regum. 40.c.1.A
Iudæi inſipientes putant Salomonem fuiſſe Dominum totius orbis.3.Reg. 31.c.3.G
Salomon dixit quindecim millia parabolarum, & quinque millia carminum, ſed Eſdras non tranſtulit plures parabolas, quam illas, quæ ſunt in libro Prouerbiorum,nec plura carmina, quam illa quæ ſunt in Canticis Canticorum. Et dicendum quòd fuerunt alij libri magni pluſquam iſti, qui nunc non habentur, & tamen illi non fuerũt tranſcripti per Eſdram,quando reparauit legem, & multa alia omiſit &c. 3.Reg. 43.c.1.A
De Salomonis libris ſolum tres fuerunt conſcripti ab Eſdra,ſcilicet Parabolæ,Eccleſiaſtes,& Cantica, eo quòd iſti continent moralem inſtructionem.3.Reg. 43.col.2.C
Quando Salomon incœpit ædificare templum Domini,ſolum regnauerat tribus annis,& vno menſe &c.3.Reg. 47.c.4.G
Salomon ædificauit templum ex Dei determinatione, quia Deus dedit exemplar ipſi Dauid. Et Dauid dedit illud Salomoni.1.Paralip.28.3.Reg. 49.c.2.E
Tres domos ædificauit Salomon præter templum, ſcilicet, domum ſaltus libani, & domum aliam regiam,& domum pro regina vxore ſua filia Pharaonis.3.Regum 60.c.1.B. Et dicebatur prima domus domus ſaltus libani, cum eſſet in Ieruſalem propter duo.3.Reg. 60.c.4.K
Salomon peccaret,ſi non ædificaret tẽplum. 3.Regum. 74.col.4.F
Salomon etſi non faceret bella, habebat tamen viros aſſignatos pro militia 3.Reg. 85.c.4.F
Salomoni apparuit Deus ter: primò in Gabaon: ſecundò,cum ædificaret templum: tertiò,iam ædificato templo,& dedicato. 3.Regum 81.c.4.H. 2.Paralip. 109.c.2.D
Salomon habebat duplices principes, quoſdam,vt præeſſent exercitui, tam equitibus, quam curribus, quam peditibus, & iſti erant ducenti quinquaginta. Et alios vt præeſſent operibus, & iſti erant trecenti &c.3.Reg. 85.c.4.I
Salomon habebat ſingulis annis de redditibus terræ Iſrael ſexcenta ſexaginta ſex talenta auri, excepto eo,quod offerebãt viri,qui erant ſuper vectigalia.3.Reg. 90.c.1.C
Salomon erat ſexaginta annorum,vel quaſi, quando mortuus eſt.3.Reg. 98.c.1.C
Salomon vere ſacrificauit idolis,non quia crederet illa

illa habere aliquam deitatem, sed ne contristaretur vxores suas, quas ardenter amabat: sicut fecit Adam comedens de ligno vetito, ne contristaretur Heuam. 3. Reg. 98. c. 3. H

Salomon non peccauit occidendo Ioab iuxta altare. 3. Reg. 26. c. 1. A

Salomon non peccauit occidendo Adoniam fratrem eius. 3. Reg. 22. c. 3. I

Salomon non peccauit occidendo Semei, etiam si ageret contra iuramentum patris. 3. Regum. 19. c. 4. F

Salomon fecit septem loculos thesaurorum circa sepulchrum patris sui Dauid, quod valde honorabile fecit. 3. Regum 20. c. 3. F 2. Paral. 162. c. 2. E. dicit loculos fuisse septem.

Salomon secundum Iosephum regnauit octoginta annos, sed secundum veritatem scripturæ nō nisi quadraginta. 3. Reg. 166. c. 1. C

Salomon fuit vniuersaliter peccator. 3. Regum. 129. c. 1. C

Salomon non desistebat colere Dominum etiam post ædificationem templorum idolorum, offerens sacrificia Domino ter in anno. Et ibat in tēplum &c. 3. Reg. 129. c. 2. C

Salomon nihil fecit in templo, cuius prius non dedisset Deus Dauid descriptionem, & figuram. 1. Paral. 28. 4. Reg. 211. c. 1. B

Salomon non legitur habuisse nisi vnicum filium, s. Roboā ex Naama vxore sua, de terra Ammonitarum. 3. Reg. 18. Et duas filias, quarum vna vocabatur Thapeth, quæ data fuit in vxorem Benadab, vni ex duodecim præpositis eius. 3. Regum 4. Et altera dicebatur Basemath, quæ data est in vxorem Achimaas, vni ex duodecim præpositis eius. 3. Regum 4. 1. Paralipom. 55. col. 3. K Matth. tom. 5. 56. c. 2. D.

Salomon non finiuit templum Domini, nisi vsque ad annum decimum regni sui cōpletum, & iam erat vndecimus. 3 Reg 6. 1. Paral. 90. c. 2 C

Salomon, quando petijt sapientiam a Domino, erat viginti annorum, vel quasi. 1. Paralipom. 258. c. 4. F

Salomon vnctus erat in regem, quando Dauid vocauit eum, & præcepit ei, vt ædificaret Domino Deo Israel. 1. Paralip. 22. 1. Parali. 259. c. 2. E

Salomon tenebatur ædificare templum Domino, ex mādato patris sui, quod probabat habere causam ex mandato Dei &c. 1. Paralipom. 159. c. 3. F. 325. c. 3. G. 2 Paralipom. 34. col. 3. F. Et tenebatur illud ædificare quam citius posset post mortem Dauid, & sic fecit. ibidem 325. c. 3. G

Salomon non incœpit ædificare templum viuente Dauid, nec immediate post mortem eius propter multa. 1. Paral. 325. c. 3. G. & 261. c. 2. A

Tempore Salomonis hostes Dauid fuerunt quieti propter multa. 1. Paral. 261. c. 3. K

Hoc nomen Salomon fuit impositum filio Dauid a matre sua instinctu Dei; nam Nathan prophetauit ad ponendum ei nomen ex parte Dei tempore, quo natus esset, & vocauit ipsum Idida, id est amabilem Domino &c. 1. Paral. 262. c. 1. A

Quomodo toto tempore Salomonis fuerit otium & pax in terra Israel. 1. Parali. 262. c. 2. B

Salomonem esse regnaturum super Israel, reuelatum fuit Dauid, priusquam nasceretur ipse Salomon. 1. Paral. 323. c. 2. C

Quare Salomon dicatur vnigenitus matris suæ. Matt. to. 6. 49. c. 4. G

Quare Salomon vocetur filius vnus Dauid. 1. Paral. 29. 1. Paral. 335. c. 2. E

Index Alphonsi Tostati.

Salomon ter fuit vnctus in regem, bis ante mortem Dauid. Et semel post mortem eius, vt quidam dicunt. 1. Paral. 342. col. C. Et non fuit ter vnctus, quia sic esset consuetudo, quòd reges pluries vngerentur, & si Saul vnctus fuerit bis, ideo fuit, quia prima vice fuit vnctus secretè. 1. Reg. 10. Sic etiam dicendum est de Dauid, qui ter vnctus fuit, prima vice secrete, secunda vice super Iuda, & tertia vice super totum Israel. In Salomone vero non fuit similis ratio, sed fuit bis vnctus propter discordiam &c. 1. Paralipomenon. 342. col. 2. B. Et Salomon fuit verus rex per primam & secundam vnctionem sicut Dauid. Et poterat facere omnes actus regis, non tamen factus est rex, vt administraret tunc, sed mortuo Dauid, & licet essent duo reges, vnus tamen censebatur, eo quod vnus administrabat solum, & alius non fuerat factus ad administrandum. Et sic quantum ad ius regni Dauid, & Salomon erant æquales, tamen quantum ad administrationem Salomon erat, quasi non esset rex. 1. Parali. 342. c. 3. K

Salomonis gloria fuit in multis, scilicet in diuitijs, sapientia, & pace, & in istis excelluit omnes reges Israel, tam præcedentes, quam sequentes &c. 1. Paral. 343. c. 3. K

Salomon, & Dauid regnauerunt supra duodecim tribus. Matt. to. 5.

Cum dicitur. 2. Paralip. 1. quòd dicebatur Deus esse cum Salomone potest dupliciter intelligi, vno modo per gratiam, alio modo dirigendo opera eius ad prosperum euentum &c. 2. Paralipo 4 c. 4.

Deus magnificauit Salomonem, in sapientia diuitijs, & gloria, & in latitudine cordis. 2. Paralipom. 4. c. 4. H

Salomon cognouit se factum regem a Deo, multipliciter, & ideo 2. Paral. 1. dixit: Tu me fecisti regē super Israel. 2. Paralip. 10. c. 3. F

Salomoni, quare Deus infudit sapiēriam de nocte, & non de die. 2. Paral. 10. c. 4. G

Sex modis poterat Salomon scire se accepisse sapiētiam a Deo, sed primus & sextus sunt verisimiliores, sextus tamen conuenientior, vt probatur 2. Paralip. 10. c. 4. H

Ille, qui loquebatur Salomoni in somnis, quando data est illi sapientia, erat Deus, & non angelus. 2. Paralipomenon 11. col. 4. H. Sed quomodo hoc vide ibidem.

Salomon fuit ditior, & locupletior, quam omnes reges, qui fuerunt ante eum, in quibuscumq; regnis essent, sed non fuit glorioſior omnibus, qui post eum fuerunt, & hoc communiter tenetur. 2. Paralip. 12. c. 1. B. Sed videtur dicendum quòd excelluit etiam reges futuros post eum in regno Israelitarum, & potest dici etiam quòd fuit ditior, & glorioſiór omnibus regibus terræ quarumcumque gentium, & tunc est æquiuocatio in gloria & diuitijs &c. 2. Paralip. Sed primum videtur securius. ibidem 12. c. 4. F

Salomoni prius multo data est sapientia, quam diuitiæ & gloria, propter multa. 2. Paral. 14. c. 2. C

Salomon habuit quadraginta millia equorum currilium, & habuit currus mille, & quadringentos, & hoc ad laborandum per vices, & mutandum eos per currus, faciendo eos, qui laborauerunt, quiescere, vel dicendum quòd plures habebat currus, sed isti mille & quadringenti erant electi. Similiter dicendum erit de equis &c. 2. Paralipo. 15. col. 2. A. Nec Salomon peccauit habendo tot equos &c. ibidem. Et habuit tot equos, & currus multis de causis. ibidem.

In Salomone non est inuentum aliquid dignum reprehensione vsque ad senectutem suam, quia tũc mulieres peruerterunt cor eius. 3. Reg. 11. & 2. Paralip. 15. c. 2. E
Similiter in senectute corruptum est cor eius in cõgregatione auri & argenti. ibid. 16. c. 2 C
Salomon non peccauit habendo magnam multitudinem auri & argenti, & c. 2 Paralip. 16. c. 1. C
Salomoni primo data est sapientia, deinde diuitiæ magnæ, & postea ædificauit templum Domino, vt quidam opinantur, sed non fuit sic, vt probatur. 2. Paralip. 16 c 4. H
Sed dicendum quòd Salomon non habuit diuitias magnas ante ædificationem templi, sed aliquo tẽpore ante mortem suam videlicet post medium temporis regni sui. vt probatur. 2. Parali. 17. c. 1. E
Salomon habuit maximas diuitias ex negotiationibus. 2. Paral. 17. c. 1. D
Salomon ædificauit tres domos præter templũ Domini. 2. Paral. 27. c. 2. C. Nec illas ædificando peccauit, etiam si plures ædificasset. ibid. 27. c. 3. K
Salomon non peccauit sed metuit, offerendo sacrificia in via, qua adducebatur Arca fœderis de domo Dauid in templum. 2. Paral. 67. c. 3. F
Salomon fecit octoginta mille stolas byssinas pro leuitis cantoribus ad cantandum hymnos, vt dicit Iosephus 8. Antiquit. 2. Paralip. 75. c. 4. K
Salomon, visa nebula, quæ templum repleuerat, & atrium sacerdotum, & c. Conuersus ad populum, cœpit loqui illa, quæ referũtur. 2. Paral. 6. propter multa. 2. Paral. 78. c. 4. K
Salomon non peccauit orans, quòd Gentiles orantes in templo suo, exaudirẽtur, vt probatur. 2. Paralip. 91. col. 4. F. Et de facto exaudiebantur: si deuotè, & ex toto corde orarent. Licet Iudæi nunc, & Saraceni non exaudiantur: quia necessario sunt in peccato mortali, cum lex Euangelica obliget omnem hominem ad sui obseruantiam, & c. 2. Paralip. 92. c. 1. E
Finita oratione Salomonis descendit de cœlo. 2. Paralip 7. Et descendit ad duo. Primo ad ostendendum, quòd exaudita fuerit oratio Salomonis & c. Secundo ad signãdum acceptationem sacrificiorum, & c. 2. Paral. 96. c. 1. A
Et misit Deus potius ignem, quam aliquid aliud propter duo. Primo ex conditione operis. Secundo, quia acceptatio diuina designat in missione ignis de cœlo, & c. ibid. 96. c. 2. C
Et ille fuit verus ignis, & non solum apparens. Et non descendit realiter de cœlo: neque de sphęra ignis, vt probatur ibidem. Sed dicendum, quòd descendit de infima regione aeris, & c. ibidem. Et pauco tempore durauit scilicet non nisi quam diu cremata fuerunt sacrificia. Et istum ignem præcessit nebula paruo tempore in eadem die scilicet per vnam, vel duas horas, & assignatur ordo. ibidem. 97. c. 4. I
Et tam nebula, quam ignis iste fuerunt necessaria, vel saltem conuenientia propter duo. ibid.
Et ille ignis cremauit tãm sacrificia, quæ tunc erant in pauimento atrij posita, quam quæ erant super altari, quibus adhuc non erat suppositus ignis. Et potest dici, quòd sacerdotes, ideo non suppoſuerant ignem: quia orabant, vt veniret ignis de cœlo, vel quòd aliquis propheta diceret, quòd ventus erat ignis de cœlo. Potest etiam dici, quòd sacerdotes non sperabant ignem de cœlo. Sed sperabant, quòd Salomon finiret orationem suam ad supponendum ignem. Et cum finiret orationem statim venit ignis de cœlo, & cætera. 2. Paralipo. 98. c. 1. E
Salomoni apparuit Deus in somnijs, quando dixit illi, quòd exaudierat orationem suam. Et vt illi promitteret bona, quasi pro aliquali remuneratione laboris. 2. Paral. 7. & 2. Paral. 109. c. 2. A
Et ista apparitio fuit facta Salomoni tredecim annis post orationem eius, vt probatur. ibid.
Et conueniens fuit, vt Salomoni loqueretur Deus, ad significandum illi acceptationem suæ orationis. Et multa alia, quæ non poterant significari p ignem descendentem de cęlo finita oratione, & c. ibidem 109. c. 4 G
Hiram rex Tyri dedit Salomoni ciuitates quasdam, vt dicitur 2. Paralip. 8. Quæ fortè erant inter mixtæ vrbibus Israel. Et Salomon dedit illi viginti oppida in Galilęa inferiori, quę est iuxta Tyrum. 3. Reg. 9. Quæ tamen displicuerunt regi Tyri. Et ex tunc appellata est terra, illa illa terra Chabul, in lingua Phœnica. 2. Paral. 113. c. 1. D
Salomon habebat equos ad duplicem vsum: quosdam scilicet pro curribus, & alios ad equitãdum in eis. Et primi equi appellabantur quadrigæ. similiter dicebatur equi curriles, & c 2. Paralip. 114. colum. 3. G
Salomon subiecit sibi terram montis Libani, quæ habitabatur a Chananeis, qui vsq; tunc non erant subiecti Israelitis, & illos, & quoscunq; alios Chananeos, qui non fuerant subiecti tempore aliorũ regum, & c. 2. Paral. 114 c. 4. F
Salomon ædificauit in mõte Libano aliqua magna ædificia ad delectationem habitationis. 2. Paralip. 114. c. 4. H
An Salomon peccauerit subijciendo Chananęos in tributarios, & non occidendo eos, non constat. Nam videtur ex vna parte, quòd sic, vt patet ex præcepto Dei, Deut. 2. & Num. 33. & Iosue 23. & Iudi. 2. & c. & 2. Paral. 115. c. 3. I
Sed his non obstantibus videtur, quòd non peccauerit, vt probatur ibid. 115. c. 4. G
Licet Salomon sciret, quòd pro tempore suo non erant futura bella, opus tamen erat, vt haberet apparatum bellicum propter multa. Primo, quia dicta sacræ scripturæ non sunt intelligenda secũdum omnem rigorem terminorum: sed ciuiliter & c. 2. Paral. 117. c. 2. B
Cibus quotidianus Salomonis erant triginta chori similę, & sexaginta chori farinæ, decem boues pingues, & viginti boues pascuales, & cẽtum arietes excepta venatione ceruorum, & caprearum bubalorum, & auium altilium. 3. Reg. 4. & 2. Paralip. 122. c. 4. F
Salomon dedit Reginæ Saba multo plura dona, q̃ ipsa dederat Salomoni. Et hoc conueniebat magnificentiæ Salomonis propter multa. 2. Paralip. 124. c. 3. H
Salomon, ex tributis ordinarijs regni sui, & aliarum gentium soluentium tributa ipsi habebat sexcenta sexaginta sdx talẽta auri quolibet anno. 2. Par. 126. c. 3. H
Salomon fuit rex ditissimus ꝓpter duo. Primo propter subtractionem sumptuum in bellis, qui solent fieri magni, à quibus Salomon fuit liber toto tempore vitæ suæ. Secundo per appositionem pecuniarum per multos modos, & cæt. 2. Paralip. 131. c. 4. F
Salomonis gloria, & maiestas refertur. 2. Paral. 131. col. 4. F
Summa equorũ Salomonis designatur in quatuor locis scilicet 2. Paralip. 1. & 9. & 3. Reg 4. & 10. Et duo loca cõcordabant inter se. Alia duo inter se.

Et

Et duo discordant à duobus,&c. 2. Paralipome. 133.c.1.C. Sed assignatur concordantia.ibid.
Salomon non peccauit multiplicando sibi equos: quia non multiplicatur ad opprimendum populum:nec ad gloriandum in se ipso, & superbiendo contra Dominū: quia in principio regni sui non fuit deprauatum cor eius.2.Reg.11.2.Parali. 134.c.2.E
Salomon ante senectutem non peccauit in pecuniarum acquisitione: sed in ipsa senectute. 2. Paralipom. 134.c.3.K
Salomon ante mortem suam apud sepulchrum suum fecit octo loculos,quos auro,& lapidibus præciosis replcuit, & magicè id fecit, ita vt non liceret cuilibet illos inuenire, vel si inueniret, nō posset inde quidquam eripere. Et vnus istorum loculorum fuit apertus tempore Ioannis Hircani,& alius tempore Herodis,&c. 2.Paralipomen. 167.c.3.F
Vxor prima Salomonis dicitur filia Pharaonis, nō quidem prima tempore,sed dignitate,&c.2. Par. 168.c.3.H
Salomon ex tot vxoribus,quas habuit, non habuit nisi vnicū filium. s.Roboam, & illū habuit prius quàm multiplicaret sibi mulieres,&c.Matt.to.5. 86.c.1.B
Salomon nō increpatur,ꝙ habuerit plures vxores: sed quia illæ auerterunt cor eius à Deo, ita vt coleret idola.3.Reg.11.Mat.to.5. 86.c.1.C

Salphaad Filiæ Salphaad dicebant nomen patris sui tolli de familia sua: sed quomodo sic.Num.to.2.87.c.4. I. Sed quomodo intendebant reparare istud inconueniens. ibidē. 88.c.1.B. Sed quid fieri deberet, si Salphaad reliquisset filios paruulos post mortem.ibid.Sed quo modo se haberent filiæ Salphaad ne tolleretur nomen patris de familia fua.Nu.to.2. 88.c.4.F

Saluare Deus saluat nos sua misericordia, & non ex puris operibus nostris. Matt. to.3. 284.c.1.B
Saluare propriè est à malo liberare,&c.Matth.to.6. 278.c.1.E

Saluari Nullus est homo, qui saluari non possit, dum viuit.Mat.to.5. 32.c.3.F
Extra ecclesiam nemo saluatur.Mat.to.5.66.c.2.C. & 244.c.2.C.& to.6. 18.c.2.D
Nemo saluatur nisi per Christi sanguinem. Matth. to.5. 199.c.1.B
Homo dicitur saluari multipliciter secundum differentiam malorum.Mat.to.6. 278.c.2.A
Quicunque saluatur,assequitur certum gradū gloriæ.Mat.to.7. 91.c.4.K
Homines primæ ætatis saluabantur in lege naturali.Mat.to.7. 250.c.1.A
Homines saluandos,& damnandos,neque sciūt dæmones,nec angeli.Mat.to.5. 33.c.2.B

Saluator Ad hoc,ꝙ aliquis dicatur saluator: duæ conditiones requirunt.4.Reg. 132.c.2.A
Saluator absolutè dicitur ille, qui à morte ęterna liberat,vt fecit Christus.Matt. 278.c.2.A

Salus Post salutem animæ nihil est homini magis necessarium, quam corporis sustentatio.Matt.to.4. 94.c.2.E
Salus nostra non est directè in manibus nostris, vel immediatè,vt melius dicitur,&c. Ios.tom.2.47. col.1.D
Omnium hominum salus in morte Christi posita est.Mat.to.5. 184.c.2.E
Petentibus à Deo viam salutis reuelat illam, mittē do eis doctores,vel alias.Mat.to.5. 276.c.4.G
Bonū salutis est triplex.Mat.to.6. 35.c.4.I
Omnia,quæ sunt de necessitate salutis,sunt in potestate nostra.Mat.to.4. 268.c.1.A
De salute,quæ est in Christo.1.Paralip. 18.c.4.G
Circa salutem nostram Deus non facit quidquid potest,sed quidquid iustum est,& sufficiens.Nam nulli deest sufficiens principium ad salutē. Matt. 286.c.3.I
Salutis humanæ conseruatio debet præponi obseruationi festorum,&c.Mat.to.4. 2.c.1.D

Salutare Illos, quos obuios habemus introductum est ex communi consuetudine,quasi pro lege,&c.Mat.to.2. 248.c.3.H
Salutare proximos pertinet ad charitatem, & est vnū de signis charitatis, sicut benefacere, & orare. Ex se tamen non est actus charitatis,vel amicitiæ.Mat.to.2. 257.c.3.G
Salutare alios est dicere illis verba imprecatoria sa- salutis,qualia homines solent dicere alijs, quādo sibi occurrunt.Mat.to.6. 181.c.2.A

Salutatio Inter homines licita est,immo meritoria,& valde conueniens Ruth. 244.c.2.E
Duplex est salutatio. Vna ad præsentes & altera ad absentes:ad p̄sentes fit salutatio verbis, & ad absentes literis dimissorijs,&c.Mat.to.6. 181.c.3.K
Salutatio est aliquo modo necessaria, non propter se ipsam,sed propter vitandum scandalū, ex cōmuni consuetudine,vt.s.non putetur quis inimicus alterius,aut eum contemnens,&c.Matt.to.2. 248.c.3.H
Apostolus in omni epistola apponit salutationem. Mat.to.6. 181.c.4.F
Salutationes non sunt illicitæ,sed bonæ, & approbatæ tam à Christo,quam ab apostolis: tam illæ, quæ fiunt voce,quā quæ literis. Et p̄ consequens licitum est eas appetere, & quando Pharisæi arguuntur, non ideo arguuntur, quia salutationes appetebant: sed quia illas volebant ad innanem gloriam.Nam in foro salutari cupiebant,&c. Et si Christus prohibuit apostolis,ne salutarēt ī via, non prohibuit: quia malum: sed quia sic conueniebat illis ex ratione officij, ad quod mittebantur.Mat.5.Sed nos tenemur ad ista,&c. Mat.to.6. 181.c.3.K

Samaria Erat metropolis regni Israel.Gene. 21.c.1.B. Sicut Ierusalem in regno Iuda.Mat.to.3. 234.c.1.D
Samaria sic dicta est: quia ædificata est in monte Somer,& aliquando est nomen vrbis, & aliquando est nomen prouinciæ, quæ ciuitas postea dicta est sehaste,& deinde ab Augusto Cæsare,cæsarea,in hac quæsiuit Christus à discipulis., Quem dicunt homines esse filiū hominis.Mat.16. In hac sepultum est corpus beati Ioan.Baptistæ inter Elisęū, & Abdiam prophetam: sed postea combustū est corpus Ioannis à Iuliano apostata præter caput, & præter digitum,quo Christum demonstrauit. Gene. 21.c.1.E.& 52.c.4.G
Samariā ædificauit Amri Rex Israel.Gen. 52.c.4.F. Et imposuit illi illud nomen,qđ erat nomen alterius ciuitatis,&c.3.Reg. 150.c.4.H
Samaria prouincia potuit contingere, vt nominaretur sic à Samarite filio Chanaan. Sed alij dicūt, ꝙ a Somer Domino montis,vbi postea ædificata est ciuitas Samariæ,& hoc potius videtur tenendum.Gen. 52.c.4.G
Pro Samaria in hebræo dicitur Simon. Iosue to.2. 1.c.3.I

Samaria ædificata est, diuiso regno inter Israelitas tempore Roboam,& Ieroboam,vt patet.3.Reg. 16.Iosue to.2. 1.c.3.I
Samaria solennis ciuitas erat in terra Chanaã, quã Iudæi construxerunt. 3. Reg.16.& dicta est sic à monte Somer,in quo constructa est. 1. Reg.to.1. 6.c.2.A
Samaria prima, cõdita est à Samareo filio Chanaã. Et fuit ciuitas regalis tempore Chanæorum,&c. 1.Paralipom. 33.c.2.C
Samaritanus. Samaritani Deum verũ timebant,& cum hoc deos suos colebãt.Exo.to.1. 77.c.4 H. Iudi. 21.c.3 G
De Samaritanorum gente, ortu, & conuersatione. 1.Reg.to.1. 6.c.2.A
Samaritani Israelitæ peccauerunt grauiter occidẽdo filios Achab ad præceptum Iehu, vt probat. 4.Reg. 108.c.2.B
Illi populi missi in Samariam à rege Assyriorum, licet multo tempore colerent deos gentium cum Deo Israel. Postea tamen cœperunt colere vnicum Deum,quanquã non ita perfectè, sicut Hebræi,&c.4.Reg. 171.c.2.E
De Samaritanorum conditione tempore Christi. 4.Reg. 173.c.1.C
Sacerdos missus ad Samaritanos ex his, qui adducti sunt captiui,ad Assyrios,non erat de genere Aaron:sed de illis,quos constituerat sibi Ieroboam. Et iste sacerdos docuit illos colore Deum verũ. 4.Reg. 169.c.3.I
Sacerdos,qui introduxit cultum Samaritanorum, non dedit eis plures sacros libros quam quinque libros Moysi.Mat.to.6. 44.c.3.F
Samaritani nõ recipiebant nisi quinq; libros Moysi.Quia tunc alij non erant scripti.4.Reg. 173.co. 2.D.Mat.to.6. 44.c.2.D
Cum Samaritanis non communicabant Hebræi in cibo,& potu,nec in alijs generibus communicationis:nisi ipsi redirent omnino ad cultum Hebræorum.4.Reg. 173.c.2.E
Samaritani erant æmuli Hebræorum,& aduersabãtur eis quantum poterant, vt patet.1. Esdræ.4. & 5.Et Neemiæ.4.5.& 6.& inuidebant Hebræis valde.4.Reg. 173.c.3.I
Samaritani quidam tempore Christi inuidentes Iudæis polluerunt templum Ierusalem, vt non celebrarent phase. Proiecerunt enim per portas tẽpli occulte ossa mortuorum. Et sic omnes Iudæi intrantes mane templum polluti sunt per septẽ dies,& cessauerunt à celebratione Phase &c.1.Paralipom. 116.c.4.K
Samaritani nec erant omnino Iudæi, nec omnino Gentiles. Erant tamen Gentiles origine, de quorum origine,& religione.Matt.to.3. 234.c.4.G
Samaritani odiosi erãt Iudæis propter multa.Matt. to.3. 235.c.1.D
Samaritani non erant de stirpe Iudæorum: sed Gẽtilium, translati de terra Mœdorum, & Persarũ in terram Israelitarũ. Et solũ recipiebant quinq; libros Moysi, & legales exercebant cæremonias. Alios tamen libros non recipiebant, nec Samaritani erant sub potestate Iudæorum: sed separati habitabãt in ciuitatibus Samariæ,&c.Matt.to.6. 41.c.4.G Et assignatur ratio,quare non reciperẽt nisi quinque libros Moysi.ibid. 44.c.2.E
Caphedon Samaritanus dixit se esse Messiam. Mat. to.6. 270.c.4.K
Samech. Litera hebraica est durioris prolationis,quam sin, vt patet cum Saba scribitur per vtranque.Et sic dicitur Chus primogenitus Cham habere filium primogenitum nomine Saba, quod scribitur per Samech. Et alius scribitur per Sin, qui fuit filius Regma nepotis Cham.1.Paral. 31.c.1.A
Samson. Fuit de tribu Dan, de quo exponitur illud,quod dixit Iacob. Gen.49. de tribu Dan.s.Fiat Dan sicut coluber &c. Genes. 409.c.3 G.Num.to 1. 84.c.3.G
Samson ideo perdidit fortitudinẽ: quia capilli eius tonsi sunt.Cũ tamen esset Nazareus. Iud. 16. Numer.to.1. 69.c.1.C
Samson habuit illas tantas vires supranaturaliter. Num.to.2.15.c.1.A.& Iud. 147.c.3.G
Samson ponitur vltimus in lib. Iud. sed post cũ fuit Heli,qui fuit iudex,vt patet 1.Reg.1.& 4.Ios.to.1. 4.col.1.E
Matrimonium inter Samsonem, & Dalidam erat simpliciter illicitum: nisi motio diuina illud excusasset.Ios.to.1. 118.c.1.A
Samsonis conceptio fuit supernaturalis:sed non pure supernaturalis,&c.Iud. 130.c.4.F
Parentes Samsonis obligabantur carnaliter conuenire post angelicam denunciationem, &c. Iudic. 131.c.2.A
Matri Samsonis non præcepit Deus,vt non biberet vinum:neque siceram, nec aliquod immundum manducaret,quatenus hæc pertinebant ad Nazaræos:sed voluit, quòd seruaret quandam munditiam.& reuerentiam,&c.Iud. 132.c.3.H
Samson non fuit sanctificatus in vtero, sicut Ieremias,vel Ioãnes Baptista:quia peccauit sæpe mortaliter.Fuit tamen sanctificatus ex vtero:qa prius quam exiret de vtero:fuit obligatus seruare cæremonias Nazaræorum,&c.Iud. 133.c.2.A
Mater Samsonis obligabatur seruare cæremonias scilicet non bibere vinum,&c.vsquequo pareret. Et potest etiam rationabiliter dici, qꝙ vsquequo filius ablactaretur,&c.Iud. 131.c.1.E
Samson obligabatur seruare cæremonias Nazaræorum ex præcepto.Iud. 134.c.2.C
Et si,suadentibus parentibus, nollet obseruare votũ Nazaræorum,erat auctositate iudicis, & sententia lapidandus,quod dupliciter poterat fieri. Iud. 134.c.2.D
Quare Samsoni iussum fuerit,vt esset Nazaræus. Iudic. 135.c.1.E
An Samson peccauerit accipiendo sibi vxorem de filiabus Philisthijm, problema neutrum est, licet Rab.Dauid Camhi dicat,quòd non peccauit. Similiter & Nicolaus.Iud. 142.c.1.B
Parentes Samsonis,dando Samsoni vxorem de filiabus Philisthijm, an peccauerunt vel non,problema neutrum est.Iud. 142.c.2.E
Samson non peccauit occidendo triginta viros Philisthinos,quos spoliauit,&c. Iudic.14.vt probatur
Samson non poterat accipere in vxorem sororem vxoris suæ secundum legem Hebræorum.Iudic. 149.c.1.C
Samsonis iudicatura fuit spatio viginti annorum, qui computantur post mortem Abdon iudicis ferè duobus annis ante natiuitatem Samsonis. Et tunc tota vita Samsonis debet poni fuisse ad plus decem & octo,vel decem & nouem annorum,in qua ætate mortuus est.Iudicum 156.c.1.E
Samson sciebat, quòd si tonderetur caput eius, cessaret statim fortitudo sua. Iudicum 161.columm.4.F
In Samsone erant vires immanentes: nec illæ erant in capillis, sed in membris operatiuis, vt in manibus

bus,pedibus, & c. Et erant vires tanquam spiritus mouens ipsa membra. Capilli tamen eius erant causa,sine qua non vitium suarum.Iudicum 161. colum.2.E
Samson perderet etiam fortitudinem, si biberet vinum,aut siceram,&c.sicut in tonsione capillorū. Iud. 163.c.1.A
In Samsonem apostrophat Auctor. Iudic. 164 colum.2.E
Solus Samson inter iudices Israel permissus est cadere in manus hostium,& apud eos mori propter multa.Iudic. 165.c.1.A
Sed quòd statim,vt eum cœperunt,non occiderint Philisthijm,duplex fuit causa.ibid. 165.c.1.D
Samsonem voluit Deus mori occidendo Philisthinos,propter multa.Iudi. 168.c.2.C
Samson non peccauit occidendo se cum Philisthinis,vt probatur Iud. 168.c.3.H
Inter Samsonem & Ionatham filium Saulis assignatur triplex differentia.1.Reg.to.1. 213.c.4.G
Samsoni inspirauit Deus vt se occideret,vt sic occideret multos de Philisthinis.1.Regum to.2. 189. col.1.A
Samsonis voluntatem Deus inclinauit,vt acciperet vxorem de filiabus Philisthinorum: sed ipse nesciebat quare inclinaretur ad hoc: sed solum cognoscebat,quòd inclinaretur nimis,& quòd placebant mulieres illæ in oculis eius: neque sciebat dare aliam causam voluntatis suæ. 1. Paralipom. 85.c.4.I
Solus Samson excusatur ab homicidio sui ipsius: quia id fecit instinctu Spiritus sancti iubentis hoc, qui per illum miracula faciebat,&c. Matth. to.2. 94.c.3.F
Samuel Propheta nō erat de sacerdotibus,sed de leuitis.Gen.71.c.1.A.& Ios.tom.1. 173.c.3.H
Et tamen portabat Ephod lineū. Exo. to.2.76.c.3.F. Et fuit iudex.Num.to.2. 70.c.1.E
Samuel maioris auctoritatis fuit in populo q̄ Elias. Exod.to.1. 198.c.3.K
Samuel,cum non esset sacerdos, sed tantum leuita, obtulit sacrificium extra sanctuariū: nec ex hoc reprehenditur, propterea quia Deo inspirante id fecit.Leuit. 124.c.3.F
Mater Samuelis, cum adhuc puer esset, vouit cum Deo,vt tota vita sua maneret coram Domino,& ita fuit,vt habetur.1.Reg.1.& 2 Leui. 324.c.2.E
Samuel scripsit librum Iosue, & librum Iudicum. Ios.to.2. 113.c.2.D
Samuel fuit de tribu Leui,de familia Chaatitarum. Iudic. 4.B
Samuel quot vixerit annos,non constat. Creditur tamen verisimiliter, quòd quando obijt, habuit plus quam septuaginta annos.1.Reg.t.1. 86.c.1.B
Samuel historia texitur in primo lib. Reg. eo quòd ipse fuit occasio introducendi reges inter Israelitas.1.Reg.to.1. 3.c.1.A
Samuel habuit officium sacerdotales ex diuina dispensatione.1.Reg.to.1. 20,c.3 G
Samuel in Hebrẽo,vt quidam dicunt,interpretatur exauditio mea:sed dicendum,q̄ interpretatur petitio,vel petitus.1.Reg.to.1. 31.c.1.E
Samuel mater non se præsentauit in tempore purificationis coram Domino, ex quo erat mater leuitæ.1.Reg.to.1. 32.c.3.H
Samueli licebat offerre hostias in quocunq; loco vel let.Id tñ faciebat instinctu Dei.1.Re.to.1.178.c.4.I
Samuel toto tempore vitæ suæ fuit occupatus in bonis,&c.1.Reg.to.2. 65.c.2.A
An fuerit Samuel,vel anima eius, ille, qui suscitat⁹ est Pythonissam,sunt opiniones,quas recitat Augustinus ī Epistola ad Felicianū. Prima est, q̄ iste, q̄ suscitatus est, potuit esse Samuel, & c. Alia, q̄ non fuit nisi dęmon, & non Samuel, & huic adhæret Augusti. 18. de Ciuita.1.Reg.to.2.167 c1.E. Sed Nicolaus tenet, q̄ fuerit Samuel,quod ēt mihi videtur tenēdum inquit auctor, saluo meliori aliorum iudicio.1.Reg to.2. 167.c 3.G
Samuelem nec suscitauit Pythonissam, nec inuocauit:sed dęmonem. Deus tamen illum suscitauit, & non per opus aliquod artis magicæ,& c. 1. Re. to.2.167.c 4.H. Neque suscitatus est per vnionē animæ ad corpus:sed anima fuit ī corpore assumpto de aere.ibid. 168.c 3.F
A Samuele incœperunt tempora eorum,qui vocā tur prophetæ in sacris literis.1.Reg.tomo 2.192. col.4.K
Samuel fuit vltimus iudicum in Israel, quia eo viuente incepit status regum.1.Paral. 308.c.2.A
Samuel,cum occidit Agag regem Amalec. 1.Reg. 15.Non fecit illud tanquam persona priuata,sed Dei inspiratione:quia erat propheta.Mat.tom.2. 87.c.3.G
Samuel vere fuit suscitatus,quādo locutus est Sauli.De Trini. 5.c.2.D
Sanare. Quomodo Christus sanaret aliquos tactu sui sacratissimi corporis. Matt. to 5. 235.c.1.C
De sanatiua virtute naturali,& supranaturali. Mat. to.1. 25.c.3.G
Sanctificare In vna significatione idē est, q̄ aliquid ad cultum Dei applicare, vt Exo.13. cum dicitur. Sanctifica mihi omne primogenitum,&c.Exo.to.1.98.c.1.E. Nume.to.1.92.c.3.F.3.Reg. 82.c.1.C
Sanctificare in sacris literis aliquando capitur pro facere sanctum. Aliquando pro iubere esse sanctum Leu. 246.c.4.G.255.c.1.D
Sanctificare Deum idem est, q̄ ipsum laudare corā alijs,vel facere aliquid propter quod Deus appareat glorioſus,& laudabilis ab alijs,& c.Leui. 255. col.1.D
Dupliciter aliqua sanctificabantur in lege veteri. Leui. 357.c.4.F
Causa quare sanctificentur escę,est,quoniam totus mundus in maligno positus est. Vnde & res corporales, quæ sunt magna pars mūdi, in maligno positæ sunt Mat.to.5. 122.c.4.K
Sanctificare significat mundare, cōfirmare, & Deo applicare.Nu.to.2. 163.c.4.F
Dupliciter res sanctificabantur in veteris lege. Vno modo per mutationem.Alio modo per oblationem,& c Mat.to.6. 199.c.1.B
Sanctificari, secūdum communem acceptionem, est sanctum fieri. Et hoc modo non potest nomē Dei sanctificari,cum in se sanctum sit. Alio modo sanctificari idem est, q̄ sanctū reputari, & ita accipitur in oratione dominica cum dicitur: Sāctificetur nome tuum. i. sanctum reputetur, & c. Matt.to 3. 66 c.3.I
Aliud est sanctificari, & aliud sanctum manere, vel sanctum esse.Nam sanctificari est effici sanctum, sanctum manere est retinere sanctitatem acquisitam,& c.Mat.to.6. 199.c.1.C
Sanctificare significat mundum efficere, & immaculatum,& tale, q̄ ad Deum applicari possit. Et ista sanctificatio est duplex, quædam corporalis, & alia spiritualis.De prima patet Leui.11.& Deu. 23.Mat.to.6.198.c.3.K.Sed sanctificatio spiritua

lis

lis est duplex, quædā, quæ fit in anima. Alia, quæ fit per applicationem ad res spirituales. s. ad Deū, & ad res ordinatas ad Deum. Primo modo solus Deus immediatè, & per se sanctificat. Secundo modo res dicitur sanctificari p̄ illas cęremonias, per quas iam reputatur non pertinere ad humanos vsus: sed ad Dei cultum, &c. Matth. tomo 6. 198.c.4.K

Sanctificatio. Propriè dicitur applicatio ad cultum Dei. Exo. tom. 2. 83.c.2.A

Perfectam sanctificationem contrahebant res per applicationem ad diuinum cultum, & imperfectam, quando contingebant res sacras, &c. Leu. 53.c.3.F

Sanctificatio propriè est mundatio: cum sanctū distinguatur p̄ pollutum, &c. Nu. to. 1. 72.c.3.G

Sanctificatio est duplex quædam corpoalis, & quędam spiritualis. Mat. to. 6. 198.c.3.K

Sanctificatio secundum proprietatem hebraici sermonis significat apparationem, & ī hoc in sacris literis, vt patet. Exo. 19. Iosue. 37. & Num. 11. Alio modo accipitur pro applicatione ad cultū Dei. Aliquādo significat occidere, siue apparare mortem, &c Nu. to. 1. 141.c.3.F

Triplex est sanctificatio in sacramento. Matth. to. 4. 175.c.2.A

Sanctificatio in plus se habet, quam oblatio. Nume. to 1. 247.c.1.A

Sanctificatio duplex. 2. Paralip. 105.c.1.B

Sanctificatio habet quatuor gradus, secundum magis, & minus respectu rerum quæ applicabantur Deo in vete. testam. Num. to. 1. 253.c.3.F. Immo stricte capiendo, possunt assignari septē, vel octo gradus sanctificationis maioris, vel minoris in his, quæ pertinebant ad Deum in veteri testamē. Nu. to. 1. 253.c.4.G

Sanctificationem sumunt Iudæi pro apparatu, & destinatione. Mat. to. 4. 164.c.2.A

Sanctificatio vno modo accipitur pro applicatione. Alio modo pro purificatione. Tertio pro apparatione ad aliquid faciendum. Quarto pro denuntiatione, &c. 1. Reg. to. 2. 20.c.2.E

Sanctificatum. Rem sanctificatam nec comedere, neq; tangere debebat immundus, etiam si esset sacerdos. Leui. 54.c.1.E

Illa dicuntur sanctificata, quæ Deo specialiter applicantur, vt sunt res ecclesiæ. Gen. 11.c.1.C

De sanctificatis Dño nulli extra familiam sacerdotum licebat comedere, qualiacunq; illa essent. Et si forte aliquis comederet scienter, peccabat graiter, & merebatur mortem. Si verò p̄ ignorantiam, soluebat sacerdoti tm̄, quantum comedisset. Et insuper quintam partem, vt patet Leuiti. 22. Secūdò nulli de familia sacerdotū licebat comedere de sanctificatis Dño, nisi ille descenderet genere sacerdotū. Aut esset seruus emptitius, siue vernaculus eorū: qa isti pertinebant ad eos. Si autem esset mercenarius, aut inquilinus, comedere non poterat, vt patet Leu. 22. Si autem filia sacerdotis nupta esset alteri sacerdoti, poterat vesci sanctificationes. Si aūt non sacerdoti, nō poterat vesci, &c. Si tm̄ defuncto marito rediret ad patrē, poterat vesci: sicut prius q̄ nuberet. Leuit. 22. Quartò inter ea, q̄ proueniebant sacerdotibus de sacrificio p̄ peccato, de hostia pacifica, & de simila, & panibus, erat differentia, qm̄ alijs licebat comedere de sacrificio pacifico, & simila, qbus nō licebat comedere de sacrificio pro peccato. Leu. 22. Quinto eos, quibus licebat comedere de sanctificatis Dño, oportebat esse mundos à lepra & fluxu seminis, &c. Sextò si sacrificia p̄ peccato offerrentur, illa pars, quæ cederet in ius sacerdotū à solis masculis de genere sacerdotali comedenda erat. Leui. 6. Si tm̄ esset pars, q̄ cedebat in ius sacerdotum ex hostijs pacificis, vel de simila, & panibus oblatis: ab oībus tam masculis, q̄ fœminis de familia sacerdotis, iuxta supradictas cōdictiones, comedi licebat. Leui. 18.c.3.F. Et qui tāgeret illa sanctificata, deberet prius mundari. ibidem. 50.c.4.H. Et hoc si rei sacræ aliqua pars adhęreret rei tangenti. Et si non. Leu. 53.c.4.F

Si de sanctificatis comederet aliquis de stirpe sacerdotum sciens se in aliquo pollutum, moriebatur Leu. 22. Similiter & laicus, &c. Leu. 58.c.3.H

Ad comedendum de sanctificatis, illi, qui erant immundi, debebant lauare vestes, & carnem. De primo patet Leui. 11. Deute. 2. Leui. 22. Quia maior mundicia requiritur ad comedendum de sacris, quam ad hoc, q̄ sit mundus simpliciter. Ad mundiciam simpliciter, faciendum erat, quod dicitur Leui. 11. 14. & 15. cap. In quibus aliqñ iubetur lotio vestium: aliquando lotio vestium, & carnis: aliquando solius carnis. De quo Leuit. 16. Leuit. 239.c.3 G. Et lotio debebat esse ante solis occubitum, vt videtur: nisi aliquid in contrarium apparerer. ibid. 239.c.4.H

De sanctificatis debebant comedere filij Aarō. Leuit 7. & 22. Leuitic. 239.c.4.I

Sanctificata erant duplicia, quædam, quę offerebātur Domino. Et de quibus aliqua pars cedebat ei. Et ista erant: ne comederentur ab alijs, q̄ à sacerdotibus. s. de his, q̄ perueniebant in ius sacerdotum. Alia erant: quæ: s. separabantur à rebus prophanis, de quibus nihil offerebatur Domino super altare: sed de illis comedebant sacerdotes, & poterāt vendi laicis. & comedi poterant à laicis. Et de numero istorum erat agnus paschalis, quanquam de illo aliquid Domino pertineret. s. adeps, & sanguis. Leu 241.c.2.E. & sequen. & 245. col.1.A

De sanctificatis, quæ proueniebant in ius sacerdotum, non poterat comedere inquilinus, nec mercenarius sacerdotis. Leui. 241.c 4. H. Bene tamen serui, & vernaculi, cuius redditur causa. ibidem. 242.c.1.A

Illi, quibus non licebat comedere de sanctificatis, & comedebant, duas dabant pœnas si per ignorātiam fecissent. Nam primò soluebant totum, q̄d susceperant, & insuper quintam partem illius p̄ offensione. Secundo offerebat arietem pro peccato. Leui. 245.c.2.E. Et illa prior pœna erat pro sanctuario, & conuenienter, vt probatur. Leuiti. 245.c.3.H. Et potest dici aliter, q̄ illud dabatur sacerdoti, & non sanctuario, vt probatur. ibidem. Et hoc secundum est conueniētius ibidem. 246. col.1.E

De multum sanctificatis licebat sacerdotibus comedere, & eorum filijs masculis. Non tamen filiabus, neq; cęterę familiæ. Secus tamen de minus sanctificatis. Leui. 279.c.2.E

Sanctificatum dicitur quidquid diuino cultui applicatur, &c. Deuteron. 70.c.4.F

De cibis sanctificatis si comederet laicus immūdus in lege Moysi, peccabat dupliciter. Matt. tom 4. 5.c.3.K

Sanctificatus in vtero.

Sanctificati in vtero, licet non possint peccare, saltem

tē mortaliter, possunt tamen proficere ad maius bonum, & potest impediri profectus eorum per dæmones, vel malos homines, & ideo indigent custodia angelica. Matth. to. 5. 29.c.2.C

Sanctificati in vtero habent angelos custodes: immo indigent magna custodia, & à magnis angelis, &c. Mat. to. 5. 29.c.2.C

Sanctitas. Accipitur pro separatione ab omni contaminatione, siue corporali, siue spirituali. Leu. 19. cum dicitur: Sancti estote. Leui. 185.c.4.G

Superabundantem sanctitatem simulare, peccatū est. Mat. to. 4. 23.c.4.H

Sanctitas simulata duplex est iniquitas, vt ait Hieronymus. Mat. to. 1. 29.c.3.F. & to 4. 132.c.1.D. Mat. to. 6. 25.c.4.H

Sanctitatem possunt simulare religiosi absque hypocrisi. Mat. to 4. 130.c.4.H

Duplex est sanctitas spiritualis, quędam quæ in anima fit, alia, quæ fit per applicationem ad res spirituales. s. ad Deum, & ad res ordinatas ad Deum. Mat. to. 6. 198.c.4.I

Sanctuarium Apud Hebræos, non erat nisi vnicum sanctuarium. Exo. to. 1. 261.c.1.E. Et qñ arca & tabernaculum erant ab inuicem diuisa, sanctuarium dicebatur esse vbi erat tabernaculum. Et ad illum locum debebant conuenire omnes Israelitæ ad celebrādum tria festa. Et vbi erat sola arca non erat sanctuarium. Exo. to. 1. 261.c.3.G

Ad opera sanctuarij oblata sunt viginti nouem talenta auri, & septingenti triginta sicli, & centum talenta argenti, & septingenti septuaginta quinque sicli, & septuaginta duo millia talēta, & quatuor centum sicli æris, vt patet Exo. 38. Et aurum fuit ad deaurandum arcam fœderis foris & intus, & ad faciendum propitiatorium, quod erat de auro mundissimo, & ad in aurandum vectes, quibus arca portabatur, & ad faciendū Cherub. & quatuor circulos, per quos immittebantur vectes arcæ, & ad cooperiendum mensam propositionis, &c. Exo. to. 2. 15.c.3.D

Sanctuarium nomen generale est significās locum sanctum, vel habitationem sanctam, & sanctuarium, de quo Exo. 25. Significat tam tabernaculum, quam atrium tabernaculi, quia vtrumque erat ad solius Dei cultum dedicatum, & cęt. Exo. to 2. 18.c.1.E

Sanctuarium aliquando accipitur pro solo tabernaculo, vt distinguitur contra atrium, vt Exod. 28. Cum dicitur, quando ingredietur & egredietur sanctuarium. Exo. to. 2. 72.c.3.H. Aliqñ pro solo atrio tabernaculi Exo. 28. Cū dicitur, in sanctuario, aliquando pro toto aggregato ex atrio & tabernaculo. Nu. 3. cum dicitur, habentes curā sanctuarij, &c. ibidem.

Opus sanctuarij perfectum fuit in fine primi anni exitus de Aegypto, vt probatur. Exo. to. 2. 207.c.4.F. Et factum est in septem mensibus vel quasi. s. à principio sexti mensis vsq; ad finem duodecimi, vt probatur. Exo. to. 2. 207.c.4.H. Et inchoatū est totum opus in monte Sinai, & ibidem finitū. Exo. to. 2. ibid. Et erectum est in principio secundi anni exitus de Aegypto. Exo. tomo secundo. 208.c.1.E

In sanctuario erant tres distinctiones, scilicet, atriū, sanctum, & sanctum sanctorum. Exod. tomo 2. 214.c.3.G

Fabrica sanctuarij, qualiter imaginanda sit. Exo. t. 2. 219.c.2.B

Nullus intra sanctuarium sepelliebatur tempore legis veteri. Nunc autem intra ecclesiam. Leui. 84. c.1.E. Nec etiam sepelliebātur in locis habitationis, sed extra, sicut corpora Nadab & Abiu sepulta sunt extra castra. Et hoc duplici de causa. Leu. 84. colum. 2. B. Et apud gentes idem fuit vsus. ib idem.

Sanctuariū erat, in quo cæremoniæ cultus Dei fiebant, & habebat duas partes. s. tabernaculum & atrium, & quodlibet horum describitur. Leuiti. 153.c.1.A

Sanctuarium dupliciter dicebatur violari à filijs Israel secundum opinionem. Leu. 161.c.3.I

Extra sanctuarium aliqui viri sancti sacrificauerūt, ex hoc tamen nō increpantur, quia Deo inspirante fecerunt, vt Dauid, & Manue pater Samsonis, & Elias, & Samuel, &c. Leui. 174.c.1.D

Sanctuarium qualiter Israelitæ laici debebant metuere, iuxta illud Leu. 19. & sanctuarium meum metuite. Leu. 161.c.1.A. Et quomodo leuitæ metuere etiam debebāt, & quomodo sacerdotes minores & magnus. ibid.

Sanctuarium habebat aliquos redditus, licet paucos, & non multum certos, scilicet, de votis, quæ fiebant cum determinatione ad vsus sanctuarij. Nam si absq; tali determinatione fierent, ad solos sacerdotes pertinebant. Nu. 18. Sanctuarium habebat pecunias datas ab his, qui transibant ad numerum: nam quilibet dabat dimidiū siclum siue diues esset siue pauper, quando attingebat annum vigesimum. Tertio habebat spontaneas oblationis, quæ potius vocantur eleemosynæ q̄ redditus, & mittebantur in quādam arcam, quæ erat in sanctuario, quæ dicebatur gazophylatiū, quæ desuper habebat foramen, quo mittebatur pecunia ab his, qui sponte offerebant, de qua dicitur. 4. Reg. 12. & Luc. 21. & 2. Paralipo. 24. Quarto habebat pecuniam, quæ colligebatur, & peteba-tur in octaua die festiuitas Tabernaculorū, quę dicebatur festum cętus & collectionis, & dabat semel in anno, & quod quisque volebat. Leuit. 272.c.2.E

In sanctuario erant tantum quatuor ministrationes sacerdotales, prima erat oblatio sacrificiorū. Secunda incensio thymiamatis. Tertia propositio panum. Quarta incensio candelabri, & prima harum erat maior, &c. Leu. 275.c.1.B. vide etiam de sumptibus, è quibus ista omnia fiebant. ibidē. Num. to. 1. 48.c.2.A

In templo sanctuarium dicebatur pars, quæ erat versus Orientem, per quam erat introitus, quæ erat quadrangula non quadrata, quæ erat dupla ad aliam, quæ erat versus occidentem: & dicebatur sancta sanctorum. Matth. tomo qninto. 229. col. 4. G

Altare sanctuarij erat duplex, scilicet altare holocaustorum: & altare Thymiamatis. Matth. to. 6. 200.c.1.B

Israelitæ ibant in sanctuarium ter in anno. Mat. 6. 207.c.4.F

Nulla res immobilis poterat applicari in vsus sanctuarij, & ideo vel redimenda erat vel vendenda, si voueretur. Leu. 346.c.3.I

Sanctuarium & omnia, quæ in eo erant, diuidebantur in tres partes, & protabantur à tribus familijs leuitarū, scilicet, à Chaatitis, Meratitis, & Gersonitis. sed Chaatitæ portabant super humeros onera sibi deputata, alij autem in plaustris, &cæt. Num. to. 1. 12.c.1.C

Extra sanctuarium non poterant commedi ea, de quibus

quibus aliqua pars Deo prouenerat, de alijs autem sic.Num.to.1. 248.c.1.E
Soli laici soluebāt iura pro ministris sanctuarij.Mat. tomo 6. 208.c.2.C
Extra sanctuarium poterat consuli Dominus in veteri testamento,dum modo is,qui consuleret, esset summus sacerdos,& haberet Ephod.Iudic. 205. col.1.A
Sanctuarium quibus in locis fuerit sine arca,non est tanta certitudo,sicut de arca:tamen verisimiliter dicitur quòd post mortem Heli fuit translatum de Silo in Nobe, & postea in Gabaon,& inde adduxit illud Salomon in templum &c.1. Reg.to.1. 80.c.1.E
Nulla mulier obligabatur venire ad sanctuarium in festis Iudæorum,nisi soli masculi.4.Regum 86. colum.4.K
Vasa sanctuarij Moysi præcipua, erant sex scilicet, arca,altare thymiamatis,candelabrum,mensa propositionis,altare holocaustorum,labium æneum, in arca & in labio æneo nulla fiebat ministratio, sed in alijs quatuor.2.Paralip. 22.c.2.A
Quare in loco sanctuarij debebant fieri immolationes.Mat.to.7. 288.c.1.A
Sanctuarium Moysi prima sui diuisione diuidebatur in atrium & in tabernaculum, & rursus tabernaculum in duas alias,&c.2 Paral. 22.c.3.K
Christus occisus est in sanctuario.Mat.tomo 7. 288. colum.1.A
Sānctuarium Domini & omnes eius ministrationes, erant Iudæis in magna veneratione & terrore.Leuit.26.Custodite sabbatha, & pauete a sanctuario meo.2.Paralid. 86.c.2.B
De sanctuario Iudæorum & eius diuisione.Ma.to.4. 6.c.2.A

Sanctum sanctorum.

Sanctum sanctorum quare fuerit figuræ quadratæ, assignatur causa.Exo.to.2. 46.c.2.D
De ædificatione Sancti sanctorum,multæ assignantur causæ Exo.to.2.46.c.1.C. Sed quare sic dicere tur.ibidem 211.c.1.C
In Sancto sanctorum non erat candelabrum neque fenestra,ne angelus latens in propitiatorio in corpore phantastico videri posset,&c.Leui. 4.c.4.K
In Sancto sanctorum intrabat Moyses quoties volebat, non tamen sacerdos magnus, sed semel in anno,cuius assignatur causa.Leuit. 153.c.4.G
Minores tamen sacerdotes intrabant,quando deponendum erat sanctarium. Nec hoc erat inconueniens,vt probatur ibid. 154.c.2.A
Quando in Sancta sanctorum intrabat sacerdos, nō portabat vestem hyacinthinam, sed solum quatuor vestes lineas, quibus etiam induebantur minores sacerdotes.Leui. 155.c.2.E
Et confutatur opiuio Rabbi Salom.Leuit. 168.colum.2.C
Vnde dicendum, quòd hoc faciebat magnus sacerdos propter temporis cōditionem,quia erat dies afflictionis,&c.Leui. 168.c.2.D
Quare non licebat sacerdotibus ingredi Sancta sanctorum,nisi cū deponeretur tabernaculum, Nu. to.1. 41.c.4.I
Multa per excellentiam dicuntur Sancta sanctorū, &c.Num.to.1. 48.c.4.I
Sancta sanctorum, erat pars tabernaculi multum obscura,& secreta. Numer.tomo primo. 87. colum.1.A
Sancta sanctorum æquiuocè capitur in sacris literis.Num.to.1. 247.c.4.F
Sancta sanctorum in templo Salomonis erat altitudinis viginti cubitorum, secundum Hebræos, & alia pars templi erat triginta cubitorum altitudinis,& verior est opinio Hebræorum in hoc, quā opinio Latinorum.3. Reg. 55.c.1.B
Et volunt quòd domus, quæ dicebatur Sancta sanctorum esset minoris altitudinis,quam pars anterior templi, vt esset quadrata sicut erat in tabernaculo Moysi,Exod.26. Et hoc fecit Salomon ex Dei instructione.1.Paralipom.28.Et voluit Deus vt esset quadrata in significationem quatuor virtutum Cardinalium, nam Philosophus comparat perfectè virtuosum ipsi quadrato. 1. Ethicor. 3.Reg. 55.c.2.D
Sed de quadratura istius dicitur expresè.3. Regum 6.cum dicitur. Porro oraculum habebat viginti latitudinis,& viginti altitudinis.3.Regum 55.colum.1.E
Sancta sanctorum capitur dupliciter, vno modo strictè pro parte,scilicet, illa, in qua erat arca fœderis: alio modo largè pro toto tabernaculo vel templo 1.Paral. 91.c.3.G

Sanctus. Inter viros sanctos contingit aliquādo esse dissensiones absque præiudicio sanctitatis,vt inter Barnabam & Paulum, occasione cuiusdam Ioānis, qui vocabatur Marcus &c.Actuum 15.Et inter Abraham & Loth Gen. 13 propter iurgia pastorum,&c.Gen. 78.c.4.G
Hoc nomen sanctus multa significat: nam sanctus vno modo dicitur mundus vel sincerus, & hoc sonat nomē sanctitatis in Græco scilicet Hagios. ideſt sine terra. Et sic vocabantur Iudæis gens sancta Exo.19 & Deut.4. Alio modo sanctus valet tātum sicut applicitus Deo,& sic accipitur Exo.13. cùm dicitur sanctifica mihi omne primo genitū. Et sic vestis Aaron dicebatur sancta: Exo.28.& sic Iudæi dicebantur gens sancta.Exo.to.1.155.c.2.E. & 80.c.2.E.& 242.c.3.I.& 80.c.2.K
Sanctorum orationes sunt verbis succinctæ, & deuotione amplæ. Deut. 48.c.4.F
Sanctorum dies Natalitios cur Ecclesia non celebrat,sed obtus Natalitia tantum.Matth.tomo 4. 74.c.4.G
Aliquando viri sancti relinquuntur à Deo inter fluctus aduersitatum huius sęculi,vt tunc ad seipsos redeuntes,cognoscant quautum possunt, & se infirmos esse,nisi eos Deus adiuuerit,&c. 3.Regum 175.c.2.B
Sancti sæpè faciunt pecuniam, aurum vel argentū. 4.Reg 31.c.2.B
Sancti patres vete.testa.propinqui iam morti admonebant tunc filios suos propter duo. 1. Paralipo. 326.c.2.A
Sancti in patria existentes orant pro nobis,cuius oppositum asseruit Vigilantius, sed Hieronymus hunc errorem reprobauit, & refertur illius erroris reprobatio. Mat.to.3. 54.c.3.F
Sancti in patria nec merentur pro se,neque pro nobis, impetrāt tamen tam pro se,quam pro nobis, licet non idem; nam pro se gloriam corporis petunt,& pro nobis beatitudinem.Et aliud est impetrare,& aliud mereri.Et exaudiuntur preces eorū virtute meritorum præcedentium, & ex diuina acceptatione.Mat.to.3. 55.c.1.A
Sancti in patria illud petūt à Deo, quod sciunt Deū velle concedere suis orationibus, & ideo petunt. Mat.to.3.
Sanctorum orationes in patria proficiunt tam pro nobis,quam pro illis,qui sunt in Purgatorio.Mat. tomo 3. 55.c.1.B

Sancti homines, tempore Christi, summam habebāt charitatem, Matth. to. 6. 278.c.4.H
Quare omnium sanctorum suffragia sint imploranda, Matth. tom. 3. 55.c.2.A
Sancti existentes in vita ęterna, non sunt inuidi, Mat. tomo 5 182.c.3.k
Si aliquis sit deuotus ad multos sanctos ille, cui deuotius se commendat, magis pro eo impetrare potest, licet alijs sit minor, secundo; vt quia forte Deꝰ vult declarare sanctitatem alicuius, & ideo exaudit magis prẽces illius &c. Matt. to. 3. 55.c.2.C
Sancti omnes cognoscunt in verbo omnia quæ decens est eos cognoscere de actibus nostris, Matth. tomo 3 57.c.1.B
Qui sancti, in die iudicij non iudicabuntur, Matthæ. tomo 7 91.c.1.E
Solum trium sanctorum dies Natalis celebrat Eccle sia, scilicet, Christi, Matris eius, & Ioan. Baptistæ, & hoc non, quia nati sunt, sed quia diuinitus nati sunt, Mat. to. 4. 74.c.4.H
Quidquid in sanctis perfectionis est, totum cedit in gloriam & honorem Christi, Matt. to. 4. 230.c.1.D
Sancti orantes non petunt nisi quod iustum est, & Deo placere nouerunt, & suis precibus impetrandum sciunt, Matth. to. 7. 174.c.1.C
Sancti cognoscunt Deum & angelos. Matt. tomo 7. 197.c.3.G
Reliqua de Sanctis, vide in dictione Beati.

Sanctum. Dicitur illud, quod ad Dei solius cultum applicitū est, vt dies sabbati dicitur sanctus &c. Exo. to. 2. 18.c.1.E
Sanctum in sacris literis communiter tantum valet, sicut separatum, Leuit. 50.c.3.G. & aliquando tantum valet, sicut applicitum domino, ibidem, 53.c.1.A
Tripliciter aliquid dicitur Sanctum, vno modo, idest Deo applicitum. secundo modo, idest firmum. tertio modo, idest mundum, Leuit. 341.c.2.B
In vete. testam. erant quædam res sanctæ, quæ sanctificabant contingentes se, & quædam non, Nume. tomo 1 13.c.1.B
In rebus sanctis non est iocose procedendum, Matt. tomo 3 263.c.4.H
Quæ sancta sunt coinquinari non possunt, vt in ca. vestra, de cohabita. clericor. & mulier. Contra cleric. concubinar. 8.c.3.G

Sanebares. Apud Sanebares populos Aethiopiæ nullum animal quadrupes aures habet, Gen. 7.c.1.E

Sanguis. Sanguinem cum carne comedere prohibitum fuit ante legem, s. comedere membrum abscissum de aliquo animali viuenti, quod sanguine plenum esset, & hoc fuit ad vitandum crudelitatem &c. Sed bene licebat comedere sanguinem animalis iam occisi, Iudæis tñ prohibitum est oĩno comedere sanguinem, Leuit. 7. & 17. & Deut. 12. Gen. 118.c.1.A. Et hoc obseruabant Iudęi sup oẽs cęremonias, & iõ horrebant gentes, quare in cõcilio Apostolorũ cautum est, vt gẽtes abstinerẽt a sanguine, & suffocato pp scãdalũ iudęorũ, q ad fidẽ erãt cõuersi &c. Gen. 48.c.1.D
Quare Deus in vete. lege vetuerit comedere sanguinem, Gen. 117.c.4.I
Animam esse in sanguine dicit scriptura, Leuiti. 17. Genes. 118.c.1.A
Sanguis victimarum, qui ad basim altaris effundebatur, per quendã canalẽ recurrebat in aliquẽ puteũ, qui erat forte ĩfra altare, vel &c. Quidquid tñ illud fuerit, necesse est dicere, ꝙ iste sanguis desiccaret immediatè, & hoc miraculosè, ita vt redigeret in nihilũ, vel quasi in nihilum, aut saltem in aerem, alias multa sequerentur inconueniẽtia, Exo. to. 1. 78.c.1.B. Quare dicendum, ꝙ Deus supranaturaliter sanguinem hunc conuertebat in aliquod elementum subito, vt in aerem, vel ipsum annihilabat, Exo. to. 2 78.c.1.D
Sanguis sacrificiorum effundebatur super parietes altaris, & quia non poterat sanguis ibi detineri, fluebat per parietes ad basim altaris. Et sanguis holocaustorum ex ouibus, & capris, sed non ex bobus, fundebatur super altare, & inde effluebat ad basim altaris, & per parietes eius, Exo. to. 2. 79.c.3.G
Sanguis nunquam efferebatur intra Sancta sanctorũ bene tamen intra tabernaculum ad aspergendum coram velo Sancti sanctorum, Leui. 92.c.4.H
Sanguis hostiæ effundebatur per parietes altaris, ex Dei acceptatione, pro sanguine humano, Leuit. 11.colum.4.G
Inter sanguinem fundere ad basim altaris, & ipsum fundere per circuitum altaris quid inter sit, Leui. 12.colum.1.A
De sanguine hostiarum, qui effundebatur ad basim altaris, vel per parietes eius, si quęratur quid fieret, dicendum, ꝙ nec per planiciem atrij decurrebat, nec in aliquam foueam, sed subito in nihillum cõuertebatur, aut inuisibiliter in materiam aeream transibat, Leui. 12.c.1.B
Penes sanguinem erat aliquid specialius apud Hebræos, quam penes adipem, Mat. to. 7. 290.c.3.G
Sanguis dabatur pro peccato animæ in testamento veteri, Matth. to. 5. 63.c.1.E
Sanguis, & caro, quomodo accipi debeant in sacris literis, Matt. to. 6. 102.c.3.I
In omnibus sacrificijs fundebatur sanguis super altare, cuius causa erat expiatio peccatorum, Leuiti. 23.colum.4.I
Sicut in omnibus sacrificijs generale erat offerre sanguinem, ita & adipem, nam sicut sanguis erat ad expiationem, ita adeps ad suauissimum odorẽ Domini, & probatur inductiue per genera sacrificiorum, Leui. 24.c.2.A
Sanguis animalium licitorum ad vescẽdum, quę venatu, & aucupio accipiebantur, effundendus erat, & cooperiendus terra, Leui. 28.c.2.A
Causa quare sanguis animalis, immolati coram Domino, non debebat comedi, erat quia ad expiationem fundebatur, Leui. 28.c.2.C
Sanguis animalis non immolati non debebat comedi ob eruditionem pietatis &c. Leui. 28.c.2.C
Sanguinis aspersio contra velum sanctuarij quare septies fieret in sacrificio pro peccato sacerdotis, Leuitici 35.c.2.C
Sanguinem piscium, & locustarum posse comedi a Iudæis, asserit Ra. Sal. sed imꝓbatur, Leui. 59.c.4.K
In cæremonijs sanguinis fiebat diuersitas iuxta peccatorum inæqualitatem, Leui. 66.c.2.B
De sanguine secundi arietis, qui offerebatur, vt hostia pacificorum in consecratione sacerdotum, tinxit Moyses tres partes corporis Aaron, scilicet auriculam dextram, pollicem manus dextrę, & pollicem pedis dextri. Sed quare magis istas tres partes quam alias, Leui. 67.c.3.F
Scientia eſt habitus concluſionum demonſtratarum circa res,quæ non ſunt altiſſimæ,vt circa naturalia, & Mathematicalia,1.Paralip. 296.c.2.E

Scientia,

Scientia, quæ fit in anima ſeparata per influxum, ſubito fit, Mat.tomo 7. 202.c.4.F
Scientia, & ſapientia quomodo differant. 2. Paralipo. 9.c.4.F
Scientiarum authoritas non eſt ſumenda ex authoribus, Mat.tom.1.4.c.1.E. Sed conſiderando ſcientiam in ſe, ipſius authoritas prouenit ex duobus, ſcilicet ex obiecto, & ex modo procedendi, &c. Mat. tomo 1 4.c.2.B
Inter ſcientiam infuſam, & acquiſitam quid interſit, Mat.tomo 7 204.c.2.A
Scientiarum ſpeculatiuarum conſideratio non ſe extendit ad virtutem principiorum illarum ſcientiarum, quia in principiis tota ipſa ſcientia virtualiter conſiſtit, &c. Mat. tomo 2 22.c.3.H
Omnis ſcientia, a quocunque dicatur inuenta a Deo eſt, Mat.tomo 4 135.c.4.F
Sciphi in candelabro aureo quales eſſent, Exod.tomo 2 34.c.3.C

Scire. Hominem duo faciunt ſcire, ſ. exercitatio, & continua meditatio, Geneſ. 11.c.1.D
Quædam ſciri volumus, quæ videri non volumus, cuiuſmodi eſt actus coniugalis, Mat.to.4. 200.c.2.D
Sciens multis modis dicitur, & totidem ignorans, Exod.tomo 1 247.c.3.G
Eſſe Dei eſt ſcire eius, Mat.tomo 7 98.c.4.H
Sciendi originem tribuunt Aegyptiis illi, qui de ſapientia huius ſeculi loquuntur 1.Reg.to.1.67.c.2.E
Illud Ariſtotelis: Contingit plura ſcire, vnum tãtum intelligere, quomodo habeat intelligi, Mat.tom.7. 106.c.4.G
Scire noſtrum eſſe quoddam reminiſci dixit Plato, quod improbatur Parado. 92.c.4.I
Scire in vniuerſali eſt ſcire incomplete, Mat.tomo 7. 191.c.4.K
Sciens quis dicatur Geneſ. 177.c.1.D

Scylla. Duplex fuit Scylla apud Poetas, q̃dam fuit filia regis Niſi, & alia fuit filia Forci, &c.1.Paralip. 18.c.3.H
Scylla dicitur de ci eo, ideſt moueo, quia apud ſaxum ſcyllæ fit magna cõmotio fluctuũ, 1.Paral. 18.c.3.K

Scythæ. Antiquiſſimi populi ſunt, laudatæque virtutis, inter montem caucaſum, & taurum, Geneſ. 5.c.4.H
Scythæ deſcendunt a Magog filio Iaphet, vt dicit Hieronymus, & ab his ſunt Gothorum reges, qui p orbem magnalia geſſerunt, & Hiſpaniam populauerunt, & vocantur nunc iſtę gentes vulgariter Turci, Geneſ. 51.c.1.C
Regnum Scytharum, quia nobis Gothi dicuntur, incæpit primo anno vitæ Iſaac, quorum primus rex fuit Thanus, & poſt eum Ninus, Geneſ. 57.c.3.F

Scopulus. Dicitur quaſi ſpecula a ſpeculando, quia ex ipſis poſſunt homines ſpeculari ea, quæ longe ſunt propter ſcopulorum altitudinem 1.Regum tomo 1 215.c.1.D

Scorpio, vel ſcorpius.

Scorpioni eſt ſimilis æmulus Ioſue tomo 1. 7.c.1.E
Scorpio vocatur flagellũ, quoddam quod in funiculis habet ſphęrulas plũbi, ſin fine funiculorum, vt fiat grauior percuſſio, & vocatur ſic, quia ſicut ſcorpio mordet cauda, ita & hæc flagella percutiunt cũ extremitatibus, &c.3.Regum 107.colum.3.G. 2.Paralipomen. 141.c.2.E

Scortum. Dicitur meretrix abſcõdita, quæ ſe venalẽ tribuit, ſeipſam tñ publice nõ exponit, q̃ vulgariter dr̃ ramera, Leui.221.c.4.G

Scortator. De quo Deute.23. ſecundũ aliquos Hebræos, eſt ille, qui ad vitium ſodomiticũ ſe exponit, quia in Hebræa lingua dictiones ſignificãtes meretrices, & ſcortatores, paſſiones notant: litera tamen Chaldaica dicit, quòd in hoc vetatur matrimoniũ Iudæi cũ Gentili, i. ex gẽtilitate conuerſa, & e contra, ſed litera Chaldaica non conuenienter aſſignat ſignificationem iſtorũ vocabulorum, &c. Deuter. 122.c.1.E

Scriba. Scribæ vocãtur doctores legis, & eorum officium erat interpretari legem, & docere, Mat.tomo 5 183.c.4.F
Scribæ vocantur habentes magnas dignitates, & dicuntur ſic, eo q̃ ſcribũt leges dandas populis, & ad idem pertinet, quod dux. Geneſ. 407.c.3.F
Scriba, apud Hebræos, dicitur ſapiens, cuiuſcunque eſſet tribus 1. Paralip. 52.c.1.E, Mat.to.1.146.c.2.C
Scribæ diuerſa habent nomina, Mat.tom.5.251.c.3.I
Scribarum, & Phariſæorum iniquitates manifeſtabãtur, a Chriſto, & proderat hoc diſcipulis Chriſti, Mat.to.6.168.c.3.G, Et ſolos hos increpabat Chriſtus, ibidem 170.c.2.B
Scriba eſt nomen ſapientis, nam apud latinos viri periti vocantur ſapientes, & apud Hebræos ſcribæ, & apud Perſas magi, vt ait Remigius, Matt.to.3. 147.c.4.F, & 179.c.2.D, & 182.c.2.D, to.6.123. c.2.E, & 155.c.4.F, & 169.c.1.E, & 244.c.3.F
Illum Scribam, de quo Mat.8. Chriſtus nõ recepit ad diſcipulatum pp multa, ſ. propter nouẽ, ſed pręcipue pp tertium eorum, Mat.tomo 3.148.c.1.D. Et dixit illi, vulpes foueas habent, &c. propter multa ibidem. 148.c.3.G. Sed iſta ſunt myſtica, literalis tñ ratio eſt, q̃ iſte volebat ſequi Chriſtum pp auaritiã, & ideo Chriſtus reſpondit, vulpes foueas habent, &c. Mat.tomo 3 148.c.4.K
In ſcribis, & Phariſęis erant duo, ſcilicet bona doctrina, & vita peruerſa, Mat.tomo 6 171.c.2.A
Illi ſoli dicebantur Scribæ, qui in ſacris literis docti erant, Matt.tomo 4 66.c.4.K
Et dicebantur doctores legis illi, qui inter Iudæos prædicabãt legem, Mat.to.4.120.c.4.K. Et dicebantur Scribę a ſcripturis, quia erant ſapientes in ſacris ſcripturis. ibidem 258.c.4.G
Scribæ, & Phariſęi diſperſi erant per totam terram Iudæorum docentes populum, Mat.to.4.121.c.2.B
Quidam Scribarum erant ex Phariſęis, Mat.tomo 6. 123.c.2.E, & 155.c.4.F, & 169.c.1.E
De duplici Scribarum, & Phariſæorum iniquitate, Mat.to.6. 173.c.1.A
Scribarum nomine poterant intelligi Sacerdotes, & ſeniores, Mat.to.6.170 c.2.B, Similiter, & Phariſæi, & è contra, Mat.to.4 192.c.1.A
Scribæ, & Phariſęi erant ſeniores, quos Chriſtus redarguebat, Mat.tomo 6 173.c.2.B
Scribarum, & Phariſęorum ambitio ſignificatur, cũ dicit, Mat.23. Amant primos accubitus in cęnis, & primas cathedras in ſynagogis, Mat.to.6 174.c.2.A
Chriſtus reprehendebat Scribas, quia corrumpebant veritatem vitæ, Mat.tomo 6 238.c.3.I
Scribæ ſapientes fiunt ingenio, & labore humano, Mat.tomo 6 243.c.2.A
Scribæ, & ſapientes diſtinguũtur, Mat.to.6.244.c.3.H

Scribere. Antiqua cõſuetudo fuit ſcribere in tabulis ceratis 4.Regum 214.c.4.F

Scriptura ſacra.

Scriptura ſacra dr̃ altiſſima, quia omne negotiũ humanũ altitudine dignitatis, & difficultatis antecellit, quod probatur inductiue per omnes liberales artes, Geneſ. 1.A
Circa ſacrã ſcripturã magna hæreticorũ caterua a ſenſu Catholico delirauit, quia ſuis propriis viribus nitebatur

tebatur eam exponere Geneſ. 1.A
Vnde ſacræ ſcripturæ difficultas ardua ſit hominibus Geneſ. 1.B
Scriptura ſacra adeo eſt difficilis, vt in quibuſdam locis, vſque hodie, non pateat intellectus Geneſ. 1.B
Sacra ſcriptura omnes artes, & negocia dignitatis altitudine antecellit, vt probatur diſcurſiue Gen. 1.B
Sacra ſcriptura dicitur intellectus, & ſapientia a magna eius certitudine, & altitudine Geneſ. 2.A
Sacra ſcriptura eſt vtilis, & honorabilis valde Geneſ. 2.A, & 15.c.4.G, & Deuter. 98.c.2.A
Sacra ſcriptura, ita omnibus ſuis partibus perfectiſſime conſtat, vt nec additamentum, neque ſubtractionem patiatur Geneſ. 2.A
Sacræ ſcripturæ vltima intentio eſt homines ad vitæ ęternæ expectationem attolere, Geneſ. 2.B
Sacra ſcriptura duo continet opera, ſcilicet creationis, & recreationis, ſed ſecundum eſt principale, & in ipſa principaliter continetur, quare de creatione vnicus liber eſt, de redemptione vero omnes alii. Et hoc tripliciter, &c. Geneſ. 2.B, & 1.c.2.A
Circa ſcripturæ ſacræ intelligentiã Chriſtus mordet Phariſęos, propter quatuor, Mat. to. 5. 79.c.2.C
Scriptura interdum capit partem pro toto, Mat. to. 5. 81.c.1.E
Sacræ ſcripturæ authoritate nihil firmius, Mat. to. 5. 238.c.1.C
Sacræ ſcripturæ ſenſus ablatus eſt a Iudæis, quia excęcati ſunt, &c. Mat. tomo 5 270.c.3.k
Iudæi ponunt tres ordines in canone ſuorum librorũ Mat. tomo 6 159.c.4.G
Scripturę ſacræ primus liber, qui de creatione agit, a principio Geneſ. vſque ad principium Exo. cæteris anteponitur ordine temporis, & naturæ Gene. 2.B
Sacræ ſcripturæ authoritates ſunt tela, & arma offenſiua, & inuaſiua, quia hoſtium iniquitatem confodiũt, fides vero eſt armatura defenſiua Gen. 9.c.1.E
Scriptura ſacra non indiget coloribus rhetoricis, quia a ſe habet pondus authoritatis: & vt ſuſpitionem falſitatis effugeret, neque fucatis coloribus perſuadet, ſed ſuapte natura, & magnitudine animos audientium allicit, Geneſ. 12.colu. 3.k, Leui. 84.c.4.F Mat. tomo 3 275.c.2.C
Nulla ſcriptura eſt magis difficilis intellectu, quam Apocalypſis Geneſ. 13.c.3.H
Poteſtas aperiendi Sacram ſcripturam dicitur clauis Dauid, quia Dauid plura myſteria de Chriſto cognouit, quam cæteri Prophetæ Geneſ. 13.c.4.K
Scripturæ ſacræ intelligentia dicitur ſemita, quia anguſta eſt, neque deuiare licet, quælibet enim deuiatio mortis periculum inducit, &c. Gene. 15.c.1.C
De his, qui Scripturam ſacram docere volunt, cum ipſi docti non ſint, Geneſ. 16.c.1.E
Sacra ſcriptura veritas diuina eſt, ideo iudicium noſtrum debemus regulare per illam, illud ad eam applicando, non autem applicando legem Dei ad intellectum noſtrum, quia ſic periret omnis cognitio veritatis, ceſſante certo modo cognoſcendi, Geneſ. 16.c.4.F
De his, qui Sacram ſcripturam retorquent, Geneſ. 16.c.4.F, & 403.c.4.K
Scripturæ ſacræ ſenſus literalis multum differt a Parabolico, Geneſ. 21.c.1.A
In Scripturæ ſacrę ſecundo canone ponuntur octo libri, ſ. Ioſue, iudiciũ, cum Ruth, duo lib. Regũ, qui dicũtur Samuel, & quartus eſt duo libri ſequentes, q̃ vocant Malachin. quinus, Eſaias, ſextus, Hieremias. ſeptimus Ezechiel. octauus lib. 12. Prophetarum minorum, qui vocatur Thareaſia. vt patet in prologo Galeato Geneſ. 21.c.1.A
In ſcriptura Sacra multæ ſunt anticipationes, ſicut in Ioſue, qui vocatur ſic Exo. 24.32, & 33. Et nũquam vocatus eſt Ioſue, quouſq; mutatũ eſt nomen eius, quod erat Oſee Num. 13. Geneſ. 21.c.1.D
Quòd Sacra ſcriptura lepido, & ornato ſermone cõpoſitia, nõ ſit in cauſa eſt vitiũ interpretũ, ſed hæc cauſa non eſt valde efficax, qa ẽt in Hebræo ſcripta eſt rudi ſtilo, vel iõ, vt ruſticã plebẽ facilius inſtruerent, quia ruſtici magis erudiunt̃ verbis planis, vel vt in vna eademq; ſententia aliter ſentiret doctus, & aliter indoctus, &c. Geneſ. 30.c.3.F
Sacræ ſcripturæ fructus eſt illius intelligentia, & radices eius ſunt in cœlo, quia illa, Deo dictante, compoſita eſt, vt patet 2. Pet. 1. cum. dicitur non enim aliquando voluntate humana, &c. Geneſ. 30.c.4.F
Quòd Scriptura ſacra maneat in ęlo, vt. ſ. ea, quę per Sacram ſcripturam ſcimus, in cœlo experiamur, Geneſ. 31.c.2.E
In Sacra ſcriptura nulla ſunt recipienda mendacia, Mat. tomo 6 171.c.4.K
Scriptura ſapientia dupliciter accipitur, Mat. tomo 6. 244.c.2.E
Ad Sacrã ſcripturã exponẽdã, ſexta regula Ticonii eſt de anticipatione, & recapitulatione, Geneſ. 4.c.4.I & 64.c.3.F
Tota Scriptura ſacra tendit ad Meſſiam redimentem Geneſ. 25.c.2.A
In ſacris literis qñ aliqua propoſitio dupliciatur, vel ad ſpiritualẽ ſenſum refertur, vel vt auditores, ſint val de intẽti, vt dicit Hieronymus in quodã prologo ſuper Prophætas minores, Geneſ. 29.c.2.B
In ſacris literis minores maioribus aliqñ præponũtur: exẽplũ eſt in filiis Noe, quorũ Sem fuit vltimus, & cæteris præponitur, & in filiis Ioſeph, quorũ minor erat Ephraim, & Manaſſe maior, Gen. 34.c.2.C, & 60.c.1.C
Scriptura ſacra intellectui noſtro ſe conformat, Gene. 56.c.1.C
Litera Sacræ ſcripturæ debet accipi per ſubauditam ſupplecionẽ, qñ accipiendo eã ſicut iacet, ſequitur aliquod inconueniens. Alias autem debet accipi, ſicut iacet, Geneſ. 29.c.3.I, & 151.c.4.G
Scriptura ſacra eſt multum artificioſa in narrationibus ſuis, & ideo non narrat ſingula, quæ tãgunt rẽ illam, de qua egit ſed ſolũ ea, quæ faciunt ad intentionem narrantis, &c, Geneſ. 95.c.4.F
In ſacris literis non valet argumentum ex ordine literæ, cum neceſſe ſit poni anticipationem in multis, ſimiliter. & recapitulationẽ, &c. Gen. 112.c.3.k
In ſacris literis, & aliis ſcripturis, cum anticipatio, & recapitulatio ſint contra ordinem naturalem rei, nunquã Sacra ſcriptura, aut alii ſcriptores vtuntur eis niſi propter aliquã neceſſitatẽ, ſcilicet, quia acciderent aliqua incõuenientia, ſi non mutaretur ordo, quia fieret confuſio, & obſcuritas in intelligendo, vel frequens repetitio. Aut referretur res ſingula ſecundũ conditionem ſuam, & interdum fieret impoſſibilis narratio, quia interdum multę res factę fuerunt ſimul tempore, tñ non poſſunt ſimul narrari, &c. Geneſ. 113.c.2.B
Quoties in ſacris literis fit mentio de dicere Dei, vel locutione Dei, ſumenda eſt regula, q̃ ſi id, quod dicitur, poteſt competere Angelis, intelligitur ſermo dictus vel locutio mẽtalis ad Angelos, ſi vero nõ, ſed ſoli Deo, intelligitur quaſi ibi ſit ſermo vnius perſonæ diuinæ ad aliam, licet in rei veritate nullus ſermo aut dicere ſpeciale ibi ſit, Geneſ. 131.c.2.E
Scriptura ſacra in mõ loquẽdi de productionibus rerũ oſtẽdit differentiã dignitatis earũ, nã oſtẽdit virũ perfectiorem fęmina, ipſam vero fęminam cęteris rebus

rebus digniorem ostendit,cuius assignantur causę, Genes. 132.c.4.F
In sacris literis vet.test. quadrupliciter capitur peccatum,Num.tomo 1 72.c.1.C
In Scriptura sacra aliqñ Spiritus sanctus verbis, aliqñ factis,sua secreta demonstrat Genes. 271.c.3.I
In sacris literis aliquid narratur bis aut pluries, & nõ secundum eundem ordinem.Ad sciendum verum ordinem rerum gestarum inquirendum est circa illas narrationes, si inueniatur aliqua ratio mouẽs, quare recitans debuerit moueri ad mutandum ordinẽ,vel addicẽdũ potius sic,q̃ sic. Et tunc tenendũ est, quòd non est ille ordo rei gestæ verissimus. Et sic quærendum est, quando aliquid multoties dicitur diuersimode,qñ aũt deuenit ad hoc, ꝙ nõ magis refert sic,q̃ aliter dicere,illud est,quod teneri debet,tanq̃ verusordo rerũ gestarũ,&c.Gen.290.c.1.E
In sacris literis, qñ narrat̃ idem multoties, & diuersis modis,& vnus illorũ modorum est positus ab ipso scribẽte librũ,& alius est, quẽ tenuit ille, q talia dixit de quo scribẽs scripsit, tũc videdũ est quis sit ordo, quẽ ponit scriptor libri,& ille, est ordo narratio nis vel rei gestæ, & nõ ille ordo narrationis,quẽ tenuit is,de quo scribẽs scripsit,exẽplũ habet, Genes. 24.Et ponit̃ fundamẽtũ huius regulę.Ge,290.c.2.A
In Scriptura sacra multoties idẽ locus, & eadẽ persona diuersis nominibus nũcupat̃, vt probat̃ exẽplis, & ista varietas magnam intricationẽ facit in historiis,ita quòd multi coguntur errare,Gen.345.c.3.G
Scripturæ sacræ consuetudo est oẽs superiores vocare patres, & oẽs descẽdẽtes filios, vt patet extra de verbo.signifi.ca.nam, & rex Nabuchodonosor Genes. 386.c.4.F
Contra Sacram scripturam extorquentes proclamat author,Genes. 403.c.4.G
Inter Sacræ scripturæ sensum literalẽ, & parabolicum hoc interest,nã literalis est, quẽ intẽdit ille, qui illa verba ꝓfert.Sensus aũt parabolicus est, quẽ faciunt illa verba in cortice obscure prolata,quem intendit proferẽs,sed sic profert, qa vult intẽtionẽ suã occultari,sicut dixit Christus, Mat.13.vobis datũ est nosse mysteria regni cœlorum, cæteris autem in parabolis, &c.Genes. 408.c.2.A
Scriptura sacra continet duo opera Dei principaliter, s.creationis, & redẽptionis, de primo agit in exordio lib.Genes. secũdũ inchoat̃ in cęteris,quæ consecutionis ordine subnectuntur,&c. Exo.to. 1. 1.c.1.B & 170.c.3.I
Omnes libri Sacræ scripturę ordinantur ad Messiam, & in ipso, quasi in quodã solidissimo cardine deoluũtur. Et ordo ipsorum in ordine ad Messiam designatur, Exod.tomo 1 1.A
Scriptura sacra cõdescendit ad nostrum modum intelligendi,Exod.to.1.17.c.4.H, Iosue tomo 2. 30.c.4.F
Scriptura sacra non quærit fastidiosum lectorem, sed solertem,&c. Exod.tomo 1 48.c.4.I
Multa sunt loca Sacræ scripturæ,quę caute sũt exponẽda quia sensum valde crudũ in cortice præseferunt, &c.Exod.tomo 1 58.c.1.D
Tota vis Sacrę scripturę est in pũctuatione, Exo.tom.1. 23.c.3.K
Qñcunq; in Sacra scriptura dr̃ Deũ aliquid egisse, nunq̃ illud sine ministro ꝑ seipsũ egit, nõ qa ipse in faciẽdo laboret, sed qa sic decet dignitatẽ eius, cũ habeat tãtã copiã ministrorũ.Et hoc itellige, nisi illud,quod faciẽdũ est,excedat potẽtiã subsũtiæ creatæ, qa tunc Deus se solo operatur, &c.Exo.tomo 1. 59.c.2.B
In Scriptura sacra frequenter fit repetitio eiusdẽ rei ꝓp duo,primo,vt aliqd addat̃ secũdo, vt magis cõmẽdet̃ memoriæ,& iõ nõ fit repetitio, nisi eorũ,q̃ erãt valde specialia,& Deus volebat illa multũ custodiri, cuiusmodi est abstinentia ab idolorum cultu, & sabbatum,Exod.tomo 1 95.c.4.H
In Scriptura sacra fiũt interruptiones rõnabilius,q̃ fieri possunt,qa Spũ sãcto dictãte Exo.to.1.96.c.1.A
In Scriptura sacra aliquando vocatur spiritus, incentiuũ,vel impetus rei, iuxta illud Psal.9 spiritus procellarũ, & Psal.149.& Nu.5. Si spiritus Zelotypiæ, &c.Exod.tomo 1 120.c.4.k
In Scriptura sacra frequenter ponuntur aliqua, quæ non sunt valde necessaria ad significãdum affectionem dicentis,&c.Exod.tomo 1 123.c.2.C
In Scriptura sacra veteris testamẽti quare Angeli dicantur Deus,& nõ dicant̃ Angeli,ideo.s. est,ne daret̃ Iudæis causa idolatrandi, quia proni valde erãt ad idolatriam.Postea vero quando non timebatur istud periculũ, declarat fuisse Angelũ, quẽ aliquãdo dixit Deum,vt patet Iudi.2.Ascendit Angelus Domini de Galgala,&c. Et aliquãdo quare dicatur Deus,& interdum Angelus, Exo.tom.1.158.c.2.C
Scriptura sacra, quando ponit leges, non vtitur Metaphoris, licet aliquando vtatur illis in Prophetiis, &c.Exod.tomo 1 230.c.2.A
In sacris literis dicitur aliqua res multoties, quoties Deus vult illam,vt multum imprimatur,Exod.tomo 1 262.c.3.F
Scripturæ sacrę mos est dicere aliquid bis, sed diuersimode,&c.propter duo Exo.tomo 2. 10.c.3.I
Sacra scriptura multoties vtitur Hyperbolica locutione Exod.tomo 2 14.c.4.K
Scripturæ sacrę veteris testamenti duplex est expositio,quo ad legalia:iuxta duos fines intentos a legislatore, etiam iuxta literam, sed primum intendit author prosequi, &c. Exo.tomo 1. 18.c.4.k
In Scriptura sacra non semper obseruatur proprietas vocum,&c Leuit. 81.c.4.k
Cum in Scriptura sacra sæpius dicatur,peribit de populo suo, hoc dictum potest intelligi dupliciter, vno modo per denunciationem, alio modo per imperium,si primo modo,nõ est sensus,quòd a iudice deberet occidi,sed a Deo inferente mortem. Et si secundo modo, debet intelligi, quòd a iudice occideretur, & ex adiunctis colligitur in quo sensu debeat capi.Leui. 172.c.3.H
Scriptura sacra multoties vtitur figura, quæ dicitur pleonasmus, Leui. 192.c.3.k
Scriptura sacra interdum habet modum historicum, referens ea,quæ facta sunt,nihil distinguens,an vera vel falsa,bona sint vel mala, Leui. 222.c.1.D
Scriptura sacra illas aliqñ vocat concubinas, quæ verę erant vxores, vt patet de vxore illius Leuitæ, de quo Iudi.19. Et de Agar ancilla Abrahæ, & de Cethura,Gen.16.& Genes.25.Leuit. 222.c.2.E
Nõ oẽs termini positi in Scriptura sacra designãt differentiã rerum,sed aliqui sunt, qui interdum nihil agunt,Leui. 232.c.2.B
In Scriptura sacra vnus locus exponitur per alium, in quo magis res aperitur,&c. Leui. 279.c.4.H
Scriptura sacra nõ semp ponit oĩa,q̃ scribuntur ad aliqua misteria significãda, sed solũ ſæpe ponit ad ordinẽ rei enarrandum. Leui. 382.c.2.C
Scripturæ sacrę mos est aliqd alicubi imperfecte ponere, & alibi supplere quod omissum est, vt ꝓbat̃ exẽplo Num.to.1.45.col.4.H,& 178.c.3.H,& 182. c.3.F,& Iosue to.1.138.c.3.K. 2.Paral. 128.c.4.I
Secũdũ Scripturę sacrę cõmunẽ locutionẽ,spũs dr̃ oẽ principiũ actiuũ,motiuũ vel impulsiuũ, & ob hoc aĩa nr̃a,dr̃ spiritus,qa est principiũ totius motus, & operationis nostrę, Num.to.1. 63.c.1.B
Scriptura sacra non tantum curauit obseruare in rebus

rebus enarratis ordinem temporis quàm ordinem materiæ,Num.tomo 1 77.c.2.B
Scriptura sacra interdum plus dicit, & minus significat,nam vtitur hyperbole,qua locutione sæpius vtitur,Num.tomo 1 116.c.4.I
In sacris literis sæpe fit transitus de tertia persona ad primã,vel ad secũdã,Nu.to.1.111.c.2.C.& 167.c.4.I
Scriptura sacra nõ curat multoties de ordine dignitatis,vel rõnis in narratione,Nu.tomo 1 157.c.3.F
Aliqñ in scriptura sacra ponitur numerus certus pro incerto,Num.tomo 1 204.c.4.F
Scriptura sacra nunquam allegat aliquam auctoritatem,nisi in sensu literali, vt ait Dionysius de mystica Theologia,Num.tomo 1 264.c.2 E
Scriptura sacra accipit durum, & molle metaphorice,appellans obstinatum durum,& gratiosum molum,Num.tomo 2 21.c.3.G
Sctiptura sacra multos libros allegat, qui non sunt, vt librum bellorum Domini,Num.21.& lib.iustorũ, Iosue 10.& 2.Reg.1.&c.Num.to.2. 25.c.4 F
libris historialibus scripturæ sacræ raro, vel nũquã reperitur repetitio eiusdem sententiæ: bene tamen in lib.Salomonis, & in Prophetis, & prçcipue in Isaia,Num.tom.2. 29.c.3.I
Scriptura sacra facit differentiam inter montana, cãpestria,& planitiem, Num.tomo 2 31.c.2.A
Scriptura sacra aliqñ transit de toto ad partem fin regulas Ticonii,Num.tomo 2 53.c.2.B. Et econtra, ita vt vna pars literæ exponatur de parte, & alia de toto,vel econtra,Deute. 179.c.2.E
Ad scripturam sacram exponendam septem regulæ ponũntur a Ticonio,quæ referuntur, Nu.tomo 2. 50.c.2.B
Scriptura sacra sæpissime accipit propositiones vniuersales in voce, quæ tamen secundum rem non sunt vniuersales,Num.tomo 2 57.c.2.B
In scripturæ sacræ expositione vitium est, si existente sensu literali,recurratur ad allegoricum,&c. Num. tomo 2 113.c.4.F
Plura sunt in scriptura sacra loca, quæ habent duos sensus literales,Num.tomo 2. 56.c.4.F.&57.c.4.F. Quorum vnus subordinatur alteri, vt illud Exodi 12. Os non comminuetis ex eo, & illud Deute.18. Prophetam suscitabit Dñs,Deut.102.c.3.k.& illud Deut.25.Non ligabis os boui trituranti,Deut.133. c.1.E.1.Paral.262.c.1.E.& 324.c.4.k, Mat.tomo 4. 59.c.3.k
Scriptura sacra multoties vtitur plurali pro singulari, Num.tomo 2. 113.c.4.I.& econtra. Et ponuntur exempla,2.Paralip. 59.c.4 G
Ab ordine literæ sacræ scripturæ nunquã recedẽdum est, nisi pp aliquã causam manifestã, Nu.tomo 2. 167.c.4.F.& 189.c.3.K.& 4.Reg.246.c.1.C:1.Paralip.288.c.2.E.De Trini. 7.c.1.D
Scriptura sacra, quando aliquid debet narrare, illud non sæpius narrat perfectè, ne illud cogatur repetere inutiliter,Num.tomo 2 168.c.2.B
Scriptura sacra sępe mutat nomina, cũ res habet plura noĩa,Nu.tomo 2. 178.c.2.D.& 180.c.1.B
Scripturis sacris nihil põt subtrahi, vel diminui, quia omnis sacra scriptura Spiritu sancto dictante conscripta est,2.Pet.1.Omnis prophetia scripturę, &c. Deut.18.c.3.H.Sed quantum ad additionem,aliter dicendum est, quia dupliciter fieri potest additio. Vno modo,vt illud,quod quis addit, habeat tãquã aliquid de textu, & necessariũ, sicut aliqua, q̃ sunt de textu, & tanquam a Spiritu sancto dictum. Et qui talia agunt mortem æternam incurrunt, &c. Alio modo fit additio per modum interpretationis,&c. Et isto modo non vocatur proprie additio, sed illustratio,Deut. 18.c.4.H
Scriptura sacra magis practica est,quã speculatiua,qa est q̃dã regula directiua actus humani, & materia, qua vtit, sunt actus humani, secundum quod sunt Deo accepti,vel odiosi, Deut. 19.c.2.C
Scripturæ sacræ finis est operatio,Deut. 19.c.2.E
Scriptura sacra põt dici sapientia,Deut. 19.c.3.F
Scriptura sacra nõ põt semper adimpleri ad literam, sed aliqñ per tropologiam, & metaphoram, & ille erit sensus literalis,vt multoties cõtingit in Prophetis,vt Isa.11.cum dicitur: Leo, & bos paleas comedent,&c.Deut. 32.c.2,D
Scriptura sacra nũquã mãdat inutilia,Deut. 32 c.2.D
Scriptura sacra vtitur hyperbole duplici de causa.Prima,vt imitetur modum loquendi vulgarẽ, &c. Secũda ad cõmouẽdos animos,&c. Deut. 43.c.3.K
In scriptura sacra mutatio psonæ nunquã est admittẽda sine necessitate,vt Deut.15.cũ dr: In conspectu Dñi Dei tui comedes ea tu, & domus tua, Deuter. 85.c.4.G
Scripturæ vete.testam.loquuntur de Christo, aut clare.i.in sensu literali, & principali, aut in metaphoris,quæ ad alium modum, & sensum videnẽ trahi, saltem in cortice literæ,Deut. 102.c.3.H
Scriptura sacra in plerisque non obseruat significata dictionum propria,Deut. 129.c.3.F
Scriptura sacra aliquando ponit aliquid ex super abũdanti, quod licet sit determinatio, non tamen est necessaria,Deut. 143.c.3.k
Discere sacrã scripturã, nõ ordinat ad scire tantũ, sed maxime ad agere,Deut. 165.c.1.B
De sacræ scripturæ vete.testamen.auctoribus, Deute. 184.c.2.A
Scripturæ sacræ vete.testam.libri, qui canonici dicuntur, in tres ordines distribuuntur. Primus ordo est legalium,scilicet,quinque libri Moysi. Secundus ordo est prophetalium, qui plures continet libros secũdũ Iudæos,quorũ. Primus est Iosue.Secũd⁹ Iudicũ,cui adiungit liber Ruth. Tertius est Samuelis, i.primus,& secũdus Reg. Quart⁹ est li.Malachim, i.lib.Reg.i.tertius,& quartus. Quintus Isai. Sextus Iere.Septimus Ezechiel. Octauus lib.12.,pphetarũ minorũ.Tertius ordo cõtinet Agiographa, quorũ liber primus ponit liber Iob.Secundus Dauid.Tertius Salomonis, scilicet, Parabolę, Ecclesiastes, & Cãtica.Sextus Daniel.Septimus Paralipo.Octauus Esdras.i.primus,& secundus Esdr. Nonus Esther. Alii sunt libri ad sacrã Scripturã pertinentes, qui in canone non sunt.Et quartum ordinem tenent,qui dicuntur apocriphi.i.Iudith,Machabæi, Sapientia, Iesu Sirach,Tobias, quibus ecclesia minorem accommodat auctoritatem, quã cęteris prædictis, Iosue tomo 1 1.A
Ordo librorum sacræ Scripturæ, aut attenditur quantum ad dignitatem, & auctoritatem Doctorũ, aut quantum ad ordinẽ tpalẽ rerũ narratarũ,aut psonarũ scribentiũ, Iosue to.1.2.A. Primo modo sunt libri Moysi in vete.testamen. Et Euangelia in nouo. Et liber Iosue, & cæteri libri prophetales præcedunt librum Iob. Secundo modo deberet liber Iob præcedere omnes libros præter Genesim.Tertius modus procedendi attenditur ex persona scribentis.Et iste ordo est inter Aggæum,& Zachariã, & inter Euangelistas.Iosue tomo 1. 2.A
In sacris literis est frequentissimus modus fallaciæ cõpositionis,& diuisitionis,Iosue tomo 2. 5.c.1.E
Multum valet assidua in sacris literis meditatio,Iosue tomo 1 20.c.4.F
Scriptura sacra breuiloqua est, &c. Iosue tomo 1: 26.c.2.D

Index in omnia Opera

Per ſcripturam ſacram erudimur dupliciter.ſ.timore, & amore,Ioſue tomo 1 121.c.4.F

Qñ in ſacra ſcriptura ſunt duo loca, vbi agitur de eodem,potiſſime cum conſiſtit in quantitate, vel numero. Et in vno ponitur minutatiuus, ille locus eſt magis tenendus, non quidem, quia alius falſus ſit, ſed quia in vno non curauit ſcriptura diligentiſſime inquirere numerum,aut magnitudinem rei vſque ad minutiſſima. In alio vero ſic,vt oſtenditur multis exemplis,Ioſue tomo 1 203.c.2.B

In ſacris literis aliqñ ponitur omnes, pro multis. Et vniuerſales propoſitiones, quæ non ſunt proprie vniuerſales,Ioſue tomo 2 3.c.1.D

Vbicunq; ĩ ſcriptura ponitur diſtributio pro partibus ſubiectiuis,vel integralibus,eſt tenenda tanquã diſtributio,niſi ex alio loco ſcripturæ conuincãt non poſſe intelligi vniuerſaliter, vel ratio hoc conuincat,Ioſue tomo 2 71.c.1.D

Scripturæ ſacrę mos eſt appellare primogenitum, nõ ſolũ eũ,poſt quem alii nati ſunt,ſed etiã eum, ante quem nemo natus eſt, etiam ſi poſt eum nemo natus fuerit,Ioſue tomo 2 107.c.2.E

In ſcriptura ſacra nomina illa, quæ communiter relatiua ſunt,nonnunquam ponuntur non relatiue, vt filius,filia,&c.Ioſue tomo 2 107.c.2.F

Nunquam terminus poſitus in ſacra ſcriptura debet abduci a propria ſignificatione, niſi neceſſitate ad hoc cõpellamur. Et idẽ dicendũ eſt de anticipatione,& recapitulatione,Ioſ.to.2. 113.c.4.k.2.Paralip. 170.c.4.k

Totius ſcripturę ſacræ intentio eſt perducere hominem ad vitam æternam, ipſum manu ducendo per media quædã cõuenientia,&c.Iudi. 1.B

Mos ſcripturæ ſacræ eſt, ꝙ qñ aliquid in diuerſis locis ponit,nõ ponere illud ſemper eodem modo,ſed ſecundum diuerſa verba.tenet tamen ſemper eandẽ ſententiam. Et aliqñ magis,& aliquando minus exprimendo de illa,Iudi.112.c.4.F. Et in vno loco ſupplet,quod deeſt in alio,&c.Iudi. 205.c.4.F

Intẽtio ſcripturæ ſacrę eſt inducere hominem ad laudandum Deũ.Iudi. 1.B

Scriptura ſacra ad quid facta ſit,Parad. 67.c.4.G

In ſcriptura ſacra continentur dicta, & hiſtoriæ, & in libris,qui continent dicta,non oportet ponere annotationes temporum,quia ꝓ ipſam perſonã,cuius dicta ſunt,agnoſcent ipſa librorũ, &c. Et hoc niſi aliqñ fiat ad notificandũ ipſum. cuius fuit doctrina, vel de quo agit,vt patet Luc.1.& 3. Et in omnibus libris prophetarũ maiorũ,& minorũ, &c. Et in libris,qui continent hiſtoriã, contingit dupliciter ſciri tẽpus hiſtoriæ. Vno modo per continuationem librorum inter ſe.Et in iſtis non annotat ipſe. In illis vero vbi nõ eſt talis cõtinuatio,ſic.Ruth 233.c.4.I

Inter libros ſacrę ſcripturę, in qbus dicta cõſcribunt, nõ põt cõueniẽter aſſignari ordo,vt ꝙ Eccleſiaſtes ſit ante Cãtica,& Prouerbia ante Eccleſiaſtes. Secus tamẽ eſt de libris hiſtoricis,1.Reg.to.1. 3.c.2.A

Qño aliqui libri ſacrę ſcripturę dicant maioris auctoritatis,q̃ alii.1.Reg.to.1. 3.c.4.F

Scriptura ſacra vete.teſta.diuidit in tres ordines, iuxta Hieronym.in Prologo Galeato.ſ.in legales,prophetales,& agiographos. Et libri prioris ordinis maioris ſunt auctoritatis,q̃ libri ſecundi ordinis. Et ſecũdi, q̃ tertii,&c.1.Reg.to.1. 3.c.4.G

In ſcriptura ſacra vete.teſtãm.ſunt viginti duo libri ſecundum numerum viginti duarum literarum,quæ ſunt apud Hebræos,1.Reg.tomo 1 4.c.2.A

Quare omnes libri vete.teſtam.non dicantur prophetales,cum fuerint ab Eſdra,qui fuit Propheta,1.Regum,tomo 1. 12.c.3.K

Duo ſunt,quæ faciunt aliquam ſcripturam eſſe ſolidę auctoritatis,ſ.auctoritas Scriptoris. Et firma, atque manifeſta veritas ſcripturæ. 1.Reg.to.1. 12.c.4.H

Omnes libri ſacræ ſcripturæ vete.teſtam.qui ponũtur in primo, & ſecundo ordine Canonis in Prologo Galeato,fuerunt ſcripti per Prophetas, 1.Regum, tomo 2 52.c.1.D

In ſacra ſcriptura ſolum illi libri ſunt firmæ auctoritatis,qui a Prophetis ſcripti noſcuntur. Et omnes libri noui teſtamenti ſunt ſcripti a prophetis, quia omnes Euangeliſtæ,& Apoſtoli receperunt Spiritum ſanctum.in quo recipitur ſpiritus prophetiæ, & genera linguarum,&c.1.Reg.to.2. 52.c.2.C

Libri ſacræ ſcripturæ ſapientiales,dato quòd non fuerint ſcripti a Prophetis,parum refert, quia veritas illorum poteſt cognoſci ſolo lumine intellectus noſtri,etiam ſi nulla fides adhibeatur ſcripturæ, quod non contingit circa alios libros hiſtoricos. Et ob hoc lib.Iudith,& lib.Tobiæ, qui hiſtorici ſunt. Et non conſtat, quis fuerit illorum ſcriptor, infirmæ ſunt auctoritatis,ſic etiam & ſecundus lib.Machabæorum,hęc Hieronym.in Prologo Galeato, 1.Regum tomo 2 52.c.3.E

In ſcriptura ſacra tripliciter poſſunt allegari Prouerbia,vel auctoritates aliquorum.ſ.vel ad confutandũ eas,vel ad referendum, vel ad probandum aliquid per eas,&c.1.Regum tomo 2 129.c.2.E

In ſcriptura ſacra non credimus aliquid eſſe verum, niſi quod ipſa de ſe dicit,quod autem refert ab aliis dictum,ſcimus verum eſſe,ꝙ dictum fuerit: tñ neſcimus an illi mentiti fuerint, &c. 1.Regũ.tomo 2. 154.c.3.F

Mos eſt ſacrę ſcripturę, ꝙ qñ aliquid debet narrare bis, vel pluries, illud ſemel tñ perfecte narrat. In aliis vero vicibus truncate,& imperfecte, vel cum idẽ ſæpe referãt,in nulla vice referãt plene, ſed in qualibet ponitur aliquid,quod in alia non habetur, 1. Regum tomo 2. 170.c.1.C.& 171.c.1.A

Qñ in ſcriptura ſacra tangit aliqua hiſtoria bis, vel ter, non ſemper enarratur complete, ſed alicubi cõplete,& alicubi incomplete,vel in quolibet loco incõplete.dñ tamẽ ex omnibus illis colligat vna ꝑfecta narratio, &c. 2 Regum, 37.c.4.K

De ſcriptura ſacra nulli licet diſputare,an vera,vel falſa ſit,vt patet in Decretis 9.diſtin.cap.quis neſciat. 2.Regum, 41.c.4.G

Nunquã fit argumentum in ſenſu myſtico ſacrę ſcripturæ,2.Reg.43.c.4.I. Vt dicit Dionyſius in Epiſtola ad Policarpum.1.Paral.199.c.2.B.Iuxta illud Dionyſ.Theologia myſtica non arguit.i.non eſt ad faciendam probationem,Matthæi tomo 1. 129.c.4.I Matthei tomo 4 50.c.3.k

Nõ incõuenit,ꝙ aliqs locus ſacrę ſcripturę hẽat duos ſenſus,quorũ vterq; ſit literalis,2 Reg. 44.c.2.C

Scriptura ſacra nũquã adimpleãt, niſi in ſenſu literali, 2.Reg 44.c.2.C.& 1.Paral.287.c.3.F.Mat.to.1.129.c.4.I Quia nullũ aliũ ſenſum habet. Nã alii nõ ſunt ſenſus eius,ſed nos illos apponimus illi, Mat.to.3. 144.c.3.K.Mat.to.4 50.c.4.F.Mat.to.7 298.c.3.I.K

Scriptura ſacra magis attẽdit veritatẽ in doctrina,q̃ ꝓbitatẽ eius,qui loquit,2.Reg. 48.c.2.E

Ab ordine ſcripturę ſacrę,nunquam recedere debemus, niſi propter aliquam cauſam appatentẽ,&c. 1.Regum, 139.c.3.H

Scriptura ſacra,vbi agit de hiſtoriis, non ponit metaphoras,2.Regum, 162.c.4.F

In ſcriptura ſacra illud dr̃ ſempiternũ, quod magno tempore durat,&c.2.Regum, 45.c.1.B

Intentio totius ſcripturæ ſacræ eſt, vt mores hominũ corrigant,&c.2.Reg. 3.B

Pro

Pro intellectu ſacræ ſcripturę ponitur pulchra regula pro numero incerto,4.Reg. 88.c.3.I
In ſcriptura ſacra ſæpe fit repetitio,vel poſitio aliquorum ſuperuacue,3.Reg. 27.c.1.A
Sacra ſcriptura nullum prorſus admittit mendacium, etiam ſi paruulum ſit, vt ait Auguſti.& habetur in Decretis 9.diſtin.cap.ſi ad ſacras. 3.Reg.91.c.3.G. & 2.Paralip. 128.c.2.C
In ſcriptura ſacra raro capitur ſpiritus pro Angelo:ſępe tamen pro vento.3.Reg. 166.c.3.I
Scriptura ſacra ſæpe annum inceptum, & ſi modicũ tranſactum ſit de eo, computat pro anno integro, 4.Regum, 92.c.1.A
Sacra ſcriptura ſæpe ſubticet in vna parte,quod exprimit in alia,4 Regum, 102.c.4.H
Licet nihil,quod eſt in ſacra ſcriptura, nobis negare liceat, aut dubitare de illo: Tñ q̃dã ſunt maioris auctoritatis,q̃ alia.i.cꝑ cũ maiore reuerẽtia, & honore recipi debeãt,& præferri,&c. 1.Paralipo. 1.B
Quod nihil,quod eſt in canone ſacrę ſcripturæ, negare liceat,aut dubitare,ex hoc prouenit,quia omnes libri,tam vete.q̃ noui teſtam.ſcripti fuerunt ab illis, qui habebant ſpiritum propheticũ,&c.1.Parali. 1.B
Quod aliqui libri ſacræ ſcripturæ ſint maioris auctoritatis,quàm alii,hoc ꝓuenit.ab auctore,1.Paral.2.A
Librorum ſcripturæ ſacrę ſunt tres ordines. Primus ordo eſt legalium,ideſt,quinque librorum Moyſi. Secundus eſt Prophetalium. Et iſti ſunt octo, videlicet,Ioſue,Iudicum. Tertius Samuel.ſ.primus, & ſecundus Reg. Quartus Malachim.i.tertius, & quartus Reg. Quintus Iſaias. Sextus Ieremias. Septimus Ezechiel. Octauus liber 12.Prophetarum minorum. Tertius ordo eſt Agiographorum, & continet nouem libros.ſ.Iob,lib.Pſalm.Tertius eſt lib.parabolarum Salomonis. Quartus Eccleſiaſtes. Quintus liber Cãticorum.Sextus Daniel.Septimus lib.Paralipo.Octaus Eſdras.Nonus Eſther. Et oẽs libri præter iſtos ſunt apocryphi, & non habentur in Canone,&c.1.Paralipo. 2.A
Quilibet liber ſacræ ſcripturæ noui teſtamenti eſt maioris auctoritatis,quàm omnes libri vete.teſtam.ſimul,1.Paralip. 2.B
Libri ſcripturæ ſacræ,aut continent hiſtoriam, aut legem,aut doctrinam,aut laudes,&c.1.Parali. 5.B
Scripturæ ſacræ vulgata æditio reperta eſt,vt aiunt, in quodam dolio,& neſcitur auctor eius, 1.Paralipo. 14.c.1.B
Scriptura aliqua dicitur apocrypha propter duo, vel quia dubitatur de veritate eius,vel de Auctore,&c. 1.Paralip. 14.c.1.D
In ſcripturæ ſacrę translatione dupliciter põt error aliquis contingere. Vno modo per corruptionem.ſ. cꝑ aliquid, quod eſſet in Hebrẽo, aliter ſcriberetur in Græco,vt eſſet alia ſententia, &c. Alio modo ꝑ hoc,cꝑ additur aliquid in translatione, quod nõ eſt in Hebræo,vel ſubticetur aliquid, quod erat in Hebræo. Primo modo non errauerunt ſeptuaginta interpretes. Bene tamen ſecundo modo,&c.1.Paralipom. 20.c.4.G
Intentio ſacræ ſcripturæ eſt Dei laudes enarrare, 1.Paralipom. 172.c.3.F
Scriptura nõ intẽdit ſenſum myſticũ,nec ẽt adimpletur,cũ adimpleẽt id, quod myſtice ſignificaẽ, eo cꝑ poſſumus imponere ſcripturę quẽcunque ſenſum myſticũ voluerimus,1.Paralip.262.c.1.E. & Matt. tomo 6 301.c.3.k
Scriptura ſacra nũquã trahenda eſt extra ꝓpriã ſignificationẽ terminorũ, niſi ꝓꝑ aliquã neceſſitatẽ.ſ.qa terminis ſtãtibus ĩ ſua ſignificatione,ſeq̃reẽ falſitas, vel aliquod incõueniẽs,1.Parali.287.c.3.F.Matthæi tomo 6 249.c.4.F
In ſcriptura ſacra ſemꝑ tenendus eſt ordo literę,qñcũque nõ apparet aliqd,ꝓꝑ quod debeamus recedere ab ordine literę,&c.1.Paralip. 288.c.2.E
Scriptura ſacra ſequitur modum loquendi vulgariũ, 2.Paralip. 5.c.2.E
Dicta ſcripturę ſacræ nõ intelliguntꝰ ſm oẽm rigorẽ terminorũ,ſed ciuiliter. Nã licet terminus ſit diſtribuẽs,nõ oportet,cꝑ intelligaẽ ꝓpoſitio ꝑ oĩbus ꝙtẽtis ſub termino diſtributo.2.Paral. 116.c.1.E
Intẽtio ſcripturæ ſacrę eſt deducere hominem ad vitam æternam. Et ad hoc multipliciter mouet in Deum,&c. 2.Paralip. 135.c.3.H
Scriprura ſacra nũquã cõſueuit ponere impertinentia, quia alias talis cõtextus eſſet omnino inordinatus, & ſtultus,2.Paralip. 218.c.4.H
In ſcriptura ſacra vet.teſt. oẽs libri ſunt de canone prę ter librũ Iudith,& Tobiæ,& duos lib. Machab. lib. Sapiẽ.& lib.Eccleſiaſt.Nã libris de canone adhibet Eccleſia indubitatã fidẽ, iſtis vero nõ. Et licet illos recipiat Eccleſia. Auctoritas tñ eorũ nõ eſt efficax cõtra hęreticos,& Iudęos,Mat.to.1. 1.c.3.I
De libris ſacræ ſcripturæ canonicis, & apocryphis, Matthęi tomo 1 1.c.4.F
Libri ſcripturæ ſacræ poſiti in canone habent tres ordines. Nã quidã ſunt legales,quidã Prophetales, & quidã Agiographi. Legales ſunt quinq; libri Moyſi ſoliũ Prophetales ſunt octo, qui habent hunc ordinẽ.ſ.Ioſue,Iudi.cũ quo ponunt librũ Ruth, lib. Samuelis,i.primus,& ſecundus Reg. Quartus lib.Malachim.i.Regum,& melius dr̃ Malachim,q̃ Malacoth.i.regnorum,vt dicit Hieronym. Quintus Iſai. Sextus Iere.Septimus Ezechiel.Octauus lib.12.Prophetarũ.Agiographi ſunt nouẽ.ſ.Iob Secũdus Dauid.i.Pſalteriũ,quod apud Hebræos quinq; inciſionibus diuiſus eſt.Tertius eſt liber Prouer.q primus eſt de tribus libris Salomonis, qui apud Hebręos vocaẽ Miſle.i.Parabolę. Quartus dr̃ Eccleſiaſtes, qui apud Hebręos dr̃ Coheleth, apud Greęos Eccleſiaſtes,& apud Latinos Cõcionator.Quintus eſt Cãtica cantic.qui in Hebręo dr̃ Siraſſirim. Sextus dr̃ Daniel.Septimus lib. Paralip. qui apud Hebręos dr̃ Dibrehaiamim.i.Verba dierũ. apud Greęos vero dr̃ Paralipo.i.Omiſſorum,vel relictorũ, quia ibi agiẽ de ſuppletione omiſſorũ,vel relictorũ in aliis libris.Ideo Hieronym.vocat eum Chronicon totius ſcripturę.Octauus eſt Eſdras. Et nonus eſt Eſther. Matthæi tomo 1 2.c.2.D
Si in ſacris literis admittaẽ aliquod mẽdaciũ,etiã leue, periret auctoritas earum,& tota fides noſtra, vt habetur9.diſtinct.capitu.ſi ad ſacras. & eſt Auguſt.in epiſtola ad Hieronymum, Matthæi tomo 1. 2.col.1.A
In ſcriptura ſacra noui teſtamen. non ſunt aliqui de canone,& aliqui extra canonem, ſicut in libris vete.teſtam. Sed omnes ſunt canonici. Fuerunt tamen aliqui libri apocryphi aliquando, qui tenebantur tanquam libri noui teſtamenti. Quorum vnus fuit liber paſtoris,& lib.de conuerſatione Pauli, & Teclæ,& liber de Baptiſmo Leonis,qui a principio fuerunt in Eccleſia, ſed poſtea illos reiecit, quia in illis erant quædam dubia, & alia non concordantia ſacræ ſcripturæ,&c.Mat.to.1. 2.c.3.G
Auctoritas ſacrę ſcripturę excedit in ſex auctoritatẽ aliarum ſcientiarum. Primo ex parte auctoris,qui fuit Deus. Secundo ex parte modi certificandi, vel tradendi, quia per lumen increatum. Tertio ex certitudine. Quarto ex neceſſitate. Quinto ex parte obiecti. Sexto ex parte vtilitatis, Matth. tomo 1 4.c.2.E

Index in omnia Opera

Tota ſcriptura ſacra poteſt dici prophetia, Matthæi tomo 1 4.c.3.G

Scripturæ ſacræ primi ſcriptores, vel annunciatores immutati fuerunt per lumẽ increatum quinq; modis, de quibus vide Matthęi tomo 1 4.c.3.H

Inter libros ſacrę ſcripturę triplex reperitur ordo. Primus ſecundum habitudinem remporum. Secũdus quantum ad dignitatem perſonarum ſcribentium. Tertius quantum ad dignitatem materiæ, de qua agitur. Primi ordinis ſunt libri Pentateuchi inter ſeſe, & in nouo teſtamento inter Epiſtolas canonicas. In ſecundo ordine fuerunt in vete. teſtam. Prophetæ, quia quatuor libri maiorum Prophetarum ponuntur prius, quàm libri minorum. Et tñ prius fuerunt prophetæ minores, q̃ maiores excepto Iſa. Matthęi tomo 1. 18.c.2.B. In tertio ordine in nouo teſtamento ſunt tres epiſtolæ Ioãnis, Apocalypſis, & Euangelium, quia Euangelium excedit in materia Epiſtolas ipſius Ioãnis, & Apocalypſim, licet Ioannes prius ſcripſerit Apocalypſim, q̃ Euangelium, & Epiſtolas. Idem patet de Euangelio Lucæ de libro Actuum. Euangeliſtæ ordinati ſunt ab Eccleſia ſecundum ordinem temporum in ſcribẽdo, cuius aſſignat̃ duplex ratio, Mat. to. 1. 18.c.2.D

Scripturę ſacrę nõ licet quidquã addere vel minuere, Deut. 4. ſ. Non addetis ad verbum, &c. & Apoc. 22. Conteſtor ego, &c. Mat. to. 1. 29.c.3.I

In ſcriptura ſacra, ſermo, vel verbũ ſæpe accipit̃ p rebus, &c. Matthęi tomo 1 55.c.1.E

Quidquid ſcriptura intendit ſenſus literalis eſt, quod autem applicamus ſcripturæ eſt ſenſus myſticus, Matthæi tomo 1 130.c.2.A

Sacram ſcripturam legentes debent cautè obſeruare, q̃ non putent omnes res eſſe continuatas ſecundũ ordinem ſine interceſſione temporis, ſicut continuantur in narratione, Matthęi tomo 1 130.c.3.I

Senſus literalis ſcripturæ eſt, quem ſacra ſcriptura prę tendit, Mat. tomo 1 194.c.2.A

In ſcriptura ſacra nihil, quod narratur factum, vel dictum, debet intelligi aliter fuiſſe, quàm iacet, niſi neceſſario probetur aliter debere intelligi, Matth. tomo 1 219.c.1.B

In ſcriptura ſacra inuenitur remedium contra oẽs tẽtationes, & aduerſitates, Mat. tomo 1 230.c.4.G

Nulla eſt maior auctoritas ſub Deo, q̃ auctoritas ſcripturæ ſacræ, Mat. tomo 1 230.c.4.I

In ſcriptura ſacra ſæpe muratur ordo naturalis rerũ ſimiliter, & in aliis ſcripturis, p̃ anticipatiouẽ, & recapitulationẽ, & alios modos, Mat. tomo 1. 230.c.4.k

Scripturæ ſacræ licet bonæ ſint, tñ in malũ trahi poſſunt, cùm malus homo deducit errorem, ſenſum earum deprauando, Mat. tomo 1 234.c.2.D

In ſcripturæ ſacrę dictis licitũ eſt nobis facere allegorias: dum tñ non recedamus a ſenſu literali. In dictis tamen aliorum non licet nobis dare ſenſus myſticos, &c. Mat. tomo 2 91.c.3.I

Sacram ſcripturam docentibus debetur aureola, Matthęi tomo 4 46.c.2.B

Scripturæ ſacrę imprecationes ſunt q̃dã prænunciationes malorũ, q̃ euentura ſunt eis, contra quos proferuntur, vt Pſal. 118. cũ dr̃. Fiant filii eorum orphani, &c. Mat. tomo 2. 252.c.2. A. Et qñ ponunt̃ in ſcriptura imprecationes, illę poſſunt tripliciter exponi, Matthęi tomo 6 139.c.2.B

Semper ſtãdum eſt ordini narrationis, quẽ tenet ſcriptura ſacra, vel q̃cunq; alia, niſi appareat expreſſe, q̃ alius ordo fuerit, Matthęi tomo 3. 114.c.4.F Mat thęi tomo 6. 18.c.4.k.& 256.c.3.F

Qũ ſcripturę ſacrę litera põt ſeruari in rigore verborũ, nõ debet trahi ad alienũ ſenſum, &c. niſi appareat aliqua cauſa, &c. Mat. to. 3. 145.c.4.F. 155.c.2.E 188.c.4.I. 216.c.3.H.& 214.c.2.D

Ad cõcordãdũ varia loca ſcripturę ſacrę, regula eſt, q̃ ſi in variis locis ſcripturę eadẽ res enarret̃, & in vno ponant̃ plura, q̃ ī alio tenẽdũ eſt verũ eſſe, qd̃ continet ſcriptura, q̃ ſuppaddit, &c. Mat. to. 3. 145.c.4.F

Teſtimonium ſumptum ex ſcriptura eſt validũ cõtra Iudæos, Matthæi tomo 4 3.c.2.E

Scriptura ſacra multos habet ſẽnſus, ſ. quatuor, vt dicit Greg. 15. Moral. Iſta eſt, inquit, excellẽtia ſcripturæ ſacrę ſup oẽs ſcientias humanas, quia in illis ſolę voces ſignãt: in ſacra verò ſcriptura tã voces, q̃ res ſignificatæ aliquid ſignãt. Et iſti quatuor ſenſus, ſ. literalis, allegoricus, tropologicus, & anagogicus, nõ ſunt in qualibet parte ſacræ ſcripturæ, ſed in ſolo veteri teſtõ, vt dicit Auguſt. in lib. de vtilitate credẽdi, & ratio, quia ſaltẽ ſenſus allegoricus nõ eſt in nouo teſtõ. Nec in qualibet parte ſcripturæ veteris teſtamẽti reperiunt̃ p̃fati quatuor ſenſus, ſed in q̃buſdã. Nã in aliquibus vnicus tantũ ſenſus reperit̃, ſ. literalis, vt patet in libris ſapiẽtialibus, & etiã in libris Prophetalibus pro magna parte. In illis aũt ſolum poſſunt reperiri quatuor ſenſus, qui hiſtoriã narrãt, aut cęremonias, aliquas deſcribunt. Et iſti quatuor ſenſus ſunt nõ quidẽ īmediatè ipſi⁹ literæ, quia vnicus ſenſus eſt, quẽ litera ſignat. Alii verò tres non ſunt ſenſus immediati ipſius ſcripturæ, ſed ſunt ſenſus accepti a rebus ſignificatis p̃ ſcripturã. Et ideo primus dr̃ literali, quia eſt ille ſolus, quẽ litera facit. Cęteri aũt ſunt ſpirituales, quia ſunt ſignati p̃ ſpiritum literę, nõ per literã, i. per ſenſum, quẽ litera cõtinebat. Sed quare dicti ſenſus dicantur ſic, Matth. tomo 4 50.c.3.F

Hiſtoria ſacræ ſcripturę largè dicitur illud, quod ſignificat̃ immediatè per literã ipſius ſcripturæ, ſed nõ illud, quod auctor ſignificare voluit, vt contingit in parabolis, & metaphoris, &c. Mat. to. 4. 50.c.3.I

In ſacra ſcriptura ſenſus literalis parabolarum, vel metaphorarum non eſt iuxta corticem literæ, vt cum dr̃: Oculi Dñi ſuper iuſtos, &c. quia ſenſus literalis ſemper eſt verus. Et tñ falſum eſt, q̃ Deus habeat oculos, ſed ſenſus literalis huius eſt, q̃ Deus ſemp̃ habeat curã de bonis, vt benefaciat eis. Et facit id, quod ipſi orant, ac ſi haberet oculos, & eos ſemper reſpiceret. Et haberet aures, vt orationes eorũ audiret, &c. Mat. tomo 4 50.c.3.k

Nulla ſcriptura adimpletur in ſenſu allegoriao, Matthæi tomo 4 50.c.4.F

Scriptura ſacra interdum habet duos ſenſus literales. Et hoc ideo, quia vtrunq; ſenſum eorum intendit per ipſam literam auctor eius ſignificare, vt patet de agno Paſchali, Exo. 12. Os non comminuetis ex eo, & de Chriſto. Ioan. 19. Et illud 2. Reg. 7. & 1. Paralipo. 22. ſ. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium, quod de Salomone intelligitur ad literam. Similiter, & de Chriſto, ad Hebræ. 1. Matthęi tomo 4. 50.c.4.F. Et illud Pſal. 77. Aperiam in parabolis os meum, &c. Matthęi tomo 4 59.c.3.k

Scripturæ ſenſus primo diuiditur in literalem, & myſticum, Mat. tomo 4 51.c.1.A

De ſacræ ſcripturæ ſenſibus, literali, allegorico, tropologico, & anagogico, Matthæi tomo 4. 50. col. 4.F

Et prædicti quatuor ſenſus poſſunt reperiri in hoc nomine, Ieruſalem. Nam in ſenſu literali ſignificat ciuitatem illam terrenam, in allegorico eccleſiã militantem. In tropologico, animãm boni viri. In anagogico æternam beatitudinem. Poſſunt etiã reperiri ī hiſtoria Goliath. 1. Re. 7. & ī multis aliis. Et iſti quatuor ſẽſus dñr eſſe ſenſus ſcripturę, q̃ mediatè,

vel

vel immediatè per eã significanẽ: immediatè qdẽ sensus literalis: mediatè aũt alii tres. Et differũt sic, quia litera solum habet vnum sensum, quẽ immediate significat, nec intendit aliquem alium. Et iste dr̃ literalis. Cęteri autem sensus mediatè significãtur per literam. Et immediatè per res significatas per literam. Nam si litera haberet quatuor prædictos sensus, semper illos haberet, quod tamen falsum est. Vnus ergo eorum dr̃ literalis, quem solũ litera intendit: cæteri autem non sunt sensus literę, sed rerum significatarum per literam. Et ideo cęteri sensus dicunt̃ mystici, & spirituales, ideſt, non ipsius literæ, &c. Matthæi tomo 4 51.c.1.A

Scripturæ sacræ sensus prima diuisione diuiduntur in sensum literalem, & mysticum. Et rursus sensus mysticus diuiditur in tres, scilicet, in allegoricum, tropologicum, & anagogicum, Mat. tomo 4. 51.c.1.A

Scripturæ sacræ sensus mystici non sunt determinati, literalis aũt semper est determinatus, Nã non est in potestate nostra eidẽ literæ dare quemcunq; sensum voluerimus, sed necesse est solum accipere, quem litera facit. Mystici aũt sensus possunt circa eandem scripturam variari, iuxta voluntatem nostrã, vt in morte Goliath, &c. Mat. to. 4. 51.c.1.B

Scripturæ sacræ sensus literalis est ex litera elicitus. Mysticus aũt nõ est elicitus, sed applicitus. Et quia applicare est in volũtate nostra: dum tamẽ maneat aliqualis appropriatio, possunt libere variari sensus mystici: litera tamen vnica est, & vnico modo se habẽs, & ideo nõ potest ex ea elici, nisi vnicus sensus, s. literalis, Matthæi tomo 4 51.c.1.B

Quod alicuius propositionis sacræ Scripturæ sint plures sensus literales, hoc nõ contingit ex conditione literæ, q̃ secundũ se determinate se habet ad significandũ vnũ, nisi esset aliqua multiplicitas æquiuocationis, amphibologiæ, compositionis, & diuisionis, &c. sed hoc prouenit ab auctore literæ, qui voluit per eandem literam significari. Tñ nunquã possumus per eandem literam intelligere duos sensus, nisi hoc aliunde constaret, vt de agno Paschali. Exo. 12. Os nõ cõminuetis ex eo, &c. & de Christo. Ioan. 19. &c. Matthæi tomo 4 51.c.1.C

Scriptura sacra nunquam dicit verum, vel falsum in sensibus mysticis, sed solum in sensu literali, quia quod per literã nõ significat̃, nõ facit propositionẽ veram, vel falsam, sed cũ sensus mystici nõ sint sensus scripturæ, sed rerum significatarũ per scripturã, quare scriptura non est vera, neq; falsa in sensu mystico, &c. Matthæi tomo 4 51.c.1.D

Eadem scriptura habet varios sensus mysticos. Nam ita conuenit ei vnus, sicut alius, licet inter se sint disparati, vt patet de passione, & resurrectione Christi, in morte Goliath per Dauid, Mat. to. 4. 51.c.1.E

Scriptura tunc dicitur compleri, quando fit id, quod per eã significat̃. Et tñ sensus mystici non significãtur per scripturam, sed per res significatas per scripturas, & per consequens per illos non cõpleẽ scriptura, &c. Matthæi tomo 4 51.c.2.A

Scriptura habens duos sensus literales. Aliquando est completa in vno, & non in alio, &c. Matthæi tomo 4 51.c.2.B

Ad hoc, q̃ aliquis sensus sit literalis scripturæ, requiritur, q̃ possit haberi determinate, & non cõfuse, & q̃ habeat̃ ex litera aliqua, &c. Mat. to. 4. 51.c.3.H

Aliq̃ sensus scripturæ mysticus efficit̃ literalis, q̃n. s. allegoricus efficit̃ literalis, &c. vt patet de illo ad Gal. 4. Abraham habuit duos filios, &c. Similiter anagogicus est literalis, vt patet ad Gala. 4. Illa, quę sursum est Ierusalem, &c. Et q̃ vnus sensus transeat in aliũ, tarò fit, Matthæi tomo 4 51.c.4.F

Sensus scripturæ parabolicus, & metaphoricus, non est proprie sensus eius, quia quilibet sensus scripturæ põt habere aliquam veritatem, sed parabolicus est falsus, si accipiat̃ vt iacet, vt cũ dr̃: Oculi Dñi sup iustos, &c. Et per consequens, nec intentus est ab auctore scripturæ, vt literalis, nec est a nobis applicitus, vt mystici, sed est quoddã velamentũ sensus literalis. Et ideo vel non est sensus, vel debet dici, q̃ reducitur ad literalem, non quidem, q̃ ipse sit literalis, sed q̃ ad literalem ordinatur. i. ad velandum eum, vel decorandum, vel propter alias causas. Si autem ille vocetur aliquando sensus scripturæ distinctus ab aliis, large sic dicetur. Solemus tamen eum in pluribus connumerare, ita, vt sint quinque sensus in scriptura, licet non sint quinque sensus scripturæ, Matthæi tomo 4 52.c.1.A

Ad sacrę scripturę sensum literalẽ pertinet historia, etymologia, analogia, & allegoria cõtinet tres mysticos, &c. Matthęi tomo 4 52.c.1.C

De scripturæ sacræ quatuor sensibus agit Abulensis, super Iosue cap. 41. a quęstione 20. per multas quęstiones, Matthæi tomo 4 52.c.2.E

Testimonium ex scripturis sacris est valde efficax cõtra Iudæos, Matthęi tomo 4 3.c.2.E

Senectutis ętas eſt melancholica, & terrea, & ideo oportet, vt ſenes refocillentur continuè per humidum nutrimentale. Matt. to. 3. 92.c.1.A

Quanto homo magis accedit ad ſenectutē, tāto magis eſt illi neceſſaria ſuſtētatio. Mat. to.3. 153.c.1.A

Seneſcere: Vnde ſit, ꝙ hoīes ſeneſcāt, & deficiant. Exo. to.2. 181.c.3.G

Aīa nec ſeneſcit, neq; debilitaī. Matt. to.7. 152.c.2.A

Senex: Senes ſunt duplices, quidā ſecundum ætatem, & alij ſecundum prudentiam, & ſenes honorantur propter prudentiam, & non habentes prudentiam, non videntur honorandi. Leui. 204.c.3.H. Matt. to.6. 31.c.1.A

Senibus etiam propter ætatem deferendum eſt. 9. Ethico. Leui. 204.c.3.H

Quod ſenex poſſit gignere ex iuuencula, & non ex veterana, poteſt eſſe multiplex cauſa. Ruth. 286. c.4.F. Matt. to.1. 76.c.1.E

Senem mori quare naturalius ſit, quàm iuuenem. 4.Reg. 51.c.3.k

Senes honorandi ſunt, non propter ſenectutem, ſed propter ea, quæ accidunt, vel accidere debent ſenectuti. Matt. to.6. 31.c.1.A

Quare ſenes nimis diligant filios natos in ſenectute. Ruth. 283.c.4.I

Senes ſunt valde ſuſpitioſi, vt dicit Ariſtot. 2.Rheto. quia multoties experti ſunt aliorum defectus. Matt. tom.3. 116.c.3.B

Senior Dupliciter accipitur, Vno modo, vt eſt nomē cōparatiuum, de ſenex. Alio modo, vt dicitur abſolutè. Et ſic eſt nomen dignitatis, importans quandam dignitatem, & prudentiam. Aliquando poteſtatem, & multoties ſic accipitur in ſacris literis. Nu. to.1. 139.c.1.C

Seniores Iſrael Exod. 3. dicebantur homines magnæ autoritatis in populo, qui in omnibus cauſis tanquam ſapientiores conſulebantur. Exod. tom.1. 19.c.4.H. Matt. tom.5. 250.c.4.G

Seniores illi, de quibus Exo. 24. Et ſeptuaginta ſeniores &c. non fuerunt viri præcipui inter omnes iudices ordinatos a Ietro, vt quidam opinantur: quia adhuc non venerat Ietro, vt probat autor Exo. 18. Neq; fuerunt, vt alij dicunt, illi, qui adducti ſunt coram Moyſe, & acceperūt de ſpiritu eius, & prophetabant, qui præfecti ſunt ad regendum. de quibus Nu. 11. qa illi fuerūt electi, qñ fuit populꝰ in ſepulchris cōcupiſcētię. Nu. 11. Exo. to.2.3.c.3.k. Dicendū ergo, ꝙ prędicti ſeptuaginta ſeniores erant de honoratioribus totius populi, vt magis eſſet honoratus cum eis, vt probatur. ibidem.

De ordine ſeptuaginta ſeniorum. 2.Paralip. 6.c.1.C

Omnes ſeptuaginta ſeniores iudicabant, ſed non ſentiebant. 2. Paralip. 6.c.2.B

De ſeptuaginta ſeniorib⁹, ſiue iudicib⁹. Deu. 93.c.2.B

Seniores, de quibus in Euangelio ſæpe fit mentio, erant

erant septuaginta iudices, qui erant sacerdotes, apud quos totus iudicaturę principatus erat. Deu. 107.c.1.D
De septuaginta senioribus vet.testa. qui vocabantur domus consilij, vel iudicij. 4. Reg. 219.c.3.F
De septuaginta senioribus, & de domo, qua conueniebant cum summo sacerdote ad definiendum omnes causas arduas Israelitarum. 1. Paral. 302.c.2.A. Et isti omnes erant sacerdotes. Et congregabantur in loco sanctuarij. i. vbi erat sanctuarium. Et erat ibi domus quædam, in qua conueniebant ad iudicandum. vt patet Deu. 17. Et cum Salomō ædificauit templum fecit etiam domū quandā, in qua congregabantur. Et ista erat ad portā meridianam templi. Et durauit iste ordo iudicū, toto tempore, quo mansit status iudaicus. Nam tempore Christi erant isti septuaginta seniores, & habebant istud officium. Et per sententiam eorū Christus occisus est. Matt. 27. 1. Paralip. 302.c.3.I
De 70. senioribus Iudęorum, & traditionibus eorū. Matt. to. 4. 122.c.3.G.& c.4.F
Seniores in euangelio dicuntur illi septuaginta, qui constituti sunt, vt iudices summi in domo consilij, vel iudicij. Et isti erant, qui per successionem descendebant semper ab illis senioribus, quos elegit Moyses in adiutores regiminis. Et Deus cōstituit illos super omnem populū simul cū Moyse. Et mortuo aliquo eorum, subrogabatur alius, & ita semper factum est. Et durauit istorū iurisdictio vsq; ad Christum, & erant isti cū summo sacerdote in Ierusalem. Et ad istos deuoluebātur omnes magnę causę, quę erant inter Iudæos, neq; licebat declinare ad dexteram, neq; ad sinistram a sententia istorū. Et isti seniores fuerunt in condemnatione Christi. Luc. 22. Matt. to. 4. 189.c.1.E
Seniores populi, apud hæbręos erant iudices magnę autoritatis in populo, quorum sententiam populus sequebatur. Et erant de illis septuaginta senioribus, quos dederat Deus Moysi in socios ad supportādū onera negotiorum. Matt. to. 5. 250.c.4.G

Senium. Senij ætas non habet certam periodum sic est de senio mundi. Matt. tom. 7. 88.c.4.k
Omnis sensatio fit per speciem intentionalem. Mat. to. 7. 148.c.3.F. Et causatur per dictam speciem tantum, & nō per rem sensatam ibid. 181.c.3.G
Sensatio non est pure spiritualis, sed partim corporalis. Matt. to. 7. 150.c.1.A
Nulla sensatio manet in anima separata. Matt. to. 7. 154.c.4.G

Sensibile. Decem & nouem sensibilia cōmunia ponit Alacen. distinguens ista per quinq;, quæ hoc versu continentur: Motus, figura, numerus, magnitudo, quies: in partes specialiores. Gen. 286.c.2.C

Sensus. Multum notificat determinate: quia rem particularem particulariter proponit. Matt. to. 3. 62.c.1.B
Sensus corrumpitur per corruptionem organi. Mat. tom. 3. 169.c.2.A
In sensu est duplex delectatio, vna per redundantiā: alia per obiecti præsentis conuenientiā. Matt. to. 4. 239.c.4.K. & 243.c.2.E
Sensus dupliciter immutatur a rebus, scilicet materialiter, & spiritualiter. Matt. to. 4. 238.c.4.F
Impossibile est sensationem fieri, dum dormimus, sed requiritur actualis animę conuersio ad sensasationem. Gen. 274.c.1.E
Præsentia obiecti conuenientis delectat sensum. Matt. to. 4. 139.c.4.k
Nullus sensus est ita necessarius, sicut sensus tactus. Matt. to. 4. 241.c.3.k
In potētia sēsitiua nō recipit forma ſm esse materiale: qa tūc alias formas nō sētiret. Mat. t. 4. 241.c.4.F
Sensus dupliciter sumit: vno modo large pro intellectu, sicut vulgariter intellectū hominis vocamus sensum, cùm dicimus, ꝙ aliquis magnum, aut parum sensum habet. Alio modo propriè pro potentia sensitiua. Matt. to. 7. 151.c.3.I
Sensus differt ab intellectu: quia sensus est potentia materialis, & dependens secundū esse à materia: sed intellectus nec est materialis, nec dependens ſm esse à materia: qa alias coinciderēt, cū ea, quæ apprehendit sensus, intellectus etiam apprehendat. Matt. to. 7. 190.c.1.B.& 210.c.1.E
Sensus, ſm se, sunt semp necessarij, & ad acquisitionem, & ad vsum scientię. Mat. to. 7. 191.c.1.D
Aīa p sensū accipit cognitionē. Mat. to. 7. 193.c.1.A
Sensus cognoscit singularia cum cōditionibus singularitatis. Matt. to. 7. 210.c.4.F
Sensus differūt penes rationem obiecti. Matt. tom. 7. 213. c.4.k
Quare sensus requirant mediū proportionatum in sentiendo, & non intellectus. Matt. to. 7. 215.c.1.B
Circa sensus gustus, & tactus sunt maiores delectationes, & magis materiales, quàm circa alios sensus. Matt. to. 7. 229.c.3.H
Potentiæ sensitiuę dupliciter accipiuntur. Matt. to. 7. 152.c.1.E
De pœna sensus, & de pęna dāni. Mat. to. 7. 223.c.2.E
Quinque sensus exteriores sunt potentiæ passiuæ, & non potentię actiuæ. Similiter & potentiæ sensitiuæ interiores. Parad. 45.c.1.D
Quinque sensus exteriores non sunt potentiæ fatigabiles, licet interdū in eorum actibus fatigemur, ex aliquo alio, quod est fatigationis occasio, vt patet discurrendo per singulos sensus. Parad. 45.c.2.C
Quinque sensus interiores sunt potentiæ infatigabiles, quia sunt potentiæ passiuæ: sicut sensus exteriores. Parad. 45.c.4.K
Quinque sensus exteriores sunt in animalibus perfectis, quæ habent extremum gradum animę sensitiuæ inter animalia non rationalia. Parad. 66.c.4.I

Sensus scrip. sacræ. Vetus testamentum potest habere quatuor sensus, sed nouum non nisi tres. Matt. tom. 4. 51.c.4.K
Sensus literalis sacræ scripturæ multū differt a parabolico. Gen. 21.c.1.A.& 408.c.2.A
Duplex sensus literalis reperitur in sacris literis in aliquibus propositionibus. Nu. to. 1. 102.c.4.I
Sensus sacræ scripturæ ablatus est à iudæis: quia excęcati sunt. Matt. to. 5. 267.c.4.F
Duos sensus literales habet nōnunq̄ scriptura sacra, vnū tn illorum intēdit principalius q̄ alterū, vt illud Exo. 12. Os non comminuetis ex eo. 1. Paralip. 262.c.1.E
Sensus mysticus non est aliquid certum, nec est ille sensus, quē intēdit scriptura à Deo, vt cùm impletur id, quod mysticè significatur nō dicatur impleri scripturam, eo ꝙ possumus ponere quēcunque sensū voluerimus scripturæ. Paral. 262.c.2.A
Nunquam in sensu mystico dicit verum, vel falsum scriptura. Mat. to. 4. 51.c.1.D
Duos sensus literales habet illud Isai. 53. verē lāguores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit. Similiter & illud Exo. 12. Os non comminuetis ex eo. Matt. to. 3. 144.c.3.H
Quare sint quatuor sēsus scripturę. Mat. t. 4. 51.c.4.H
Sensus sacrę scripturę sunt quinque. Super: Ecce virgo

virgo &c. 6.c.4.F
Senſus myſtici, circa eandē literam, variari poſſunt, non tamen ſenſus literalis. Mat.to.4. 51.c.1.C
Nunquam locutus eſt Chriſtus in ſenſu myſtico, licet in parabolis ſit locutus: qa ſenſus myſticus ſem per preſupponit ſenſum literalē. Mat.t.4. 159.c.4.I
Scriptura nunquā adimpletur in ſenſu myſtico. Mat. tom.4. 51.c.2.A
Senſus myſticus nunq̄ eſt ſenſus prēcipuus ſcripturę: qa litera nihil aliud ſignificat, niſi illud, quod ſpiritus sāct' illā ſignificare voluit. Matt.t.4. 159.c.4.I
Ad hoc ꝙ aliquis ſenſus ſcripturæ ſit literalis, requiritur, ꝙ poſſit haberi determinate, & non confuſe, & ꝙ habeatur ex aliqua litera. Mat.t.4. 51.c.3.H
Senſus literalis fermenti phariſęorum eſt falſa doctrina, licet ſit metaphoricus. Matt.to.4. 160.c.1.A
Senſus myſticus ſcript. nullū facit argumentū ad aliquid probandum vel improbandum. Matt.tom.4. 51.c.3.I
Aliquis ſenſus myſticus efficitur literalis. Matt.to.4. 51.c.4.F. vt probatur ibidem. De allegorico & de anagogico, & hoc rarò contingit, ſcilicet ꝙ vnus tranſeat in alium.
Senſus in ſacra ſcriptura aliquando capitur pro intellectu, vt illud Sapien. 4. Cani ſunt ſenſus hominū. Mat. to. 7. 151.c.3.I
Senſus metaphoricus ad literalem reducitur. Matth. tom.4. 52.c.1.B
Omnes ſenſus myſtici alieni ſunt a ſcriptura, ſed literalis eſt proprius. Matt.to.4. 52.c.1.D
Senſus myſticus preſupponit ſenſum literalem. Mat. tom. 4. 159.c.4.I
De ſenſibus ſacræ ſcripturæ, vide in dictione ſcriptura ſacra.

Senſitiuum. Potentia ſenſitiua fundatur in quodam nerno, qui durus eſt. Exo.to.1. 272.c.4.F

Sentire. Multipliciter accipitur, nā aliqñ accipitur pro intelligere, iudicare, & definire, interdū pro actu potentiarū ſenſitiuarū, ſiue interiorū, ſiue exteriorū. Tertio modo capitur particularius pro actu potētiæ tactiuæ. Parad. 70.c.4.H
Sētire eſt cōpoſiti, & nō partiū eius. Mat.t.7. 162.c.4.I
Sentire ſolum poſſunt animalia. Matt.to.7. 215.c.4.I
Nemo poteſt immutari ſenſibiliter ſine ſpecie. Mat. tom. 7. 175.c.4.G

Sententia Sententias deprauare eſt vitioſiſſimum dicēdi genus. Gen.16.c.4.G
Sententia lata inter partes habetur pro lege inter illas, ſed inter alios nō. Sententia tamen Dei, in vno caſu lata, ad omnes homines extendenda eſt. Mat. tom.2. 91.c.2.E
Sententia iudicis in cauſa priuatorum, ſi tranſit in rē iudicatam, conſtituit ius, quantum ad perſonas priuatas, ſed non quantum ad alias: interdum tamen ſententia in bona cauſa extenditur ad alias ſimiles, & tunc ſententia dicitur lex quantum ad virtutem. 1.Reg.to.2. 183. c. 3.k
Leges ſemper indigēt ſententijs. Mat.to.5. 107.c.2.A
Ad ſententiam ferendam non ſufficit præſumptio probabilis, ſed requiritur præſumptio violenta. 2. Reg. 59.c.2.A
In matrimonio non tranſit ſententia in rem iudicatam, ſed omni tempore poteſt reparari ſententiæ vitium. Mat.to.5. 117.c.1.E
Nulla ſententia criminalis traditur executioni publicæ in diebus dominicis, vt patet extra de ferijs. c. omnes dies dominicos. 2.Reg. 126.c.4.I
De executione ſententiæ datæ iudicio. Matt. tom.7. 122 c.4.K
Circa ſententiam iudicij vniuerſalis ſunt duę opiniones. Matt.to.7. 118.c.3.F
Inter ſententiam & legem, quid interſit. Matth.to.5. 107.c.1.E
Quando duę ſententiæ ſunt, & ad vnam illarum nullum ſequitur inconueniens, bene tamen ad aliā, tenenda eſt prima. Matt. to.6. 63.c.1.E

Sententia Dei Duplex eſt ſcilicet, definitiua & comminatoria. 1. Reg.to.2. 14.c.1.E

Sententiare bene.

Sententiare bene, ſtat in duobus, ſcilicet, in intellectu recte determinante per prudentiam, & in volūtate recte eligēte per iuſtitiā. Exo.to.1. 147.c.4.k

Seol. Nomen hebræum eſt, ſignificans infernū & ſepulchrum. Parad. 97.c.4.I.

Separare. Homo non poteſt ſeparare cōiugia. Matt.to.5. 81.c.2.B
Aīa violēter ſeparatur a corpore. Mat.to.7. 194.c.3.k
Quomodo intelligitur, ꝙ Angeli ſeparabunt malos de medio iuſtorum. Matt.to.4. 65.c.4.G

Separatio. In die iudicij duplex erit ſeparatio bonorum a malis. Matt.to.4. 65.c.2.E

Sepelire. Sepeliēdi ius, eſt aliqd ſacrū, nec vēdi poteſt, & Abraam, cū ſepeliuit Sarrā, aliud emit, ſcilicet locū ſepulturæ, & aliud gratis petijt, ſcilicet, ius ſepeliendi. Gen. 284.c.4.F
Ius ſepeliendi, & ſi generaliter vendi nō poſſit, locus tñ ſepulturę aliqñ vendi poteſt. ſ. priuſquā aliquis in eo ſepeliatur, ſed poſtea nō, qa efficitur locus ſacer, ſic eſt in cimiterijs noſtris, quæ nec vendi poſſunt ad vſus prophanos, neq; ad ſepulturā, ſed gratis conceditur omnibus. Gen. 288. c. 4.I
De modo, quem habebant Iudęi in ſepeliendis corporibus. Matt. to.6. 239.c.4.K
Sepelire corpus humanum poteſt fieri ex duplici intentione. Mat.to.7. 113.c.4.F
Mos erat Patriarcharum ſepelire vxores ſuas apud ſe. Gen.295.c.3.F. Et hæc cōſuetudo poſtea fuit apud hebræos. 2. Reg. 93.c.4.k
Sepelire mortuos intra ciuitates & oppida vſque ad tempus eccleſiæ primitiuę, nunquam fuit conſuetum, vbi fuit conſtitutum vt fideles venirent in eccleſiam ad orandum pro mortuis, vt a peccatis ſoluantur. Exo.to.1. 105.c.4.I
Tempore leg. vet. nullus ſepeliebatur intra ſanctuarium, nūc autem intra eccleſiam ſepeliuntur. Leui.84.c.1.E. Nec etiam ſepeliebantur in locis habitationū, ſ. ext. ſicut patet de Nadab & Abiu, qui ſepulti ſunt extra caſtra. Et hoc duplici de cauſa. Leui.84.c.2.B. Et apud gētiles fuit vſus. ibid.84.c.2.C
Sepelire in templo nō erat apud Hebręos vſitatum. Exo. to.1. 105.c.4.K
Sepeliendi mos apud Gentiles. Exo.to.1. 105.c.4.H
In lege Chriſti ſepeliuntur cadauera intra eccleſias & cimiteria, cuius aſſignatur cauſa. Leui. 84.c.4.H
Aliquando promittebat Deus aliquibus ſepeliri honorabiliter, vt de Abraam. Gen. 15. & de Iacob. Gen.49. Leui. 218.c.3.k
Illi, qui ſe occidūt, nō ſepeliūtur in cimiterijs fidelū ex conſtitutione eccleſię. 2.Reg. 110.c.3.I
Quare hominis cadauer ſolum ſepeliebatur, & non alia cadauera aliorū animalium. 2.Reg. 110.c.4.F
Omnes reges Iuda ſepeliebant̄ in ciuitate Dauid, nō tñ oēs̄ ſepulchro facto ꝑ regib⁹. 4.Reg. 162.c.3.G
Quòd aliquis non ſepeliretur in ſepulchro patrum ſuorum, reputabatur magnum infortunīū apud Hebræos & Gentiles. 3.Reg. 119.c.2.A

Antiquorum consuetudo erat sepeliri in sepulchris patrum suorum.4.Reg. 136.c.2.B
Mos erat apud Hebrẽos, sepelire mortuorum corpora vnguentis, & aromatibus vncta, & prẽcipue magnorum regum corpora.2.Parilp. 218.c.1.E. &.223.c.1.D
Sepelire mortuos, bonũ quoddã est ipsis mortuis, ꝑut viuũt in memorijs hominũ.Mat.t.3.14.c.1.G
Sepelire mortuos acceptabile a Deo est,vt patet Tobiæ.12.Et est vnũ de septem operibus misericordiæ corporalibus,& pertinet ad honorem naturæ humanæ, & Deus iussit sepelire aliquos, scilicet Nadab,& Abiu.Le.10. Et similiter facere officia funeris,& plangere.Mat.to.3.150.c.1.B.Neq; Deꝰ prohibuit illum discipulum de quo Mat.8. ire ad sepeliendum patrem suum ad vitandum immunditiam,quæ contrahebatur sepeliendo &c.vt probatur ibidem.150.c.2.B. Sed quoniam ꝑ hoc poterat impediri ille discipulus ab eo,quod Christus volebat,scilicet,à predicatione Euangelij,vt patet Luc. 9. Et opinio Nicolai, scilicet, qđ pater istius non erat tunc mortuus,videtur satis rationabilior. Mat.tom.3.150.c.3.F. Sed magis videtur conuenire literæ quod pater istius esset iam mortuus,vt probatur ibidem. 150.c.4.F
Christus sepultus est iuxta locũ, vbi passus est.Mat. to.3. 164.c.2.E
Omnes Iudæi speliebantur extra vrbes præter reges, qui sepeliebantur intra Ierusalem in monte Sion in horto regalis palatij.Mat.to.3. 164.c.2.E
Sepelire mortuos ponimus nos inter opera misericordiæ corporalia, cùm Christus non ponat.Mat. 25.Et hoc in quãtũ quodãmodo cõuenit in operibus misericordię corporalibus Mat.t.7.113.c.3.H
Humanũ corpus sepeliri potest ex duplici intentione, vno modo inquantum inhonestum est, quòd maneat insepultum, & pertinet ad honorẽ quendam humani cadaueris quod sepeliatur &c. Et hoc modo sepelire &c. nõ est opus misericordię, sed religionis,nam locum sacrum vocamus, vbi cadauer humanũ sepelitur &c. Alio modo prout ꝑ sepelire tollitur quædam miseria, & sic dicitur opus misericordiæ, quia quodammodo homo mortuus manet ꝑm opinionẽ.Mat.to.7.113.c.3.K

Sepulchrum. Pluribus nominibus nuncupatur, nam dicitur cœmiteriũ, polyandriũ,andropolis, sepulchrum, mausoleus,dormitoriũ,tumulus,monumentũ,ergastulum sarcophagus, pyramis. Gen.285. c.2.B
Sepulchrũ magnũ constructũ à Dauid in arce Sion in horto pro regibus Israel.1.Paralipo. 125.c.2.E
Sepulchrum nõ computatur inter bona, quia non est ad vsum viuentium.Gen. 73.c.4.H
Sepulcha hominum habentur in magna veneratione, & in legibus humanis vocantur sacra.Leuit. 84.c.2.B.Etiam apud gentes, vt patet.ff.de sepulchro violato.Iud. 21.c.1.B
De modo sepulchrorum Iudæorũ.4.Reg.137.c.2.C & Mat.to.3.164.c.3.F
Sepulchra terrę Chanaam erant ad modum domorum subterranearum.4.Reg. 137.c.1. D. Et erant plana & habentia portas claustas magnis lapidibus. Matt.to.3. 164.c.3.H
Corpora peccatorũ dicuntur sepulchra. 240. c. 2. A
Sepulchra apud hebræos erant loca sacra, & religiosa,nec licebat ibi aliquod prophanum agere.s.colere terram illam ad plantandum arbores, vel segetes colligendas &c. propter honorem humani sepulchri.Matt.to.3. 164.c.3.F
Sepulchra habitantiũ in Ierusalẽ, erant in conualle apud torrẽtẽ Cedrõ.4.Reg.23. Mat.t.3. 164.c.4.G

Sepultura. Sepulturæ locus in ecclesia gratis conceditur ab illo,qui administrat ecclesiam, sine aliqua pecuniaria conuentione;deinde ille, qui sepulchrum accipit, dat ecclesiæ aliquid non tanquam debitum vel conuentum, sed in eleemosynã. Et si fortè aliquis postq̃ accepisset sepulturę locũ,eleemosynã illã dare nolusset, cõpelli debet per iudicẽ ecclesiasticum ad hoc soluendũ, non prætextu alicuius contractus, sed prætextu alicuius laudabilis consuetudinis, ad quam seruandã cõpelli debent,sicut qñ clerici faciũt mortuorũ exequias,nõ debẽt:conuenire pro certa pecunia,sed si illi,ad quos hoc spectat soluere,nolũt soluere,per iudicẽ ecclesiasticũ compelli pñt ad dandũ,q̃tũ est ex cõsuetudine laudabili, vt patet extra de simon. c. suã nobis.Gen. 284.c.4.H
Sepultura ecclesiastica priuandus est, qui moritur in peccato mortali manifesto. Matt.to.7. 67.c.2.A

Sepharnain. Dij sepharnain dicebantur Adramelech, & Anamelech, in quorum honorẽ cõburebant filios suos. 4. Reg.17.4.Reg.171.c.1.A

Sephatiã. De sephatiã quinto filio Dauid, nihil habetur in historijs sacræ scripturæ.1.Paralip. 54.c.2.A

Septẽ. Quod septem tantũ sint Psalmi pœnitẽtiales,assignãtur rõnes.Gen.199.c.4.I

September. Erat primus mensis apud hebręos ante institutionẽ Phase, ꝙa in eo creatus est mundus, & ipsum ipsi hñt pro primo mense simpliciter, sed Martiũ vocant primũ mensem quantũ ad celebrationẽ festiuitatũ,quantũ vero ad alias cõputationes,Septẽber tenetur vt primus in oĩbus cõtractibus eorũ. Exod. to.1.70.c.3.H. Et sic scriptura Exo.23. Septembrẽ appellauit finẽ anni. & Exo. 34. vocat principiũ & finẽ anni.Exo.to.1.259.c.2.E. Exo.to.2. 178.c.2.E. Nu.to.2. 108.c.2.E
Quare in mẽse Septembri celebrẽt festũ propitiationis apud iudæos.s.decimo die illius mensis. Et festũ clangoris,prima die & festũ tabernaculorũ die decimo quinto.Leui.170.c.3.K.2.Paralip. 64.c.4.I

Septennarius. Numerus cõuenit remissioni peccatorũ & pœnitentijs eorum.Gen. 200.c.1.A
Septennarius numerus perfectus est, cum significet vniuersitatem rerum, & numerum temporum. Leui.314.c.4.F.Matt.to.1. 64.c.1.A
Septennarius est numerus aptior ad significandum quamcunq; multitudinem, quàm quilibet alius. Matt.to.4. 32.c.3.G

Septemtrionalis.

Partes terræ septẽtrionales eleuatiores sunt partibus meridionalibus generaliter. Gen. 352.c.4.k

Septuagies septies Duplicem potest habere intelligentiam.Matt.to.5. 63.c.4.K

Septuaginta interpret.

Septuaginta interpretum trãslatio antiquior est cæteris translationibus. Gen. 35.c.1.C
Quòd septuaginta interpretes deuiauerint a veritate hebraica,manifestũ est,dicit Hieronymus,sed quare deuiauerint,non exponit, vr tñ velle Hieronymus, ꝙ illi errauerũt ex ignorantia, licet hoc subticeat:Iudæi tamẽ excusant ipsos dicentes,prudenti consilio factum esse, scilicet, vt quædam verba obscuritatibus tegerentur. Gen. 36.c.1.E

Augustinus defendit multum septuaginta interpres. 15. de ciuitat. cap. 11. 13. &. 15. qui, si cum litera hebraica concordari nō possunt, magis est credendum veritati Hebraicæ, a qua nobis scriptura prouenit. Gen. 30. c. 4. I

Septuaginta interpretum translationem ceteris esse anteponendam dicit August. 2. de doctrina Christiana. c. 15. quia, scilicet facta fuit, inquit, spiritu ꝓphetico, quod ideo opinatus est Augustinus, quia credidit illam fabulam de septuaginta cellulis septuaginta interpretum, quod multū displicet Hieronymo. Nec est mirandum, quòd tanti doctores in facto discordent, cùm sit in iure, neque credendum est, ꝙ alterno liuore discrepauerint. Gene. 36. c. 3. H

Septuaginta interpretum translationem ita laudat Augustinus in 18. de Ciuitat. &c. quod eius verba, nisi sanè legantur, inuidorum verba videntur. Ge. 36. c. 3. H

Septuaginta interpretes non in pluribus cellulis, sed in vna basilica omnes conuenerunt, ait Hieronymus, cuius rationes non videtur autori facere plenam probationem. Ex quo loculus ab autoritate negatiue nō valet. Sed Hieronymi sententia, videtur esse vera ex verbis Iosephi. 12. lib. antiqui. cuius verba afferuntur. Gen. 36. c. 4. H. 1. Paralipo. 12. c. 2. E

Septuaginta interpretes non prophetarunt, quādo interpretabantur, sed solum erant translatores, nam aliud est esse vatem, & aliud esse interpretē, dicit Hieronymus. Gen. 26. c. 4. H

Quod septuaginta interpretes non scripserint, vel trāstulerint spiritu prophetico afflati, probat Hieronymus ex eo, ꝙ valde disperatè, & in sensū contrario Apostolis protulerunt. Itaque, stante eorū litera, Apostolorum probationes non sunt efficaces, quod est contra spiritum propheticum, vt patet in locis, quos adducit Hieronymus, qui nō eodem modo sunt in Hebraica veritate, & in translatione septuaginta interpretum, & sic spiritus sāctus cōtrario modo loqueretur in alijs & in alijs. Gen. 37. c. 2. D

Septuaginta interpretes concordant in numero annorum cuiuslibet, hominis, de quibus fit mentio in. 5. c. Gen. cum textu Hebræo, sed discordant in annis antequam quilibet eorum gigneret, quia septuaginta interpretes ponunt plures annos, q̄ litera Hębraica, sed deinde subtrahunt eos de annis quos ponit litera Hębraica post generationē, de his Aguſt. 15. de ciuita. cap. 11. & vltra, vbi concordat omnes veritates annorum. Gen. 30. c. 3. F

Septuaginta interpretes dicunt septuaginta quinq; animas descendisse in Aegyptum, sed non potest hoc colligi ex textu, Hieronym⁹ dicit hoc esse falsum, quia computauerunt septuaginta interpretes quinque nepotes Ioseph filios Manasses & Effrahin, & hoc propter honorē Ioseph, propter quem recepti sūt omnes in Aegyptum de domo Iacob honorifice. Et hunc modum sequutus fuit Luc. Actuum 7. vbi posuit septuaginta animas intrasse in Aegyptum cum Iacob. Et hoc fecit, quia scripsit in Græcia, vbi vigebat tunc autoritas septuaginta interpretum. Gen. 309. c. 3. F

Septuaginta, qui descenderunt in Aegyptū de femore Iacob, computantur sic, qa animæ ingressæ cū Iacob fuerunt sexaginta sex, cōputando solū eas, quæ descenderūt simul cū eo: deinde dī, ꝙ fuerūt 70 animæ, computādo omnes, quot quot erant, siue tunc descēdentes, siue ante, & sic ponunt Ioseph & duo filij sui, & ponitur Iacob cum istis trisi Tostati. Pars 2.

bus, qui omnes sunt septuaginta. Gen. 387. c. 2. E

Septuaginta interpretū trāslatio laudat à Hieronymo, illa. s. q̄ si permaneret pura, & vt ab illis ædita fuit, nō oporteret, vt ipse quidq̄ scriberet: sed quia cuncta additionibus & detruncationibus vitiata erant, aliā oportuit facere translationem. Iosue. to. 1. 8. c. 4. G

Septuaginta interpretum translatio magnæ erat autoritatis tempore Hieronymi. Iosue to. 1. 9. c. 2. A

In translatione septuaginta interpretū nō reperiunt oīa testimonia, q̄ Christus allegat in Euangelio. Neq; q̄ Apostoli in suis Epistolis. Et tñ reperiunt in trāslatione beati Hieronymi. Iosue. to. 1. 9. c. 4. k

Septuaginta interpretes transtulerunt Bibliā ducentis annis ante Christi natiuitatē. 1. Paralip. 8. c. 2. E

Imo centū octuaginta vel paulo minus, vt probatur. ibidem. 11. c. 1. A

Septuaginta interpretes, q̄ fuerint, & quo tēpore trā stulerint, & ad cuius preces. 1. Paralip. 11. c. 1. A

In septuaginta interpretibus non habetur illud, ꝙ allegatur a Mat. 2. c. f. Ex Aegypto vocaui filium meū, quod habetur Oseæ. 11. Nec illud Matth. 2. Quoniā Nazareus vocabitur, ꝙ est apud Isaiam 11. vbi dicitur egredietur virga de radice Iesse & flos &c. Nam secundū proprietatem hebraicam potest dici, & Nazareus de radice eius ascendet. Nec illud, quod habetur Ioan. 19. Viderunt, in quē cōpunxerunt, & habetur Zacha. 22. scilicet: Aspicīt ad me, quem cōfixerunt. Nec illud, quod allegat Apostolus. 1. cor. 2. di. Sed sicut scriptum est, quod oculus non vidit, nec auris audiuit. & habet Isai. 64. scilicet: A seculo nō est auditum, oculis non viderunt, nec auribus perceperunt, Deus nemo vidit absque te, quod præparasti diligentibus te. 1. Paralip. 13. c. 2. A. Nec illud, quod allegauit Christus, Ioan. 7. Sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. quod habetur Prouer. 5. scilicet: Deriuent̄ fontes tui foras. ibid. 13. c. 4. F

Septaginta interpretes habuerunt donum sapientię, non tamen donum prophetiæ, cum transtulerūt. 1. Paralip. 25. c. 3. I

Septuaginta interpretes aliquid addiderūt in translatione, quam fecerunt ad veritatem hebraicam, & interdum aliquid subtraxerūt. 1. Paralip. 26. c. 1. A

Septuaginta senior.

Septuaginta ..dices, quos elegit dominus Num. 11. exonerauerunt Moysem in his, quæ ad solū Moysem prius pertinebant, nec isti euacuauerunt iuris dictionem eorum, qui consilio Ietro constituti sunt. Num. to. 1. 134. c. 1. A. Et manserunt in deserto. ibidem. 135. c. 1. A Et post fuerunt in terra Chanaam vsque ad Christum, sed non habuerūt postea spiritum propheticum, sicut habuerunt in deserto. ibidem. Et isti septuaginta seniores erat superiores illis iudicibus, qui electi sunt consilio Ietro, & habebant eandem subordinationem ad septuaginta, q̄ habebant ad Moysem, nec isti habebāt aliquā subordinationē ad Moysē. Et isti. 70. cum non haberent spiritū ꝓpheticū in terra Chanaā, non valebāt aliqd̄ sententiare sine sūmo pontifice, qa erant velut eius consiliarii. Et summus sacerdos proferebat sententiam, & isti assumpti sunt viri prudentes, quia q̄quam ſm spiritum propheticum ꝓphetarēt, aliqñ aūt poterant iudicare non habentes spiritum propheticum, vt patet de Moyse. Secundo etiam electi sunt prudentes propter honestatem &c. Et in istis septuaginta poterant aliqui esse iuuenes ætate, senes tamen spiritū, nec repugnat literæ Nu. 11. Nu. to. 1. 135. c. 1. E

Septuaginta viros, de quibus nu. 11. elegit Moyſes non ſorte, vt quidam hebræi dicunt, ſed falſum dicunt, quia illos elegit, in quibus reperirentur conditiones requiſitæ ad regendum populum. Et ad hoc fecit inquiſitionem, & quos voluit congregauit. Nu. to. 1. 143.c.1.B

Septuaginta viri, de quibus nu. 11. fuerunt electi, vt dicunt iudæi, de omnibus tribubus de qualibet tribu ſex. Sed falſum dicunt, vt probatur Nu. to. 1. 146. c. 3. I

Septuaginta viri, electi per Moyſen, non prophetabant de his, quæ pertinebant ad gubernationem populi, ſed aliquid de eo, quod pertinebat ad laudes Dei. Nu. to. 1. 147.c.3.I

Septuaginta viris, de quibus nu. 11. non erat aliquis locus deputatus, quo conſulerent dominum, ſed vbicunque volebant conſulere, reſpondebat eis Deus. Et iſtorum ſeptuaginta quilibet per ſe poterat audire cauſas, & ſic quilibet per ſe poterat cõſulere: ſed quilibet iſti dominum conſulebant, & dominus reſpondebat. Nu. to. 1. 148.c.2.A

Iſti ſeptuaginta viri non ſimul iudicabant de qualibet re, nec multi eorum ſimul, ſed quilibet per ſe, & hoc fuit ſolum tempore Moyſi: nam poſt mortem eius tempore ſummorum Pontificum, quando etiam manſit conſiſtorium ſeptuaginta ſeniorum, non iudicabat quilibet eorum per ſe, ſed omnes ſimul cum ſummo ſacerdote, quia illi non erant prophetę, nec etiam ſummus ſacerdos, ſed humano iudicio agebatur, ſed quare iſti erant ſeptuaginta & non plures, neque pauciores, non poteſt immediate reddi cauſa, ſed quia voluit ſic Deus, quia illum numerum ſufficientem eſſe cognouit. Nu. to. 1. 150.c.2.A

De ſeptuaginta ſenioribus veteris teſtamenti, qui vocabant domus cõſilij, vel iudicij. 4. Reg. 219.c.3.D

De ſeptuaginta ſenioribus veteris teſtamenti vide etiam in dictione Seniores.

Sepum. De ſepo & adipe non ſunt ſoluendę decimę. Matt. to. 6. 216.c.2.E

Sequi Chriſtum.

De varia intentione eorum, qui ſequebantur Chriſtum. Matt. to. 1. 273.c.2.B

Duo ſunt prędipua, quæ impediunt ſequi Chriſtum, ſcilicet cura rei familiaris, & communicatio ad vxorem in venereis. Matt. to. 5. 136.c.4.H

Chriſtum ſequebantur multi, multis de cauſis. Mat. tom. 3. 222.c.4.I. to. 5. 206.c.2.D. to. 1. 273.c.2.B.

Qui Chriſtum ſequebantur, multis virtutibus operam dabant, & corporaliter eum ſequebantur. Matt. to. 5. 159.c.3.k

Multi ſequebantur Chriſtum propter curationes infirmitatum, & multi propter doctrinam. Matth. tom. 4. 11.c.1.C

Multa ſunt a Deo, quæ non ſumus deuincti ſequi. Matt. to. 5. 256.c.1.A

Multi pauperes ſequebantur Chriſtum, ſed rari diuites. Matt. to. 4. 83.c.1.B

Seraphim. In hebræo, dicitur combuſtor vel ardens. Iudi. 138.c.3.G. Iſaię 7. ſeraph, vel ſeraphim non eſt nomen ordinis, ſed nomen commune pro combuſtore, ſimiliter, & nu. 21. vbi dicit litera noſtra, ſerpentem æneum, litera hebræa legit ſeraph. i. ardentem vel combuſtorem. Iudi. 138.c.3.G

Serbetę. Populi Aethiopiæ habent 12. pedes in longitudine. Gen. 7.c.1.E

Serenitas. Quomodo fuerint in Chriſto ſigna ſerenitatis, & quomodo erunt ſigna pluuiæ. Matt. to. 4. 155.c.2.A

Serenus Poeta.

Serenus poeta fuit poſt Oratium, & Catullum. Gen. 28.c.1.C

Seres populi Apud ſeres in India eſt lanugo in arboribus, cuius ęſu vita protenditur. Gen. 24 c.2.B

Sermo Sępe ponitur pro re in ſacris literis. Exo. to. 2. 185.c.2.C. ſimiliter & verbũ. Leui. 63.c.3.F. Deu. 160.c.3.G. Matt. to. 1. 55.c.1.E

Sermones applicari debent materiæ, de qua agitur. Ioſ. to. 1. 171.c.2.C

Sermone generali non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. Ioſue. to. 2. 95.c.4.G. Et patet de iud. in 6.c. in generali. 3. Reg. 21.c.3.H

Sermo debet ſeruire rei, & res non debet eſſe ſubiecta ſermoni, vt ait Hilarius in lib. de Trini. & habetur extra de reg. iur. c. intelligentia, niſi forte verba dicantur in fauorem, vel prędiudicium alicuius, vt patet extra de ſponſa. c. nam ex literis. Et hoc niſi forte alias conſtet de intentione loquentis, ꝙ alia fuerit, quàm per verba ſignificatur. Iudi. 118. c. 1.E

Sermo Dei poterat fieri ad aliquem prophetã multipliciter. 2. Paralip. 150.c.4.G

Sermo domini, quem narrat Matt. c. 5. Et quem narrat Lucas. c. 6. non fuiſſe eundem ſermonem, dicunt aliqui, quia Matt. 5. dicitur, videns Ieſus turbas aſcendit in montem. & Luc. 6. dicitur, ꝙ prædicauit in loco campeſtri. Similiter & in Matthęo dicitur ꝙ Ieſus ſedit. & Luc. 6. dicitur, ꝙ ſtetit in loco campeſtri &c. Alij dicunt fuiſſe eundem ſermonem. Et hi veriſimilius dicunt, & concordantur iſti Euangeliſtæ. Matt. to. 2. 1.c.3.G

Sermo domini, de quo Matth. 5. fuit prædicatus coram turbis & diſcipulis eius, & non ſolis diſcipulis, vt aliqui dicunt. Et voluit inchoare ſermonem ſuum à beatitudinibus, & conuenienter, vt oſtenditur. Matt. to. 2. 69.c.4.G

Sermo domini in monte continet tria capita. Matt. ſcilicet, quintum, ſextum, & ſeptimum. Mat. to. 3 1. c. 2. B

Poſt ſermonem, quem Chriſtus fecit in monte, fecit miraculum leproſi Matth. 8. primo, ad confirmandum doctrinam ſuam. Secundo ad excuſandum calumniam, quam alij poterant facere contra Chriſtum. Matt. to. 3. 133.c.3.F

Serpens ſerpentes Creati sũt primo ad gloriam Dei, & ad vniuerſi conſeruationem & pulchritudinẽ, etiam proficiunt hominibus corporaliter ad medicamenta, & ſimiliter ſpiritualiter proficiunt. Geneſ. 8.c.4.H

In ſerpente fuit caliditas & ſagacitas a natura, & ſimiliter a caſu per dęmonis ſubintrationem, & linguam mouentis. Et communiter dicitur ꝙ diabolus in ſerpente tentauit, non ex delectu diaboli ſed quia non eſt permiſſus intrare in aliud animal pulchræ figuræ, ne ita faciliter tentare poſſet: poteſt etiam dici ꝙ hoc fuit ex delectu dęmonis. 18.c.2.A

Serpens in quem diabolus ſubintrauit, vt tentaret Euam, erat de genere quorũdam ſerpentum, qui erecti incedunt, habentes vultum virgineum, vt dicit hiſtoria Scholaſtica. Et in Talmud Iudæorũ legitur, ꝙ præfatus ſerpens cum Eua coiuit. Sed hoc turpiſſimũ eſt, & falſiſſimum. Gen. 18. c. 2.B. & 216.c.1.E

Serpens loquebatur nihil intelligens, sicut asina Balaam. Gen. 18.c.2.C
Serpentem ideo non interrogauit Deus, sicut primos parentes, quia serpens, ideſt, dæmon, iam dānatus erat. Gen. 20.c.4.H
Serpens, quare maledictus fuerit. Gen. 21.c.1.C
Serpentis maledictio potest aliquo modo intelligi de ipso serpente, in quem diabolus introiuit, sed non conuenit ista expositio multum, vt probatur. Gen. 21.c.3.F
Serpentis vultus virgineus mutatus est in serpentinum, secundum aliquos. Gen. 21.c.3.F
Serpentis maledictio magis conuenit serpēti, quàm dæmoni, iuxta literam Gen. imo ista maledictio magis est hominis, quàm serpentis. Gen. 21.c.4.k
Serpentes non gignuntur in insula cretæ, similiter neque noctuæ, & ista insula nunc dicitur Candia, & si noctuæ adducantur ibi aliunde, moriuntur. Gen. 23.c.3.F
Serpentibus vescuntur Aetiopes, nam comedunt dracones. Gen. 48.c.1.C. & 116.c.1.E
Quare de serpente dicitur Gen. 3. quòd erat calidior cunctis animantibus. Gen. 158.c.2.A
Serpentem fuisse, qui tentauit Euam, & non dæmonem, dicit Iosephus. lib. 1. antiquita. Cuius verba referuntur, & hoc multi crediderunt suo tempore, quia hoc videtur expresse dicere scriptura, sed falsum est, vt probatur. Gen. 158.c.2.C
Serpens dicitur astutus, propterea quod habet quandam naturalem & ingenitam cognitionem, quā vocant astutiam, vel prudentiam. Gen. 159.c.4.F
De serpentis astutijs, tam ad cauendum mala, quàm ad nocendum. Gen. 159.c.4.F
De serpentis prudentia. Matt. to. 3. 248.c.4.G
Quòd serpens non acceperit caliditatem a dæmone, probatur. Gen. 160.c.2.E
Serpentis caliditas, de qua Gen. 3. est naturalis eius caliditas, quam serpens habet secundum speciem suam. Gen. 160.c.3.F
Quare de serpente, & non de dæmone scriptura faciat mentionem, in tētatione Euæ. Gen. 160.c.4.G
Serpens calidissimus dictus est propter astutiam diaboli: nam locutus est sicut asina Balaam, vt dicit August. 11. Gen. etiam allegatur a Magistro 2. sen ten. dist. 21. Sed non videtur verum, dicendum ergo, quòd sit calidissimus propter suam naturalē astutiam. Gen. 163.c.2.D
Cum dicitur, quòd per serpentem loquebatur dæmō, sicut per energumenos, & phanaticos, aliqua est similitudo, & aliqua dissimilitudo. Genesim. 163.c.4.k
Serpentem tentantem Euam, aliqui dixerunt non fuisse verum serpentem, sed diabolum assumentem figuram serpentis, sed falsum est, vt probatur. Gen. 164.c.4.I
De serpente illo, per quem diabolus tentauit Euam, dicūt quidam quòd erat in paradiso cum animantibus, prius quàm peccarent primi parentes, quod improbatur. Alij dicunt ꝙ omnia animalia manebant extra paradisum, & non poterant per se venire in paradisū. Et tūc serpēs adductus est operatione dęmonis in paradisū. Et hæc est sentētia S. Th. 2. sent. dist. 17. art. vlt. Et explicatur modus, q probabilis est, sed aliter potest dici: & forte melius. s. ꝙ serpens nō fuit adductus per diabolum, sed ꝙ erat in paradiso tempore tentationis. Et refertur modus, quo ibi esse posset. Gen. 165.c.2.B
Quare Eua non timuerit serpentem. Gen. 165. c.2.E
Ad serpentē Deus loquens, quare non quæsierit ab eo, quare hoc feciſti: sicut petiuit ab Adā & Eua; assignat quandam rationem Historia scholastica, quæ non placet, sed improbatur: Alij dicunt, quòd ideo fuit hoc, quia diabolus: qui locutus est per serpentem, iam erat damnatus, & ideo non erat interrogandus, sed hoc etiam falsum est. Aliorum ratio est, ꝙ serpens erat irrationalis, & hoc magis accedit ad veritatem: impugnatur tamen. Et iuxta mentem autoris, assignantur quinque causæ. Gen. 211.c.2.A
Serpenti quare locutus sit Deus, ipsum maledicens, referuntur opiniones. sed quare hoc fecerit Deus Genesis. 211.c.4.F
Quod ad serpentem loqueretur Deus, fuit conueniens: & si non propter serpentem: propter homines tamen. Gen. 211.c.4.H
Quod serpens fuerit præsens, quando Deus pronunciauit pœnas Adam, & Euę, ex multis probatur. Gen. 212.c.2.A. Et ꝙ non esset præsens assignantur motiua: sed motiua partis affirmatiuæ sunt potiora. ibidem.
Serpenti quare dixerit Deus: quia hoc feciſti, maledictus eris. Gen. 212.c.3.H
Serpens, cum accusaretur, vel saltem cum imponeretur ei pœna, quare non respondерit. Genesis. 212.c.4.G
Serpentis maledictionem, de qua Gen. 3. Aliqui opinantur dictam esse diabolo, quasi ipse diabolus sit, qui ibidem vocetur serpens, & non aliquod animal. Et ideo maledicendo serpentem directè maledicitur diabolus. Et non per applicationem aliquam, vel trāslationem, vel metaphoram. Et hoc suppositо, applicantur omnes partes maledictionis dęmoni. Alij exponunt præfatam maledictionem dictam esse serpenti animali, & ista expositio magis conuenit superficiei literæ, & vtriusque opinionis motiua ponuntur. Gen. 212.c.4.k
Serpenti non est data aliqua pœna propter tentationem Euę in eo factam, vt probatur ex multis. Genesis. 213. c. 3.G
Quod serpens potuerit maledici, dicunt quidam. Similiter & inferri ei pœna, licet nō peccauerit: sed propterea, quia in eo præstitum sit homini nocumentum. Et ita sæpe contingit ꝙ bruta, & res non intelligibiles puniantur, & ponuntur exempla. Gen. 213. c.3.k. Sed dicendum ꝙ serpens in nullo peccauit, nec vlla pœna fuit ei inflicta a Deo, neq; mutatio facta in eo ab eo, quod prius habuerat, & respondetur ad rationes in contrarium. ibidem. 213. c. 4.H
Verba sonantia maledictionem, quæ fuerunt dicta contra serpentem, fuerunt dicta ad satisfaciendū primis parentibus, qui videntes se valde læsos, suadente serpente, putarent secum iniuste agi, si non daretur pœna serpenti. Et ita, vt hoc non crederent, debuit aliquid videri imponi serpenti de pœna, vel de malo: licet non ita esset. Gen. 215.c.1.E
A solo serpente factam esse tentationem, putauerūt primi parentes. Gen. 215.c.2.B
Quod serpenti dixerit Deus illa verba, quæ videntur esse verba maledictionis, & punitionis, duo fuere motiua. Primum, quia ipsi primi parentes non intellexerunt veritatem huius rei à principio, scilicet, ꝙ qui tentauit eos fuit diabolus, & ꝙ serpens nihil in hoc egisset. Et ideo non exigerent ipsi aliquam pœnam de diabolo, quia cum sit damnatus, & obstinatus, non potest vlterius peccare, & quidquid agat, non imputatur ei in peccatum, nec etiam exigerent de serpente: quia animal erat irrationale, neque fuit in sua potestate prohibere, v- dęmon non tentaret eos per ipsum. Secundum motiuum

motiuũ fuit, ꝙ Deus erat iustus in iudicãdo, apud quem non est acceptio personarum &c. Et ideo si non pronunciasset pœnam serpenti, sicut eis, videretur iniustus. Et ideo ne talem sinistram opinionem haberent de Deo homines, pronunciauit illud contra serpentem, quod homines crederent esse pœnam, licet nõ esset. Nam omnia, quæ pronunciata sunt de serpente, competebant illi secundum naturam illius, etiam si dæmon nõ tentaret Euam per serpentem. Gene. 215.c.2.A

Serpenti quomodo conueniat illud Gen. 3. Maledictus erit super omnia animantia, & bestias terræ. Gen. 215.c.4.F

Serpentem a principio habuisse pedes, & loquutũ fuisse, ac ratione fuisse vtentem, multi veterum dixerunt, & his fuisse priuatum propter maledictionem, quia seduxit Euam, & hoc tenuit Iosephus: sed ꝙ hoc falsissimum sit, & impossibile. Similiter quare scriptura non dicat esse factum hoc per dæmonem, sed per serpentem. Gen. 216.c.1.E

Serpentis cibus naturalis est terra. Gen. 217. c. 2. B. & sequen.

Quod serpens, ante tentationem, non habuerit pedes. Gen. 216.c.3.H

Aliquis serpens, vt nonnulli dicunt, rectus graditur: qui vocatur phareas: sed iste non potuit esse ille, qui Euam tentauit, vt probatur. Gen. 216.c.4.F

Serpenti quare dixit Deus: super pectus tuum gradieris, ex quo prius non habuerit pedes. Genesis. 216. c.4.F

Quod serpenti data fuerit terra in cibum: non fuit, vt inferretur malum serpenti: sed vt mulieri satisfaceret Deus. Gen. 217.c.3.F

Inimicitias inter serpẽtem, & hominem: de quibus Gen. 3. quidam dicunt esse venenum &c. vt Iosephus ait. Sed melius dicendum est, ꝙ inter serpentem, & totum genus humanum sunt veræ inimicitiæ: quia serpẽs mordet, & nocet homini; & homo præcauens, vt non noceat ei, vel iniuriam repellens, frangit caput serpentis, vel occidit ipsum, & hoc prouenit ex natura status humani. Genes. 218. c. 2.C

Quare de serpentis inimicitijs locutus sit Deus magis, quàm de aliorum animalium, refertur opinio quorundam, & impugnatur, deinde assignatur vera causa ab Auctore. s. ꝙ aliquæ inimicitiæ apparebant inter serpentes, & hominem, & nõ inter hominem, & alia animalia. Secundo, quia ista dicta sunt ad satisfaciendum mulieri. Gen. 218.c.2.E

Serpens habuit venenum ante tentationem, contra Iosephum. Gen. 219.c.1.A

Serpentis inimicitiæ ad hominem, est quoddam naturale odium, & inclinatio ad nocendum sibi inuicem. Gen. 219.c.1.B

Homo libentius occidit serpentes, quàm cætera animalia. Gen. 219.c.2.D

Serpens mouetur ad nocendum homini: nõ solum ex timore: aut resistendo malo, quod ei ab homine infertur: sed ex naturali inimicitia: cuius actus est nocere inimico, & apparet hoc: quoniam serpens nocet ex insidijs. Gen. 219. c.2.D

Inter serpentem, & hominem non fuit odium positum post tentationem, cum prius esset. Potest tamen dici, ꝙ fuit auctum ex parte hominis post tentationem. Gen. 219.c.2.E

Inter serpentem, & mulierem non fuit inimicitia actu in statu innocentiæ: sed bene postea. Et hoc ex parte hominis, non tamen ex parte serpentis, & aliorum animalium: quia status hominis mutatus est post peccatum, nõ tamen status aliorum animalium. Gen. 219.c.3.F

Serpens non appropinquaret homini in statu innocentię ex se: sed fugeret, nisi traheretur: non tamẽ noceret: quia a Deo cohiberetur. Gen. 219.c.4.G

Potest etiam dici, ꝙ serpens in paradyso accederet ad mulierem, non solum a diabolo impulsus, sed etiam a se motus. Nam licet in illo essent omnia principia inimicitiæ ad hominẽ, tamen quandiu maneret status innocentiæ hominis, nunquã exerceret aliquem actum inimicitiæ in ipsum: quia neque noceret, nec insidiaretur, neque fugeret ab eo. Gen. 219.c.4.I

Serpens accessit ad mulierem sine timore: quia non à se motus, nec ab alio impulsus. Gen. 219.c.3.K

Serpenti datæ sunt illæ maledictiones, de quibus Genes. 3. non quantum ad rem, sed quantum ad intentionem mulieris, quæ putabat illas dari de nouo ipsi serpenti propter iniquitatem, quam gessit. Secundo potest dici, & melius, ꝙ serpens habuit illa mala: quia tentauit mulierem: quia si non tentata esset, non peccaret, & per consequens subdita essent illi omnia animalia. Gen. 220.c.4.G

Quod ad omnes serpentes extendantur inimicitiæ. Genes. 220.c.4.I

Quod serpenti non veniant inimicitiæ propter tentationem mulieris, argumentum est: quia non solũ ad serpentes eiusdem speciei cum illo: sed ad omnes fuerunt inimicitiæ, & per consequens hoc est ex natura. Genes. 221.c.2.C

Serpenti Deus loquebatur tanquã intelligenti, propter mulierem, quæ putabat serpentem esse intelligentem. Gen. 221.c.4.k

Serpẽti quare dixerit Deus, ipsa conteret caput tuũ, potius quàm reliquum corpus. Gen. 221.c.4.k

Quod serpentis caput contractura esset mulier, qualiter intelligatur. Gen. 221.c.3.K

Cur Deus dixerit serpenti: Tu insidiaberis calcaneo eius. Gen. 222.c.1.A

Serpenti conuenit insidiari propter duo. Primo, quia serpentes timidi sunt, cum sint complexionis frigidæ, & melancholicæ. Secundo, quia astuti sunt. Genesim. 222.c.1.B

Serpentes non vident: nisi de propinquo, & interdũ occultant se in puluere, vel arena. Et iacent in vijs expectantes transitum viatorum, vt eos mordeãt, cum transierint, vt dicitur. Gen. 49. Fiat Dan coluber in via. Gen. 222.c.1.G

Serpẽs quare specialiter insidietur calcaneo, & quare specialiter dixerit Deus calcaneo, quàm pedibus. Genesim. 222.c.1.D

Serpens, & omnia animalia timent vultum humanum. Gen. 222.c.2.E

Cur serpenti dictum sit. Tu insidiaberis &c. & non dictum sit: Tu mordebis. Gen. 222.c.3.F

Inimicitię serpentis ad mulierem: si veritas consideretur, in pœnam mulieris sunt, & in malum serpentis. Gen. 222.c.4.F

Serpentem occidit sputus hominis ieiuni, vt aiunt sapientes. Gen. 222.c.4.G

Serpens fugit hominem nudum, & vestitum inuadit: sed hoc non est vniuersaliter verum. Genes. 224.c.2.C

Quod serpens post peccatum nõ momorderit Euã, & Adam. Hoc ideo fuit: quia non permisit Deus, & multæ aliæ causæ assignantur. Gen. 224.c.2.D

Serpentes, cùm sint frigidissimæ naturæ, calidissimã terram inhabitant. Exo. to.1. 11.c.3.K

Serpens lęsus in quacunque parte non moritur, sed lęsus in capite moritur. Gen. 221.c.4.H

Serpens cur timidus. Gen. 222.c.1.B

Serpentes Arabici ſunt alati: ſed ibides defendũt ne intrent in Aegiptum. Exod.to.1. 109.c.4.F
Quidam ſerpens dicitur boas: quia integros boues deuorat, vt ſcribitur in vita beati Hilarionis in libro, qui dicitur: De vitis patrum. Exod. tom. 1. 233. c.3.k
Serpens nimiç magnitudinis deſtruxit partem exercitus Romani, apud Bragada fluuiũ Africæ. Exo. tom.1. 233.c.4.F
Terra calida ſerpentes gignit,& quanto calidior eſt, tanto plures gignit.Leui. 310.c.2.A
De varijs ſerpentibus,ſcilicet,baſiliſco,iaculo,dipſas, hynali,emorri,preſten, ſepi, hamodita. Deutero. 170.c.2.A
Serpentibus abundat Aphrica, & ideo pro maiori parte inhabitata redditur. Solum autem populi, qui Pſilli nuncupantur, inter ſerpentes innoxij viuunt.Nam eos venena non lædunt:immo ſerpentes ipſos formidant, & ſputo ſuo quorumcunque ſerpentum venena curant, de quibus Lucanus libro 9.Deut.170.c.2.B.De Opti.poli. 2.c.2.B
De ſerpentum prudentia. Matt. to. 3. 248.c.4.G

Serpens çneus. De quo num. 21. non operatione magica, vel aſtrologica habebat virtutem ſanatiuam, vt probatur contra quoſdam dicentes oppoſitum. Nu. tom.2. 17.c.2.A.& ſeq.
Quare Deus fieri iuſſit ſerpentem æneum ad ſanandum percuſſos a ſerpentibus ignitis. Num.tom.2. 24. c. 3.H
Serpens æneus manſit vſque ad tempus regis Ezechiæ, qui videns multos circa illum errare, fregit illum,& combuſſit,poſuitq; in torrente Cedron. 4.Reg.18.Nu.to.2. 24.c.4.H.& 4.Reg.175.c.1.B
Serpentem æneum, quem fecit Moyſes, coluerunt Iudęi:aliquanto tempore ante Ezechiam,adolendo ei incenſum, propter quod confregit illũ Ezechias. 3.Reg.139.c.1.D. Et vocauit eũ noeſcham. i.maſſam æneam,vel æs purum. 4.Reg.175.c.1.B. Et ſic frangendo:non peccauit. 4.Reg. 177.c.3.H. Et adolebant ei Hebræi incenſum propter multa. 4.Reg. 175.c.1.B
Serpens æneus factus eſt a Moyſe anno quadrageſimo ab exitu de Aegypto paulo antequam Iſraelitę intrarẽt terram promiſſionis.4.Reg.176.c.3.H. Et conſeruatus eſt ab Iſraelitis vſq; ad tempus Ezechiæ propter multa. 4. Reg. 176.c.3.K
In ſerpente æneo non erat virtus ſanandi percuſſos a ſerpentibus : ſed ſolum voluntas Dei. 4. Reg. 176. c.4.I
Chriſtus dicitur ſerpens metaphoricè propter ſerpentem æneum, de quo Nu.21.Parado. 52.c.1.B
Serpentem æneum quidam dixerunt factum eſſe aſtrologicè,quod falſum eſt.Parado. 52.c.1.D
Serpens æneus factus eſt a Moyſe iuſſu Dei ad duo.ſ. ad futurarum rerum ſtatum ſignificandum.Et ad exprimendum conditionem quandam ſtatus populi iudaici in percuſſis. Parado. 59.c.4.G
Serpens æneus ſignificauit Chriſti mortem in cruce, vt per eam haberemus ſpiritualem ſanitatem. Parado. 60. c.1.B. Et Chriſtus dicitur ſerpens propter illum ſerpentem æneum.Parado. 60.c.1.D

Seruare. Chriſtus non ſeruauit omnia, quæ mandauit diſcipulos ſuos ſeruare, neque nos tenemur omnia illa ſeruare. Mat.to.5. 186. c.1.A
Illa, quæ Deus ſibi ſeruat, ſunt tam in operatione, quàm in ſcientia. Exemplum primi, vt animam creare,& infundere, iuſtificare, & miracula facere. Exemplum ſecundi, vt ſcire finem mundi. Matth. tom.7. 87.c.3.F

Seruile opus. Quid ſit. Exo.to.1.84.c.1.B & 80.c.4.H
Seruilia opera ſunt quandoque legere, docere, aduocare. Exo.to.1. 82.c.4.G

Seruire. Nemo poteſt ſeruire duobus dominis,propriè capiendo dominos,quia dato, ꝙ non ſint contrarij, erunt tamen neceſſario diſparati in aliquo, alias non ſunt duo domini ſed vnus dominus,vt ꝓbatur.Mat.to.3.105.c.3.G.: & c.2.C.Poteſt tamẽ quis totaliter ſeruire vni homini, ſeruiendo Deo. ibidem.

Seruitium. De ſeruitio ſoluitur decima. Matt.to.6. 217.c.1.E

Seruitus. Duplex eſt ſeruitus, quædam naturalis, & quædam de iure gentium. Prima eſt, qua ille, qui non eſt naturaliter potens ſeipſum regere,propter defectum prudentię,ſubditur alteri,vt ipſum regat,& imperet ei. Secunda eſt, quę introducitur per bella. Prima eſt bona, & aſſimilatur ſubiectioni, qua corpus ſubditur animę.Secũda vero mala.Gen.229.c.3.F.& 240.c.4.k
Seruitus eſt omnium ſubiectionum peſſima: ſicut dominatio eſt grauiſſimus principatus . Geneſis. 232.c.3.H
Seruitutes introductæ ſunt de iure gentium per bella,vt patet Inſtit.de iure perſo.§.ſeruitus. ſeruitus, inquit, eſt conſtitutio iuris gentium, in qua quis dominio alieno. contra naturam ſubijcitur. Gen. 240.c.4.K. & Matt.to.6.327.c.3.H
Seruitutem ortam inuenimus ex quadam maledictione, qua Noe maledixit Chanaan nepoti ſuo, filio Cham.Gen.9.Et prædicta maledictio non inferebat: ſed tantum prænunciabat malum euenturum, ſiue a Deo, ſiue per operationes hominũ. Geneſis. 241.c.1.A
Seruitus dicitur mors ciuilis. Gen. 241.c.1.D
Tabernaculum ſecundum ſuam propriam originẽ latinam, dicitur domus facta de tabulis, & inde deriuatur: nam diminutiuum huius nominis tabula eſt tabella, vel taberna. & inde dictum eſt tabernaculum, & eſt domus facta in expeditione, ideſt, in caſtris bellorum ad breuiter manẽdum, vt diſſolui poſſit &c. Exo. to. 2. 36. c. 4. H

In tabernaculo Domini erant duæ partes, ſcilicet, tabernaculum interius, & exterius &c. Exo. to. 2. 37. c. 1. E

Tabernaculum & lex, ideo data ſunt in deſerto, vt in terram Chanaan introirẽt eruditi in cæremonijs Dei, & cultu eius, quia ſi ſemel introirent in eruditi &c. Cõuerterentur ad cultum idolorum gentis illius, inter quam habitarent, & hęc eſt cauſa, quare Deus retinuit Iſrael in deſerto quadraginta annis, vt toto illo tempore inſtruerẽtur in lege, & cæremonijs. Exo. to. 2. 37. c. 1. E

Tabernaculum ſatis ample, & plane deſcribit Auctor. Exod. tomo 2. 37. col. 4 G

Tabernaculum erat domus facta de tabulis, & erat quadrangularis figuræ, ſcilicet, triginta cubitorum in longitudine, & decem in latitudine, & decem in altitudine, & erat operta tabulis in tribus lateribus, ſcilicet, in Meridiano, Aquilonari, & Occidentali. Nam latus Orientale totaliter erat apertum non habens aliquam tabulam &c. Exo. tom. 2. 37. c. 4. G

Cortinæ tabernaculi, de quibus Exo. 26. factę erant ὀpere plumario, quod ſignificat opus textile, & non opus pictorium: nam in Hebræo dicitur roquen &c. Exo. to. 2. 38. col. 3. K

De tabernaculi coopertorio Exo. 11. ſagis confecto. Exo. tomo 2. 39. c. 4. K

De tabernaculi opertorio ex pellibus arietinis rubricatis, & alio ex pellibus hyacinthinis, & quomodo totum tabernaculum operiebant dempto fronte Orientali contra Bedam dicendum, quòd ſolum operiebat tectum tabernaculi, & non latera. Exod. tomo 2 42. c. 1. A

Tabernaculi tabulę habebant decem cubitos in altitudine, & cubitum, & dimidium in latitudine, in groſſitate non habebant cubitum, vt dicit Rabbi Salomonis, vt probatur Exo. to. 2. 42. c. 4. F.

Dicendum ergo, quòd groſſities cuiuslibet tabulæ erat quatuor digitorum, vel forte minus, vt ait Ioſephus.

Ioscphus. ibidem.
Tabularum tabernaculi bases describuntur. Exodo tomo 2. 43.c.3.H
Fabricæ tabernaculi exterioris designantur multæ causæ. Exod tomo 2. 46.c.2.I
Quòd vnicum tabernaculum, & sanctuarium esset in toto Israel causa fuit euitatio idolatriæ. Exod. tomo 2. 48.col.2.A
Atrij tabernaculi longitudo quare haberet centum cubitos, & latitudo quinquaginta. Exod. tomo 2. 52.c.1.A
In tabernaculo exteriori erant tres administrationes sacerdotum, scilicet, adolere incensum in altari thymiamatis, incendere lucernas, ponere, & auferre panes propositionis, & hæc pertinebant tam ad sacerdotes summos, quam ad minores, quando tamen à magno sacerdote fiebant, induebatur vestibus pretiosis, sine quibus non intrabat in sanctuarium, vt patet Exod. 28. & vestietur ea Aaron in officio ministerij, vt audiatur sonitus &cæt. Et his vestibus induebatur in atrio. Exodo tomo 2. 63.c.1.B
Tabernaculum dupliciter accipitur. Exod. tomo 2.
Referuntur ea, quæ facta sunt in opere tabernaculi, ex auro, argento, ære, lapidibus, & lignis. Exodo tomo 2. 108 c 2 B
Taberbaculum dupliciter accipitur, vno modo pro toto aggregato ex tabulis & columnis, atque basibus &c. Alio modo pro solis cortinis tegentibus tabernaculum, primo modo communiter accipitur in sacra scriptura, secundo modo accipitur. Exo. 26. cum dicitur, vnum tabernaculum ex his fiat. Exo. tomo 2. 108.c.4.G
Tabernaculum fœderis dicitur aliquando tabernaculum testimonij. Exodo tomo 2. 108.c.4.K
Tabernaculum paruum, de quo Exod. 33. dicitur, quod extendit Moyses extra castra, necessario dicendum est, quòd illud fuit extentum per Moysem extra castra, quando occidit idolatrantes, antequam ascenderet secunda vice in montem, aut fuerit extentum postquam descendit in secunda vice ferens secundas tabulas. Exo. to. 2. 147.c.4.F. Sed magis videtur dicēdum, quòd fuit extentum priusquam secunda vice ascenderit in montem, vt probatur ibidem. 147.c.4.H
Opus tabernaculi, & oblatio, & principum concilium fiebant extra castra in tabernaculo paruo. Exod. tom. 2. 151.c.4.G
Tabernaculum magnum consumatum fuit in primo anno exitus de Aegypto vt patet Exo. 40. vbi dicitur, quòd prima die, mensis primi secundi anni, fuit erectum tabernaculum &c. Exod. tom. 2. 151.c.4.I
Tabernaculum erat in medio castrorum: inter quatuor vexilla, quatuor partium gentis Hebræorū, vt patet Nume. 2. Exo. tom. 2. 151.c.4.K
Tabernaculum, de quo dicitur Exod 33. Moyses quoq; tollens tabernaculum &c. Erat quoddam tabernaculum paruum, in quo morabatur Moyses, & ad quod conueniebant principes, & seniores populi ad faciendum concilium cū eo. Exod. tom. 2. 152. col. 1. A. Sed non morabatur Moyses cum vxore, & filijs suis, sed solus Moyses, & Iosue manebant in eo, & quando Moyses veniebat in castra, minister eius Iosue manebat in eo ad custodiam eius. Et super istud tabernaculum pendebat columna nubis per diem, & columna ignis per noctem, priusquam fabricatum esset primū tabernaculum. ibidem.
Et hoc tabernaculum paruum dicebatur tabernaculum fœderis, ideſt, in quo erat fœdus Dei, scilicet tabulæ lapideæ. Quamuis Nicolaus dicat, quòd dicebatur fœderis: quia in eo fiebant fœdera compositiones, vel concordantiæ in litibus: sed non videtur verum: & aliqui dicunt, quòd in isto tabernaculo cōseruabatur vrna, quod etiam probatur esse falsum, quia nondum facta erat illa vrna, & adimpleta Gomor: sed postquam Aarō, & filij eius consecrati fuerunt, facto iam tabernaculo magno. ibidem. 152.c.3.F
Et dictum tabernaculum paruulū dicebatur etiam tabernaculum doctrinæ, vt dicit litera Caldaica, quæ apud Hebræos dicitur Targum. ibidem.
Tabernaculum tripliciter accipitur. Exod. tomo 2. 186.col.1.A
Tabernaculum quadrupliciter accipitur, cum fit mentio de tabernaculo veteris testamenti. Exod. tomo 2. 213.c.2.A
De compositione, & figura tabernaculi ponitur epilogus. Exod. tom. 2. 219.c.1.C
De sanctuarij totius, & tabernaculi figura, & compositione, plenariam cognitionem habere satis difficile est, ex rerum varietate: & ex inordinatione tractandi; & propterea aliqui errauerunt circa nonnulla, conantes hanc cognitionem habere, vt Ricardus, & Sanctus Thomas 1. 2. tractans de præceptis cæremonialibus veteris testamenti. Exo. tom. 2. 219.c.1.C
Tabernaculi assignatur descriptio. Exod. tomo 2. 219.c.4.F
De tabernaculi suppellectilibus, & totius sanctuarij quibus ibidem ministrabatur. Exod. tomo 2. 220.c.4.K
Tabernaculum fœderis nunquam erectum fuit, vsque ad diem primam anni secundi ab exitu de Aegypto. Exo. 40. Leuit. 323.c.1.D
Tabernaculum testimonij sic dictum fuit: quia in eo erat arca, in qua erant duæ tabulæ legis, quæ vocabantur testimonium, eo quòd manebant posteris in testimonium, quòd Deus dedisset legem Israelitis, vt patet Exod 25. Leuitic 6.c.4.H
Interdictum erat Leuitis intrare in tabernaculum. Similiter, & vulgaribus, & solis sacerdotibus concessum. In atrium vero tabernaculi intrare, omnibus, & Leuitis, & vulgaribus concessum erat. Leuit. 9.c.3.G
Ad ostium tabernaculi concessum erat mundatis à lepra introire propter tres causas. Leuitic. 139. col.4.F
Tabernaculum describitur. Leuit. 153.c.1.B. & 233. col.2.A. & 276.c.2.A
Intra tabernaculum erat locus, in quo conseruabantur vestes sacerdotales, in quo etiam sacerdotes induebantur, & exuebantur. Leuit. 168.c.3.K
Tabernaculū multipliciter accipitur. Leu. 29.c.2.A Num. tom. 1. 163.c.1.E
In sacris literis tabernaculum multoties accipitur pro toto sanctuario Leuit. 70.c.4.I
Tabernaculum fœderis consummatum est secūdo anno ab exitu de Aegypto mense primo die prima mensis. Nume. to. 1. 2.c.3.I
Et vocatur tabernaculum fœderis, propter tabulas continentes fœdus Dei Israel existentes in illo. Num. tom. 1. 3.c.2.E
Tabernaculum dicitur anima spiritualiter. Nume. tomo 1. 17.c.3.I
Inter tabernaculum, velum, & tentorium quid interfit. Num. tom. 1. 42.c.3.E
Tabernaculum aliquando capitur pro contentis intra ipsum. Num. tom. 1. 46.col.1.A

Tabernaculum habebat quatuor cooperimenta. Num.to.1. 94.c.4.I
De collocatione,& ſitu eorum, quæ erant intra tabernaculum:& cauſa, quare ſic collocata eſſent. Num.to.1. 87.c.2.A
Quid interſit inter eſſe apud oſtium tabernaculi, & ante oſtium,& in conſpectu tabernaculi. Nume. tomo 1. 79.c.2.E
Tabernaculum fuit conſecratum in die, qua erectum eſt, factis quibuſdam lituris, intincto digito in oleo ſancto per omnes parietes eius,& p̃ ſingula operimenta,atq; vaſa,&c.quæ erant in ſanctuario.Exo.30.Et iſta facta ſunt breui mora. Nume.to.1. 81.c.3.F
Tabernaculum Domini erat ſicut centrum totius caſtrametationis &c.Nu.to.1. 110.c.2.C
In tabernaculorum feſto tria conſiderabantur.ſ.ceſſatio à laboribus,& manſio in tabernaculis;& vocatio in victimis,&c.Mat.to.2. 115.c.3.G
Tabernaculum ex aliquibus cauſis mutatum eſt in terra promiſſionis ſ.de Silo in Nobe in Gabaon, de Gabaon in Ieruſalem.Deu. 63.c.2.A
Tabernaculum poſitum eſt cum arca in Silo poſt quatuordecim annos ab introitu in terram promiſſionis,& manſit ibi ſimul cum arca 344.annis vſque ad tempus Eli ſacerdotis,quando duo filij eius portauerunt arcam in caſtra, & portauerũt eã Philiſthijm,& exinde cœpit arca eſſe ſeiũcta à tabernaculo,&c.Deu. 63.c.2.A
Tabernaculum, & arca ſuerunt ſeparata ab inuicẽ per octoginta annos,vel modicum plus.Deuter. 86.c.4.H
Tabernaculum fuit tranſlatũ in vrbem Nobe poſt Silo.Ioſ.to.2. 115.c.4.I
Tabernaculum Moyſi deſcribitur.3.Reg.49.c.3.H. 2.Paral.3.c.4.I Mat.to.5. 229.c.3.K
Tabernaculi atrium deſcribitur.3.Reg. 49.c.4.F
Atrij tabernaculi vſus quando ceſſauerit. 3. Regũ. 49.c.4.I
De vaſis miniſtrationis,quæ erant intra tabernaculum.3.Reg. 49.c.4.G
Tabularum tabernaculi, & baſium eius vſus ceſſauit,facto tẽplo Salomonis, & generaliter omnes tabulæ,& baſes.& columnæ,& vela, & operimẽta,& tentoria tabernaculi, & atrij ceſſauerunt ab vſu ſuo:facto templo Salomonis, & ſeruata ſunt in loco theſaurorum templi,vel in aliquo de cœnaculis: ſed aliqua vaſorum tabernaculi, & atrij manſerunt in adminiſtratione priſtina, vt arca. Altare vero Thymiamatis non manſit: quia Salomon fecit aliud maius candelabrum manſit, & mẽſa panum propoſitionis cum ſuis vaſis,&c. 3.Reg. 49.c.4.I
De fine omnium,quę fuerunt in tabernaculo Moyſi,& in templo Salomonis.3.Regum. 50.c.2.D
Tabernaculum propriè eſt domus facta de tabulis ad modico tempore manendum. 1.Paralipome. 52.c.2.C
Tabernaculum Moyſi vocatur domus iuramẽti. 1. Paralip.4.1.Para. 64.c.4.K
Tabernaculum Moyſi factum fuit in ſeptem ferè menſibus primi anni ab exitu de Aegypto in deſerto Sinai.2.Paral. 4.c.1.C & 8.c.2.E
Tabernaculum Moyſi manſit in Gabaon ad minus quinquaginta duo annis.vel quaſi. 2.Paralipomen. 8.c.1.B
Taberuaculum fuit primo fixum in Silo, & poſtea tranſlatum in Nobe, & inde in Gabaon, & inde portatum eſt in templo Salomonis. 2. Paralipo. 7.c.4.H
Per tabernaculum Moyſi ſignificabatur totus orbis.2.Paralip. 22.c.3.K
Tabernaculum Moyſi, prima ſui diuiſione,diuidebatur in atrium:& in tabernaculum, & tabernaculum in duas partes, quodam velo inter medio, &c. Similiter & templum Salomonis in prima diuiſione diuidebatur in atrium,& templum: & rurſus templum induas &cæt. Et in prima parte erant multa candelabra ſ.decem aurea, & alia argentea,de quorum numero non conſtat. Et erãt multa candelabra propter magnitudinem tẽpli: quia illa pars templi habebat quadraginta cubitos in longitudine, & in latitudine viginti, & in altitudine triginta. Similiter erant plura candelabra propter honorem.2.Paral. 22.c.3.K
Tabernaculum Moyſi portatum eſt in templũ Salomonis,& vaſa eius.2.Paral.66.c.3 F. Et illud reſeruatum fuit in theſauris Domini in aliqua exedrarum,vel in palatijs templi ſuperioribus: quæ erant ſupra tectum templi.in memoriam Dei: q̃ iuſſerat illud fieri,& in memoriam Moyſi &cæt. Qui fuit miniſter illius,&c.Similiter & vaſa ẽnea fuerunt ibi recondita:nec erat vllus vſus eorum. De vaſis autem aureis,& argenteis:quædam fuerunt recondita in theſauris tẽpli.ſ.altare thymiamatis, & menſa propoſitionis. Alia aut vaſa vt cyathi,phialę,mortariola,& c.manſerũt fortè ad priores vſus,&c.2.Paralip. 66.c.4.F
Tabernaculum tripliciter accipitur ī ſacra ſcriptura.Vno modo pro tabernaculo Moyſi.Alio modo pro tabernaculo,quod fecit Dauid arcæ fęderis in domo ſua. Tertio pro templo Salomonis. 2.Paralip. 67.c.2.B
Tabernaculum,quando erat in Silo,non erat in cãpo:ſed in quadam magna domo.Ioſ.18.&c.Mat. tomo 4. 6.c.2.B
In tabernaculi ædificijs quare non apponeretur ferrum.Exo.to.2. 17.c.1.B
De tabernaculorum feſto, quod durabat per octo dies, ſeptem pertinentes ad illud & octauus erat cœtus Iſraelitarum.Leu.23.& Deut.16.Et de cę remonijs,quæ fiebant in illo. 2.Paralipomenon. 28.c.2.A
Tabeſcere Eſt deſiccari,putrefieri, vel deficere.1.Reg.to 1. 46.c.1.E
Tabula. Tabulæ tabernaculi erant de auratę ab intus,& ab extra.Exo.to 2.45.col. 2.E.& 193.c.4.K
Ex tabulis fuit conſtructum tabernaculum Domini. Exo.26.iuxta ſignificatum huius nominis tabernaculum.Exo.to.2 37.c.4.G
De quantitate tabularum tabernac uli in dictione, Tabernalium,& Exo.to.2.43.c.1.B. Similiter & de baſibus earum.ibid. c.3.H
Conſuetudo fuit ab antiquo ſcribere in tabulis ceratis 4.Reg. 214.c.4.F
Tabulæ Moyſi. Tabulæ legis datæ ſunt in ſignum fœderis Domini facti inter Deũ,& Iſrael,&c.Exo.t.2.3.c.3.F
Tabulas Moyſi lapideas quidam Iudæi dixerũt fuiſſe ex Saphyro,quibus confractis ad radicem mõtis dicunt Moyſen accepiſſe fragmenta,& vendidiſſe,pp quod nimis ditatum eſſe dicunt,&c. In quos inuehitur Auctor.Exo.to.2.10.c.4.I.Ex quo tamen lapide fuerint,non conſtat.ibidem.
In duabus tabulis erant ſcripta decem præcepta decalogi:non,vt per illa in tabulis ſcripta erudirentur filij Iſrael:ęa in arca erant reconditę nunquã inde extrahendæ:ſed ī cõmotionẽ,& teſtimoniũ .ſ.ſi vellẽt Iudæi negare, q̃ cum Deo pepigiſſent obſeruare

obſeruare decem mandata, poſſent conuinci de falſitate per tabulas illas continentes decem præcepta apud eos tandiu,& tam celebriter obſeruatas,&c. Exod.to.2. 11.c.1.C

Tabulæ Moyſi habebant aliquid, per quod ipſe ſe ipſas à Deo factas patefacerent,&c.Exo.to.2.23.

Tabulæ lapideæ dicebantur teſtimonium:quia erãt conſeruatæ in teſtimonium rei geſtæ. Dicebantur etiam teſtamentum:quia teſtamentum idem eſt,quòd pactum,vel fœdus:quia in illis continebatur pactum, vel fœdus, quod pepigit Deus cũ Iſraelitis.Exo.to.2. 99.c.4.K

Tabula nõ eſt nomen ſpeciei naturalis: ſed pertinet ad figuram: quoniam dimẽſiones non ſunt ęquales &c.Exo.to.2. 113.c.1.D.125.c.4.K

In tabulis datis Moyſi, erant ſcripta decem præcepta & in vna erãt præcepta affirmatiua, & in alia negatiua,vt quidã dicunt;vel in vna, præcepta dirigentia ad Deum, & in alia præcepta dirigentia ad proximum, vt ſcriptæ fuerunt digito Dei, vt dicitur Exod.31.i.operatione Dei per miniſteriũ angelorum,&c.Exo.to.2. 113.c.1.D

Tabulæ Moyſi dñr aliquando tabulæ teſtimonij, & tabulæ fœderis.Exo.to.2. 126.c.1.A

In tabulis lapideis quare tantum decem præcepta ſcripta ſint, cũ multa alia data ſint populo Iſrael, quãdo illa ſcripta fuerunt,aſſignatur cauſa. Exo. tomo 2. 126.c.2.A

Tabulas lapideas quando dicit ſcriptura, quòd ſcriptæ fuerunt ex vtraque parte.Exo.32.Sic intelligendum eſſe dicit Rabb.Salom.non,quòd in vtraque parte Deus ſcripſiſſet. Sed qđ ſcriptura,quæ erat in vna parte, apparebat ex altera eodem modo:ſicut erat in altera.Sed hoc non placet Auctori.Exo.to.2.126.c.3.F.Alij dicunt,ſequentes Chaldaicam translationem, quòd in illis tabulis non ſolum erant ſcripta decem præcepta: ſed etiam expoſitiones eorundem, quod probatur eſſe falſum: quia præcepta Decalogi non egent expoſitione.Exo.to.2. 126.c.3.H

Tabulæ legis nouiter à Deo creatæ ſunt, & ſcriptura ab angelo facta fuit, vel eas ſcriptas creauit. Exo.to.2. 11.c.1.C

In tabulis erant præcepta ſcripta ad reddendum teſtimonium,quòd Deus dediſſet legem. Exo.to.2. 127.c.1.E

Quare in duabus tabulis ſcripta ſint præcepta Decalogi,& non in vna,aſſignantur cauſæ. Exod.to.2. 127.c.2.E

Inter primas tabulas,quas habuit Moyſes à Deo, & ſecundas,hoc intereſt,quòd primæ fuerunt dolatæ, & ſcriptæ opere Dei: Secundæ verò fuerunt dolatæ opere Moyſi,& ſcriptæ opere Dei. Exodo tomo 2. 127.c.4.F

Præcepta duarum tabularum ſic ordinauit Auguſtinus,& multi alij,quod in vna ſunt tantum pręcepta ordinata ad Deum. Alij ex noſtris valde imperiti dixerunt, ꝙ præcepta affirmatiua erant in vna tabula,& negatiua in alia, quod probatur eſſe falſum.Exo.to.2. 127.c.4.I

Quidam Hebræorum ſic diſponunt, vt Auguſtinus expoſuit. Alij ponunt quinque in vna tabula,& quinque in alia,vt Rabbi Salom.ſic ſcilicet. Ego ſum Dominus Deus,&c. Non habebit Deos,&c. Non aſſumes nomen &c.Memento,vt diem &c. Honora patrem tuum &c. Et in ſecunda,ſic.Nõ occides. Non mœchaberis Non furaberis. Non falſum teſtimonium dices.Non concupiſces. Ita quod primum in dno diuidunt, & vltima duo in vnum coniungunt &c.Exo.to.2. 128.c.1.C

Sed iſti errant in tribus. Primo,quod diuidunt vnũ mandatum in duo. Secundo,quod duo coniungunt in vnum. Tertio,quia miſcent præcepta pertinentia ad Deum, præceptis pertinẽtibus ad proximum. ibidem

Alij Hebræi ponũt in vna tabula præcepta ad Deũ tantum pertinentia.Et iſta faciunt quatuor, primum diuidentes in duo,ſic. Ego ſum Dominus Deus &c. Non habebis Deos &c. In ſecunda ponunt ſex,quorum vltimum dicunt eſſe: Non cõcupiſces.Sed iſta aſſignatio peccat in duobus. Primo,quia vnum præceptum diuidit in duo. Secũdo quia duo in vnum redigit.Exo.to.2.128.c.4.H

Tabulæ lapideæ,quas fregit Moyſes, ſignificant veterem legem, & tabulæ ſecundæ ſignificant nouam &c.Exo.to.2. 130.c.4.G

Quidam dicunt tabulas Moyſi confractas eſſe per illam partem, in qua ſcriptum erat præceptum de ſabbathi obſeruatione, quorum refertur motiuum,& tanquam ridiculum impugnatur.Exodo tomo 2. 130.c.4.I

Moyſes non peccauit frangendo tabulas, vt probatur.Exo to.2. 131.c.1.E

Tabulas ideo fregit Moyſes, vt dicit Rab. Salo. quia cum Moyſes eſſet iam iuxta radicem montis, & reſpiciens tabulas, quas manibus portabat, vidit literas,quæ ſcriptæ erant,volare, & manere tabulas abſque literis: tunc ira motus, fregit illas.Sed hoc probatur eſſe falſum omnino Exo.to.2.131.c.1.E. Dicendum ergo,quod ideo, Moyſes fregit tabulas:quia iratus erat. Et rationabiliter ad hoc fuit motus a Deo, vt frangeret ad præſagium futurorum.Exo.to.2. 131.c.2.B

Quare Moyſes fregerit tabulas ad radicem montis. Exo.to.2. 131.c.3.K

Tabulas ſecundas, quas Dominus dedit Moyſi,fuiſſe digniores primis,dicit Rabb. Chaadiagaon, & aſſignat ad hoc ſex cauſas friuolas,ſed dicẽdum, ꝙ primę fuerunt dignores.Exo.to.2. 163.c.3.H

Tabulas ſecundas præcidit Moyſes, quas Rab.Salo. dicit fuiſſe de ſapphiro,& quòd de dolaturis earũ vehementer ditatus eſt:ſed falſum eſt. Exod.to.2. 163.col.4.F

Tabulas ſecundas præcidiſſe Moyſen, dicunt quidã. Similiter & ex mandato Dei exculpſiſſe, cũ quo ſtat,quod verum ſit, quod dicitur Exo.34.Scribã ſuper eas, quod dicunt intelligi auctoritatiuè mãdando &c.Sicut dicitur,quod Salomon fecit templum &c.Nec valet argumentum Nicolai in oppoſitum &c.Exo.to.2. 163.c.4.H

Tabulæ Moyſi nunquam fuerũt in aliqua alia arca, quam in arca teſtimonij, licet Rabbi Moyſes dicat oppoſitum &c.Exo.to.2. 214.c.1.C

Tabulas primas legis ideo auſus eſt infringere Moyſes,vt dicunt Iudæi. Et refert Aben Ezra:quia cũ deſcẽderet de monte,vidit literas de tabulis euolare propter peccatum populi, & tunc quaſi inutiles,vt puta,quia ſine literis,fregit.Nume.tom.1. 122.c.1.A

Tabulas legis Deus dedit in teſtimonium, & probationem,quod Deus dediſſet mandata. Deut. 28. colum.4.K

Tacere. Qui tacet, conſentire videtur: nam non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, & qui alium à morte, cum poteſt, non liberat, ſe occidiſſe demonſtrat. vt patet extra de homicidio. c.ſi dignum.Gen. 404.c.1.E

Qui tacet, quando videatur conſentire, & quando non.Num.to.2. 124.c.1.A

Taciturnitas Plus frangit iram, quã mollis, & excusatoria respõsio. Iudi. 108.c.1.C

Taciturnitas veritatis quando sit peccatum. Exod. tomo 1. 62.c.1.C

Tactus Sine sensu tactus nõ est animal. Mat. tomo 7. 149.c.3.F

Sensus tactus non immutatur ab æqualiter calidis, aut frigidis. Mat. to. 7. 176.c.2.E

In sensu tactus homo, excedit cætera animalia 2. de Anima Gen. 306.c.2.A

In actu actu tactus quanto fuerit maior delectatio, tanto erit maior alteratio naturalis. Matth. to. 4. 241.c.3.I.

Sensatio tactus fit per immutationem corporis animalis ab aliquo extrinseco corpore præ dominãte in aliqua qualitatum actiuarum, vel passiuarũ, de quibus iudicat tactus. Matth. tomo 4. 241. col.1.A

Tactus sensatio erit in beatis spiritualiter, non tamen materialiter. Mat. to. 4. 241.c.4.F

De tactu. in Parado. 45.c.2.E

Nullus sensus est ita necessarius, sicut sensus tactus. Matt. to. 4. 241.c.3.K

Tactus reperitur in quocunque animali, quantum vis imperfecto. Parado. 71.c.2.A

Talentum Illud auri, ex quo factũ est candelabrum. Exo. 25. quanti ponderis esset, nunc sciri non potest, &c. Exo. tom. 2. 36.c.3.F. & 202.c.4.G

Ex talento dato, ꝙ nullum lucrum feratur, duplicitер contingit. Mat. to. 7. 35.c.3.F

Talentorũ tria sunt genera, vt refert Historia scolastica. s. talentum mercatorum, quod erat. 50. librarum, & talentum ciuium, quod erat septuaginta librarum, & talentum tabernaculi, qđ erat librarum. Sed hoc quomodo sciri possit, qđ fuit tempore Moysi, apud Hebræos, nõ videtur, quo dato: nescitur quantitas talenti, qa nescitur quãtitas libræ illius temporis, &c. Exo. to. 2. 36.c.3.F. Mat. to. 7. 33.c.2.D

Talenti, nomine quid designetur in scriptura. Mat. tomo 5. 66.c.3.H

Talentũ non est æquale apud omnes gentes. 2. Reg. 75.c.3.G

Quid decem talenta significent. Matt. to. 5. 66.c.3.I

Talentum est magnum pondus. Nam de vno talento auri factum fuit candelabrum sanctuarij. Exo. 25. 1. Paral. 2. 7. c 3. H. 2. Paralipo. 127 c.3.K

Talentorum parabola conuenit statui prælatorũ. Mat. to. 7. 26.c.1.E

Talentũ est nomen ponderis, & non pecuniæ: quia alias esset nomen monetæ, qđ falsum est, & vbicũq; inueniť, est pondus: immo est maximo omnium ponderũ: qa post talentũ nihil inuenimus in ponderibus, nisi replicatio talenti. Et talenti pondus, apud diuersas gentes, variũ reperiť. Nã apud Romanos, est pondus septuaginta duo librarum. Et est triplex talentũ. s. minus, mediũ. & summũ: minus est quadraginta librarum: mediũ septuaginta duo summum est, centum viginti librarum. Et in parabola talentorum Mat. 25. talẽtum significat pecuniam auream, vel argenteã, quæ ad pondus talenti dabatur, sicut dicit Hieronymus. Mat. to. 7. 33.c.2.C

Talio Lex talionis qualiter sit intelligenda. Exo. to. 1. 220.c.4.F. &c.

Qđ lex talionis ad literã, vt sonat, deberet intelligi, vel iuxta ęstimationẽ in pecunia: vtrũq; potest sustentari sine præiudicio. Exo. to. 1. 221.c.3.F

Lex talionis, siue contrapassi non est iustum simpliciter. Exo. to. 1. 221.c.3.I. Est tñ iustũ aliqñ, vel sic, s. qñ cõmutantur res, quæ sunt extra ꝑsonã. ibid.

In talione debet attendi, vtrum personæ sint æquales, vel non. Nam si non, non debet seruari talio, vel cõtra passum. Si vero sic, seruari debebat, &c. Exo to. 1. 223.c.1.C

Talionis lex, & si nõ sit quid iustum simpliciter, est tñ iustum ſm iustitiam commutatiuã in duobus casibus. Primò, si sit commutatio in rebus, & hoc sine ꝑsonæ sint æquales, siue iẽquales. Secũdò, qñ est cõmutatio in actionibus, & ꝑsonæ sunt æquales. Secus tñ si sint inæquales. Exo. to. 1 223.c.1.D

Talionis legẽ Aristoteles vocat ϗpassum. 5. Ethico. vbi dicit, qđ Pythagorici dixerunt ϗpassum esse simpliciter iustũ, cuius oppositũ probat Aristoteles, dicens, qđ ciuitas nõ manet ꝑ cõtrapassum. i. vt fiãt eadẽ, & æqualia, q̃ recepta sũt, sed ꝙ fiãt ꝓportionalia, &c. cuius reddiť causa. Le. 284.c.1.C

Talio, vel contrapassum non conuenit iustitiæ distributiuæ: neciustitiæ commutatiuæ: licet magis applicetur ei, qua distributiuæ. Leu 284.c.3.F

Talio solum habet locum in iustitia cõmutatiua, quando personæ & merita personarũ sunt ęqualia taliter: quare contra passum aliquando erit iustum, & aliquando iniustum. Leui. 284.c.4.F

Talio, apud Hebræos non fiebat ſm repercussionẽ, sed ſm æstimationem, &c. Leui 284.c.4.K. Sed videtur hoc esse contra literam. Leu. 24. Vbi dicit: Qualem infligerit maculam talem substinere cogetur. Leuit. 285.c.2.B. Vtraq; tamen positio potes defendi. ibid. 285.c.2.D

Talionis legis pœna, de qua Exod. 2. & Leui. 28. & Deuter. 19. non. dabatur sic, vt verba sonant, vt dicit Rabbi Salom. sed æstimabantur in pecunia, & dicebatur dari oculus pro oculo, quando taxabatur damnum, quod susceperat persona offensa, vt tantum de pecunia daretur. Iosephus dicit, ꝙ inspicienda erat voluntas patientis damnum. Nam si vellet, quòd erueretur oculus nocentis, eruebat. Si verò potius vellet pecuniam, dabatur pecunia, secundum taxationem iudicum. Alij dicunt, quod non erat aspicienda voluntas damnificari: sed quòd in quibusdam illorum debebat necessario obseruari lex talionis, vel contrapassi. il illis, scilicet in quibus poterat bene obseruari, & non in alijs. Sed infligebatur pœna aliqua, quę putaretur esse ęqualis ei, quam nocens intulerat, & quado dicitur, animam pro anima: ad literam debebat obseruari: si iniustè occidisset. Nume. 25. ita ꝙ ex opinionibus non apparet clare: an semp redderetur pœna talionis, an in pecuniam mutaretur vel alia pœna non similis infligeretur. Litera tamen videtur clarè significare, quòd similis pœna infligeretur semper, vt patet in locis allegatis, & potest dici, ꝙ sic seruabatur, & sic intelligenda erat. Mat. to. 2. 232.c.3.K

Lex talionis, vel contrapassi non est simpliciter iusta, quantum ad omnes causas, & omnes ꝑsonas, vt Aristoteles probat. 5. Ethi. Et ꝙ per talem legẽ non potest conseruari politia: sed debent fieri ꝓportionalia. Mat. to. 2. 233.c.2.A

Talio, vel contrapassum, circa iustitiam distributiuam, non dicit, regulariter & generaliter æqualitatem. Ideo non est simpliciter iustum: nisi aliquando fiat per accidens: quando, scilicet cõtra passum conueniat distributioni. Et ratio est, quia iniustitia distributiua non quæritur mediũ rei, sed rationis, vel dignitatis, &c. 5. Ethico. Et ideo ibi quæritur æqualitas Geometrica, & nõ Arithmetica,

metica,quam dicit talio,vel contrapassum . Magis tamen applicatur talio, vel contrapassum iustitiæ commutatiuæ, quam distributiuæ , licet ei non conueniat semper , vt patet in exemplo de rege percutiente rusticum,& repercussione ab eodem,quia ibi est commutatio per contrapassum, & tamen non est iustum &c. Quod autem talio, vel contrapassum magis conueniat iustitiæ commutatiuæ,quam distributiuæ, probatur Matthæ. tomo 2. 233.c.3.I

Error eorum , qui putant talionem,vel contrapassum esse simpliciter iustum, est quia putãt,quod æqualitas sit in re illata,siue sit percussio,siue ablatio rerum , cũ solum sit iniuria, vel damnum id, in quo consistit æqualitas.Si autem contingat,vt cũ æquantur istæ res exteriores, iniuria, vel damnum æquentur , tunc cõuenit ibi contrapassum, & erit iustum simpliciter. Si autem æquatis rebus exterioribus,iniura,& damnum non sint adhuc æqualia,contrapassum non erit iustum. Vnde contrapassum solum habet locum in iustitia commutatiua,quando personæ,& merita personarum sunt totaliter æqualia inter se &c. Matth. tomo 2. 233.c.4.F

Talio, vel contrapassum erat lex iusta inter Iudęos, cuius multæ assignantur causæ.Matthæ.tomo 2. 233.c.4.F

Talmud. In Talmul habent Iudæi, quòd Adam ante creationem Heuæ habuit aliam vxorem nomine Lilis, quam dicunt habuisse centum triginta annis, quibus fuit excommunicatus pro commestione ligni vetiti, & in toto illo tempore genuisse ex ea dæmones. Gene. 17.c.2.A

Non est iurandum per Talmud , sicut nec per Alchoranum.Exo.tom.1. 258.c.2.B

Talmudistae Determinauerunt vices, quibus teneantur reddere viri debitum vxoribus,distinguentes status virorum,& officia &c.Exod.to.1. 212.c.4.F

Talmudistæ quædam impossibilia narrant de rege Og,& eius magnitudine,quæ,cum quidam Iudęi nituntur exponere mystice, aberrant nimis. Nu. tomo 2. 30.c.4.F

Talmudistæ dicunt, quòd Dauid non peccauit cognoscẽdo carnaliter Bethsabee.Similiter nec Ruben cognoscendo vxorem patris sui, sed improbantur &c.2.Reg. 64.col.2.A

Talpa. De talpa,& eius proprietatibus.Leuit. 111.col.3.H

Tamnathsare Interpretatur similitudo, vel imago solis. Iud. 21.col.1.C.

Tangi. Aliquid tangi dupliciter contingit : vno modo proprie : alio modo improprie. Et propriè dupliciter,s.per se primo : & per se non primò &c.Parado. 35.c.4.K

Tangibile. Tangibilis qualitas quid sit . Matth.to.4. 238.col.1.C

Tantalus Fuit filius Iouis,& Rex in Græcia, qui dijs , venientibus in domum suam,carnes vnius pueri ad comedendum apposuit. Quapropter dij ipsum in inferno torqueri mandarunt &c.Gen. 6.c.2.B

De Tantalo, & Ganimede refertur fabula. Exo.t.1. 117.col.4.I

Taphnis. In ciuitate Taphnis Aegypti fecerat Deus miracula per Moysem in exitu de Aegypto.4.Reg. 259.col.4.F

Taphnis ciuitas Aegypti est in terra Gessen , & hæc terra est in fine Aegypti,tam ex parte Aquilonis, quam ex parte Occidentis: quia est iuxta mare Mediterraneum,& Nilum fluuium ; & in hac habitauerunt Israelitæ &c.Mat.10.1. 132.c.2.C

Taprobane Insula habet decem ciuitates, ex qua Oceanus Indicus vocari incepit.Gen. 5.c.4.I

In Taprobane insula est duplex ver , duplexque hyems, duplex fructificatio arborum in quolibet anno, & est iuxta Aequinoctialem.Gene.7.c.1.D

Tarditas. Nulla tarditas potest accipi in motu,in quo nulla est resistentia.Mat. tomo 4. 254.c.2.C

Tarentum Ciuitas est in extremis finibus Italiæ , vbi Italia in duo cornua se findit geminum spectans æquor,s.Ionium, & Siculum &c.Gen. 4.c.2.C

Tharson De qua Paulus fuerat oriundus , est in Cilicia vltra Mesopotaniam in latere Septemtrionis Gene. 7.col.4.K

Tartari Non permittũt aliquem de extraneis transire ad Imperatorem suum,vt loquatur ei,vel coram ipso appareat, nisi prius transierit inter duos ignes, & tunc putant eum esse purgatum ab omni malo , & posse accedere ad Imperatorem.4.Reg. 157.c.2.E

Taurus. De tauro dicto Apis,quem pro Deo colebant Aegyptij , quid dicant Plinius, Isidorus, Augustinus, & Solinus, refertur. Exod.tomo 1. 10.c.1.D

Taurum Apim Aegyptij colebant , quia in figura tauri Deus Apis Aegyptiorũ adorabatur, qui verus taurus erat,colebant etiam arietes : quia Iuppiter in figura arietis apud eos,& apparebat,& fingebatur &c.Exo.to.1. 10.c.1.D.& 54.c.2.C

Taurum suscitauit Beatus Syluester.Mat.t.95.c.4.G

Taxillorum ludus.

Taxillorum , & alearum ludus potest fieri sine peccato,& per consequens formatores taxillorum , & alearum non peccant in hoc,licet sit tutius tale opificium non exercere.Mat.t.3. 30.c.4.G

Tectum. Aliquando significat vnum coperimentum tabernaculi,aliquando duo.Exod.to.2. 213.c.2.D

Tectum fœderis dupliciter accipitur . Vno modo pro decem cortinis copulatis in vnum &c. Alio modo pro tota domo constructa ex tabulis,& operimentis &c.Nu.to.1. 30.c.1.A

Tecta domorũ in Palęstina sunt plana , & æqualia. Matth.to.3. 254.c.2.D.tom.6.288.c.1.C

Tædium. Solet causare somnium. 3. Regũ. 176.c.2.E

Telonium. Domus est, in qua vectigalia cõgregantur , & dicitur à Telon Græcè quod est vectigal,vt dicit Glossa.Matthæ. tomo 3. 188.c.3.I

Temerarium. Illud temerariè fit , quod solo impetu passionis, aut leui motu cordis,nulla suadente ratione, perficitur.Exod.to.2. 131.c.3.F

Temperantia. Temperãtiam constituit Aristo.3.Ethic.circa delectationes gustus, & tactus per se. Sed circa delectationes vocis, & odoris, non , nisi per accidens &c.Gene. 306.c.4.F

Temperantia mensuram accipit ex conseruatione salutis corporalis.Matt.to.3. 83.c.4.H

Tempestas Maris fit ex quadam commotione facta in arenis in profun

do maris per ventos ſubintrantes. Leuiticum. 197.c.3.K
Tempeſtas de qua Mat.8.& 14.potuit eſſe naturalis, vel miraculoſa,&c. Et fuit illa tempeſtas magna propter multa.Mat.to.3.156.c.3.G. Matth.to.4. 107.c.1.D
Tempeſtates futuras, ac pluuias præſentiunt Cornices,Delfini,Merguli.Leu. 197.c.3.G
Templum Pro templi Ieruſalem expẽſis multi ex gentibus ex deuotione dabant de redditibus ſuis, &c. vt patet de Seleuco rege Aſiæ,de quo 2.Machab.3.Geneſ. 14. col.2.E
In templo Ieruſalem nihil erat, quod non tegeret auro.Gen. 14.c.4.F
Templum Salomonis erat altum, & prius quã accederetur ad portam, & porticum templi, erant quindecim gradus,per quos aſcendebant, & quã do erant magnæ feſtiuitates,aſcendebant cantores per illos gradus, & in quolibet gradu cantabant vnum pſalmum de his,qui dicuntur:Canticum graduum.Gen. 22.c.1.B
Templi reſtauratio, quaſi cum lachrymis fiebat, & dolore magno:quia in vna manu ædificabant,& in altera tenebant lanceam contra hoſtes, vt patet Neemiæ.3.Cen. 24.c.4.I
Templum incepit ædificare Salomon quatuor centum octoginta annis poſt exitum filiorum Iſrael de Aegypto,&c.Gen. 342.c.4.F
In templo ſecundo ædificato, an conſtructum fuerit tabernaculum intra, tale quale Salomon fecit,non conſtat ex ſcripturis,&c. Dicendum tamen eſt, q̃ poſt redditum de captiuitate ipſi reſtauraverunt aliqua prioribus ſimilia. ſ. Cherubim,& ſancta ſanctorum,& menſam,& candelabrum,& nihil defuit,niſi arca,&c.Exo.to.1. 197. col.4.H
Templum dicitur quaſi amplum tectum: vnde antiqui omnia magna,& ampla ædificia vocauerũt templum, ſiue eſſent ad cultum Dei, ſiue ad hominum habitationem facta; & poſtea propter honorem Dei, ſolum domus Dei dicta eſt templum,ſiue domus veri Dei,ſiue falſi,&c. Exo.t.2. 36.c.4.K
Quomodo intelligitur illud 3 Reg.6.ſ.q̃ cum ædificaretur templum,malleus, & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita.3.Reg. 53.c.4.F
Quod Iudæi non conſtruxerint templum ſtatim, vt ingreſſi ſunt in terram Chanaan, aſſignatur duplex ratio à Rabbi Moyſe de Aegypto. Exod. tomo 2. 37.c.3.F
Templa Gentilium gaudebant immunitate. Ioſue tomo 2. 137.c.1.C
De templo Dianæ in Epheſo.Ioſ.to.1. 124.c.3.K
De templo Apollinis in loco Delphorum in Græcia.Ioſ.to.1. 124.c.4.F
De templo Dianæ Echaritæ.Ioſue to.primo. 124. col.4.F
De templo Iouis olympici.Ioſ.to.1. 124.c.4.G
De templo Veneris in monte Atero.Ioſue tom.1. 124.c.4.G
De templo Cereris in Eleuſina ciuitate. Ioſue to.1. 124.c.4.G
Quando templum Salomonis factum fuit in Ieruſalem,non manſit arca ſub tabulis, & cortinis tabernaculi: ſed facta eſt quędam domus ſpecialis pro illa,& pro cæteris vaſis sãctuarij facta eſt alia domus; & non erant ibi cortinæ, & tabulæ, aut tentoria,&c.2.Reg. 42.c.3.F
Deſcribitur templum Salomonis, vno modo ſecũdum nos.3.Reg.50.c.3.H.Alio modo,ſecundum Hebręos.ibidem. 51.c.1.A
Templum Salomonis factum eſt maius, quam fuit tabernaculum Moyſi propter multa,&c. 3.Reg. 51.c 3.H
Quare Dauid non ędificauerit templum Domino, aſſignantur quædam cauſæ, quarum multæ improbantur.3.Reg.44.c.4.F. Dicendum ergo primò,q̃ fuit propter eminentia bella tempore Dauid. Secũdo propter Dei prohibitionem,& prohibitus dicitur,quia ſanguinẽ fuderit, vt dicunt doctores ſancti, & Eccleſia: ſed mihi videtur, inquit Auctor,ſub emendatione cuiuſcunque potentis emendare, q̃ propter hoc non fuerit prohibitus,&c.3.Reg.45.c.1.B. Sed quia intentus bellis non poterat vacare ædificationi templi. ibid. 45.c.3.G
Templi lapides,qui in cemento ponebantur,habebant viginti cubitos in longitudine & decem in latitudine & quinque in altitudine, vt refert Ioſephus octauo Antiquitatum,&c.3.Regum. 47. col.2.D
Computatio ædificationis templi Salomonis facta eſt potius ab exitu Iſrael de Aegypto, quã ab orbe condito,aut ab anno diluuij, de qua computatione habetur.3. Reg.6. propter multa. 3. Regũ. 47.c 4.G.& ſeq. Et computant ab exitu de Aegypto vſq; ad ædificationem tẽpli anni quatuor cẽtum octoginta, per annos omnium principum, qui fuerunt ante Salomonem,ſed magnus error eſſet in computando annos iudicum,&c.3 Reg. 48.c.3.I. Et ideo oſtenditur qualiter debeat fieri computatio.ibid.& 48.c.4.K
De templi tabulatis per gyrum ſunt opiniones, ſcilicet,Latinorum & Hebræorum,ſed opinio Latinorum eſt verior.Reg. 52.c.1.B
Deſcriptio templi ponitur ſecundum Ioſephũ. 8. libro Antiquitatum.3.Reg. 52.c 4.F
Templi portæ erant factæ de groſſis trabibus abiegnis,quarum longitudo veniebat à ſurſum vſq; deorſum. De altitudine iſtarum portarum & latitudine nihil,deſcribitur; quidam autem putãt, q̃ eſſent triginta cubitorum & latitudinis viginti,&c.Et in qualibet porta erat oſtiolum. 3.Regũ. 61.c.4.K
In circuitu templi erant tres ordines domorum,vt dicit Ioſephus,quorum quilibet circundabat latus Meridianum Occidentale & Aquilonare tẽpli; & quælibet iſtarum domorum habebat altitudinem viginti cubitorum, & longitudinem quinque cubitorum,& totidem in latitudine; & ſuper iſtas erat alius ordo domorum ſimiliũ in quantitate primis, & ſuper iſtas erat tertius ordo ſimilis quantitatis; ita vt altitudo iſtarum ſimul eſſet ſexaginta cubitorum: & iſtæ domumculæ dicebantur exedræ, & erant pro ſacerdotibus & leuitis, qui miniſtrabant in templo Domini,&c. 3.Reg. 61.c.3.K
A parte Orientali templi erant quatuor atria,ſcilicet,atrium ſacerdotum, atrium virorum mũdorum,atrium mulierum mundarũ, & atriũ tã virorum q̃ mulierũ, qui non erant mũdi, & q̃dam iſtorum atriorum circundabant templum, præter atrium ſacerdotũ.3.Reg. 58.c.4.H
Atriũ templi, qđ dicebaẽ ſacerdotum deſcribitur. 3.Reg.58.c.4.H.Similiter & atriũ virorũ mundorũ,& atriũ tertium & quartum.ibid. 59.c.1.B
Templum Dñi ædificatũ eſt à Salomone breui tpe, ſ.ſpatio ſeptem annorum & alię domus ſuæ tredecim annis propter multa.3.Reg. 60.c.4.F

Templum Dei Iſrael multi reges Gentium honorauerunt.3.Regum. 78.c.3.H
Templum Domini in veteri teſtamento non gaudebat immunitate:nam quando iudices vellent, poterant educere quoſcunque reos de templo,licet Iuriſtæ credant oppoſitum, ſed falluntur.4. Regum. 122.c.1.C
Templum accipitur tripliciter,ſcilicet large,& ſtricte &c.4.Reg. 160.c.4.G
In templo duæ erant partes, quædam clauſa parietibus, & tecto, & iſta propriè vocabatur templũ. Altera erat clauſa parietibus,ſed nõ tecto, & iſta vocabatur atrium, & circundabat templum, & diuidebatur in quatuor partes, quæ vocabantur atria. Primum dicebatur atrium ſacerdotum. Secundum vocabatur atrium virorum mundorum,& iſtud erat maximum omnium. Tertium erat mulierum mundarum. Quartum mulierũ immundarum, & hominum Gentilium &c.4. Regum. 212.c.1.D
Templum Ieruſalem quot annis ab orbe condito, & quota diluuio, & quot ab exitu de Aegypto per Chaldæos fuerit deſtructum,vide ſecundum Ioſephum, & quomodo excedat à computatione ſcripturæ.4.Reg. 262.c.3.K
Templum Hebræorum non poterat habere aliquã hæreditatem immobilem de his,quæ offerebant Iſraelitæ.1.Paral. 309.c.3.F
Super templi portam vnicam ,quæ ſcilicet erat ad partem Orientalem, pendebat quædam pars tecti, vt iſtud ſpacium defenderetur ab imbribus, & iſta pars, quæ erat ante portam,vocabatur porticus ab ipſa porta,& erat iſta porticus magna,ſcilicet,ſecundum totam altitudinem partis Orientalis templi,& habebat in longitudinem cubitos viginti, & in latitudine decem. 3.Reg.6. & erat iſta porticus inter portam templi, & atrium ſacerdotum, & ad iſtam porticum accedebant Iudæi &c.1.Paral. 327.c.4.K
De templi deſcriprione cum atrijs ſuis,& vaſis miniſtrationis.1.Paral. 330.c.1.D
In templo Salomonis erat vna menſa propoſitionis aurea,& multæ argenteæ ad alios vſus,& erãt decem candelabra aurea, quinq; ad partem Meridianam, & quinque ad partem Aquilonarem iuxta menſam propoſitionis, & præter iſta erant alia candelabra argentea.1.Paral. 331.c.3.H
Templi ædificatio inchoata eſt in principio quarti anni regni Salomonis.2.Paralip. 5.c.4.F
Templi ſtructuram reuelauit Deus Dauid in ſcripturis,vt habetur 1.Paralipo.28.vbi dicitur omnia hæc venerunt ad me manu Dei ſcripta &c.2.Paralip.40 c.3.F.1.Parali. 332.c.4.F
Conſumato templo Salomonis ceſſauit vſus tabernaculi Moyſi.2.Paral. 8.c.1.D
Ad templi Salomonis conſtructionem, quare magis laborauerint proſelyti quam Iſraelitæ ad cędendos lapides,& ad portationem lignorum. 2. Paral.36.c.2.A.Sed & de Iſraelitis numerati ſunt triginta millia ad cedenda ligna &c. 2. Paralipo. 36.c.2.E
Templum Domini non fuit ædificatum ante Salomonem propter multa.2.Paral. 38.c.4.F
Ad templi ædificationem obligabatur Salomon ex præcepto Dei,& patris ſui Dauid.3.Regum 7. & 2.Paralipom.17.& 22.& 28.2.Paralipom.39.c.1.E
Et tenebatur hoc facere in principio regni ſui: niſi eſſet impeditus: & ideo, cum confirmatum eſt regnum eius, incepit illud ædificare &c. ibid. 39.c.2.A
Templum Salomonis aliquo modo ſucceſſit tabernaculo Moyſi, & aliquomodo non. Et ideo non fuit ſeruata omnino forma tabernaculi Moyſi in templo Salomonis, vt probatur 2.Paralipom. Et elegit Deus Ieruſalem, potius quam aliam vrbem ad templi ædificationem,forte quia Ieruſalem erat ciuitas regalis,& conueniebat magis honori Dei.Nam,cum rex ſemper maneret in vrbe illa, neceſſe erat quòd locus ille eſſet honorabilior, & frequentatus à turbis, quam quælibet alia ciuitas, & ſic occaſione curiæ frequentaretur magis cultus diuinus, quam alias. ibidem. 40. col.1.A
Templum ædificatum eſt in monte Moria, quia Deus illum montem elegit &c.Et ædificatum eſt in area Hornam Iebuſei,quia illum locum elegit Deus &c. Et eius electionem oſtendit Deus Dauid duobus miraculis, & multis alijs modis &c. 2.Paralip. 40.c.2.A
Templum Salomonis habuit ſexaginta cubitos in longitudine,& viginti in latitudine,& altitudine centum viginti cubiti.2.Paralip. 40.c.3.I
De tota figura, & habitudine templi Salomonis, & eorum quæ intus erant.2.Parali. 40.c.4.K
De atrio templi.2.Paralipo. 41.c.3.G
Porticus templi deſcribitur.ſecundo Paralipomen. 42.c.2.A
Pars templi, dicta, Sancta Sanctorum, quare fuerit minor quam alia,quæ dicebatur ſancta.2 Parali. 42.c.3.G
In parietibus templi erãt palmę,& Cherubim ſculpti. 2.Paralipomenon 3. Sed, in quo eſſent ſculpti,& qualis eſſet figura Cherubim.2.Paralipom. 42.col.4.F
Templi porticus altitudo erat centum cubitorum. 2.Paralipom. 47.c.3.I
Intra templum quæ vaſa ponerentur, & quæ non, & quæ extra.2.Paralip. 49.c.3.F
In templo Salomonis fuerunt multa,quorum ſimilia non fuerunt in tabernaculo Moyſi, vt probatur.2.Paral. 71.c.2.E
Templum Salomonis maneret in æternum, ſi Iudæi non dereliquiſſent legem Dei,ſed quomodo hoc.2.Paralip. 80.c.1.A
Salomonis templum poteſt tripliciter accipi. 2.Paralipom. 98 c.4.F
Templum ſecundum Ieruſalem ædificatum fuit in quadraginta ſex annis.Ioann.2. 2.Paralipomen. 194 col 4.H
Templa, quæ fecit Salomon pro vxoribus ſuis Gentilibus, non facta ſunt, vt ibidem Iſraelitæ idolatrarent, & ideo illa paucam occaſionem præbebant ad idolatrandum ipſis Iſraelitis: niſi inquantum videntes illa templa ſciebant idola eſſe in terra ſua, & quantum ad hoc offendebantur: & quia illa templa erant in monte Oliueti, dicebatur ille mons, mons offenſionis.4.Reg.23. 2.Paralip. 208.c.1.E
Templum accipitur, aliquando pro quibuſdam partibus, & aliquando pro alijs, & ad quaſdam earum Chriſto licebat intrare, ad quas licebat intrare omnibus laicis mundis; & ad quaſdam licebat ſolis leuitis, & ſacerdotibus introire, & aliæ, ad quas ſolis ſacerdotibus. Chriſtus verò non ingrediebatur niſi ad loca templi, ad quæ merè laici ingrediebantur, quia ipſe non erat ſacerdos, neque leuita, cùm eſſet de tribu Iuda, de qua nemo vnquam fuit miniſter templi, vel tabernaculi &c. Matth. to.5. 229.c.3.I

Templum Salomonis deſcribitur. Matth.tomo 5. 230.col.1.A
Ad locum,vbi erat templum,veniebant Iudęi maſculi ter in anno ad tres ſolennitates. Exod.23.& 34. Et ibi afferebant ſacrificia ſua, & munera, & per ſingula loca erant ſynagogæ. Matth.tomo 6. 169.c.3.K
Templum Salomonis aſſimilabatur tabernaculo Moyſi, cuius longitudo,& latitudo refertur.Mar. tomo 5. 230.c.1.A
Quare in templo Domini venderentur columbæ. Matth.to.5. 232.col.1.D
Refertur modus,quo Chriſtus eiecit vendentes, & ementes de templo, qui potuit eſſe multiplex. Matt. to.5. 234.c.2.D
Templum erat locus aptus, pro cæcis, & claudis. Matth.tom.5. 235.c.3.K
In ædificatione templi Salomonis nec ligna ſecabantur,neque poliebantur lapides. Matt.tom.5. 269.c.3.G
De horreo, & portatione decimarum in templum Domini.Matth.to.6. 232.c.4 F
De tēplo,in quo Chriſtus pluries prædicauit. Matt. tomo 6. 251.c.4.K
Magna clades Iudæorum facta eſt in templo Ieruſalem anno decimoquinto poſt Chriſti mortem. Matth.tom.6. 271.col.2.A
Templum dupliciter ſumitur,vno modo ſtrictè, ſcilicet pro domo illa,quæ erat clauſa parietibus, & operta tecto, in quam ſoli ſacerdotes intrabant. Alio mō largè pro toto ſpatio ſacro clauſo intra murum, in quo ſtabat altare holocauſtorum &c. Matth.tomo 6. 252.col.1.B
Templi parietes erant de lapidibus, & deſuper tabulis cedrinis, & ſuper tabulas affixæ erant laminæ aureæ clauis, ita vt nihil eſſet in toto templo ex parte interiore,quod non tegeretur auro. 3.Reg. 6.&c.Matth.to.6. 197.c.2.D
Templum Ieruſalem deſcribitur. Matthæ.tomo 6. 251.col.1.A
Templū Ieruſalem a prima die conſtructionis eius, vſq; ad vltimam euerſionem eius per Titum trāſierunt mille centum duo anni &c. Matth.to.6. 258.c.2.C

Tempus non fuit creatum,

ſed concreatum; quia eſt paſſio rerum mutabilium, ſ.creatarum corporearum, quarū duratio menſuratur tempore.Gen. 3.col.4.I
Tempus incluſum, vel deſignatum in his verbis; In principio creauit Deus &c.i.in principio temporis,vel cum principio temporis, non capitur ſtrictè,vt eſt paſſio,vel numerus motus cœlorū, ſed largè.ſ.pro duratione creaturæ,ēt cœlo non moto,ſicut qñ pugnauit Ioſue contra quinq; reges. Ioſ.10.vbi dicitur: Stetit ſol contra Gabaon ſpatio vnius diei immotus &c.Gen. 3.c.4.I
Tempus,vt eſt paſſio, vel numerus motus cœlorū, quod in primo mobili fundatur,vbi eſt principiū totius motus, ceſſabit in fine ſæculi, iuxta illud Apocal.10.Tempus amplius non erit: quia ceſſabit motus cœli,& per conſequens tempus. Gen. 3.col.4.K
Omnis motus facit tps, i. omnis ſucceſſiua acquiſitio,vel deperditio in eſſe,vel operari,ēt non moto cœlo,ſed magis cognoſcitur in operatione, q̄ ī duratione rei vt patet de Ioſue: ſed tps maximè cognoſcitur in motu regulari,cuiuſmodi eſt motus cęli,qui eſt vniformis: ſed quantum ad eſſe tēpus,ſufficit,ꝙ ſit creatura acquiſitioni,vel deperditioni ſubiecta,vel quę aliquid habet poſt aliud, & ſic dicendū eſt, ꝙ ſi iuxta vnam expoſitionē de creatione rerū, lux creata ſit poſt materiam rerū elementarium,interceſſit tempus duodecim horarum inter vtrumque,& illud vocatur veſpere, quod præceſſit diem artificialem,quando dicitur Gen.1.Factum eſt veſpere,& mane dies vnus,&c. Geneſ. 4.col.1.A
Totū tps vitæ noſtræ per duo diſtinguitur, ſ.per tps vigiliæ,& tps ſoporis. Et ſic Ariſto.1.Eth vocauit dimidium vitæ tempus dormitionis,dicens: Per dimidium vitæ nihil differt prauus à ſtudioſo &c. Matt.6.175.c.2.D Et tempus vigiliæ in duas partes diſtinguitur.ibidem.
Non valet hæc cōſequentia; tempus eſt: ergo dies: vel nox eſt; quia ante ſolem exiſtentem,vel lucē motam poterat eſſe tempus etiam propriè dictū per motum primi mobilis, vel duratio, vel motus alicuius rei corporeæ.Gene. 4.c.1.C
Homines aliquando menſurant actionem ſuam tēpore, poſtea è conuerſo menſurant tempus per actionem, vt ſciant quantum tpis tranſiuit &c. Geneſ. 42 c.1.E
Sex tempora diſtinguuntur in anno per æqualia, & cuilibet reſpondent duo menſes, de quo Gene 8. Primū eſt tempus ſementis, cui dantur duo menſes, i.medietas Septembris, & totus October, & medietas Nouembris; deinde medietas Nouembris,& totus December; & medietas Ianuarij cōuenit tempori frigoris,deinde medietas Ianuarij, & totus Februarius,& medietas Martij dantur tēpori hyemis, & illud tempus eſt pluuioſum &c. Gene. 47 col.1.B
Tps propriè non eſt aliud, quam mora motus ſolis in ſignis Zodiaci, quod dicitur ceſſaſſe in diluuio quantum ad qualitatem, non tamen in ſeipſo. Gene. 47.c.1.D
Temporum anni diſtinctio aſſignatur ab Aſtrologis in quatuor partes ſm quatuor qualitates primas:& ſm dominium earum Gen.8. fit diſtinctio in ſex partes,partim ſecūdum qualitates primas, & partim ſecundum actus humanos in illis temporibus &c.Gen. 47.c.2.A
Tempus qūo cognoſcatur.Exo.to 1. 265.c.3.F
Tps an maneat poſt diem Iudicij. Ioſ.to.1.199.c.3 I
Tempora, qūo ſeruanda, & inſpicienda ſunt ad ſeminandum,& ſcindendas arbores, & quomodo non.Exo.to.1. 77.c.4 K
Tempus incepit in tali diſpoſitione,qualis eſt diſpoſitio Septembris.Exo.tom.1. 259.c.2.D
Impoſſibile eſt dare tps præſens:bene tñ datur præſens temporis,ſcilicet inſtans Exo.t.1.263.c.1.A
Tempus menſurat motum tamq̄ paſſio ſuum ſubiectum,& iſta paſſio fundatur in primo mobili, qđ eſt principium, & cauſa omnium iſtorum mobilium &c Exo.to.1. 263.c.2.A
In tempore ſolum duæ partes ſunt,ſ.pręteritum,& futurum:nam præſens licet ſit aliquid in tempore, non tamen eſt pars temporis, cum pars temporis ſit tempus.Exo.to.1. 263.c.2.C
Tempus non dicit omnem motum,ſed motum cęleſtem,& ceſſante motu cęli,non eſſet dies, menſis,ned annus &c.Exo.to.2. 182.c.1.A
Regularis tpis cōputatio inuenta eſt p dies naturales, vt ſciamus cognoſcere durationē noſtrā &c. Et diē naturalē diuidimus per inſtrumenta in 24. partes æquales,quas vocamus horas, & hāc diem p motū ſolis inuenimus,& per ſolē diſtinguimus diem à nocte,ſed iſta diſtinctio non eſt ſemp vniformis in quantitate, quia aliqñ ſunt dies maiores,

Oẽs libri morales veteris teſtam. erudiunt nos verbis, ad bonos mores, cuiuſmodi ſunt libri ſapientiales, alij factis per exempla aliquarum perſonarum, vt ad patientiam in lib. Iob, ad confitẽdum in libro Iudith, ad charitatem contribulũ in lib. Eſther, ad exhibitionem operum pietatis in Tobia: ad fortitudinem & volũtariam mortem pro lege in lib. Machabęorum, &c. Gen. 1.c.3.G
Lectio veteri teſtam. eſt nobis valde vtilis. Mat.t.6. 245.c.2.D
Nouum teſtam. quod principaliter agit de opere redemptionis, maioris dignitatis eſt quã vetus, &c. Gene. 1.c.2.E
Veteris teſtamenti litera venit exponenda duobus modis intentis à litera: vnus eſt per rationes literales: & non pro vt ſunt ſignificatiuæ alicuius alterius, ſed prout in litera continentur, alius eſt, ſecundum quòd iſta litera eſt ſignificatiua eorum, quæ poſtea futura erant, & iſte ſenſus notatur ſecundum rationes figurales, primus iſtorum extenſior eſt, & c. & hunc primum ſenſum ſe proſecuturum dicit Auctor, &c. Exo. tomo ſecundo. 18.c.4.I
Quomodo ſe habeat nouum Teſtamentum ad vetus. Mat.to.7. 89.c.1.C
In nouo teſtamento Chriſtus & apoſtoli ad ducũt aliquas auctoritates veteris teſtamenti, quæ prima facie videntur aductæ extorte, & tamen non ſic eſt, bene intelligendo, &cæt. Exo.to.ſecundo. 95.c.1.C
Teſtamentum vetus, & ſi ſimpliciter eſſet ad animarum ſalutem, tamen præter hoc intendebatur in illo aliquis bonus ſtatus temporalis gentis Iudęorum, quia ſolis illis datum eſt. Nouum verò teſtamentum ſolam animæ ſalutẽ concernit; & ideo in illo non dantur præcepta iudicialia, ſed quæcumq; in eo dicuntur, ad epiſcopum pertinent. Leui. 95.c.3.K
In veteri teſtamento prohibitam eſſe intẽtionem, ſicuti & manũ, pbat̃ per illud Leuit. 9. Nec oderis fratrẽ tuũ in corde tuo. Exo. 20. Cũ prohibeẽ cõcupiſcentia vxoris proximi. Leu. 190.c.2.E
In veteri teſtamento Deus promittebat Iudæis bona tp̃alia ſeruantibus legem nõ tanq̃ præmium, ſed tanquam allicitiua quædam ad bonam operationem; quia Iudæi erant uiri imperfecti, &c. In nouo verò teſtamento è cõtrario factum eſt, in quo bona temporalia nõ promittunt̃: ſed ſem

per æterna, quia eſt lex perfectior, &c. in veteri, verù ſola bona temporalia promittuntur: ſed ēt quoque conferuntur æterna; in nouo ſola æterna promittuntur, ſed temporalia quoq; conferū tur. Leui. 308.c.4.F

In veteri teſtamento lex Dei non approbant aliquam religionem, in qua teneretur continentia carnis. Leui. 326.c.3.I

Quæ erant in veteri teſtamento, non habebant per ſe aliquam reuerētiam, niſi Deus eis appoſuiſſet. Nqm. to. 1. 56.c.2.A

Inter vetus & nouum teſtamentum quid interſit. Num. to. 1. 272.c.1.D

Teſtamentum nouum, quare dicatur æternū. Nu. tomo 1. 246.c.4.H

Inter vetus & nouum teſtamētum aſſignatur quæda differentia. ſ. quo ad diuinam manifeſtationē. 3. Reg. 73.c.2.B

Tempus noui teſtam. eſt tempus magnæ miſericordię, & tempus veteris teſtamenti, tempus fuit ſeueritatis magnæ, quod ſignificatum eſt in datione vtriuſq; legis. 1. Paralip. 152.c.3.K

Reuelationes veteris teſtamenti quare vt communiter fierent in nebula, vel nube. 2. Paralipome. 77.c.1.A

Nouum teſtamentum differt à veteri, ſicut lucidū ab obſcuro, vt Apoſtolus ſignificat ad Hebręos. 12.2. Paralip. 77.c.4.I

Chriſtus in teſtamento nouo non poſuit plura præcepta, quā in veteri, nec poſuit ſpecialiter aliqua præcepta: nam cęremonialia, & iudicialia nulla poſuit, ſicut erant in veteri teſtamen. ſed abſtulit multa. ſ. iudicialia & cęremonialia; qa per ipſum fuerūt adimpleta & ceſſauerunt, cum ſtatus legis per eum ceſſauit, declarauit tamen quædam prę cepta iuris naturę ſpecialites: & ideo creditī mulța addidiſſe à non bene reſpiciētibus: nihil tamē addit ſupra id, quod erat in veter. teſtamento, & ideo ſicut nunc tenemur diligere inimicos, ita & tunc tenebantur Iudæi. Mat. to. 2. 250.c.1.C

In teſtamen. vete. aliqui libri ſunt apud nos, qui nō habētur apud Hebræos in Hebræo, vt ſunt, liber Sapientiæ, Eccleſiaſticus, liber ſecundus Machabęorum, ut dicit Hieronymus in prologo Galeato. Alij ſunt ſcripti in Hebræo, non tamen ponū tur in canone apud Hebręos, ut liber Iudith. & liber Tobię, ut ait Hieronym. in prefato prologo. Nos autem cōputamus omnes libros, quotquot Eccleſia legit, & ſuſcipit cuiuſcunq; ordinis uel canonis Etiam apud Hebręos in apocryphorū numero deputentur, & ſic inuenientur triginta ſex libri ueteris teſta. & octo noui. Et computantur ſic, quinq; libri Moyſi, unus Ioſue, unus Iudi. unus Ruth, quatuor Regū, duo Paral. tres Eſdræ: nam quartus eſt ualde Apochryphus, quem Eccleſia nunquam curauit, nec legit: nec aliquis doctorum ſolennium allegat illum, ideo nec nos in numero librorum ponimus, unus Dauid. ſ. liber Pſalmorum, qui apud Hebræos, quinque inciſionibus habetur, unus Iudith, unus Tobiæ, vnus Eſther, duo Machabæorū, tres libri Salomonis, ſ. lib. Prouerbiorum, Eccleſiaſtes, Cantica, vnus liber Iob, vnus Sapientiæ, vnus Eccleſiaſtici, cuius Auctor dicī eſſe Ieſus Sirach, quatuor libri maiorum prophetarum, vnus Threnorum, liber Baruch, qui fuit notarius Ierem. vnus liber duodecimo prophetarū minorum, qui oēs ſimul triginta ſex. Sunt quidam, qui diuidunt teſtamentum vetus in viginti duos libros, alij in viginti quatuor, vt patet in prologo Galeato. Mat. to. 1. 1.c.3.K

In veteris teſtamento aliqui libri non ponuntur in canone, vt Iudith, Tobias, duo libri Machab. Sapien. Eccleſiaſtic. licet iſti à chriſtianis recipiātur, & probatio ex eis ſumpta ſit aliqualiter efficax, quia Eccleſia illos libros tenet: tamen contra hæreticos aut Hebræos ad probandum ea, quæ in dubium ueniunt, non ſunt efficaces, ut ait Hieronym. in libro ſuper Iudith. Et iſtis non adhibet Eccleſia eam fidem, quā adhibet eis, qui ſunt de canone: nec iudicat illos, qui non recipiunt iſtos libros tanquam inobedientes, aut infideles, &cęt. Mat. to. 1. 2.c.1.C. & 14.c.4.F

Liber ueter. teſtam. legales multum excedunt in auctoritate libros prophetales, & prophetales excedunt hagiographos. Mat. to. 1. 3.c.2.A

Omnes liber ueter. teſtam. tam exiſtentes in canone quam apochryphi, diſtinguuntur in quatuor ordines, in primo ponūtur ſolum quinque libri Moyſi: quia illi propriè uocantur lex: in ſecundo do ordine ponuntur 4. Prophe. maiores, ſcilicet Iſaias, Ieremias, Ezechiel, & Daniel, & duodecim prophętę minores, & lib. Baruch, qui fuit prophe ta & notarius Ieremiæ, etiam lib. Threnorū, non quòd directè. contineat prophetiam, ſed quia eſt pars quædam deciſa ex fine libri Ieremię, hoc tamen non iuxta Hebræos, nec iuxta Hierony. & hic appellatur liber prophetalis; quia ab aliquo propheta ſcriptus eſt: & materia eius tota uel pcipua pars eius eſt de prophetijs, & iſto modo liber Reg. Ioſue, Iudi. & Ruth. non ſunt prophetales. In tertio ordine ponuntur omnes libri hiſtorici, ut Ioſue, Iud. &c. in quarto ordine ponuntur libri ſapientiales. Mat. to. 1. 3.c.2.D

In ueter. teſta. non erat realiter bonum, ſed umbra boni, aut figura eius, &c. Mat. to. 1. 7.c.2.A

Libri ueter. teſtamenti non poſſunt uocari Euangelium propter multa. Mat. to. 1. 7.c.2.A

Omnes libri noui teſtamē. ſunt de canone, quibus omnes debent certiſſimam fidem adhibere ſub pœna infidelitatis. Nec in iſto canone eſt diſtinctio trium ordinum, ſicut in libris ueter. teſtamē. Mat. to. 1. 3.c.2.A

Nouum teſtamē. diuiditur in octo libros. ſ. quatuor Euangelia, in lib. Actu. etiam, in lib. Epiſtolarum Pauli, in lib. Epiſtol. canonic. & in lib. Apoc. Mat. tomo 1. 1.c.3.H

Liber noui teſtamenti poſſunt diſtingui p quatuor ordines, licet non ſit conſuetum ſic diſtinguere. Mat. to. 1. 3.c.2.D

Teſtamētum nouū dignius eſt, q̄ uetus. Ge. 1.c.2.A

Noui & ueteri teſtamento, eadem eſt neceſſitas & ineuitabilitas, tam ex parte Auctoris uel conditoris, qui Deus eſt, quam ex parte luminis increati, & ex parte certitudinis. Matth. tomo 1.5.colu. 3.F. Sunt tamen ſeptem, in quibus auctoritas noui teſta. excedit auctoritatē ueter. Primò ex parte Auctoris immediati: Secundò ex parte miniſtrorum & delegatorum uel commiſſariorum in publicando: Tertio quia in nouo teſtam. ſunt Euangelia, quę excellunt in auctoritate omnes alios libros ſacræ ſcripturæ. Quarto excellit, ſicut finis excellit oīa, quę ſunt ad finē. Quintò ſicut ſol excellit umbrā & ueritas figurā Sextò, quia ſcriptura ueteris teſtamenti ceſſauit, non autem manebit in æternū, & ꝓpterea apoſtolus uult iſtud uocari nouū, illud aūt vetus ad Heb. 8. Septimò qa nouū eſt ſimpliciter melius q̄ uetus, qa ī nouo eſt pfectio, & ī uet. nō: ad Heb. 8. Mat to. 1. 5.c.3.K

Vetus teſtamētū poteſt habere quatuor ſenſus, ſed nouū non niſi tres. Mat. to. 4. 51.c.4.K

In

In nouo teſtam. euãgelia ſunt maioris auctoritatis in duobus. Alij verò libri noui teſtamenti ſe excellũt in auctoritate,vno modo ex parte Auctoris,alio modo ex parte materiæ. Primo modo liber Actuum eſt minoris auctoritatis vel dignitatis cæteris libris.Secundò epiſtolæ Pauli & Canonicæ libros Actuum & Apocalypſim excedunt. Mat.to.1. 6.c.2.D

Omnes libri noui teſtamenti præter quatuor Euangelia, poſſunt aliquomodo vocari Euangelium, non tamen propriſſime,ſicut liber Euangeliorũ, quod per excellentiam dicitur Euangeliũ. Matt. tomo 1. 7.c.2.E

Totum nouum teſtam.Hieronymus è Græcoĩ Latinum ſcripſit,in hac forma, quæ habetur apud nos,& hoc fecit ex mandato Damaſi Papæ. Mat tomo 1. 21.c.1.E

Inter libros noui teſtam.Apocalyp.eſt minus neceſſarius.Mat.to.1. 29.c.3.G

Noui teſtamẽ.ad vetus, duæ notantur differentiæ. Mat.to.1. 190.c.1.B.& 197 c.3.I

Nouum teſtam.medium eſt inter vetus teſtamẽ. & vitam æternam.Mat.to.4. 51.c.4 H

Generaliter omnia, quæ in veteri teſtamento erãt, licet ſignificent ea,quæ ſunt facta in nono, nõ tamen ſignificant ea in ſenſu literali, ſed in allegorico.Mat.to.4. 51.c.3.G

Omnes figuræ & cæremoniæ veter. teſta. quidquid de Chr̃o,& de ſtatu noui teſt.ſignificant, nõ literaliter,ſed allegoricè ſignificãt.Mat.t.4. 51.c.3.G

In teſtam.vete.non fuit diſtinctio iuris dictionum, ſicut in nouo; & aſſignat̃ cauſa.Mat.t.4.185.c.4.F

Veteris & noui teſta ſtatus,comparatur puero & viro ad Galath.4.Mat.to.5. 268.c.2.E

Aliqua,quæ erant in veteris teſta.obſeruantur nũc, non ideo:quia fuerunt in veter.teſtam. inſtituta: ſed quatenus Eccleſia illa inſtituit de nouo.Mat. tomo 6. 236.c.4.F

Vetus teſtam.durauit vſq; ad Chriſti natiuitatem,ſ. per mille quingentos quadraginta & quinq; annos,ſecundum vnam computationem,ſed ſecũdum aliam & veriorem durauit per mille quingentos,& decem.Mat.to.7. 89.c.1.D

Status noui teſtam.& perfectior eſt,& melius ordinatus quam ſtatus vet.teſt.Defen. 31.c.1.E

Teſtamentum dicitur promiſſio facta alicui cũ teſtificatione.Gen. 18.c.2.D

Teſtamentum humanum.

Teſtamenta,q̃ fecerũt duodecim filij Iacob,referũtur ex q̃buſdã Græcis voluminib⁹.Exo.t.1. 1.c.3.I

De teſtamentorum adimpletione ad ordinarium pertinet habere curam.3.Reg. 142.c.1.B

Teſtamentorũ executores,ſi differãt facere illa ſuffragia vel eleemoſynas,quas p̃ ſe iuſſit defunctus fieri,an aliq̃d detrimentũ patiat̃ defunctus ex tali retardatione.Matt.to.3.50.c.1.E. Quòd ſi tales executores differant vendere bona mortui, vt maiores faciam eleemoſynas, vide quid dicendum ſit.Mat.to.3. 50.c.2.D

Teſtator Apud nos, poteſt diſponere de bonis ſuis tã mobilibus, q̃ immobilibus dum tamen nõ grauet filios in quarta eis debita de iure naturæ,id tamẽ non licebat in veteri teſtam.Num.to.2. 94.c.1.B

Teſtatoris volũtas ĩ oĩb⁹ ſaluãda eſt.Nu.t 2 150.c.1.E

Teſtator non poteſt liberare heredem à voto reali, quod teſtator emiſit.3.Reg. 142.c.1.D

Teſtator & hęres reputanr̃ vna perſona, non realiter,ſed fictione iuris.Mat.to.5. 81.c.2.A.

Si teſtator in teſtamento ſuo iuſſit hæredi aliquid facere, & requiſitus à iudice infra annũ non cõpleuerit,q̃d teſtatorius ſit,priuatur oĩ iure & cõ mõ hęreditatis niſi quantũ ad partẽ illã,q̃ debeba ei iure naturæ, & ius ſucceſſionis,& id quo priuat̃ ille, tranſit ad alios, ſm ordinẽ maioris attinentiæ ad teſtatorem,cum onere ſuo, præſtando cautionem de faciẽdo illud,&c. & hoc ſecũdum leges humanas.2.Paral. 62.c.1.E

Teſticulus. Teſticulorum officium eſt vt in coitu per quaſdã chordas, ſiue cinąſos accendentes, tangãt vaſa ſeminaria ad deſtillationẽ ſeminis,quibus non exiſtẽtibus, vel ſi læſi ſint, vaſa illa immota manentia generationem,nunquam complent.Deutero.118.c. 2.E.& Parad. 10.c.1.D

Teſticuli principalius agunt in ſeminis effuſione, quàm virga.Exo.to.1. 82.c.1.E

Teſtimonium Reſurrectionis Chriſti firmiſſimum fuit apparitio illius diſcipulis ſuis.Mat.to.4. 223.c.2.A

Teſtimonium & fœdus idẽ ſũnt materialiter, ſed differunt formaliter.Exo.to.2. 109.c.1.B

Teſtimonium,de quo Exo.40.cum dr̃ poſuit teſtimonium in arca,accipitur pro tabulis ſolum, licet vrna,manna,& virga Aaron:& codex Deuteron.& c.teſtimonium dici poſſint. Exod.to.2. 213.c.3.G

Teſtimonia in lege dupliciter accipiuntur.3.Reg. 16.c.2.C

Teſtimonia diuerſimodè accipiũt̃ 4.Re. 228.c.1.B

Teſtimonium non accepit Chriſtus ab Euangeliſtis,licet ipſi ſcribant de eo, iuxta illud Ioann.5. Ego aũt ab homine teſtimoniũ nõ accipio; q̃d id,de quo dubitabamur, & ſup quo Iudæi volebãt teſtimonium & petierunt illud à Ioãne; an Chriſtus eſſet Meſſias, & eſſet Deus; ipſe aũt dixit, q̃ ad hoc nõ recipiebat teſtimoniũ ab hoĩe. ſ.per q̃d crederetur illum eſſe Deũ:quia leue teſtimoniũ erat, ſed accepit teſtimoniũ irrefragabile ab operibus ſuis,& c.Mat.to.1. 21.c.3.H

Teſtimoniũ ſumptum ex ſacra ſcriptura validum eſt contra Iudæos.Mat.to.4. 3.c.2.E

De falſo teſtimonio extra iudicium, & in iudicio. Exo.to.1. 179.c.4.I

Teſtis In dicto ſingularis teſtis ſtandũ nõ eſt, maximè in criminalibus.Ge.355.c.4.F

Teſtes in criminalibus debent eſſe luce clariores, vt patet extra de probationibus.in cap.finali & ĩ lege ſciãt.c.de p̃bationibus.Exo.t.1. 216.c.2.B

Teſtis quando admittendus.Defen. 4.c.1.B

Quare in iudicio producantur teſtes. Matth. to.7. 99.c.1.A

Teſtis falſi dicus tribus p̃ſonis eſt obnoxius, vt dicit Auguſt.Primò ipſi Deo,cuius p̃ntiam contẽnit.Secundò iudici,quẽ mẽtiendo,fallit. Tertiò innocenti,quem falſo teſtimonio lædit,& habetur extra de crimine falſi.in cap.Falſidicus.Exo. tomo 1. 246.c.1.A

Teſtis poterat eſſe iudex in veteri teſtamento.Exodi to.1. 246.c.1.D

Teſtes q̃n dicantur legitimi.Exo.to.1. 247.c.1.A

Teſtes, qui pauperes ſunt, iura habent ſuſpectos, &c.vt patet extra de teſtibus in capi.Si cui teſti. Exo.to.1. 249.c.4.G

Aductus in teſtem in iudicio ſi ſubticeat veritatẽ, ita peccat ſicut ſi falſum dicat, quia ęquale dãnum inducitur ex vtroq;,&c.Leu. 40.c.3.F

Vnici teſtis teſtimonium nunquam eſt admittendũ,cuius aſſignatur cauſa.Nu.to.2. 299.c.4.K

Quòd ad probationem non ſufficiat vnus teſtis, nec etiam requirantur valde plures, tam ſecundum iura humana quam diuina. Deut. 106. c. 4. H
Quare in iuribus humanis plures teſtes recipiuntur, & non vnicus, aſſignantur rationes, licet in cauſis leuibus vnus teſtis cum fama faciat probationē plenam, quia fama habetur loco vnius teſtis. Matt. tomo 1. 12. c. 4. F
Per falſos teſtes interdum probatur aliquid in iudicio, & quia non conſtat eos eſſe falſos, recipitur probatio eorum tamquam firmiſſima, & interdum probatur aliquid per veros teſtes, & obiectis eis quibuſdam exceptionibus, de iure non tenet eorum teſtimonium. Matth. tomo 1. 166. c. 2. G
Ad hoc quòd aliquis ſit teſtis idoneus, vel teſtimonium eius cōueniens, nihil magis ſufficit, quam quòd ille reputetur talis ab hominibus, & pro tali indubitanter teneatur. Matt. to. 1. 166. c. 2. C
Vna de conditionibus, quas iura requirunt in teſte, eſt vita bona, & honeſta, & iſta eſt præcipua, immo quaſi totum, quod reddit aliquem habilem ad teſtificandum extra de verborum ſignificatione capitu. Forum. Matth. to. 1. 166. c. 2. C
Teſtis falſidicus tribus perſonis eſt obnoxius, ſcilicet, Deo, iudici, & parti. extra de crimi. falſi. C. falſidicus, ideo tripliciter puniendus eſt. Primo, quia offendit Deum, imponitur pœnitentia ſetenis 6. quæſtione prima, capit. quicumque. Secundo, quia iudicem deluſit, infamabitur 22. q. 5. cap. Si quis conuictus, & verberibus caſtigabitur. 5. q. 5. cap. illi, qui vel extra ordinatione punietur, durante caſu, C. de teſtibus, l. nullum. Tertio, quia proximum læſit, punietur iuxta modū læſionis, arg. 3. q 9. c. Nihilominus. Sic dicit gloſa extra de crimine fal. c. falſidicus, in gloſ. 1. & 2. Matth. to. 2. 226. c. 2. A
Deus nunquam eſt teſtis falſitatis. Matth. tomo 5. 254. c. 1. B.
Falſum teſtem, & teſtem occultantem veritatem, vel ſubſtrahētem ſe a teſtimonio parificat Auguſt. extra de crimine falſi. C. falſidicus. Matthę. tomo 3. 27. c. 1. C
Teſtis nunquam poteſt retinere pecuniam, quæ ſibi datur pro teſtificatione, & per conſequēs nec de illa eleemoſinam facere, ſed tenetur reſtituere, ſi peratur iudicialiter, & ſi non poteſt dare pauperibus, & per hoc non liberatur. Matt. to. 3. 27. c. 1. D
De teſte recipiente aliquid ad teſtificandum, vel non teſtificandum, vel vere, vel falſe teſtificandum. Matth. to. 3. 27. c. 1. D
In teſtibus non eſt bona ſuſpitio, cum omnino eadē verba dicunt, magis enim ſuſpitione carent, cum omnino eandem ſententiam non eiſdem verbis proferunt. Matt. tomo 6. 247. c. 1. B

Tetragrammaton.

Nomen tetragrammaton, Hebræi vocant, ſeminamephoras. Exo. to. 1. 12. c. 2. B
Nomen Dei tetragrammaton ſolum inuocabatur a ſummo ſacerdote in benedictionibus nubentium. Exo. to. 1. 35. c. 3. K
Loco nominis tetragrammaton legitur Adonai ab Hebræis, quia ſecundum ſe non poteſt legi, cum tales quatuor literæ coniungantur in eo, quæ vix quidquam ſignificari poſſint, aut poni ad conſtituendum aliquam dictionem, & ideo iſtud nomen vocatur ineffabile, quia legi, aut dici non poteſt, ſed ſolum ſcribi; ſi tamen legatur, ſignificat eſſe, quia tales literę fere ibi ponuntur, ſicut in verbo, quod ſignificat eſſe, ſecundum linguam Hæbream, & hoc propriè Deo conuenit &c. Exo. to. 1. 35. col. 3. K
Nomen tetragrammaton ſignificat, vt dicit Rabbi Salom. diuinam eſſentiam puram, & nudam ab omni attributo, prout ī ſe exiſtit. Exo. t. 1. 35. c. 4. F
Nomen Dei tetragrammaton habetur in Hebræo loco huius nominis Deus. Gene. 15. cum dicitur, Ego ſum Deus tuus, qui eduxi te de hur Chaldæoeum. Exo. to. 1. 36. c. 1. B
Nomen Dei tetragrammaton, quomodo fuerit Moyſi demonſtratum. Exo. to. 1. 36. c. 1. D
Nomen Dei tetragrammaton ſignificat diuinam eſſentiam ſub quadam maxima excellentia, pro vt eſt pelagus omnium perfectionum. Exo. to. 1. 36. c. 3. G
Nomen Dei tetragrammaton de ſolo Deo vere dicitur. Exod. tom. 1. 232. c. 2. B
De noīe tetragrammaton vide in dictione, Nomē.

Tetrarcha. Idem eſt, quòd quartæ partis regni princeps, & refertur hiſtoria quomodo regnum Iudæorum diuiſum ſit in Tetrarchias ab Herodæ rege. Matt. to. 4. 71. c. 2. C

Thabor. Eſt nomen montis, & ciuitatis. 1. Paralipom. 93. c. 3. F
Thabor mons eſt in terra Galilææ. Matth. tomo 4. 203. c. 2. B

Thadal. Dicitur rex gentium Geneſ. 14. quia in regno ſuo erant gentes diuerſarū linguarum, & nationum. Gene. 249. c. 2. B.

Thadæus. De Thadæo Apoſtolo. Matthæ. tomo 3. 230. c. 4. K

Thamar. Fuiſſe filiam Melchiſedech dicunt Hebræi, & ratio eorum eſt, quia in lege filiæ ſacerdotum comburebantur pro fornicatione. Leuit. 21. Sed iſti decipiuntur, vt probatur. Dicendum ergo, quòd Thamar non præcipiebatur comburi propter ſimplicem fornicationem, ſed propter adulterium, quia ſecundum legem deſpōſata erat Sellæ filio Iudæ per verba de præſenti. Gen. 355. c. 2. E. Leuit. 224. c. 2. B
Thamar non fuiſſe ſororem Amon, nec ex patre, nec ex matre dixit Rabb. Salomo. ſed falſum eſt. Leuiti. 180. c. 2. A
Thamar, poſt inceſtum commiſſum ab Amon, & tanto odio exoſa fuerit illi, a Deo factum eſt. 2. Regum. 78. c. 3. F

Thamna. De qua Ioſue 15. eſt Thamnata, de qua Iudic. 14. accepit Samſon primam vxorem in terra Philiſthinorum. Ioſue t. 2. 93. c. 1. C.

Thare. A Thare incipit computatio tertiæ ætatis, vt fiat mētio de duobus filijs ſuis, ſcilicet Aram, & Nachor fratribus Abrahā &c. licet Abraham fuerit caput tertiæ ætatis. Geneſ. 57. c. 4. I
Domus Thare fuit perſecutionem paſſa à Chaldęis pro vera pietate, quia vnus verus Deus colebatur ab eis, & hoc dicit Auguſti. 16. de Ciuit. ca. 13. Sed poſtea Thare, & Nachor filios ſuos fugientes de hur Chaldæorum, cum venerunt in Charram, fuerunt idolatræ, vt colligitur Ioſ. 24. &c. Geneſ. 58. c. 1. A
Thare habuit duas neptes filias Aram, ſ. Melcham, quam tradidit Nachor filio ſuo, & Ieſcham, quæ alio nomine dicitur Sarai alteri filio, ſ. Abrahæ, Geneſ. 58. c. 3. G
Thare vixit ducentos quinq; annos, & mortuos eſt anno trigeſimo quinto vitæ Iſaac, ex quo concluditur,

ditur, ꝙ per sexaginta annos ante mortē Thare, venit Abraham in terram Chanaan. Et ista est sententia Angu. 16. de Ciui. c. 15. sed ista computatio Augustini procedit supposito, ꝙ Abraham fuisset primogenit⁹ Thare, sed dato illo, vī sequi, ꝙ Aram genuit Saram siue Iescham, cum esset annorum octo, vel nouē, vel negare, ꝙ Sara fuerit filia Aram, sed Augustin. hoc non negat 16. de Ciuit. c. 13. vbi dicit, ꝙ Iescha fuit Sara, sed omnia prædicta possent saluari dicendo, ꝙ cum Thare habuit septuaginta annos genuit illos tres filios, & ꝙ anno septuagesimo genuit Abraham, qui fuit minor alijs duobus genitis ante annum eius septuagesimum, & tunc potuit fieri, ꝙ genuisset Nachor, & Aram per triginta, vel quadraginta annos priusquam genuisset Abraham, & tūc potuit fieri, ꝙ Aram genuerit Saram, decem annis post natiuitatem Abrahæ, quibus decem annis maior erat Abraham sua vxore Sara, & sic Sara esset nata octuagesimo anno Tharæ &c. Genesis. 59. c. 1. A

Quòd Thare vixit septuaginta annos, & genuit Abraham Nachor, & Aram Gen. 11. non potest intelligi nisi vno de tribus modis &c. Gen. 59. c. 3. G

Tempore Thare, regum Assyriorum ampliatum est, regnante Nino, &c. Gen. 60. c. 3. F

Tharsis. A Tharsis pronepote Noe, de quo Gene. 10 veniunt Cilices, apud quos est ciuitas dicta Tharsis, in qua natus est Paulus, vt habetur Actum 21. & 22. Genes. 51. c 2. C

Tharsis ciuitas erat in terra Indiæ, & erat locus cōmutationis. 3. Reg. 91. c. 4. H

Tharsis, de quo 2. Paralipo. 9. non erat Ophir, quia Tharsis est regio habitata, & non Ophir, quæ solis draconibus, & alijs bestijs peruia est. 2. Paralip. 131. col. 1. B

Tharsis, non est Tharsus Ciliciæ, vnde fuit Paulus Oriundus, nec aliqua terra Aethiopiæ, sed est quædam Prouincia, ad quam poterat nauigari eundo per Mare Rubrum, & ēt per Mare Mediterraneum, licet ista maria nunquam iungantur, vt patet 2. Paralipo. 20. & ꝙ per Mare Mediterraneum patet Ionæ 1. vbi dicitur, ꝙ Ionas descendit in Iopem, & intrauit in nauē, vt iret in Tharsis &c. 2. Paralip. 131. c. 1. C

In Tharsis ibant serui Salomonis semel in tribus annis, vt dicitur 2. Paralip. 9. quod poterat esse propter tria 2. Paralip. 131. c. 3. F

In hoc nomine Tharsis multi decipiuntur, vt Nicolaus &c. Matt. to. 1. 129. c. 1. D

Thebæ. Thebarum varia nomina referunt. Exod. tomo 1. 5. c. 1. D

Thebas Græcorum Cadmus condidit. Exo. tom. 1. 117. c. 4. F

Thebæ vrbes in Aegypto sunt nobiliores. Exo. to. 1. 109. c. 4. H

Thebæ ciuitas est, quæ Rameses dicitur Gene. c. 47. Exod. tomo 1. 93. c. 2. C

Tres vrbes leguntur vocate Thebæ, quædam quæ dicebantur Thebę Greco, in Prouin. Boetiæ, alia in Aegypto, quę dicitur nunc Thebaida, & apud quosdam modo vulgari vocatur Tanaria, tertia in Iudęa, de qua Iud. 9. Iu. 95. c. 1. C

Thebæ fuerunt triplices, quædam apud Aegyptios ciuitas antiquissima circa Arabiam, quę vulgariter vocatur Thebaria; aliæ sunt Thebæ Græcorum, & aliæ Hebræorum, & vocantur Thebæ, quia erant tres vrbes distinctæ, ne esset ambiguitas de eis, & facta sunt tria denominatiua earum, scilicet Thebęus, Thebanus, & Thesbites. Primū datum est primę, secundum secundæ, & tertium tertiæ. Et sic Elias dictus est Thesbites a Thebis Iudæorum &c. 3. Reg. 153. c. 4. F

Thecua. Distat a Iericho contra Meridiem per quinque leucas, & a Bethlehem per sex miliaria. Gene. 22. c. 2. C

Thecua significat virum, & locum. 1. Paralipomen. 60. c. 2. E

Theman. Ciuitas est, & Prouinciā ad meridiem in Idumæa, de qua erat Eliphaz Themanites, vnus de amicis Iob, & dicta est sic a Theman quarto filio Ismahelis. Genesis. 295. c. 3. K

Theman nomne est cuiusdam viri de filijs Esau, & cuiusdam alterius de tribu Iuda. 1. Parali. 4. Et est etiam nomen ciuitatis. 1. Paralip. 60. c. 3. G

Theodotion. Floruit sub Commodo Imperatore, anno à natiuitate Christi fere 180. Oriundus de Ciuitate Ephesо, qui tertiam æditionem Bibliæ fecit, quæ & ab æditione 70. interprætum modicum discordat, de qua mentionem facit August. lib. 18. de Ciuitate. Genes. 35. c. 2. B

Theologia. Theologicæ facultatis cæterarumq; artium studiū derelictū est. & ad hoc derelinquendum magnā occasionē tribuerunt iura moderna, quia in istis acquirendi modus inuenitur &c. Gen. 34. c. 4. F

Theologia proprijssimè dī sapientia, quia est de altissima causa, & per altissimā causam, i. per reductionem ad ipsum Deum &c. Deut. 19. c. 3. F

Theologia mystica non arguit, vt ait Dionysius in Epistola ad Polycarpum, i. non sumit Theologia argumenta ex mystico sensu &c. 1. Par. 262. c. 1. E Matth. tomo 4. 51. c. 4. F

Theologicæ virtutes non possunt propriè dona vocari. Matth. to. 4. 267. col. 4. F

Theophrastus. Philosophus nitebatur probare, ꝙ sapienti nō expediat nubere. Matth. to. 5. 82. c. 3. K

Thesaurus. Salomō fecit septem loculos thesaurorum circa sepulchrū Dauid patris eius, quod valde honorabile fecit. 3. Regum. 20. c. 3. G

Inueniens thesaurum in agro alieno tenetur dare Domino agri medietatem illius secundum leges ciuiles. Matth. to. 3. 25. c. 2. A

Thesaurus duo importat, s. repositionem, & multitudinem. Matt. to. 4. 63. c. 4. K

Thesauri inuenti, quando sint inuenientis, & quando non. Mat. to. 4. 278. c. 2. E. & 63. c. 4. F

Thesaurus fortuito inuentus in loco sacro, vel religioso, totus est inuentoris, vt patet institut. de rerum diuisione, in §. thesaurus, & C. de thesauris. lib. 10. l. 9. & idem dicit gloss. 14. q. 5. cap. si quid inueneris &c. Matt. tom. 4. 63. c. 4. H

Thesaurus propriè significat multitudinem auri recoditi, & ita dicitur a thesis, quod est positio, & aurum. Matt. to. 5. 139. c. 3. F

Thesaurus significat aurum depositum, vnde thesaurus dicitur quasi positio auri, & inde, per extē sionem, quęlibet pecunia congesta, & reposita dicitur thesaurus, cuiuscunq; fuerit metalli, & duo importat thesaurus, s. multitudinē, & repositionem. Primum significatur Iob 38. cum dicitur: Numquid ingressus est thesauros niuis, aut thesauros grandinis? Secundum significatur Psal 32. cum dicitur: Congregans, sicut in vtre aquas maris, & ponēs in thesauris abyssos. Mat. t. 4 63. c 4. K

Thesaurus absconditus in agro est prædicatio Euāgelij.

gelij. Matt. to. 4. 63. c. 1. E. Alij dicunt, quòd est desiderium bonorum cœlestium. Alij, quòd Christus. ibidem. 63. col. 3. F
Thesaurus absconditus cuius sit, & quando reperitur. Matth. to. 4. 63. c. 4. F
Thesaurizare. Licitum est, capiendo thesaurum largè pro quacũque pecunia reposita, quæ non expenditur &c. Matth. tom. 4. 64. col. 1. B
Licitum est parentibus thesaurizare pro filijs. Mat. tomo 4. 64. c 1. B. & to. 5. f. 93. c. 3. F
Thesaurizare an liceat regibus Deut. 97. c. 2. A
Thesaurizare an liceat hominibus priuatis. Deute. 97. col. 2. C
Thesaurarius. Thesaurarij thesaurorum tẽpli in veteri lege fuerunt de familia Gerson, & Caath, & non de familia Merari. 1. Parali. 303. col. 2 A
De thesaurarijs templi, & officijs eorum, & quomodo differant à ianitoribus & c. 1. Paralip. 304. c. 4. K
Thesaurarij Domini erant duplices, quidam erant in rebus sacris, vt pote in vestibus, & vasis quorũ ministratio erat quotidiana. Et isti quotidie erant soliciti, cum quotidie fieret ministratio, & traderent quotidie vestes, & vasa sacerdotibus, & completa ministratione, recipiebant vestes illas, & vasa. Alij erant thesaurarij non sacri, s. auri, & argenti, & lapidum precioſorum, & istorum rata erat administratio. 1. Paral. 305. col. 1. E
Thesaurarij non fuerũt numerati in certa summa ministrorũ templi, sicut cãtores, & ianitores &c. quia summa thesauriorũ intelligitur per summam ianitorum. Nam quando dicitur, q ianitorum summa erat quatuor millia, intelligendum est, q sub ianitoribus compræhendebantur thesaurarij: thesaurarij tamen pauci erant, eo q officium illorum exigebat minorem numerum quam alia & c. 1. Paralip. 305. col. 3. G
Thetis. Orans Iouem non retulit ea, quę pro eo fecerat: sed bona, quæ ab ipso susceperat, eo quòd magnificum orabat & c. 1. Para. 202. c. 2. D
Thiestę. De Thiestę, & Atreo historiam. Exo. to. 1. 118. c. 1. A
Thiestes comedit carnes filiorum suorũ, ipso ignorante. Leuit. 316. col. 4. K
Thymiama. Boni odoris, de quo Exo. 25. ex pluribus speciebus confectum erat. Species autem erant aroma, stacten, onicha, galbanum, & thus lucidissimum, omnia eiusdem ponderis, Exo. 30. Exo. to. 2. fol. 17. c. 3. K tomo 6. 200. c. 1. E
Thymiama ex quibus aromatibus conficiebatur. 1. Paralip. 331. c. 1. A
Thymiama fiebat ex rebus siccis, & contritis in puluerem minutissimum, & cum adoleretur exhalabat odor suauissimus. Exod. 30. & hoc thymiama non offerebat populus, sed species necessarias ad mandatum Moysi, & hoc thymiamate non licebat vti alicui homini. Exo. 30. Exo. to. 2. 17. c. 3. K
Quod thymiama adoleretur quotidie bis in altari thymiamatis refertur ratio S. Tho. & impugnatur. Exo to. 2 f. 93. c. 1. E. Et postea assignatur sua causa. Exo to. 2. 93. c. 3. K
Thymiama adolebatur bis in die, s. in aurora, & vesperi. Exo. to. 2. 93. c. 2. D
Plura erant thuribula ærea ad adolendum thymiama. Et ista erant in altari holocaustorum, & appellantur ignis receptacula. Exo. 27. Sed an semper in multis thuribulis poneretur incẽsum, aut in vno non constat. Constat tamen, q aliquãdo thymiama poneretur simul in multis thuribulis, vt patet Leuit. 10. de Nadab, & Abiu. Sed hoc fiebat in aliqua magna solennitate & c. in alijs diebus videtur, quòd solum vno thuribulo thurificaretur & c. Exo. to 2. 95. c. 3. G
Modus, qui tenebatur in offerendo thymiamate, refertur Exod to. 2. 95. c. 3. K
Thymiamatis ministratio non solum conueniebat summo sacerdoti, sed & minoribus & c. Exo. t. 2. 95. c. 4 F
Thymiama adolebatur ab eodem, qui incendebat lucernas candelabri, post earum accensionem. Exo. to. 2. 95. c. 4. I
Thymiama dici potest quælibet confectio ex pluribus causantibus vnum odoriferũ, dum tamen illud fit durũ, & dicitur thymiama a thure, quia est redolens: sicut thus, vel quia ponitur, vt thus coram Domino. Exo. tom. 2. 102. c. 2. B
Moyses, quando intrabat in Sancta Sanctorum, nõ adolebat thymiama, sed videbat angelum in aereo corpore loquentẽ in propitiatorio &c. Exo. tom. 2. 103. col. 2. B
De thymiamate. Exo. to. 2. 198. c. 4. H
Thymiama numquam oblatum est Deo extra sanctuarium, prę terquam in cap. de Num. 16. Num. tomo 1. 239. c. 2. B
De ministratione thymiamatis in altari thymiamatis. vide 2. Paralipo. 20. c. 3. Et de isto thymiamate quidam dicunt, quod cremabatur bis ad extinguendum fętorem, qui insurgebat ex crematione sacrificiorum. Sed falluntur isti, vt probatur 2. Paralip. 20. c. 3. K. Sed dicendum, q illa crematio thymiamatis fiebat solum ad honorem Dei, vt probatur 2. Paral. 20. c. 4. I
De thymiamate. 2. Paralip. 180. c. 3. G
Thina. Ligna prę cioſissima reperiuntur in insula Ophir. 2 Parali. 124. c. 1. C
Tobias. Translatus est in Asryos captiuus inter decem tribus. Leuiti. 280. col. 4. K
Deute. 176 c 2. A
Tobias in sepeliẽdo mortuos, quos occidebat rex, subijt multa pericula. Matt. tom. 7. 113. c. 3. I
Tobiæ liber nõ est de canone scripturarum, & ideo licet recipiatur ad legẽdum in Ecclesia pro ædificatione, quia sũt in eo multa incitatiua ad bonũ: non tamẽ eius auctoritas valet ad probationem alicuius dubij, vt ait Hieron. in prologo Galeato. 1. Reg. tom. 2. 28. c. 2. A
Tobias cœpit esse aliquo tempore priusquam decẽ tribus transferrẽtur in Assyrios per Salmanasar, & postea ductus est in captiuitatem cum alijs per Salmanasar, & ibi consummata est historia sua, 4. Reg. 264. col. 1. A

Thomas Apostolus.

De Thoma Apostolo. Matth. tom. 3. 230. c. 2. D

Thomas Cantuarienſis.

S. Thomas Cantuarienſ. cum magno scandalo defendit iura, & bona Ecclesiæ. Matt. to. 5. 23. c. 4. G

Thomas Aquinas.

Sanctus Thomas tenet, quòd maiores Iudæorum cognouerunt Iesum esse Messiam, sed non esse Deum. Nicolaus tamen tenet, quòd cognouerũt vtrumque. Auctor vero dicit, quòd neutrum cognouerunt. Matth. tom. 5. 272. c. 3. G
S. Th. deceptus est circa Cherubim, qui erant super propitiatorio &c. Exo. tom. 2. 28. c. 4. G

Sanctus Thomas deceptus est circa altare thymiamatis. Exo. to. 2. 93. c. 2. A
Sanctus Thomas, & Ricardus decepti sunt circa figuram, & cōpositionem Tabernaculi. Exo. to. 2. 219. c. 1. D
Sancti Thomæ sententia improbatur circa assignationem causæ, qua bis in die adoleretur thymiama. Exo. to. 2. 93. c. 2. A. Et postea assignatur vera causa. Exo. to. 2. 93. c 4. F
Sanctus Tho. dicet, ꝙ si vxor alicuius sit fornicaria, & non speretur, ꝙ emendabitur, tūc vir eius nō debet manere cum ea, ne videatur patronus turpitudinis. Hoc nō est sic intelligendum, ꝙ vir teneatur dimittere vxorem, si non emendetur de fornicatione. Nam hoc non tenetur vir facere, etiam si vxor eius fiat meretrix publica. 1 Regū. tomo 1. 107. c. 4. I
Sanctus Thomas dicit, ꝙ licitū sit homini conuerso ex infidelitate ad fidem Christi, accipere aliam vxorem, si prima noluerit habitare cum eo, &c. Non tamen licebat hoc vxori primæ infideli. Et ꝙ hoc potius factum sit in pœnam, quam ex necessitate præcedentis matrimonij, nō rectè dicit. 1. Reg. to. 1. 123. c. 3. F. Similiter errat, dicens, ꝙ si fidelis ille coniux transierit ad secundas nuptias, ꝙ tunc si infidelis conuertatur ad fidem, ꝙ dispē satiuè conceditur illi, ꝙ contrahat. Nam hoc est consequens, inquit Auctor, ad præcedentem errorem. ibid. c. 4. G
Verba sancti Thomæ. 4. Sententia. distinct. 44. & in Quodlibe. videntur sonare, ꝙ principia essentialia, & causæ immediatæ distinctionis duorū corporum, sit diuersitas situs, & loci; sed non sunt intelligenda, vt sonant. Mat. to. 4. 248. c. 4. F
Dictum sancti Thomæ Prima Sæcundæ. q. 109. s. ꝙ nemo potest adimplere oīa mandata legis, quantum ad substantiam operis sine dono gratuito; intelligendum est, ꝙ non potest, idest, ꝙ non sine magna difficultate, potest & appositio toto conatu sed non, ꝙ simpliciter non possit. Matth. to. 4. 149. c. 4. G
Circa dandas primitias quoad quotam partem fructuum soluendam, vbi pars illa non signata est, dicit sanctus Tho. Secunda Secundæ. q. 86. arti. vlti. ad vltimum, ꝙ recurrendū est ad vicinas Ecclesias, vt soluatur secundum illarum cōsuetudinē, ꝙ si vana sit consuetudo, tunc soluenda est pars fructuum inter 60. & 40. & idē tenet Hostien. & Henricus extra de decimis. ca. 1. sed hoc non placet Auctori. Mat. to. 6. 238. c. 1. A
S. Thom. videtur sentire, ꝙ non liceret leuitis Caathitis tangere vasa sanctuarij; etiam cum essent cooperta, &c. sed falsum est hoc. Nu. to. 1. 46. c. 3. F
Fallitur sanctus Thomas, dicens Secunda Secundæ. q. 86. primitias esse aliquo modo de lege naturæ. Mat. to. 6. 238. c. 2. B
S. Thomas dicit bonum esse fidelem coniugem manere cum infideli, si est spes de cōuersione: innuit. n. ꝙ malum est manere, si credatur mulier obstinata infidelitate, & ꝙ non licet: quod tamen nō sic est intelligendum. 1. Reg. to. 1. 108. c. 3. H. Sed dicendum, ꝙ quando non est spes de conuersione infidelis, melius est recedere, quam manere, & hoc maximè, quando infidelis conatur subuertere fidem, &c. 1. Reg. to. 1. 108. c. 3. G
Expositio sancti Thomæ illius decreti. 28. quæstione prima. cap. Iudei Non videtur conueniens, vt probatur. 1 Reg. to. 1. 109 c. 1. A. Et referuntur variæ aliæ expositiones illius decreti, ibid. Sed sensus, quem assignat Glosa, est verus sensus eius. s. ꝙ intelligitur, quando Iudæus, existens Iudæus, cōtrahit cum aliqua Christiana. Vel intelligitur, quòd si vxor infidelis cōuertatur ad fidem, quòd vir teneatur, aut ad fidem cōuerti, aut dimittere illam. Et in isto sensu reuocatum est illud decretum per ea, quæ dicuntur de diuortijs. cap. quanto, &c. & cap. Gaudemus. 1. Reg. to. 1. 109. c. 2. C
Sanctus Thomas non est tenendus, dicens, ꝙ vxor non habeat ius in corpus viri: nisi quandiu in vita illa manent, in qua contraxerunt, & ꝙ ideo à debito reddēdo absoluitur etiam post matrimonium consummatum, & cōcludit aliter. s. quòd vel dicēdum vxorem pati ex culpa sua. s. qa non conuertitur, &c. 1. Reg. to. 1. 110. c. 2. D
Sanctus Thom. dicit, quòd fideli licet ad secūdas nuptias transire, sed nō infideli in illis tribus casibus &c. Et, quòd hoc factum est magis in pœnā, quā ex necessitate præcedentis matrimonij. Et, quòd si conuertatur ad fidem, tunc dispensatiuè conceditur, quòd contrahant, sed falsum dicit. 1. Reg. to. 1. 123. c. 3. F
Fallitur beatus Thomas dicens, quòd dies Phase appellatur dies azymorum ab euāgelistis, eo quòd Phase celebraretur vespere, & nox præcedens diem quintodecimo computabatur in quintodecimo die. Defenso. 13. c. 2 E
Espositio sancti Tho illius Matth. 18. Necesse est, vt scandala veniant: falsa est, nisi in bono sensu capiatur. Mat. to. 5. 15. c. 1. C
Fallitur beatus Thomas dicens, quòd Pascha accipitur pro Azymis, vel festo Azymorum, cùm dicitur Ioan. 18 Non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur: sed manducarēt Pascha. Quia Pascha ibi nō potest accipi pro azymis, sed solum pro carnibus sacrificiorum, quas comedebant in septem diebus paschalibus, siue septem diebus Azymorum. Defens. 14. c. 2. E

Toparcha. Dicitur Dominus loci. 2. Para. 126. c. 2 C

Tophet In Hebreo interpretatur tympanū. 4. Reg. 233. c. 3. F

Thorah. Iurare per thorah, accipiendo eam in manibus, erat maximū iuramentum, apud Hebræos. Exo. to. 1. 253. c. 1. D
In thorah Hebræorum solum continentur quinq; libri Moysi, quos ipsi humas. i. quinarios vocant, & nos Græco vocabulo Pentateuchum. Exo. to. 1. 253. c. 1. E
Iurans per thorah, asserens, vel mente tenens nihil ibidem cōtentorum esse abolitum, peccaret, vel erraret. Sed si hoc non intendat, tunc iurans per thorah, non iurat super abolitum. Exo. to. 1. 253. col. 3. F
Thorah apud Hebræos, vt communiter videmus, est quidam liber ex magnis membranis inuolutus pannis, ligatusq; in virgis æneis, aut argenteis, vel alias, & super tecto panno sericeo alterius generis, quilibet nihil aliud continet, quam liber, q apud eos vocatur humas. i. quinarius, quem nos vocamus Pentateuchum, & hic tenetur in synagogis eorum multum reconditus, & Rabini legunt in ipso, cum in synagogis ascendunt in cathedram. Exo. to. 1. 254. c. 2. B
Christiauum iurare per thorah cōtingit tripliciter. Exo to. 1. 254. c. 2. B
Iurare super thorah, non est Iudaizare. Exo. tom. 1. 255. c. 3. H
Inter thorah, & Euangelium assignatur discrimen. Exo. to. 1. 258. c. 1. C
Iudæi Hebraicè appellant thorah id, quod nos Gre

co vocabulo dicimus Pẽtateuchum:& licebit Iudæis iurare per thorah, niſi forte circa hoc obſeruent aliquam cæremoniam. Mat.to.2.215.c.1.A

Thronus Eſt iudicis, ſolium regis, cathedra doctoris. Mat.to.5. 166.c.2.A

Thronus Salomonis,quem ex ebore fecit, quã mirabilis fuerit. 2.Paral. 130.c.1.A.& ſeq.

Throni Salomonis leones duodecim quid ſignificent 2.Paral. 130.c.2.E

Thus Lucidiſſimum, de quo Exo.30. eſt illud, quod nos vocamus thus maſculũ, quod ſimilitudinem humani teſticuli habet. Et eſt lucidum,ideſt,carens omni reſinę impuritate,&cæt. Exo.to.2. 102.c.1.E

Thus non apponebatur in oblatione inueſtigandę zelotypiæ:quia erat ſacrificium ex mẽtis perturbatione,& non ex mentis deuotione. Nam thus congruebat ſacrificijs,quæ fiebant ex mentis deuotione. Thus etiã offerebatur in ſacrificijs Dei, quia maxime atteſtabatur perfectionẽ deitatis. Leui. 22.c.2.E

Thus apponebatur in ſacrificijs tãquam quoddam acceſſorium,& odoris ſuſcitatiuum,&c. Et quia thus ſignificat quandam aſcenſionem mentis,in Deum,&c. Leu. 22.c.2.D

Thus non apponebatur in ſacrificio pro peccato, cum offerebatur ſimila, cuius redduntur cauſæ, licet non totaliter ſatisfacientes. Leu. 43.c.4.G

Quod totum thus oblatum cremaretur,aſſignãtur duæ cauſæ. Leu. 49.c.4.K

Duplex genus thuris erat in ſanctuario, quoddam ſimplex:aliud compoſitum. Nu.to.1. 47.c.2.D

Thure abundat Saba. 1.Paral. 31.c.1.A

Thus,quod offerebatur in ſacrificijs, totum crema batur,ſiue paucum eſſet,ſiue multum. 2.Paralip. 24.c 3.F

Tyber fluuius Romanus ſic dictus eſt à Tyberio rege,qui in eo ſuffocatus eſt, qui antea Albula fluuius dicebatur. Gen. 14.c.2.E.102.c.2.D

Tyber fluuius eſt, qui de Alpibus veniẽs per mediũ vrbis Romæ labitur, & dicebatur prius Albula ab albedine aquarum, quia propter niues liquefactas,& propter terram, per quam tranſit aqua, contrahit albidum colorem. Poſtea tamen a Tyberio rege Romano, qui in fluuiũ illum cecidit, & ſuffocatus eſt,Tyber nomen accepit. 1. Parali. 18.c.4.F

Tyberias Ciuitas eſt illa,quę prius dicta eſt Cenereth. Ioſ.to.2. 54.c.4.G

Tyberius. Tempore Tyberij Cæſaris prędicauerũt Ioãnes Baptiſta,& Chriſtus. Mat.to.6. 23.c.1.B

Anno decimooctauo Tyberij Imperatoris Chriſtꝰ paſſus eſt. Ioſ.to.2.1.c.4.K.& Mat.to.6. 23.c.1.B

Tibia Quid ſit. 1.Regum tomo primo. 176. col.2.A

Tibicen. Tibicines vocabantur ad luctum mortuorum, ſecũdum antiquam conſuetudinem Iudæorũ, vt ibi canerent,& hoc propter duo. Primò ad augendam triſtitiam. Secundo propter ſolennitatem luctus. Matt. to.3. 209.c.1.E

Tibicines,de quibus Mat.9.fecit Chriſtus,vt recederent.i.tacerent propter multa. Mat.t.3.209.c.2.A

Ticius Iacebat diſtẽtus in nouem iugeribus, vt dicit Iſidorus. 11.Etymo. Matt.to.6. 115.c.1.A

Ticonius. Dedit ſeptem regulas ad exponẽdum ſacram ſcripturam. Nu.t.2. 50.c.2.B

Tigris. Tertium flumen paradiſi interpretatur ſagitta,quia velox eſt, & vocat̃ Hebraicè hiedequel,quod ſonat accutum, & velox, & hoc labitur contra Aſſyrios. Gen. 15.c.1.E

Quod Tigris vadat contra Aſſyrios,non eſt intelligendum quaſi veniat de Oriente ad Occidẽtem: ſed potius ab Occidente contra Oriẽtem tendit, vel quodam modo contra meridiem: deinde circunflectitur ad Occidentem,& tangit latus ſeptẽtrionale Meſopotamiæ. Gene. 15.c.2.A

Tigris,& Euphrates communem fontem habẽt in Armenia,vbi incipientes fluere, ſtatim diuiduntur. Gen. 85.c.1.B

Tigris in Hebræo appellatur diglat, vt dicit Ioſephus,quod ſignificat anguſtum,& accutum. Ge. 103.c.2.C

Hoc nomen Tigris,quod impoſitum eſt tertio flumini,à Perſis eſt introductum, per quorum terram fluit,& ſignificat ſagittam,propter fluminis velocitatem: quia fluit velociter,& ſicuti ſagitta fertur, & inditum eſt hoc nomẽ ex ſimilitudine tigridis beſtiæ velociſſimi curſus. Gen. 103.c.2.D

Tigris intrat mare rubrum, quod dicit̃ mare mortuum. Gen. 103.c.2.D

Tigris,cũ uadit contra Aſſyrios, ſignificatur, quòd procedit ab Oriente verſus Occidẽtem, ad hoc, quòd perueniat ad terram Aſſyriorum:& ita tangit illam terram à parte Occidentali illius, & ſignificatur etiam, quòd Tigris non tangit regionẽ Aſſyriorum ſtatim, vt incipit manifeſtè fluere:ſed tranſit per alias regiones, & tandem tãgit per terminos Aſſyriorum. Et tunc abſorbet̃ mari rubro. Gen. 103.c.3.F

De Tigris prima origine habetur Ge. 2. Sed de eius principio,quo ad apparentiã,quidam dicunt Tigrim ex eodẽ fonte oriri,quo Euphrates.ſ.in Armenia: ſed ſtatim condiuiduntur, relicto ſpatio in medio multorum milliarium, quod ſpatium dicitur Meſopotamia. Tigris tamen magis eſt ad Orientem: Euphrates verò ad Occidentem tendens:ambo tamen contra meridiem. Alij dicũt, quòd non oriuntur ex eodem fonte,licet ambo in Armenia habeant originem. Euphrates ſub radicibus montis, quem Caropen acolæ nominãt Scythis proximi. Sed Tigris oritur à loco Armeniæ,qui Elegos nominatur. Et hęc poſitio magis concordare videtur propoſito ſacræ ſcripturæ. Licet prima poſitio poſſit etiam concordare ſacræ Scripturæ,quòd,ſcilicet in aliquo loco concurrunt Tigris, & Euphrates,qui poſtea abſorbẽtur,& poſtea ſuborti ſimul in Armenia,ſtatim diſtinguntur,&c. Gen. 106.c.1.A

Tigris finit curſum in mari rubro,vbi eſt ſinus Perſicus,& ita fluit à Septẽtrione contra meridiem, quia Armenia eſt Septẽtrionalis, & mare rubrũ, quantum ad ſinum Perſicum eſt contra meridiem,&c. Gene. 106.c.2.A

Tigris ſtatim vt de ſuo fonte exit, paruus eſt, & pigre currit,neque tunc vocatur Tigris,quouſque venit ad finem terræ Mœdorum, & tunc habet curſum velocem. Nam Tigris apud Mœdos interpretatur ſagitta, & tranſit deinde per Aretuſam lacum, cuius aqua omnia pondera ſuſtinet, & non miſcetur aqua fluminis aquæ Arethuſæ, neque piſces piſcibus. Deinde cum tangit Taurum montem intra profundum ſpecum abſorbetur,& rurſus ad aliud latus eiuſdem montis emicat. Poſteaque abſconditus, & rurſus reddit & tranſit per regionem Adiabenorum,& Arabum,

tan-

gitque Mesopotamiam, & accipit in se multos fluuios optimos,&c.Gen. 106.c.2 B

Tile insula Est vltima terra in parte septẽtrionalis lateris,procedẽdo versus polum arcticum; & ut ait Boetius 3.de Consolatione metro.6.in qua dies magnus,existente sole in Crãcro, est 24. horarum integrarum,&c. Exo.to.1.269.c.2.C.& 170.c.1.E.Et nullam habet noctem,ibidem existente sole. De Optima polit. col.1.D

Tile insula est in decimo climate,considerando terram nunc habitatam.Deute. 119.c.1.E

Timere. Timentibus omnia uidentur peiora,atq; maiora,quam sint. Nu. to.1. 189.c.4.G

Inter timere,& tremere quid interfit.Ios.to.1. 21. c.1.D.Exo.192.c.3.I

Quare homines magis timeant in locis obscuris. Ruth. 253.c 3.F

Timentes semper arguunt contra se, & concludũt id,quod deterius est. Audaces uerò arguunt pro se,& concludunt semper id,quod bonum est eis. 1.Paralip. 219.c.3.K

Timere aliquid propter Deum, licitum est.Matth. tomo 3. 255.c.3.G

Licet sit laudabile timere Deum: non est tamẽ meritorium,& ideo prẽceptum de timendo Deum generale, non est magnum præceptum. Matth. tomo 6. 128.c.1.E

Timocratia Quid sit.De Optima poli. 4. c.2.B

Timor. Inter timorem immissum à Deo, & timorem,qui alias accidit, assignatur discrimen.Gen. 140.c.1.E

Timor est de malo futuro: de malo uerò præsenti dolor,uel tristitia.Gen. 204.c.1.D

Per timorem magis recedit homo à malo, quã per amorem,licet perfectius sit recedere per amorẽ: ad paucos tamen pertinet.Gen. 275.c.3.K

Timor est duplex.s.filialis,& seruilis. Exo.tom.1. 4.Reg. 60.c 1.B

Per timorẽm seruilem homines imperfecti ad bonum adducuntur, & à malo retrahuntur. Exod. to.1. 193.c.3.F

Timor,& amor ĩter omnes passiones affectus, sunt duo,quæ magis allitiunt hominẽ ad aliquid agẽdum.Leu. 177.c.4.H

Timor seruilis non est laudabilis.Matth.to.6. 128. col.1.E

Qui talentum recondidit, & abscondit, habuit duplicem timorem.Vnus fuit,ne perderet,non bene negociando,aut non prospere. Alter fuit, ne sibi furto auferretur,&c.Mat.to.7. 30.c.2.E

De timore filiali circa parentes,de quo Leui.19. cũ dicitur; Vnusquisque patrem,uel matrem suam timeat,&c.Leu. 186.c.1.C

Timoris, & pauoris maledictionem nũc etiam habent Iudæi.Leui. 318.c.4.K

Ex timore potest quis breuissimè mori. & species à timore causatæ in phantasia fortius immutant, quam causatæ ab amore.Leu. 319.c 2.A

Timor seruilis est principium benè operandi,sed p bona opera non acquiritur. Timor uerò filialis non est principium, sed per bona opera acquiritur.Deut. 81.c.3.F

Per timorem seruilem efficiuntur homines boni, tanq̃ per uiam ad terminum, licet ipse timor nõ maneat cũ bonitate perfecta,&c.Deu.165.c.1.C

Timor seruilis non est in purgatorio: quia licet ibi actualiter patiãtur secundum sensum: futurum tamen bonum expectant: nec etiam est in inferno,quia timor seruilis est expectatio mali futuri, &c.Solũ ergo in hac vita est timor seruilis.Deut. 165.c.1.E

Timor quid sit.Ios.to.1. 48.c.1.A

Timor magnus quomodo eneruet vires. Ios. to. 1. 48.c.1.B

Timore,& amore erudimur in sacris literis. Ios.t.1. 121.c.4.F

Quidam ex timore effectus est canus subito diebus nostris,ita Auctor, cum immediatè ante hoc esset iuuenis,& niger capillos.1.Reg.to.2.62 c.3.H

Timor seruilis via est ad timorem filialem.4.Regũ. 172.c 4.H

Timor multiplex.s.naturalis,humanis,mundanus, seruilis,initialis,castus,filialis,& amicalis.1 Paral. 152 c.1.D.De quibus Cassiodorus.& Augu.Psal. & Beba.& Magister Senten.in 3.dist. 34.1. Parali. 152 c.2.E

Timore naturali timuit Christus, cum Matt.26.dixit:Tristis est anima mea vsq;,&c.1.Par.152.c.1.D

Timor humanus est de numero fugiendorum.1.Paralip. 152.c.1 D

Timor naturalis,nec est laudabilis, nec vituperabilis.1.Paralip. 152.c.1.D

Timor mundanus peior est,quam humanus.1.Par. 152.c.1.E

Timor initialis, vel castus, vel sanctus differunt: sicur dispositio,& habitus:& sicut magis perfectũ, & minus perfectum.1.Paral. 152.c.2.C

Timor amicalis,& filialis non videntur differre secundum speciem à timore casto:quia omnes isti tres timores sunt, secundum quos timemus offendere aliquem propter dilectionẽ: sed possunt differre aliquo modo secundum obiecta. s.maritus,amicus, pater. Sed ista non sunt obiecta propria istorum timorum, secundum quod isti differant in specie,&c.1.Paralip. 152.c.2.D

Tantum timorem potest Deus incutere homini, quòd fugiat,nemine persequente, &c.2. Paralip. 192.c.4.K

Timorem, & alias passiones non cadere in virum sapientem.i.virtuosum dicunt stoyci.Matt.to.3. 255.c.3.G

Timor est circa malum futurum, ad illud fugiendum,&c.Mat.to.3. 255.c.3.G

Ex timore solent debilitari membra,ita vt nullę vires meneant homini ad motum, & potissimè fit hoc,quãdo grauis timor subitanus accidit ex aliquo audito,vel viso,q̃ sæpe contingit, vt referũt sacræ literæ.Mat.to.4. 228.c.1.B

Timor magnus compellit hominem clamandum, ẽt si clamor nihil eis prosit.Mat.to.4. 109.c.3.H

Homo, & quodlibet animal magis inclinatur ad timorem,quo mala fugit,quam ad audaciam,qua mala inuadit.Mat.to.5. 7.c.1.E

Timothæus. Timotheus fuit instructus in sacris literis, & fuit filius mulieris fidelis,& patris gentilis, vt habet. Actu. 16.Istum assumpsit Paulus secum. Genes.9. colum.2.E

Timotheus à Paulo ordinatus est Episcopus Asiæ minoris, siue Ephesi, ad quẽ Paulus scripsit duas Epistolas. In prima instruit eum de executione sui officij. In secunda ad martyrij palmam mouet.Gen. 29.c.4.G

Tympanum Est musicum instrumentũ de ligno opertum corio extenso,vel pellibus animalium rasis, quod percussum modulatos tinnitos reddit: & vocatur sicà

sic à tinniendo.Iudi.118.c.1.A. 1.Regum tom.1. 176.c.2.A

Quòd de viro formaretē fœmina fuit multum conueniēs ppter honorē humani generis, Gen. 142.c.4.F
Quòd de viro debuerit formari, vnica tantum fęmina, & non plures assignantur rationes, Gene. 149.c.3.G
Vir, & vxor, quā vnitate sint vna caro, Matth. tomo. 5. 81.c.2.A
Inter virum, & vxorem non est æqualitas, sed potius in omnibus est inęqualitas: nisi in petitione debiti: quia æqualiter tenetur vir reddere debitum vxori peretī, sicut econtra 1. Corin. 7. In cæteris verò vir imperat, & vxor obedit, &c. Genes. 230.c.4.F
Cōpertum est eiusdem temporibus mulierem a duobus viris, concepisse. Mat. tomo 7 89.c.2.C
Vir non semper tenetur reddere debitum vxori, quia non est semper in soluendo. Vxor tamen semper tenetur, quia semper est in soluendo, &c. Genes. 231.c.1.B
Duplex est separatio viri ab vxore, altera quantum ad thorum solum, & altera quantum ad thorum, & cohabitationem, Mat. tomo 7 107.c.2.E
Viro applicatur mystice ratio, & fęminæ sensualitas, Genes. 232.c.1.A
In duobus videtur mulier virum superare, quæ diminuunt peccatum in fornicatione simplici. Primum est ducibilitas ex dispositione corporis. Secundum est defectus resistentiæ, Mat. tomo 5. 108.c.2.A
Vir, & fęmina se habent: sicut perfectum, & imperfectum, sicut actus, & potentia. Et hoc prouenit ex differen-

differentia caloris, &c.Geneſ. 232.c.4.G
Viri ad vxorem eſt minor amor, ſecundum naturam, quam patris ad filium, &c. Geneſ. 234.c.3.F
Viri ad vxorem non eſt eadem lex, quæ eſt patris ad filium,&c.Geneſ. 234.c.2.D
Inter virum,& vxorem magis iuſtum eſt, quam inter patrem,& filium. Licet neutrum eorum ſit ſimpliciter iuſtum,quia non eſt iuſtum politicum,Geneſ. 234.c.4.F
Pluralitas tam virorum, quam vxorum reprobata eſt in matrimonio, tanquam fidei Chriſtianæ inimica, Matth.tomo 5 111.c.3.I
Vir poteſt, quandocunque voluerit, reconciliare ſibi vxorem,quæ fornicata eſt etiam in vitam, Matthæ. tomo 5 110.c.4.H
In poteſtate uiri,& vxoris eſt virginitatem cuſtodire, Matth.tomo 5 115.c.1.D
Vir, & vxor non poſſunt eſſe extrema communicationis politicæ,quia ſunt naturaliter inæquales, Geneſ. 235.c.1.C
Virum tenetur vxor magis diligere, quam è cõtra, & ideo in veteri lege magis tenebatur ad ſuſcitationẽ ſeminis, quam quis quam aliorum, Matth.tomo 6. 57.c.3.G
Vir regit vxorem, non per legem politicam,ſed ad arbitrium ſuum, & ipſe eſt lex, nec poteſt dari lex in particulari,quæ ſit politica,per quam vir regat vxorem,&c.Geneſ.235.c.1.D,& 240.c.3.G
Viri quare magis velint accipere vxores a virginitate, quam ab alijs cognitas,Matth.tomo 6 60.c.1.B
Leges,quæ dantur de viro, & vxore, ſcilicet de donationibus inter virũ, & vxorem, & de matrimonio, & ſponſalibus,& de diuortijs, & de reſtitutione dotis,non ſunt de modo,quo vir,& vxor ſe habent inter ſe,cũ iam ſunt vir,& vxo, ſed ſunt ad hoc, quòd incipiant eſſe coniuges, vel ad hoc, quòd deſinant, vel pro eo,quod competit eis, quando non fuerint coniuges, aut quando dubium eſt,an ſint coniuges. Nec ſunt leges cõiugum, ſed leges ad coniugium, &c. vel leges ad diſſoluendum matrimonium, vel leges pro tempore illo,quo non erant coniuges,vel pro iure,quod competit eis,qui non ſunt coniuges, ex actu coniugis, ſicut eſt de donationibus inter virum,& vxorem,&c.vel leges, quando dubium eſt, an ſint coniuges, vt quando alter habet conſcientiam de conſanguinitate,vel affinitate. Conſtat autem, quòd nulla iſtarum legum eſt de coniugibus, quandiu ſunt coniuges. Ergo nulla lex ponitur,vel poteſt poni viro ad vxorem, ſed ipſe legem ſtatuit ad arbitrium,vel ipſe eſt lex, &c.Geneſ. 235.c.1.D
Vir, & fœmina ſexu differunt, & non ſpecie, Matthæ. tomo 6 120.c.3.H
Viri ad mulierem in cœlo non erit principatus, quia iſta ſubiectio fœminæ ad virum eſt nunc pro peccato.Et in Paradiſo terreſtri non eſſet talis ſubiectio: ſicut nunc. Aliqua iñ eſſet, &c.Geneſ. 236.c.1.C
Cum corpus viri ſit neceſſario perfectius ſecundum naturam corpore fœminę,non habebit animam ſibi proportionatam: niſi illam, quæ fuerit perfectior, quam ea,quæ poteſt informare corpus fœminæ, &c. Geneſ. 236.c.2.D
Vir in ſacris literis ſæpe accipitur pro homine, vt in illo.Pſal.1. Beatus vir,&c.Et Beatus vir,qui timet dominum. Et Beatus vir, qui in ſapientia morabitur. Et ad Ephe.4. In virum perfectum, &c.Geneſ.238. colum.2.D
Vir non eſt ſub poteſtate viri, ſed ſub poteſtate legis, Geneſ. 240.c.3.F
Viri ad virum eſt ſubiectio per accidens, Geneſ.240. colum.3.G
Subiectio vxoris ad virum eſt principaliter ad bonum viri,&c.Geneſ. 242.c.1.D
Virum ſemen effundere contingit dupliciter, Matth. tomo 7 18.c.4.F
Sub viri poteſtate eſt vxor, ſed non eſt neceſſe, quòd omnis vir regatur ab alio,&c.Geneſ. 240.c.3.E
Nulli dicebantur viri, ſecundum legem Moyſi, qui non haberent vigeſimũ annum,Ma .to 4 102.c.1.A
Tempus generationis in viris durat vſque ad annos ſeptuaginta, & in mulieribus vſque ad quinquaginta,dicit Ariſtote.7. Politi. Sed hoc iam deficit, quia ab illo tempore vſque nunc tranſierunt fere mille, & octingenti anni, in quibus mutatio ſatis magna facta eſt in rebus, Geneſ. 321.c.2.D
Vir in duobus delectatur circa venerea. Similiter, & mulier in duobus, &c.Geneſ. 353.c.4.E
Inter virum, & vxorem non debet eſſe principatus tyrannicus,vt ſcilicet vir dominetur fœminæ, vt ancillæ eius, nec etiam principatus oligarchicus, ſic, vt fœmina, quando fuerit ditior, tunc dominetur, & vir totaliter famuletur,quia vterque principatus eſt iniuſtus. Sed debet eſſe principatus Ariſtocraticus, ideſt ſecundum virtutem, quia vir naturaliter eſt prudentior fœmina,&c.Exod.tomo 1 165.c.1.C
Vir aliquando eſt nomen ætatis, & diſtinguitur contra ſenem,aliquãdo eſt nomen coniugij, & interdũ nomen ſexus, Num.tomo 1 146.c.4.K
Vir non tenetur dimittere vxorem ſuam, quantumcunque ſit adultera, etiam ſi fiat meretrix contra, ſanctum Tho.1.Regum tomo 1 107.c.4.F
Vir, & vxor ad paria iudicantur, vt dicitur extra de diuortijs,cap.gaudemus. Quod debet intelligi in redditione debiti,& in vinculo matrimoniali, ſed non in cæteris. Nam vir eſt maior in honore, quam mulier,1.Regum.tom.1.122.c.3.G, Matth.tomo 5.85. c.3.F,108.c.1.D
Vir eſt firmioris,& abundantioris iudicij,qua fœmina, in tantum, quòd fœmina fere non habet opinionẽ vniuerſalem. Et ideo quaſi non poteſt eſſe continẽs, ſicut vir 7.Ethic.1. Regum tomo 1 151.c.4.k
Nunquam licuit, vt vna mulier haberet plures viros, vt probatur nouẽ rationibus, 1.Reg.to.1. 22.c.1.A
Quod aliqua mulier habeat plures viros,eſt cõtra ſubſtantiam matrimonij, & contra ſtatum Politiæ,imo contra naturam,&c.1.Regum tomo 2. 142.c.3.k
Vir, & vxor dicuntur eſſe vna caro, non virtute naturæ,ſed fictione iuris, ſicut teſtator, & hæres cenſentur eſſe eadem perſona.Similiter dominus, & procurator,&c.Matth.tomo 5 81.c.2.B
Multa ſunt permittenda viris,quæ non ſunt permittẽda fœminis, quia vir eſt mulieris caput 1.Corint.11. Matth.tomo 5 89.c.2.B
Vir incurrit bigamiam,ſi cognoſcat vxorem, poſtquã fuerit fornicata, etiam ſi ignorans cognoſcat, &c. Matth.tomo 5 107.c.3.F
Virago. Nomen latinum ſignificat mulierem robuſtam. Virabo tamen dicitur, quia de viro aſſumpta, quæ proprius diceretẽ vira, ſi termo latinus reciperet ad ſenſum 2.capit. Geneſ.Geneſ. 17.c.2 A,& 153.c.3.G
Virago, ſi accipiatur iuxta ſignificationem latinitatis, eſt nomen commune ſignificans omnes fœminas robuſtas. Sed ſi accipiatur iuxta intentionẽ imponẽtis nomen, eſt nomen ſexus, & conuenit omnibus mulieribus. Et ſic nihil aliud ſignificat virago, quã mulierem,ideſt viri fœminam,vel fœmina ſumptã de viro,&c.Geneſ. 153.c.3.F
Virago non eſt nomen proprium Euæ,ſicut neq; mulier,ſed eſt nomen ſexus. Et conuenit omnibus mulieribus ex impoſitione adæ in Hebræo reſpondẽte illi,

illi,ſcilicet iſſa,ſic illam appellauit Adam,iſſa in lingua Hebræa idem eſt, quòd mulier latine, Geneſ. 153.c.4.F,& 245.c.1.B

Hoc nomen virago non conuenit ſoli Euæ, licet illa ſola ſit de viro aſſumpta, ſed omnibus mulieribus competit in comparatione ad fœminas aliarũ ſpecierum,quia honor Euæ ad alias mulieres transfunditur &c.Gen. 153.c.4.K

Virago idem eſt quod Mulier,vt ex idiomate Hebræo conſtat,Gen. 245.c.1.C

Virile membrum.

Virilis membri magna longitudo nimis nocét ad generandum &c.Exo.tomo 1 268.c.4.F

Virga. Virgã Moyſi Iudæi dicunt fuiſſe quadrangularem, & in quolibet latere habuiſſe vnam literam nominis tetragrammaton &c. Exod. tomo 1 26.c.2.D

Per virgam Moyſi quot miraculæ facta fuerunt, Exo. tomo 1 139.c.3.H

Virga Moyſi aliquando dicebatur virga Dei, Exo.tomo 1 41.c.2.A

Virga Aaron quomodo dicatur deuorare virgas magorum Exo.7.Exo. tomo 1 42.c.1.A

Virga Aaron ſemper manſit virens, Numer. tomo 1. 241.c.1.B

Tredecim virgæ,de quibus Nu.17.poſitæ ſunt in Sancta ſanctorum. Et quælibet earum erat ſcripta nomine principis vnius tribus &c. Nu.to.1.240.c.4.G

Virgæ magorum Pharaonis non fuerunt vere cõuerſæ in ſerpentes,ſed ſolum apparenter,Exo. tomo 1. 41.c.4.H

Virgilius vide Virgilius.

Virginitas. Perituræ virginitatis principia ſolẽt, eſſe,tactus,iocus,amatorij nutus voces,ſibilique, Exo. tomo 1 238.c.1.B

Virginitas de materiali dicit in experiẽtiam voluptatis venereæ,Leui. 116.c.4.k

Virginitatis totum obſeruabatur inter Gentiles,vt patet de virginibus Veſtalibus &c. Nu.to.2.121.c.1.D

Virginitatem nouens, ſi poſtea defloretur, ſiue cum culpa, ſiue non tenetur continenter viuere, Num. tomo 2 138.c.1.E

Virginitas alicuius mulieris multis modis poteſt cognoſci,Num to.2.161.c.3.k,Iudi. 222.c.1.D

Virginitas poterat voueri in veteri teſtam. &c. Num. tomo 2 124 c.3.F

Non eſt ſignũ ſufficiens virginitatis, oſtenſio ſanguinis in Syndone, poſtquam a viro cognita eſt puella,vt probatur,Deuter. 116.c.2.A

De virginitate ſeruanda eſt proprie cõſilium, cum ſit de magno bono, & difficili &c. 1.Regum tomo 1. 126.c.4.K

De obſeruatione virginitatis,4. Reg. 198.c.3.F

Ad virginitatem proprie dictam requiritur propoſitum abſtinendi perpetuo a delectatione venerea, cum corporis integritate &c. Matthæo tomo 1. 97.c.2.D

Virginum victoria pulcherrima eſt, eo q̃ hoſti nunquam ſuccubuerunt,Matth.tomo 4 43.c.4.K

Quomodo Domina Noſtra habuerit aureolam virginitatis,Mat. tomo 4 44.c.1.C

Poteſt contingere,quòd aliqua virgo,totaliter exiſtẽs virgo, concipiat pure naturaliter ex ſemine virili, vt ponit exempium Sãctus Tho. in quodam Quotlibeto de puella pubere iacente in lecto cum patre. Et tamen concepit de ſemine patris, & hoc pater neſciuit, nec ipſa ſenſit, quia vtroque dormiente hoc accidit,ſcilicet humorem maſculinum defluere in genitale fœmineum,Matth.tomo 1.97.c.2.E

Virginitati ſeruandę non repugnat contrahere matrimonium. Repugnat tamen cõſummare matrimonium,Mat.tomo 2 227.c.4.F

Tria præmia conueniunt virginitati,ſ.aurea, aureola, & fructus Mat.tomo 4 41.c.3.G

Virginitati conuenit aureola, ideſt habentibus propoſitum ſeruandæ virginitatis, & illam ſeruauerunt, Mat.tomo 4 43.c.1.E

Virginitas Angelis eſt cognata, Matthæo tomo 4. 42.c.4.G

Virginitas nullam perfectionem haberet, ſi Adã non peccaſſet,nec deberetur ei aureola, Matth.tomo 4. 44.c.1.D

Virginitas,ſi formaliter ſumatur,donũ Dei eſt, Matt. tomo 4 44.c.3.F

Virginitatis materiale eſt integritas carnis, nec omnibus ſic decedentibus, datur aureola, ſed hs, qui propoſitum continentiæ habuerunt, & continuerunt,Mat.tomo 4. 43.c.2.C

Virginitas dicitur vita Angelica, vt dicit Ieronymus, inquantum virgines per gratiam imitantur id, quod Angeli habent per naturam, Matth. tomo 4. 46.c.4.H

Violenter deflorata, ſi propoſitum habuit ſeruãdi virginitatem, non perdit meritorie prẽmium virginitatis,Mat.tomo 4 43.c.3.H

Virginitas ex duobus prouenit, ſ.ex voluntate hominis,& ex dono Dei,& primum ſine ſecundo nõ ſufficit,Mat.tomo 5 115.c.3.G

Tria ſunt, quę virgines infeſtant,quæ viduas non tangunt &c.Matth.tomo 4 43.c.3.K

Virginitas ſic definitur ab Auguſtino: Virginitas eſt in carne corruptibili incorruptionis perpetua mutatio,Matth.tomo 7 16.col.1.D. Quæ quidem definitio exponitur quoad ſingulas particulas, ibidem. 19.c.4.K. Et ad rationes, quæ fiunt contra prædictam definitionem reſpondetur, ibidem. 20.c.2.E

Virginitas aliquo modo conſiſtit in carne,licet magis conſiſtat in mente &c.Mat.to.7. 16.c.2.E

Virginitas à virore dicitur, vel a viriditate. Et illud dicitur virens,& in ſuo virore conſiſtens,quod nõ eſt exuſtum ex abundantia caloris, aut aduſtionem paſſum &c. Mat.tomo 7 16.c.3.F

Non tollitur virginitas in illo,qui ante ſomnum in vigilia conſentit deliberare in veneream delectationem,& vadens cubitum paſſus ſit pollutionem nocturnam, Matt. tomo 7. 17.c.1.E

Si quis concupiſceret, quòd eueniret ſibi pollutio per noctem,& ex illo deſiderio titilata carne, ſecuta ſit pollutio non propterea perditur virginitas, vt probatur,Matt.tomo 7 17.c.2.E

Mulier violenter cognita non perdit virginitatem,eo quòd manet integritas mentis. Nam non tollitur virginitas, niſi ſimul tollatur integritas carnis, & mentis, & idem, ſi amens, & dormiens cognoſcatur, & in ſumma ebrietate. Et hoc niſi mulier iuerit cubitum, vt dormiens cognoſceretur. Nam tunc perdit virginitatem, ſic dicitur communiter. Nec eſt ſimile de deſiderante pollui in nocte, ſi poſtea polluatur: imo multũ intereſt,Mat. tomo 7 17.c.3.k

Qui virginitatem in ſtatu innocentiæ ſeruaſſet, mortaliter peccauiſſet,Mat.to.4. 44.c.1.D

Ad hoc quòd virginitas pereat,neceſſe eſt duo cõcurrere, ſ.delectatio, & apertio clauſtri cum conſenſu &c.Mat.to.7. 18.c.1.B

Virginitas nõ poteſt perdi, niſi per actum voluntariũ, Mat.tomo 7. 16.c.4.G.18.c.2.D

Index in omnia Opera

Virginitatem non perdit mulier violenter deflorata, quæ aliquanto tempore consensit ab aliquo cognosci. Non tamen cognita est, vel placet sibi, quòd fuerit cognita. Et ratio est, quia iste consensus non concurrit cum illo actu, vt simul stantibus, tollatur virginitas. Item quia iste consensus nullo modo potest esse causa illius actus, cum sit posterior &c. Matth. tomo 7 18.c.2.B

Virginitas perditur agendo, vel patiendo: tam in vase extraordinario, quam ordinario &c. Matt. tomo 7. 18.c.2.D

Virginitas perdi potest absque corruptione vasis fœminei, s. per tactionem vasis masculini: si matrix attrahat semen masculinum: quia vasorum integritas, aut corruptio non pertinet de per se ad virginitatis corruptionem, sed actus venereus &c. Matth. tomo 7 18.c.3.F

Virginitas perditur in muliere volẽte cognosci, & data opera: nec semen infusum sit matrici, sed extraordinarie, ideſt extra omnia vasa polluta fuerit, etiã manente integritate carnis: cum ibi sit actus venereus, & consensus. Et idem dicendum est: si fœmina fœminam polluat, aut seipsam absque vasis fractionem, Matth. tomo 7 18.c.3.I

Virginitas non perditur in viro coacto ad venerea, ideſt ad experiendum uoluptatem ueneream, ut probatur, Matth. tomo 7 18.c.4.F

Quando virginitas perdatur in viro vigilante per seminis resolutionem, eo non mouente organo, nec coacto aliunde. Et quando non, Matthæ. tomo 7. 18.c.4.H

Puer, qui ante ætatem aptam ad effusionem seminis, nititur venerea exercere, siue naturaliter, siue præter naturam, non perdit virginitatem. Et est sententia Sancti Tho. 4. Senten. distin. 33. arti. 1. ad quintũ, Matth. tomo 7 19.c.1.C

Vir legitimæ ætatis, si per modum mollitiei tẽtet effusionem seminis, licet non secuta fuerit, quia forte ille aliquo spiritu tactus destitit, potest pdere virginitatem, si tantum processum est, vt sequeretur calor venereus suffocans rationem citra effusionẽ tamen, quæ quidem suffocatio plenius esset: si consumaretur resolutio seminis, Mat. to. 7. 19.c.2.E

Si possibile esset, quòd vir dormiens tangeret fœminã carnaliter, & semen effunderet, perderet virginitatem. Sed hoc non est possibile maxime qñ vir est in virginitate, & nullum habuit exercitium venereorum: neque Loth cognouit filias suas carnaliter, cũ fuit dormiens, sed vigilas cognouit. Erat tamen æbrius, & ideo nesciebat, an filię essent, vel vxor, Mat. tomo 7 19.c.3.G

In definitione virginitatis ponitur perpetuitas, quia perpetuitas pertinet ad virginitatem: potius quã ad cæteras virtutes, accipiendo virginitatem, prout accipit Sacra scriptura, & prout conuenit illi aureola &c. Matth. tomo 7. 20.c.2.B

In virginitate requ ritur maior firmitas quantum ad propositum, quam in cęteris virtutibus, quia in alijs non requiritur propositum de nunquam contrafaciendo, sed in virginitate sic, Mat. to. 7. 20.c.4.G

Materiale in virginitate respicit præteritum, præsens, & futurum, Mat. to. 7. 20.c.4.H

Virginitas perditur in omni voluntaria experiẽtia delectationis venereorum, siue illa sit per concubitũ, siue absque concubitu, Matt. to. 7. 21.c.1.A

Virginitas non solum non est illicita, sed est aliquid valde laudabile, Matt. tomo 7. 21.c.2.E, & c.4.I

Virginitas præstat, vt liberius, & plenius vacet quis diuinæ contemplationi &c. Matt. to. 7. 21.c.3.I

Virginitas non est contra illud præceptum iuris naturæ: Crescite, & multiplicamini &c. Matth. to. 7. 21.c.4.F

Virginitas in medio consistit, sed istud medium non est secundum quantitatem, sed secundum rationẽ, quale accipitur in moralibus, Matthæ. tomo 7. 22.c.1.A

Perpetuam virginitatem damnabant Gentiles legislatores, putantes non placere Deo, & quia curabãt de bono publico &c. Matt. tomo 7. 22.c.2.B

Virginitatem perpetuam seruauit Plato, neque credidit peccasse seruando, immolauit tamen dijs, vt assentiret opinioni erroneæ aliorum, eis deferens honorem, Matth. tomo 7 22.c.2.B

Virginitas non est sterilitas, sed voluntaria abstinẽtia, ad quam sequitur nihil gignere, Matthæ. tomo 7. 22.c.2.C

Formale completiuum in virginitate est propositum perpetuo abstinendi a venereis. Et hoc propositum est laudabile ex fine, qui est vacare rebus diuinis, Matth. tomo 7. 22.c.2. I. Materiale autem est integritas carnis absque omni experimẽto venereæ delectationis &c. ibidem. 22.c.2.K

Virginitas non solum dicit statum, ideſt incorruptionem, vel inexperiẽtiam venereorum, sed etiam ad rationem habitus additur, quòd sit electio ad perpetuo abstinendum a venereis, & ideo præter statũ dicit rationem virtutis, & hoc capiẽdo proprie virginitatem, vt capiunt Theologi, cui s. conuenit aureola, Matth. tomo 7 22.c.4.F

Virginitas est specialis, & determinata virtus ab alijs distincta, vt probatur Matth. tomo 7. 22.c.4.H

De virginitate, Matth. tomo 7. 25.c.4.K

Virginitas, & castitas se habent, sicut magnificentia, & liberalitas, Matth. tomo 7. 22.c.4.K

Materiale virginitatis est ĩ omnibus hominibus mox natis, scilicet integritas carnis, & inexperientia venereorum. Formale tamen virginitatis non est in aliquo naturaliter, Matt. tomo 7. 22.c.4.K

Materia virginitatis potest quis male vti: non tamen ipsa virginitate, Matth. tomo 7. 24.c.1.D

Virginitatem non esse meliorem matrimonio, neque præferendam in bono spirituali asseruit Iouinianus hæreticus, contra quem multa loquitur Ieronymus in tractatu suo contra Iouinianum, sed quòd virginitas sit melior probatur, Matthæ. tomo 7. 24.c.2.C

Virginitas simpliciter loquendo, non est maxima inter virtutes, quia iustitia inter morales virtutes est maior, & post ipsam est fortitudo, & vltimo loco temperantia. Sed ratione dispositionis ad virtutem intellectualem, temperantia est propinquior virtutibus intellectualibus. Et inter partes temperantiæ præcipua est castitas, & in genere castitatis virginitas. Et ita ipsa est maxima inter virtutes morales in disponendo ad intellectuales. Et absolute virginitas est maxima inter partes tẽperantiæ, Mat. tomo 7 25.c.2.A

Virginitati spiritualiter præferũtur duæ virtutes, apud doctores, scilicet fortitudo, per quã mors pro Christo toleratur, & vita religiosa in monasterio &c. Matth. tomo 7 25.c.2.E

Virginitas habet summam pulchritudinem. Et tamẽ non est simpliciter maior cęteris virtutibus, Matth. tomo 7 25.c.2.E

Virginitas est integritas carnis, & mentis: cum omni priuatione actus venerei experiendi, vt declarat Sanctus Tho. in 4. Senten. dist. 32. Parad. 2. c. 4. l. Ecce Virgo. 1.c.3.H

Virginitatem strictius capit scriptura, quam cõiter accipiatur. Nam qũocunque aliqua mulier ex femine virili

virili concipiat,non dicitur in virginitate concipere iuxta sacras literas. Ecce Virgo. 2.c.2.B
In Domina Nostra fuit perfecta ratio virginitatis. Ecce Virgo. 3.c.1.A
Virginitas Mariæ Dominæ nostrę designata est per Ezechielem in porta clausa domus Domini. Ezech. 42.Matth.tomo 1 97.c.4.I
Circa virginitatem Mariæ multi errauerũt,inter quos fuit Heluidius,qui dixit, quòd post Christum natũ cognouit eam Ioseph, & habuit filios ex ea, quod multis rationibus impugnat, & respondetur ad argumenta Heluidij, Matt.tomo 1. 98.c.1.A
Quod Domina Nostra esset virgo in partu fuit conueniens propter tria,Matth.to.1. 97.c.3.I
Virginitas in Domina Nostra fuit multum laudabilis &c.Matth.tomo 7 23.c.4.K
Virginitatem custodire in potestate viri, & fœminæ est,Matth.tomo 5 115.c.1.E
Melior est virginitas perpetua, quam actus matrimonialis,Matth.tomo 5 115.c.2.C
Virginitas prouenit ex duobus, s. ex voluntate, & dono,Matth.tomo 5 115.c.3.G
Nemo habet naturalem inclinationem ad virginitatem,Matth.tomo 5 115.c.4.k
Virginitatem seruare non est homini simpliciter necessarium,Matth.tomo 5 116.c.1.C
Virginitas, & continentia perpetua, non omnibus petentibus, & appetentibus datur,Matth. tomo 5. 116.c.1.D
Quare non omnes habeant donum virginitatis, Mat. tomo 5 116.c.2.B
Seruare virginitatem Christus non posuit sub præcepto,Matth.tomo 6 37.c.4.k
Virginitas secundum Augustinum est in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio, Matth. tomo 7.16.c.1.E. Et secundum Ambrosium aliter definitur,ibidem.
Virginitas est in carne,& in mente, Matthæ. tomo 7. 16.c.4.K
Virginitas perditur, existente actu venereo, & voluntate,Matth.tomo 7 17.c.2.D
Amissio virginitatis est actus moralis,Matth.tomo 7. 17.c.3.G
Amentes,& penitus ebriæ,& dormientes: si corrumpantur, nulla voluntate præcedente, non perdunt virginitatem, Matt.tomo 7 17.c.3.K
Virginitatem non perdit in aliquo casu mulier vi defiorata,quæ cognosci etiam desiderat, Matt.tom.7. 17.c.4.k
Duo concurrunt ad amissionem virginitatis,Matthæ. tomo 7 18.c.1.B
Violenter cognita potest perdere virginitatem,& potest non perdere,Matt.tomo 7. 18.c.1.C
Patiens in vitio sodomitico, siue sit vir, siue mulier,p. dit virginitatem,Matth. tomo 7. 18.c.2.E
Actu venereo perditur virginitas,Matt.to.7. 18.c.3.G
Duo auferunt virginitatem,Matt.to.7. 19.c.1.A
Duo posuit Sanctus Tho. ad amissionem virginitatis Matth. tomo 7 19.c.2.C
De virginitatis definitione,& eius expositione,Matt. tomo 7 19.c.4.I,Parad.12.c.1.B
De virginitatis obiecto,Matth.tomo 7 20.c.2.D
Corruptio opposita virginitati cõsistit in tribus,Matt. tomo 7 18.c.4.H
Virginitas sumitur dupliciter, Matt. to.7. 20.c.4.G
De virginitatis materiali, & formali, Matth. tomo 7. 20.c.4.H
Cur gentiles damnent virginitatem, Matth. tomo 7. 22.c.2.A
Virginitas est virtus,Matt.to.7. 22.c.3.H
Virginitas quid sit, Paradoxa 1. cap. 9. Ecce Virgo. 1.c.3.H
Virginitate seruata mulier potest naturaliter concipere.Ecce Virgo. 2.c.1.A
Quomodo habet intelligi,q virginitas non reparatur naturaliter,Matth.tomo 7. 23.c.2.B
Virginitas potest habere actum dupliciter, Matth.tomo 7 24.c.1.A
Iouinianus hæreticus dicit virginitatem non esse meliorem matrimonio, neque præferendam in bono spirituali,Matt.to.7. 24.c.2.C
Virginitati præferuntur duæ virtutes, scilicet fortitudo. Et vita religiosa in monasterijs, Matt.tomo 7. 25.c.2.E
Signum virginitatis non lauabatur apud Israelitas, videlicet sanguis &c.Matth.tomo 7. 306.c.4.k
Virgo. Qui virginem defiorauit non violenter, sed verbis seducens secundum leges ciuiles verberatur, si sit persona vilis. Si autem nobilis relegatur, vt habetur institut. de publicis iudicijs §.2. Si vero violenter, capit. plectebatur, ibidem. §. finautem. Sed secundum iura canonica, si nollet eam in vxorem accipere, castigabatur, vel flagellis, vel alias secundum arbitrium iudicis per excommunicationem, sed secundum legem Moysi cogebatur eam accipere in vxorem, nisi defiorator esset summus sacerdos, maxime si illa esset de gente humili. Nam tunc non poterat eam accipere in vxorem &c.Exo.tomo 1 235.c.4.I
Corrumpens virginem tenebatur eam dotare secundum facultates ipsius corrumpentis, & secundum dignitatem puellæ, vt habetur C. de episcopali audientia l penultima, & C. de rei vxoriæ actione, in authent.si quamuis, & ff. de iure dotium l. siue generalis, & 30. quæst.3. cap. nullum, Exodi tomo 1. 236.c.1.E
De virginis defioratione,illa lex,quæ ob seruabatur in lege veteris, obseruatur nunc ex noua institutione ecclesiæ, vt habetur extra de adulterijs, & stupro. Et est prima in ordine &c. Matthæo tomo 1. 236.c.2.A
Circa defiorantes virgines, qui non possunt dotare illas secundum legem,de qua Exo.22.ponitur distinctio notanda, Exo.tomo 1 237.c.1.D
Virgines vestales,si fornicarentur, viuæ sepeliebãtur, & de corruptoribus earum supplicium sumebatur, vt patet de illa matre Romuli, & Remi.Exod.to.1. 237.c.2.D
Habere rem cũ virgine cur sit maior delectatio, Gen. 260.c.3.H
De virginibus defloratis in populo Israel vide quandam distinctionem ad longum,Leui. 224.c.1.A
Virgines voluntarie defioratæ, nullam habebant pœnam a lege veteri ex hoc: nisi essent filiæ sacerdotum, vt probatur, Leuitici 224. colum. 1. E. Et ad illud Deuteronomio vigesimosecundo vbi præcipitur lapidari illam, quæ non esset inuenta integra, dicendum, quòd non præcipitur lapidari propter hoc: Sed quia, cum esset defiorata, permisit se desponsari pro virgine, Leuitic. 224. colum.3.I
Esse virginem magis meritorium est, quam nubere: nisi esset præceptum de contrahendo,4.Regum. 198.c.3.F
Virgini non licet se occidere, nisi hoc faciat instinctu Spiritus sancti, vt dicit Augustinus libr. 1. de Ciui. &c.Matth.tomo 2 95.c.4.k
Solis virginibus debetur aureola, & fructus simul, Matth.tomo 4 41.c.3.F
In parabola decem virginum quare dictum sit, quòd

quinque illarum erant fatuæ,& quinque prudẽtes, Matth.tomo 7.2.c.4 H, Nec debuit poni,quòd omnes essent fatuæ,ibidem.
Tria sunt,quæ valde infestant virgines, quæ non tangunt viduas. Primum est desiderium experiendi rẽ inexpertam. Secundum falsa cogitatio. Tertiũ inexperientia. & incõsideratio incommodorum &c. Matth.tomo 4.43.c.3.K, In viduis tamẽ est vnum, quod non est in virginibus, s.rememoratio præteritæ delectationis,quæ nimis vrget &c.Matt.tomo 4. 43.c.4.G
Puellæ virgines, vt pudicæ sint, debent ocultari à virorum aspectibus, Matth.tomo 4 76.c.2.A
Omnes viri accepturi vxores quare vellẽt eas esse virgines, Matth.tomo 5 108.c.3.I
Quidam hæretici dixerunt,ꝙ soli virgines saluabãtur, quorũ hæresis damnata est. extra de summa Trini. c.firmiter, §.virgines quoque, Mat.to.5.114.c.3.H
In quo casu coniugata sit melior,quam virgo, Matth. tomo 7 24.c.4.F
Si aliqua virgo defloretur violenter, habens propositum seruandi virginitatem,non perdit aureolam,si non mutet tale propositum, etiam quamuis mutet postea, si tandem iterum resumat, & in illo moriatur, adhuc habebit aureolam &c. Matth. tomo 4. 44.c.2.C
Angelos non dicimus virgines,nisi per metaphoram, Matth.tomo 7 20.c.3.G
Quinque virgines prudentes, & quinque fatuæ comparantur sensibus nostris, Matt.to.7. 10.c.2.A
Virgo mente,& corpore aliquando concepit naturaliter, sed non sine semine viri, Parad. 12.c.1.A
Viri virgines non amittũt virginitatem per pollutionem nocturnam &c.Ecce Virgo. 2.c.2.A
Qualiter Maria domina nostra fuerit virgo in partu, multis adhuc absconditum est: sic tamen est intelligendum, ꝙ sicut ante partum clausura eius virginalia non fuerunt aperta,ita nec in partu: neq; post partum.Ecce Virgo &c. 2.c.4.I

Virtus. Virtutes Angelicæ sunt supremi spiritus inter exequentes mysteria, Matth. tomo 5 28.c.1.E
Virtus, & operatio; esse, & natura per ordinem se habent,Matth.tomo 7 192.c.4.I
Virtus conuersiua speciei perfectior est in pueris, quã in iuuenibus,Matth.tomo 6 118.c.3.H
Virtus compositi est finita, Matt. to.7. 150.c.3.G
Virtutis cognitiuę nomina referuntur secũdum philosophos,Matth. tomo 7. 214.c.1.D
Virtus diuina est causa omnis resurrectionis, Matth. tomo 6 77.c.1.D
Nomẽ virtutis,vt pertinet ad Angelos, dupliciter accipitur,Matth.tomo 7 84.c.2.E
Virtutes cœlorum dupliciter accipiuntur, Matth.tomo 6 302.c.1.E
Virtutis habitus perfectus maxime ostenditur in tolerantia aduersitatum iuxta illud 2. Corinth.11.Virtus in infirmitate perficitur, Gen. 326.c.3.I
Virtus vnita fortior est se ipsa dispersa, Gen.403.c.2.E
Virtutes quomodo dicantur permanẽtiores disciplinis iuxta philosophum 2.Ethi.Exo.to.2. 57.c.2.B
Virtutis premium non possunt esse bona temporalia, quæ possidentur, vt probatur Leui. 308.c.1.E
Singulæ virtutes morales habẽt passiones aliquas, vel actiones &c. Leui. 308.c.3.G
Virtutes morales possunt imperari a charitate dupliciter,s.sunt in inferioribus à voluntate. Secundo, quia de sublimiori obiecto, s. de Deo, qui est simpliciter finis. Et si virtutes morales essent in voluntate,adhuc imperaret ei charitas, quemadmodum imperat iustitiæ, quæ est in voluntate &c. Leuit. 308.c.3.H
Virtus habet quatuor gradus, vt ait Macrobius ī somno scipionis. Nam quędam sunt politicę. Alię vero purgatoriæ,& aliæ purgati animi, siue heroicæ. Et aliæ sunt exemplares 1.Reg. to.1. 34.c.1.C
Virtus vbicunque sit,non potest latere &c. 4. Regum 34.c.3.F
Virtutis actus semper fit cum delectatione, iuxta regulam Aristotelis &c.4. Reg. 188.c.1.A
Magnæ virtutis res est in conspectu rei delectabilis cohercere passionem &c.1.Paral. 129.c.1.B
Virtus proprie significat vltimum de potentia rei 1. Paralip. 180.c.1.E
Virtutes Thęologicæ habent Deum pro obiecto, & pro fine,& in hoc differũt a moralibus, q̃ licet possint habere Deum ꝑ fine. Immo debent habere,vt actus earum sint meritorij. Non tñ possunt habere Deum pro obiecto,sed solum aliquas passiones, vel actus humanos &c. Matth. tomo 1. 184.c.4.K
Virtutes Theologicæ non possunt proprie dona vocari,Matth.tomo 4 268.c.4.E
Virtutes Theologicæ sunt quasi causæ aliarum virtutum, Matth.tomo 5 8.c.3.K
Cum Deus virtutes infundit, omnes simul infundit, Matth.tomo 5 8.c.3.E
Sicut ad virtutem pertinet bene agere, ita & bene pati,Matth.tomo 2. 5.c.3.F
Virtutes,& dona non differunt specie, s.ex parte obiectorum,neque sicut minus perfectum, & magis perfectum, quia hæc non sufficiunt variare speciẽ, sed ex modos, quia alius est modus operandi per virtutem, & alius per dona, per virtutes, s.plano modo, & humano,per dona uero,modo diuino.Et in modo humano potest esse differentia in excellentia actuum &c.Matth.to.2. 63.c.3.I
A virtutibus, & donis differunt beatitudines,non tãquam habitus distincti ab eis,sed sicut operatio differt ab habitu, quia beatitudines sunt operationes virtutum perfectarum, vel ipsorum donorũ, sic dicuntur quidam.Sed dicẽdum est,ut cõiter tenetur, ꝙ beatitudines non sunt operationes uirtutũ perfectarum, sed ipsorum donorum, nisi donum appellent uirtutem perfectã &c. Matth.to.2. 63.c.4.K
Virtus potest tripliciter dici perfecta,uno modo secũdum speciem: secundo modo quo ad statum: tertio modo quo ad modum,Matt. to.2. 64.c.1.E
Virtutem impediri stat dupliciter,aut quantũ ad statũ cõem,& sic nõ potest impediri, nisi per peccatum, aut quantum ad statum perfectum, & sic bene potest impediri, s.ꝙ uirtus non habeat totalem perfectionem, & tñ ꝙ maneat in aliquo esse, saltẽ in cõmuni statu.Et hoc mõ potest impediri,non per peccatũ,sed per actum uenereũ &c.Mat.to.2.141.c.2.A
Medium in uirtute non est| secundũ æqualitatẽ quantitatis, sed secũdum æqualitatem proportionis &c. Matth.tomo 2 141.c.1.E
Vbi datur inclinatio distincta ad aliquod bonum, ibi debet poni uirtus distincta &c. Matthæ. tomo 2. 235.c.2.C
Ad hoc,quòd aliquis secundum suam uirtutem dicatur semper operans, duo requiruntur. Primum, ꝙ nunquam contra illam operetur.Secundum, quòd temporibus conuenientibus semper operetur &c. Matth.tomo 2 252.c.1.C
Impossibile est, quòd virtutes morales secuudum se sint meritoriæ, nisi per charitatem informentur, Matth.tomo 2 257.c.1.A
Per uirtutes morales sine charitate meretꝫ homo saltem aliqua bona tẽporalia, Matth.to.2. 257.c.2.B

Omnis virtus operatiua exequitur prouidentiam Dei Matth.tomo 3 262.c.1.B
Virtutis eſt prius honorem impendere, quam recipere, Matth.tomo 3 243.c.4.k
Virtus a viribus nomen accepit, ideſt virtus eſt naturalis quædam potentia ad agendum excellenter. Et ſicut in corpore ſunt iſtæ vires ſic etiam in anima, Matth.tomo 4 68.c.2.E
Non inconuenit inueniri actum alicuius virtutis, vel vitij circa materiam aliarum virtutum vel vitiorũ, inquãtum poteſt ibi inueniri ratio illius virtutis vel vitij: vt magnanimitas poteſt vti actibus omnium virtutum 4. Ethi. Matth. tomo 4 131.c.2.D
Nulla virtus neque vitium eſt in partibus organicis, Matth. tomo 5 6.c.4.I
Omnes virtutes morales reducuntur ad quatuor, quæ dicuntur Cardinales. Et quædam virtutes reducuntur ad alias dupliciter, ſcilicet vel propter ſimilitudinem generis, ideſt obiecti vel actus, aut propter ſimilitudinem modi ſe habendi, Mat. tom. 5. 8. c. 2. C
Virtutes ſunt permanentiores diſciplinis, Matt. to. 5. 157. c. 4. F
Circa quamlibet operationem moralem completam ſunt quatuor actus, Mat. tomo 5 40.c.1.B
Declinare parum a medio non eſt contra virtutem, Matth. tomo 5 47.c.3.F
Virtutes religioſorum ſunt continentia, obedientia, & paupertas voluntaria, quæ deſignantur, Matt. 19. cũ dicitur, Et acceſſerunt, &c. Matth. tom. 5 77. c. 1. A
In baptiſmo infunduntur omnes virtutes morales ſecundum fidem, Matth. tomo 5 145. c. 4 G
Virtutes, & gratia naturã perficiunt, ſed minime cogunt, Matth. tomo 5 157. c. 4. F
Quare virtutes morales acquiri poſſunt per exercitũ, Matth. tomo 5 145. c. 4. H
In actibus virtutum acquiſitarum nõ deficeret homo in ſtatu naturæ integræ non tamen in ſtatu naturæ lapſæ, Matth. tomo 5 145. c. 4. K
Virtus præcipuæ prælatorum ſunt quatuor, Matthæ. tomo 5 171. c. 4. F
Quilibet tenetur ſecundum virtutem viuere, Matthę. tomo 5 173. c. 1. C
Vna virtus non eſt contra aliam, Matt. to. 5. 179. c. 2. B
Tertia virtus prælati eſt humilitas, Mat. to. 5. 188. c. 3. G
Non eſt neceſſe in via ſemper operari ſecundum virtutem, Matth. tomo 6 135. c. 2. D
Virtutes quomodo amentur, & quo amore, Matth. tomo 6 136. c. 3. k
Bonũ virtutis eſt maius bono vtili, & delectabili, Matt. tomo 6 145. c. 3. H
Quanto virtutis habitus eſt maior, tanto vitium oppoſitum illi eſt maius, Matth. tomo 6 203. c. 2. E
Firmitas in habitibus virtutum ad duo deſeruit, Matt. tomo 7 20. c. 3. K
Quomodo intelligitur, quòd habens vnam virtutem habeat omnes, Matth. tomo 7 23. c. 1. D
Vna de circunſtantijs ad vſum virtutis eſt tẽpus, Matt. tomo 7 23. c. 3. G
Vna virtus eſt excellẽtior alia duplicitur, ſcilicet, quãtum ad actum, & quantum ad habitum, Matthæ. tomo 7 25. c. 1. E
De ordine virtutum, Matthæ. tomo 7 25. c. 2. A
Virtus in infirmitatibus, & in tribulatiooibus, perficitur, Matth. tomo 7 136. c. 1. B
Virtutes Theologicæ ſunt vt cauſæ omnium virtutũ, & quãtum ad hoc omnes virtutes morales poſſunt reduci ad quamlibet Theologicam, quia tamen iſte modus reductionis eſt cum pauca fide, ideo non ponimus ſic vnam virtutem eſſe partem alterius. Nam modus ſe habendi eſt præcipuus modus reducendi, quia modus eſt vt aliquid formale in virtute, Matthæ. tomo 5 8. c. 3. K
Nulla virtus moralis, aut Theologica eſt in Deo, Mat. tomo 5 6. c. 2. D
In acquiſitione virtutis humilitas habet primum locum per modum remouentis prohibens, fides tamen habet primum locum per modum acquiſitionis, Matthæ. tomo 5 9. c. 2. B
Omnes virtutes morales dirigit charitas in Deum, eiſque imperat, Matth. tomo 5. 9. c. 1. A, Et ſunt meritoriæ cum charitate, & ſine ea nõ, ibidem 12. c. 1. C
Toties virtutes morales infunduntur, quoties charitas infunditur, Matth. tomo 5 145. c. 4. H
In virtutibus talis eſt ordo, quod charitas eſt prima, ſecunda eſt ſpes, tertia fides, quarta prudentia, quinta iuſtitia, ſexta humilitas, Matth. tomo 5 9. c. 1. C
De conditione cuiuslibet virtutis ſunt tria, ſcilicet, ſcire, velle, & impermutabiliter operari, ex 2. Ethico. Matthæ. tomo 5 157. c. 4. F
Omnes virtutes a Deo infunduntur, Mat. to. 5. 9. c. 2. A
Virtutes morales nec habent Deum pro obiecto, neque pro fine, Theologicæ vero habent Deum pro obiecto, & p fine, inter quas ſola charitas eſt meritoria, cuius aſſignatur ratio, Matt. tomo 6. 129. c. 1. B
In definitione virtutis ponitur meditatio pro electione, vel habitu electiuo, Matt. to 7. 20. c. 1. A, & c. 3. H
In habitibus virtutum eſt firmitas quantum ad duo, ſcilicet, quantum ad inclinandum, & quantum ad permanendum in ſubiecto, &c. Matt. to. 7 20. c. 4. F
Paſſiones partis ſenſitiuæ non ſunt materia virtutis moralis, aut vitij, niſi inquantum pertinent ad rationem, &c. Matthæ. tomo 7 21. c. 1. C
Virtutum connexio non eſt ſecundum materiam, & actum, qui habeat vnam, habeat materiam omniũ, ſimiliter, & exercitium ſed eſt connexio ſecundum formale, ſcilicet in charitate, quæ eſt formantus virtes, aut ſecũdum prudẽtiam, &c. Mat. to. 7. 23. c. 1. B
Omnis virtus reparatur per pœnitentiam quatum ad id, quod eſt formale eius; non tamen quantum ad id, quod eſt materiale in ea. Primum patet, quia electio ſe tenet ex parte formalis, & nihil facilius, quã mutare electionem. Materiale tamen non pendet ex arbitrio noſtro, &c. vt experientia corruptionis venereæ, poſtquam habita eſt, Mat. tom. 7 23. c. 2. A
Omnium virtutum actus eſt omni tempore licitus; tamen id, quod materialiter eſt actus vel vſus alicuius virtutis, non eſt ſemper licitum, &c. Matthæ. tomo 7 23. c. 3 F
Non omnes virtutes habent actus exteriores, ſcilicet materiales poſitiuos, ſed aliquæ habent, & aliquæ non. Et ſatis eſt, quòd illæ, quæ non habent, habeant interiores actus poſitiuos, ſcilicet electionis, Matth. tomo 7 24. c. 1. A
Inter virtutes morales præcipua virtus eſt iuſtitia, deinde fortitudo, & demum temperantia. Sed in ratione diſponẽdi ad virtutes intellectuales, propinquior eſt temperantia, & inter partes temperãtiæ caſtitas, & inter partes caſtitatis virginitas. Mat. to. 7. 25. c. 2. B
Virtus infuſa accipitur dupliciter, Matt. to. 5. 145. c. 4. F
Virtus acquiſita eſt omnis virtus moralis, quæ p aſſuetudinem acquiritur, Matt. tomo 5 5. c. 2. E
Virtuoſus. Omnis virtuoſus delectabiliter cõſeruatur ad ſeipſum, Mat. tomo 6. 146. c. 1. D
Virtuoſi viri malum interdum ſolitarij eſſe quam cum alijs. De Statu. Animarum 3. c. 4. I
Virtuoſus aſſimilatur figuræ quadratæ ſolidæ, Exod. tomo 2 46. c. 2. D
Virtuoſus non poteſt abſcondi 4. Regum 34. c. 2. E
Non virtuoſus poteſt virtuoſa operari, ſi fiant ex magna

magna deliberatione,non tamen ſubito,&c. Mat. tomo 5 151.c.4.k
Nemo ex vna operatione bona iudicari debet virtuoſus,Matth.tomo 6 7.c.2.E
Nemo poteſt eſſe virtuoſus ſine præparatione animi ad omnes virtutes, ſi materia ſe offerat & opportunitas,Matth.tomo 7 23.c.1.C
Vis. Vires. Nihil eſt,quod magis eneruet vires corporis, quam onerum ſubiectio, Exod.tomo 1 4.c.4.k
Vires irrationales concordare cum ratione, nō poteſt fieri niſi per aliquod agēs,quod ſit ſuperior vtriſque viribus. Et durabit talis ſubordinatio & concordia, quamdiu illud agens habuerit illam ſubordinationem & habitudinem. Exemplum de igne calefaciente aquam &c.Gen. 196.c.1.B
Vitibus irrationalibus, ideſt iraſcibili & concupiſcibili, licet ſit naturale per ſe moueri, non expectata ratione, non tamen naturale quòd moueant mēbra, in quibus ſunt,motu executiuo, ſed motu quodam in membris qui vocatur appetitus,&c. Gen. 196. col.1. D
Vis concupiſcibilis & iraſcibilis nō poteſt mouere aliquod organum executiuæ,&c.Gen. 196.c.2.A
Vim vi repellere,præceptum eſt iuris naturalis, & hoc eſt aliquid per ſe notum valde vniuerſale in praticis,licet legiſtæ illud ponant ſub iure gentium, qđ pertinet ad ſolos homines, vt patet, ff. de iuſtitia & iure in l.vt vim.Magis tamen videbatur ſub lege naturali ponendum,etiam ſecundum eorum poſitionem,quia natura docuit hoc ius cętera animalia,qa & hoc rebus in animatis conueniat,poteſt tamē dici ſpecialiter pertinere ad ius gentium; quia oportet eſſe cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod ſolis rationem habentibus conuenit,&c. Exod. tomo 1 31.c.3.F
Vim vi repellere licitum eſt in duobus caſibus,primo, quando ille,quilę ditur, nihil mali intulit, ſecundo quando aliquid mali intulit, & tamen paratus eſt iuſtam facere ſatisfactionem. 1.Paralip.220.c.2. B, Et eſt tertius caſus, in quo lædens poteſt ſe defendere, quando lædens & læſus habent iudicem ſuperiorē, &c.ibidem. 221.c.1.C
Vt vim vi repellere licitum ſit, multæ requiruntur cōditiones,quæ referuntur,Mat.tomo 2 90.c.2.C
Hoc dictum vim vi repellere, nō eſt dictum ſacrę ſcripturæ,ſed legis humanæ,vt habetur in Decretis 1.d. ca. ius naturale. Et extrà de ſen. excommunic. cap. Si verò & ff. de vi & vi arma,l. 1. §. vim vi. & ff.ad l. Aquil.l.ſcientiam,§.qui aliter,Mat.to.2 91.c.3.k
Ad vim vi repellendam non ſolum inclinat pars ſenſitiua,ſed etiam pars intellectiua,Mat.to.2 91.c.4.F
Tres ſunt vires animæ rationalis,Mat.to.6 128.c.3.K
De colligantia inter vires ſenſitiuas & intellectiuas, Paradoxa. 48.c.2.E
Viſibile. Deus in infinitum eſt viſibilis,Matth. tomo 6 133.c.4.I
Viſio fit per modum pyramidis radioſę,cuius baſis eſt in re viſa,& conus in oculo videntis,Matth.tomo 1 124.c.1.D
Viſio vſque ad quem cęli finem tendat, Parad.4.c.11.
Viſio Dei. In viſione Dei glorificatur anima, Matth.tomo 6. 78.c.2. E, Quæ quidem viſio eſt omne bonum, ibid.329.c.1.A, Et ipſa etiam ſola beatos facit,Matth.tomo7 228.c.4.H
Circa ſummum bonum clare viſum non poteſt voluntas ſuſpendere, neque remittere actum ſuum, &c.Matth.tomo 7 231.c.4.k
Viſio Dei per eſſentiam quomodo fiat, Geneſ. fol. 174.c.3.G
Viſiuum. Potentia viſiua ſolum modo patitur & non agit,Exod.to.1 48.c.1.A
Viſitare Aliquem eſt venire ad videndum eum, Exod.tomo 1 19.c.4.k
Viſitare aliquando eſt bonum, & aliquando malum, Leuit. 313.c.3.K
Viſitare Dei quid ſit,Exod.tomo 1 19.c.4.K
Viſitare incarceratum, & venire ad ipſum fere, idem ſunt,Matth.tomo 7 113.c.2.E
Quòd prælati quolibet anno viſitēt prouinciam ſuā, habuit aliquale exordium ex Samuele, 1. Regum tomo 1 84.c.4.I
Viſitatio. De ſua propria ſignificatione ſignificat frequenter videre, Matth. tomo 7 112.c.1.B
Viſitatio facienda eſt infirmis quatenus eſt eis neceſſaria,aut vtilis. Et videre illos eſt valde neceſſarium propter multa,Matth.tomo7 112.c.1.E, Similiter & prouidere illis ibidem. c.2.A
Vita Hominis extenditur ex eſu cuiuſdam lanugi nis,quæ eſt in aboribus apud Seres in India. E inſulæ quædam ſunt,vbi homines non moriuntur, Geneſ. 24.c.2.B
Quare hominum vita tam longa fuerit in prima ætate,Gen.33.c.1.D,48.c.1.A,90.c.3.F,Matth. tomo 6 112.c.1.D
Vita hominis abbreuiata eſt poſt diluuiū propter malam nutritionem terræ naſcentium debilitatorum ex terra corrupta,Gen.247.c.2.C,& 33.c.1.E
Quòd vita hominum longior ſit in aliquibus regionibus,multum facit aſpectus cęli,non cuiuſque:ſed octauæ ſphęræ per motum proprium, à qua ſecundum cauſas naturales mors & vita dependet, Gene. 33.c.3.I
Vita hominum, priuſquam naſceretur Phaleg, erat quingentorum annorum,vt patet Gene.11. Et poſt natiuitatem Phaleg nūquam vixerunt homines niſi vſque ad ducētos quinquaginta annos, & ſic ętas fuit diuiſa per medium,Gen. 53.c.3.G
Habitantes in oppido Acroton, quod fuit in cacumine montis Athos, in dimidio longioris vitæ erant, quam homines in alijs regionibus habitantes, Gen. 90.c.2.D
Vitam aliquorum hominum prolongari & conſeruari per quatuor centum annos per eſum fructuum arborum Solis & Lunæ, tradit hiſtoria ſcholaſtica, lib.Heſter.Gen. 99.c.2.A
Vita actiua ſignificatur per animalia quadrupedia, & contemplatiua per aues,Gen. 254.c.3.G
Vitæ radices ſunt calor naturalis & humiditas radicalis,Gen.343.c.4.I,& 396.c.1.E
Vita hominis in hoc mūdo vocatur peregrinatio,&c. Geneſ. 392.c.1.B
Vita eſt triplex, ſcilicet gloriæ, gratiæ, & carnis ſecundum quas tripliciter exponitur illud Leuit.18.cum dicitur,quæ faciens homo viuet in eis,Leuit. folio 178.c.4.I
Differentia vitæ actiuæ à contemplatiua ſignificatur per duo genera holocauſtorum, vnum ex quadrupedibus,& alterum ex volatilibus,Leuit. 15.c.3.H
Vitæ eternæ gaudia non ſunt ſicut gaudia huius vitæ, quia illa ſunt gaudia animarum, & iſta totius hominis,Num.tomo 2 5.c.4.F
De vita actiua, & contemplatiua per quæ ſignificata fuerint in veteri teſtamento,Leu. 15.c.3.H
Vitam prolongantes multæ ſunt cauſę,Gen. 33.c.1.E
Tota vita hominis vel alterius rei, non eſt niſi vnum præſens,Joſue tomo 2 20.c.2.B
Vita multipliciter accipitur, primo Regum tomo 2 52.col.4.G

Ad

Ad vitę eternę ſpem & deſiderium incitatio ponitur, Geneſ. 412.c.3.H
Bonorum vitam quare Deus interdum prolonget,& interdum abbreuiet, ſimiliter & vitam malorum, 4.Regum. 217.c.2.B
Vita dupliciter accipitur, vno modo pro eſſe viuẽtis, alio modo pro operatione viuentis,ſecundũ quam redducitur in actum, ipſum principium vitæ, ideſt ipſum,per quod viuimus.Et ſic dicimus vitam actiuam vel contemplatiuam, vel voluptuoſam, &cęt. Matth.tomo 2. 16.c.3 H 17.c.3.K
Vita actiua quare ſit minus perfecta,quam vita contẽplatiua,Matth.tomo 2 17.c.1.A
Tres vitæ aſſignantur ab Ariſt. 1.Eth.ſ. vita voluptuoſa,vita ciuilis,& vita contemplatiua.Et ab eis denominantur tres beatitudines, eis reſpondentes,ſ. voluptuoſa.pratica,& ſpeculatiua &c. Matth.tomo 2 65.c.3.K, Contra vitam voluptuoſam militant tres beatitudines,ſcilicet,paupertas ſpiritus, mititas , & luctus,ibid.66.c.4.H, Ad beatitudinem praticam reſpondent eſuries & ſititas iuſtitiæ, & miſericordia, & munditia cordis & pax, beatitudini ſpeculatiuæ huius vitæ,non reſpondet aliqua beatitudo,ſed premium beatitudinum, ſcilicet viſio Dei, ibidem fol. 67.c.1.B
Vitæ auſteritatem putabant Iudæi pertinere ad maximam ſanctitatem,Matth.tomo 3 197.c.4.k
Vitæ perfectio non conſiſtit in cibo & potu, ſed in virtute,ſiue charitate,Matth.tomo 3 284.c 1.E
Vitam hominis Deus decurtauit poſt diluuium , ne homines ſpe vite longioris diutius peccarent, Gen. 35.c.4 G
Vita hominis ante diluuium quomodo potuerit eſſe tam longa,Gen. 32.c.2.E
Vitæ terminos Deus nobis conceſſit,qui non prætiribunt,Matth.tomo 4 105.c 4.G
Vita Prælati qualis eſſe debeat,Matth.to.2 72.c.1.A
Tota vita noſtra eſt exire ob uiam ſponſo, Matth. tomo 7 9.c.2.A
Bona vitæ contemplatiuæ meliora ſunt, quam bona vitæ actiuæ,Luc.10.Maria optimam partem elegit, &c. Et Ariſtoteles 10.Eth.Matth.to.7 21.c.3.G
Sola vita æterna vocatur vita,Matth.to.5 15.c.4.G
Quare vita æterna dicatur vita ſimpliciter & abſolutè, Matth. 5. Cum dicitur ſi vis ad vitam ingredi &cęt. Matth.tomo 5 127.c.3.k
In omnibus, quæ ad vitam ſunt neceſſaria, nemo ſibi ſufficit,Matth.tomo 5 81.c.4.K
In his, quæ pertinent ad vitæ directionem, ſunt tres gradus,Matth.tomo 5 137.c.2.C
De incommodis vitam iſtam comitantibus, Matthę. tomo 6 78.c.4.I
Vitæ hominis periodus ex quo determinetur, Matt. tomo 6 112.c.1.C
Vita tripliciter habet relationem ad habentem charitatem.Matth.tomo 6 138.c.3.F
Communicatio in vita humana accipitur dupliciter, Matth.tomo 6 140.c.3.F
Totum vitæ tempus diſtinguitur in duo, ſcilicet, in tempus vigiliæ & tempus ſoporis , Matth.tomo 6 175.c.2.D
Vita animalium quare breuior ſit nunc, quam vnquã fuerit,Matth.tomo 7 130.c.1.B
De iudicio condemnationis penes vitam contemplatiuam,Matth.tomo 7 4.c.2.A
Cętera de vita æterna,vide in dictione,Beatitudo.

Vitalia. Quæ dicantur eſſe in animali , Leuit. 24.c.2.D
Vitalia membra dicuntur cor & pręcordia,Leuit. 35. c.4.F, & 55.c.1.D

Vitare. Non poteſt homo ſufficiẽter vitare malum per liberum arbitrium , Matth. tomo 5 27.c.1.D
Eorum, quæ vitantur, quædam vitantur, quia per ſe mala ſunt, vt adulterium &c. Alia verò non quia per ſe mala ſunt,ſed quia ex eis multa mala ſequuntur,ſicut vinum ſecundum ſe malum non eſt,tamẽ vitatur,quia eſt luxurię cauſa,ſi immodicè ſumatur, ſic & iuramentum,&c.Exod.tomo 1 169.c.3.F
Sine ſpeciali Dei gratia non poteſt homo vitare omnia peccata venialia,Matth.tomo 5 151.c.2.B, Bene tamen ſi iuuetur per gratiam , Matth. tomo 6 88.c.4.H
Vitare peccatum poteſt dupliciter intelligi , ſcilicet, aut peccatum iam commiſſum,aut peccatum committendum,&c.Matth.tomo 5 151.c.2.E
Ad vitandum omne peccatum in ſtatu naturæ lapſæ indigit homo gratia Dei habituali , Matth. tomo 5 151.c.3.H

Vitis. Quare vites non producant flores, Geneſ. 360.c.1.E
Inter arbores vitis data eſt ad neceſſitatem vitæ,Iudic. 87.c.3.I
Vites in terra Chanaam ſic ſunt in terra eleuatæ , vt ſub illis ſit locus conueniens ad manendum, 3.Regum. 41.c.4.C

Vitium. Duodecim modis vitia aliorum inhoneſte reuelamus, qui modi reffertũ tur, Leuit. 185.c.1.A
Omnia vitia dependent ex tribus capitibus,ſcilicet ex deſiderijs honorum, diuitiarum, & carnalium voluptatum,Matth.tomo 1 172.c.3.K
Accuſare vitia officium eſt bonorum , quod ſi mali agant,alienas partes agunt,Matth.to.5 43.c.4.G
Quanto habitus virtutis eſt maior, tanto eſt maius vitium oppoſitum illi,Matth.tomo 6. 203.c.2.D
Ad hoc quòd aliquod vitium ſit capitale , tres requiruntur cõdictiones,Matt.to.2 111.c.1.C,142.c.4 H
Inter partes ſeu ſpecies vitij capitalis,& filias eius,quid interſit,Matth.tomo 2 146.c.3.F
Vbicunque circa materiam alicuius vitij occurrit aliqua ſpecialis deformitas, ibi debet poni ſpecies determinata illius vitij,Matth.tomo 2 157.c.4.F
Non inconuenit vnum vitium recipere deformitatẽ quandam ex adiunctionem alterius vitij,vt materia venereorum ex adiunctione iniuſtitiæ , vt patet in ſtupro,vbi fit patri puellæ ſtupratæ iniuſtitia , &cęt. Matth.tomo 2 158.c.1.C
Quando vnum vitium, vel virtus ordinatur ad finem alterius vitij vel virtutis , accipit ſpeciem illius, &c. Matth.tomo 2 160.c.1.E
Si aliquod vitium opponitur alteri, vel alicui virtuti, non oportet, quòd omnes filiæ illius vitij opponantur alteri vitio,vel virtuti, vt patet de filiabus iræ, & luxuriæ,quæ non opponuntur illis vitijs,aut virtutibus,quibus ira,& luxuria opponuntur,&c. Matth. tomo 3 5.c.1.E
Ad hoc quòd aliquod vitium ſit capitale, requiruntur tria. Primum,quòd vitium illud habeat finem multum appetibilem . Secundum,quòd ſit cauſa multorum vitiorum,& non ſit cauſa omnium , Matth. tomo 3 6.c.3.G
Inter mortalia vitia non oportet,quòd omnia vitia capitalia ſint mortalia, ſed ſatis eſt, quòd ſint origines quædam mortalium,&c.Matt.to.3 6.c.4.I
Ad hoc quòd aliqua vitia dicantur filiæ alicuius vitij capitalis,ſufficit, quòd pertineant ad illud tanquam ad finem,vel dependeant ab eo tanquam ab efficiẽte,Matth.tomo 3 7.c.1 B
Multa vitia contingunt ſimul eſſe,Mat.to.3 7.c.3.H

Vitia corporis cur non tam ſtrictè non æſtimantur in ſacerdotibus noui teſtamenti, quàm in veteri, Leu. 231.c.3.F
Vitia ſunt animarum langores, Matth. tomo 3 195. col.2.B

Vitta hiacinthina:

Vittas hiacinthinas portabant Iudæi ad duo. Primò, vt recordarentur præceptorum Dei. Secundò, vt ipſi cognoſcerentur eſſe Iudæos, Num.to.1 228.c.2.B
Iudæi vtebantur vittis hiacinthinis, & non alij, Matth. tomo 6 178.c.4.K
Vittæ hiacinthinæ, quas Iudæi portabant in fimbrijs, erant quædam pitatia de panno, & erant quadrata. Et ponebantur in extremitatibus veſtium per quatuor angulos ſiue fimbrias. Et tales vittæ poterant eſſe paruæ vel magnæ; & erant hiacinthinæ, ideſt coloris azurini, ſiue cęleſtis. Et multa huius coloris erant apud Iudæos, Matth.to. 6 178.c.3.G, Et iſtæ vittæ hiacinthinæ ponebantur in fimbrijs multis de cauſis, ibid.c.3.I, Et omnes Iudæi portabant iſtas vittas hiacinthinas in fimbrijs, ibid. 179.c.1.B, Et iſtæ vittæ hiacinthinæ tangebant terram, ibidem 179. col 4.K
Vittas hiacinthinas paruas vel magnas portabat Chriſtus, &c. Matth.tomo 6 180 c.1.A

Vitula ruffa.

Appellabatur large ſacrificiũ, non tamen proprie, habebat tamen magis rationem ſacrificij, quam Agnus Paſchalis, Num.tomo 1 104.c.3.K
Vitula ruffa non erat proprie in aliquo genere ſactificiorum, licet aſſimilaretur eis in aliquibus, & magis in ſacrificio pro peccato, ſcilicet illi ſacrificio pro peccato, de cuius ſanguine introducebatur in tabernaculum, Num.tomo 1 261.c.4.K
Vitula ruffa, ad quid conſtituta fuerit, & quomodo debebat eſſe ruffa in commemoratione vituli aurei, quem fecerunt filij Iſrael, & c. Nume. tomo 1 262. col.3.F
Vitula ruffa debebat eſſe ſine macula, ita quòd non haberet amputatas aures, vel caudam nec vnquã portaſſet iugum, quia Deus volebat quod illud, quod applicaretur ad cultum ſuum non eſſet applicitum ad cultum humanum, &c. Num.tomo 1 262.c.4.F
Immolatio virulę ruffæ obſeruata eſt in deſerto à filijs Iſrael, & cito ſatis poſt conſecrationem ſacerdotũ, Num.tomo 1 263.c.1.D
Quòd vitula ruffa immolaretur extra caſtra, aſſignatur duplex cauſa, altera in ordine ad ſtatum Iudæorum, & altera in ordine ad Chriſtum. Et iſta eſt magis fundamentalis, & propter quam ſic fieri iuſſum ſit, &c. Num.tomo 1 264.c.2.A
Vitula ruffa, cremabatur ad partem orientalem tabernaculi, Num.tomo 1 264.c.4.G
Quid ſignificet, quòd vitulæ ruffæ ſanguine aſpergerentur ab immolante ſepties contra fores tabernaculi, Num.tomo 1 264.c.4.K
Quare cum vitula ruffa cremaretur lignum cedrinũ, hyſſoppus, & coccus bis tinctus, Num.tomo 1 265. col.3 K
Vitula ruffa cauſabat immunditiam in tribus, &cęt. Num.tomo 1 265.c.3.k
Vitula ruffa immolabatur in terra Chanaam vbi erat Sanctuarium, ſed deferebantur cineres vitulę ruffę per loca terræ Chanaam, vt fieret purificatio, Num. tomo 1 268.c.1.C
Vitulæ ruffæ cineres, ſeu carnis dum comburerentur cum limo, pelle, & ſanguine, erant de ſe aliquid immũdum, vt cadauer hominis, vel morticinia aliorũ animalium. Ideo de ſe reddebant immundos eos, qui mundi erant, ſed ex ſola Dei voluntate abſtergebant immundos à ſordibus, &c. Nume. tomo 1 269.c.1.B
De vitula ruffa nihil mundum vel immundum Deo offerebatur, nec erat ſacrificium Domini: nec idolorum, niſi forte dicatur ſacrificium Dei, quia Deus illum ritum teneri mandauit. Sed iſte eſt largiſſimus modus loquendi: immo nec poteſt vocari ſacrificium, quia nec holocauſtum, neque pacifica: neque pro peccato: ſed large accipiendo ſacrificiũ, reducebatur ad ſacrificium pro peccato, Exod. to. 2 81.c.1.D, Quia cum illo ſacrificio habebat ſimilitudinem in duobus, &c. Leuit. 136.c.1.A
Qui diceret, quòd vitulæ ruffæ cineres ſolum mundificarent ab immunditia, quæ contrahitur ex mortuo, non aberraret, licet omnes tam Hebræi, quam Catholici teneant, quòd ad multas alias immunditias abſtergendas valebant, Nume.to. 1 269.c.3.H

Vitulus.

Illi duodecim vituli, de quibus Exod. 24. magis videtur, quòd fuerint oblati in holocauſtum, quam in hoſtias pacificas, Exod. tomo 2 7.c.3.I
Quare carnes corium fimus &c. Vituli, cremarentur extra caſtra quando offerebatur pro peccatis ſacerdotum in eorum conſecratione, & pro peccatis populi, & dicitur, quòd hoc fiebat in deteſtationẽ peccati ſacerdotum, & peccati totius populi, &c. Exod. tomo 2 79.c.1.A
Omnes carnes, pellis & fimus illius vituli, qui pro peccato ſummi ſacerdotis immolabatur, cremabantur extra caſtra, ad ſignificandum, quòd tam ipſum peccatum, quam etiam omnes circunſtantias peccati debebant cremari & abolori, vt dicunt Rab. Salo. & Nicolaus, & ad differentiandum horrorem peccati Leuit. 36.c.1.A, Secundo ad ſignificandũ Chriſtum, qui pro peccatis totius populi, & generis humani paſſurus erat, & extra caſtra morituras, ſcilicet, extra Ieruſalem in loco Caluarię, &c. Matth. 27. Et hoc ſignificat Apoſtolus ad Hebr. 13. quorum enim alium, &c. Leuit. 36.c.2.B
Quare vitulus offerretur pro peccatis ſacerdotis, Leu. 155.c.3.k
Vitulus ille, de quo Leuit. 16. non erat vitula ruffa, de qua Num. 19. vt quidam falſo imaginabantur, vt probatur, Leuit. 160.c.4.F

Vitulus aureus.

Quidam dicunt vitulum aureum fuiſſe formatum virtute cuiuſdam laminæ, in qua erat vitulus quidam deſcriptus &c. Sed falſum eſt, Exod. tomo 2 117. c.3.G, Alij dicunt quòd fuit facta forma vituli ex propoſito ad deriuãdum virtutem, & huius opinionis videtur eſſe Aben Ezra, quod etiam falſum eſt, vt probatur ibidem. c.4.F, Et poteſt dici, quòd vitulus ille factus ſit ad ſimilitudinem illius magni Dei Aegyptiorum, qui dicebatur Apis, qui taurus erat, quem ſæpe viderunt Hebręi in Aegypto, ibidem. col.4.H
Vitulus aureus, quem fecit Aaron, immediatè vt factus eſt, ambulauit, vt dicit Rabbi Salomon, ſed falſum dicit, Exod.tomo 2 118.c.3.H
Vitulum aureum combuſſit Moyſes, & redegit in puluerem, & iecit in aquam, ex qua dedit potum filijs Iſrael, &c. Exod.tomo 2 119.c.3.F
In vituli adoratione, quanta fuerit grauitas peccati, Exod.tomo 2 121.c.2.D
Vitulus aureus quomodo fuerit combuſtus, & contritus ad puluores, Exod.tomo 2 132.c.1.B
Aquam immixtam pulueribus vituli aurei, iuſſit Moyſes filijs Iſrael, vt biberent, vt ſic pręuaricantes oſtẽderentur

derentur ſigno,& occiderentur. Sed quod ſignum datum ſit ad hoc,neſcitur. Aben Ezra dicit,preuaricatores incurriſſe in quandam ægritudinem, quæ manifeſtabat eos delinquentes,vt fiebat in cęremonia zelotypiæ,&c. Num. 5. Alij dicunt,quòd præuaricatores inſignichantur barbis aureis,& qui magis peccauerat,magis,& qui minus, minus, Exod. to. 2 132.c.2.E

De aqua vituli bibit Aaron,& non eſt inuentum in eo ſignum,&c. Exod. tomo 2 133.c.1.A

Nullus de tribu Leui peccauit in adoratione vituli, licet bene de alijs tribubus,vt probatur, & reſpondetur argumentum ad argumenta in oppoſitū, Exod. tomo 2 135.c.2.B

Vitulum petierunt ſibi fieri Iudæi Exod. 32.&c. Deut. 157.c.4 F

Quare Moyſes proiecerit cineres vituli aurei in aquā, 4. Regum. 235.c.1.E

Viuere. Omnis viuens naturaliter timet mortuos,& mortuorum loca,Matth. to. 3 164.c.4.k

Inter viuere in Deo,& viuere Deo,quid inter ſit,Mat. tomo 6 70.c.1.A

Quamdiu homines viuunt, ſunt in ſtatu imperfectionis,Matth. tomo 5 26.c.4.K

Bene viuere multum ædificat Chriſti Eccleſiam merito vitæ; quia orationes iuſtorum exaudiuntur adeo,quorum orationibus aliquos Deus illuminat, vt veniant ad cognitionem verę fidei,ex quibus Eccleſia conſtruitur,vel merito vitæ conſtruunt Eccleſiā Chriſti, quia ſancte viuentes faciunt multa opera ſupererogationis,quæ non ſunt eis neceſſaria ad remiſſionem pœnarum debitarum. Et ita reſeruātur in theſauro Eccleſiæ, quem miniſtrant Prælati, ſicut merita Chriſti infinita & merita ſanctorum, & de his diſtribuitur per Papam, vel per alios Prelatos Eccleſiæ,&c. Gen. 10.c.1.D

Non eſt poſſibile diu viuere, & nihil concupiſcere, Matth. tomo 5 120.c.4.I

Quilibet tenetur viuere ſecundum virtutem, Matth. tomo 5 173.c.1.E

Homo ad rectè viuēdum duplici auxilio Dei indiget, Matth. tomo 5 156.c.3.G

Viuere dicitur multipliciter, Matth. tomo 6 70.c.4.H

Animæ eſſe, nihil eſt, quam viuere, Matth. tomo 6 69.c.4 K

Nullum animal poteſt viuere in igne, Matth. tomo 7 148.c.4.H

Non viuit animal ſine armonia qualitatum primarū, Matth. tomo 7 176.c.2.C

Animæ damnatæ inuident viuentibus, Matth. tomo 7 272.c.1.C

Viuus. Viuorū opera quomodo proſint defunctis,& quomodo non, Mat. to. 7 13.c.3.k

Viui non poſſunt applicare, vel communicare opera ſua mortuis, Matth. tomo 7 14.c.2.B

Vlis bona. Vlis bonam, vel Vliſſiponā ędifi cauit Vlixes in Hiſpania, vt ait Iſidorus 17. Etymologiarum, lud. 169.c.3.I

Vltio. Non ſe extendit ad omnia mala inflicta, ſed ſolum ad iniurias, Nam pro damno dato ſatisfactio, non vltio expetitur directè, niſi forte cum ipſo damno dato illata ſit iniuria, Leuit. folio 191.c.1.A

Vltionem non eſſe expetendam iuxta illud Leuit. 19. Et non quæras vltionem, dupliciter poteſt intelligi, Leuit. 191.c.1.A

Vitio domini dicitur dupliciter, Nu. to. 2 158.c.2.B

Vltroneus. Idem eſt, quod ſpontaneus, de quo Exod. 25. Et dicit de vltro, aduerbio, quod ſignificat, vt ſponte &c. Exod. to. 2 14.c.2.A

Vmbra. Nos non habemus vmbras meridianas, ideſt verſus meridiem, ſed ſeptētrionales: qui verò ſunt iuxta æquinoctialem habēt quatuor vmbras, Gen. 249.c.1.E

Quidam populi, qui dicuntur Horeſti & Carmani, habent quatuor vmbras, nos autem habemus tres, ſed non habemus aquilonarem, ideſt quæ veniat ab Aquilone, Exod. tomo 2 47.col.2.B,2.Paralip.126. col.1.E

Vmbra terræ dirigitur ad illam partem, cui ſol directe oppoſitus eſt,&c. Ioſue to. 1 185.c.1.E

Vncia. Aliquando eſt nomen ponderis, & aliquando nomen menſuræ ad menſurandum longitudinem, & ſecundo modo vncia eſt tertia pars palmi, 2. Paralip. 52.c.4.k

Vncinus. Vncini dicuntur inſtrumenta habētia dentes, facta ad appendendū, &c. Exod. tomo 2 199.c.3.K

Vnctio. Sunt quædam vnctiones, quibus vtūtur maleficæ mulieres, quæ faciunt tā tam mentis alienationem, vt per certum temporis ſpatium, nulla ſenſatio inueniatur in eo, qui tali vnctione fuerit vnctus,& reffertur hiſtoria, Geneſ. 14. col.2.E

Solemnitas vnctionis Aaron,& omnium magnorum ſacerdotum durabat per ſeptem dies, Leuit. 51. col.2.B

Triplex vnctio fiebat in conſecratione ſummi ſacerdotis vete. legis. & duplex in conſecratione minorum ſacerdotum. Et ſic in Eccleſia Chriſti aliquæ vnctiones fiunt in cōſecratione Epiſcoporum, quæ non fiunt in conſecratione minorum ſacerdotum, ſcilicet vnctio capitis, &c. vt habetur extra de ſacra vnctione. cap. vnico. cuius aſſignatur cauſa, Leuit. 69.c.3.F, Num. tomo 1 18.c.4 K

Vnctio in terra Chanaan erat quaſi neceſſaria, Ruth 251.c.3.H

Vnctio regum Hebræorum fiebat in capite ex oleo ſacro propter maximā dignitatem, ſicut vnctio Pontificis. Et etiam vt ſignificaretur, quòd principes inſtituebantur per Deum, vt patet de Aziel, quē vnxit Elias ſuper Syriam,&c. 4. Reg. 9. 1. Reg. tom. 1 165.c.2.C

Aliquando vngebatur aliquis, vt eſſet propheta, ſicut Eliſęus ab Elia 3. Reg. 19 1. Reg. tomo 1 165.c.3.F

Vnctio Saulis in regem facti fuit oleo ſacro, quo vngebatur ſummus ſacerdos, vt eſt communis poſitio, quam ego quoque, inquit auctor, cęteris, præfero. Sed verius videtur, quòd vnctio regum fuerit in oleo communi, 1. Reg. tomo 1 171.c.4.G

Reges interdum vngebantur oleo ſacro, vt patet de Salomone,& interdum oleo communi, 1. Reg. tomo 1 172.c.1.D

Quando reges vngerentur per ſummos ſacerdotes,& quando per prophetas, 1. Regum tomo 1 172. col.3.F

Vnctio regum habebat ſimilitudinem cum vnctione magni ſacerdotis. Et aliquando etiam diſſimilitudinem,&c. 1. Reg. tomo 1 172.c.2.E

Vnctio prima Dauid notificata fuit fratribus ſuis, 1. Reg. tomo 2 19.c.3.F

Vnctio regum vete. teſt. fiebat per ſacerdotes, quia erat quid ſacrum. Et hoc quando notum erat, quis eſſet vngendus in regem. Sed quando non erat notum, quem Deus vellet vngi in regem. Tūc vnctio fiebat per prophetam aliquem,&c. 2. Regum fol. 9.c.3.H

Vnctionibus, & lotionibus licitum erat vti in terra Chanaan,

Chanaan, & consuetum homini etiam quantumcunque vittuoso, ac refrigerationem 2. Regum 63. c.3.F,4.Reg.32.c.2.B
Apud Hebræos per vnctionem constituebatur quis in regem,2.Paralipo. 138.c.1.A
Vnctio extrema non potest reiterari durante eodem morbo, Matthæ.tomo 4 177.c.4.G
De extrema vnctione vide indictione extrema vnctio.
Vndecim. Quid per vndecim, & quid per decem significetur, Mat.tom.5. 64.c.1.C
Vngere. Vngi. Vngere reges, ad sacerdotes pertinebat directe in vete.testa. Interdum tamen fiebat per Prophetas, quando scilicet fiebat vnctio secreta,&c 3.Reg. 12.c.4.K
Reges indifferenter poterant vni oleo sacro, vel communi 3.Regum 13.c.4.I
Vnguentum. Quo vngendum erat tabernaculum, & vasa eius in die dedicationis suæ, & sacerdotes in sua consecratione, de quo Exo.25.39.& 40.Et,Leui.8. Non obtulit populus, sed species diuersas ad faciendum illud, Exod. tomo 2 17.c.3.F
Vnguis. Vngues etiam, & capilli sunt partes hominis accidentales, Mat.to.6.116.c.1.A
Vngula. Vngulam diuidere in animalibus, est signum bonæ complexionis eorum, vt probatur, Leuiti. 96.c.1.C
Vngula, de qua, Leuit.11. cum dicitur de animali diuidenti vngulam, non accipitur pro vncino quodam osseo, quo animalia quædam arripiunt aliquid. Sed pro quadam substantia cornea densa,& ampla, quæ basis est totius pedis,&c.Leui. 101.c.2.E
Vnio. Tres sunt gradus vnionum. Primus est adueri solum. Secundus est operatiuus organicus. Tertius est vnionis vitalis, &c. Numer. tomo 2 23.c.1.D
Triplex vnio reperitur in nobis, scilicet animæ cum corpore, vxoris cum viro, animæ cum Deo, Matth. tomo 2 87.c.4.H
Ad rerum vnionem inducit amor, Mat.to.6.144.c.1.A
Vnitas. Omnia desiderant vnitatem naturaliter, &c. Deuter. 21.c.4.K
Vnum. Aliquãdo capitur pro primo, vt Genes. 1.cum dicitur factum est vespere, & mane dies vnus, idest primus, & Apoc.6. cum aperuisset agnus sigillum vnum, idest primum, Genes. 5.col.3.F
Vnum esse in pluribus contingit tripliciter, Matthæ. tomo 6 73.c.3.F
Vniuersale. Vniuersalia sunt abstracta a materia signata, Mat.to.7.199.c.1.E
Vniuersalia realiter sunt præter operationem intellectus,&c.Exo.tomo 1 264.c.1.A
Vniuersale est sensibile per accidens, Matthæ.tom.7. 202.c.3.F
Ratio vniuersalis accipit a forma, Mat.to.7.209.c.4.H
Anima corpori coniuncta, quomodo cognoscat vniuersalia,& singularia, Matth.tomo 7 209.c.4.F
Quomodo vniuersale, vel quod quid est, sit obiectum intellectus, declaratur Iosue tomo 2 37.c.1.D
Aliquãdo in sacris literis ponuntur vniuersale propositiones, quæ non sunt proprie vniuersales, sed omnes capiuntur pro multis, Iosue tomo 2 3.c.1.C
Vniuersitas. Iura solent vocare vniuersitates corpora quędã, Gen.238.c.3.G
Vniuersum. Vniuersi nomine non intelligitur Deus, quia ipse nõ est pars vniuersi, sed dñs,& rector, Iosue tomo 1. 100.c.2.A
Duplex est vniuersi perfectio, Mat.tomo 7. 145.c.1.E
Vniuersum ita bene ordinatum est, ꝙ melius, vt dicũt Philosophi, ordinari nõ posset Iosue to.1.189.c.3.F
Vniuersum esset imperfectum, si malum non esset in eo,&c. Matthæ. tomo 3 259.c.2.C
Deum posse addere aliquid ad perfectionem vniuersi innouati, põt tripliciter accipi, Mat. to.7. 145.c.3.F
Ad vniuersi perfectionem conuenit, ꝙ nullus gradus entium deficiat in eo ad hoc, ꝙ gradus substantiarũ sint, sicut numeri, &c. Matth. tomo 3 259.c.2.G
Vniuocum. Inter Deum, & creaturam non reperitur aliquid vniuocum, Matthæ. tomo 6 73.c.2.E
Illud, quod dicit Arist. scilicet, quòd in vniuoco est cõparatio, intelligitur de vniuoco largè sumpto, &c. Matth. tomo 6 73.c.3.G
Vocabulum. A vocabuli significato nõ est recedendum, vt colligitur extra de verborũ significatione cap. præterea,& extra de vsuris cap. cum tu. Et tñ illa regula nõ habuit considerationẽ ad strictã significationẽ vocabuli, vt explicat, extra de verborũ significatio. cap. præterea, & capitur restituere, pro reddere, Mat. to. 7. 73. c. 2. E
A vocabuli significatione nunquam recedendum est, nisi propter causam manifestã, Genes. 101.c.2.E
Vocare. Tres ex suis Apostolis tantum vocabat Christus in rebus specialibus, Matth. tomo 5 191.c.3.H
Nulla est ętas, in qua homo non vocetur a Deo, Matt. tomo 5. 173.c.4.H, Nec etiam est tempus, in quo non vocetur a Deo ibidem 174.c.3.F
Vocatio. Nostræ vocationis medium est Christus,&c. Mat. tomo 3 287.c.4.F
Vocatio ad præordinationem, seu prædestinationem, pertinet ad Roma.8. Quos prædestinauit, hos vocauit,&c. Exo. tomo 2 107.c.1.E
Quando Christus aliquos vocabat, nolebat, qđ aliquã dilationem ponerent, Matth. tomo 3 191.c.4.H
Vocatio Dei est duplex, quædam leuis, & hac semper vocat. Alia efficax, & hac pulsat, quando vult. Et quoties hac vocatione pulsat, homo mouetur ad Deum. In prima vero non, Mat. tomo 5. 174.c.1.A
Sine pœnitentia sunt vocationes, & gratiæ, Matthæ. tomo 5. 182.c.2.E, Et principium omnis boni est vocatio, ibidem 183.c.2.A
Vocatio Dei ẽt ad malos se extẽdit, Mat, to.7.12.c.2.C
De duplici vocatione Apostolorũ, Mat. to. 7. 32. c. 3. G
Vocatus. Qui vocati, qui ve electi dicantur in parabola de nuptijs, Mat. 22. Matth. tomo 6 18.c.1.A
Volatile. De volatilium munditia, vel immunditia assignant Iudæi regulam quandam dic. volucres illas esse mũdas, quæ iecur habẽt, & quendam aculeum ad modum vnguis in medio vtriusque cruris, qui vulgariter appellatur espolon, Leui. 98. col. 2. C, Sed alia regula potest elici, ex cap. 11. Leui. vbi dr, ꝙ nõ licebat comedere volucres rapaces, q̃ viuũt de venatione, vt ꝓbat, Leuit. 98. c. 2. D
Volucres rapaces sunt complexionis multum siccæ, vt probatur, Leui. 98.c.2.E
Omnia volatilia licita erãt ad esum, prẽter ea, q̃ vetant Leui. 11. & Deute. 14. sed ad sacrificiũ duo tm̃ erant mũda, scilicet turtures, & pulli columbarum, Leui. 1. Leui. 135.c.2.A
In volatiliũ sacrificio nõ offerebat similia, vt quidã dicũt, Leui. 193. c. 3. G, Sed hæc opinio improbatur ab auctore, Leuiti. 140.c.2.B
Volatilibus nõ est necessaria prouidentia propter multa, Matth. tomo 3 107.c.1.D,& seq.
Volitio. Super naturam volitionum Deus dupliciter habet potestatem, non tollendo nobis

nobis libertatem,nec eam impediendo,Matthæ.to. mo 5 146.c.1.E

Voluntas. Non tenemur concordare in omnibus voluntatem noſtram diuinam voli o,ſed in quibuſdam licitũ eſt diſcordare, ſicut in morte filij,vel patris, quæ mihi diſplicet, & licitè de eorum morte doleo,Gen.55.c.3. k, & 268. c.4. H. Sed ſolum tenemur conformare in modo volendi: imò aliquando peccamus, ſi cõformemur Deo in volito,Ioſue tomo 1 43.c.3.I, Iud.26.c.1.A. Et intelligitur iſtud de voluntate bene placiti, quã nos vocamus firmam ſententiam,3.Reg.121.c.1.A

Impoſſibile eſt, quòd voluntas velit malum inquantũ malum,vel inquantum cognitum malum,&c. Gẽ. 166.c.3.H

Voluntas in ratione eſt,& nunquam iubet,niſi à ratione definitum,Gen. 191.c.4.H

Voluntas diuina,vel intellectus non neceſſitat voluntatem noſtram,vt probatur,Gen. 415.c.4.F

Voluntas circa quamlibet materiam agibilem habet duos actus,ſcilicet elicitum,& imperatũ,&c. Exod. tomo 1 181.c.4.I

Voluntas non poteſt eligere contra id, quod iudicat intellectus,&c.Exod.tomo 1 286.c.3.I

Voluntas non dicitur libera per hoc, quòd vltra ſuum obiectum poſſit velle,hoc eſt,quòd poſſit velle malum,ſed libertas eius ſtatim in hoc,quòd propoſitis partibus ſui obiecti, ideſt quibuſcunque individuis ſubſiſtentibus ſub ratione vniuerſali obiectali, non cogitur ſe determinare ad aliquod eorum , aut ad quodlibet.Secus tamen eſt de alijs potentijs, &cet. Leuit. 31.c.2.D

Voluntatis obiectum eſt bonum 2.Metaph. & 1.Eth. Leuit. 31.c.3.F

Voluntas naturaliter conſequitur iudicium intellectus, quia non poteſt eligere: niſi, quod intellectus eligendum iudicat,Leuit. 31.c.3.H

Non eſt inconueniens dicere voluntatem non poſſe bene eligere circa actus alicuius,cum ipſa paſſio inualuerit,vt probatur exemplo,Leuit. 32.c.1.E

Solum tenemur conformare voluntatem noſtrã voluntati diuinæ in modo volendi,Iud.26.c.1.B.Similiter & in radice volendi,& in fine, Iud.70.col.4. G, 2.Paralip. 246.c.1.E

Nihil magis eſt in poteſtate voluntatis,quam actus voluntatis,1.Reg.tomo 1 58.c.1.B

Et ſi voluntatem noſtram non teneamur conformare voluntati diuinæ in volito, ſed in modo volendi: interdum tamen perfectio magna eſt, quòd conformemus voluntatem noſtram voluntati diuinæ in volito,&c.1.Reg.tomo 2 148.c.1.B. Et in radice volendi,& in fine, ideſt, quòd homo velit ad bonum finem omnia,quæ vult. Et omnia ex charitate,ſicut Deus vult,1.Reg.tomo 1 186.c.4.F

Qui conformat voluntatem ſuam voluntati diuinæ in malo proximi,peccat. Et magis tenetẽ dolere, quòd Deus ſic velit facere,&c.1.Reg. 10.2 187.c.2.B

Nemo tenetur conformare voluntatem ſuam voluntati diuinæ in inflictione pœnarum , licet teneatur ferre patienter pœnas à Deo inflictas, &c. 1.Reg. tomo 2 187.c.2.C

Quare Deus magis acceptet actus voluntatis noſtræ, quam aliquid aliud,1.Paralip. 339.c.1.D

Voluntas noſtra habet quandam difficultatem ad bonum propter peccatum . Et non ſolum accidit nobis hoc propter peccatum, immo etiam ſi nunquã peccauiſſemus, non poſſemus aliquod bonum velle,niſi Deus moueret nos, 1. Paralip.340.c.3.I. Et Deus ſemper mouet voluntatem noſtram,qui quidem motus dicitur gratia pulſatiua. Nam eſt quidã motus, ſecundum quem ſemper Deus pulſat cor noſtrum inclinando ab bonum, & in poteſtate noſtra eſt conſentire illi motui, vel non. Et ideo,quando non volumus bonum, culpabiles ſumus, &cet. Apoc. 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo. Sed in illa pulſatione interdum Deus pulſat tam remiſsè, quòd ex illa pulſatione non mouemur, Interdum verò pulſat violentius, & mouemur ab eo. Et ideo orandum eſt ad Deum, vt ipſe moueat cor noſtrum ad bonum: immo nulla oratio eſt tam conueniens homini,ſicut iſta, 1.Paralip. 340.c.4.F

Voluntas eſt magis abſoluta à corpore, quam intellectus,Matth.tomo 1 252.c.4.F

Actio diaboli non poteſt pertingere in voluntatem directè, nec indirectè, neque determinatè potius ad hoc,quã ad illud,Matth.to.1 253.c.1. A, Matth. tomo 3 170 c.2.A

Solus Deus poteſt directè agere in voluntatẽ, Matth. tomo 1 253.c.1.A

Ad voluntatis rectitudinem duo requirũtur; alterum eſt,quòd præſupponantur finis debitus; alterum verò,quòd id,quod ordinatur ad finem, ſit proportionatum ipſi fini,Matth.tomo 2 8.c.4.k

Voluntatis obiectum eſt bonũ vniuerſale,&c. Matth. tomo 2 15.c.3.G

Nihil magis eſt in poteſtate noſtra, quam actus voluntatis,Matth.tomo 5 115.c.1.A

Impoſſibile eſt, quòd voluntas moueatur in malum ſub ratione mali,neque in bonum ſub ratione mali ipſum amando,vel volendo , Matth.tomo 5 116. c.2.D,& ſeq.

Duplex eſt præparatio voluntatis ad bonum, Matth. tomo 5 154.c.4.I

Voluntas,& intellectus differunt,quoad appetere,& intelligere,Matth.tomo 6 132.c.3.H

Volũtas duplex, ſcilicet naturalis,& deliberatiua,&c. Matth.tomo 7 181.c.4.F

Voluntatis peruerſitas in damnatis, in quo conſiſtat, Matth.tomo 7 182.c.3.F

Voluntas morientis figitur in eo,in quo deceſſit, Mat. tomo 7 185.c.1.E

Sola mala voluntas relinquitur damnatis apud inferos,Matth.tomo 7 185.c.3.I

Voluntas exequitur, quod intellectus iudicat, Matth. tomo 7 214.c.2.A

Nulla voluntatis rectitudo eſt in damnatis,Matth. tomo 7 224.c.4.I

Voluntas non poteſt ſuſpendere, vel remittere actum ſuum,circa ſummum bonum clare viſum, Matth. tomo 7 231.c.4.k

Voluntas antecedens eſt illa, qua aliquid volumus,nõ comparando ad aliquid aliud &c. Voluntas verò conſequens eſt, qua aliquid volumus comparando ad aliquid aliud. Prima voluntate Deus non vult aliquod malum. Sed ſecunda vult malos homines damnari,&c. Et voluntas antecedens non adimpletur,niſi quando coincidit cum voluntate conſequẽte &c. Matth.tomo 3 11.c.3.K

Voluntas non imperat propriè, ſed ratio. Et dicitur voluntas imperare dupliciter. Vno modo interpretatiue; alio modo prout voluntas eſt principiũ Imperij,Matth.tomo 3 53.c.2.E

Finis voluntatis non eſt ſummum bonum:ſed eſt obiectum eius. Ceterarum verò potentiarũ,& actuũ ſummum bonum dicitur finis, Matth. tomo 3 53. col.3.H

In cuiuſcunque verbis inſpicienda eſt voluntas,vel intentio,cui debent verba ſeruire,& non intentio verbis,Matth.tomo 3 203.c.2.B

In voluntate humana Chriſti non erat duplex voluntas,

tas, scilicet beneplaciti, & signi, Matth. tomo 3 216. col. 1. E
Quod voluntas sit causa contingens suorum actuum, non prouenit ex imperfectione, sed potius ex magna ꝑfectione naturæ suæ, &c. Mat. to. 3 262. c. 3. H
Aliqua sunt, quorum sola voluntas est causa; & potissimè cõtingit hoc in taxationibus terminorum, &c. sicut fit in iure humano, in quo dantur decem dies ad appellandum. Et non potest dari causa, quare potius dentur decem, quã nouem, vel vndecim; sed voluntas est causa, Matth. tomo 4 5. c. 1. A c. 3. H
Super voluntatem nostram habet Deus quandam potestatem, non tollendo à nobis libertatem, nec impediendo eam, iuxta illud Prouerb. 21. Cor regis in manu Domini, &c. quod duob⁹ modis facit &c. Matth. tomo 5 146. c. 1. E
Obiectum voluntatis non est solum bonum, sed etiã carentia mali, licet non primò, Matth. tomo 7 187. col. 1. D
Non esse est obiectum voluntatis, non quidem inquãtum non esse, sed inquantum non esse facit carentiam omnis mali. Et istud potest apprehẽdi, vt obiectum voluntatis, idest vt bonum, Matth. tomo 7. 187. c. 1. D
Si voluntati offeratur summum bonum clarè cognitum, vt summum bonum, non potest ipsa suspendere actum, neque remittere, sed necesse est, quòd secundum conatũ suum totum moueatur, Matth. tomo 7 231. c. 4. K
Voluntas non est potentia fatigabilis, Parad. 44. c. 3. H
Voluntas Dei. Voluntati Dei nemo potest resistere, idest quod ipse vult, licet nos non velimus, fieri necesse est, Genes. 415. c. 3. k, Matth. tomo 6 254. c. 4. F
Voluntas diuina duplex, &c. Gen. 415. c. 4. F
Voluntas Dei dupliciter nobis constat, Matth. tomo 5 85. c. 2. A
Voluntas Dei beneplaciti est vera voluntas; sed voluntas signi non est voluntas Dei proprie, sed respicit res ad extra, Exod. tomo 2 148. c. 4 H
Nemo potest agere contra voluntatem Dei permissiuam, 3. Regum 109. c. 4. I
Voluntatis Dei non datur causa, neque potest dari. Possumus tamen dare aliquam conuenientiam ex parte intellectus, cur talis res fiat, quam nos vocaremus causam respectu voluntatis nostræ in deliberando. Et tamen voluntatis diuinæ non est causa, quia illam, nec præcedit, neq; mouet, &c. 2. Paralip. 147. c. 3. F
Voluntas Dei distinguitur in voluntatem antecedentem, & consequentem, & in voluntatem signi, & beneplaciti. Voluntas antecedens, & voluntas signi non semper adimpletur. Voluntas tamen consequens, & beneplaciti semper adimpletur. Voluntas Dei antecedens, est voluntas Dei absoluta de bono, non referendo specialiter ad aliquem finem, neque ad aliquam causam meriti, vel demeriti. Et hoc modo Deus vult omne, quod in se bonum est. Et detestatur, quod malum est. Et hac voluntate, Deus vult omnes homines saluos fieri. 1. ad Tim. 2. Et Deus non vult infernum, neque bella, neq; mortem hominum, &c. Voluntas consequens est illa, qua Deus vult aliquid respectu alicuius finis, vel cõsiderato merito, vel demerito, &c. De voluntate signi, & beneplaciti idẽ est. Voluntas signi est in illis, quæ Deus significat se velle. Et distinguitur in tria, scilicet in præceptum, consilium, & prohibitionẽ. Voluntas beneplaciti est illa, secundum quã Deus determinate vult, quod vere placet ei. Et hoc modo, si quis peccat, Deus illud vult. Et ista distinguitur in duas, scilicet in operationem, & permissionẽ. Operatio est quantum ad bona. Et permissio quantum ad mala. Et voluntas beneplaciti semper adimpletur &c. Matth. tomo 3 72. c. 2. E, Matth. tomo 6 254 c. 4 F
Voluntas antecedens, & voluntas signi non sunt veræ voluntates Dei, &c. Sed accipitur ista voluntas penes bonum in generali, sicut voluntas, & electio in moralibus, quia voluntas est de bono, inquantum bonum est, &c. Electio vero est voluntas determinata &c. Matth. tomo 3 72. c. 3. K
Voluntas Dei non est simpliciter primum principiũ inæqualitatis beatitudinis, Matth. to. 7 231. c. 3. K
Quomodo intelligendum est, quod debemus orare, quòd voluntas Dei fiat, & adimpleatur, Matth. tomo 3 72. c. 4. H
De duplici Dei voluntate, scilicet signi, & beneplaciti &c. Voluntas beneplaciti semper adimpletur, & hæc est, qua Deus vere vult, voluntas signi est voluntas, qua Deus significat se aliquid velle. Et sic præcepta, & prohibitiones pertinent ad volũtatem signi ipsius Dei. Nam significat se velle, quòd agamus id, quod præcipit &c. Et hoc nos debemus velle, sed istud, quod sic Deus iubet interdum ipse determinate non vult, licet iubeat nobis illud uelle. Et propterea contingit, quòd aliquid fiat cõtra ꝓcepta sua. Si tamen præceptum pertineret ad voluntatem beneplaciti, impossibile erat, quòd aliquis ageret contra præceptum Dei, &c. Matth. tomo 3. 216. c. 1. D, & Exod. tomo 2 122. c. 1. A
Voluntarium. Voluntaria sunt duplicia, Matth. tomo 7 241. c. 2. D
Multipliciter aliquid dicitur voluntarium, & inuoluntarium, scilicet in vniuersali, & in particulari &cet. Exod. tomo 1 247 c. 4. I
Voluptas venerea. Quomodo causetur, Leuit. 116. c. 4 H
Voluptas in actu venereo cur posita sit, Genes. tomo 193. c. 3. K
Voluptas actus venerei non sufficit admouendum hominem ad illum actum, Gen. 193. c. 4. F
Voluptas in venereis non est tanquam finis, propter quem appetantur, sed velut causa irritans ad hoc, ꝙ non omittatur, neque cesset generatio, Matth. tomo 6 67. c. 3 G
Voluptas reducitur ad impassibilitatem corporis glorioſi, Matth. tomo 4 214. c. 4. F
Voluptas est finis venereorum, Matth. to. 6 68. c. 1. A
Voracitas. Ille, cui voracitatis crimen affigi potest, satis leuis opinionis est, Matth. tomo 3 242. c. 2. D

Vouere. Voueri.

Animalia poterant Deo dupliciter voueri in veteri lege. Vno modo absolutè, & tunc illa transibant viua in ius sacerdotum. Alio modo cum determinatione, scilicet dicendo pro holocausto, vel pacifica, vel pro peccato; & de istis fiebat iuxta proprietatẽ sacrificij, Leuit. 273. c. 2. C
Vouere seipsum Deo magis gratum est Deo, quam si totum mundum voueret, si illius esset, & seipsum vouendo, Leuit. 323. c. 2. A
Aliquis potest seipsum vouere Deo dupliciter. Vno modo simpliciter. Alio modo secundum determinationem temporis, vel actus &c. Leuit. 323. c. 4. F
Sacerdos, vel Leuita ve. test. qualiter posset seipsum vouere Deo, Leuit. 324. c. 2. C
Samuelẽ, cum puer esset, vouit mater sua, vt tota vita sua maneret coram Domino, & sic mansit, vt patet 1. Reg. 1. & 2. Leuit. 324. c. 2. E

Hoīes ſeipſos vouentes in vet.teſt.paruo precio redimebātur, cuius reddūtur cauſæ. Leuit.325.c.1.A

Cum aliquis laicus ſeipſum vouebat Deo in vete.teſta.intendens miniſterium ſacerdotale, vel Leuiticū, nō tenebat votū. Si autem vouebat ſe ſimpliciter Deo, nihil aliud exprimēs, tale votū valebat. Leui.327.c.1.C. Et hoc dūmodo nō voueret ſe ex preſſe ad aliquam miniſtrationem illi illicitā. Et tale votum non redimebatur.ibidem. 327.c.2.A

Vouere ſeipſum Deo abdicans a ſeipſo libertatem, & ſubijciens eam regularibus obſeruantijs propter Deum, maius eſt, quàm ſi totum munuere voueamus. Leuit. 323.c.3.k

Vodum licitum eſt illud, quod alicui ſimpliciter agere licet. Leui. 328 c.4.F

Si in nouo teſta. aliquis ſe Deo ſimpliciter voueat, intelligitur, ꝙ debet profiteri aliquam de religionibus approbatis: quia nihil eſt, in quo aliquis magis ſeipſum tradat Deo, quàm in obedientia regulari. Leui. 327.c.2.D

Vxor non pōt vouere, inuito viro, ea, quæ aliquo modo impediant debiti ſolutionem, vt ieiunium, vel carnis macerationem, vel peregrinationem. Vir tamen poſſet ſine conſenſu vxoris vouere omnem peregrinationem; excepta trāſmarina, de his per totum habetur extra de voto, & voti redēptione. Leui. 328.c.4 k. In alijs vero, quæ non impediunt actum matrimonialem directe, vel indirecte, vouere poteſt vxor &c. ibidem. 329.c.1.A

Seruus poteſt vouere orare ſine loci determinatione. Leuit. 329.c.1.B

Liberum erat vouere Deo paruulos ante menſem, vel poſt menſem, in vet.teſtam. Leui. 330.c.3.I

Vouentes maius precium dabant in redemptione votorū, quàm trāſeuntes ad numerum, cuius redduntur cauſæ. Leui. 330.c.4.G

Vouere eſt actus latriæ, quę ſoli Deo conuenit. Deu. 124.c.3.K

Vouere, & offerre ſignificant puram liberalitatem, & iſta in ſeſe diſtinguuntur. Matt. to.6. 235.c.1.C

Nō dabatur plus precij pro vouētibus, q̄ pro primogenitis: conſiderata ætate cuiuſq; Leui. 331.c.4.k

Qui ſe vouet Deo, tradit ſe Deo in ſeruum. Leuit. 332.c.1.A

Quando in veteri lege vouens erat pauper, minuebatur precium redemptionis voti. Non tamen in trāſeuntibus ad numerum. cuius redditur cauſa. Leuit. 332.c.4.k. Sed quare nō minueretur precium in redēptione primogenitorū ipſis pauperibus, & vouentibus. 333.c.1.A

Vouenti ſe, fiebat remiſſio propter paupertatē, hoc ſiue eſſet pauper, qñ fecit votum, ſiue poſt votum emiſſum aliquo caſu fortuito. Leui. 334.c.2.C

Vouentes ſe, non ſunt conſtituti iudices paupertatis ſuæ in redemptione voti ſui, cuius redduntur cauſæ. Leui. 335.c.2.B

Vouens animalia nō immolatitia, poterat cōmutare votū per alia meliora. Nō tñ vouens animalia immolatitia, cuius redditur cauſa. ibid. 336.c.4.H

Vouēti vēdebat̄ res carius, q̄ Deo vouerat, cuius precium iam taxatum eſſet a ſacerdote. ut patet Leui.27. cuius redditur cauſa. Leui. 337.c.1.B

Rem, per uotum traditam, cōpellebantur ſacerdotes uendere, facta æſtimatione, ut probatur. Leui. 337 c.3.G. Et ſi ille, qui uouerat, redimeret rem illam, ſua manebat in æternum. Si uero alius redimeret, non niſi uſq; ad annum Iubilei. Et poſtea redibat ad ſacerdotes, nec ultra poterat ille redimere eam. ſ. qui eam uouerat. Leui. 337.c.4.I

Eorū, quę uouebantur, quædā conſecrabātur ſic, ꝙ ad Deū tm̄ pertinerēt, ut animal, qđ poſſet immolari. Quędā uero ultra hoc poterant ad uſus humanos transferri: imò ad illos debebāt trāsferri, vt patet de aīali nō immolatitio, de domo, vel agro &c. Et conſecratio iſtorū, erat applicatio ad Deum: ſed non immobilis. Leui. 338.c.1.B

Res immobiles, quas aliquis voueret, nō poterāt ad vouentē venire, niſi eas redimeret de manibus ſacerdotū: qñ vendebantur. Leui. 339.c.1.C. Et qñ non redimebantur, ſacerdotes vēdebat eas alicui de tribu, & familia vouentis vſq; ad annum Iubilei. Et poſt Iubileum iterum vendebantur &c. Et ita ipſi non colebant res illas voto datas. 339.c.3.I

Animalia immolatitia, quæ vouebātur ſimpliciter: nihil determinādo, vt ſ. eſſent immolāda in holocauſtū, vel in pacificā, vel in ſacrificiū pro peccato, illa tota proueniebant ſacerdotibus: ſed ſi cū tali determinatione vouerentur, immolabātur. Leui. 340.c.1.B. Et ſi vouerentur ſic dicentes: ad immolandū Deo &c. Non exprimentes genus ſacrificij. Talia animalia debebāt immolari in holocauſtū. Et vouentes tenebantur dare etiā libamēta neceſſaria ex lege. ibid. 340.c.1.C. Quod ſi in voto non exprimeretur ad immolandū illa animalia: ſic viua cedebāt in ius ſacerdotū. Et poterant ſacerdotes facere de illis quicquid vellent &c. vt probatur Leui. 340.c.1.D. Et reſpondetur ad rationes tenentium oppoſitum. ibid 340.c.3.G. Et talia animalia immolatitia erant Deo applicita, ita vt nō poſſent cōmutari, vel vendi, quod intelligitur, prius quam tranſirent ad eum, & eſſent firmiter applicata. Poſtea vero ſic. Illa vero quę non erant immolatitia, prius vendebantur. Leui. 342.c.1.C

Vouere animal nō immolabile ad immolādū Deo, nephas erat, & agebat cōtra Deū. Leui. 342.c.2.E

Animal ad immolandū immundū, ſi voueatur, poterat cōmutari, vt quidā dicunt, per animal immolabile: imò hoc ſemper licere dicunt. Non tamen poterat commutari per aliud immundū: niſi eſſet maioris valoris: ſed dictum iſtorum probatur eſſe falſum. Leui. 342.c.4.F

Aīalia q̄ Deo vouebant̄, nunq̄ cōmutabant̄, licet interdū redimerentur, vt probatur. Leui. 342.c.4.K

Animalia nō immolatitia, q̄ vouebātur Deo, nō tenebant̄ ſacerdotes vēdere ſimpliciter: ſed ſub conditione. ſ. niſi vouens vellet illud redimere. Leui. 343.c.3.F. Et tenebat̄ vēdere uouēti, qđ fiebat in fauorē uouentiū &c. ibid. 343.c.4.I. Et ſi uouens uellet ea redimere, tenebat dare quintā partē ſupra precium taxatum, quam quintam partem Deus mandabat dare, non ad arcendum uouentes a deſiderio emendi, ſiue redimendi rem, quam uouerant &c. Sed fiebat hoc propter gratiam, quam uouens recipiebat, ut probatur. Leui. 344.c.1.E

Si alius, q̄ uouens, emeret rē uoto oblatā, non dabat quintam partem ultra æſtimationem: ſed ſolum æſtimationem ſimplicem, & hoc fiebat in fauorē uouentis, ut probatur. Leui. 345.c.2.A. Nec ęſtimatio, quæ fiebat, quando uendebatur alteri a uouente, erat illa eadem, quæ facta erat, cum uouens poterat emere. ſed alia, prout uiſum foret ipſi ſacerdoti &c. ut probatur ibidem. 345.c.3.G

Res mobiles, ut ueſtes, arma, uaſa aurea, uel argētea libri &c. poterāt uoueri, ut probāt. Leui. 346.c.1.A Et hoc dupliciter, uel ſimpliciter, uel cum determinatione. ſ. pro ſanctuario dñi. Si hoc ſecūdo modo uouerētur nō redimebātur: ſed trāſibant in ius ſanctuarij. Et reponebant̄ in theſauris domus dñi, ſi res tales eſſent, quæ poſſent per ſe ipſas cedere in uſus aliquot ſanctuarij, ut aurum, argentū &c.

Si vero nō,vt libri,arma,& vtensilia &c.Talia poterant redimi, & vendi. Leui. 346.c.2.C
Tripliciter aliqđ animal poterat voueri. Primo modo ad immolandum. Secundo modo ad vsus sanctuarij. Tertio modo Deo.Primo modo,cedebat Deo. Secundo modo, sanctuario. Tertio modo, sacerdotibus.Leu. 346.c.3.F
In illis,quæ vouebātur pro sanctuario, ibidē ius erat apud sanctuarium,qđ erat apud sacerdotes in illis, quæ simpliciter Deo vouebātur.Leui. 347.c.2.B
Dñi seruorū Hebræorū poterāt ipsos seruos vouere, Leui. 347.c.3.F. Similiter & seruos ex gentilitate conuersos,vt probatur ibid. 347.c.4.K.Et vtrique poterant redimi. ibidem. 348.c.2.E
Quæ vouebantur erant triplicia, quædā, quę necesse erat applicari, nec poterāt cōmutari, neq; redimi. Alia quæ poterant cōmutari,& redimi,vel manere applicita Deo sine cōmutatione, & redemptione.Tertia,quæ necesse erat redimi,& non poterat applicari Deo.Primi generis erāt animalia immolabilia. Secundi generis erāt animalia immunda, nō immolabilia.Tertij generis sunt homines,qui se vouebant.Leui. 348.c.2.E
Aliquod animal contingebat voueri Deo dupliciter,vel simpliciter,vel cum aliqua modificatione. Leuit. 57.c.2.C
Quod vouebatur Deo,ad ius sacerdotum pertinebat totum,sicut ea,quæ erant ex decimis,& primitijs, vt patet. Nu.18. Leui. 57.c.2.C
Serui Deo simpliciter oblati per votū a dominis suis, siue Hebræi essent,siue ex gentilitate cōuersi: redimebantur iuxta conditionē seruitutis suæ,& nō iuxta regulas redemptionis hominis liberi.Leuit. 27.Leui.39.c.1.E.Neq; simpliciter vendebātur,vt quidā dicūt.ibid. 349.c.3.F. Sed serui includebantur sub his rebus,quæ redimebantur: & si non redimebantur,vendi poterant:qa erant res dñorum suorū,sicut aliæ res possessæ. Sed aliter redimebātur serui Iudæi,& alter serui conuersi ex gentilitate.Leui.349.c.3.H.Et videtur,q̄ sacerdos deberet facere æstimationē,quam fecit dñs serui,qñ illum emit,vt probatur.ibid. 349.c.4.F. Et dñs redimens seruum,debebat dare quintam partem supra taxationem,vt probatur ibidem. 350.c.1.B
Quod homines se vouentes nō darent totū suum valorem,cū redimerētur,& q̄ pro animalibus,& cę teris rebus sic, cōgruum fuit ex multis. Leui. 350. c.2.C. Et posuit Deus multas taxationes circa homines se vouentes,& nō in alijs rebus &c.quia voluit dñs, q̄ pro homine non daretur totū preciū, Bene tamen pro alijs rebus. Leui. 350.c.3.F
Vouens primogenitū suū Deo,prius q̄ redimeretur, soluebat pro eo decē siclos,quinq;pro redemptione primogeniti,& quinq; ex voto. Leu.353.c.3.G
Rerum, quæ vouebantur, quædā erant animatæ,& quædā non. Si secundū,aut erāt mobiles,aut immobiles.Si mobiles: aut erant aurū, argētum &c. Et rursus,vide lōgas subdiuisiones,quę sunt quasi epilogus votorum. Leui. 355.c.2.C
Nullus nō Leuita poterat se vouere ad cultum Dei in vet.testam.Nu.to.2.119.c.2.A. Sacerdotibus tñ & Leuitis licebat se totaliter vouere Deo.Nu.to.2. 119.c.3. G. Laicus etiā se poterat vouere totaliter Deo.dicēdo:Ego voueo me ipsū Deo:& iste talis soluebat pretiū,iuxta varietatē sexuū & ętatū &c. ibid.120.c.2.A. Et Leuita vouens filium suum totaliter domino, debebat facere q̄ semper maneret coram domino, vt patet de Samuele. Et si vouens filium esset laicus, tenebatur dare id, quod æstimatum erat a lege. Nu.to.2. 120.c.3.k
Vouere virginitatem non fuit in vsu in veteri testamento, non tamen erat illicitum maxime in viris,licet non expresse. Aliqui tamen obseruauerūt illam, vt Ieremias, teste Hieronymo in prologo super Ieremiam,& Ioannes Baptista, & Ioannes Euangelista.De mulieribus tamen non reperitur obseruatio virginitatis cum voto vel sine voto,sed Domina Nostra fuit prima,quę virginitatem obseruauit.Nu.to.2. 120.c.4.I
Votum virginitatis obseruabatur inter gentiles, vt patet de virginibus vestalibus.Nu.to.2.121.c.1.D
In veteri testamēto poterat quilibet vouere rem immobilem, neq; propter hoc fiebat confusio possessionum &c. Non tamen poterat vouere Deo q̄ daret alteri aliquam rem immobilem transferendo dominium rei cum omnibus iuribus suis, bene tamen quo ad vsufructum, etiam toto tempore,quo viueret donatarius.Nu.to.2. 121.c.2.A
Puella sub tutoribus posita, siue esset ante annos discretionis siue post, non poterat vouere aliquid in lege veteri, sine consensu tutoris, sicut neque sub patre absque consensu patris. Nu.to.2. 121.c.4.G
Puellæ, cum redibant in domum paternam post viduitatem, poterant vouere, siue haberent bona, siue non. Nu. to. 2.122.c.1.A. Sed quando puella existens sub potestate & vouens aliquid, teneretur adimplere votum ante patris contradictionē, & quando non.vide ibidem. 122.c.3.F
Virginitas poterat voueri in veteri testamento, & si pater puellæ sic vouentis contradiceret, ipsa absoluebatur a voto, poterat tamen si vellet obseruare votum,quia pater non poterat puellam,ipsa inuita,matrimonio copulare,semper enim matrimonia libera fuerunt. Nu. to.2. 124.c.3.F
Si puella voueret accipere in virum aliquem determinatum,non prohibitum a lege,non poterat pater directe infringere votum puellæ cogendo accipere alium &c. Non erat tamen consuetudo,vt puella voueret accipere aliquem virum, propter duo. Num. tom.2. 125.c.1.C
Puella desponsata, apud Iudæos,non poterat vouere castitatem perpetuam, sicut apud nos potest. Num.tom.2.126.c.2.C. Imò, sponso consentiente,non poterat sponsa vouere continentiam,quia si sic, dissolueretur matrimonium ante copulam carnalem, quod non poterat apud Hebræos. ibidem.126.c.3.H. Nec etiam vir habēs sponsam poterat vouere continentiam perpetuam, bene tamen post repudiatam vxorem, quod non poterat fieri, nisi consumato matrimonio. Num. tom. 2. 126. c.3.I
Beata Virgo non vouit virginitatem, postquam desponsata fuit,sed prius. Et illud Luc. 1. Quoniam virum non cognosco, debet exponi de prēterito, idest proposui, vel voui &c. Et hoc votum latuit parentes eius,& ideo illud non irritauerunt, & ipsa mansit semper obligata,nec virgini gloriosæ reuelatum fuit mysterium hoc,ante votum virginitatis & desponsationem,Similiter neque parentibus eius.Nu.to.2. 128. c. 1.B. Et quamuis vouerit virginitatem,accepit virum,quia nōdum erat aliquis status, in quo fœminæ permanerent in virginitate,sicut nunc,quia in vet.test.solum erat status coniugatorum, & viduarum. Num. tom. 2. 127. c. 3.H
Votum uirginitatis, & matrimonium aliqualiter repugnant. Nam in Virgine non solum nubere sed etiam uelle nubere damnabile est, ut ait Hieronymus, quod de uoto simplici intelligendum est; nam de solemni ex se constat,

cùm

cùm totaliter repugnet matrimonio. Quæ vouit voto ſimplici ſeruare virginitatem, ſi cõtrahit, ſoluit votum, & peccat contrahẽdo. Vnde Domina noſtra neutro modo vouit virginitatem, ſed vouit ſub cõditione, ſcilicet, niſi aliter Deus de ea diſponere vellet. Et tunc ſtant matrimonium & votum de virginitate. Et quando ipſa accepit Ioſeph in virum, non conſenſit expreſſe in copulam carnalem, ita vt proponeret debitum exigere, vel reddere. Et hoc, quia intelligebat ꝙ Deus de ea aliter ordinauerat, ꝙ ſcilicet, nunquã a viro cognoſcenda eſſet. Et dicit S. Tho. 4. ſenten. diſtin. 30. ꝙ ipſa certificata fuit a viro, ſuo Ioſeph: quòd ipſe maneret in perpetua continentia, quod ſi non voluiſſet, non conſenſiſſet in eum tãquam in virum. Et colligitur aliquo modo ex illis verbis, quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Nu. to. 2. 127. c. 3. k. & Mat. to. 1. 87. c. 1. D. Et aſſignatur duplex modus, quo Ioſeph poſſet ad hoc induci, primus eſt modus ſupradictus ſancti Thomę. ſecundus eſt ꝙ a principio deſponſationis habuit Ioſeph intentionem conſumandi matrimonium. Et interim ꝙ ipſa eſſet in domo paterna deſponſata, cognouit Ioſeph illam eſſe grauidam, ꝓpter quod cum vellet eam dimittere occulte, tunc Angelus reuelauit ei ꝙ cõcepiſſet de Spiritu ſancto. Et tũc veriſimile eſt ꝙ Angelus dixiſſet ei, ꝙ nunquam accederet ad eam. Et dato ꝙ non diceret, ipſe cognoſcere debebat, ꝙ non erat ſibi licitum accedere ad eam, quam Deus abſque virili ſemine impregnauerat, & acceperat in matrimonio. Et ꝙ tunc propoſuit obſeruare votum perpetuæ caſtitatis. Et ſic dicendo, non ſequitur ꝙ beatiſſima Virgo ſe ſubmitteret periculo perdendæ caſtitatis, cum nõdũ eſſet certificata de ſpõſo, nã ipſa firmiter credebat ꝙ nõ eſſet cognoſcenda. Nu. to. 2. 128. c. 1. C

Non poteſt cõuenienter dici ꝙ Domina noſtra poſt deſponſationem vouerit virginitatem, ſed dicendũ eſt ꝙ prius vouerit. Neq; fuit aliqđ tẽpus, in quo experiri voluit actum carnalẽ. Nu. to. 2. 128. c. 3. C

Nulla puella in vete. teſta. vouit virginitatẽ ante Dominam noſtram. Nu. to. 2. 129. c. 2. B

Si quis priuſquã contraheret matrimoniũ cũ aliqua puella, ſciret eam vouiſſe &c. poterat cũ eſſet ſponſus vel vir eius, irritare votum. Nu. to. 2. 129. c. 2. A

Sponſa, quæ fecit votum virginitatis, & ante copulã carnalẽ moreretur ſponſus eius, poterat votum illius infringi a patre puellæ, quia erat in poteſtate paterna, ſecus tamen, ſi iam eſſet vidua, vel repudiata. Nu. to. 2. 129. c. 3. G

Vouere expedit, cũ in voto ſeruantur oẽs conditiones voti, vt probatur. Nu. to. 2. 132. c. 1. E. Et reſpõdetur ad argumẽta in oppoſitũ. Nu. to. 2. 132. c. 2. E

Vouere ſtat dupl citer: vno modo ꝙ res, quę vouetur ſit impoſſibilis, qñ vouetur, & cognoſcatur eſſe impoſſibilis: & ſic impoſſibile non cadit ſub voto Secundo modo, ſi a principio fuit poſſibilis, & leuis adimpletionis, & poſtea efficiatur a caſu impoſſibilis, & ſic cadit ſub voto. Nu. to. 2. 135. c. 3. F

Vouẽs virginitatẽ, ſi poſtea defloreẽ ſiue ex culpa, ſiue nõ, tenetur cõtinẽter viuere. Nu. to. 2. 138. c. 1. E

Vouens non intrare religionem, an teneatur votum adimplere, vel non, refertur opinio Gratiani. 22. q. 3. c. vlti. & 61. diſt. c. 2. di. ꝙ tale votũ tenet. Hoſtien. vero in ſumma ti. de voto & voti redemp. dicit ꝙ licet illud votum fuerit indiſcrete factum, vouens tñ tenetur illud obſeruare, niſi contrarium inſpiretur a dño &c. Sed autor impugnat opinionẽ tã Gratiani, quã Hoſtiẽ. Nu. to. 2. 138. c. 2. C. Et tandẽ dicit, ꝙ ſine præiudicio ſententiæ maiorũ, vr̃ poſſe rationabiliter dici, ꝙ tale votũ nunquã teneat, ſed qui ſic vouit debet pœnitere, quia ſic vouerit, & manet liber, ſicut prius, ad intrandum religionem, vel non. Nu. to. 2. 138. c. 3. k

Vouens aut iurans non accipere epiſcopatum, ſi poſtea eligatur, aut præſentetur, tenet votum, ſi vouens intendat, quando non eſſet neceſsitas eccleſiæ, ſecus tamen ſi intelligat & prætendat, ꝙ in nullo caſu accipiet. Nu. to. 2. 138. c. 3. G

Si illi, qui vouit nõ eſſe Epiſcopum, Papa iubeat, vt accipiat epiſcopatũ. An teneatur obedire Papę, Hugutius dicit, ꝙ ipſe in tali caſu non obediret Papę, ſed dño ſpiritus. 11. q. 3. c. ſi dñs. & c. Qui reſiſtit &c. Alij dicunt, ꝙ eſt indifferenter obediendũ in hoc caſu ipſi Papæ, niſi expreſſe conſtet de voluntate diuina contraria mandato Papę: Et ratio eſt, quia in votis & omnibus mãdatis, debent intelligi, excepta autoritate Papę &c. Et hęc opinio eſt Hoſtien. ideo dicendũ, ꝙ huiuſmodi vouens non debet immediate conſentire, ſed magis orare, vt eũ nõ cõpellat ad hoc: ꝙ ſi Papa inſiſtat, debet ſuſcipere epiſcopatum, & tunc non accipiet tanquam vouens, ſed tanquam obediens. Nu. to. 2. 139. c. 1. D

Si vouens continentium voto ſimplici, & quærat an poſsit contrahere matrimonium. reſpondet Hoſtien. dupliciter: vno modo, ꝙ nõ eſt ei reſpondendum, ſi talis poteſt continere, ſi vero non. reſpondendum eſt ei ꝙ ſcriptura dicit matrimonium tenere, ſi fiat, & conſulere tali, ꝙ non contrahat, ſed contineat, & ſi contraxerit ꝙ mortaliter peccabit & grauiter. Et hoc vltimum magis placet autori, quàm tacere. Nu. to. 2. 140. c. 4. H

Licitum eſt alicui illud vouere vel iurare, quod licet illi abſolute facere. Iudi. 218. c. 2. B

Poteſtas vouendi adempta eſt ſex perſonis de iure, ſ. Epiſcopo, Clerico, Monacho, impuberi, vxori, & ſeruo. Nu. to. 2. 141. c. 1. C. De Clericis vide ibidẽ. De Monacho. vide ibidem. 142. c. 3. K. De impubere. vide ibidem. De filio familias. vide ibidem. 143. c. 2. C. De vxore, patet ibidem. 144. c. 3. F. De ſeruis ibidem. 146. c. 1. A

Subditus alteri bene poteſt vouere in his in quibus non eſt ſubditus. Nu. to. 2. 141. c. 2. B

Epiſcopus nõ poteſt vouere aliquid, per qđ diſſoluatur vinculũ inter eũ & eccleſiam ſuã &c. Et ſi voueat nõ tenet ſine cõſenſu Papę. Nu. to. 2. 141. c. 4. F

Clerici in minoribus, vel in ſacris habẽtes vel nõ habentes beneficiũ, ſi nullã requirat reſidentiã, poſſunt vouere ſicut laici. Et ſi requirat reſidẽtiã, poſſunt vouere ingreſſum religionis, petita licentia a ſuo prælato, quamuis non obtenta, peregrinationẽ tñ nõ põt vouere ſine licentia ſui prælati, votũ tñ tranſmarinũ nõ pñt emittere, vt aliqui dicunt, ſine licentia ſui prelati, ſed alij tenent ꝙ ſic. Nu. to. 2. 142. c. 2. D. De Clericis vero degradatis, & nõ traditis brachio ſeculari, qui vouerunt, quid dicendum ſit. Nu. to. 2. 142. c. 3. F

Filius familias in annis pubertatis põt vouere de peculio caſtrẽſi, vel quaſi caſtrẽſi, quia habet liberã adminiſtrationẽ. De peculio vero profectitio, conſideranda eſt qualitas perſonę patris & filij, & induſtria filij ad lucrũ profectitiũ, & quantitas eleemoſinę, quã vouet dare, vel dat, & ſecundum hoc põt dare aliquã eleemoſinã, niſi pater expreſſe cõtradicat. Et idẽ intelligendũ eſt de vxore & mercenario porrigente modicam eleemoſinam. Et ad hoc ſunt textus iuris. Nu. to. 2. 144. c. 1. B

In peculio vero aduentitio habet filius familias maiorem libertatem, q̃ in profectitio, & de hoc põt liberius vouere, q̃ de ꝓfectitio. Nu. to. 2. 144. c. 2. A

Vxor, cum est sponsa, an possit vouere religionem, etiam contradicente sponso, dr̃ q̃ sic, vt patet extra de cõuer. coniuga. ca. verum. Similiter spõsus, sed de alijs votis dicendum q̃ sponsa non potest, si sint viro præiudicatura post cõsummatum matrimoniũ, secus, si nõ &c. non poterit tñ eleemosynam magnã vouere dare, sine viro, secus tamen si sit parua, dum tamen vir nõ contradicat, vel verisimiliter credat nõ cõtradicturum, & hoc nisi habeat aliqua bona dotalia & fructus eorum. Num. tom. 2. 144.c.3.K

Seruus potens est ad vouendum, sed executio voti, pendet ex potestate alterius. Nu. to. 2. 146.c.1.A

Seruus potest vouere in his, in quibus non præiudicatur dominus. Nu. to. 2. 146.c.1.A

Si seruus voueat peregrinationem, non poterit illã exequi inuito domino, & hoc nisi peregrinatio sit necessaria, sicut cum incidit in canonem, cogetur ire ad sedem Apostolicam absoluendus. Extra de sententia excommunicationis c. relatum. Num. tom. 2. 146.c.2.A

In vouentibus castitatem simpliciter damnabile est contrahere, vel velle contrahere: & Domina nostra non sic vouit, sed sub conditione. Mat. to. 1. 87.c.2.A

Vouẽs intrare religionẽ, & stans ĩea per annũ exeat, an satisfaciat voto. Nu. to. 2. 147.c.3.F

Vouens introire religionem, si suscipiat Episcopatũ, omisso voto, fractor est voti. Nu. to. 2. 148.c.2.E

Vouens intrare religionem aliquam non obseruantium, & intrans in illam, an possit exire, si talis religio reducatur ad obseruantiam, referuntur opiniones variæ. Et tandem respondet sub dictione. Nu. tom. 2. 150.c.2.C

An coniugatus consumato matrimonio, possit vouere accipere ordinem sacrum, & an per hoc, aliquod præiudiciũ paretur vxori. Nu. to. 2. 150.c.4.I

Vouẽs plura vota, si illa sint compatibilia, debet omnia illa adimplere, si vero non: sed vel per se repugnent, vel per accidens nõ tenebitur omnia adimplere, sed adimplebit, quod melius est. Et alterum commutabitur, vel redimetur ad arbitrium prælati. Nu. to. 2. 151.c.2.A

Qui se Deo taliter voueret, in veteri lege dummodo non esset Sacerdos, neque Leuita, dabat pro se pretium tanquam esset Deo obligatus, & tunc se redimeret. 1. Reg. to. 1. 26.c.3.I

Non poterant parentes vouere filios domino, nisi pro tempore, quo filij essent sub potestate patrũ. 1. Reg. to. 1. 27.c.4.H

Quandocunq; aliquis vouet Deo aliquid, transfert dominium rei, sicut si donaret alicui: & solum manet in eo possessio nomine alieno, si rem determinatam vouit. 3. Reg. 142.c.1.C

Ad maiorem deuotionem interdum vouent homines ire ad aliqua loca inassueta. 2. Paral. 6.c.4.G

Vouere Deo aliquod obsequium temporale, si nobis det aliquod spirituale, non est simonia. 1. Paral. 61. c.3.F

Non vouit Iacob accipere dñm in Deum vel tenere eũ pro Deo. Gen. 28. sed vouit, q̃ ei specialẽ cultũ esset exhibiturus, ad quem nõ tenebatur. s. reddere ei decimas, licet Abrahã dederit prius decimas Gen. 14. Gen. 312.c.4.G

Votum. Cum sit spontanea promissio, non potest esse de his, ad quę coacti tenemur. Gen. 312.c.4.G

De voto Nazareorum. Gen. 411.c.2.E

Nemo poterat ex voto offerre animal habens amputatas aures, & caudam, poterat tamen aliunde dari in sacrificium voluntariũ. Leui. 22. Leui. 9.c.2.E

Votum fit ex illis rebus, in quibus homo habet ius & dominium, quia votum est velut donatio, cum ibi transferatur dominium. Leuit. 323. c.1.E

Vota, in veteri testamento, reducebantur ad pecunias, non tamen in nouo. Leui. 323. c. 4.K. Cuius redditur causa, ibidem. 325.c.2.C

Votorum commutatio in nouo testamento si fiat, semper in maius uel in melius, & hoc non absq; causa rationabili, & aliqualiter urgente, ut patet extra de voto & voti redemp. ca. magnæ. Leuit, 324.c.2.E

De votorũ impedimẽtis, cũ quis in nouo testamẽto vouet seruire in sacris ordinibus. Leui. 325. c. 3.F

Soluens votum simplex de continentia, uel religione per contractum matrimonium, & consumma tum post factam pœnitentiam, manere poterit in matrimonio sine aliquo scrupulo, petendo & soluendo debitum. Leuit. 325.c.4.K. Et mortua illa uxore potest cum alia contrahere absque scrupulo conscientie. Leuit, 325.c.4.K

De vouente votum suscipiendi sacros ordines & incurrit postea irregularitatẽ ex homicidio quę quidem irregularitas cõtrahitur ex proprio actu. Leuitic, 326.c.1.C

Vota de agendo aliquid determinate, ut de dando eleemosynam, orando, uel peregrinãdo q̃ huiusmodi &c. Et quantum ad hæc quilibet qui est sui iuris, est potens, & ideo non debent commutari neque redimi in pecuniam, sed debent adimpleri. Leuit, 326.c.2.B

Votum de faciendo, aut non faciendo, dãdo aut non dando &c, nõ redimebatur in uete. test. sed complẽdũ erat sicut ꝓmittebat. Nu. 30. Leu. 326.c.2.C

Votum, quo quis vouit se Deo in nouo testamento, reducitur ad duo. s. uel ad religionem, uel ad seruiendum Deo, in sacris ordinibus perpetuo, sed ad nullum istorum reducebatur tale votum in uete. test. ut probatur. Leui. 326.c.2.E

In tribus votis religionis non potest Papa dispensare cum religiosis, ut patet extra de regularibus ca. cum ad monasterium. Leui. 326.c.3.G

Non potest cadere sub voto, nisi id, quod concipitur a vouente, aut intelligitur ex uerbis eius rationabiliter intellectis. Leui. 327.c.2.C

Votum est spontanea promissio, qua quis Deo se obligat, ad soluendum ei aliquid, uel faciendum. Leuit. 328.c.4.F

Vota facta de personis sunt magis acceptabilia Deo in nouo testamento, q̃ uota facta de rebus, & ideo filius non emancipatus & filia possunt vouere ingressum religionis &c. Dum tamen habeant annos discretionis, etiam parentibus inuitis uel nescientibus. Leui. 328.c.4.H

Pecunia, quæ dabatur pro redemptione uotorum, de qua Leui. 27. non cedebat in ius sanctuarij, sed in ius sacerdotum. Leui. 329. c.2.D

De diuersis pretijs pro redemptione uotorum. Leui. 332. c.1.C. Similiter quare uitam tam uiri q̃ fœminę diuisit Deus in quatuor partes. Et quare uoluit, ut tñ daret pro puero sex annorũ q̃ pro iuuene decẽ & nouẽ annorũ. & quare circa oẽs uiros fuerit facta ista taxatio, & quare talia pretia fuerint statuta, similiter & in fœminis cõstituit quatuor ætates, & uaria pretia iuxta ætates &c. Similiter de proportione pretiorũ fœminæ ad masculũ iuxta uarias ętates suas, & quare nõ sit talis habitudo uiri inter se, sicut habitudo taxationũ fœminę inter se. Hęc oĩa pendent magis ex uoluntate Dei legẽ dãtis, q̃ ut causã ualeam⁹ assignare. Leu. 332. c.2.C

Votorum quædam erant perpetua, & quædam ad tempus, tam in vet. testam. quàm in nouo, exemplum est de voto Nazareorum, de quo habetur Num. 6. Leuit. 347.c.4.O

Circa votum tria sunt membra in veteri testamento. Nam quædam vouebantur, quæ oportebat redimi data certa taxatione: Leu. 17. vt in voto, quo vouerent se homines liberi. Alia erant, quæ non redimebantur, neq; commutabantur, sicut aïalia immolabilia. Alia, quæ nō redimebātur, & sic oportebat ea vendi, vt animalia non immolabilia, & agri, domus, serui. Leu. 349.c.3.G. 350.c.4.F

Votum dicitur spontanea promissio facta Deo, de his ad quæ ex aliqua causa obligati non sumus. Leuit. 353.c.2.E

Non quicquid dabatur ex voto, pertinebat ad sacerdotes, sed aliquid sic, & aliquid non. Nume. to. 1. 251.c.1.B

Sub voto potest cadere, occidere homines. Nu. to. 2. 14.c.2.A

Voti definitio ponitur. Nu. to. 2. 117.c.2.A

Non erit idem modus votorum nobis & Hebræis, quia maior ptās dabatur patrib. super filijs in vet. testam. quàm in nouo. 118.c.1.D. & 124.c.3.k

Votum non potest fieri proprie alicui, nisi Deo. Nā votum est promissio facta Deo de aliquo licito, ad quod alias non eramus obligati. Num. tom. 2. 118.c.2.A

Votum magis obligat, quàm iuramentum factum proximo. Num. to. 2. 118.c.2.C

In voto violato agitur directè & explicitè contra fidelitatem Deo debitam, implicitè verò contra reuerentiam. Et in iuramento quod totaliter factū est ad Deum, agitur explicitè & indirectè contra fidelitatem, & etiam agitur explicitè contra reuerentiam. Nu. to. 2. 118.c.3.F

Voti conditiones referūtur. Prima est, ꝙ id, quod vouetur, sit licitum. Secunda, ꝙ sit cum delibetatione factum. Tertia, ꝙ sit sine præiudicio iuris alieni. Num. to. 2. 118.c.4.F

Votum debet esse de meliori bono, id est, de opere supererogationis. Nu. to. 2. 128.c.1.C

Vota emissa à puellis, cum erant in potestate patris in vet. testam. & pater consentiret, vel saltem non dissentiret, poterant postea infringi per sponsum, vt probatur Num. to. 2. 128.c.3.I

Pater, sponsus, vel maritus alicuius puellæ, quæ fecit votum, si reuocaret votum absq; rationabili causa, malè ageret, quia abutitur priuilegio suo, præter intentionem legis. Num. to. 2. 130.c.3.H

Voti definitio, quæ a quibusdā assignatur, improbāt ab autore, & fundamēta eorū. Nu. to. 2. 131.c.2.A

Ad votum tria sunt necessaria, & duo ad bene esse, quæ interdum veniunt, & interdum non. Tria necessaria sunt, promissio, propositum, deliberatio. Et secundum ista tria necessaria sic definitur votum, votum est promissio ex proposito deliberato facta Deo, ad aliquid faciendum, vel nō faciendū. Accidentalia vero duo sunt, scilicet verborum expressio, & testificatio, s. quòd fiat corā alijs. & quantum ad ista accidentia Magister in 4. dist. 38. sic definit votum. Votum est testificatio quædam promissionis spontaneæ, quæ Deo, & de his quæ Dei sunt, fieri debet. Hostien. sic definit. Votum est alicuius rei licitæ ad faciendum, vel non faciendum cum deliberatione animi Deo facta pollicitatio. Nu. to. 2. 131.c.2.C

Votorum solennitatem introduxerunt iura, vt patet extra de uoto & uoti redempt. cap. unico. in 6. Num. tom. 2. 133.c.1.C

Votum duplex, quoddam necessarium, & quoddā uoluntarium, quod intelligendum est respectu temporis, quo emittitur: nam post emissionem omne uotum est necessarium: & uotum uoluntarium est duplex, scilicet simplex & solenne. Nu. tom. 2. 132.c.4.k

Votum est uirtus latriæ, quantum ad promissionē, quantum uerò ad executionem potest esse omnium uirtutum. Nu. to. 2. 133.c.1.E

Votum de solis bonis debet fieri, & uoluntariè, & potest fieri de materia præceptorum: tamen proprijssimè fit de his, quæ sunt supererogationis. Et hoc, quod dicitur, scilicet quòd uotum fit de meliori bono, potest magis particulariter dici, quòd uotū propriè est de ieiunijs, orationibus, eleemosynis, peregrinationibus, religionibus, abstinentijs, & continentiis; ut patet extrà. de uoto, & uoti redemp. per totum, & de statu monachorum per totum; & generaliter in omnibus piis causis licitis & honestis faciendis, uel in contrariis non faciendis, tenet uotum. Est tamen regula, quòd ubicunque aliquid fit, quo facto salus corporalis uel spiritualis amittitur, nō tenet uotum, uel si aliquid fit, quod nō faciendo, incurritur mors temporalis uel spiritualis amittitur, non tenet uotum de non faciendo, nec ad hoc est seruandum uotum, neq; iuramentum, neque pactum, neq; lex, neque consuetudo, nec aliquod aliud uinculū; ut patet extra, de iureiuraudo, cap. quanto. Hoc etiā tener Hostien. in Summa titu. de uoto & uoti redemptio. Et dicit, quòd uota de rebus indifferentibus seruanda sunt, quamuis non sint peccatum mortale, de faciendo uel non faciendo. Sed Sanc. Tho. Secunda Secundæ tenet oppositum dicens, ꝙ uota de rebus uanis & inutilibus magis sunt dimittenda, quam seruanda &c. Et opinio ista prior est. Num. to 2. 134.c.3.F

Agere aliquid in uoto est magis meritorium, & magis laudabile, quàm agere sine uoto, ut probatur Num. to. 2. 135.c.4.k. Deu. 125.c.1.B

Qui agit ex uoto habet duos actus latriæ, qui uerò sine uoto habet unicum. Nu. to. 2. 136.c.1.E

Sic se habet uotum ad Deū, sicut promissiones de bono faciendo inter homines. Nu. to. 2. 136.c.2.A

In uoto nulla coactio est, nec ante emissionem uoti, neque post, bene tamen necessitas ex præsuppositione finis. Nu. to. 2. 136.c.2.E

Magis meretur expleus uotum cum tristitia, quàm ille, qui facit non ex uoto etiam gaudens. Nume. tom. 2. 136.c.3.k

Vota introducta sunt ad adimplendum cultum diuinum. Num. to. 2. 138.c.2.C

Seruus, exiens seruitutem, tenetur obseruare uota, quę non fuerunt irritata tempore seruitutis, secus si fuerunt irritata. Nu. to. 2. 146.c.2.D

An vota fieri possint cū conditionibus, sunt opiniones varię; una est Hostiensis dicentis, ꝙ non. Alia est Hērici, & theologorū dicentiū, ꝙ sic. Et sacra scriptura plena est votis conditionatis. Sed nō est ponenda turpis cōditio, neq; cōditio impossibilis naturaliter, neq; conditio indifferens, sed conditio honesta. Nu. to. 2. 146.c.3.H

Oīa vota, quę fiūt ab aliquo, qui est sui iuris, & de re licita &c. immediatè obligant vouentē, non quidem ad soluēdum immediatè, sed manet obligatus, vt aliqñ soluat, excepto voto religiōis, qđ post triduū ab emissione sua obligat, ut patet ext. de regularib. c. ad nr̄am. Et vota, quę immediatè obligant, si sint conditionalia, non obligāt ante adimpletionē conditionis; & si non sint cōditionata,

& in eis determinatur aliquod certum tempus solutionis, tenetur pro illo tempore soluere, ꝙ si non determinatur certum tempus, & vouens habuit voluntatem obligandi se ad certum tempus, licet illud in voto non expresserit, tenebitur in tẽpore illo soluere. Si verò nullum tempus præfinitum fuerit, tenebitur citius, quo poterit, soluere cum commodè poterit ad arbitrium boni viri, & ponitur exemplum. Num.to.2. 149.c.1.B

In votis realibus non attenditur actio personæ, vel industria eius, sed quantitas rei. Nu.to.2.149.c.2.C

Votum continentiæ perpetuæ, vel religionis nõ potest exequi per alium a vouente. Et generaliter omne votum, quod dicit aliquem actum interiorem nostrum, vel habitudinem, & non aliquid qđ extra nos sit, non potest adimpleri per alterum. Num.to.2. 149.c.2.D

Regula generalis est, quòd quandocunque aliqs per se ipsum potest votum explere, non debet per aliũ explere, & si fiat, non prodest ad impletionem voti, extra de voto, & voti redemp.capit.magnæ.§.1. Num.to.2. 150.c.1.A

Quæ vota possint exequi per alium, & quę nõ. Num. to.2. 149.c.2.B

Vota, quæ impleri non possunt per alium cum iam nõ possint expleri per illum, qui vouit, quia obiit, non tenentur hęredes complere, quia non proficerẽt defuncto: vt si votum sit religionis, vel continentiæ, orationis, vel ieiunij, & similium actuum, qui proprie pertinẽt ad personas, in quibus potius attenditur persona, quã res, quæ fit. Secus de votis per quẽ acquiritur interesse alicui alteri, votũ tamen in subsidium terræ sanctæ tenebuntur hęredes complere per seipsos, vel per alios, aut dãdo tantum subsidium, quantum expẽsurum erat vouens. Et idem dicendum est de voto pugnandi contra infideles in subsidium alicuius terræ christianorum. Nu.to.2. 149.c.4.k

Sicut ex iure naturali, & diuino tenetur homo adimplere votum, ita tenetur ex eisdem obedire superiorum legi, vel mandato. Num.to.2. 152.c.1.A

Contra votum conditionatum nullus actus contrarius debet fieri, quousq; videatur an adimpleri possit condictio. Nu.to.2. 157.c.1.A

Sunt aliqui casus, in qbus potest recedi à voto, & referuntur. Num. to. 2. 157.c.1.B

Votum est liberum secundum quid. Deu. 66.c.2.A

Tardare in reddendo votum, quale peccatum sit. Deut. 124.c.3.K

Votũ est promissio facta de his, q̃ bona sũt, ad q̃ a stricti nõ tenemur. Deu. 29.c.1.D. Ios.to.1.173.c.3.H

Votum tenet in his, quæ in omnem euentum sunt bona, non tamen in his, quæ in omnem euentũ sunt mala, in his vero, q̃ possunt euenire in bonũ & in malũ, tenet votũ, quando possunt euenire in bonũ, sed non quando in malum. Iud. 116.c.3.F

Vota sunt triplicia, quædam de manifeste bono, & quædã de manifeste malo, & quædam de dubio. Iudi. 173.c.3.F

Circa votorum & iuramentorum obseruationem Indęi erant valde rudes, similiter & circa intelligentiam legis. Iudi. 215.c.4.k. Mat.to.4. 77.c.4.F

Votum iteratum causat maiorem obligationem sicut & præceptum Iud. 133.c.1.D

Votum castitatis solennizatur per transitum ad religionem, vel per susceptionem sacrorum ordinũ, extra de voto & voti redemptio. cap. quod votũ. lib.6.1.Reg.to.1. 114.c.1.B

Votum continentiæ fauorabilius est, quàm contractus matrimonij. 1.Reg.to.1. 112.c.4.I

Votum continentiæ fit tacite per susceptionẽ sacrorum ordinum. 1.Reg.to.1. 114.c.1.C

Sicut est peccatum non reddere votum: ita est peccatum tarde reddere 2.Reg. 93.c.4.F

Successores inquantum tales non tenentur ad vota vel promissa prædecessorum suorum, secus tamẽ inquantum prouenium ad eos aliqua bona prędecessorum, quia tunc magis sunt vt hęredes quã vt successores, hęredes tamen nõ tenentur ad vota prędecessorum, vt orare, ieiunare &c. Nisi forte testator expresserit in testamento, quòd hęres suus teneretur ad complendũ votum ieiunij &c. quia tunc tenetur complere, vel renunciare iuri successionis, etiam si testator nõ expresserit, quòd hęres non complens votum, careat iure successionis, quia ad ordinarium, cuius est habere curã de completione testamentorum, pertinebit compellere eum per censuras ad tenendum votum testatoris, vel ad renunciandum iuri hæreditatis. Et hoc tenet verum in hęredibus proprie dictis, s.qui instituti sunt a testatore, secus tñ in illis, qui succedunt sine voluntate defuncti &c. 3.Reg.141. c.4.I. Sed ad vota realia, q̃ principalius respiciunt pecuniam, quam personam, ille, qui est proprie hęres alterius, tenetur ad omnia vota eius, siue expresserit in testamento ipse testator, quòd soluantur, siue nõ expresserit, dum tamen constet quòd vouerit, & non soluerit. vt probatur. 3.Regum. 142.c.1.C

A voto reali non potest testator liberare hęredem. 3.Reg. 142.c.2.C

Votum non est nunc sicut in veteri testamẽto, quia in veteri testamento non erant libera vota eorũ, qui erant sub patria potestate, quia poterant irritari à parentibus, nũc verò nõ. Mat.to.1.87.c.2.A

Votum differt a iuramento, quia votum secundum se, pertinet ad latriam, eo quòd ad solam Dei reuerentiam ordinatur, & immediate pertinet ad latriam, in iuramento vero fit per contrarium, quia iuramentum fit ad confirmationem dictorum nostrorum. Mat.to.2. 202.c.3.G

Generaliter loquendo, non determinando ad casũ specialem maior est obligatio voti quam iuramẽti. Mat.to.2.207.c.2.A. Et hoc intelligendo ex genere suo, & non per accidens. c.3.k

Votum fit solum Deo, & de his, quę ad Deum pertinent, vel saltem Deo debebit fieri promissio, & non proximo. Mat.to.2.207.c.2.C

Votum & iuramentum, secũdum se, sunt indispensabilia. Et quando dicitur dispensari in voto vel iuramento, debet intelligi, quòd talis dispensatio est in materia eorum. Mat.to.2. 208.c.1.A

Votum Nazareorum quare non obseruetur nunc apud Hebręos. Exo.to.1. 95.c.3.F

De voto Nazareorum vid. in dicti. Nazareus.

Votum Nazareorum cessauit in Babylone. 4.Reg. 261.c.2.C

De voto iepte Iud.11. dicendum quòd non vouit illicitum, sed in adimpletione voti fuit aliquid illicitũ, & illud dicit S.Tho. quod quædam sunt, quę in omnẽ euentũ sunt bona, vt opera virtutum &c. q̃ absolute possunt cadere sub voto. Et quædam, q̃ in omnẽ euentũ sunt mala, vt ea, quę ſm se sũt peccata, quędam vero sunt bona, & ſm hoc possunt cadere sub voto. possunt tñ habere malum exitum, in quo non sunt obseruanda, vt accidit in voto iepte, de quo Hieronymus dicit quòd in vouendo fuit stultus, & in reddendo impius. Et dicit Sanctus Thomas, quod est uerisimile, quòd penituerit de hoc. Num.to.2. 135.c.1.B

Votum Iephte fuit incautum. Matt. to. 4. 77. c. 4. G
De voto Iephte. vide in dictione Iephte.
Votum religionis est maius votum eorum quæ fieri possunt, & ideo non est aliquod votum, quod per ingressum religionis non possit commutari, vt patet extra de voto & voti redemp. c. scripturę. Num. tom. 2. 146. c. 1. B. 137. c. 2. C. & 142. c. 1. E. & 10. c. 4. K
Circa votum religionis absoluuntur aliquæ quęstiones. Nu. to. 2. 137. c. 3. C
De monachorum votis. Nu. to. 2. 142. c. 3. k
An impuberes possint intrare religionem, & qñ possint educi de monasterijs, & de votis eorum, qñ teneant, & quando non. Nu. to. 2. 143. c. 2. A
Melius est q̃ aliquis se obliget per votum ad ingressum religionis, quam q̃ non se obliget. Nu. to. 2. 148. c. 3. K
Votum religionis deobligat ab alijs votis. Nu. to. 2. 154. c. 1. B
De voto vxoris post consummatum matrimoniũ, & de continentia seruanda, & de non reddendo debito, & de peregrinatione, oratione, ieiunio, eleemosyna &c. Et de votis vxoris, quæ fecit viuente viro. Nu. to. 2. 144. c. 3. k
Votum meretricis simile est eius oblationi: nisi corrigatur. Nu. to. 2. 145. c. 2. B
De votis seruorum. s. an sine consensu dominorum possint aliquid vouere. Nu. to. 2. 146. c. 1. A
Votum solennizatur secundum aliquam specialem benedictionem, vel consecrationem, quæ ex institutione Apostolorum, & successorum suorum adhibetur in professione certæ regulæ, vel in susceptione sacri ordinis, vt dicit Dyonisius. 2. c. Ecclesiasticæ hierarchiæ. In votis tamen aliarum rerum non adhibentur solennitates: quia non fit emancipatio ad semper: sicut fit in professione religionis, & in susceptione sacri ordinis. Nu. tom. 2. 139. c. 3. F
Licet Deus non dederit aliquam legem, per quam distingueretur votum solenne a voto simplici. Iura tamen humana conuenientissime statuerunt in fauorem cultus diuini. Et sic intelligendum est illud: extra qui cleric. vel vo. c. rursus. Quod apud Deum non magis obligat votum solenne, quàm simplex. Nu. to. 2. 139. c. 3. k
Solennizatio voti introducta est ab ecclesia, vt in c. vnico. de voto, & voti redẽptione. in 6. Nu. to. 2. 139. c. 4. G
Votum solenne dicitur respectu matrimonij dirimendi, cum contractum est. Et solum votũ continentiæ potest solennizari. Nu. to. 2. 140. c. 1. D
Votum quadrupliciter solennizatur. Num. tom. 2. 140. c. 2. A
Votum simplex, siue solenne, ideo impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, vt tenet Hugutius: quia apud Deum non magis obligat solenne, quam simplex. Sed ista opinio iam correcta est. Alij dicunt, q̃ vtrunque votum impedit matrimonium contrahendum: sed non dirimit cõtractum. Et hæc etiam correcta est per c. vnicum. de voto, & voti redemptio. Nu. tom. 2. 140. c. 2. B
Votum solennizatur in susceptione sacri ordinis, & per professionem religionis. tamen per susceptionem sacri ordinis non dissoluuntur sponsalia de præsenti. Bene tamen per votum continentiæ solenne: neque dissoluitur matrimonium per ingressum religionis ex eo, q̃ religio sit perfectior matrimonio. Sed quia religio est status perfectissimus. Nu. to. 2. 140. c. 3. H
Votum vocatur solenne propter aliquas cęremonias exteriores certas de iure, vt patet de voto, & voti redemptione. c. vnico in 6. Votum verò simplex est sine aliqua solennitate, siue voce exprimatur, siue non. Matt. to. 1. 86. c. 4. I
Votorũ dispensatio est intelligenda ad modum dispensationis, quæ fit in obseruantia alicuius legis. Lex enim ponitur respiciendo ad illud, quod est bonum in pluribus: sed quia contingit huiusmodi in aliquo casu non esse bonum, oportuit per aliquem determinari, in illo particulari casu, legem non esse seruandam: & hoc est proprie dispensare in lege. Nu. to. 2. 151. c. 3. k
Votorum redemptio, vel commutatio vtiliter fit. Nu. tom. 2. 151. c. 4. H
Voti dispensatio debet fieri ex causa rationabili. Nu. tom. 2. 152. c. 1. D. & 152. c. 3. F
De votorum dispensatione, commutatione, & redemptione. Nu. to. 2. 151. c. 2. D
Cum vota redeunt in peiorem exitum, vel impediunt maiora bona, commutantur in alia bona, quæ magis grata sunt Deo. Nu. to. 2. 152 c. 2. E
Votorum commutatio, redemptio, & dispensatio, quomodo differant, & qualiter conueniant diuersis votis. Nu. to. 2. 152. c. 3. G
In votorum dispensatione, commutatione, & redẽptione, accipitur exemplum ex vete. testa. vt firmius fiant. Nu. to. 2. 152. c. 3. I
Voti dispensatio solum fieri debet, quando solutio voti vergit in deteriorem exitum, vel in impedimentum maioris boni. Num. tom. 2. 153. c. 1. E. & 154. c. 4. K
Voti redemptio, & commutatio fit ex eadem causa, scilicet quando quis non potest obseruare votum sine magno labore. Nu. to. 2. 153. c. 2. A
Quando, & qualiter commutanda sint vota, & redimenda, & quæ obseruanda sint, ad hoc q̃ ista conuenienter fiant. Nu. to. 2. 153. c. 1. D
Quãdo fit commutatio in votis, quid debet pro quo commutari, & qualiter debeat fieri commutatio in voto transmarino. Nu. to. 2. 153. c. 2. D
Circa commutationem, vel redemptionem omniũ votorum, considerandum est, quæ causa mouerit vouentem, & quæ sit qualitas vouentis, & secundum hæc iudicare poterit prælatus: an conueniens sit commutari, vel redimi votum, vel non. Et in quid commutari debeat. Nu. to. 2. 153. c. 4. F
Votorum redemptio, & cõmutatio debet fieri per prælatos Ecclesiæ, qui habeant potestatem. Nam aliqui habet maiorem, & aliqui minorem. Num. tom. 2. 153. c. 4. H
An in votis Papa possit dispensare, referuntur quatuor opiniones. Prima dicit q̃ non, dicens q̃ votũ est de iure diuino; & huius opinionis est Hugutius. Et multi alij cum ipso. Secunda, q̃ potest dispensare in omnibus votis voluntarijs, excepto voto continentię. Tertia tenet, quòd etiam in votis continentiæ, & in alijs votis distinguit &c. Quarta est Hostien. dicentis, q̃ Papa de plenitudine potestatis potest dispensare in omni voto, quod à principio fuit voluntarium: peccat tamen, si sine causa dispenset: nec ei est obediendum, si manifestè appareat, q̃ est contra voluntatẽ Dei. In oĩbus tamen alijs obediendũ est ei. Nu. to. 2. 154. c. 2. C
Sunt vota necessitatis, illa. s. quæ pollicemur in baptismo, in quibus Papa non potest dispensare. Nu. tom. 2. 154. c. 3. I
Prælati non habentes plebes non possunt dispensare in votis. Nam cardinales sunt maiores Episcopis. Tamen non possunt dispensare, si non habeant plebem

plebem. Et ſolum Epiſcopi, & Archiepiſcopi poſſunt diſpenſare, & nulli alij inferiores. niſi ex ſpeciali priuilegio ſedis Apoſtolicæ. Nu.to.2.154.c.3.k
Quod Papa non poſſit diſpenſare in voto continentiæ ſolennizato, tenet ſanctus Tho. Albertus magnus, & communiter Theologi. Et rationes eorum referuntur, quarum aliquæ improbantur: ſed ratio prȩcipua eſt ex decretali. Cum ad monaſterium. extra de ſtatu monachorum. Nu. to. 2.155. c.1.B. Sed Innocētius, Ioannes Andreas, Hoſtien. Ioan. Calderinus, & Fran. &c. tenent, ꝙ ſic. Et ꝙ poteſt diſpenſare, ꝙ monachus accipiat vxorem: quia dicunt, ꝙ ad hoc poteſt eſſe cauſa rationalis, vt ſi aliquis rex infidelis offerret ſe cum populo ſuo ad fidem: ſi daretur in vxorem aliqua monialis, vel ſi non poſſent aliqua regna ceſſare a bellis: niſi per matrimonium inter aliquos, qui vouerūt caſtitatem ſolenniter. Dicunt ſimiliter, ꝙ poteſt diſpenſare in voto paupertatis. Et referuntur ratio nes Ioan. Calderini contra ſanctum Tho. &c. quibus reſpondet autor, Nu.to.2. 155.c.2.E
Quod Papa non poſſit diſpenſare in voto continentiæ ſolenni, non eſt in cauſa, ꝙ illud ſit ſolennizatum: ſed quia eſt de ſubſtantia religionis. Et ſi dicas, ꝙ hac de cauſa, neque poterit diſpenſare in vo to ſimplici, dicendum, ꝙ vouens voto ſimplici vo uet religionem: ſed non vouet aliquod illorum, quæ ſunt in religione. Et votum ſolenne non eſt indiſpenſabile, quia ſolenne eſt: ſed ideo eſt ſolen ne, quia tantæ obligationis eſt. ſ. vt impediat matri monium contrahendum, & dirimat iam contractum. Nu.to.2. 155.c.4.H
Quod Papa poſſit diſpenſare in voto ſolenni religionis, tenet ſanctus Tho. in 4 diſt. 38. quamquam in ſumma teneat oppoſitum. Intentio tamen ſua videtur declarata in ſumma. Et gloſ. tenet idem extra de ſtatu monacho. c. cum monaſterium. ſ. ꝙ Papa poteſt facere de monacho non monachū. Et tamen nō poteſt facere, ꝙ monachus exiſtens monachus non ſit obligatus ad continentiā. Hāc opinionem reputat auter nimis piam. Et ideo tenet cū ſancto Tho. in ſumma. Nu.to.2.156.c.3.C
Vox. Viua vox ſonans in auribus, habet quandam operationem latentem intra animā noſtram, quæ exprimi non poteſt. Gen. 8.c.1.E
Vox Domini deambulantis in paradiſo, quam audierunt Adam, & Heua, quæ fuerit. Gen. 198.c.1.C
Vox dicitur ętiam ſonitus rerum inanimatarum. Geneſis. 198.c.1.E
Ad formationem vocis in ſerpente quatuor habuit dęmon neceſſaria. Primum eſt ſcientia formandi. Secundum poteſtas formandi. Tertium eſt inſtrumentum. Quartum vis votiua inſtrumenti, Gen. 162.c.1.C
Vocis humanæ formatio quare magis inueniatur in auribus, quàm in alijs animalibus. Gen. 162.c.3.I
Vox quomodo excitet dormientē. Mat.to.78.c.1.B
Ad vocis formationem, quid requiratur. Matt.to.7. 278.c.4.I
Vnde ſit, ꝙ animalia quadrupedia non poſſint formare vocem humanam. Gen. 162.c.3.K
Ad vocis formationem multum impedit paruitas linguæ, & multū iuuat magnitudo. Gen. 162.c.4.F
Ad formationem vocis multum impedit lingua lata. i. quæ magna eſt præter proportionem. Debet ergo eſſe lingua mediocris. Gen. 162.c.4.G
Vocem poteſt formare dęmon cauſando organa, vbi non ſunt. Et vbi ſunt imperfecta, perfecta reddere. Gen. 162.c.4.G
Domini vox deābulantis in paradiſo, de qua Gen. 3. quæ fuerit. Gen. 198.c.1.E
Voces ad nihil aliud inuentæ ſunt, niſi ad ſignificandum, & ad hoc eas dedit nobis natura. Geneſis. 353.c.2.A
Nullum animal brutum poteſt perfectè articulare voces. Nu.to.2. 38.c.1.C
Vox, quæ ſonuit in baptiſmo Chriſti dicens: Hic eſt filius meus dilectus &c. non fuit formata à patre, nec ab aliqua de perſonis diuinis, neque ab omnibus tribus ſimul; ſed ab aliquo Angelo. Matt.to.1. 211.c.2.B. Mat.to.4.223.c.1.B. Dicitur tamen illa vox patris: non quia ipſe eam formauerit: ſed quia ad ipſum ſolum oſtendendum formata fuerit. Matt.tom.1. 211.c.4.H
Vox Chriſti multis nominibus nominatur in ſcriptura ſacra. Mat. to 6. 77.c.3.H
Vox, quæ ſonuit in baptiſmo Chriſti, non venit de cœlo: nec ibi formata eſt, ſed fuit formata in aere propinquo iuxta Chriſtum. ſ. in aliqua nube propinqua, & denſa, vt probatur Mat. to.1.212.c.2.E. Et prędicta vox audita eſt ab omnibus, vt probatur ibidem. Et ꝙ audiretur ſuper Chriſtum in baptiſmo fuit conueniens propter multa. Matth.tom.1. 212.c.4.I
Vox illa à patre emiſſa filiationem verbi proteſtabatur. Mat.to.1.213.c.2.A. Et præfatam vocem vario modo referunt Euangeliſtę: tamen eandem tenent ſententiam, & parum refert, cum Euangeliſtæ nō curent, niſi de ſentētia. Mat.to.1.213.c.3.G
Voces mouent multum animos tam audientium, quàm ipſiuſmet, qui loquitur. Matt.to.3.62.c.2.E
Vocis magnitudo in operibus Chriſti ſemper ſignificabat efficaciæ magnitudinem. Matth. tom. 3. 212.c.2.B
Voces Chriſti variæ varijs temporibus ac locis auditæ. Parado. 35.c.1.D
Ad vocis formationem non eſt neceſſaria ſpiratio, & reſpiratio aeris. Mat.to.4. 242.c.4.K
Vox, quæ in Chriſti transfiguratione audita eſt, fuit terribilior, quàm illa, quæ audita eſt in datione legis. Exo.20. cuius aſſignantur cauſæ. Matt.tom.4. 227.c.1.E
Vocis actio eſt realis, cum fiat per motum. Mat.to.4. 227.c.4.G
Vox reperitur in omnibus animalibus perfectis. 2. de anima. Parado. 35.c.1.C
Vox Chriſti dupliciter vocāt tuba. Mat.to.6.77.c.3.K
Vpupa. De vpupa, & eius proprietatibus. Leuit. 110.c.2.D
Vrbanitas. Vrbanitatis verba de ſe licita sūt cuilibet homini quantumcunque perfecto, ſi non conuertantur ad adulationē, vel ad malum finem. Gen. 381.c.1.E
Magna vrbanitas eſt loqui ad dominos per verba tertiæ perſonæ. Gen. 381.c.2.A
Vrbs. Vrbes ædificatæ ab Hebræis in Aegypto quare dicebātur vrbes tabernaculorum. Exo. to.1. 5.c.1.A
Vrbs dicitur omnis locus muratus, ſiue paruus, ſiue magnus, apud Iudæos. Nu.to.2.193.c.1.A. Ioſ.to. 2.73.c.2.B. & 126.c.31. & 152.c.1.B. Et villæ, & viculi dicuntur loca ſine muris, quę nos appellamus rura. 1. Paral. 69. c.2.A
Non omnes vrbes Leuitis aſſignatæ datæ ſunt illis, ſed quædam erant in poteſtate hoſtium. Similiter dicendum eſt de alijs tribubus. Nu.to.2.193.c.1.A
Quod plures vrbes datæ fuerint Leuitis, quàm multis alijs tribubus aſſignantur cauſæ. Nam Zabulon ſolum habuit duodecim vrbes, & Aſſer triginta duas. Nu.to.2. 193.c.1.E

Leuitis datæ sunt vrbes ab alijs tribubus secundum proportionem. Non tamen secundum proportionem vrbium: sed secundum magnitudinem terræ possessæ. Nu.to.2. 193.c.3.F
Tredecim vrbes tribus Simeon referuntur. 1. Paral. 4. & postea aliæ quinq;, quod factum est propter vnum de duobus. Primò, quia forte illæ quinque ciuitates erãt minores &c. Secũdò, qa sors trib⁹ Simeõ fuit quasi diuisa ĩ duas partes. 1. Para. 69.c.3.I
Vrbes non fuisse in prima ætate mundi testatur Ouidius, 1. Metamorpho. Sed dicit, qꝫ inceperunt in secunda ætate. De optima Poli. 2.c.3.H
Naturale desiderium mulieris est vrbem liberis implere. Matt.to.6. 324.c.4.I
Vrbs refugij. De vrbibus refugij. Nu. t.2, 191.c.4.H
Tres vrbes refugij erant ante transitum Iordanis, in terra duarum tribuum, & dimidiæ, & tres aliæ in terra Chanaan. Nu.to.2. 191.c.4.K
Vrbes refugij, quare assignatæ fuerint in terra Leuitarum, & non in terra aliarum tribuum. Nu.to.2, 192.c.1.A. Sed quare assignatæ fuerint sex à principio, & postea superadditæ fuerint tres aliæ assignandæ, Nu.to.2, 192.c.1.D
Ad vrbes refugij confugiebãt occisores hominum, quomodocunque occiderent. Et postea ventilabatur causa. Et si reperiretur innocens, manebat ibi: & si reus esset, iugulabatur. Nu.to.2. 192.c.3.I
Trium vrbium refugij, quæ assignatæ fuerunt in terra Chanaan, vt habetur Iosue. 20. vna fuit Cades in Galilea, in sorte Nephtali: & Sichẽ in sorte Ephraim: & Hebron in sorte Iudæ. Aliæ autem tres fuerunt assignatę à Moyse in terra duarum tribuum & dimidię. Nu.to.2, 194.c.2.B
Qui occideret aliquem defendendo se, & confugeret in vrbem refugij, & ita compertum esset, non cogebatur ire per sententiam ad vrbem refugij: sicut ille, qui casu occidisset: sed absoluebatur simpliciter, cuius redditur causa. Nu. to.2. 194.c.2.D
Confugientes ad vrbes refugij habebant immunitatem contra aduersarios suos, sed non contra iudices: nam iudices poterant educere fugientes: & in hoc immunitas ecclesiastica excedit immunitatem ciuitatum refugij. Nu.to.2. 194.c.3.C
Vrbes refugij, quæ assignatę fuerunt in terra duarũ tribuum & dimidię, dicebantur Bofor, Gaulon, & Ramaoth. Prima in sorte Ruben. Secunda in dimidia tribu Manasse. Tertia in sorte Gad. Deu. 4. & Iosue. 20. Nu.to.2. 194.c.4.H
Omnes vrbes refugij fuisse solum sex, non est nimis difficile sustẽtare: nisi cõmunis opinio esset in cõtrariũ, quæ est satis rationabilis. Nu.t.2. 195.c.1.D
Causa illius, qui confugiebat ad vrbem refugij, debebat agitari in loco vbi fuisset patratũ homicidiũ, educendo occisorem de vrbe refugij. Num. to.2, 197.c.4.K
Immunitas vrbium refugij in vete. testa. nõ erat tanta, sicut immunitas ecclesiæ, & cymiteriorum in nouo. Nu.to.2. 198.c.2.E
Quod in vrbe refugij deberet manere occisor vsque ad mortem summi sacerdotis &c. assignãtur tres causæ. Vna Rab. Salo. satis friuola. Alia allegorica. Tertia autoris, & literalis. Nu.to.2. 199.c.2.B
Reliqua de vrbibus refugij vide in dictione, Ciuitas refugij.
Vrias. Vriæ laudes referuntur. 2. Regum. 69. c.3.K
Vriel. Aliquando est nomẽ Angeli, & aliquando nomen viri: sicut Michael, & Gabriel 1. Paralip. 89.c.4.H
Vrna manna. Facta fuit, & adimpletæ est manna post consecrationem Aarõ, & filiorum eius. Exo.to.2. 152.c.3.I
Vrsus. In vrsis, & leonibus abundat terra Chanaan. 4. Reg. 20.c.3.k
Vs Fuit filius Nachor fratris Abrahæ, de quo Genes. 22, quem fuisse Iob dicunt Hebręi quidã. A quo denominata est terra Vs, nomine ipsius Iob. Et hoc tenet Hieronymus in lib. de quæstionibus Hebraicis. Sed alij Hebręi dicunt, qꝫ Iob fuit in terra promissionis, prius quam intrarent ibi filii Israel &c. Sed hoc non est verum. Augustinus, & Ambro. tenent, qꝫ fuit de genere Esau, qui vocabatur Iobab. Gen. 36. Et istorum sententia videtur verior salua reuerentia Hieronymi, quod multis probatur rationibus. Gen. 283.c.2.E
Vs prouincia est in Idumęa. Gen. 283.c.3.G
Vsmo. Vsma. Vsmo dictio Hebraica significat tantum: sicut ly eius, vt refert masculinum. Et vsma, vt refert fœminam. Gen. 353.c.1.D
Vsque. Discursum dicit mediũ inter aliqua duo. Exo.to.1. 68.c.4.F
Vsque, si ponatur inter res eiusdem generis, põt teneri inclusiue, & exclusiue. Si vero inter res diuersorũ generũ nõ: nisi inclusiue. 1. Reg.to.2. 46.c.3.k
Vsque aduerbium positum in contextu orationis, nõ inducit alium actum fuisse consecutum: similiter neque Donec. Parado. 3.c.1.E
Vsufructus. Dotis pertinet ad virum de iure, vt sustẽtet onera matrimonii. Matt.to.3. 34.c.2.A
Vsura. Est contra naturam, quia pecunia solũ instituta fuit, vt esset medium cõmutandi, contra quod tendit vsura. Gene. 37.c.1.B
Quod vsura non esset licita Iudæis etiam contra Gentes, elicitur ex expositione Rabbi Salomonis super illud Exo. 22. Nec vsuris opprimes. Exod. to.1, 240.c.1.E
Dare ad vsuram Gentibus permissum erat Iudęis ad duriciam cordis eorum, ne darent Hebræis ad usuram: sicut permissum fuit eis dare libellum repudii ad duritiam cordis. Matt.19. Ne occiderent uxores suas. Sed utrum Iudęi possent accipere à Gentilibus usuras, aliqui dubitant. Exod. tom.1. 240.c.2.D. Mat.to.5. 95.c.2.A
Dare ad usuram Christianis ex gentibus, post euangelii promulgationem, non est licitum Iudæis: licet ipsi credant, qꝫ sic, & redditur ratio. Exod.to.1. 240.c.2.E
Non dare ad usuram est de lege communi diuina. Exo.to.1. 240.c.3.F
Iudæis licitum erat dare ad usuram, etiam conuersis ex Gentilitate ad Iudaismum, & eorum posteris. Exo.to.1.240.c.3.k. Non tamen Iudęis. Leui.304. c.1.A. 2.Paralip. 86.c.3.k
Vsura proprie est, cum aliquid recipitur ultra sortẽ. Leui. 301.c.2.B
De usura in pecuniis, & aliis rebus. Deut. 123.c.2.A
Dare ad usuram conuersis ex gentilitate ad iudaismum, & econtra: permissum erat eis. Nam cum gentilibus idolatris interdictum erat Iudęis habere communicationem. Et dare sic ad usuram permittebatur Iudęis propter duritiam cordis eorũ. Deute. 123.c.4.k
Inter usuram, furtum, & rapinam quid interest. Iudi. 124.c.3.H
De ratione usuræ sunt tria. Iudi. 124.c.3.k
Quidam dicunt, qꝫ in usura transfertur dominium ipsi usurario, ex eo, qꝫ omnis uoluntaria donatio facit

facit transferri dominiũ, ſed falſum eſt hoc. Matt. tom. 3. 28.c.2.D
Recipiens vſuras ſemper peccat: non tamen ſemper peccat dans pecuniam ſuperabundantem. Matth. tom. 3. 28.c.3.G
Vſuræ multæ diffinitiones aſſignantur, ſed plenior earum eſt iſta. 1. Vſura eſt quidquid ſortem excedit, vel ſolutionem mutuatæ rei excedit, ipſius rei vſus gratia, pactione interpoſita, vel hac intentione habita in cõtractu, vel exactione habita ex poſt facto. Et exponitur prædicta definitio. Matt. to.7. 40.c.3.I
Vſura dicitur ab vſu rei. Mat to 7. 40.c.4.F
Vſuram quidam diuidunt in ſpiritualem & corporalem: ſed improbatur motiuum iſtorum, qui hanc diuiſionem faciunt. Matt.to. 7. 40.c.4.H
Vſura eſt duplex, ſcilicet, vſura ſortis, & vſura vſuræ, vſura ſortis eſt id, quod datur vltra ſortem pro vſu rei mutuatæ: vſura vſuræ dicitur, quando pro expectatione ſolutionis pecuniæ vſurariæ, datur alia vſura. Et vocatur improbum fœnus. Et qui talem vſuram exercet, ſecundum leges ciuiles eſt infamis, vt patet. 3. q. 1. c. tria. Et ſecundum iura canonica, vtraque eſt prohibita, & quancunque exercentes ſunt infames. 6. q. 1. c. infames. Mat. tom. 7. 41.c.1.A
Dare ad vſuram mutuum peccatum eſt, quia eſt contra rationem. Et eſt ſecundum ſe iniuſtum: quia venditur id, quod non eſt. Mat. to. 7. 41.c.1.B
Non dat quis ſponte vſuram pro pecunia mutuata, ſed eſt inuoluntarium mixtum. Nam ſi vſura eſſet ſimpliciter in voluntate ſoluentis vſuram, nihil ſolueret neque ſub vſuris acciperet: ſed quia eſt conſtrictus inopia, iudicat melius eſſe recipere pecuniam ſub vſuris ad ſubuentionem inopiæ, quam habet, & ſoluere ſponte vſuras, quàm non recipere, neque ſoluere. Et ideo non dat ſimpliciter volũtarie pecuniã vltra ſortẽ. Mat. to. 7. 41.c.3.I
Vſura in veter. teſtam. non erat ſimpliciter vetita Iudæis: neque totaliter conceſſa: quia Iudæis erat illicitum dare ad vſuram alijs Iudæis de progenie Iacob. Bene tamen gentilibus, & conuerſis ad iudaiſmum, vt patet Deu. 23. & Leui. 25. Et non ſolũ cogebantur non dare ad vſuram: ſed etiam gratis mutuare quicquid peterent. Et ſi poſſent ſoluere, reſtituebant. Sin autem, erat donatum in anno ſeptimo remiſſionis &c. Et conuerſi ad iudaiſmum ex gentilitate, non dicebantur fratres Iudæorum. Deut. 15. Cum tibi, inquit, venditus fuerit frater tuus Iudæus, vel Iudæa, qui eſt frater tuus &c. Et Leuit. 25. Seruus & ancilla ſint vobis de nationibus &c. Et magis dabant Iudæi ad vſuram conuerſis ad iudaiſmum, quàm pure gentilibus, quia cũ gentilibus parua aut nulla erat cõmunicatio. Imo interdicta erat in multis, ne verterentur ad idolatriam. Exo. 34. & Deu. 7. & 12. Mat. tom. 7. 41.c.4.F. Et conuerſi ad iudaiſmum poterant dare ad vſuram Iudæis ex genere, ſiue diuitibus, ſiue pauperibus, vt probatur ibidem. 42.c.2.A. Et conuerſi ad iudaiſmum poterant dare licite ad vſuram gentilibus, & alijs conuerſis ad iudaiſmum, vt probatur ibid. c.3.k. Et hoc non erat per modũ diſpenſationis, ſed prohibitionis proprie. ibidem. c.4.F
Iudæi dantes ad vſuram alijs Iudæis ex genere, peccabant. Sed non peccabant dãdo ad vſuram alienis. i. gentibus conuerſis ad iudaiſmum, vt probatur. Matt. tom. 7. 43.c.1.D
Non conſtat, q̃ Deus conceſſerit Iudæis dare ad vſuram alienis ad duritiam cordis eorum: ſicut conceſſit libellum repudij. Et ſi concedatur, q̃ ſic: nõ ſequitur, q̃ peccarẽt: quia lex diuina poteſt facere eſſe licitum id, quod eſt illicitum. Non tamen lex humana. Matt. to. 7. 43.c.2.E
Omnem vſuram vetuit Chriſtus, tanquam malam ſimpliciter. Mat. to. 7. 43.c.3.G
Vſuram cur Chriſtus vetuit. Mat. to. 7. 43.c.3.H
Vſura non eſt de malis, quæ nullo modo poſſunt eſſe bona, vel licita, qualia ſunt illa, quæ ſunt contra primam determinationem iuris naturæ, ſed eſt de malis, quæ aliquo modo ſunt contra rationem, ſed non ſunt determinate contra illam. Et ideo non eſt illicitum, q̃ quis illa agat, quouſque aliquo modo ſint vetita. Matt. to. 7. 43.c.3.H
Circa vſuram poteſt dupliciter ſumi licitum. Vno modo, q̃ licita erat Iudęis ex ſola diſpenſatione. Alio modo, q̃ nulla exiſtente lege, erat illicita, & ſecundum hoc potuit dupliciter introduci lex illa Deut. 23. & Leui. 25. de vſuris. Accipiendo primo modo, dicendum erat, q̃ vſura erat illicita Iudæis ante datione legis &c. tam ad ipſos, quàm ad alienos. Cum vero data eſt illa lex diſpenſatum eſt cum Iudęis, vt poſſent dare extraneis ad vſurã. Sed accipiendo ſecundo modo, dicendum, q̃ iſta fuit lex data Deu. 23. Et Leui. 25. De non dando ad vſuram fratribus, ſed alienis, non fuit diſpenſatio, vel relaxatio, ſed aſtrictio ad aliquid, ad quod prius non tenebantur. Matt. to. 7. 44.c.4.H
Viura poterat eſſe licita ante vetus teſtamentum ſine diſpenſatione. Mat. to. 7. 44.c.2.D
Vſuræ in legę Chriſti nullo modo licitę ſunt. Matt. tom. 7. 45.c.1.E
Vſura eſt contra ius naturale. i. contra ſecunda præcepta iuris naturalis. Et ideo, quando non erant vetita lege aliqua, vel conſuetudine, non videbatur eſſe peccatum: niſi eſſet nimia extorſio: quia iam nõ cauſabatur peccatum ex genere actus, ſed per accidens. Et ita, cum ante legem Moyſi, non eſſet vetita vſura, videtur, q̃ non erat peccatum dare ad vſuram, & ita lex illa data Deu. 23. & Leui. 25. de non dando ad vſuram fratribus, ſed alienis, nõ fuit diſpenſatio, vel relaxatio, ſed aſtrictio ad aliquid, ad quod prius non tenebantur. Mat. to. 7. 44.c.4.H
Dare ad vſuram fuit licitum Iudæis ad alios Iudæos ante legem datam. Deu. 23. & Leui. 25. vt probatur. Mat. to. 7. 44.c.1.E
Lex illa Iudæorum de vſura Deu. 23. Leui. 25. poteſt vocari aliquo modo diſpenſatio, & alio modo arctatio: tamen ſi ſimpliciter petatur, an tunc fuerit relaxatio, vel arctatio, dicendum, q̃ arctatio, & nõ relaxatio. Mat. to. 7. 45.c.1.A
Dando ad vſuram non peccabant Gentiles ante dationem legis Moyſi, nec poſtea vſque ad promulgationem euangelij: niſi forte eſſet aliqua lex poſitiua, aut conſuetudo, quæ hoc veraret: quia ex talibus haberent vim obligandi præcepta ſecunda legis naturę, vel niſi eſſet immoderata extorſio vſurarum. Matt. to. 7. 47.c.1.B
Iudæi non poſſunt nunc licitè dare ad vſuram nobis: quia licitum eſt repetere ab eis vſuras: & hoc ideo eſt, quia ceſſauit lex Moyſi &c. & per conſequens ipſi peccant. Matt. to. 7. 47.c.1.D
Iudæi putant non licere dare ad vſuram ad inuicem: bene tamen dare nobis, & ita obſeruant. Nam nobis dant ad vſuram, ſed non alijs Iudæis, cùm credant manere legem Moyſi: ſed neutrum licitum eſt eis iam. Matt. to. 7. 47.c.2.A
Infideles, qui nunc dant ad vſuram, peccant, quibuſcunque dent. Et peccatum eſt non ſolùm, quia agunt contra legem Chriſti, ſed quia eſt contra ius naturæ. Et tamẽ neutrum iſtorum ſufficit, ſed ambo

ambo requiruntur.Mat.to.7. 47.c.3.G
Non licet nobis dare ad vsuram. Mat.to.7.47.c.3.K. Et vetitum est nobis dare ad vsuram propter multa.Mat.to.7. c.4.F
Per lucra vsuraria efficiuntur homines valde cupidi. Mat.to.7. 47.c.4.K
Vsuræ erant debitæ,& licitæ secundum leges ciuiles in multis casibus, scilicet ex stipulationibus habitis inter partes ex pacto nudo in contractu bonæ fidei incontinenti apposito. Etiam in contractibus stricti iuris. Etiam in pecunia traiectitia, & etiam ex mora, & in alijs casibus, de quibus late Hostien.in summa ti.de vsuris.§.pro quib⁹ rebus: Sed omnia illa reuocata sunt, & reducta ad dispositionem legis Christi, & iuris canonici Mat. tom.7, 48.c.1.A.
Vsura variè se habuit apud Gentes: nam in principio non erat posita aliqua quantitas, sed propter periculum reip.&c.successu temporum leges Romanorum,& aliæ leges bene definierunt certam quantitatem vsurarum &c. Et ista olim tenuerũt priusq̃ lex Christi haberet originẽ: post quam legem,& canonicam dispositionem in nullo foro tenent leges, in quibus permittant̃ vsuræ propriè dictæ. Et Imperator dicit quod sacræ leges non dedignantur sacros canones imitari,& specialiter in matrimonio, & vsuris, & vt clerici apud suos proprios Episcopos cõueniantur.Et.2.q.3.§.hinc colligitur.& extra de noui operis nunci.cap.intel leximus. Mat.to.7. 48.c.1.D
Vsuræ reprobantur in concilio Niceno.47.distin.c. quoniam ergo. Mat.to.7. 48.c.1.E
Aliud est dicere, vbi sunt vsuræ,& aliud, in quo cõtractu sint. Si dicatur de secundo dicendum, q̃ in solo contractu mutui inuenitur vsura. Et aliquid est, in quo sint vsuræ præter contractum mutui,& non est contractus. Sicut q̃ secundum legem veniunt vsuræ ex mora. Et mutui contractus est,q̃ res vnius transfertur in alterum, & nõ est precium pro illa constitutum: quia alias esset venditio.Et dicitur mutuum,quasi meum tuum, idest q̃ res vnius fit alterius. Et contractus mutui est in illis rebus,quæ in numero,pondere, & mensurá consistunt, vt in pecunia, in massa auri &c.in oleo,tritico,vino &c.Causa quare in mutuo cadat vsura, & non in alijs contractibus, est ex eo, quia mutuum debet esse gratuitum &c.Similiter & accomodatum &c.Et tunc,si petatur aliquid,aut petitur pro re,vel pro vsu rei. Si pro re, aut quod petitur, est pecunia, & tunc est emptio, & venditio, aut est alia res, & est contractus permutationis. Si autem pro vsu rei, aut accipitur pecunia, & sic est contractus locationis: & si alia res, erit contractus innominatus.s.do,vt des:facio,vt facias. Mat.to.7. 48.c.2.A
Propterea vsura cadit in mutuo, quia ad mutuum pertinent res,quarum vsus non distinguitur.i.non separatur a substantia rei,vt in pecunia,oleo,vino, tritico, &c. In rebus vero, in quibus distinguitur vsus a re, potest accipi aliud pro vsu, & aliud pro re.Et non est vsura,vt in equo,domo,veste. Matt. tom.7. 48.c.2.D
In venditione non accidit vsura: nisi quatenus inuenitur ibi mutuum: quia fingitur mutuata pecunia,quæ dari deberet ab emptore,& non datur statim.Matt.to.7. 48.c.3.I
Vsura accidere potest in locatione, inquantum ibi inuenitur mutuum &c. Similiter & in contractu permutationis.Matt.to.7. 48.c.4.H
Non potest inueniri vsura in commodato,& in precario:quia isti contractus necessario sunt gratuiti. Et si desinant esse gratuiti,transeunt in locationẽ: sed non est vsura in illis. Matt.to.7. 49.c.1.C.
Vsura non solum potest inueniri in pecunia,sed etiã, in omnibus,quæ ad mutuum pertinent.Mat.to.7. 49.c.1.D
Vsura propriè solum accidit in contractu mutui. Si verò largè accipiatur, inuenietur etiam in venditione,locatione,& permutatione,quatenus in huiusmodi contractibus potest intelligi,vel fingi species tacita mutui. Matt. to.7. 49.c.2.B
In vsura possunt esse duæ res: quædam est,quę datur ad vsuram: altera est, quæ redditur in superabundantia. Illud,quod datur in superabũdantia interdum pertinet ad mutuum, interdum ad quamlibet aliam rem.Mat.to.7. 49.c.2.B
Si post solum mutuum datur aliquid ipsi mutuanti ex pacto tacito, vel expresso in mutuatione, talis contractus est vsurarius ex forma,siue illud,quod datur vltra mutuum sit pecunia, siue sit mensurabile pecunia: etiam ea, quæ pecunia non mensurantur, possunt venire in pactum,vt benevolentia,& amor &c. Quidquid ergo venerit in pactũ, est iniustum. Si autem illud non fuit ex pacto ante mutuationem,tamen mutuans exegit ab alio, tanquam debitum, & illud fuit de his, quæ mensurantur pecunia, illud tale est vsura. Et iste est casus, qui ponitur.4.q.3.c.Si fœneraberis.& c.plerique. Si verò illud sit de his,quæ non mensurantur pecunia, bene potest exigi, licet non potuerit deduci in pactum ab illo,cui mutuauit: vt scilicet quòd eum amet: aut quòd ei sit benevolus. Et in hoc nulla est inhonestas. Si autem mutuator accepit gratis oblatum, & non exigit,sed illud expectauit, prius quàm mutuaret, illicitum est. Si autem non expectauit,non est vsura, neque aliquod peccatum.Matt.to.7. 49.c.4.F
Qui mutuat alteri, potest aliquid recipere vltra sortem pro recompensatione damni, quod sustinet mutuando: nec hoc est vendere vsum pecuniæ, sed damnum recompensare. Et damnum potest esse dupliciter. Vno modo in iactura rerum,q̃.s. perdimus aliquid eorum,quę habemus,vel eorũ, quę nobis de iure cõpetunt, licet nondũ habeantur, quod proprie vocatur damnũ. Alio modo in æstimatione eius,quod quis poterat lucrifacere.Et istud non propriè dicitur damnum,ut si mutuans dicat: Ego sum perditurus tantum, si tali die non habuero pecuniam istam. Et indigens velit accipere illam cum tali conditione, vt damnum illud resarciat,non est vsura.Secũdum verò damnum non potest recompensari,nec aliquid pro illo potest in pactum deduci vltra sortem, neque peti sine pacto: quia iniustum est, cùm id, quod acquirendum est,nondum sit in rebus nostris, & quod non est,non potest vendi.Mat.to.7. 49.c.4.k
Mutuator potest expectare remutuationem:non tamen in pacto ponere, prius quàm mutuet. Matt. tom.7. 50.c.3.F
De pecunia data alicui artifici,vel mercatori, vt negotietur &c.cùm non sit mutuum:quia nõ transfertur dñium in mercatorem, vel artificẽ,sed per se retinet, ideo nec periculum pecuniæ pertinet ad mercatorem, vel artificem, sed ad dantem, cùm alius de pecunia eius negocietur, vel operetur aliquid.Et tunc licet expectare,vel recipere lucrum de pecunia,scilicet partẽ lucri.cum sit quędã societas &c. Neq; accipitur hic aliquid p̃ pecunia, neque pro vsu pecuniæ: sed accipitur aliquid de vsu pecuniæ. Matt. to.7. 50.c.3.G

Mutuans

Mutuans alicui pecuniam, à quo pro pignore accipit rem, quæ habet vsum distinctum à substantia rei, non accrescit tenēti illud vltra sortem mutuatam, &c. Secus si pignus esset res, cuius vsus non distingueretur à substātia rei, vt vinum, triticum, oleum, &c. In alijs verò subtrahendus est vsus, vt valor vsus computetur in sortem, detractis expēsis, &c. vt patet extra de vsuris, c.1. Matth. tom. 7. 50.c.4. F

Si quis carius vendat, quàm res rationabiliter valet, quia pretium tarde recipit, vsura est, quia expectatio habet locum mutui, quasi mutuata emptori à venditore pecunia, quam redditurus erat. Matth. tom 7. 51.c.1.B

Si in contractu mutui apponatur aliquid vltra sortē soluendum, non nomine vsuræ, sed pœnæ, licitum est illud exigere, quia nō est vsura, dum tamen sit intentio recta. Mat. to.7. 51.c.1.E

Quando aliquis mutuat in spe recipiendi aliquid vltra sortem, & sub hac intentione mutuat principaliter, quia, s. non mutuaret, si crederet se nihil recepturum, qui si postea nihil recipiat, dicitur vsurarius mentalis: si verò accepit, dr verè vsurarius. Si autem cum mutuauit habuit intentionem aliquid recipiendi, qui tamen mutuaturus erat, etiā si sciret, quòd nihil esset recepturus, placet tamen illi aliquid accipere, si offeratur, talis non videtur dicendus vsurarius. Matth. tom. 7. 51. c. 2. E. Qui verò principaliter mutuauit spe aliquid recipiēdi vltra sortem, & recepit aliquid vltra sortem, tenetur ad restitutionem, si foris ostendit intentionē, vt. s. si nolebat dare, nisi ad paucos dies, &c. Si autem nihil foris ostēdit, non tenetur ad restitutionem in foro iudiciali, bene tamen in foro pœnitentiali; vt patet extra, de vsuris. capit. consuluit. Mat. to.7. 51.c.3.I

Vsuram committit, qui ante mutuationem habuit intentionem habendi aliquid vltra sortem, & postea petit, quia hoc parum differt à pacto: & tenetur ad restitutionem. Si autem non sperabatur à principio, & postea petitur, & ex hac causa petitur, quasi accipiēs teneatur mutuatori ad hoc pro beneficio mutuatæ pecuniæ, vel vtilitate, vsura est. Sic accipitur 14.q.3.c.plerique; Mat. to.7. 52.c.1.D

Mutuans aliquid ex pacto alicui, vt ab eo mutuum accipiat, vsura est, &c. Si autem non ex pacto, sed ex intentione, cum fuerit indigens, & hæc est eius præcipua intentio, ita vt alias non esset mutuaturus, nisi sub hac spe, non est vsura. Et à fortiori si non primariò, sed secundariò habeat hanc intentionem, non erit vsura, &c. Mat. to.7. 52.c.1.E

Vsuræ vetitæ sunt omnibus tam laicis, quam clericis. Luc. 6. Mutuum dantes, & nihil inde sperantes; sed Ecclesia tenuit hūc modum, cùm à principio per suas constitutiones incepit vetare vsuras, solis clericis vetuit, vt patet 47.dist.c.quoniā multi &c. Postea verò procedente tempore, omnibus tam laicis, quàm clericis vetuit; vt patet 14 q.4.cap.de hoc, & extra, de vsuris c.quoniam, & ca. præterea, & quasi per totum. Et assignatur duplex causa, quare fuerit vetita clericis. Prima propter ordinis sui honestatē. Secunda quoniam à principio Ecclesia non habuit potestatē sæcularē super laicos, quo ad exercitium, nec erat certū an ei obedirent, vsq; quo firmata est totaliter potestas Ecclesiæ super credentes, & principes subdiderunt capita sua Ecclesiæ, nō ausa est vetare vsuram, quæ humanis legibus concedebatur. Mat. to.7. 52.c.2.C

Non licet dare alicui ad vsuram, vt lucra inde collecta expendat in opera pia. Mat. to.7. 52.c.3.G

In nullo casu vsura est licita, licet sint aliqui casus; in quibus vsura videtur esse licita, & tamen non est vera vsura: & ponuntur tredecim casus.

Primus est in fœudo Ecclesiæ. Mat. to.7. 52.c.3.I

Secundus, quādo Ecclesia recipit possessionem suā de manu laicorum, illam iniustè possidentium. Mat. to.7. 53.c.2.E

Tertius, quādo gratis aliquid offertur ab eo, qui mutuo accepit. Mat. to.7. 54.c.2.C

Quartus, in fideiussoribus. ibid. 54.c.2.E

Quintus, est in dote. Mat. to.7. 54.c.3.G

Sextus, in pacto legis comissoriæ, quæ habetur. C. de pactis inter empt. & vendit. l. comissoriæ. Mat. t. 7. 56.c.3.F

Septimus, qñ pecunia datur ad pompam. Mat. to.7. 57.c.1.B

Octauus, quando quis in pœnam recipit plus sorte. ibidem. 57.c.2.B

Nonus, est in arrendatione. Mat. to.7. 57.c.2.E

Decimus, quando mutuator ratione mutui, subit laborem. ibid. 57.c.3.I

Vndecimus, quātum ad illum, cui volumus iure nocere. ibid. 57.c.4.H

Duodecimus, quando soluit pretium post tempora statuta. ibid. 58.c.2.C

Decimus tertius, propter dubium, vt si quis vendat fructus carius, quàm nūc uendantur, quos nō erat nunc uenditurus, sed tempore, quo carius ualent. Mat. to.7. 58.c.4.H Alij addunt decimum quartū. Mat. to.7. 59.c.1.C

Vltra sortem potest Ecclesia recipere fructus alicuius possessionis, quam aliquis habet in feudum ab Ecclesia, si det eas pignori ipsi Ecclesiæ p mutuo, vel alio debito soluendo; & hoc fit in fauorē Ecclesiæ, vt cito recūperet feudum de manu laicorū. Nam per infeudationem fit alienatio bonorū Ecclesiæ, & ista alienatio est odiosa, & ideo iurant Episcopi nō feudare de nouo incōsulto Romano Pontifice, vt colligitur extra de feudis. c. ex parte. Sic etiam Ecclesia restringit feuda quantum pōt, vt si quis habeat decimas in fedum ab Ecclesia in aliquo loco, & superueniant noualia, non habebit feudatarius decimas noualium, vt patet extra, de decimis c.tua Mat. to.7 52.c.3.K. Et idem pōt teneri de quolibet domino feudi recipiente in pignus ipsum feudum, vel partem aliquam feudi à feudatario. Mat. to.7. 52.c.4.I. Si autem feudatarius det pignori feudum, vel rem feudalem alteri, quàm domino, non licet computare fructus in sortem. ibid. 53.c.1.E

Et cum dominus recipit feudū in pignus, si nō vult computare fructus in sortem, non debet exigere seruitium à vasallo, neque recipere. extra de feudis ca. ex parte. Et ita loco seruitij accipiuntur fructus, qui non computantur. Et hoc facit illud nō esse vsurā. ibid. Si tamen dominus feudi recipiat feudum, aut rem feudalem ab eo, qui non est feudatarius, sed feudatarius pignori dedit alteri feudum, & concessit ei, quòd posset illud concedere pignori alteri, & iste tertius det illud domino feudi pro mutuo, tunc dominus feudi tenetur computare fructus in sortem. Mat. to.7. 53.c.2.A

Si laicus recipiat mutuum à clerico, & det clerico pignori possessionem pertinentem ad Ecclesiam illius clerici, tenebit eam clericus, & non computabit fructus in sortem, &c. Neque sic committit vsuram propter duo. Mat. to.7. 53.c.2.E

Et idem dicendum de omnibus, qui hæreditate succedunt detentatori. Si verò is, qui dat pignori, emit eam à detētatore, aut pignori accipit, debet

Ecclesia

Eccleſia cõputare fructus in ſortẽ, vt ꝓbatur ibid.
Et Eccleſia habẽs in pignus aliquam poſſeſſionem alicuius laici a detentatore illius poſſeſſionis, cum licentia dñi poſſeſſionis, poterit detinere fructus ne computet in ſortem, quia pro laico agit. Matt. tom. 7. 53.c.4.F
Et ſi detur pignori laico dño illius poſſeſſionis à detentatore, poteſt dñs non cõputare fructus in ſortẽ, extra de vſuris c.1.in Glo. Mat.to.7.53.c.4.K. Et ꝑdicta intelligũtur de bonis Eccleſiarũ iniuſte detẽtis a laicis, cũ aliquo tñ colore. Mat.to.7.54.c.2.A
Quãdo poſſit mutuator accipere munus gratis oblatum vltra ſortem, & qñ non. Mat.to. 7.54.c.2.D
In fideiuſſoribus licet recipere vltra ſortẽ, nam ſi neceſſe fuit fideiuſſori ſoluere vſuras creditori pro debitore, recipit illas a debitore, extra de fideiuſſori.c.peruenit & c.conſtitutus, & ita debitor ſoluit vltra ſortem receptam. Mat. to.7. 54.c.2.E
Si ſocer aſſignauit genero dotẽ, & nõ tradidit eam, & dedit interim poſſeſſionẽ aliquam pignori pro ea, nõ tenetur gener cõputare fructus in ſortẽ pro ſolutione dotis, ſed retinebit pignus & fructus, quouſq; tradatur dos integra, extra de vſuris c.ſalubriter. Et hoc verum eſt, quando vir ſuſtentat onera matrimonij. Matth. tom. 7. 54.c.3.G
Et in caſu, quo, mortuo viro, mulier petat dotem, & hæredes viri dent aliquã poſſeſſionẽ in pignus, vſquequo illã, vel eius æſtimationẽ reddant, debet mulier cõputare fructus in ſortem. ibid. 55.c.2.A
Si autem gener accipit poſſeſſionem in pignus, quæ faciat maiores redditus, quam dos, & illam accepit ſine conuentu, & pacto, ſed ſimpliciter, dicendum, ꝙ nullus fructus tenetur computare in ſortem dotis, ex quo fructus ſunt indeterminati; cũ tam in iudicio Dei, q̃ in induſtria viri, poſſunt eſſe fructus maiores vel minores. Et ideo propter hoc dubium non licebit non computare fructus, quia dubium ſemper tollit vſuram, vt patet extrà, de vſuris c.in ciuitate. & c. Nauiganti. Mat. to.7. 55.c.2. D. Sed ſi ſocer conſtituat dotem promittendo ſe illam certo die traditurũ, & interim, pro ſuſtentandis oneribus matrimonij conuentum ſit inter eos, ꝙ dẽtur certi denarij pro libra, Hoſtiẽ. & loã. Andreas dicunt, ꝙ iſta eſt illicita pactio, quia iſte manifeſtè addit ad ſortem, & recipit pretium pro dilatione ſolutionis. Matt. to. 7. 55.c.4.F
Vſuram ſæpe tollit dubiũ, vt patet extra, de vſuris c. in ciuitate, & c. Nauiganti. Mat.to.7. 55.c.3.K
Quando preſumitur, quòd contractus fiat in fraudem vſurarum, vel purè, aſſignantur ſigna ad hoc Matt. tom. 7. 56.c.3.k
Si autem quis emat agrum ſub hoc pacto, quòd quãdocunque voluerit reſtituere, quòd reſtituat, & venditor teneatur reddere pecuniam, tunc videtur, ꝙ emptor non debeat reſtituere redditus in ſortem. Matt.to.7. 56.c.4.k
Si quis non habens pecuniam velit diues apparere, & accipiat ab alio multos denarios auri & argenti, quos reſtituet functo officio, & aliquid inſuper, nõ eſt ibi vſura, vt patet. ff. cõmodati. l.3.§.penulti. Et cauſa huius eſt, quia iſte non eſt contractus mutui, ſed locationis, in qua datur vſus rei pro pretio, & reſtituitur res cum pretio. Matt.to.7. 57.c.1.A
Si apponatur pœna in contractu non ſoluenti mutuum vel aliud debitum in termino, & non ſoluat debitum, poteſt a debitore exigi prædicta pœna &c. dummodo nõ fiat in fraudem vſurarum, & aſſignantur ſigna ad cognoſcendum hoc, & non exigitur pœna tanquam ſuperabundantia, ſed tanq̃ intereſſe ꝓpter morã. Mat. to. 7.57.c.2.B

In arrendationibus, quando quis emit fructus ad tẽpus, licet emptor percipiat aliquid vltra de fructibus, non tenetur reſtituere ei, à quo emit: & cauſa huius eſt dubium & incertitudo valoris eorum; & ideo propter dubium contractus eſt licitus. extrà de vſuris c. in ciuitate. & c. nauiganti, maxime, quia emptor fructuum ſubijcitur omni periculo. Matt. tom. 7. 57.c.2.E
In venditione non eſt vſura, niſi quia in illa lateat quidã modus mutui ficti. ſ. prẽuentio in ſoluendo ad minorandum pretium rei, & dilatio ſolutionis ad augendum illud. Matt.to.7. 57.c.3.H
Si quis erat debitor vni vel multis ad certam ſummã vel ſummas, & nõ habens vnde ſolueret in pecunia, petiuit ab aliquo, vt totũ illud debitum vel debita ſolueret, & liberaret eum à creditoribus, & pro hoc obligauit ei agrũ, quẽ dedit ei pignori; & ad ſoluendum illa debita oportuit fortè, ꝙ mutuator mitteret ad multa loca, vbi erant creditores, & ſic ſubijt expenſas multas, & laborem & ſollicitudinem, vt liberaret debitorem &c. poterit iſte recipere fructus agri in ſortem mutuatæ pecuniæ, vel aliquid aliud pro labore & ſollicitudine; & excuſatur iſte, quia non accepit hic aliquid pro vſu pecuniæ, ſed pro labore & operis ſuis, quas quilibet poteſt locare: & habetur ſimile extrà de rebus eccleſiæ non alienan. c. ad noſtram. Matth. tom. 7. 57. c. 3.I
Vſuras poſſumus iuſtè extorquere ab illo, cui volumus nocere. ſ. hoſti publico reipublicæ & pro tali declarato, nec vltra ſortem exigitur ratione contractus, ſed quia etiam alias ſine vllo contractu poteramus accipere, cum & liceret eum occidere, & omnia ſua diripere. Matt.to.7. 57.c.4.H
Non licet dare ad vſuram Iudæis, quia non ſunt hoſtes, ſed manentes nobiſcum in pace ſub vmbra noſtra & nominis Chriſti, licet ipſum non colant. Similiter neque Saracenis, qui habitant inter nos, & ſubditi ſunt nobis ſicut Iudæi. Saracenis verò, qui non habitant inter nos, & ſunt denunciati vt hoſtes publici &c. benè licet dare ad vſuram. Matt.to.7. 58.c.1.B
Vſura eſt in feudo eccleſiæ. Matt.to.7. 52.c.3.K
Vendere rem carius, quia expectat quis ſolutionem rei venditæ poſt aliquantum tempus, vſura eſt. Matt.to.7. 56.c.2.D
In contractu venditionis non eſt vſura. Matt.tom.7. 57.c.3.H
Nolle reſtituere non reducit prædeceſſorem ad crimen vſurarum, de quo ipſe doluit priuſquam deceſſerit. Matt.to.7. 67.c.3.I
Quòd ad reſtitutionem vſurarum de Saracenis & de Paganis non fuerit expreſſum, quid fuerit in cauſa. Matt.to.7. 70.c.1.G
Iudæi & Saraceni habitantes in diuerſis regionibus non compelluntur ab eccleſia reſtituere vſuras. Matt.to.7. 70.c.2.C
Chriſtianus dans ad vſuram peccat mortaliter. Mat. tom.7. 70.c.3.H
Hæredes ſunt duplices, quorum primi tenentur ad reſtitutionem vſurarum. Matt.to.7. 70.c.4.k
Omnes hæredes coguntur reſtituere vſuras. Matth. tom. 7. 71. c. 1. D. Sed quo tempore ad talem reſtitutionem teneantur. vide ibidem. Et ſi fuerint duo vel tres hæredes, vel plures, & ante ſolutionem aliquis eorum efficiatur non ſoluendo, tenebuntur alij eorum inſolidum, tam in foro contentioſo, quàm conſcientiæ, ſaltem quantum ad id, quod peruenit ad eos. Matt. to.7. 72.c.1.A
Vſuræ dantur pauperibus, defuncto vſurario, ac hæ-

redibus, sed quandiu vsuræ possint restitui, non sunt dandæ pauperibus. Matt. to. 7. 73. c. 4 G
Soluere vsuras non est peccatum, licet petere & accipere sit peccatum. Matt. to. 7. 74. c. 3. H
Contra iurantem non repetere vsuras, potest iudex dupliciter procedere. Matt. to. 7. 74. c. 4. F
Vsura propriè dicta consistit in mutuo, & ista est illicita, quia est contra rationem. Mat. to. 7. 77. c. 4. F
Si quis vendidit agrum, ita vt solutio eius fieret post mensem vel alias, & lapso termino, non soluat emptor, tenebitur ad vsuras. C. de vsuris. l. 2. Et causa excusans vsuras in isto, est quia vendens concessit emptori terminum solutionis, & interim facit fructus suos. Et si emptor non soluat lapso termino, fraudatur venditor, & tunc accipit sortem, non nomine vsuræ, sed interesse. Matt. to. 7. 58. c. 2. C
Accipiens mutuum ex pacto, ꝙ teneatur statim ad dānum vel interesse, quod prouenit ex mutuatione, & damnum est certum, tenetur soluere pœnā ad certū diē posītā. Et soluere illam pœnam, non est vsura, quia nihil accipit mutuās pro vsu pecuniæ, sed vult vitare damnum: Si autem damnū nō sit certum, non est illicitus contractus, nisi fiat in fraudem vsurarum. Si autem non fuit deductū in pactum, ꝙ solueret damnū, & damnum prouenit sine mora solutionis, nō tenebitur debitor ad dānū. Si aūt dānū proueniat ex mora solutionis, tenetur ipso iure, ēt si non veniat ex pacto. De lucro dicit S. Tho. Secunda Secundæ. q. 78. art. 2. ꝙ non est simile sicut de damno. i. non tenetur ad illud interesse accipiens mutuū. s. vt det mutuatori, quantū lucrari poterat, si haberet pecuniam, quā mutuauit. Sed si lucrum est certū, idē est sicut de dāno vitando &c. Secus tñ si lucrum non sit certum, vel saltem nō sit in promptu: sicut quantum ad damnum, nunquam potest peti interesse, nec ex pacto, nec ex mora, quia non potest quis vendere, quod suum non est. Matt. to. 7. 58. c. 3. G
In casu propter dubium licitè accipitur aliquid vltra sortem, vt si quis vendat nūc fructus carius, quàm nunc vendantur, quos nunc non erat venditurus, sed tēpore, quo ista carius valent, potest iste vendere carius q̄ nūc valent, si dubium est, an tempore, quo iste venditurus erat, esset res plus valitura, & hoc verisimiliter credatur. Sed non licent clericis tales venditiones: nā hoc vocat turpe lucrum Iulius Papa. 14. q. 4. c. quicunq;. & c. clerici, & canonum. & c. si quis oblitus. Et sicut dicitur de tempore, ità de loco dicendum est. Mat. to. 7. 58. c. 4. I
Si quis volebat portare merces ad locum, vbi verisimiliter erant carius valituræ, & inuenit aliquem, qui in hoc loco det sibi tantū, quantum habiturus erat in alio loco, ad quem intendit eas deferre, detracto periculo, labore & expensis, Innocentius & Abbas dicunt illam non esse vsuram: Hostien. verò dicit, ꝙ est vsura; sed Ioānes Andreas mediat inter istos extrà de vsuris. in c. nauiganti. dicens, ꝙ si ille vult statim date pretiū, ꝙ non est vsura: si verò non vult soluere statim, videtur, ꝙ sit vsuræ prę sumptio, quia emitur dilatio temporis. Matth. tom. 7. 59. c. 1. C
Si quis mutuet alicui decem duplas, quæ nunc valēt mille denarios, & postea recepit eas in tempore, quo valent mille & ducentos denarios, quando est vsura, & quando non. Matt. tom. 7. 59. c. 2. A
Quando cōmittatur vsura, cum traditur precisè pecunia pro pecunia, vel alia res in eadem specie, numero, & pondere, & quando non. Matt. tom. 7. 59. c. 2. D
Quando sit vsura mutuare vetus frumentum, vt nouum recipiat, & quando non. Matt. to. 7. 59. c. 3. k
Iudæi peccant mortaliter exercendo nunc vsuras, & vindictam prosequendo. Matt. to. 5. 102. c. 3. B
Triplex vsuræ definitio refertur. s. Innoc. Raimundi, Ambrosij, & aliorum. Et definitionis expositio. Matt. to. 7. 40. c. 3. I
Vnde cauſetur vsura, & quare. Mat. to. 7. 41. c. 1. B
Vsura duplex. Mat. to. 7. 41. c. 1. B
De vsura gentilium. Matt. to. 7. 42. c. 4. F
Quare omnem vsuram vetuerit Christus. Mat. to. 7. 43. c. 3. H
Iudęi non peccabant dando ad vsuram alienis. Mat. tomo septimo. 43. c. 4. K
Vsura dupliciter erat licita in veteri testamēto. Mat. tomo septimo. 44. c. 1. D
Secundum legem Christi in nullo casu vsuræ sunt licitæ. Mat. to. 7. 45. c. 1. E
Apud gentes licitæ credebantur vsuræ. Matth. to. 7. 46. c. 1. A
Lex de vsuris apud Iudæos non fuit dispensatio, sed arctatio. Mat. to. 7. 45. c. 1. E
Si concederetur vsura, quæ mala sequerentur. Matt. tomo septimo. 47. c 4. G
Apud gentes variè se habuit vsura. Mat. t. 7. 48. c. 1. A
Quare in mutuo accidat vsura. Mat. to. 7. 48. c. 2. B
Vsura vnde traxerit nomen. Mat. to. 7. 48. c. 3. H
De duplici vsura. Mat. to. 7. 48. c. 3. K
Vsura equi quid sit. Mat. to. 7. 48. c. 3. k
Vsura pecunię quid sit. Mat. to. 7. 48. c. 4. H
Penes locationem non accidit vsura. Matth. tom. 7. 48. c. 4. k
In contractu permutationis rerum quomodo accidat vsura. Mat. to. 7. 49. c. 1. A
In vsura possunt esse duę res, vna est quę datur ad vsuram, & alia, quę redditur in superabundantia. Mat. tomo septimo. 49. c. 2. B
Vsura & pęna differunt. Mat. to. 7. 51. c. 1. E
Spes deducta in pactum, quando sit vsura. Matth. tomo septimo. 52. c. 2. B
Quare vsura sit primo vetita clericis. Mat. t. 7. 54. c. 1. B
Si dans pecuniam mercatori ad negociandum, qui solus mercator ponat laborem, & dās pecuniam tenet penes sę periculum pecunię, & damnum, aut si res emptæ de pecunia perirent, aut minus valuerint, tunc nō est vsura, vt dominus pecuniæ habeat partē lucri. Et ratio est, quia hic est societas, & non mutuum; si autem periculum pecuniæ transfert in mercatorem, qui negociatur, talis cōtractus est vsurarius. Et ita dicit Hostiensis, quòd si pecunia data perierit casu fortuito, quòd consulendum est in foro animæ ei, qui dedit pecuniā, vt remittat, & non repetat eam ab eo, cui tradidit ad negociandum. Mat. to. 7. 62. c. 3. I
Sit casus, ꝙ aliquis volebat ire ad nundinas, vt merces emeret, & deduceret in alium locum, vel seruaret propter lucrum: & ego indigens pecunia, petiui eam ab eo, promittens me reddere illam in tempore certo cum lucro, quod ille se sperabat se habiturum, Innocentius tenet, quòd ille cōtractus sit vsurarius, sed Hostien. dicit, quòd ego obligor ad interesse lucri illius, quod ille mercator facturus erat verisimiliter, dummodo non fiat in fraudem vsurarum, &c. Et Ioannes Andreas dicit, quòd ego non teneor ad illud interesse nisi ex mora, &c. Et hoc videtur verum. Matth. tomo septimo. 63. c. 1. B
Sit casus, quòd aliquis esset obligatus dare alicui vsurario certum debitum cum vsuris, & haberet pecuniam, de qua statim volebat satisfacere de debito, & de vsuris, sed socius eius petiuit ab eo mutuo

tuo illam pecuniam, quam dedit illi, sub hac conditione, vt solueret vsurario debitum, & vsuras de cœtero currentes; non est contractus vsurarius, neque talis peccat; quia ille nihil acquirit, sed euitat damnum, quod alias erat euitaturus, secus tamen si ille non volebat de pecunia illa satisfacere creditori statim. Mat. to. 7. 63. c. 2. B

Mutuans communitati pecuniam ea conditione, quòd quamdiu communitas pro illo debito sibi obligata esset, non teneretur ipse ad soluendum impositiones, vel collectas, contractus est vsurarius, si certum esset, quòd interim aliquæ collectę imponerentur, quia pro expectatione solutionis acquirit hoc, quòd non soluat collectas, quas alij soluunt. Si autem non erat certum, quòd illæ collectæ essent interim imponendæ, sed dubium, tunc ille contractus nō est vsurarius, quia dubietas excusat. Mat. to. 7. 63. c. 2. E

Sit casus, quòd aliquis mutuaret alicui eunti ad nundinas centum, & retineret penes se periculum illorum; an possit aliquid pro hoc recipere. Dicendum, quòd si esset contractus societatis, vt cū illa pecunia negociaretur pro ambobus, cōtractus esset licitus. Si verò esset contractus mutui, non posset quidquam recipere, &c. Si autem esset cōtractus locationis, non videretur esse iniustum, quòd acciperetur aliquid pro vsu pecuniæ. Nam in qualibet re locabili, locator accipit pecuniā pro vsu rei, quam locat; sed quia pecunia magis se habet ad commutationes, quàm ad locationes, &c. non est securum locare pecuniam accipiendo aliquid pro vsu eius. Si tamen verè, & sine fraude vsurarum, vel alia spe locaret quis pecuniam ad pompam, vel ad ponendum pignoratam retinens in eius periculū, sicut oportet ex conditione contractus locationis, non est illicitum aliquid accipere, pro vsu eius. Mat. to. 7. 63. c. 3. F

In venditione, quādo est vsura, est propter mutuum tacitè existēs ibi, aut propter anticipationem pretij dati, aut propter dilationem solutionis. Matth. tomo septimo. 64. c. 1. A

Dans hic alicui negotiatori, scilicet, in Hispania centum, vt Romæ, vel Ierosolymis faciat sibi responderi nonagintasex, non est vsura, sed est licitus contractus, potest tamen esse iniustus secundum quantitatem superabundantiæ. Et hic contractus habet aliquid mutui, & aliquid locationis. Matth. to. 7. 64. c. 1. A

Dans ad vsuram semper peccat, recipiens tamē mutuum sub vsuris, non semper peccat, sed aliquādo excusatur à peccato, & aliquando non, vt ostenditur Mat. to. 7. 64. c. 1. E

Ad restitutionem vsurarum receptarum tenentur omnes, siue Iudæi, siue Pagani, siue Christiani; & ratio est, quia vsuræ non possunt exigi sine peccato mortali, neque retineri, sed ad fugiendum peccatū mortale omnes tenemur, ergo omnes obligantur restituere. Mat. to. 7. 70. c. 1. A. Sed Ecclesia compellit Iudæos ad restitutionem vsurarum, nō quia retētio vsurarum sit peccatum, sicut exactio earum, &c. sed quia Iudæi communicant nobiscum in vnitate politiæ, & quia quædam peccata eorum sunt contra statum politicum, ideo eos punit Ecclesia, & principes seculares: sed circa illa, quæ non vertuntur in damnum publicum, non punit, &c. inter prima cadit vsura, & intelligitur de Iudæis, & Paganis inter nos habitātibus, secus de alijs. Nec Ecclesia compellit Iudæos ad restituendum Iudæis vsuras, sed Christianis. ibidem. 70. c. 1. D

Nec iudex Ecclesiasticus compellet Iudæum restituere vsuras, quas exegit ab alio Iudæo, etiam si Iudæus coram ipso exigat à Iudæo, quia non habet potestatem, &c. nisi contra Iudęos, qui dederunt Christianis ad vsuras, vt patet extra de vsuris. in cap. post miserabilem. & in cap. quāto. nec fuit conueniens, nec ad illos aduertit Ecclesia, nisi propter bonum Christianorum. ibid. 70. c. 2. C.

Iudæi tamen possunt repetere vsuras à Christianis coram iudice Ecclesiastico, & hoc fit in fauorem Christianorum, & non Iudæorum, & Iudæi compelluntur restituere Christianis quascunque vsuras. ibidem. 70. c. 3. G

In omni casu, qui receperit vsuras, tenetur eas restituere ad plenum, si habeat facultates, vnde soluat, vsquequo nihil illi maneat, cùm illud debitum proueniat ex delicto, scilicet, ex crimine vsurario. Et si priuatus omnibus facultatibus, ad hoc non satisfecerit oībus vsuris, non poterit pro residuis debitis vsurarijs vrgeri pœna aliqua, imò & pœnæ, si quæ impositæ erant, cessant, aut per iudicem tollendæ sunt. Si tamen venerit ad pinguiorem fortunam, etiam in foro conscientiæ tenebitur ad soluendum residua debita vsuraria. Matth. tomo septimo. 70. c. 4. F

Vsuræ regulariter restituuntur eis, à quibus receptæ sunt, vel eorum hæredibus, extra de vsuris. capit. cum tu. Quòd si nulli sunt hæredes, idest, nec instituti, nec ab intestato, restituendæ sunt pauperibus, extra de vsuris. cap. cum tu. Matthæo tomo 7. 73. c. 3. K

Quando pecunia vsuraria est pauperibus danda, debet dari pauperibus illius loci, vbi morabatur ille, à quo extorta est, quando fuit extorta. C. de seni. l. 2. in fi. & l. præses, quia verisimilius est, quòd inter illos inueniatur ille, cui damnum illatum est per vsuram, &c. quam alibi. Matth. to. septimo. 74. c. 2. A

Licet aliqui dicant, quòd possint huiusmodi vsuræ dari ad reparationem Ecclesiæ, quando Ecclesia non habet sufficientes facultates, & eget reparatione: & aliquando appellatione pauperum, accipiuntur Ecclesiæ. extra de præscriptio. cap. nihil. Sed dicendum, quòd verius, atque securius est, quòd dentur pauperibus, & nulli alteri, cùm ius non dixerit de causis pijs, sed specialiter dixerit in pauperes erogandum esse. Matth. tomo septimo. 74. c. 2. C

Et huiusmodi vsuræ distribuendæ sunt per Episcopos, quando scilicet vsurarius decedens nihil dispoſuit, iste enim casus reseruatur Episcopis, extra de Iudæis cap. cum sit nimis. Nam ius præsumit pro Episcopis, eo quòd assumantur ad culmen dignitatis, sicut Papa committit causas Canonicis Ecclesiarum Cathedralium, extra de præscript. capit. statutum lib. 6. quia præsumit illos esse melioris literaturæ, quàm clerici simplices. Matth. tomo septimo. 74. c. 2. E

Vsuræ, cum repetuntur, repetuntur quasi indebitè solutæ. Mat. to. 7. 74. c. 3. G

Si quis promisit se daturum vsuras vsurario sine iuramento, non tenetur eas dare, extra de iureiur. cap. debitores. quia talis promissio est tam contra ius naturale, quam contra diuinum, & canonicum: & ideo non oritur inde obligatio. Si autem iurauit eas dare, tenetur dare propter iuramētum, &c. vel cogere vsurarium ad relaxandum iuramentū, quo relaxato, ex nuda promissione, quę tunc manet, non tenebitur ad soluendas vsuras. Matt. to. 7. 74. c. 3. G

Si quis ſoluit vſuras, & promiſit non repetere, non tamen iurauit, poteſt repetere: ſi iurauit non repetere, poteſt denunciare Eccleſię ſe iuraſſe. Et tunc iudex poteſt dupliciter procedere, vno modo cōpellendo vſurarios ad relexandum iuramentum, alio modo procedere contra vſurarium, ſi factum non ſit manifeſtum, procedendo per teſtes; ille tamen qui iurauit, non poteſt nominare teſtes ad probationem vſurarum, ſed iudex publicè propo net ſub pœna excommunicationis, ꝙ omnes, qui aliquid ſciūt de vſuris, quas talis vſurarius exegit, procedant ad ferendum teſtimonium ſuper eis. Mat.to.7.74.c.3.H. Si verò vſurarius compulit illum, cui mutuauit pecunias, iurare, vt non denūciaret, dicendum, quòd tale iuramentum non tenuit; quia eſt contra charitatem, quia ſi non denunciaret Eccleſiæ, manebit ſemper in peccato; imò eſt contra expreſſum mandatū Dñi. Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus, &c. Sed iſte denuncians debet habere reſpectū principaliter ad ſalutem animæ ipſius vſurarij. Nam ſi faciat principaliter, vt recuperet vſuras, peccat mortaliter. Matt. to.7.74.c.4.H. Si aūt ſoluens vſuras iurauit non recipere vllo modo, neq; ſuper eis denunciare, primū ſeruandū eſt, non ꝑm. Et ſi vſurarius reſtituat, non debet illas recipere, vt pro ſe retineat, ſed pauperibus tradet, vel petat relaxationē à iuramento. Matth. to. 7. 75.c.2.A

Qui iurauit non repetere vſuras, & repetit, directius agit contra iuramentū, q̄ ſi non repetat, denūciet tamen, quia non iurauit, non denunciare. Matth. tomo ſeptimo. 75.c.3.I

Scribæ & tabelliones conficientes inſtrumenta vſuraria, ſi ignoranter fecerint, ignoſcitur eis, quia interdum contractus nō habet expreſſam formam vſuræ. Si autem ſcienter, cum in ſua creatione iurauerint non conficere inſtrumenta in fraudē vſurarū, non poterunt de cœtero teſtificari, neq; publica inſtrumenta conficere, quia ſunt periuri. Mat.to.7.76.c.1.E. Et eriam ſunt infames, quibus omnes actus legitimi ſunt interdicti, extra de teſti. cap. licet ex quadam. ibid. 76.c.2.A

Prælati ſigillantes contractus vſurarios, ſi non legerunt excuſantur, tāquā ſtulte facientes: ſi legerūt, & non perſpexerunt vſuram, quia erat vſura latēs, & perſcrutati ſunt diligenter, tunc aut nulla eſt culpa, aut leuis: ꝙ ſi parum perſcrutati ſūt, magna ſunt increpatione digni: ſi verò ꝑlatus legit, & inuenit vſurā, & ſigillauit, particeps eſt vſurarij. licèt nihil de vſuris receperit. Mat. to.7. 76.c.2.B

Camplores, dantes monetā minoris valoris pro moneta maioris, non committunt vſuram, licet poſſit eſſe iniuſta commutatio, vt probatur. Mat.to.7. 76.c.2.C

Vſura in ſolo contractu mutui conſiſtit. Matth.to.7. 76.c.4.F

Vſurarius. Vſurarij & ſymoniaci non tenentur ad reſtitutionem ex iure naturæ, ſed ex inſtitutione Eccleſiæ, & ex eadē cauſa tenentur ad reſtitutionem. 4.Reg. 61.c.2.H

Contra vſurarium competit repetitio. extra de iureiurando. cap. debitores. Mat.to.3. 31.c.1.B

Vſurarius tenetur reſtituere ei, à quo accepit. Matt. tomo tertio. 28.c.2.B

Ab vſurario non licet recipere in eleemoſynam rem habitam ex vſura, ſi talis res non ſit pecunia; nec etiā pecuniam, ſi pauper ſcit, ꝙ vſurarius nihil habeat, niſi ex vſura, ipſo vſurario referēte hoc, ſecus autem ſi habeat aliquid vltra. Mat.to.3. 51.c.3.F

Vſurarius tenetur dare pecuniam pauperibus, quam habet ex vſura, ſi neſciat cui debeat reſtituere. Matth.to.3. 51.c.4 F

Contractus vſurarius non cauſat aliquam obligationem, cùm ſit reprobatus de iure diuino, & humano, extra de iureiurando. cap. Debitores in Gloſſ. Secus tamen ſi in contractu interfuit iuramentū; nam tenet iuramentum. eod.c.Mat.to.3.28.c.3.H

Vſurarij dicuntur manifeſti multipliciter, uno modo, ideſt notorii: alio modo per confeſſionem ſpontè factam in iudicio: tertio modo per aliqua argumenta ſimul cum fama; & uocantur argumenta illa, quæ non neceſſariò probant, ſed arguunt. Mat.to.7. 65.c.1.B

Vſurarii ignoti non poſſunt puniri illis pœnis, de quibus extra de uſuris cap. Quia in omnibus. etiā ſi iudex ſciat, dum tamen ſecretè ſciat, ſiue in confeſſione, ſiue, quia ipſimet uſurarii ſecretè dixerunt iudici. Mat.to.7. 65.c.1.C

Pro manifeſto uſurario ponuntur tres pœnæ, extra de uſuris cap. in omnibus. Et hoc ultra reſtitutionem, & compulſionem. Prima, quia non admittitur ad petitionem euchariſtiæ. Secunda, quia in hoc crimine decedentes, carent eccleſiaſtica ſepultura. Tertia, quia non admittuntur oblationes eorum ad altare, dum uiuunt. Et pœnæ illæ non habent locum ipſo iure, ſed eſt canon ferendæ ſententiæ, & executio earum pertinet ad ordinarium. Mat.to.7. 65.c.2.A.& ſeq.

Vſurarij manifeſti non ſunt excommunicati ipſo iure, ſed inſtituta eſt pœna, ut non admittantur ad communionem altaris. Et eſt ſenſus, dato quòd uſurarii manifeſti audiant diuina, & confiteātur, non eſt eis danda communio altaris, ſed expreſſe denegabitur. Et cauſa eſt, quia tales ſunt in peccato mortali. Secundo in pœnam, ut facilius cogantur exire ab uſuris. Vſurario uero ſecreto non eſt deneganda communio, ſed admonendus ſecrete, ſed ſi admonitus perſeuerauerit, non eſt ei deneganda communio. Matth.to.7.63.c.3.G. De alijs pœnis eodem modo dicendum eſt, quo ad uſurarios manifeſtos, ſed quo ad occultos nō ſic, ut de ſumenda euchariſtia dictū eſt. ibid. 65.c.2.C Et extra de uſuris cap. præterea: imponitur pœna excommunicationis, & ſuſpenſionis. Et poteſt dici tripliciter ad hoc, uno modo, quòd prędictæ tres pœnæ ſunt uſurariis ſpeciales, ſed excommunicatio, & ſuſpenſio ſunt generales. Secundò poteſt dici, quòd excommunicatio, & ſuſpenſio ſunt pœnæ aliis tribus ſuperadditæ. Tertiò poteſt dici, & melius, quòd ſupradictæ tres pœnæ ſunt proprię pœnæ pro crimine uſuræ, ſed excommunicatio, & ſuſpenſio non ſunt ut pœnæ, ſed quaſi modi retrahendi à crimine, ut, ſcilicet, uſurarii cogantur ceſſare, & reſtituere uſuras. Matth.tom.7. 65.col.3.I. Sed quomodo ſit pœna uſurariorum, quòd nullus recipiat oblationes ipſorum. Matth. tomo ſeptimo. 65.c.4.F

Vſurariorum eleemoſynę ſunt recipiendę quamuis non oblationes, propter multa. Mat.to.7.66.c.3.F Et ipſi uſurarii licitè poſſunt dare eleemoſynam de acquiſitis licitè, ſi habeant ea, ex quibus poſſint ſoluere uſuras, ipſas reſtituendo, ſi uerò non habeant, niſi acquiſita per uſuras, non debent dare eleemoſynam, ſed reſtituere. Matt.to.7.66.c.3.K. Et ſi det, & conſtet pauperibus illa eſſe acquiſita per uſurā, & quòd non habeat alia bona: ponuntur diſtinctiones. ibid. 66.c.4.I.

Vſurarij publici priuantur Eccleſiaſtica ſepultura propter multa. Mat.to.7.67.c.1.A. Et hoc niſi apparuerint in eis aliqua ſigna contritionis. Et ſi tumulatus

mulatus est cum alijs fidelibus, extumulādus est, extra de sepulturis.cap.sacris. Et hoc dummodo ossa eorum possint secerni ab alijs. ibid. c.2. A. Si autem ante non constabat ipsum esse vsurarium, & post constet, non est extumulandus, quia vsurarius non priuatur Ecclesiastica sepultura, quia vsurarius, sed quia publicus vsurarius. ibid. c.4. F

Sacerdos, qui vsurarios manifestos, & vt tales publicatos per Ecclesiam, recipit ad cōmunionem altaris, vel si oblationes eorum recipit, aut ipsos tradat Ecclesiasticæ sepulturæ, incidit in duas pœnas. Prima est, q̄ omnia, quæ recepit, restituat. s. oblationes, & omnia, quæ ad iura sacerdotum proueniunt. Secunda est, q̄ manebit suspensus ab administratione officij sui vsque ad condignam pœnitentiam. extra de vsuris. capit. quia in omnibus. Non tñ incidit in ista ipso iure. Sed est canon ferendæ sententię. Mat. to. 7. 68. c. 1. A. Sed pro receptione ad communionem altaris non respondet, nisi vnica pœna. s. manere suspēsum ad arbitrium Episcopi. Aliqui tñ dicunt, q̄ ipso iure incurrat sacerdos huiusmodi pœnas. Et satis consonat literę, extra de vsuris. c. quia in oībus: vtrumq; tñ teneri potest. ibid. 68. c. 1. C. Et sicut sacerdotes cogūtur restituere ea, quæ ab vsurariis manifestis receperunt: ita & quod Ecclesiis donatum est, vel prouenit ex prędictis vsurariis, & hoc in odium sacerdotum, qui illud pro Ecclesiis susceperunt. Et si vsurarii, à quibus talia suscepta sunt, prompti sint ad restituendum vsuras, &c. vtpotè: quia id facere inchoauerunt: illis debent talia restitui, à quibus receperunt, vel quibus obligati sunt ex onere susceptarum vsurarum. Si autem non sint parati, debēt dari Episcopo, vt ipse restituat eis quibus talia debita sunt. Sed melius videtur, quòd restituātur dantibus ea. Mat. to. 7. 68. c. 2. C

Vsurarii tenentur restituere vsuras, & si ipsi non restituant, eorum hæredes tenentur restituere, sicut ipsi vsurarii. Et ad hoc compelli possunt. De aliis verò, ad quos peruenerunt res vsurarię circa illud, quod adeptum est per vsuram, vel per eam emptum, &c. quid dicendum sit. Mat. to. 7. 68. c. 3. G

Omnia bona vsurarii obligata sunt ad solutionē vsurarum, quousque ad plenum soluantur vsuræ, vel quousque non habeant in facultatibus, vnde soluant, extra de vsuris. cap. tu. Et si res empta ab vsurario ex pecunia vsuraria, iterum veniat ad tertiū extraneū possessorē, tenebitur vendere possessionem hāc, vt restituat vsuram. Si iste tertius habuit eam ex causa lucratiua, & hæres vsurarii excussus est, & inuentus non soluendo, vt patet instit. de legat. §. res aliena. Sic dicit Gotifri. Secus tamē si ad tertium veniat possessio ex causa onerosa. Nā tūc non tenetur eam vendere ad soluendum vsuras. Nam emēs dedit aliquam rem æquiualentē loco illius, quæ subiit onus solutionis vsurarum. Ideo non manet obligatio aliqua ad restituendū. Secus tamen cū habuit cā ex causa lucratiua, vt quia donata est illi ab vsurario. Nec aliqua res succesit vsurario loco illius. Sed dicēdū, q̄ cū res empta de pecunia vsuraria sit ipsius vsurarii, licet pecunia nō fuerit eius, non potest aliquis rem illam sibi vendicare, neque tenetur specialiter obligata ad solutionē vsurarū. Et potuit donare rem illā. Mat. to. 7. 69. c. 2. A. Si verò possessio empta de pecunia vsuraria peruenit ad illū, qui dederat vsuras ipsi vsurario, Gotifre. dicit, q̄ extinguitur actio. Ita q̄ non competat actio contra hæredes vsurarii pro illa. Et tamen vsurarius, & eius hæredes minimè liberantur. Et hoc siue habeat illam ex causa onerosa, siue ex causa lucratiua, si est æqualis valoris cum vsuris debitis habēti illam ex causa lucratiua: quia videtur facta restitutio, siue eam habeat ex donatione inter viuos, siue ex legato: quia legatum valuit, non quatenus legatū, sed quatenus æs alienū. Si minoris, q̄ vsuræ, competit actio ei contra hęredes vsurarii, uel contra ipsum met usurariū ad supplementum æstimationis usurarum. Si autem sit maioris ualoris, q̄ usura, extinguitur ei actio cōtra hæredes usurarii, &c. Insup manet obligatus quātum ad id, quod res plus ualet, q̄ usuræ. Et hoc, si ex legato habuit. Si uerò alias ex donatione inter uiuos, non uidetur obligatus. Si autē non peruenit ad eū immediatè, sed fuit secūdus, uel tertius, &c. Et ipse, uel aliquis intermediorum habuit eam ex causa onerosa, extinguitur tunc actio, &c. Et si oēs ex causa lucratiua, iam ipse, ad quē peruenit, non potest aliquid petere ratione usurarū, si illa res sit æqualis ualoris cū usura, &c. Si uerò minoris, uel maioris, dic ut supra. Mat. to. 7. 69. c. 4. F

Omnes hæredes usurarii tam sui, q̄ extranei tenentur ad restitutionē usurarū: quia isti succedunt in iure defuncti. Et hæc repetitio locum habet penes hæredes Iudæorum usurariorum. Matt. to. 7. 70. c. 4. K

Extranei, qui non sunt hæredes usurariorum, & peruenerunt ad eos aliqua bona usurariorū, q̄ tenēa tur ex illis bonis satisfacere illis, quibus debentur usuræ, & quando non. Mat. to. 7. 71. c. 2. B

Hæredes usurarii, uel alii, ad quos bona eius peruenīt, tenētur ad solutionem usurarum ex persona usurarii: si in testamento mandauit illas soluere, uel habuit aliqua signa contritionis. Si uerò impœnitens decedat. i. q̄ nulla signa cōtritionis in eo apparuerint, non soluuntur ex nomine usurarii, sed ex nomine hæredum; & non quasi ex delicto, sed quasi ex conditione bonorum perueniētium ad eos: quia illa bona, uel sunt alienata, uel saltem aliis obligata. Et transeunt res cum suo onere ad hæredem. Similiter dicendum est de aliis, qui nō sunt hæredes, & tenentur restituere. Matth. to. 7. 71. c. 3. H

Hæredes usurarii tenentur ad soluendum uniuersas usuras, si non fecerunt inuentarium de bonis usurarii. Et hoc in foro cōtentioso, nō tamen in foro conscientiæ. Si uerò fecerunt, non tenentur restituere ultra uires hæreditatis, tam in foro contentioso, quàm in foro cōscientię. Mat. to. 7. 71. c. 4. G

Et si essent duo hæredes, uel plures, & ante solutionem usurarum alter efficiatur non soluendo, tenentur alius, uel alii insolidum, tam in foro contentioso, quam conscientiæ, saltem quantū ad id, quod peruenit ad eos, &c. Et hoc, quia quilibet hæres repræsentat personam defuncti. Matt. to. 7. 72. c. 1. B

Tam hæres usurarii, quam ipse usurarius tenetur ad solutionem eorum, quæ habita sunt per usuram, si sint res, quarum usus est ipsarum rerū consumptio, ut est pecunia, triticum, &c. Et nihil aliud: quia ea, quæ de talibus acquisita sunt, nō sunt fructus illarum rerū, sed humanæ industriæ, nisi per detētionem talis rei sit damnificatus ille, qui usuras dedit, aliquid amittendo de bonis suis: quia tūc tenetur ad recompensationem nocumenti. Sic dicit Sanctus Thomas Secūda Secundæ quęst. 88. art. 3. Si autem sint res, quarū usus non sit ipsa consumptio, & tales habent usum fructum, ut sunt domus, agri &c. Tunc tenentur etiam soluere fructus, &c. Et hoc tenendo, sicut Sanctus Thomas tenet, q̄ usurarius non acquirit dominiū usurarū.

Si tamen teneremus, ꝙ acquirit dominium, & ꝙ ipſe manet obligat⁹ reddere vſuras, videtur, quòd vſurarius non tenetur reſtituere, niſi quantũ acce pit, non fructus, &c. Sed primum eſt ſecurius. Si autem loquamur de lucro habito cũ re vſuraria, dicendum, quòd ſi eſt lucrum præter fructus, non reſtituitur: quia illud eſt humana induſtria, &c. Et non ex re. Mat.to.7. 72.c.1.C

Si vſurarius non habẽs niſi bona acquiſita de vſuris, vel cuius bona non ſufficiebant ad vniuerſarũ vſu rarum ſolutionem, & tradat alicui filiam ſuam in vxorem, & ille accipiat dotẽ de bonis habitis per vſuram, vt domos, agros, &c. ſemper tenetur re ſtituere dotem. Si verò dos ſit de alijs rebus ſuis emptis de pecunia vſuraria per emptionẽ, vel alias licitè, & ille gener habuit bonam fidem, quando accepit illa, non peccauit accipiendo illa. Et ita di cunt, quòd poteſt retinere illa. Mat.to.7.72.c.3.H.

Mortuo tamẽ patre, & marito talis mulieris, ſi dos reſtituatur illi ab hæredibus mariti, & omnes fa cultates patris eius non ſufficiant ad ſolutionem vſurarum, ſecurius eſt, quòd filia tunc teneatur ad reſtitutionem propriæ dotis, quæ ad eã peruenit. Et maximè quando dos conſtituta eſt in rebus ac ceptis per vſuram, quæ ſecundum quoſdam non tranſeunt in dominium vſurarij. Secus tamen, ſi illa fuerunt acquiſita ex pecunia vſuraria, vel alias ex iuſto titulo habita, non eſt tam determinata o bligatio ad reſtitutionem: quia tamen filia, mor tuo patre, videtur ſuccedere in illa parte dotis, quaſi in parte bonorum paternorum: & contra filios vſurariorum competit repetitio vſurarum cum eadem diſcretione, cũ qua competebat con tra parentes, extra de vſuris cap. tua nos. Videtur, ꝙ contra eã cõpetat repetitio, & teneatur in foro conſcientiæ ad reſtitutionem. Matt.to.7.72.c.4.G

Ad liberandum vſurarium à peccato, & ab obliga tione reſtituendi, ſufficit, quòd ei fiat remiſſio ab eis, quibus debentur vſuræ, nec eſt neceſſaria rea lis reſtitutio partis, vel totius, dummodo ille, cui reſtituenda eſt pecunia vſuraria, non coactus, non deceptus, non circunuentus, & omni dolo, vi, & metu ceſſantibus, neque precibus, aut ſeruitiorũ exhibitione inductus, pecuniam ſibi debitam per vſuras extortam, etiam non datam, nec oblatam, neque paratam ad dandum, remittat, liberatus eſt vſurarius tam à peccato, quam ab obligatione re ſtituẽdi, licet alij teneant oppoſitum. Matth.to.7. 73.c.1.A

Si vſurarius ſit certus de quantitate vſurarum, non tamen eſt certus, quibus debeantur, quia à multis accepit, & neſcit de omnibus, tenetur dare pauperibus: quia alii iudicantur nõ ſuperſtites, cũ ignorentur. Et tamen non ſuperſtite vſurario, nec eius hæredibus, vſuræ dantur pauperibus, extra de vſu ris cap. cum tu. Si autem ſciantur perſonæ, & ſint præſentes, eis ſunt reſtituendæ vſuræ. Si verò abſentes, & neſcitur, vbi ſunt, & non ſperantur reddi turi, & ſumma eſt parua, videtur, ꝙ pauperibus dãda ſit. Et ſi ſit magna, videtur, ꝙ debeat deponi, & conſignari, vbi ſeruetur. Si autem venerint, &c. Nam quãdiu vſuræ reſtitui poſſunt, nunquã ſunt dandæ pauperib⁹. ar. de homi. c. ſicut dignũ. §. eos. Et de iureiur. c. ea te. &c. Si aũt ſperatur venturus, non debẽt erogari pauperibus, ſiue ſumma ſit par ua, ſiue magna. Si verò ſcitur vbi ſit ille, cui debẽt vſura. Et ſumma non excedit ſumptus itineris, & non ſperatur redditurus, danda eſt pecunia paupe ribus: quaſi non eſſet ſuperſtes aliquis, cui daretur. Si verò ſumma excedat ſumptus itineris, & putãt redditurus, & in itinere expendẽtur magnæ expenſæ, non videtur mittenda, ſed cõſignanda eſt, & deponẽda, vt ſeruetur illi, cum venerit: aut retinebit eam penes ſe cũ intẽtione dandi, qñ venerit ille, cui debẽt, nec vſurarius eſt in peccato, qñ habet intentionẽ reſtituendi, ſi præſens eſſet ille, cui eſt reſtituenda. Si verò non expectatur redditur⁹, mittenda eſt pecunia, maximè ſi nõ cum magnis expenſis, &c. Et expenſę erunt vſurarii, ſi mutauit domicilium. Primò, quia vſurarius eſt malæ fidei poſſeſſor: ideo tenetur ſubire expenſas miſſionis. Secũdò, quia debet fieri reſtitutio in loco, vbi fuit expoliatio. Si aũt ille, cui debentur vſurę, & vſurarius non mutauit domiciliũ: ſed ille, cui debentur vſuræ, mittenda eſt pecunia expenſis eius, cui debentur. Si aũt vterq; mutauit domiciliũ, conſideranda eſt habitudo locorũ, & ſic cõputandæ ſunt expenſæ iſti, vel illi, vel vtriq; habita ratione maiorum ſumptuum. Mat.to.7. 73.c.4.F

De modis cõpellendi vſurarios, tam paganos, quàm Chriſtianos, & eorũ hæredes ad reſtitutionẽ vſurarum, quãdo reſtituere nolũt. Mat.to.7.75.c.4.G

Vſurariorum velamen refertur. Mat.to.7. 58.c.4.K

Vſurariis occultis nulla pœna imponitur. Matt.to.7. 65.c.1.D

Tres ſunt vſurariorum pœnæ in conſilio Lateranẽſi ſtatutæ. Mat.to.7. 65.c.2.B

Vſurarius poteſt petere Euchariſtiam dupliciter. Matth.to.7. 65.c.4.F

Quod ab vſurariis peti poſſint eleemoſynę non prohibetur. Mat.to.7. 66.c.3.F

Vſurarius non liberatur à peccato, niſi per reſtitutionem. Mat.to.7. 69.c.1.C

Cum pecunia ſit ſterilis de ſe, ideo de lucro pecunię nihil reſtituit vſurarius etiam in foro conſcientię. Matth.to.7. 72.c.2.D

Maior pœna imponitur furibus, quàm vſurariis. Matth.to.7. 73.c.1.A

Vſurarius habens intentionem reſtituendi nõ eſt in peccato mortali. Mat.to.7. 73.c.4.k

Denuncians Eccleſiæ crimen vſurarii duo agit. Matth.to.7. 75.c.1.A

Vſurpare. Eſt rem illicitè aſſumere, vel qđ vni pertinet, alteri attribuere. Deute.ono. 26.c.3.G

Vſurpare eſt accipere, quod ad ius noſtrum non pertinet. Ioſue tomo 1. 121.c.4.I

Nunq̃ eſt vſurpatio, qñ maiores miniſtrãt in officio minorum: bene tñ qñ è contra. Ioſ.to.1.18.c.1.A

Vſus. Propriè, & ſecundum primariam ſignificationem, dicitur actus rei exiſtentis, quę ſe habet, vt inſtrumentum, vel ſimilis inſtrumento. Exo.to.2. 190.c.3.H

Omnis res, ſiue naturalis, ſiue artificialis habet duos uſus præter pecuniam, quæ habet unicum. ſ. eſſe medium commutationis. Mat.to.7. 41.c.2.B

Cum aliqua res incipit habere plures vſus, illicitè fit. Matth.to.7. 41.c.2.D

Vt. Ly ut, in ſacris literis aliquando dicit cauſalitatem finis, & aliquando denotat conſequentiam. Leuit. 295.c.3.F

Vtenſilia. Dicũtur omnia uaſa domeſtica, quæ alicui uſui applicantur, & dicuntur ſic ab utendo. 3. Reg. 59.c.4.G

Vterus. Eſt locus naturalis generationis, & formationis fœtus. Mat.t.6.161.c.1.E

Duplex eſt uteri apertio. Quædam per carnalem copulam. Et altera in partu. Parad.7.c.1.D. Deprima harum uide ibid.7.c.3.I. Et de ſecunda. ibid. 11.c.3.G

Vtile. Per inutile vitiatur. Numeri tomo 2. 122.c.3.I

Vulcanus mons.

Vulcanus, Veseuus, & Aethna montes, non sunt aperturæ ad eum locum, qui à nobis vocatur infernus. De statu animarum. 11.c.2.E.& seq.

Vulnus. Inter vulnus, & vlcus hoc interest: quia vulnus est illatum, & vlcus innatum. Leui. 128.c.2.C. Exo.to.1. 56.c.1.E

Vulnera sua reseruauit Christus, & reseruat in cęlo, vt beati illa contemplantes, in immensas gratiarũ actiones prorumpant. Parad. 78.c.4.G

Vultur. De vulturis venatione. Leuitici 108.c.3.F

Vultur fame moritur. Leui. 108.c.3.G

De vulture, & eius proprietatibus. Leui. 108.c.2.E.

Vultur est auis impia contra filios. Leuit. 108.c.3.F

Vultur est acuti visus. Leui. 108.c.1.C

Vultus. In animalibus dicitur pars anterior. Iosue to.1. 46.c.2.B.

Vultũ hominis timent oĩa animalia. Gen. 222.c.2.E

Vulua. Accipitur pro matrice. Gen. 30. quando dicitur: Et aperuit vuluam eius. i. matricem eius disposuit. Gen. 323.c.2.E

Vuluæ apertio, de qua Exod. 13. quomodo sit intelligenda. Exod.to.1. 98.c.2.A

Vuluam aperire duo significat. Exo.to.2. 175.c.4.H

De duplici vuluæ apertione. Num.to.1. 21.c.3.G

Vxor. Accipitur in ancillam apud Persas, vt patet 8. Ethic. Gen. 17.c.1.B

Vxores, si succedant in hæreditate, vt contingit in aliquibus prouincijs, dominanti ir viris. Ge. 17.c.1.C

Patriarchæ accipiebant vxores de cognatione sua ad vitandum idolatriam. Gen. 58.c.3.F

Contra vxorum communitatem refertur ratio Aristot. 2. Polit. Gen. 149.c.3.I

Inter virum, & vxorem non est ęqualitas, sed est potius inæqualitas, nisi in petitione debiti. Genesis 230.c.3.K. & 232.c.1.B

Vxor in Paradiso nõ peteret debitũ, bene tñ post peccatum hic. Et redduntur causæ. Gen. 231.c.4.I

Vxor liberior est respectu viri, quàm filius respectu patris. Et sic minus est vxor sub potestate viri, quã filius sub potestate patris. Est tamen vxor nihilominus sub potestate viri. Gen. 235.c.1.A

Vir nimium habens amorem in propria vxore adulter est, & habetur 32.q.4.cap.origo.quando.s.pręponit eã Deo intendens frui delectatione vxoria. Et ad hoc totus intendit, & peruertit ordinem diligendi, fruens vtendis. Secus tamen, si amet vxorem ardenter intra metas matrimonij, non præponẽdo vxoris amorem Dei amori: sic.s.q; si ipsa non esset vxor eius, etiam si esset ita pulchra, sicut est, ipse non eligeret eam carnaliter cognoscere. Nam talis amor non est peccatum mortale. Bene tñ est veniale. Ge. 315.c.2.D. 1.Reg.t.1.153.c.3.H

Homines tempore Iacob libentius dabant filias suas affinibus in vxores, q̃ alijs. Gen. 314.c.4.F

Sanctis Patriarchis licitum fuit habere plures vxores ex dispensatione, secundum August. Genesis 317.c.1.B. Item quia non erat tunc prohibita pluralitas vxorum, & suberat legitima causa, & debitus finis. s. multiplicare populum Dei, & præcipuè Iacob, videns, q; in ipso solo remanebat populus Dei. Gen. 319.c.3.G

Quod vna vxor plures viros haberet simul, nullo tẽpore licuit. Bene tamen, q; vnus vir plures vxores haberet, propter quatuor causas, quas Augustin. ponit libro de bono coniugali. Prima est dignitas sexus, &c. Secunda pax in communicatione œconomica. Tertia in repugnantia pluralitatis ad eandem vxorem intentioni naturę ingeniantis coitũ. Quarta est ratio sacramenti in Christo, & Ecclesia, &c. Adducuntur etiam aliæ causæ, pręter has, ab autore. Gen. 319.c.3.I

Viri ad vxorem nulla lex ponitur, neq; potest poni, sed ipse vir legem statuit ad arbitrium suum, vel ipse est lex. Gen. 235.c.1.C

Vxorum communitatem, & possessionum ponebãt Socrates, & Plato in Politia sua, quorũ ratio erat: quia quilibet genitus in ciuitate diligeret omnes homines ciuitatis, vt patres. Et sic amor totius ciuitatis esset, vt amor patris ad filium, & fratris ad fratrem. Quæ ratio impugnatur ab Aristo. 2. Polit. &c. Et hanc positionem nulla Politia recepit. Gen. 320.c.3.G

In vxorum pluralitate attendendus erat ordo inter vxorem principalem, & minus principalem, vel minus principales. Principalis dicitur illa, cũ qua contractum est matrimonium, & illa, cœteris paribus, præferenda erat in petitione debiti: & ratio est, quia de consensu illius introductæ sunt cœteræ, quia alias non introducerẽtur iustè, cùm esset in præiudicium primæ. Et talis fuit Rachel inter vxores Iacob: quia cum illa fuit primus cõtractus matrimonij, & totaliter volũtarius. Ge. 322.c.4.K

Inter vxores liberas, & ancillas præferendæ erant liberæ in redditione debiti. Gen. 322.c.4.K

In vxorum pluralitate primæ petenti, debitum reddendum erat: quia primo petens præfertur secũdo petenti. Gen. 323.c.1.A

Vxores minus principales Abrahæ. s. Agar, & Cetura, & vxores minus principales Iacob. s. Zelpha, & Bala dicebantur concubinæ. Gen. 343.c.2.C

Vxor vocatur cubile, siue lectus: quia cũ uiro suo in eodem lecto cubat. Gen. 402.c.2.E

De uxore uide etiam in dictione, Vir.

Cum propria uxore nemo fornicari potest, qualitercumque cum ea se habeat, licet quidã dicat, quod ardens uxoris amator in propria uxore adulter est. Exo.to.1. 21.c.1.C

Vxor non est possessio uiri. Exo.to.1. 183.c.1.C

Non licebat uiro Hebræo accipere in uxorem fęminam Gentilẽ, quare Salomon non excusatur, &c. Excusantur tamẽ duo filij Elimelech, & Noemi. s. Maalon, & Chelion, qui acceperunt in uxores Orpham, & Ruth Moabitidas, cũ essent in Idumea. Exo.to.2.174.c.2.B. Excusatur etiam Booz ducẽs Ruth in uxorem in Bethlehem: quia Ruth iã cõuersa erat ad Iudaismum, & tũc licitum erat. ibid. 174.c.3.H. Si uerò non, non licebat, & maius inconueniens erat, q; fœmina Hebręa traderetur in uxorem uiro Gentili, quã q; uir Hebræus duceret fœminam Gentilem in uxorem. Ibidem.

Vxor semper consequitur domicilium uiri sui. Exo. tomo secundo. 174.c.4.F

Vxor non potest per se aliquid offerre, uel dare in eleemosynam, uiro non consentiente; quia administratio bonorum non est attributa fœminæ, sed uiro: nisi fortè fœmina habeat aliqua specialia bona, quæ acquirat ex aliquo officio suo, peractis oĩbus obsequijs uiro necessarijs, & debitis, & procurata utilitate domus, sicut fœminæ debent procurate, &c. Potest tamen ex licentia uirorum, de bonis, quæ sunt in administratione uiri, dare eleemosynam. Exo.to.2. 187.c.2.C

Vxoris ad uirum non est eadem lex, quæ est filii ad patrem. Gen. 234.c.2.E

Vxore inuita, potest vir intrare religionem, etiã post

consummatum matrimonium, vt si sit adultera, & adulterium sit notoriũ iuris, vel facti: fœmina tamen non potest, inuito viro. Nu.t.2. 144.c.4.F
Vxor apud Hebræos sortiebatur familiam viri. Leuit. & non è contra. Leui. 90.c.4.F.& 242.c.3.H
Illam, quam non licet in vxorem ducere, etiam nec licet carnaliter cognoscere. Et est regula generalis. Leuit. 181.c.3.F
Vxores in sacris literis aliquando dicuntur concubinæ, vt ostenditur. Leuit. 222.c.2.D
Propter quid homines desiderant vxores habere virgines. Leuit. 229.c.4.K. Matth.tom.5. 108.c.3.I. Matth.tom.6. 60.c.1.A
Habere plures vxores in lege veteri: non erat per se malum, neque malum, quia prohibitum. Nunc autẽ est malũ, quia prohibitum. Nu.t.2.186.c.3.G
Quãdo Iudæis prohibitum fuit accipere vxores alienigenas, hoc ideo fuit, nè ipsæ inducerent viros, & filios ad idolatriã. Exo.34. Secus tñ si tales vxores acciperent, quas possent ad iudaismũ conuertere: quia tunc bene licebat. Deut.21. 13.c.1.A
Qualiter vxor sit magis diligenda, quàm parentes, & qualiter parentes magis, quã vxor. Deut.76.c.1.C
Habere plures vxores licitum erat generaliter tempore veteris testamẽti, & tam ante legem datam, quam post. Et in his erat duplex ratio. Vna fuit desiderium multiplicandi populum Dei. Et hoc licitum erat, & aliqualiter meritorium hac intentione. Secunda erat permissio Dei propter eos, qui erãt effrenatæ libidinis. Deuter. Super 1.Reg. to.1. 93.c.4.K. 1.Reg.to.1.21.c.3.I. & 144.c.4.I
Vxorum pluralitas non repugnabat tantũ ipsi matrimonio, quantũ repugnat repudiũ. Deu. 127.c.4.F
Inter vxorem, & concubinam, apud Hebræos, quid intererat. Iudi. 187.c.2.E
Vxor accepta cum subarratione, nunquã vocabatur concubina in vet.test.super Iudi. 187.c.4.F
Israelitæ poterant ducere vxores ex Chananæis in aliquo casu. Iudi. 219.c.1.B
Vxores Gentiles poterant accipere Iudæi, & ad hoc requirebantur duo. Primum, quòd illæ nõ essent de stirpe Chananæorum. Secundum, quòd tales conuerterentur ad ritum Iudaicum, prius quam acciperentur. Iudi. 237.c.2.C
Vxor mortui sine liberis succedebat viro suo in bonis, donec apta esset suscitare semen viri sui defuncti. Ruth. 264.c.4.H
Inter Hebræos vxores erant duplices, quædam principales, & quędam minus principales. Et hoc contingebat multipliciter. Ruth. 270.c.2.C
Vxor ad quid teneretur in veteri testamẽto mortuo iam viro suo. Ruth. 270.c.4.G
Vxorum pluralitas non est contra ius naturale, & rationẽ: sed est nobis illicita, & vetita, & non teneret matrimoniũ. 1.Reg.to.1.93.c.4.F.& 95.c.1.C
Pluralitatem vxorum non solum in lege Christi: sed etiam extra eam fuisse illicitam, nisi ex speciali reuelatione Dei, aut dispensatione, dicit Innocẽtius extra de diuortijs cap. gaudemus. Sed falsum est, quo ad legem Moysi, & legem naturæ. Et si lex Christi tollit ab homine conuerso ad Christum omnes vxores præter primam: hoc ideo est: quia ad illas non fuit verum matrimonium, si contraxit cum illis post fundatam legem Christi. 1. Regum to.1. 95.c.2.C
Si infidelis haberet plures vxores per verum matrimonium, & conuerteretur ad fidem, non cogeretur dimittere aliquam illarum, sed teneret omnes. 1.Reg.to.1. 95.c.4.F
Quam formam debeat tenere infidelis: si conuertatur ad fidem, circa vxorẽ. Similiter & vxor circa virũ, etiam existente repudio. 1.Reg.to.1.96.c.2.E
Vir non tenetur dimittere vxorem, quantuncumq; illa sit adultera, etiam si fiat meretrix, cõtra sanctũ Thomam. 1. Reg.to.1. 107.c.4.G
Vxor, cuius vir transiuit ad infideles, cum essent ambo fideles, quando contraxerunt, non potest accipere alium virum, sed cogitur continere, extra de diuortijs cap. quinto. 1.Reg.to.1. 110.c.4.I
Cum vxore fornicaria, de qua non est spes, ꝙ emendabitur, potest vir eius manere, nec sanctus Thomas tenendus est in hoc dicens oppositum. 1.Regum to.1. 107.c.4.G
Quod vxor non habeat ius in corpus viri, nisi quamdiu in vita illa manent, in qua contraxerũt. Et ꝙ ideo à debito reddendo absoluitur, si ipsa fiat infidelis, ipso manente fideli, vel quod vxor patitur ex culpa sua, quia non cõuertitur, dicit sanctus Thomas. Sed non videtur sane dictum, vt probatur. 1.Reg.to.1. 110.c.2.D
Vxor & vir ad paria iudicantur, extra de diuortijs. ca. gaudemus. Sed hoc debet intelligi in redditione debiti, & in ligatione vinculi matrimonialis: sed non in cœteris. Nam est maior in honore, quàm mulier. 1.Reg.to.1.122.c.3.H. Mat.to.5. 85.c.3.F
Vxorum pluralitatem semper fuisse illicitã, nisi alicui concederetur ex speciali reuelatione, aut dispensatione, tenuit Innocentius Tertius in capit. gaudemus, extra de diuortijs. Cuius motiua referuntur, & improbantur. 1.Reg.tom.1. 129.c.2.D. & 141.c.3.H. Dicendum ergo, quòd ante Christi prædicationem, fuit licita pluralitas vxorum, tam gentibus, quam Iudæis, & non erat dispensatio aliqua, sed iure suo quilibet poterat plures vxores habere. Christus tamen fecit illicitam pluralitatem vxorum: quia hanc vetuit. Mat.19.1.Reg.t.1. 129.c.3.G. & 130.c.1.A. & 145.c.2.B.
Vxorum pluralitatem nunquam fuisse licitã, nisi ex Dei reuelatione tenuit Innocentius Tertius in c. gaudemus. Sed quia eius dictum non potest colorari, dicendum, quòd illud non est verum. Et si obijciatur, ꝙ Papa hoc asserit, & iure illud caueẽt, dicendũ, ꝙ non est inconueniens, ꝙ Papa asserendo errauit circa aliquid. Sed nec ex hoc sequitur, ꝙ ius erret, &c. vt probatur. 1.Reg.to.1. 146.c.2.A
Quod vxorum pluralitas aliqñ fuerit licita, quasi nõ esset contra ius, tenet Ambrosius, Hierony. & August. contra Innocent. III. & istud aliqualiter sentiunt iuristæ. 1.Reg.to.1. 146.c.4.H
Habere plures vxores consuetum erat Iudęis vsq; ad tempora Christi. Et postea per quatuor centos annos, vsq; quo Iustinianus Imper. prohibuit hoc Iudæis, &c. C. de Iudæis, & cœli. l. nemo Iudæorũ. 1.Reg.to.1. 147.c.2.B
Aliquas accipi in vxores vetitum est quondã, secundum leges humanas, vt dãnatã de adulterio, &c. Quæ tamen poterant accipi in concubinas. 1.Regum to.1. 151.c.3.F
In veteri testamento erat multiplex differentia vxoris ad concubinas. 1.Reg.to.1. 152.c.1.E
Vxor tenetur diligere virum suũ plusquã patrẽ, &c. & è contra. 1.Reg.to.2. 64.c.1.D
Israelitę poterant accipere in vxores mulieres ex gẽtibus in duobus casibus. Primò, quando accipiebantur in bello, &c. Secundò, quando mulier illa gentilis conuersa erat ad Iudaismum. Dum tamẽ non esset ex Chananeis. 2.Reg. 15.c.4.H
Tot uxores permittebantur in uet.test. quot possent uiri dare operam proli. 2.Reg. 69.c.2.E
Qui olim dimittebãt uxores, ut sacros ordines acciperent,

perent, tenebantur vxoribus ad omnia necessaria vitæ ministranda, vt patet in decretis.31.dist.c. quicunque virginitatem. §.potest & aliter.& in c. omnino confitemur. 2.Reg. 133.c.1.D

Vxorum pluralitas non fuit limitata ante Christi aduentum. Sed post Christi aduentum limitatum est, ꝙ esset vnica vxor. 3.Reg. 95.c.1.B

Habere plures vxores non erat vetitum in veteri testamento. Errant ergo illi, qui dicũt, nulli in vete. testa. vel prius ab exordio seculi licuisse habere plures vxores sine speciali dispensatione. Et sic asserit Innocentius Papa, extrà de diuortijs.c.gaudemus. Et tamen quia illa assertio non est præceptũ, quod procedat ex potestate iurisdictionis, cui necessario teneamur obedire omnes fideles: sed est quædam assertio expositua alicuius veritatis scripturæ: in qua expositione non vult Papa sibi attribui maiorem autoritatem quàm alijs expositoribus: imò potius ecõuerso &c. vt patet in Decretis.20.dist.c.đ libellis &c. Licebit ergo nobis recedere ab illa assertione dicentes, ꝙ licuit alicui tã in lege naturę, quàm in veteri testamento accipere plures vxores, nec ad hoc egebat dispensatione aliqua: nisi aliud obstaret. 1.Paralipo. 97.c.4.G

Vxor & maritus debebant esse de eadem tribu, quod apud Hebrẽos erat regula generalis, interdum tamen erant ex diuersis tribubus &c. vt patet de Dauid,& Michol. 2.Paral. 35.c.2.D

De differentia inter vxorem & cõcubinam. 2.Paral. 155.c.1.C.& 157.c.1.C.Mat.to.5.94.c.1.C

Vxor & vir dicuntur vna caro, non virtute naturæ: sed fictione iuris: sicut testator & hęres: dominus & seruus reputãtur vna persona. Mat.t.5. 81.c.2.A

Plures vxores habere non fuit prohibitum in lege naturæ, nec in lege veteri. 2. Paralipo. 156. c. 4.F. 157.c.2.C

Vxores accipiendæ sunt bonæ, vt filios in bonitate nutriant. Gen. 288.c.1.E

Duas sorores poterat quis habere in vxores successiuè, in lege veteri: non tamen simul; nec matrem, & filiam simul, sed mortua matre alicuius fœminæ, quam quis habuit in vxorem, poterat postea habere filiam eius in vxorem. 2. Paralip. 256.c.4.I

Vxores in veteri testa. accipiendæ erant ex eadem tribu: Nu. 36. Et huius potest esse ratio, quia mulier debebat succedere patri in hereditate. Et ideo si illa acciperet virum de alia tribu, transiret possessio vnius tribus in alteram. 2. Paral. 237.c.1.B

Plures vxores habere est aliquo modo contra ius naturale, & aliquo modo non; licet non sit contra ius naturæ, vt communiter accipimus. Matt. to.5. 83. c.3.F

Vxorum pluralitas licet non tollat in totum primũ finem matrimonij, qui est proles, neque secundũ, qui est fides: tollit tamen tertium. s. sacramentum. Matt.to.5.84.c.1.D. Vnde parum est contra legem naturę pluralitas vxorum, accipiendo stricte legẽ naturæ: sicut communiter accipimus. Nam non est contra illam, siue contra ius naturale. ibid.c.2.B

Qui à principio multas vxores habebant, non peccabant: quia non erat hoc contra prima præcepta iuris naturalis: bene tamen contra secunda. Sed ista non obligant hominem contrafacientem, nisi talia præcepta lege diuina, vel humana, vel consuetudine firmata fuerint. Mat.to.5. 84.c.3.F

Vxorum pluralitas non impedit, vel tollit primum finem matrimonij. s. prolem: facit tamen difficilẽ peruentionem ad finem secundarium. Mat.to.5. 84.c.3.H. Impedit tamen quo ad secundarium finem, scilicet ad remedium morbi, vt tollatur occasio fornicandi. ibidem. c.4.k

Vnitas vxoris est de lege naturæ, sed non de illa, quã natura docuit omnia animalia. Mat.to.5. 84.c.3.H

Vxoris vnitas propriè loquendo reperitur in animalibus brutis. Matt.to.5. 84.c.4.H

Vxorum pluralitas an sit contra naturam, Gen.317. c.1.A.& Mat.to.5.86.c.2.D.& 84 c.3.H

Vxorum pluralitas est nobis prohibita iure diuino positiuo,& maxime euangelico, quod nobis constat tam ex verbis, quàm ex factis,& probatur hoc per Innocentium in c.gaudemus. extra de diuortijs. Matt.to.5. 85.c.2.A

Vxor & seruus inter Barbaros eundem ordinem habent. Gen. 235.c.2.E

In veteri testamento licitum fuit habere plures vxores, vt probatur. Mat.to.5.85.c.3.G. Et hoc licuit Iudæis ex lege. ibidem. 86.c.1.C. Et licet arguantur, quòd habuerint vxores plurimas. i. effrenatissimã multitudinem vxorum, vt Salomon. 3. Reg. 11. Non tamen, ꝙ habuerint plures. Nam Dauid multas habuit. s. plures, quàm viginti. Nam decem cõcubinas eius cognouit filius eius Absalon. 2. Regum. 16. ibidem.

Habere multas vxores licitum fuit omnibus ante legem Christi; quia non erat cõtra ius naturale propriè sumptum, neque contra rationem. Mat.to.5. 86. c.2.D

Aliqui dicunt, simpliciter esse verum, ꝙ nunquam fuerit licita vxorum pluralitas sine Dei dispensatione: quia lex de vnitate vxorum non est aliquid humanitus positum, sed diuinitus datum,& non in literis, sed in corde impressum. Et ideo non potest esse dispensatio in hac lege, nisi per Deum. Et ita fuisse factam patribus, dicunt. Et ad eorum exẽplum alij fecerunt in tempore, quo cultus Dei per propagationem deriuandus,& extendendus erat. Et dicitur extrà de diuortijs. c. gaudemus. ꝙ nulli vnquam licuit plures habere vxores, nisi cui ex diuina reuelatione cõcessum est. Mat.to.5.86.c.3.I. Sed habere plures vxores, secundum aliquos, licitum est: nisi lege diuina, aut humana, vel consuetudine, oppositum firmetur. Et ita non solum ex dispensatione, vt alij dicunt, sed etiam sine dispensatione licuit habere plures vxores, quousque per legem Christi prohibitum est. Nec habere plures vxores est contra naturam, sed præter naturam, Nec in nouo testamento est eadem ratio dispensandi in hoc, quę fuit in veteri: quia veniente Christo, fuit tempus plenitudinis gratię, per quam Dei cultus in omnes gentes spirituali propagatione multiplicationem accipiebat, & cõseruationem, in veteri verò lex non se extẽdebat ad multas gentes, sed in illa, cui data erat, manebat. Et ideo oportebat eam conseruari eo modo, quo gens illa conseruabatur. s. per propagationem: & ideo vacandũ erat propagationi. Lex verò nõ diffunditur in omnes gentes per spiritualem propagationem. i. per prædicationem verbi. Et ideo per illum modum debuit continuari,& non per carnalem deriuationem: & sic conuenienter stricta fuit vxorum pluralitas ad vnitatem; neque pluralitas vxorum tollebat omnino tria bona matrimonij. Nã ibi aliqua fides obseruabatur & proles & sacramentum; nã licet non significaretur vnio Christi ad ecclesiam perfectè, significabatur tamen aliquo modo. s. distinctio graduum in ecclesia Christo vnita. Et hoc tam in ecclesia militante, quàm in triumphante. Aliqui dicunt, ꝙ licet esset vnitas vxoris de iure naturæ, Deus tamen permisit Iudęis pluralitatem vxorum, sicut permisit eis multa, quæ in nouo testamento

ſtamento prohibuit, cuiuſmodi ſunt vſuræ. Deut. 23. Et tamen vetuit illas Luc. 6. Similiter & libellum repudij Deu. 24. & Deu. 18. Quem Chriſtus Mat. 19. & Marci. 10. Et vindictam quærere Nu. 35. & Deu. 19. Quã Chriſtus Mat. 5. & 6. prohibuit &c. Et vulgarem purgationem &c. Nu. 5. Sed hæc opinio non ſtat, quia hæc non dicuntur rectè permiſſa, quia licita fiebant vtentibus ex Dei permittentis autoritate. Neq; videtur ſic dicendum de vxorum pluralitate, quæ non habet in ſe aliquam rationem turpitudinis, ſicut alia prædicta, & ideo nõ videtur permiſſa, vt permiſſum dicit aliquod illicitum concedi. Item quia large non exprimitur cõceſſa, ſicut alia. Mat. to. 5. 86. c. 4. k. Sed qui dicũt nũquam fuiſſe licitam vxorum pluralitatem, niſi ex diſpenſatione, & licuiſſe Iudæis ex diſpenſatione, non ſatis firmiter dicunt, vt probatur Mat. to. 5. 87. c. 2. A. Sed diſpenſatio de vxorum pluralitate in veteri lege, deberet eſſe ſcripta in veteri lege, ſi eſſet, nec ſufficiebat ꝙ eſſet in cordibus impreſſa, vt aliqui dicunt. ibidem.

De vxorum vnitate, nõ erat poſita à Deo aliqua lex, quæ eſſet hominibus diuulgata ante legem Chriſti. Neque ratio naturalis ſufficienter oſtendit eſſe malum habere plures vxores, cùm potius videatur eſſe vtilis ad multa. Neq; videtur pluribus hominibus etiam ſapientioribus, malam eſſe, & contra rationem vxorum pluralitatem, ideo non peccabant Gentiles habendo vxorum pluralitatem: & tamen certum eſt, ꝙ in illis non erat diſpenſatio. Dicendum ergo videtur, ꝙ ante legem datam tam ſancti Patres, quàm cęteri homines licitè accipiebant plures vxores; quia nõ erat prohibitum hoc aliqua lege diuina poſitiua, nec etiam repugnabat iuri naturali aperte, ſed ſolum de præceptis illis ſecundis iuris naturalis, quæ determinatè non habent vim obligandi ad peccatũ, niſi ſancita ſint lege diuina, humana, aut ex conſuetudine, & hoc tenet Ambroſius, Auguſtinus &c. Et ad dictum Innocentij tertij, extrà de diuortijs c. gaudemus. ꝙ non licuit alicui ſine reuelatione accipere plures vxores ſimul &c. dicendum, ꝙ intelligitur de illis hominibus, quibus conſtabat eſſe contra ius naturale, & contra ius diuinum expreſſum verbo, ꝙ opere oſtẽſum, vt apparet in probationibus illis, quas inducit idem Innocentius. Si quis tamen illas ignoraret, cum non eſſet datum aliquod pręceptum expreſſum de hoc, neque lex naturalis ad hoc cogebat determinate, non peccabat habendo plures vxores &c. Matt. to. 5. 87. c. 4. F.

An ſit nunc licitum infidelibus habere plures vxores, aliqui dicunt, ꝙ ſic, & aliqui ꝙ non: poteſt tamen ſine pręiudicio melioris ſentẽtiæ teneri vtraque pars, nec videtur incõueniens, ꝙ infideles nõ peccent nunc habendo plures vxores, dum tamẽ illas non deſiderio explẽdæ libidinis, ſed procreandæ prolis ſuſcipiant, vt primò probatur, & ſecundò reſpondendo ad fundamenta oppoſitæ opinionis. Mat. to. 5. 87. c. 4 l. Et licet iſta poſitio ſit ſatis tolerabilis, ſecurior tamen eſt poſitio contraria. ſ. ꝙ infideles peccent nunc ſi habeant plures vxores. Mat. to. 5. 88. c. 2. A

Vnitas vxoris licet ſit de iure naturali, eſt tamen de præceptis, quæ non habent vim obligandi determinatè, niſi per aliam legem poſitiuam, vel per cõſuetudinẽ confirmentur. Mat. to. 5. 88. c. 1. A. & D.

Si infideles habeant plures vxores, & conuertantur ad legem Chriſti, coguntur dimittere omnes præter primam, non quia peccauit illas accipiendo in infidelitate, ſed quia peccaret illas tenendo nunc, vt dicitur extra de diuortijs. c. gaudemus. Mat. to. 5 88. c. 4. H. Sed ꝙ peccent infideles poſt legem datã a Chriſto: & ꝙ non ſit matrimonium verum cũ omnibus illis, videtur rationabilius, & magis conſonum intentioni Innocentij, extra de diuortijs. c. gaudemus, vbi ponitur non eſſe matrimonium, niſi ad primam. ibidem. 88. c. 2. A

Circa vxorum pluralitatem nõ poteſt diſpenſari per eccleſiam. Matt. to. 5. 88. c. 3. k

Nunquam licuit vni vxori habere plures viros, to. 5. 89. c. 2. A. De Opt. Polit. 7. c. 2. B.

Vxor poteſt dupliciter dimitti. Matt. to. 5. 106. c. 4. H

Vxor habens certam conſcientiam de impedimento conſanguinitatis, non debet petere, neque reddere debitum viro petenti. Mat. to. 5. 107. c. 1 B

Duplex eſt ſeparatio viri ab vxore, altera quantum ad thorum ſolum, & altera quantum ad thorum & cohabitationem. Matt. to. 5. 107. c. 2. E

Pluralitas in vtroque ſexu in matrimonio, reprobata eſt, tanquam fidei Chriſtianæ inimica. Mat. to. 5. 111. c. 3. I

Matrimonium in nouo teſtamento excludit pluralitatem vxorum. Matt. to. 5. 112. c. 3. H

Viuente Chriſto, diſcipuli ſui vxores habebant, & poſt mortem illius, illas retinebant. Et in prædicationes eas ſecum aliqui eorum ducebant, vt colligitur. 1. Cor. 9. cum dicitur. Nunquid non habemus poteſtatem ſororem mulierem circumducendi. Matt. to. 5. 137. c. 1. A

Vxorum pluralitas ante tempora Hebræorum reperiebantur inter Gentiles, ſimiliter & ſuſcitatio ſeminis. Matt. to. 6. 46. c. 2. E. Matt. to. 7. 46. c. 1. B

Inter vxorem & ſponſam quid interſit. Matth. to. 6. 48. c. 2. B

Ex vxore repudiata non poterat alicui ſuſcitari ſemẽ. Matt. to. 6. 48. c. 4. K

Quæ vxores vocabantur principales, & quę minus principales. Mat. to. 6. 51. c. 3. F

Vxor defuncti circa ſuſcitationem ſeminis erat obligata ad quatuor. Mat. to. 6. 57. c. 2. C

Vxor magis tenetur diligere virum, quàm econtra, & ideo magis tenebatur ad ſuſcitationem ſeminis, quàm quiſquam aliorum. Mat. to. 6. 57. c. 3. F

In quibus cãſibus poterat vxor repudiari apud Hebræos. Et in caſu, quo vir inueniret puellam non deſponſatam in agro, & dormiret cum ea. Matt. tom. 6. 59. c. 2. C

Quòd homo debeat propter vxorem dimittere parentes, quomodo habeat intelligi. Matth. tom. 6. 152. c. 3. F

Vxor quantum ſit diligenda. Mat. to. 6. 152. c. 3. G

Vxorũ pluralitas minus eſt contra ius naturæ, quàm libellus repudij. Mat. to. 5. 97. c. 1. D

Vxor habens conſcientiam de impedimento conſanguinitatis, non debet petere, nec reddere debitum viro petenti, etiam ſi excommunicetur. Mat. tom. 5. 107. c. 1. B

Vxorum pluralitas & ſi eſſet licita in veteri teſtamento diſpenſatiuè, permiſſiuè, & aliquo alio modo, nunquam tamen erat ſub præcepto. Matt. tom. 6. 51. c. 1. E

In veteri teſtamento quædam vxores erant principales, & quędam minus principales. Matt. to. 6. 51. c. 3. H. Et vxores minus principales, aliquando dicebantur vxores, & aliquando concubinæ. ibidem.

Vxor in vete. teſtam. ſi moriente viro, relinquebat filios, poterat nubere alteri viro cui vellet. Si vero non relinquebat ſemen, & nõ erat apta ad gignendum, non tenebatur ad ſuſcitandum ſemen, neq; debebat nubere alteri viro. Si vero apta eſſet ad gignendum

gnendum debebat ſuſcitare ſemen,& elapſo tempore luctus,quod de lege aut de conſuetudine ſer nabatur apud Iudæos, tenebatur admonere omnes cognatos defuncti ſecundum ordinem maioris & minoris propinquitatis. Mat. to.6. 52.c.1.A
Vxor magis tenetur diligere virum ſuum quàm vir vxorem ſuam. Mat. to.6. 57.c.3.F
Quòd Iudæi habere poſſent plures vxores licitè vna ex cauſis fuit multiplicatio populi. Matth. tom.7. 23.c.3.K
Vxoris repudiatio erat apud Gentes,ſicut habetur in iuribus Codicis & Digeſtorum; & permãſit illud vſque al legem Chriſti.Mat.to.7. 45.c.4.G
Vxorum pluralitas quare vetita ſit in lege Chriſti. Mat.to.7.46.c.3.H. Similiter & repudium, & gradus cognationis,& permiſſio de vſuris, & de perſecutione inimicorum.Mat.to.7. 46.c.3.I
Vxores poſſe a viris ſuis vendi,vel eas inuicem commutare,fuit lex quondam apud Græcos.De Opti. Poli. 2.c.3.G
Vxorum pluralitas,quamuis vni viro conueniens eſſe poſſit, non tamen vni fœminæ pluralitas virorum.De Opti.Poli.7.c.2.B Gen. 319.c.3.I
Vxorum communitatem in Politia Socratis & Platonis non capit natura,vt probatur. De Opti. Poli. 8.c.3.F
Vxor denegans viro ſuo debitum, ſi petat conuenienti loco & tempore, mortaliter peccat. Ecce Virgo concipiet &c. 1.c.4.F
In vxoribus non eſt zelus ita naturalis, ſicut in viris. Matt. to. 5. 85.c.1.D
Qua virtute vir & vxor ſint vna caro. Matth. tom. 5. 81.c.2.A
Mahometiſtæ plures habent vxores. Matth. tom.5. 84.c.1.E
Quomodo natura docuit animalia vnitatem vxoris. Mat.to.5. 84.c.4.H
Dauid habuit plures quàm viginti mulieres, inter vxores & concubinas. Mat.to.5. 86.c.1.C
Abraham habuit ſimul duas vxores, & Iacob quatuor.Matt.to.5. 86.c.2.C
Infideles venientes ad fidem Chriſti, omnes coguntur reliquas vxores dimittere prẽter primam.Mat. tom.5. 88.c.4.H
Vxor poteſt dupliciter dimitti. Mat.to.5. 91.c.2.A
Vxorum pluralitas, non eſt licita nunc alicui viro. Mat.to.5. 136.c.4.F
Magis illicitus eſt libellus repudij,quàm vxorum pluralitas. Mat. to.5. 96.c.2.B
Patronus eſt turpitudinis, qui celat crimen vxoris. Mat.to.5. 103.c.3.K
In ſeptem caſibus nemo poteſt dimittere vxorem. Mat.to.5. 103.c.4.F
Qui putat cognoſcere vxorem propriam, quæ tamẽ aliena eſt,adhibitis certis circunſtantijs,non fornicatur. Mat.to.5. 104.c.1.C
Multipliciter præiudicat vxori ſuæ vir agẽs extra vas. Mat. to.5. 104.c.2.D
Vxoris fornicantis dimiſſio ad quid fuerit introducta.Mat.to.5. 105.c.4.k
Vir non habens teſtes,ꝙ vxor ſua fuerit fornicata,nõ poteſt eam dimittere tanquam fornicariam.Mat. tom. 5. 106.c.1.A

Xenophon.

XEnophon floruit ſub Artaxerxe ſecundo rege Perſarum, anno ab orbe condito quater millesimo octingenteſimo vigeſimo, qui inter Socratis diſcipulos ſolus videbatur compar Platoni;vnde propter hoc multoties inter vtrumque diſcordias accidiſſe fertur,vt refert Ioſephus li.10.Antiqui. Gen. 37.c.1.D
Xerxes. Filius Darij regnauit.20.annis,qui deuotus valde fuit circa Dei cultum,& gentem Hebræorum.Mat.to.1. 146.c.2.B

Zabulon.

ZABVLON ſors fuit multũ Septẽtrionalis inter alias ſortes, quia attingebat angulum Septemtrionis, & Occidentis ex vna parte. Geneſis. 408.c.2.C
Zabulon benedictio,& futurorum reuelatio. Gen. 408.c.2.B
Zacharias. Eodem tempore prophetauit, quo Ageus, ſcilicet, ſub Dario ſecũdo filio Hydaſpis,ſed Ageus duobus mẽſibus incæpit prophetare, priuſquam Zacharias. Gene. 25.c.2.A
Zacharias interpretatur memor domini,vel memoria domini.Gen.25.c.2.A. Mat.to.6.248.c.3.G
Zacharias prophetauit de reditu Iudæorum è Babylone, de reſtauratione templi,de deſtructione quarundam terrarum,& de aduentu Meſſię & vltimo iudicio. Gen. 25.c.2.A
Multa dicta Zacharię exponuntur. Gen. 25.c.2.A
Zacharias filius Ioiadę fuit interfectus inter templũ & altare.2.Paralip.24. 2. Paralip.
Abel fuit primus iuſtus,qui occiſus eſt:& Zacharias vltimus.Matt. to.6. 242.c.2.C
Zacharias,de quo Mat.23.fuit ſacerdos. Matt.tom.6. 248.c.3.I
Zacharias filius Barachiæ, de quo Mat. 23.dicit Origenes,ꝙ fuit pater Ioannis Baptiſtę.Mat.to.6.247. c.3.G.Sed hoc non eſt veriſimile,nec illud recipit Hieronymus ſuper Mat. Et probatur ibidem. Alij dicunt id, quod dicit Origenes, ſed non ponunt pro cauſa interfectionis illius id, quod ponit Origenes.Sed nec hoc etiam videtur verum.ibidem. 247.c.4.G. Dicendum ergo videtur ꝙ iſte Zacharias fuit ſacerdos magnus filius Ioiadæ ſacerdotis magni, qui alio nomine dicitur Barachias, quem occiderunt ex mandato Ioas regis Iudææ.vt patet. 2.Paralip. 24.ibidem.
Zacharias pater Ioannis Baptiſtæ erat ſacerdos de minoribus,vt probatur.Exo.to.2.Leui.11.c.3.F.Nu. to.1.86.c.4.F. Deut. 94.c.2.B
Zambri. Referuntur verba Ioſephi de Zambri, qui coiuit cum ſcorto Madianitide,quos occidit Phinees coeuntes. Nu.tom.2. 66.c.3.I
Zamorèn. Quidam vir Zamoreñ.nomine Ioannes Egidius, homo valde eruditus,qui pleraque tam hiſtorialium, quàm ſapientialium ædidit volumina, ad taniam deuenit ſenectutem, vt nec literas noſſet, neque ſciret eſſe,qui prius libros ædiderit. Ioſ.to.2. 172.c.3.F
Zebedæus. Fuit pater Ioannis & Iacobi. Matt.to.5. 188.c.3.H
Zebub. Seruus fuit Abimelech filii Gedeonis,qui occiſis ſeptuaginta fratribus ædificauit templum Baal,& conſtituit eum ſacerdotem in ipſo ad abigendas muſcas, quę ibi congregabantur,propter nimium cruorem victimarum. Mat.to.4. 17.c.3.H
Zebub interpretatur muſca.Mat. to.4. 17.c.3.H

Zelus. Zelus est amor priuatus, qui non vult habere consortiū in amato. Exo. to. 1. 167. c. 1. C. Et sic vult Deus quòd ametur a nobis & colatur, vt nullus præter ipsum colatur, & ideo dicitur Zelotes Exo. 34. Et æmulator & Zelotes idem sunt,& pro eodem capiuntur. Exod. tom. 2. 172. c. 4. I. Et iste debet esse in omnibus coniugatis. Nu. to. 1. 63. c. 1. E

Zelus proprie est amor priuatus nolens habere consortium in amato: alio modo & improprie, zelus dicitur desiderium vindictæ: & alio modo dicitur desiderium conseruandi, vel dolor de re, quæ destruitur. Nu. to. 2. 68. c. 1. C. Deuter. 157. c. 1. C

Zelus disponit ad vindicationem, prout importat quendam feruorem amoris, & est prima ratio vindicationis. Nam ex eo, quòd quis amat Deum & proximum, iniurias illi illatas reputat esse suas, & vult vindicare illas, vt fecit Helias. 3. Reg. 19. Matt. tom. 2. 235. c. 4. H

Zelus non est ita naturalis vxoribus, sicut viris. Matt. tom. 5. 85. c. 1. C

Zelator. Quomodo Deus dicatur zelator eo modo, quo vir zelat vxorem: & quo modo magis fuerit zelator Iudæorum, quàm aliarum gentium. Deut. 43. c. 1. E

Zelotes. Quomodo Deus dicatur Zelotes. Exo. tom. 1. 167. c. 1. C. Matt. tom. 4. 222. c. 3. F

Deus dicitur Zelotes, propterea quia vult sic amari, & sic coli à nobis, vt nullum præter ipsum colamus. Et æmulator & Zelotes pro eodem capiuntur. Exo. to. 2. 172. c. 4. H

Zelotypia. Quare nunc non seruetur probatio zelotypiæ apud Hebræos. Exod. to. 1. 95. c. 3. F

In oblatione inuestigandæ zelotypiæ non apponebatur thus. Leui. 22. c. 2. E

Purgatio zelotypiæ permittebatur Iudæis, propter suam imperfectionem. Non sic tamen in nouo testamento. vt patet extra de purg. cano. vel vulgari. ca. 1. Et multa alia permissa sunt illis, vt libellus repudij, similiter & vsuræ cum gentilibus, & cum conuersis ad iudaismum: Christus tamen exoluit eas Luc. 6. mutuum dantes. Nu. to. 1. 62. c. 1. E

Lex zelotypiæ & libellus repudij data erant in fauorem mulierum, & remedium. Numeri tomo 1. 62. c. 1. E

Ad subeundum zelotypiæ probationem, non requirebatur, q̃ vir haberet contra vxorem aliquas præsumptiones, aut violentas, aut probabiles, aut saltem leuissimas: sed quomodocunque incidisset ei spiritus zelotypiæ, poterat eam inducere ad subeundum legem zelotypiæ. Nu. to. 1. 62. c. 1. E

Quando vir erat concitatus spiritu zelotypiæ, dicebatur vxori, quòd subiret illam legem. Et tenebatur subire, & si recusaret, monebat eam coram iudicibus, quæ, si etiam recusaret, habebatur tanquam conuicta de crimine. Et ideo mulires, quibus indicebatur, subibant hanc purgationem. Nu. to. 1. 62. c. 2. C

Purgationem zelotypiæ non poterat sponsus facere subire sponsam. Nu. to. 1. 62. c. 4. G

Quare dicatur zelotypiæ spiritus. Numeri tomo. 1. 63. c. 1. D

Zelotypia dicitur quasi figura zeli, de zelus, & typus. Nu. tom. 1. 63. c. 1. E. 67. c. 2. B

Zelotypia vocatur non in omni, qui habet zelum, sed solùm in eo, qui habet suspitionem de violato fœdere. Nu. tom. 1. 63. c. 1. E

In sacrificio zelotypiæ quare offerretur farina ordei, & non farina tritici, & quare nec oleum, neque thus poneretur, sed sal. Nu. to. 1. 63. c. 3. I

Mulieri subeunti purgationem zelotypiæ non addebant iudices alias pœnas, si inueniretur rea. Num. tomo 1. 64. c. 1. C

Aqua zelotypiæ dicebatur amarissima, vel propter maledictiones, vel quia causabat amaritudinem in muliere bibente, si esset rea. Num. tom. 1. 64. c. 2. E. & 65. c. 1. B

Aqua zelotypiæ dabatur in vase fictili ad vituperium criminis adulterij. Similiter & immissio pugilli terræ ex pauimento tabernaculi, idest ex atrio. Similiter & denudatio capitis mulieris. Nu. tom. 1. 64. c. 3. F

Super aquas zelotypiæ, quæ dicerentur maledictiones, non habetur in textu, sed creditur quòd fuerint aliqua verba prolata a sacerdote super illas, vt nocerent mulieri, & dicuntur ista congesta in litera cum executione, idest cum imprecatione alicuius mali venturi super fœminam, si fecisset malum, vt dicendo, exempli gratia, aqua, maledicta sis in nomine domini. Et si mulier ista peccauit, ingrediaris vterum eius, & dirumpas atque putrescere facias fæmur. Nu. to. 1. 64. c. 4. G

Si mulier confiteretur peccatum, prius quàm biberet de aquis zelotypiæ, cum iam in illis dilutæ essent maledictiones & nomen domini. Cogebatur bibere, vt quidam dicunt: secus si non essent dilutæ &c. Nec occidebatur, sed recedebat a viro, perdens dotem, & poterat alteri copulari &c. sed opinio istorum improbatur ab autore. Num. tomo 1. 65. c. 4. k

Mulier bibens aquas zelotypiæ non moriebatur statim, vt dicit Iosephus, sed vsque ad decem menses. Alij dicunt quòd parum post bibitionem moriebatur, & huic opinioni assentit autor, & improbat primam. Nu. to. 1. 66. c. 2. B

Ducere vxorem ad purgationem zelotypiæ malum erat, sed tamen permissum, vt libellus repudij, & vsura in veteri testamento: lex verò Christi omne malum prohibet, nihil impium consentiens: lex tamen vetus, aliqua permittens, licita faciebat, ita vt non committerent peccatum. Num. tomo 1. 66. c. 2. E

Zelotypiæ probatio erat apud Iudæos, quia a lege erat concessa. 2. Patalip. 86. c. 4. G

Ziph. Nomen est æquiuocum ad virum & ad quandam ciuitatem. 1. Paralip. 62. c. 3. H

Zizania. Parabola de zizaniis & tritico, quomodo intelligenda sit. Matth. to. 2. 85. c. 2. C

Zizania prohibuit Christus eradicari Matth. 13. quando erant simul cum messe, quia ex eorum eradicatione timebatur periculum eradicationis messis, quando vero est sine tali periculo, tunc possunt eradicari, simile est de filiis nequam. Matth. tom. 2. 236. c. 3. F

In parabola zizaniorum diabolus vocatur inimicus homo Matth. 13. propter multa. Matth. tom. 4. 61. c. 4. F. nam diaboli inimicitia, est præcipue contra Denm. ibidem.

Zizania de quibus Matth. 13. sunt omnes peccatores, in quocunque genere peccati, sed præcipue hæretici. Matth. tom. 4. 61. c. 3. F

Zizaniorum parabola, præcipue tangit hæreticos, & de illis est præcipue intelligenda, vt dicit Chrysosto. & Augusti. Matth. to. 4. 61. c. 3. H

Zodiacus. De signis Zodiaci, quæ specialiuscolebātur à gentibus, quàm cętera astra, & hoc duplici de causa, vna naturali siue

ſiue aſtrologica, & alia poetica. Et de varijs conſtellationibus cœlorum, & ſignis earundem. Deuteron. 58. 91.c.2.D
Zodiaci deſcriptio. Paral. 1. c.95
In Zodiaco fit draco per motum planetarum. Ioſue tom. 1. 182.c.2.D
Quodlibet ſignum Zodiaci continet. 30. gradus. Defen. 47.c.1.E

Zona.

Zona nomen Hebræorum propriè ſignificat meretricem. Ioſue tom. 1. 37.c.3.G. Et ſignificat hoſpitatricem per tranſumptionem. ibidem vt ſupra.

Zor.

Zor nomen Hebræorum eſt nomen æquiuocum ſignificans tam lapidem quàm nouaculam. Paradox. 41.c.1.A
Zoroaſtres. Rex Bactrianorum, qui riden do natus eſt, fuit inuentor magicæ artis. Exo. to. 1. 41.c.4.F. & Gen. 60.c.3.I
Zorobabel. Princeps Iudæorum fuit natus in Babylone, & fuit nepos Iechoniæ regis Iudæ, qui tranſlatus eſt in Babylonem a rege Nabuchodonoſor. 1. Reg. tom. 1. 7. c. 2.A
Sub Zorobabel inchoata eſt, & conſumata ædificatio templi. 1. Reg. tom. 1. 7.c.2.A
Hiſtoria Zorobabelis refertur. Matthæ. tomo 1. 145.c.3.F
Zorobabel an ſit filius Phadaiæ, vel Salathiel. 1. Paralipo. 58.c.1.B
Zorobabelis filij. 1. Paralip. 58.c.2.E

FINIS.

Regiſtrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr.

Omnia ſunt Terniones, præter Rr Quaterniones.

Ex Typographia Rampazettana.

ESTANTE 1.°
Tabla 4.ª
N.° 3

2

130

15

123

ABV

IN
DEX
OM
NIVM
OPE
RVM
1 & 2
PARS